νων αἱ φύσεις μένουσιν ἀσύγχυτοι, μιᾷ δὲ καὶ ἡ ἕνωσις· φαμὲν δὲ τὴν τῆς προσκυνήσεως, καὶ δυνάμεως, καὶ ἀξίας, καὶ αὐθεντίας, ὡς ἑνὶ υἱῷ προσφέρεσθαι ἄξιον. μενουσῶν τῆς φύσεων ἐν τῇ ἑνώσει ἀσυγχύτων· τί ὑπολείπεται ἕτερον, * ἢ ἀκριβέστερον τίνα ἕνωσιν χαρακτηρίζει, καὶ δώσομεν, καὶ συνθησόμεθα, ἐκτὸς τῆς τῆς φύσεων συγχύσεως. ἀλλὰ προδήλον, ὡς οὐδὲν αὐτῷ ἐξαρκεῖ εἰς τὸ τῆς ἑνώσεως ἄκρον, μὴ τὰς φύσεις συγχέοντι. ἀλλ' ἡμεῖς τὰς μὲν φύσεις οὔσας ἀσυγχύτους * φυλάξομεν· καὶ τίνα ἕνωσιν ἄκραν, καὶ θείαν, καὶ ἡμῖν ἀκατάληπτον ὁμολογοῦμεν, πάντα εἰς δοξολογίαν ὡς Θεῷ, καὶ ἑνὶ υἱῷ προσφέροντες. καὶ λέγοντες αὐτῷ τὴν τοῦ μακαρίου Πέτρου φωνήν· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος.

* ἢ ἀκριβέστερον, τίνα.

* φυλάξομεν.

Matth. 16.

A tem, cum ipse dicat in primo tomo: Sic enim & nos illius paupertate ditati sumus, elevata in eo humana natura in dignitatem Deo convenientem? Sed nos dicamus ei, qui adversatur etiam sibi ipsi: Si igitur naturæ inconfusæ manent, manet autem & unitas; dicimus vero adorationem & virtutem & dignitatem & auctoritatem, tanquam uni Filio offerri debere, manentibus naturis in unitate inconfusis: si quid restat aliud, quod certiorem unitatem exprimat & dabimus & consentiemus, extra confusionem videlicet naturarum. Sed perspicuum est, quia ei nihil sufficit ad summam unitatem, nisi ut naturas confundat. Sed nos naturas quidem existentes inconfusas servabimus, unitatemque summam & divinam & nobis incomprehensibilem confitemur; omnia ad glorificationem tamquam Deo & uni Filio offerentes, & dicentes ei beati Petri vocem: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Matth. 16.

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Κατεθήγοντο ποτε πρὸς ἀνοσίους ὀργὰς οἱ * τῶν Ἰουδαίων δῆμοι, τοῖς τοῦ φθόνου βέλεσι τὸν νῶν κατηκοντισμένοι. ἐπειδὴ δὲ πρὸς τοῦτο καὶ τὰς βεβήλους ἐπέφερον χεῖρας τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ, τῶν τοιούτων αὐτοὺς τολμημάτων τὰς αἰτίας εἰπεῖν διεκελεύετο, λέγων· πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν ἐκ τοῦ πατρός μου, διὰ ποῖον αὐτῶν ἔργον ἐμὲ λιθάζετε; οἱ δὲ ἦκον εἰς τοῦτο δυσβουλίας τε * ὑμῶν, καὶ ἀνοσιότητος ἐννοιῶν, ὥστε καὶ τοῖς τῆς δυσφημίας ἐγκλήμασι περιβάλλειν * ἐπεχείρουν· ἔφασκον γὰρ· περὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὢν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν. ἔφη δέ που πρὸς αὐτοὺς ὁ σωτήρ· οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν· ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε; εἰ ἐκείνους εἶπε Θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο, καὶ οὐ δυνατὸν λυθῆναι ἡ γραφὴ, ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον, ὑμεῖς λέγετε· ὅτι βλασφημῶ· ὅτι εἶπον υἱὸς Θεοῦ εἰμί; περιεργαζόμενοι δὲ ἡμεῖς τῆς ἐνθάδε λεγομένης ἀποστολῆς τὸν τρόπον, ἐκ τῆς ἱερῶν γραμμάτων τίνι ἐπὶ τῶδε γνῶσιν ἐρανιζόμεθα. ἔφη τοίνυν αὐτοὺς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ· οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με· κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. ἀπεσταλθαι δὲ φαμὲν τὸν υἱὸν παρὰ τοῦ πατρὸς, γενόμενον ἀνθρωπον· πρέποι γὰρ ἂν καὶ μάλα ὀρθῶς τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις τὸ τῆς ἀποστολῆς ὄνομά τε, καὶ χρῆμα. ἀπεσταλη δὲ, ὡς ἔφην, ὁ γυμνὸς, καὶ ἄσαρκος ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, γένησιν δὲ μᾶλλον ὑπομένας τίνα κατὰ σάρκα, ἤτοι σῶμα λαβὼν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. τοῦτόπερ ἀφράστως, καὶ ἀσυγχύτως ἑνώσας ἑαυτῷ, καθὰ πλειστάκις εἰρήκαμεν, ἐπέφανεν ἡμῖν ὁ Θεὸς κύριος, κατὰ τὰς γραφὰς. ἴδιον οὖν τὸ σῶμα φαμὲν γενέσθαι τοῦ λόγου, καὶ οὐκ ἀνθρώπου τινὸς ἰδικῶς, καὶ κεχωρισμένως ἕτερον παρ' αὐτὸν νοουμένου Χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ. ὥσπερ δὲ ἴδιον ἡμῶν ἑκάστου λέγεται σῶμα τὸ ἰδικῶς αὐτοῦ, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ νοητέον. καίτοι γὰρ ὑπάρχον τοῖς ἡμετέροις σώμασιν ὁμογενὲς, ἤγουν ὁμοούσιον. γεγένηται γὰρ ἐκ γυναικὸς

* τῶν Ἰουδαίων, τοῦ.

Ἰωάν. 10.

* ὑμῶν.

* ἐπεχείρουν.

Ψαλμ. 81.

Ἡσαΐ. 4. Ἡσαΐ. 61.

Ψαλμ. 117. 27.

Cyrilli defensio.

Exacuebantur aliquando ad iracundiam scelestam infelices Judæi, animo vulnerati invidiæ jaculis. Quia vero super hæc etiam impias inferebant manus Christo omnium nostrum salvatori, tantæ audaciæ causas eos jubebat edicere: *Multa*, inquiens, *bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod horum opus me lapidatis?* Joan. 10. At illi ad tantam temeritatem & impietatem cogitationum venerunt, ut etiam criminibus blasphemiæ eum molirentur obstringere. Dicebant enim; *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu homo cum sis, facias teipsum Deum.* Dixit autem ad eos salvator: *Nonne scriptum est in lege vestra: Ego dixi; Dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi scriptura: quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis: quia blasphemas, quia dixi, Filius Dei sum?* Nos vero diligenter perscrutantes missionis formam, de qua hic dicitur e sacris scripturis, ejus rei scientiam colligimus. Dicit igitur ipse per vocem Isajæ: *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, & prædicare captivis remissionem, & cæcis restitutionem visus.* Luc. 4. ex Isai. 61. Missum vero dicimus Filium a Patre, factum hominem. Valde enim congruunt exinanitionis mensuris missionis nomen & res. Missum itaque est, sicuti dixi, non nudum & absque carne Verbum, quod est ex Deo Patre; sed nativitatem potius secundum carnem subiens, id est, corpus ex sancta Virgine assumptum ineffabiliter & inconfuse sibi uniens, sicut sæpissime diximus, *illuxit nobis Deus dominus*, secundum scripturas Psalm. 117. Proprium igitur corpus dicimus factum esse Verbi, & non hominis alicujus, seorsim & separate, tamquam alius præter illum Christus & Filius intelligatur. Quemadmodum autem uniuscujusque nostrum proprium dicitur corpus, quod proprie ejus est, ita & in uno Christo est intelligendum. Nam quamvis sit nostris corporibus cognatum, hoc est, consubstantiale (na-

tum enim ex muliere est) proprium ejus, ut dixi, intelligitur & dicitur. Quia autem vita secundum naturam est Verbum, quod ex Deo Patre est, vivificatricem effecit suam carnem: & hac ratione factum est nobis benedictio vivificatrix. Proinde Christus dicebat. *Amen amen dico vobis, ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi, & vitam dans mundo*: & rursus: *Panis, quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita*. & iterum. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo*. Vide igitur, quomodo ubique suum corpus illud e muliere assumptum nominat propter summam unitatem. Hæc cum sit mysterii ratio, in expositione sua rursus ait Nestorius: Audite, inquit, attendentes verba: *Qui manducat*, inquit, *meam carnem*. Memores estote, quod de carne est sermo, & quod non a me adjectum est carnis nomen, ne illis videar perverse interpretari: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem*. Num dixit: Qui manducat meam divinitatem, & bibit meam divinitatem? *Qui manducat meam carnem*, inquit, *& bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo*. Memores estote quod de carne sit dictum. At enim perverse nonnunquam interpretor. Audiamus igitur ex sequentibus *Sicut misit me vivens Pater*. Ille dicit divinitatem, ego humanitatem. Videamus quisnam perverse interpretetur: *Sicut misit me vivens Pater*. Dicit hoc loco hæreticus divinitatem. Num dicit: Misit me Deum Verbum vivens Pater, ut illi putant, & ego Deus Verbum vivo propter Patrem? Deinde post hoc, Et iterum: *Et qui manducat me, & ille vivet*. Quid manducamus? divinitatemne, an carnem?) Ac de tam absurdis, & adeo temere ab eo effusis nugis, longus a nobis jam est sermo habitus. Quid autem sibi velit, cum haud Deum Verbum missum esse dicit, incarnatum & hominem factum: & rursum quod visibile est, ut ipse dicit, seorsim & divisim ponit; non habeo dicere, imo vero manifestum jam cavillum est. Nam unionis modum destruit, ut commune inveniatur corpus Christi, non jam vere proprium verbi omnia vivificare valentis. Indubitanter quidem omnia humana parva sunt Deo Verbo; sed quia dignatus est propter nos mundo salutarem exinanitionem sustinere, etiamsi missus esse dicatur, ut prædicet captivis remissionem, & cæcis restitutionem visus, glorificatur potius utpote qui humilitatem dispensationis in carne secum attulerit: & nullus (opinor) qui sapiat, reprehenderit, quod humiliarit se in nostris propter nos. An vero qui visibilem illum, tamquam alium quendam esse Filium & Christum præter illud ex Deo Verbum asserit, cui etiam soli missionis & apostolatus munus tribuerit, non is nostrum mysterium anthropophagiam efficit, atque ad exoletas cogitationes mentem fidelium nefarie perducit, eaque humanis subjicere rationibus conatur, quæ sola fide omni seposita curiositate capiuntur? Neque enim, quia minime editur divinitatis natura, propterea commune dixerit quis-

Joan. 6.

Ibid.

Ibid.

A κός, ἴδιον αὐτῆς, ὡς ἔφην, νοεῖται καὶ λέγεται. ἐπειδὴ δὲ ζωὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ζωοποιὸν ἀπέφηνε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα· τοῦτο τοι γέγονεν ἡμῖν εὐλογία ζωοποιός. καὶ γοῦν ἔφασκεν ὁ Χριστός· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζῶν διδοὺς τῷ κόσμῳ. καὶ πάλιν· καὶ ὁ ἄρτος δὲ, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς· καὶ πάλιν· ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. ἄθρει δὴ ὦ, ὅπως πανταχοῦ ἑαυτοῦ σῶμα τὸ ἐκ γυναικὸς ὀνομάζει διὰ τὴν εἰς ἄκρον ἕνωσιν. τοῦτον ἔχοντος τοῦ μυστηρίου τὸν λόγον, ἐν B ἐξηγήσει πάλιν ἰδίᾳ φησὶν ὁ Νεστόριος· Ἀκούσατε τοίνυν, προσέχοντες τοῖς ῥηθεῖσι· ὁ τρώγων μου, φησὶ, τὴν σάρκα· μνημονεύετε ὅτι περὶ τῆς σαρκός ἐστι τὸ λεγόμενον· καὶ ὅτι οὐ παρ' ἐμοῦ προσέθεσαν τὸ τῆς σαρκὸς ὄνομα. ὥστε μὴ δοκεῖν ἐκείνοις παρερμηνεύειν· ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα· μὴ εἴπῃς· ὁ τρώγων μου τὴν θεότητα; καὶ πίνων μου τὴν θεότητα; ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. μνημονεύετε, ὅτι περὶ τῆς σαρκὸς τὸ λεγόμενον. ἀλλ' ἐνίοτε παρερμηνεύω. ἀκούσωμεν ἐκ τῆς ἐφεξῆς· καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ. ἐκεῖνος λέγει τὴν θεότητα, ἐγὼ τὴν ἀνθρωπότητα. ἴδωμεν τίς ὁ παρερμηνεύων· καθὼς ἀπέστειλέ με ὁ ζῶν πατήρ. λέγει ἐνταῦθα ὁ αἱρετικὸς τὴν θεότητα· μὴ λέγει, ὅτι ἀπέστειλεν ἐμὲ τὸν Θεὸν λόγον ὁ ζῶν πατὴρ; κατ' ἐκείνους· κἀγὼ ζῶ ὁ Θεὸς λόγος διὰ τὸν πατέρα; εἶτα μετὰ τοῦτο· καὶ πάλιν· ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται· τίνα ἐσθίομεν; τὴν θεότητα, ἢ τὴν σάρκα;) περὶ μὲν οὖν τῶν ὅτις ἐκτόπων, καὶ ἀτημελῶς αὐτῷ πεφλυαρημένων, μακρὸς ἤδη παρ' ἡμῖν πεποίηται λόγος. τί δ' ἂν βούλοιτο νοεῖν, οὐ τὸν Θεὸν λόγον ἀπεσταλθαι λέγων, σαρκωθέντα, καὶ ἀνθρωπήσαντα· τιθεὶς δὲ πάλιν ἰδίᾳ τε, καὶ ανα- D μέρος, ὡς αὐτός φησι, τὸ φαινόμενον, οὐκ ἔχω λέγειν. μᾶλλον δὲ καὶ ἐναργὲς ἤδη τὸ σόφισμα. τὸν γὰρ τῆς ἑνώσεως παραλύει τρόπον, ἵνα κοινὸν ἀνεύρηται τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, οὐκέτι δὲ ἴδιον ἀληθῶς τοῦ πάντα ζωοποιεῖν ἰσχύοντος. μικρὰ μὲν ὁμολογουμένως ἐστὶ τῷ Θεῷ λόγῳ πάντα τὰ ἀνθρώπινα· ἐπειδὴ δὲ κατηξίωσε δι' ἡμᾶς τὴν τῷ κόσμῳ σωτήριον ὑπομεῖναι κένωσιν, καὶ ἀπεσταλθαι λέγεται κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. δοξάζεται μᾶλλον, ὡς ἐπωμοσεγκὼν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ ταπεινόν· καὶ οὐκ ἂν οἶμαι τὶς * διαμωμήσειεν τῷ εὖ φρονοῦντι, ὅτι καθήκεν ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς δι' ἡμᾶς. ἀρ' οὖν ὡς ἕτερόν τινα υἱὸν, καὶ Χριστὸν παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, τὸν φαινόμενον εἶναι διαβεβαιούμενος. ᾧ καὶ μόνῳ τὸ τῆς ἀποστολῆς προσνεμήσας χρῆμα, οὐκ ἀνθρωποφαγίαν ἡμῶν ἀποφαίνει τὸ μυστήριον, παρεισάς ἀνοσίως εἰς ὀξιτήλους ἐννοίας τῷ * πιστῶν τὸν νοῦν· καὶ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ὑποφέρειν ἐπιχειρῶν, * ἃ μόνος, καὶ ἀζητήτῳ πίστει προσλαμβάνεται. οὐ γὰρ ἐπειδὴ περ οὐκ ἐοῦσα θεότητος φύσις, διὰ τοῦτο κοινὸν

Γαλ. 6.

* διαμωμήσειν.

* νοηθέντων.

* ὁ μόν.

εἶναι φαίη τις ἂν τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ. εἰδέναι δὲ ἀναγκαῖον, ὅτι, καθὰ φθάσαντες εἴπομεν, ἴδιόν ἐστι σῶμα τοῦ τὰ πάντα ζωοποιοῦντος λόγου· ἐπειδὴ δέ ἐστι σῶμα ζωῆς, ζωοποιὸν ἐστί· διὰ τοῦτο γὰρ τοῖς θνητοῖς ἡμῶν σώμασιν * δίδωσι τὴν ζωήν. ὡς καταργεῖ τοῦ θανάτου τὸ κράτος. ζωοποιεῖ δὲ ἡμᾶς κατὰ τὸν ἴσον τρόπον καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ· τὸ γὰρ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος φωνήν· λυσιτελεῖ δὲ οὐδὲν, ὑπέρ γε τοῦ μὴ δοκεῖν ἐμέ τε, καὶ μόνον, ἴδιον ὀνομάζειν τὸ σῶμα τοῦ λόγου, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων παραθεῖναι χρήσεις, ἵν' ἴδωσιν οἱ δι' ἀναιτίας. ὡς ματαίων ἡμῶν κατακεκράγασιν, * ἐπομένων πανταχοῦ τοῖς ἐκείνων φωναῖς. ἔφη τοίνυν ὁ πανάγιος ἡμῶν πατὴρ, καὶ ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος ἐν τῷ περὶ τῆς τριάδος λόγῳ· καὶ ἐδείκνυτο, ὅτι μὴ φαντασία, ἀλλὰ ἀληθῶς ἔχων ἰδίῳ σῶμα· ἔφερε * γὰρ τὸν κύριον ἐνδιδυσκόμενον ἀνθρωπίνῳ σάρκα, τοιούτῳ μὲν τῷ ἰδίῳ παθῶν αὐτῆς ἔλαιον ἐνδύσασθαι· ἵν' ὥσπερ ἴδιον αὐτοῦ λέγομεν εἶναι τὸ σῶμα, οὕτω καὶ τὰ τοῦ σώματος πάθη ἴδια μόνον αὐτοῦ λέγηται, εἰ καὶ μὴ ἥπτετο κατὰ τὴν θεότητα αὐτοῦ. καὶ πάλιν. πῶς τὰ ἀναγκαίως * προεξητάσαμεν. ἵνα ἐὰν ἴδωμεν αὐτὸν ὡς δι' ὀργάνου τοῦ ἰδίου σώματος θείως πράττοντα, ἢ λέγοντα, γινώσκωμεν, ὅτι Θεὸς ὢν ταῦτα ἐργάζεται.) Καὶ ταῦτα μὲν ὁ μακάριος πατὴρ ἡμῶν Ἀθανάσιος. πάλιν, κἂν ἴδιον λέγηται τοῦ λόγου τὸ σῶμα, ἀλλ' ὅν ἐστιν ἐκ γυναικὸς, καὶ τοῖς ἡμετέροις συγγενὲς, καθὸ νοεῖται σάρξ. Καὶ ὁ μὲν μακάριος Παῦλος· ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, φησὶ, χοϊκός· ὁ δεύτερος ἐξ οὐρανοῦ. αὐτὸς δὲ ὁ Χριστός· οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, φησὶν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. φαμὲν δὲ ὅτι οὐκ ἐξ οὐρανοῦ τὸ σῶμα τὸ ἄνωθεν αὐτῷ κατενεγκὼν ὁ λόγος, τοιάδε φησίν· ἐπειδὴ δὲ ἄνωθεν ὢν αὐτὸς καὶ ἐξ οὐρανοῦ, ἴδιον ἐποιήσατο τὸ ἄνωθεν αὐτῷ σῶμα ἀφράστως τε, καὶ ἀπερινοήτως, ἀδιαίρετός τε, καὶ ἀσυγχύτως, ταύτῃ τοι καὶ ἐξ οὐρανοῦ φησιν ἑαυτὸν ὡς ὄντα γεγονέναι υἱὸς ἀνθρώπου. ὀρθῶς τοιγαροῦν καὶ ἀμωμήτους ἔχοντες ἡμῖν τοῦ λόγου, ποία τις ἄρα τοῖς φιλοψογεῖν ἐθέλουσιν ἀφορμὴ λογίας τῆς καθ' ἡμῶν ἡ πρόφασις, εἰ μάχεται τοῖς τινων δυσφημίαις ὁ ἀναθεματισμὸς, τῷ ψεύδει τὸ ἀληθὲς ἀντιτάττων; οἴομαι δὲ ἔγωγε κατ' οὐδένα τρόπον ἡμαρτηκέναι τοῦ παρόντος, εἰ Χριστὸν ἔφην ὑπὲρ ἡμᾶς· εἰ γὰρ καὶ γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀλλ' ἔστι καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν· οὐ γὰρ μόνον ἄνθρωπος νοεῖται καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὁ αὐτὸς πάλιν Θεὸς ἄνωθεν, καὶ ἐξ οὐρανοῦ.

piam sanctum Christi corpus. Scire autem operæ pretium est, quod, sicut supra diximus, proprium est corpus ejus Verbi, quod omnia vivificat. Quoniam autem est corpus vitæ, vivificum est: propterea namque mortalibus nostris corporibus largitur vitam, & mortis imperium evacuat. Vivificat autem nos æquali modo & sanctus Spiritus Christi: *Spiritus* enim *est qui vivificat*, secundum ejusdem salvatoris vocem. Neque vero molestum erit, ne videar ego solus proprium appellare corpus Verbi, etiam sanctorum patrum afferre sententias, ut sciant adversarii, quod nostra contra nos declamant, qui ubique illorum voces sequimur. Dicit ergo celeberrimus pater noster & episcopus Athanasius in sermone de sancta trinitate: Et monstrabatur, quod non apparenter, sed vere habuerit corpus. Decebat autem Christum induentem humanam carnem, hanc cum propriis passionibus ejus indui totam; ut sicut proprium ejus dicimus esse corpus, ita & ipsæ passiones corporis propriæ solum ejus dicantur, quamvis non contingerent ejus divinitatem. Et iterum: Hæc necessario antea examinavimus, ut, si videamus ipsum per suum corpus quasi per instrumentum divino modo operantem, vel dicentem, cognoscamus, quod Deus existens hæc operetur.) Et hæc beatus pater noster Athanasius. Verumtamen quamvis proprium dicatur Verbi corpus; est tamen ex muliere, & nostris cognatum, secundum quod caro intelligitur. Dicit quidem beatus Paulus: *Primus homo ex terra terrenus, secundus e cœlo*. Et ipse Christus: *Nemo ascendit in cœlum*, inquit, *nisi qui de cœlo descendit Filius hominis*. Sed tamen asserimus, quod non ex cœlo corpus unitum sibi deferens Verbum hæc dicat: Verum cum desursum existens ipsum & ex cœlo, corpus proprium fecerit ita sibi unitum, ut nec dici, nec intelligi valeat, citra conversionem & confusionem; hac ratione de cœlo dicit se etiam, quando factum est filius hominis. Proinde cum recte habeat sermo noster, & reprehensione vacet, quam igitur suæ adversus nos dicacitatis occasionem obtrectare nobis volentes habebunt; si quorumdam blasphemiis anathematismus repugnans, mendacio veritatem opponat? Opinor autem, me a recta via nullo modo excidisse, quod Christum dixi supra nos. Nam licet Verbum Dei factum sit homo; est tamen etiam sic non supra nos homines tantum, sed etiam supra omnem creaturam. Non enim solum homo intelligitur, & sicut nos; sed idem ipse rursus Deus desursum, & de cœlo.

* Joan. 6. 63.
* Joan. 6. 63.
* ἐπιμένοντα.
* Colos. 2. 18.
* δὲ τὸν.
* προεξητάσαμεν.
* Cor. 15. Joan. 3.

Ἀναθεματισμὸς ιβ'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν, καθὸ ζωή ἐστι, καὶ ζωοποιὸς, ὡς Θεός· ἀνάθεμα ἔστω.

Anathematismus XII.

Si quis non confitetur, Dei Verbum carne passum & crucifixum esse, mortemque carne gustasse; nec non primogenitum ex mortuis factum esse; quatenus nimirum ut Deus vita & vivificans est; anathema sit.

Colos. 2. 18.

Orien-

A

Orientalium oppositio.

Iterum hic eum commonefacimus sermonum suorum in tomo primo, qualiter omnino impassibilem divinam naturam dicit his verbis: Unus igitur ille omnibus pretiosior, propriam pro nobis posuit animam; & permisit dispensative, carnem suam brevi tempore a morte deprimi, & rursus mortem evacuavit ut vita, non sustinens pati, quod præter naturam suam est.) Dicamus igitur ipsi contraria loquenti: Quomodo ergo qui permisit carnem suam brevi tempore a morte deprimi, & qui mortem evacuat utpote vita, non sustinens pati, quod præter naturam suam est, nunc, ut tu asseris, patitur per carnem? Sed non est passus Deus carni unitus; sed caro conjuncta Deo Verbo, ejus permissu propria sustinuit. Non enim vel passio, vel mors advenissent, nisi ipse permisisset. Nam si anima præsente non venit mors, quomodo Deo præsente, nec solum præsente simpliciter, sed etiam conjuncto secundum summam quandam, & ipsi soli comprehensibilem unionem turbaret ejus templum, ipso non permittente, vel passio, vel mors? Atqui non deitas carni unita passa fuit; sed caro, ipso permittente, propria sustinuit. Ceterum quod maligne ab eo additum sit hoc: Passum est carne, ad seductionem simpliciorum, indidem erit manifestum. Non enim servavit impassibilem divinam naturam, qui dixit. Passum est carne, nihil aliud dixit, quam cum carne fuisse passum. Quamvis ergo cum carne sit passus, nihilo minus passibilis asseritur. Aut enim secundum naturam habens ut pateretur, est passus, aut præter naturam. Ac si secundum naturam passus est, erit & Pater passibilis, consubstantialis existens Filio. Necesse est enim, omnia adesse genitori, quæ soboli adsunt. Aut confitebimur, eum quidem passum esse, utpote aptum ad passionem, Patrem vero non admittere passionem. Verum sic dicentes consentiemus hæreticis dicentibus, deitatem unigeniti Filii passibilem, Patris vero deitatem non admittere passionem: unde illam alterius substantiæ esse dicunt. Si autem dixerint, præter naturam ipsum passum esse, dicemus: Et quæ passio fortior est divina natura, ita ut natura impassibilem passioni præter naturam subjiciat? Sed dicit: Ejus voluntas. At nos dicimus: Voluntas ejus impassibilis est; nos autem quærimus passionem, quæ impassibilem naturam in suam passibilitatem transtulerit. Alioqui & divina voluntas illa vult, quæ se decent. Et quid, inquit, decentius, quam salvare hominum genus? Et quo pacto salvum esset humanum genus ad impassibilitatem transiens, si divinam & impassibilem naturam in passionem pertrahit? Omnino enim ut fortior transtulit ad suam passibilitatem id, quod erat impassibile. Et quæ utilitas passibili, si & impassibile passibile fiat? Salus autem passibilis naturæ non est ipsa societas impassibilis in passione; hoc namque magis erit argumentum mali, non abla-

B

C

D

E

Ἀντίρρησις τῆς Ἀνατολικῶν.

Πάλιν ἐνταῦθα τῆς αὐτοῦ λόγων αὐτὸν ὑπομιμνήσκομεν, ὡς πάντῃ ἀπαθῆ τὴν θείαν φύσιν λέγει ἐν τῷ πρώτῳ τόμῳ φάσκων οὕτως· Εἷς οὖν ὁ πάντων ἀξιώτερος τὴν ἰδίαν ὑπὲρ πάντων τέθεικε ψυχήν· καὶ συγχωρεῖ οἰκονομικῶς καταβιβάζεσθαι πρὸς βραχὺ τῷ θανάτῳ τὴν σάρκα· κατήργηκε δὲ πάλιν αὐτὸν ὡς ζωὴ· παθεῖν οὐκ ἀνεχόμενος τὸ παρὰ φύσιν ἰδίαν.) Εἴπωμεν οὖν αὐτῷ ἐναντιολογουμένῳ· πῶς οὖν ὁ τὴν σάρκα συγχωρῶν πρὸς βραχὺ τῷ θανάτῳ καταβιβάζεσθαι, καὶ καταργῶν τὸν θάνατον ὡς ζωὴ, οὐκ ἀνεχόμενος παθεῖν τὸ παρὰ φύσιν ἰδίαν, νῦν κατὰ σὲ πάσχει δι' τῆς σαρκός; ἀλλ' οὐκ ἔπαθεν ὁ Θεὸς τῇ σαρκὶ συνημμένος; ἀλλ' ἡ σὰρξ ἡνωμένη τῷ Θεῷ λόγῳ κατὰ τὴν αὐτοῦ συγχώρησιν τὴν οἰκείαν ὑπέμεινεν· οὐ γὰρ μὴ αὐτοῦ συγχωροῦντος, πάθος, ἢ θάνατος ἐπεγένετο· εἰ γὰρ ψυχῆς παρούσης οὐκ ἐπεγίνετο θάνατος, πῶς ἂν Θεοῦ παρόντος, καὶ οὐ μόνον παρόντος ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ συνημμένου κατ' ἄκραν τινὰ κίωσιν, καὶ αὐτῷ μόνῳ καταληπτὴν, ἐνώχλει τῷ οἰκείῳ ναῷ, μὴ συγχωροῦντος αὐτοῦ, ἢ παθος, ἢ θάνατος; ἀλλὰ γὰρ οὐχ ἡ Θεότης τῇ σαρκὶ συνημμένη ἔπαθεν. ἀλλ' ἡ σὰρξ συγχωρήσης αὐτῆς τὴν οἰκείαν ὑπέμεινεν. ἀλλ' ὅτι κακόργως αὐτῷ κεῖται, τὸ ἔπαθε σαρκὶ, πρὸς * πλάνην τῆς ἀφελεστέρων, προδήλον αὐτόθεν· οὐ γὰρ ἐφύλαξε τὸ ἀπαθὲς τῇ θείᾳ φύσει. ὁ εἰπὼν, ἔπαθε σαρκὶ, οὐδὲν ἕτερον ἔφη, ἢ μετὰ σαρκὸς παθεῖν. κἂν οὖν μετὰ τῆς σαρκὸς ἔπαθε, παθητὸς ὡμολόγηται· ἢ γὰρ κατὰ φύσιν ἔχων τὸ * παθεῖν, ἔπαθεν, ἢ παρὰ φύσιν. καὶ εἰ μὲν κατὰ φύσιν ἔπαθεν, ἔσται καὶ ὁ πατὴρ παθητὸς, ὁμούσιος ὢν τῷ υἱῷ· ἀνάγκη γὰρ προσεῖναι πάντως τῷ γεγεννηκότι, ὅσα τῷ γεννηθέντι προσεστιν. ἢ ὁμολογοῦμεν αὐτὸν μὲν πεπονθέναι, ἐπιτηδείως ἔχοντα πρὸς τὸ πάθος, τὸν δὲ πατέρα παθεῖν μὴ ἐπιδέχεσθαι. ἀλλ' ὅπερ λέγοντες συναινέσομεν αἱρετικοῖς, λέγουσι τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ παθητὴν, τὴν δὲ τοῦ πατρὸς μὴ ἐπιδέχεσθαι πάθος· ὅθεν καὶ τὸ ἑτερούσιον λέγουσιν. εἰ δὲ φήσουσι παρὰ φύσιν αὐτὸν πεπονθέναι· ἐροῦμεν· καὶ ποῖον πάθος ἰσχυρότερον τῆς θείας φύσεως, ὥστε εἰς τὸ παρὰ φύσιν πάθος ἑλκύσαι τὸν κατὰ φύσιν ἀπαθῆ; ἀλλὰ φησὶν· αὐτοῦ βούλησις· ἀλλὰ φαμεν· ἡ αὐτοῦ βούλησις ἀπαθής. ζητοῦμεν δὲ πάθος τὸ τὴν ἀπαθῆ φύσιν εἰς τὴν αὐτοῦ ἐμπάθειαν μετενέγκαν· ἄλλως τε καὶ ἡ θεία βούλησις ἐκεῖνα θέλει, τὰ αὐτῇ πρέποντα· καὶ τί, φησὶ, πρεπωδέστερον τοῦ σῶσαι τὸ τῆς ἀνθρώπων γένος; καὶ πῶς ἤμελλε τὸ τῆς ἀνθρώπων γένος περισώζεσθαι, αὐτὸ εἰς ἀπάθειαν μετιβαίνον, ἢ τὴν * θείαν, καὶ ἀπαθῆ φύσιν εἰς πάθος καταστρώσα; πάντως γὰρ ὡς ἰσχυροτέρα εἰς τὸ ἑαυτῆς ἐμπαθὲς μετέστησε τὸ ἀπαθὲς· καὶ τίς ὄνησις τῷ παθητῷ, εἰ καὶ τὸ ἀπαθὲς παθητὸν γένοιτο; σωτηρία δὲ τοῦ παθητοῦ οὐχ ἡ τοῦ ἀπαθοῦς πρὸς αὐτὸ δι' τοῦ πάθους κοινωνία. τοῦτο γὰρ μᾶλλον αὔξησις τοῦ κακοῦ, οὐκ ἀναίρεσις· τῷ γὰρ ὁμοίῳ τὸ ἕτερον οὐκ ἀναιρεῖται, ἀλλὰ αὐ-

* πλάνου

* πάθος.

* τὸν δὲ τὴν, ἤτοι τὸ πάθος τὸ φύσει.

αὐξάνεται. τίς οὖν ἡ συνάφεια τῆς παθητῆς; ὡς ἔφημεν, οὐχ ἡ τῆς ἀπαθοῦς πρὸς αὐτὸ κοινωνία, ἀλλ' ἡ αὐτῆς πρὸς τὸ ἀπαθὲς μετάστασις· ὃ καὶ πεποίηκεν ὁ δεσπότης Χριστός. οὐκ αὐτὸς κατὰ τὴν θεότητα εἰς πάθος καταβιβασθεὶς, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα πᾶσαν διὰ τῆς ἁγίας σαρκὸς εἰς ὕψος ἐγείρας. καὶ τὴν χαμαὶ κειμένην εἰς οὐρανὸς ἀνελκύσας. καὶ τὴν ἀπαρρησίαστον πρώην υἱοθεσίας ἀξιώσας. τίς δὲ ἐχρεώστει πάντως τὸν ἐκ τῆς παρακοῆς θάνατον; ἡ φύσις πάντως ἡ ἀνθρωπία, οὐχ ἡ θεία. τίνα οὖν ἀκόλουθον ἦν ἀποδοῦναι τὸν ἐκ τῆς παρακοῆς θάνατον;

A tio: alterum enim a simili non auferitur, sed augetur. Quæ igitur salus passibilis est naturæ? Ut diximus, non impassibilis secum in passione societas, sed translatio ejus ad id, quod est impassibile: quod & fecit dominus Christus, dum non ipse secundum divinitatem dejectus est ad passionem, sed omnem humanitatem per suam sanctam carnem in sublime evexit, & humi jacentem in cœlos traxit, & pridem omni libertate destitutam, adoptione filiorum dignatus est. Quis autem debitor erat mortis, quæ est ex inobedientia? Omnino humana natura, non divina. Quam igitur consentaneum erat persolvere mortem ex
B inobedientia existentem?

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Cyrilli defensio.

Ἀξιάγαστος ὡς ἀληθῶς τῆς ἀληθείας ἡ δύναμις· καὶ μάρτυς ἡ πεῖρα· οὐ γάρ μοι μακρῷ δεήσει λόγῳ πρὸς ἀπολογίαν· ἤγουν ἀναπείθειν * οἰόντας τὴν ἡπατημένους, οἰόμενοι ὅτι παθητὸν εἶναι φαμὲν τὴν θείαν τοῦ λόγου φύσιν, ἄπαξ τοῖς δὲ ἐναντίας * καταβεβηκότων, αὐτόθεν διωμολογηκότων καὶ μάλα σαφῶς, ὡς * ἀλλότριον, καὶ ἔξω τοῦ ἐπίγε τούτοις * καθεστήκαμεν ἐγκλημάτων. ἐπειδὴ δὲ ἀνυπόθετον λῆμμα κατὰ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν προθέσθαι * ἀβελτέρως, πικροῖς ἐννοιῶν δρήμασι χρώμενοι, πειρῶνται δεικνύειν τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀγχινοίας τὴν δεινότητα· καταστοιβάζουσι δὲ καὶ μάλα γοργῶς, ἀποφαίνοντες ἀπαθῆ κατ' ἰδίαν φύσιν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ἀκυέπωσαν, μηδενὸς αὐτοῖς ἀντεξαγόντος, πρὸς ἡμῶν, ὅτι πικτάλοισι μάτην, καὶ δέρουσι πρὸς ἀέρα εἰς τοῦτο, μήτε μὴν φρονοῦντος τὰ ἐναντία. τί τοίνυν ἐδρῶσι μάτην, καὶ διατείνονται πειστῆναι; τίς ὅπως ἐμβρόντητος, ὡς τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας τὸ ἐμπαθὲς καθορίζειν· καὶ εἰς τὴν τῶν παθημάτων ἀοίδιμον κατασείειν ἀποτολμᾷ τὸ παντὸς ἐπέκεινα γνωστοῦ, καὶ ἀσώματον; ἐπειδὴ δὲ ὁ τοῦ μυστικοῦ λόγος, ἄνθρωπον οἷδε γνωμένον οἰκονομικῶς ἐκ γυναικὸς τὸν ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν υἱὸν μονογενῆ. ἴδιόν τε ὑπάρχειν αὐτοῦ διαβεβαιούμεθα τὸ ἐκ τῆς * μακαρίας παρθένου ληφθὲν ἅγιον σῶμα· ταύτῃ τοι καὶ μάλα ὀρθῶς κατ' οἰκείωσιν οἰκονομικὴν αὐτοῦ λέγεσθαι φαμὲν τὰ τῆς σαρκὸς πάθη, τετηρηκότες ἀναπτυχθὲν τῇ αὐτοῦ φύσει τὸ ἀπαθές. Θεὸς γὰρ ἐστιν ἐκ Θεοῦ. ὅπου τοίνυν σαρκὶ λέγεται παθεῖν, οὐκ αὐτὸς εἰς ἰδίαν φύσιν νοεῖται παθών. καθὸ Θεός ἐστιν. ἰδιοποιούμενος δὲ μᾶλλον τὸ πάθος· αὐτοῦ γὰρ γέγονε τὸ σεσωθὲν αὐτῷ σῶμα, καθάπερ ἔφην ἄρτιος. διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος αὐτὸν τὸν δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ πατὴρ, πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν * γενέσθαι φησί· γράφει δὲ οὕτως· εὐχαριστοῦντες τῷ πατρὶ τῷ ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί, ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν· ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται. καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάν-

* ἴσως, ὡς οἰόμενοι.
* καταβεβληκότων.
* ἀλλότριον.
* καθεστήκαμεν.
* ἀβέλτερος.
* παρθένου Μαρίας.
* γεγενῆσθαι, φησί. Κολασσ. 1. 12.

Admiranda profecto veritatis potentia est: id quod experientia testatur. Non enim mihi multo sermone ad defensionem opus est, ad persuadendum scilicet oppositum deceptis, ut opinantur, quod passibilem esse dicamus divinam verbi naturam, cum semel adversarii ultro confessi sint, idque satis perspicue, nos ab illis criminibus esse alienos. Sed quia sumptum, quod suppositione non indigeat, ad suum libitum inconsulte proponunt, & acribus cogita-
C tionum inventis conantur vim suæ sagacitatis ostendere, ac vehementer admodum adstruunt, ut demonstrent impassibile secundum suam naturam esse Dei Verbum; audiant a nobis, quod frustra pugnant, aeremque verberant, nemine in hoc eis se opponente, vel diversa sentiente. Quid igitur frustra insudant, & incassum contendunt? Quis adeo stupidus, ut eminentissimam omnium substantiam passibilem esse definiat, & eam, quæ est ultra omne genitum, & incorporea, in infirmitatem passionum detrudere audeat? Verum, quia sacramenti ratio agnoscit, Filium ex Deo Patre secundum naturam unigenitum, ho-
D minem ex muliere factum dispensative, ipsiusque proprium esse affirmans sanctum illud corpus ex beata virgine sumptum, eam ob causam jure optimo carnis passiones ejus esse dicimus secundum dispensativam appropriationem, servata ubique natura ejus impassibili: Deus enim est ex Deo. Quando igitur carne dicitur passus, non ipse in propria natura, qua Deus est, intelligitur passus, sed potius sibi appropriare passionem. Ipsius enim factum est unitum sibi corpus, sicut dudum dixi. Quapropter & divinus Paulus ipsum, per quem omnia, & in quo omnia fecit Pater, dicit esse factum primogenitum ex mortuis.
E Scribit autem sic: *Gratias agentes Patri*, Colos. 1. *qui nos idoneos fecit in partem sortis sanctorum in lumine; qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ; in quo habemus remissionem peccatorum: qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quia in ipso creata sunt omnia, quæ in cœlis & quæ in terra, visibilia & invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates; omnia per ipsum, & in ipso creata sunt; & ipse est ante omnia, & omnia in*

ipso

ipso constant, & ipse est caput corporis ec-
clesiæ, qui est principium, primogenitus ex
mortuis; ut sit in omnibus ipse primatum
tenens; quia in ipso complacuit, omnem ple-
nitudinem divinitatis inhabitare corporaliter,
& per eum reconciliare omnia in ipsum, pa-
cificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ
in terris, sive quæ in cœlis sunt. Consi-
dera a quomodo, cum per ipsum omnia
dicat esse facta, visibilia & invisibilia,
thronos & potestates, ipsum datum eccle-
siæ caput, & primogenitum ex mortuis fa-
ctum esse affirmet, reconciliataque omnia
per ipsum in ipsum, & pacificata per san-
guinem crucis ejus, sive quæ super ter-
ram, sive quæ in cœlis. Igitur dubitet
quisquam post hæc, & frustra formidet,
ne passibilem Filii naturam sacramenti ser-
mo declaret, quando dicitur carne pati?
Proprias enim facit, ut dixi, proprii
corporis passiones. Hoc sentire placuit & san-
cto Petro dicenti: *Christo igitur passus pro*
nobis in carne. Aliud enim est dicere,
pati in carne, & aliud similiter dicere,
pati in divinitatis natura. Quia enim idem
Deus simul est & homo, impassibilis qui-
dem, quantum ad divinitatis pertinet na-
turam, passibilis vero secundum humani-
tatem; quid hic absurdi, si dicatur pa-
ti eo quod pati aptum est, qui mansit
impassibilis in eo, quod pati non potest?
Quod autem in tali fide sanctorum quo-
que patrum excelluerit chorus, ex his
cognoscemus, quæ ipsi scripserunt, man-
datum salvatoris servantes. Meminerant
enim ejus dicentis: *Gratis accepistis, gratis*
date.

1. Petri 4.

Matth. 10. 8.

Gregorii episcopi Nysseni.

Hoc enim sapite, inquit, *in vobis, quod*
& in Christo Jesu. qui cum in forma Dei
esset, non rapinam arbitratus est esse se æqua-
lem Deo; sed semetipsum exinanivit, for-
mam servi accipiens. Quid servi forma de
Deo dici potest abjectius? Quid de om-
nium rege humilius, quam quod sponte
ad abjectæ naturæ nostræ commercium ve-
nerit? Rex regum, dominus dominan-
tium servili forma induitur: omnium ju-
dex principibus vectigalis efficitur: creatu-
ræ dominus in antro diversatur: qui om-
nia palmo concludit, locum in diversorio
nullum invenit; sed in brutorum animan-
tium præsepi reclinatur: mundus & puri-
ssimus humanæ naturæ sordes non aversa-
tur, & omnem mendicitatem nostram trans-
gressus, ipsam demum mortem perpetitur:
voluntariæ hujus paupertatis & abjectionis
mensuram perpendite. Vita degustat mor-
tem; judex in prætorium adducitur; vita
viventium dominus judicis sententiæ subjici-
tur; omnium cælestium virtutum rex car-
nificum manus experiri non gravatur. Ad
hoc, inquit, exemplum respiciat humilitatis
vestræ mensura.

De beata vita companda, homil. 2.

Philipp. 2.

Matth. 17. 27.

Isai. 40.

Luc. 2.

Joan. 19.

Basilii Cæsareæ episcopi.

Non enim cælum & terra, ac marium
spatia, & quæ in terris & in aquis degunt
animantes, & plantæ, & stellæ, & aer,

A των, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε· καὶ αὐτός ἐστιν
ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας· ὅς ἐστιν ἀρχή,
πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν· ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν
αὐτὸς πρωτεύων· ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλή-
ρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι σωματικῶς· καὶ δι'
αὐτοῦ ἀποκατηλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτόν· εἰρηνο-
ποιήσας δι' τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, εἴτε
τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἄθρει
δὴ οὖν, ὅπως δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πεποιῆσθαι λέγων,
ὁρατὰ, καὶ ἀόρατα, θρόνους τε, καὶ ἐξουσίας, αὐτὸν δε-
δέσθαι φησὶ τῇ ἐκκλησίᾳ κεφαλὴν, καὶ πρωτότοκον
ἐκ νεκρῶν· γενέσθαι διϊσχυρίζεται· ἀποκαταλλαχ-
θῆναί τε τὰ πάντα δι' αὐτοῦ εἰς αὐτόν· ἐ εἰρηνευ-
σαι δι' τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς
γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. εἴτά τις συνδοιάζων
καὶ μὴ τοῦτο ἔτι, καὶ δεδοικὼς εἰκῇ. μὴ ἄρα πως πα-
θητὴν τὴν τοῦ υἱοῦ φύσιν ὁ τοῦ μυστηρίου λόγος ἀπο-
φαίνῃ, ὅταν λέγηται σαρκὶ παθεῖν; ἰδιοποιεῖται
γὰρ, ὡς ἔφην, τὰ τοῦ ἰδίου σώματος πάθη. τοῦτο
φρονεῖν ἐδόκει τῷ θεσπεσίῳ Πέτρῳ λέγοντι. Χρι-
στοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί. ἕτερον δὲ τὸ
σαρκὶ παθεῖν λέγεσθαι, ἑ ἕτερον ὁμοίως τὸ παθεῖν
λέγεσθαι τῇ τῆς θεότητος φύσει· ἐπειδὴ γάρ ἐστιν
ὁ αὐτὸς θεός τε ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπος, ἀπαθὴς μὲν τό
γε ἦκον εἰς τὴν τῆς θεότητος φύσιν, παθητὸς δὲ κατὰ
τὸ ἀνθρώπινον· τί τὸ ἄτοπον, εἰ τῷ παθεῖν πεφυ-
κότι λέγεται παθεῖν, τῷ παθεῖν οὐκ εἰδότι μεμενηκὼς
ἀπαθής; ὅτι δὲ τοιᾷ δὲ πίστει καὶ ὁ τῶν ἁγίων πατέρων
διέπρεψε χορὸς, ἐξ αὐτῶν εἰσόμεθα, ὧν γεγράφασι
αὐτοὶ, τὴν τοῦ σωτῆρος τηρήσαντες ἐντολήν. διεμέ-
μνηντο γὰρ λέγοντος· δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε.

1. Πετρ. 4.

Ματθ. 10. 8.

Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης.

Τοῦτο γὰρ φρονεῖσθω, φησὶν, ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν
Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγ-
μὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε
μορφὴν δούλου λαβών. τί πτωχότερον ἐπὶ Θεοῦ τῆς τοῦ
δούλου μορφῆς; τί ταπεινότερον ἐπὶ τοῦ βασιλέως
τῶν ὅλων, ἢ τὸ εἰς κοινωνίαν τῆς πτωχῆς ἡμῶν φύ-
σεως ἑκουσίως ἐλθεῖν; ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων,
καὶ ὁ κύριος τῶν κυριευόντων τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ὑποδύε-
ται· ὁ κριτὴς τοῦ παντὸς ὑποφόρος τοῖς δικασταῖς γί-
νεται· ὁ τῆς κτίσεως κύριος ἐν σπηλαίῳ κατοικεῖται·
ὁ τοῦ παντὸς περιδεδραγμένος οὐκ εἰσοικεῖ τόπον ἐν
τῷ καταλύματι, ἀλλ' ἐν φάτνῃ τῶν ἀλόγων παραρ-
ρίπτεται· ὁ καθαρὸς, καὶ ἀκήρατος, τὸν τῆς ἀνθρωπί-
νης φύσεως καταδέχεται ῥύπον, καὶ διὰ πάσης τῆς
πτωχείας ἡμῶν διεξελθὼν, μέχρι τῆς τοῦ θανάτου
προέσται πείρας. ὁρᾶτε τῆς ἑκουσίου πτωχείας τὸ μέ-
τρον· ἡ ζωὴ θανάτου γεύεται· ὁ κριτὴς εἰς κριτήριον
ἄγεται· ὁ τῆς ζωῆς τῶν ὅλων κύριος ἐπὶ τῇ ψήφῳ
τοῦ δικαζόντος ἄγεται· ὁ πάσης τῆς ὑπερκοσμίου
δυνάμεως βασιλεὺς τοῖς τῶν δημίων οὐκ ἀπωθεῖται
χεῖρας. πρὸς τοῦτό σοι, φησὶ, τὸ ὑπόδειγμα τῆς
ταπεινοφροσύνης βλεπέτω τὸ μέτρον.

Φιλιπ. 2.

Ματθ. 17. 27.

Ἡσαΐ. 40.

Λουκ. 2.

Ἰωάν. 19.

Βασιλείου ἐπισκόπου Καισαρείας.

Οὐ γὰρ τοσοῦτον οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ τὰ με-
γέθη τῶν πελαγῶν, ἑ τὰ ἐν ὕδασι διαιτώμενα, καὶ τὰ χερσαῖα τῶν ζώων, καὶ φυτὰ, καὶ ἀστέ-
ρες,

ρες, καὶ ἀὴρ, καὶ ὧραι, καὶ ἡ ποικίλη τοῦ παντὸς διακόσμησις, τὸ ὑπερέχον τῆς ἰσχύος σημαίνουσιν, ὅσον τὸ δυνηθῆναι τὸν Θεὸν τὸν ἀχώρητον ἁπαθῶς διὰ σαρκὸς συμπλακῆναι τῷ θανάτῳ, ἵνα ἡμῖν τῷ ἰδίῳ παθεῖν τὴν ἀπάθειαν χαρίσηται.

A & anni tempora, & varius totius universitatis ornatus tantum potentiæ excellentiam ostendit, quantum immensum illum infinitumque Deum impassibiliter per carnem complexum esse mortem, quo nimirum per propriam passionem suam nobis impassibilitatem impertiretur.

Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

Athanasii episcopi Alexandriæ:

Καὶ ἐδείκνυτο, ὅτι μὴ φαντασίᾳ, ἀλλὰ ἀληθῶς ἔχων ἰδίῳ τὸ σῶμα. ἔπρεπε δὲ τὸν κύριον συδιδυσκόμενον τῇ ἀνθρωπίνῳ σάρκα ταύτῃ, μετὰ τῶν ἰδίων παθῶν ὅλην αὐτὴν συδίσασθαι· ἵν' ὥσπερ ἴδιον αὐτοῦ λέγομεν εἶναι τὸ σῶμα, οὕτω καὶ τὰ τοῦ σώματος πάθη ἴδια μόνον αὐτοῦ λέγηται. εἰ καὶ μὴ ἥπτετο κατὰ τὴν θεότητα αὐτοῦ. εἰ μὲν ἕτερον τὸ σῶμα, ἐκείνου ἂν λέγοιτο καὶ τὰ πάθη· εἰ δὲ τοῦ λόγου ἡ σάρξ, ὁ γὰρ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἀνάγκη καὶ τὰ τῆς σαρκὸς πάθη λέγεσθαι αὐτοῦ, οὗ καὶ ἡ σάρξ ἐστιν· οὗ γὰρ λέγεται, τὰ πάθη, οἷά ἐστι μάλιστα τὸ κατακεντεῖσθαι, τὸ μαστιγοῦσθαι, τὸ διψᾶν, καὶ σαυρὸς, καὶ ὁ θάνατος, καὶ αἱ ἄλλαι τοῦ σώματος ἀσθένειαι, τοῦτο καὶ τὸ κατέρρωμα, καὶ ἡ χάρις ἐστί. διὰ τοῦτο τοίνυν ἀκολούθως, καὶ εὐπρεπῶς οὐκ ἄλλου, ἀλλὰ τοῦ κυρίου λέγεται τὰ τοιαῦτα πάθη. ἵνα καὶ ἡ χάρις παρ' αὐτοῦ ἔστι· καὶ μὴ εἰδωλολατρῶμεν γινόμεθα, ἀλλὰ ἀληθῶς θεοσεβεῖς, ὅτι μηδένα τῆς γενητῆς, μὴ δὲ κοινόν τινα ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸν ἐκ Θεοῦ φύσει, καὶ ἀληθινὸν υἱὸν, τεχθέντα γενόμενον ἄνθρωπον, οὐδὲν ἧττον κύριον αὐτὸν, καὶ Θεὸν, καὶ σωτῆρα ἐπικαλούμεθα.

Et ostendebatur, quod non apparenter, sed vere habuerit corpus. Decebat enim, dominum humanam hanc carnem induentem, cum suis passionibus ipsam totam induere: ut sicut proprium ipsius esse dicimus corpus, ita & corporis passiones propriæ tantum ejus dicantur, etiamsi non contigerint divinitatem ejus. Nam si alterius esset corpus, illius etiam dicerentur passiones. Si autem Verbi est caro, (*Verbum* enim *Caro factum est*) necessarium est, ut & carnis passiones ejus esse dicantur, cujus & caro est. Cujus enim dicuntur passiones, quales sunt maxime, condemnari, flagellari, sitire, & crux, & mors, & aliæ corporis infirmitates, ejus & meritum & gratia est. Idcirco recte ac decenter non alterius, sed domini dicuntur esse hujusmodi passiones; ut & gratia ab ipso sit, & non efficiamur idololatræ, sed vere Deum colentes, quia nullam creaturam, neque communem aliquem hominem, sed naturalem & verum Dei Filium, hominem factum, eumdem nihilominus dominum & Deum ac salvatorem invocamus.

Joan. 1.

Ἀπόχρη τοίνυν εἰς πληροφορίαν, ὡς γε οἶμαι, τοῖς ἀρτιφρόσι τὰ προτεθεῖσι ῥητὰ, τοῦ θείου νόμου διαρρήδην λέγοντος· ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων, καὶ τριῶν σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. εἰ δὲ δή τις βούλοιτο καὶ μετὰ τοῦτο ἔτι φιλονεικεῖν, ἀκουέτω πρὸς ἡμῶν. ἴθι τὴν κατὰ σαυτὸν· ἡμεῖς δὲ τοῖς ὀρθοῖς γράμμασι, καὶ τῇ τῶν ἁγίων πατέρων ὀψόμεθα πίστει· κερδανοῦμεν γὰρ ὅπου τῆς ἄνω κλήσεως τὸ βραβεῖον Χριστῷ· δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Matth. 18.

Sufficiunt igitur, ut opinor, ad probationem sapientibus sententiæ propositæ, divina lege manifeste dicente: *In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum*. Si quis autem voluerit etiam post hæc adhuc contendere, audiat a nobis: Tuo perge itinere; nos autem divinas scripturas, & sanctorum sequemur fidem. Sic enim lucrabimur supernæ vocationis bravium in Christo: per quem, & cum quo, Deo & Patri gloria cum sancto Spiritu in sæcula. Amen.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς Εὐόπτιον, πρὸς τὴν παρὰ Θεοδωρήτου κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων ἀντίρρησιν.

Κυρίλλος τῷ βλαβεστάτῳ, καὶ ποθεινοτάτῳ ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ Εὐοπτίῳ, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

SANCTI CYRILLI EPISCOPI.

Alexandriæ epistola ad Evoptium, adversus impugnationem duodecim capitum a Theodoreto editam.

Reverendissimo & desideratissimo fratri & comministro Evoptio Cyrillus in domino salutem.

ΕΝΕΤΥΧΟΝ τοῖς παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας ἐπεσταλμένοις, θαυμάσαί τε τὴν διάθεσιν, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἀγάπης τὸ γνήσιον. χρίνωσι δὲ ὑπολαμβάνω καὶ τοῦτο εἰπεῖν. ὡς ἔστιν ἀληθὲς τὸ ἐν τῇ βίβλῳ τῆς παροιμιῶν εἰρημένον. ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρά· καὶ μοι δοκεῖ τῆς ἀγάπης τὸ χρῆμα τὸ παντὸς ἄξιον τιμᾶσθαι λόγου παρὰ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, καὶ μάλα εἰκότως· πλήρωσιν ἔχει τοῦ νόμου, καὶ προέχει τῶν ἄλλων ἀρετῶν, καὶ ἐν πολλῷ κεῖται θαύματι παρὰ τοῖς τῶν

Prov. 18.

LECTIS literis a pietate tua ad me datis, admiratus sum & affectionem, & caritatis in Christo sinceritatem; atque adeo illud libri Proverbiorum. *Frater, qui a fratre adjuvatur, sicut civitas munita*; ut verissime scriptum, nunc quoque dici debere censeo: videturque mihi caritatis possessio maximi fieri in scripturis divinitus inspiratis, idque jure optimo: Plenitudinem enim legis continet, aliaque virtutes antecellit, & in maxima admiratione est apud animas sanctorum. Verum eam non

CAP. III.

Prov. 18.

in nudis, solisque verbis compleri dicimus, sed factorum testimonio * confirmatis. Sicut enim pretiosissimas gemmas, quas Indicas esse ajunt, non ex his, quæ de illis narrantur, sed ex eo quod sunt, ii qui vident admirantur: ita etiam claram dilectionis pulchritudinem tum effulgere arbitror, cum in cunctis rebus optimis ab ipsis recte factis testimonium habet. Hanc pietas tua magni facit, dum per prudentiæ sanctorum vestigia incedit, reditumque vitæ illorum institutum ad gloriam exprimit suam. Abundantius autem comprobatum est mihi tuæ pietatis erga me studium, libro abs te mihi exhibito, quem compositisse dicitur contra anathematismos Theodoretus Cyri: ita enim civitatulam vocari dicunt. Lectis autem his, quæ in eo habentur, gratias Deo egi cum hymnis, sine intermissione illud addens: *Domine libera animam meam a labiis iniquis, & a lingua dolosa*. Reperio enim me ubique calumniis impeti, idque per singula capita. Intellexi autem, virum istum, quamvis in dicendo exercitatum, ut familiares nonnulli dicunt, & non mediocri sacrarum scripturarum cognitione fortassis locupletatum, ab eorum capitum intelligentia tantum aberrasse, ut de eo jam existimem ac putem, quod quorundam desideriis indulgens fingat se ignorantem, ut non inelegantes & supervacanea, sed opportune & apposite potius conviciis in me usus putetur, cum tamen in dictis nostris, ut puto, nihil omnino sit difficile, nihil arduum, nihil quod apprehensionem subterfugiat. Quoniam vero, licet jam ante de his scripserimus, pauca etiam adversus ipsum loqui necessarium est, ne quis damnata sententia silentium eligere me putet; quanta licuerit sermonis brevitate defensionem afferam. Oportebat sane, ipsum in sacris exercitatum scripturis, si quidem omnino illi propositum erat de divinis mysteriis nobiscum agere, de sacris solum literis mentionem facere, expositionemque suam religiose contexere, non priscas nobis fabulas & putidas in medium afferre. Meos enim sermones cum pomo discordiæ confert fortassis ut ea re ostentet, quantum sibi sapientiæ comparavit. Unde & nos, quæ ad eum pertinent, maxima admiratione prosequimur: nam & eloquentissimum se declarat, & multifariam eruditum, utpote cui pomum discordiæ non ignoret, neque filium Priami Paridem. Ceterum his modo dimissis, in rem propositam potius incumbemus.

ἀγῶν ψυχῆς. πληροῦσθαί γε μὴν αὐτὴν φαμὲν οὐκ ἐν ψιλαῖς τε, καὶ μοναῖς ῥημάτων φορταῖς, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων * μαρτυρουμένοις. ὥσπερ γὰρ αἱ πολυτελέστατοι τῶν λίθων, ἃς καὶ ἰνδικὰς εἶναί φασιν, οὐκ ἐξ ὧν ἄν τις ἐξηγοῖτο περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ἐξ ὧν εἰσι παρὰ τοῖς ὁρῶσι θαυμάζουσι, τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον καὶ τὸ λαμπρὸν τῆς ἀγάπης * ἐμφαίνεται κάλλος, δι' αὐτῶν τῶν * κατορθουμένων ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀείποτε μαρτυρούμενον. πιστοῦται δὴ σὴ θεοσέβεια ποιεῖται περὶ πολλῶν, τῆς τῶν ἁγίων φρονήματος ἴχνη κατ' ἴχνος. τὸ δ' ἐκείνων δι' ζωὴ εἰς * τὴν ἑαυτῆς ἀναματτομένη χρῆμα. δείκνυμαι δὲ καὶ σοῦ εἰς πληροφορίαν τῆς ἐκείνης διαθέσεως τὸ σὴ θεοσεβείᾳ τὸν διατεμφθεῖσαν τόμον. ὃν σοῦ φασι κατὰ τῶν ἀναθεματισμῶν Θεοδωρήτου Κυρ[illegible] καλοῦσι γὰρ οὕτω φασὶ τὸ πολίχνιον. εὐτυχῶ δὲ τοῖς γεγραμμένοις, ἀνέθηκα τῷ Θεῷ πολλὰς χαρίσαντι φωνὰς· ἀπεκλείλοιπα δὲ κἀκεῖνο λέγων· κύριε ῥύσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ χειλέων ἀδίκων, καὶ ἀπὸ γλώσσης δολίας. δείσκω γὰρ ἐμαυτὸν ἐν παντὶ τόπῳ τυγχάνοντα, καὶ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν κεφαλαίων ἐπιβαλλόμενον πεῖραν. * συνεσήκα δὲ, ὅτι καὶ τοῦ, καθὰ φασὶ τῶν γνωρίμων τινὲς, ἐκ ἐξωτερικῆς, τῆς τοῦ γε ἥκου εἰς * λόγου, ἐπέχων ὁ ἀνὴρ. συνεκηρυχῶς δὲ πίχα καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἀμετρίαν εἰδήσειν, ἀπεκοιμήθη τοσοῦτον τῶν συνεσίαι τῶν κεφαλαίων τὴν διώκαμεν· ὥστε με λοιπὸν οἴεσθαί τε, καὶ φρονεῖν, ὅτι πᾶς τις ὑπὲρ ἐπιθυμίας τὸ δοκεῖν ἀγνοεῖν χαρίζεται. ἵνα μὴ ἀκόμψως, καὶ πειστῶς, διαφέρομαι δὲ μᾶλλον, πᾶς καθ' ἡμῶν λοιδορίαις κεχρῆσθαι νομίζεται. καὶ τοι διεχρὲς, ἢ ἄκαιρος ἀδεῶς παντελῶς, ὡς γε οἶμαι, ἐν τοῖς παρ' ἡμῶν εἰρημένοις ἐστὶν, ὅτε μὴν δὲ τι κτίστον ἔχει τὴν προσβολήν. ἐπειδὴ δὲ τοῦ ἀναγκαῖον, καὶ τοι γεγραφότες ἤδη περὶ τούτου ἡμᾶς, ὀλίγα καὶ ὅσα αὐτὸν εἰπεῖν. ἵνα μή τις οἴηται σωτῆρα ἑλέσθαι κατεγνωσμένος. ποιήσομαι τὴν ἀπολογίαν, βραχυλογήσας ὡς οἶόν τε. ἔδει μὲν οὖν αὐτὸν πᾶς θεοπνεύστοις εἰκότως μόνον γραφαῖς, εἴπερ τοῦ ὅλως σκοπὸς αὐτῷ τὰς περὶ τῶν θείων ἡμῖν μυστηρίων ποιεῖσθαι λόγους, τῶν ἱερῶν γραμμάτων διαμνημονεύεσθαι μόνον, ἐξυφαίνειν τε ὅπως ἁγιοπρεπῶς τὴν ἀφήγησιν. καὶ μὴ μυθοὺς ἡμῖν ἀρχαίους, καὶ ἀκόσμους παρακομίζειν εἰς μέσον. παρεγκαλεῖν γὰρ ἀξιοῖ τοὺς ἐμοὺς λόγους τῷ μήλῳ τῆς ἔριδος. πίχα τε καὶ ἐπιδείξειν τῆς εἰκότως αὐτῷ σοφίας τὸ χρῆμα ποιούμενος. ὅθεν καὶ ἡμεῖς ἐν πλείστῳ τε ὄντες, καὶ μεγάλῳ θαύματι, τὰ κατ' αὐτὸν πεποιήμεθα. φαίνεται γὰρ ἐκ πολλῆς ἄγαν ἐλλογιμότητος, καὶ φιλομαθείας, τὸ μῆλον τῆς ἔριδος ἐκ λήθης κεῖται, ὅτε μὴν τὸν Πριάμου Πάριν. πλὴν τὰ τοιαῦτα μεθιέντες εἰς τὸ παρὸν, ἀνθεξόμεθα μᾶλλον τοῦ προκειμένου σκοποῦ.

THEODORETI EPISCOPI CYRI

Epistola ad Joannem Antiochenum episcopum.

VALDE dolui, cum anathematismos legissem, quos direxisti nobis præcipiens, ut eos scripto destrueremus, & ut hæreticum eorum sensum nudum omnibus intimaremus. Dolui autem, quod vir pascendi fortitus officium, & cui grex tantus est creditus, & oves infirmas curare præceptum, non solum languet ipse, &

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ἐπισκόπου Κύρου πρὸς Ἰωάννην Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον.

ΛΙΑΝ ἤλγησα, τοῖς ἀναθεματισμοῖς σου τυχὼν, ἃς ἀπέστειλας, ἀναῤῥῆξαι τούτους ἐγγράφως ἡμῖν κελεύσας. καὶ τὴν αἱρετικὴν αὐτῶν σύνοιαν γυμνὴν ἅπασι καταστῆσαι. ἤλγησα δὲ, ὅτι ἀνὴρ ποιμαίνειν λαχὼν, καὶ ποίμνην τοσαύτην πεπιστευμένος, καὶ θεραπεύειν τὰ ἀσθενῆ τῶν προβάτων προστεταγμένος, νοσεῖ μὲν αὐτὸς, καὶ λίαν σφοδρῶς, ἀναπιμπλᾶν δὲ πειρᾶται

ρᾶται τῆς νόσου καὶ τὰ θρέμματα. καὶ τῆς ἀγρίων θηρίων χαλεπώτερα τὰ ποιμαινόμενα καθίστησιν. οἱ μὲν γὰρ τὰ διεσπαρμένα, καὶ τῆς ποίμνης κεχωρισμένα διασπῶσιν ἁρπάζοντες, ὁ δὲ ἐν μέσῳ τούτῳ τυγχάνων, καὶ σωτὴρ εἶναι, καὶ φύλαξ νενομισμένος, λαθραίαν τὴν πλάνην τοῖς πειθομένοις ἐνίησι. τὸ μὲν γὰρ προφανῶς πολεμῶν, δυνατὸν καὶ φυλάξασθαι, τὸ δ' ἐν σχήματι φιλίας τῷ ἐπιβουλεύοντι προσφέρον, ἀφύλακτον ἐξεισκεῖ τὸν πολεμούμενον, καὶ ῥᾴδιον αὐτῷ τῷ βλάβῃ ἐνιέναι. διὸ καὶ τῆς ἔξωθεν πολεμούντων οἱ ἔνδοθεν πολεμοῦντες εἰσὶ χαλεπώτεροι. τοῦτό με μειζόνως ἠνίασε, τὸ ἐν εὐσεβείας ὀνόματί τε, καὶ σχήματι, καὶ ἐν ποιμένος ἀξιώματι τυγχάνοντα, τοὺς αἱρετικοὺς, καὶ βλασφήμους ῥῆξαι φωνάς· καὶ τῶν πάλαι σβεσθεῖσαν Ἀπολιναρίου φλύναφον ὁμοῦ, καὶ δυσσεβῆ διδασκαλίαν ἀνανεώσασθαι. πρὸς δὲ τούτοις τὸ μὴ μόνον τοῦτο προσβεῦσαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς μὴ πειθομένους αὐτῷ συμβλασφημεῖν, ἀναθεματίσαι τολμῆσαι· εἴπερ ἀληθῶς αὐτοῦ τοῦτο τὸ ῥήμα τι, καὶ ὁ τῶν ἐχθρῶν τις τῆς ἀληθείας, ὡς ἐξ ἐκείνου τοῦτο σωυπεθεικὼς, ἔρριψεν ἐν μέσῳ, κατὰ τὸ μυθολόμενον ἐκεῖνο μῆλον τῆς ἔριδος, εἰς ὕψος ἐγείρων τῶν φλόγα. ἐγὼ τοίνυν, εἴτ' ἐκεῖνος, εἴτ' ἄλλος τις, ὡς ἐξ ἐκείνου, τοῦτο συντέθεικε, τῷ φωτὶ τοῦ παναγίου πνεύματος συνεργῶν πρὸς τῶν ἔρευναν τῆς αἱρετικῆς κακοδοξίας χρησάμενος, κατὰ τὸ μέτρον τῆς δοθείσης μοι δυναμεως, διήλεγξα τοῦτο, ὡς οἷόν τε ἦν· καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς, καὶ ἀποστολικοῖς ἀντέθηκα διδασκαλίαις· καὶ τὸ ἀλλόκοτον τοῦ δόγματος ἔδειξα· καὶ ὅσῳ ἔχει διαφωνίαν πρὸς τὰ θεῖα δόγματα πεποίηκα φανερὸν παρεξετάσας αὐτὰ τοῖς τοῦ θείου πνεύματος λόγοις, καὶ διδάξας ὅπως ἀσύμφωνα, καὶ τῆς θείας ἀλλότρια. πρὸς δὲ τῶν τοῦ ἀναθεματισμοῦ τόλμαν τοσοῦτον ἐρῶ, ὅτι Παῦλος ὁ μεγαλοφωνότατος τῆς ἀληθείας κήρυξ τοὺς παραφθείραντας τὰ εὐαγγελικὰ, καὶ ἀποστολικὰ διδάγματα, ἀνεθεμάτισε, καὶ τῆς ἀγγέλων κατετολμήσας, ὃ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς δοθεῖσιν ὅροις ὑπὸ τῆς θεολόγων ἀνδρῶν· τούτους γὰρ καὶ εὐλογίαις ὠχύρωσεν, εἰπών. ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ * στοιχήσουσιν, εἰρήνη ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἔλεος, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ. δρεπέσθω τοίνυν ὁ τῆς λόγου τούτων πατὴρ ἐκ τῆς ἀποστολικῆς ἀρᾶς τῆς οἰκείων πόνων τὰ ἐπίχειρα, καὶ τῆς αἱρετικῶν σπερμάτων τὰ δράγματα· ἡμεῖς δὲ τῇ τῆς ἁγίων πατέρων ἐμμένοντες διδασκαλίᾳ. ὑπέπτυξε δὲ καὶ τὰς γεγυμνασμένας ἀντιρρήσεις τῇ δέμνῃ τῇ ἐπιστολῇ. ἵνα ἀναγνοὺς * δοκιμάσας, εἰδυνατῶς τῆς αἱρετικῶν προβλημάτων τὰ λύσιν ἐποιησάμεθα ἕκαστον δὲ τῆς ἀναθεματισμῶν καθ' ἑαυτὸν πεθεικὼς, ἐξήγαγον τὰ ἀντίρρησιν. ὅπως ἂν ῥᾴδιος τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἡ κατανόησις γένηται, καὶ σαφὴς τῆς δογμάτων ὁ ἔλεγχος.

Γαλ. 1. 8

Γαλ. 6. 16.

* στοιχήσει.

* Τινὸς, δοκιμάσαι.

A quidem vehementer, sed nititur etiam oves ægritudine implere, & feris bestiis sævius ea, quæ sunt pascenda, discerpit. Illæ namque ea, quæ sunt dispersa, & a grege divisa, rapientes dilacerant; hic autem in medio gregis existens, & salvator reputatus & custos latentem errorem in eos, qui illi parent, introducit. Quod enim aperte oppugnat, observari facile est, quod vero sub amicitiæ specie insidias parat, invenit eum; contra quem pugnat, incautum, eique facile infert læsionem, unde iis, qui exterius oppugnant, interius pugnantes sunt sæviores. Hoc me multo magis contristat, quod sub pietatis B nomine atque figura, & in pastoris dignitate consistens, in hæreticas & blasphemas voces erumpit; & dudum extinctam Apollinarii inanem simul impiamque doctrinam renovat. Super hæc autem non solum talia sentire, sed & suis blasphemis non consentientes anathematizare præsumpserit: si tamen ipsius ista sunt germina, & non inimicorum quispiam veritatis, tanquam ex illo hæc componens, projecit in medium, secundum illud, quod est in fabula, pomum discordiæ, in altum flammam exaltans. Ego proinde, sive is, sive alius quispiam velut ex illius persona hæc composuerit, auxilio lucis sanctissimi C Spiritus ad inquisitionem pravæ & hæreticæ opinionis usus, pro modo concessæ mihi facultatis, quoad fieri potuit, ea refutavi, doctrinasque evangelicas & apostolicas opposui, ac dogmatis absurditatem patefeci, & quantum discrepet a divinis dogmatibus, planum feci, ea ad sancti Spiritus eloquia perpendens, docensque qualiter a divinis aliena sint & dissentanea. Adversus autem audaciam anathematismi hoc dixerim, nempe Paulum clarissimum veritatis præconem autem etiam adversus angelos, illos anathematizasse, qui evangelica & apostolica documenta corruperant, permanentes autem in traditis a theologis D decretis non item; tales enim etiam benedictionibus munivit: dicens *Quicunque hanc regulam sequuntur, pax super ipsos, & misericordia, & super Israel Dei*. Colligat igitur istiusmodi sermonum auctor ex apostolica execratione laborum suorum præmia, & hæreticorum seminum manipulos. Nos vero conquiescemus in doctrina sanctorum patrum. Ceterum huic epistolæ subtexuimus oppugnationes, ut ex ipsa lectione perspicias, an hæretica problemata strenue diluerimus. Ad singulos autem anathematismos seorsum positos protuli refutationem, ut lectores facilius intelligant, ac perspicua sit dogmatum redargutio.

Gal. 1. 8

Gal. 6. 16.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ Ἀρχιεπισκόπου E

Ἀλεξανδρείας πρὸς τοὺς τολμῶντας συνηγορεῖν τοῖς Νεστορίου δόγμασιν, ὡς ὀρθῶς ἔχουσι, κεφάλαια ιβ'.

Ἀναθεματισμὸς α'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ τοῦτο θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον, γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρ-

CYRILLI ARCHIEPISCOPI

Alexandriæ, adversus eos, qui audent Nestorii dogmatibus, ut rectis, patrocinari, capita duodecim.

Anathematismus I.

Si quis non confitetur, Emmanuelem vere Deum esse, & ob id sanctam virginem deiparam; (genuit enim illa carnali-

ter incarnatum Dei Patris Verbum) ana thema sit.

Αναθεμα γενοιτο τῶν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λογον σαρκωθεντα.

Theodoreti episcopi Cyri reprehensio duodecim capitum.

Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου ἀνατροπὴ τῶν δωδεκα κεφαλαίων.

Nos autem, quicumque voces evangelicas sequimur, non carnem naturaliter factum, neque in carnem conversum Deum Verbum dicimus; inconvertibilis est enim, immutabilisque divinitas: unde & propheta David dicit: *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient*: quod Paulus magnus veritatis præco de Filio dictum, in epistola ad Hebræos docuit; & alibi per prophetam ait Deus; *Ego sum, & non mutor*. Si igitur inconvertibilis est, immutabilisque divinitas, conversionis & mutabilitatis non est capax. Si autem impossibile est, converti inconvertibilem, non est factum caro Deus Verbum, ita ut sit conversum, sed assumpsit carnem, & inhabitavit in nobis, secundum evangelicam vocem. Et hoc explicans sacratissimus Paulus in epistola ad Philippenses ait: *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*. Palam igitur est ex his, quæ dicta sunt, quia Dei forma mutata non est in servi formam; sed manens quod erat, assumpsit formam servi. Igitur non est factum caro Deus Verbum, sed carnem viventem & ratione præditam assumpsit; non ipse naturaliter e Virgine natus, & conceptus & figuratus, atque formatus, & existendi principium exinde assumens, qui ante sæcula & Deus est, & apud Deum, & cum Patre est, & cum Patre cognoscitur & adoratur; sed templum sibi in utero virginali formans, erat cum formato & nato. Quamobrem & sanctam illam virginem Dei genitricem appellamus, non quasi Deum natura generaverit, sed tanquam hominem unitum Deo, qui finxit eum. Si autem non est homo, qui in utero virginis formatus est, sed Deus Verbum, quod ante sæcula est; factura igitur Spiritus erit Deus Verbum: *Quod enim in ea natum est*, inquit Gabriel, *ex Spiritu sancto est*. Si autem increatum est unigenitum Dei Verbum, Patrique consubstantiale & coæternum, non est formatum, aut creatum a Spiritu. Si vero Deum Verbum in utero virginis Spiritus sanctus non formavit, restat intelligi, servi formam & fictam & formatam & conceptam & natam esse naturaliter. Quia vero non erat nuda a Dei forma, sed templum erat inhabitantis Dei Verbi, secundum Pauli vocem: *In ipso enim*, inquit, *complacuit omnem plenitudinem divinitatis inhabitare corporaliter*: non hominis genitricem, sed Dei genitricem virginem appellamus; illam quidem figmento & formationi & conceptui, hanc autem unitioni imponentes appellationem. Propterea & natus infans Emmanuel appellatur, neque Deus ab humana natura separatus, neque homo divinitate nudatus. Emmanuel enim nobiscum interpretatur esse Deum, secundum

Ἡμεῖς δὲ, ὅσοι τοῖς εὐαγγελικοῖς ἀκολουθοῦμεν φωναῖς, οὐ σάρκα φύσει γεγενῆσθαι, οὐ δὲ εἰς σάρκα μεταβληθῆναι τὸν Θεὸν λόγον φαμεν· ἄτρεπτον γὰρ τὸ θεῖον, καὶ ἀναλλοίωτον. διὸ καὶ Δαυὶδ ὁ προφήτης λέγει· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι· ὅπερ Παῦλος ὁ μέγας, ὁ τῆς ἀληθείας κῆρυξ, εἰς τὸν υἱὸν εἰρῆσθαι ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐδίδαξε. καὶ ἑτέρωθι δὲ διὰ τοῦ προφήτου φησὶν ὁ Θεός· ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἀλλοιοῦμαι. εἰ ὢν ἄτρεπτον τὸ θεῖον, καὶ ἀναλλοίωτον, ἄοκνης ἐστὶ, καὶ μεταβολῆς ἀνεπίδεκτον· εἰ δὲ ἀδυνάτον ἄοκνον τὸ ἄτρεπτον, οὐκ ἐγένετο σὰρξ ὁ Θεὸς λόγος ἀοκνεὶς. ἀλλ' ἀνέλαβε σάρκα, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, κατὰ τὴν τῶν εὐαγγελίων φωνήν. καὶ τοῦτο σαφῶς ὁ θειότατος Παῦλος λέγων ἐν τῇ πρὸς Φιλιπησίους φησί· τοῦτο φρονεῖσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ μορφὴ οὐκ ἐξάπαντος εἰς δούλου μορφὴν, ἀλλὰ μένουσα ὅ ἦν, ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν. τοίνυν οὐ γέγονε σὰρξ ὁ Θεὸς λόγος, ἀλλὰ σάρκα ζῶσαν, καὶ λογικὴν ἀνέλαβεν. οὐκ αὐτὸς φύσει ἐκ τῆς παρθένου γεγένηται συλληφθεὶς, καὶ διαπλασθεὶς, καὶ μορφωθεὶς, καὶ ἀρχὴν ἐκεῖθεν τοῦ εἶναι λαβών, ὁ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχων, καὶ Θεὸς ὤν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὤν, καὶ τῷ πατρὶ συνὼν, καὶ μετὰ πατρὸς γνωριζόμενός τε, καὶ προσκυνούμενος. ἀλλ' ἑαυτῷ ναὸν ἐν τῇ παρθενικῇ γαστρὶ διαπλάσας, συνῳκοδόμει τῷ πλασθέντι, καὶ γενηθέντι. οὗ χάριν καὶ τὴν ἁγίαν ἐκείνην παρθένον θεοτόκον προσαγορεύομεν, οὐχ ὡς Θεὸν φύσει γεννήσασαν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπον τῷ διαπλάσαντι αὐτὸν συνοικοῦντι Θεῷ. εἰ δὲ οὐκ ἄνθρωπος ὁ ἐν γαστρὶ τῆς παρθένου διαπλασθεὶς, ἀλλὰ Θεὸς λόγος, ὁ πρὸ αἰώνων, ποίημα ἄρα τοῦ πνεύματος ὁ Θεὸς λόγος. τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γενηθὲν, φησὶν ὁ Γαβριὴλ, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. εἰ δὲ ἄκτιστος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ τῷ πατρὶ ὁμοούσιός τε, καὶ συναΐδιος, οὐκέτι πλάσμα, ἢ κτίσμα τοῦ πνεύματος. εἰ δὲ οὐ τὸν Θεὸν λόγον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῇ γαστρὶ τῆς παρθένου διέπλασε, λείπεται νοεῖν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν καὶ πλασθῆναι, καὶ μορφωθῆναι, καὶ κυηθῆναι, καὶ γενηθῆναι φύσει. ἐπειδὴ δὲ οὐ γυμνὴ ἦν τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς, ἀλλὰ ναὸς ἦν, ἔνοικον τὸν Θεὸν λόγον ἔχων, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν· ἐν αὐτῷ γὰρ, φησὶν, εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος κατοικῆσαι σωματικῶς· οὐκ ἀνθρωποτόκον, ἀλλὰ θεοτόκον τὴν παρθένον προσαγορεύομεν· τὴν μὲν τῇ διαπλάσει, καὶ μορφώσει, καὶ ἑνώσει, τὴν δὲ τῇ ἑνώσει τιθέντες προσηγορίαν. διὰ τοῦτο καὶ τὸ τεχθὲν βρέφος Ἐμμανουὴλ προσαγορεύεται. ὅτι Θεὸς ἀνθρωπείας φύσεως κεχωρισμένος, οὔτε ἄνθρωπος γεγυμνωμένος θεότητος· τὸ γὰρ Ἐμμανουὴλ τὸ μεθ' ἡμῶν ἑρμηνεύεται εἶναι Θεόν, κατὰ τὴν τῶν εὐαγγελίων φω-

Psalm. 101.
Hebr. 1.
Malach. 3. 6.
Joan. 1.
Philipp. 2.
Matth. 1.
Matth. 1. 20.
Coloss. 1. 19.
Coloss. 2. 9.

Matth. c. 23. φωνῆς· τὸ δὲ, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ τὸν ἐξ ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ληφθέντα δηλοῖ, καὶ τὸν ἀνειληφότα Θεὸν λόγον καρύττει. ἀκῶν τὸ βρέφος Ἐμμανουὴλ διὰ τὸν ἀνειληφότα Θεόν, καὶ θεοτόκος ἡ παρθένος διὰ τὴν κατὰ τὴν παθοῦσαν δούλου μορφὴν ἕνωσιν τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς· οὐ γὰρ εἰς σάρκα ὁ Θεὸς λόγος ἐξέστη, ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ μορφὴ ἔλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν.

A evangelicam vocem. Illud autem: *Nobiscum Deus*, & ex nobis pro nobis assumptum significat, & assumentem Deum Verbum praedicat. Ergo infans Emmanuel dicitur propter assumentem Deum; & Dei genitrix virgo, propter unitionem formae Dei ad conceptam servi formam. Non enim in carnem Deus Verbum conversum est, sed Dei forma assumpsit servi formam. Matth. c. 1.

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Πλείστην ὁσίαν πεποιήμεθα τὴν καταβολὴν τῆς ὁμολογεῖν οὐκ ἀνεχομένων Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ μίαν ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία παρθένος, ὅτι γεγέννηκε κατὰ σάρκα τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, * ὅτι γέγονε σὰρξ, τουτέστιν ἄνθρωπος. ὁ δὲ τῆς ὄπως ὀρθῶς εἰρημένων κατήγορος, εἰ μὴ Θεὸν οἶδε κατὰ ἀλήθειαν ὄντα τὸν Ἐμμανουὴλ, εἰ μὴ γεγενῆσθαι κατὰ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, σὰρξ γεγονώς, ὁ Θεοῦ λόγος κατὰ τὰς γραφάς. τί μὴ μᾶλλον ἐφασκε σεσαργῶς· τί δρᾷς, ὦ γύναικες; δεινάς τε, καὶ παλιμφήμους ἐρίζῃ φωνάς; τῆς τῆς ἀληθείας καταγνασθῇ δογμάτων; οὐκ ἔστι Θεὸς κατὰ ἀλήθειαν ὁ Ἐμμανουὴλ. ὅτι μὲν θεοτόκος ἡ ἁγία παρθένος· ἵνα καὶ ἡμεῖς τοῦτο βοῶντι, καὶ λέγοντι, τὰ ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἀντιστάντες ἐμφρόνως, καὶ τῆς ἀποστολικῆς τε, καὶ εὐαγγελικῆς πίστεως τὴν παράδοσιν, καὶ τὴν τῶν πατέρων ὁμολογίαν τῆς κατὰ καιρὸν σὺν τῇ Νικαίων συνελεγμένων ἀντιξάντες, δυσωπήσωμεν, ὡς ὅτι ὀρθῶς, οὔτε μὲν σὺν κόσμῳ τοῖς παρ' ἡμῶν εἰρημένοις ἐπιπλήττειν ἐπιχειρεῖ. μᾶλλον δὲ ἀνέδην τοῖς θείαις μάχεται γραφαῖς. ἀλλ' ὁ σοφὸς, καὶ ἀγχίνους ἐξηγητὴς, ἃ μὴ λῷ εἰκός τε, καὶ ἀναγκαῖον εἰπεῖν, παρέλασε, περφοντικὸς δὲ ὅλως τῆς τοιούτων οὐδενὸς, ἐφ' ἑτέραν ἕστι τέρθον. ἐξάπτετο γὰρ εὐθὺς ἐπὶ τὸ δεῖν ἀποφαίνειν, ὅτι ξοπῆς ἀμείνων ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ οὐκ εἰς φύσιν μετεποιήθη σαρκός. ὡς τοῦτο κρατυνοῦντος, καὶ ἀληθὲς ἀποφαίνειν ἐθέλοντος τοῦ ἀναθεματισμοῦ. ἀκούσω τοίνυν, ὑπαντᾷν, οἷς ἀντιλέγει κατ' οὐδένα ξόπον εἰδώς· εἰκῇ μολογεῖς ἄνθρωπε, καὶ μάχῃ φρονήματι μεμισημένῳ καὶ παρὸς ἡμῶν. ἴσμεν γὰρ, ὅτι ξοπῆς ἐπισκίασμα παθεῖν ἡ θεία τε, καὶ ὑπερτάτη φύσις οὐκ ἀνέχεται· οὔτε μὲν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, τὸ εἶναι μεθεὶς ὅπερ ἐστὶν, εἰς τὴν τῆς σαρκὸς μετοικεχώρηκε φύσιν. ἐπειδὴ δέ φησι, παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς μορφὴν ἀναληφθῆναι δούλου, διδασκέτω παρελθὼν, εἰ δίχα τῆς ὑποστάσεων μόναι, καὶ καθ' ἑαυτὰς αἱ μορφαὶ συμπλεκθεν ἀλλήλαις. ἀλλ' οἶμαι, κατεβαλεῖ καὶ αὐτὰς ἑαυτὰς αὐτόθεν· οὐ γὰρ ὁμοιότητες ἁπλῶς ἀνεστάσαι, καὶ μορφαὶ συμβήσεσθαι ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν. ἀλλὰ πραγμάτων, ἤγουν ὑποστάσεων γέγονε συνόδος. ἵνα καὶ ὁ τῆς ἀνθρωπότητος λόγος ἀληθῶς νοεῖσθαι πεπίστευται. οὐκοῦν εἰ λέγομεν σάρκα γενέσθαι τὸν λόγον, οὐ σύγχυσιν, οὐ φυρμὸν, οὐ ξοπὴν, οὐκ ἀλλοίωσιν συμβῆναι περὶ αὐτὸν φαμεν. ἡνῶσθαι δὲ μᾶλλον ἀφράστως, καὶ ἀπορρήτως, σώματι ψυχὴν ἔχοντι νοερὰν. τὸ δὲ ἡνῶσθαι λεγόμενον οὐ συγχεῖται πάντως, ἀλλὰ προσλήψει δὲ

* Ἰωαν. ὅτι

Cyrilli defensio.

Valde multum declamavimus adversus eos, qui confiteri non patiuntur, Emmanuelem vere esse Dei Verbum, & sanctam B virginem Dei genitricem, quod Dei Verbum secundum carnem genuerit, quando factum est caro, hoc est homo. Accusator vero horum sic recte dictorum, si non novit, Emmanuelem vere Deum esse, si non secundum carnem ex sancta virgine carnem factum Dei Verbum, ut scriptum est, cur non potius clare dixit: Quid agis vir egregie? absurdas & contrarias evomis voces: cur dogmatibus veritatis juveniliter insultas? Non est secundum veritatem Deus Emmanuel, neque Dei genitrix sancta virgo: ut & nos ita clamanti atque dicenti, e scriptura divina resistentes prudenter, & apostolicae atque evangelicae fidei traditionem, patrumque confessionem, qui olim Nicaeae congregati sunt, contra proferentes, convinceremus, eum nostris dictis reprehensionem neque recte, neque honeste moliri, magis autem cum divinis scripturis impudenter pugnare. Sed sapiens & astutus enarrator, quae quidem dicere decebat, & necessarium erat, praetermittens, & omnino de talibus nihil cogitans, alia aggreditur via. Confestim enim se convertit ad necessitatem adstruendi conversione superius esse Dei Verbum, nec in naturam carnis transformatum esse: quasi vero anathematismus id confirmet, D ac ostendere velit. Audiat itaque, qui occurrere his, quibus contradicit, nullo modo novit: Superflue loqueris homo, & repugnas sententiae odiosae etiam apud nos. Novimus enim, quod conversionis obumbrationem sustinere divina & suprema natura non patitur: sed neque Dei Verbum esse desinens hoc quod est, in naturam transiit carnis. Quia vero ait, a Dei forma assumptam servi formam, doceat in medium procedens, si absque subsistentiis solae & per se formae convenerunt inter se. Sed existimo, ipse se statim evertet. Non enim similitudines simpliciter non subsistentes, & formae convenerunt inter se per E unionem dispensatoriam, sed rerum sive substantiarum concursus est factus, ut inhumanationis ratio vere facta credatur. Ergo si dicemus carnem factum Verbum, non confusionem, non mixturam, non conversionem, aut immutationem contigisse dicimus circa ipsum, sed unitum potius ineffabiliter & inenarrabiliter corpori animam habenti intellectivam. Quod autem uniri dicitur, non statim confunditur, sed potius alterum assumit. Affirmamus igitur, Verbum, quod ex Deo patre est, assum-

sumpsisse sanctam & animatam carnem, unitumque secundum veritatem inconfuse, ex utero ipso processisse hominem, permansisse autem etiam sic Deum verum: ideoque & Dei genitrix est sancta virgo. Superfluum autem arbitror existimare, hominis etiam genitricem eam dici oportere. Nam si quidem essent aliqui ex multa vesania dicentes, Dei Verbi naturam veluti fontem quendam, & propriæ existentiæ principium habuisse carnem; forte fuisset aliqua non absurda & contemnenda ratio volentibus, eam etiam hominis genitricem nominari oportere. Quia vero abominabilis & odiosa quidem apud omnes est hujusmodi opinio, neque aliter intelligitur Dei genitricem esse sanctam virginem, nisi primum quis credat, quod Verbum, quod est ex Deo patre, factum sit caro, hoc est homo; (non enim certe divinitatem nudam, sicuti dixi, peperit sancta virgo) quæ est hujus instantiæ utilitas, dicentium oportere nominari eam & hominis genitricem? Sed sicut apparet, inventa ab eis est contra Christum virulenta quædam machinatio. Non enim patiuntur sapere vel dicere, ipsum, qui ex Deo & Patre est ante sæcula Filius, in novissimis sæculi temporibus inconfuse, inconvertibiliter, ex utero unitum carni animam habenti, rationalem, sicque factum similem nobis hominem: sed tamquam unum sanctorum, inhabitantem habuisse Deum prædicare conantur, & hoc sentiendum suadent, non considerantes, quod & in nobis est per Spiritum, sicut in sanctis templis, omnium Deus. Scriptum est enim: *Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Si quis ergo templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Sed licet nominemur templa Dei, cum Deum habeamus inhabitantem per Spiritum; attamen alterum novimus modum sacramenti secundum Christum. Vere enim unitam esse Deo verbo carnem asserimus, anima utique rationali præditam. Libenter autem eum percontarer, utrum unionem Verbi ad humanitatem, sive ad sanctum corpus animatum intellectiva anima, vere factam dicat, an cum aliis simul & ipse dicat, secundum copulationem, quæ per habitudinem est, servilis & non subsistentis formæ ad subsistentem & divinam formam; aut alio modo, secundum solam filiationis æquivocationem, & secundum æqualitatem dignitatum? si tamen hic esse omnino copulationis modus intelligitur. Sed enim, sicut apparet, frustra molestus sum, & interrogationem superfluam facio, habens ejus voces, apertamque confessionem. In primo namque capitulo ipsis verbis sic ait: Propterea natus infans Emmanuel appellatur, neque Deus ab humana natura separatus, neque homo divinitate nudatus.) Oportebat sane, eum accuratam & exactam explanationem his de rebus efficere. Verumtamen illud interim observare convenit: ecce enim hoc loco & quidem clare interpretans ipse unionem, ab humana natura non separatum fuisse dicit Deum: simul etiam confitetur, quia & unum se-

μᾶλλον ἑτερα γίνεται. δεξαιμεθα τοίνυν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ὃν προσλήψει γεγονότα τῆς ἁγίας τε, καὶ ἐμψύχου σαρκὸς, ἑνωθέντα τε κατὰ ἀλήθειαν ἀσυγχύτως, ἐκ μήτρας αὐτὸς προελθεῖν ἄνθρωπον. μεμεσημένοι δὲ καὶ ὅτου Θεὸν ἀληθινὸν· ταύτῃ τοι καὶ θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία παρθένος. περιττὸν δὲ οἶμαι τὸ δεῖν οἴεσθαι καὶ ἀνθρωποτόκον εἰπεῖν αὐτήν. εἰ μὲν γὰρ ἦσάν τινες ἐκ πολλῆς ἄγαν φρενοβλαβείας λέγοντες, τὴν τοῦ λόγου φύσιν, πηγὴν ὥσπερ τινὰ, καὶ τῆς ἰδίας ὑπάρξεως ἀρχὴν ἐκχεῖναι τὴν σάρκα, τάχα τις ἂν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ καὶ ἀνοβλητος λόγος τοῖς ἐθέλουσιν ὀνομάζεσθαι δεῖν καὶ ἀνθρωποτόκον αὐτήν. ἐπεὶδὴ δὲ βδέλυρα, καὶ ἀπηχθημένη παρὰ πᾶσίν ἐστιν ἡ τοιαύτη δόξα, νοεῖται δὲ οὐχ ἑτέρως θεοτόκος ἡ ἁγία παρθένος, εἰ μὴ πρεσβεύσαιτό τις τὴν πίστιν τοῦ, ὅτι γέγονε σὰρξ, τουτέστιν ἄνθρωπος, ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος· οὐ γὰρ τὴν θεότητα γυμνὴν, ὡς ἔφην, ἐκτέτοκεν ἡ ἁγία παρθένος, τί τὸ τῆς ὑποστάσεως ὄφελος τῷ χρῆναι λεγόντων ὀνομάζεσθαι δεῖν καὶ ἀνθρωποτόκον αὐτήν; ἀλλ' ὡς ἔοικεν, ἐξεύρηταί τι πικρὸν αὐτοῖς κατὰ Χριστοῦ σκαιώρημα· οὐ γὰρ ἀνέχονται φρονεῖν, ἢ λέγειν αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ, καὶ πατρὸς προαιώνιον υἱὸν, ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἐκ μήτρας ἑνωθῆναι σαρκὶ ψυχὴν ἔχούσῃ τὴν λογικὴν, ὅπερ τε γεγένθαι καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον. ἀλλ' ὡς ἕνα τῶν ἁγίων ἔνοικον ἔχοντα Θεὸν διακηρύττειν ἐπείγονται, καὶ φρονεῖν ἀναπείθουσιν· οὐκ ἐννοοῦντες, ὅτι καὶ ἐν ἡμῖν ἐστι διὰ τοῦ πνεύματος, ὡς ἐν ἁγίοις ναοῖς, ὁ τῶν ὅλων Θεός. γέγραπται, γὰρ, ὅτι· οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; εἴ τις ἂν τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρῃ, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιος ἐστιν, οἵ τινές ἐστε ὑμεῖς. ἀλλ' εἰ καὶ ὀνομάζεσθαι ναοὶ Θεοῦ, Θεὸν ἔχοντες τὸν ἐνοικοῦντα διὰ τοῦ πνεύματος, ἀλλ' ἕτερον ἐσμεν τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὸν τρόπον. ἡνῶθαι γὰρ τῷ Θεῷ λόγῳ κατὰ ἀλήθειαν τὴν σάρκα φαμὲν, ψυχῆς δηλονότι τῆς λογικῆς οὐσῆς αὐτῇ. ἐπυθόμην δ' ἂν ἡδέως αὐτοῦ· πότερα δὴ τὴν ἕνωσιν τοῦ λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἤγουν τὴν πρὸς τὸ ἅγιον σῶμα, τὸ καὶ ψυχωθὲν νοερῶς, πεπραχθαί φησιν κατὰ ἀλήθειαν, ἢ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ καὶ αὐτὸς κατὰ συναφείαν σχετικὴν διλοπρεπῶς, καὶ ἀνυποστάτου μορφῆς πρὸς ὑπόστατον, καὶ θείαν μορφὴν, ἢ καθ' ἕτερον τρόπον, κατὰ μόνην τῆς υἱότητος τὴν ὁμωνυμίαν, καὶ κατὰ * τὴν ἰσότητα τῆς ἀξιωμάτων; εἴπερ τις * ἄλλος συναφείας ὅτοσί νοεῖται τρόπος. ἀλλά γὰρ, ὡς ἔοικε, παρενοχλῶ μάτην· πεποίημαι δὲ περιττῶς τὴν πεῦσιν, ἔχων αὐτοῦ φωνὰς, καὶ σαφῆ τὴν ὁμολογίαν. ὃν γάρ τοι τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ φησὶν αὐτοῖς λέξεσιν ὧδε· διὰ τοῦτο τὸ τεχθὲν βρέφος προσαγορεύεται Εμμανουὴλ. ὅτι Θεὸς ἀνθρωπότης κεχωρισμένος φύσεως, ὅτι ἄνθρωπος γεγυμνωμένος θεότητος. ἔδει μὴν οὖν αὐτὸν ἀκριβῆ, καὶ πεπονημένον τὴν περί γε τούτων ἐξήγησιν ποιεῖσθαι φιλεῖν. πλὴν ἐκεῖνο τοῦτο ἐπισημαίνεσθαι χρή· ἰδοὺ γὰρ ὧδε καὶ μάλα σαφῶς διερμηνεύων αὐτὸς τὴν ἕνωσιν, φύσεως ἀνθρωπίνης οὐ κεχωρίσθαι φησὶ τοῦ Θεόν· προσομο-

* μᾶλλον τῶν ἄλλων.

ομολογεῖ δέ, ὅτι καὶ ἕνα καθ' ἕνωσιν οἰκονομικὴν αὐτὸν ὄντα τὸν Χριστὸν, τὸν αὐτὸν δηλονότι Θεόν τε ἅμα, καὶ ἄνθρωπον. εἰ τοίνυν τοῦς εἰρημένοις, τοῖς παρ' ἡμῶν γεγενημένοις ἐπιπλήττει λόγοις;

Acundum unionem dispensatoriam novit existere Christum, eundem videlicet & Deum simul & hominem. Quomodo ergo non erubescit, dum ea, quæ diximus reprehendit.

Ἀναθεματισμὸς β'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ σαρκὶ καθ' ὑπόστασιν ἡνῶσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἕνα τε εἶναι Χριστὸν μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, τὸν αὐτὸν δηλονότι Θεόν τε ἅμα, καὶ ἄνθρωπον· ἀνάθεμα ἔστω.

Anathematismus II.

Si quis non confitetur, Dei Patris Verbum carni secundum hypostasin unitum, unumque una cum sua carne esse Christum, eundem nimirum Deum simul & hominem, anathema sit.

Θεοδωρήτου ἀναίρεσις.

B

Ἕνα μὲν Χριστὸν ὁμολογοῦμεν, τοῖς θείαις τῶν ἀποστόλων διδασκαλίαις * πειθόμενοι· καὶ τὸν αὐτὸν διὰ τὴν ἕνωσιν Θεόν τε * καὶ ἄνθρωπον ὀνομάζομεν. τὴν δὲ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν παντάπασιν ἀγνοοῦμεν, ὡς ξένην, καὶ ἀλλόφυλον τῶν θείων γραφῶν, καὶ τῶν ταύτας ἡρμηνευκότων πατέρων. εἰ δὲ τοῦτο βούλεται λέγειν διὰ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως ὁ ταύτην θρυλήσας, ὡς κρᾶσις σαρκὸς, καὶ θεότητος γέγονεν, ἀντιβαίνομεν πάσῃ προθυμίᾳ, καὶ τὴν βλασφημίαν ἐλέγχομεν. ἀνάγκη γὰρ τῇ κράσει ἀκολουθῆσαι τὴν σύγχυσιν· εἰσιοῦσα δὲ ἡ σύγχυσις ἀφαιρεῖ τῆς ἑκάστης φύσεως τὴν ἰδιότητα. τὰ γὰρ κερασθέντα οὐ μένει, ὅ περ πρότερον ἦν. τοῦτο δὲ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ τοῦ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ λέγειν, τῶν ἀτοπωτάτων ἂν εἴη. χρὴ δὲ πείθεσθαι τῷ κυρίῳ δεικνύντι τὰς δύο φύσεις, καὶ λέγοντι τοῖς Ἰουδαίοις· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. εἰ δὲ κρᾶσις ἐγεγόνει, οὔτε Θεὸς ἐμεμένηκει Θεὸς, οὔτε ναὸς ἐγνωρίζετο ναός· ἀλλὰ καὶ ὁ ναὸς Θεὸς, καὶ ὁ Θεὸς ναός. τοῦτο γὰρ ὁ τῆς κράσεως βούλεται λόγος. καὶ περιττῶς ὁ ὁ κύριος εἶπε τοῖς Ἰουδαίοις· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· ἐχρῆν γὰρ φάναι· λύσατέ με, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερθήσομαι, εἴπερ ἀληθῶς κρᾶσίς τις ἐγεγόνει, καὶ σύγχυσις. νῦν δὲ δείκνυσι τὸν λυόμενον ναὸν, καὶ τὸν ἀνιστῶντα Θεόν. περιττὴ τοίνυν ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις· ἣν ἀντὶ κράσεως ἡμῖν, ὡς οἴμαι, * προβάλλονται. ἀρκεῖ δὲ λέγειν τὴν ἕνωσιν, ἥτις καὶ τὰς τῶν φύσεων ἰδιότητας δείκνυσι, καὶ τὸν ἕνα προσκυνεῖν διδάσκει * Χριστόν.

* πιστεύομεν.
* Θεὸν καὶ
* προβάλλεται.
* Θεόν.

Theodoreti reprehensio.

Unum quidem Christum confitemur, sanctis apostolorum doctrinis credentes, eundemque propter unionem & Deum & hominem nominamus, secundum hypostasin vero unionem modis omnibus ignoramus, tanquam peregrinam & alienam a divinis scripturis & patribus, qui eas interpretati sunt. Si autem per unionem secundum subsistentiam hoc vult dicere is a quo hæc orta sunt, quod temperamentum carnis & divinitatis sit factum, contradicemus omni cum alacritate, & redarguemus blasphemiam. Necesse enim est ad temperamentum sequi confusionem; ingressaque confusio aufert uniuscujusque naturæ proprietatem. Quæ enim temperantur, non permanent, ut primo fuerunt. Hoc autem de Deo Verbo, & eo, qui ex semine David est, dicere absurdissimum est. Oportet autem credere domino ostendenti duas naturas, atque dicenti Judæis: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud.* Si autem temperatio facta fuisset, neque Deus permansisset Deus, neque templum cognitum fuisset templum, sed & templum Deus, & Deus templum; (hoc enim exigit ratio temperamenti) & superflue dominus dixisset Judæis: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud.* Oportebat enim dicere: Solvite me, & in tribus diebus suscitabor; siquidem vere aliquod temperamentum factum fuisset, atque confusio: nunc autem ostendit solvendum templum, & suscitantem Deum. Superflua itaque secundum subsistentiam unio, quam pro temperamento nobis, sicuti puto, proponunt. Sufficit autem dicere unionem, quæ & naturarum proprietates ostendit, & unum edocet adorare Christum.

C

Joan. 2. 19.

D

Joan. 2.

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Ἰδὲ δὴ πάλιν ὁ γλυκὺς ὑποσὶ πρόφασιν τῆς καθ' ἡμῶν ἀθυροστομίας τὸ παρατυχὸν ποιεῖσθαι σπουδάζων, διασύρει τὴν λέξιν, τὴν καθ' ὑπόστασιν λέγων· καθορίζει δὲ τὸ ἀσύμπνοον αὐτῆς, καὶ δὴ καὶ ξένως αὐτὴν πεποιῆσθαι διεχωρίζεται. οὐκ ἐννοήσας, ὅτι τοῖς τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν Ἀρειανολογίαις ἡ τῶν λέξεων δυνάμις τὸ ἀληθὲς ἀνεξάγουσα, παραλύειν ἐπιχειρεῖ τὸ ἀντεπέχθαι δοκοῦν. Νεστορίου τοιγαροῦν αἱρεσιώτης παντοχῇ τοῦ Θεοῦ λόγου τὴν κατὰ σάρκα γένεσιν, καὶ μόνην ἡμῖν ἀξιωμάτων ἑνότητα παρεισκρίνοντος, ἀνθρωπόν τε Θεῷ συνῆφθαι λέγον-

Cyrilli defensio.

Ecce rursus egregius hic occasionem contra nos oris effrænati quidquid se obtulerit, facere studens detrahit voci, secundum subsistentiam. Damnat autem eam novitatis, & peregrine prolatam affirmat, non considerans, quia impiorum hæreticorum adinventionibus dictionum virtus veritatem opponens, destruere nititur, quod ab eis videtur oppositum. Nestorio igitur ubique perimente Dei Verbi secundum carnem nativitatem, & solam nobis dignitatum unitatem asseverante, hominemque Deo copulatum esse dicente, filiationis æqui-

æquivocatione honoratum, necessario nos dictis illius repugnantes, secundum subsistentiam unionem dicimus factam, verbo hoc, secundum subsistentiam, nihil aliud demonstrante, nisi solum Verbi naturam, sive subsistentiam, quod est ipsum Verbum, humanæ naturæ vere unitam sine ulla conversione atque confusione, sicuti sæpissime diximus, unum intelligi & esse Christum, eundem Deum & hominem. Hoc autem, ut opinor, etiam ipsi Theodoreto probatur dicenti, ab humana natura Deum non esse separatum, neque humanitatem absque deitate intelligi. Igitur neque exclusa subsistentia servi & Dei formam unitam esse, neque sane communem hominem sola dignitatum æqualitate cohonestatum, secundum habitudinem Verbo copulatum esse dicimus; verum ipsum, ut dixi, Filium Dei unigenitum in assumptione sibi unitæ carnis animam habentis rationalem, vere hominem factum esse cum hoc, quod etiam Deus maneat. At vir ille sermonibus disertus, & in speculationibus versatus, vocabulum, Secundum subsistentiam, finivit esse temperamenti significativum, & dicere audet, & affert incommoda, quæ ex contemperatione sequuntur, quasi nos ignoraremus: vel fortasse sibi ipsi placet, & verborum abundantia atque ornatu gaudet; nihilque aliud forte cogitat, quam opinionem quod possit prolixe loqui; quod a nullo dictum est, tanquam verum accipiens, ut aliquis esse videatur apud eos, qui recte dijudicare nesciunt, quisnam temere fabuletur, & mentiatur, aut quis recta veritatis via incedat, & sermonibus sapientibus & necessariis utatur. Initio, fateor, existimabam, sensum capitulorum eum non ignorare, fingere autem, ut dixi, se ignorare, & in hoc quibusdam morem gerere: atqui nunc vere illum ea ignorare comperio.

A τῷ, τῇ τῆς υἱότητος ὁμωνυμίᾳ πετιμημένον, ἀναγκαίως ἡμεῖς τοῖς ἐκείνου μαχόμεθα, τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν λεγόμενοι φαμεν. τοῦ καθ' ὑπόστασιν, οὐδὲν ἕτερον ἀποφαίνοντος, πλὴν ὅτι μόνον ἡ τοῦ λόγου φύσις, ἤγουν ἡ ὑπόστασις, ὅ ἐστιν αὐτὸς ὁ λόγος, ἀνθρωπείᾳ φύσει κατὰ ἀλήθειαν ἐνωθεὶς, ἄτρεπτος τε καὶ ἄσυγχύτως, καθὰ πολλάκις εἰρήκαμεν, ὡς νοεῖται, καὶ ἔστι Χριστὸς, ὁ αὐτὸς Θεὸς, καὶ ἄνθρωπος. τοῦτο δὲ, ὥς γε οἶμαι, καὶ αὐτῷ Θεοδωρήτῳ δοκεῖ, φύσεως ἀνθρωπίνης οὐ κεχωρίσθαι λεγόντι τὸν Θεὸν, ὅτε μὴν θεότητος ἄνευ νοεῖσθαι τὸ ἀνθρώπινον. οὐκοῦν ὅτε ἄνευ τῆς ὑποστάσεων δέλοιτο, καὶ Θεοῦ μορφὴν ἡνῶσθαί φαμεν, ὅτε μὴν κοινὸν ἄνθρωπον, ἰσότητι μόνῃ τῆς ἀξιωμάτων τετιμημένον, σχετικῶς συνῆφθαι τῷ λόγῳ διορίζομεθα, ἀλλ' αὐτὸν, ὡς ἔφην, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, γεγονότα κατὰ ἀλήθειαν ἐν προσλήψει τῆς ἑνωθείσης αὐτῷ σαρκὸς, ψυχὴν ἐχούσης τὴν λογικὴν, ἄνθρωπον γενέσθαι μετὰ τοῦ μένειν καὶ Θεόν. ἀλλ' ὁ δεινὸς εἰς λόγους, καὶ πυκνὸς εἰς θεωρίας, κράσεως εἶναι σημαντικὴν τὴν λέξιν διορίζεται, καὶ λόγων ἀποπλεῖν, καὶ τὰ * ἐκ τῆς τε συγκεκρᾶσθαι τὰς φύσεις παρακομίζει βλάβης, ὡς ἡμῶν ἠγνοηκότων· ἢ τάχα πειραστίζεται, καὶ φιλοκομπεῖ. οἴεται δὲ ἴσως καὶ ἕτερον οὐδὲν, ἢ μακρηγορεῖν δυνάσθαι, τὸ παρ' οὐδενὸς εἰρημένον, ὡς ἀληθὲς δεχόμενος. ἵνα τις εἶναι δοκῇ παρά γε τοῖς οὐκ εἰδόσι διαλέγειν ὀρθῶς, τίς μὴ εἰκαιολογεῖ, καὶ ψεύδεται, τίς δὲ κατ' εὐθὺ τῆς ἀληθείας ἔρχεται, καὶ σοφῶν, καὶ ἀναγκαίων ἅπτεται λόγων. ὤμην μὲν οὖν ἐν ἀρχαῖς, ὁμολογῶ, τῶν κεφαλαίων τὴν διάνοιαν οὐκ ἀγνοῆσαι μὲν αὐτὸν, ὑποπλάττεσθαι δὲ, ὡς ἔφην, τὸ δοκεῖν ἠγνοηκέναι, καὶ τοῦτο χαρίζεσθαι τισίν· ἠγνοηκότα γε μὴν αὐτὸν κατὰ ἀλήθειαν δείκνυμι λοιπόν.

B

C

* ἐκ τῆς βλάβης

Anathematismus III.

Si quis in uno Christo post unionem dividit hypostases, ipsasque ea tantum conjunctione inter se connectit, quæ est secundum dignitatem, hoc est auctoritatem, vel potestatem; & non eo potius concursu, qui est secundum naturalem unionem; anathema sit.

D

Ἀναθεματισμὸς γ'.

Εἴ τις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν, μόνῃ συναπτων αὐτὰς συναφείᾳ τῇ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν αὐθεντίαν, ἢ δυνασείαν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον * συνοδον τὴν καθ' ἕνωσιν * φυσικὴν. ἀνάθεμα ἔσω.

* συνοδον τὴν * φυσικὴ

Theodoreti reprehensio.

Tenebricosa quidem & caliginosa est dictorum intelligentia, (piis autem manifesta est ipsorum ineptia.) Cui enim non est perspicuum, quod copulatio, & concursus nihil differunt? nam concursus, separatorum est concursus; copulatio vero est discretorum copulatio. At sapientissimus istorum verborum parens, quasi contraria posuit ea, quæ consonant. Etenim non oportet, inquit, copulatione subsistentias conjungere, sed concursu, & concursu naturali: vel ignorans forte quid dicit, vel, si novit, blasphemans. Natura enim est vis necessario compellens, & absque voluntate. Exempli gratia: Natura esurimus, non hoc arbitrio, sed necessitate

Θεοδωρήτου ἀναίρεσις.

Σκοτεινὴ, καὶ ζοφώδης τῆς εἰρημένων ἡ ἔννοια· τίνι γὰρ οὐκ δῆλον, ὡς συναφεια, & συνοδος οὐδενὶ διαφέρουσιν; ἔτε γὰρ συνοδος τῶν κεχωρισμένων ἐστὶ συνοδος, ἔτε συναφεια τῶν διηρημένων συναφεια. ὁ δὲ σοφώτατος τῶν λόγων τούτων πατὴρ, ὡς ἐναντία τὰ σύμφωνα τέθεικε. οὐ χρὴ γὰρ, φησὶ, συναπτειν τὰς ὑποστάσεις συναφείᾳ, ἀλλὰ συνόδῳ, καὶ συνόδῳ φυσικῇ· ἢ ἀγνοῶν ἴσως ὃ λέγει, ἢ εἰ γνώσει * βλασφημῶν. ἡ γὰρ φύσις ἀναγκαστικόν τί ἐστι, καὶ ἀβούλητον χρῆμα· οἷον τι λέγω· φυσικῶς πεινῶμεν, οὐ γνώμῃ τοῦτο πράττοντες, ἀλλὰ ἀνάγκῃ. ἢ γὰρ ἐν οἷς πτωχείᾳ συζῶντες τὸ προσαιτεῖν ἀπηλλάγησαν, τὸ μὴ πεινῶν τὴν ἐξουσίαν εἰς τὴν βούλησιν κεκτημένοι· φυσικῶς δηλῶ-

E

* βλασφημῶν

δεόμεθα, φυσικῶς καθεύδομεν, φυσικῶς ἀναπνέομεν τὸν ἀέρα· πάντα δὲ * τούτοις τῇ ἀβουλήτῳ, ὡς ἔφην· ὁ γὰρ μηδὲν τούτων κεκτημένος ἐπαιτεῖν, * ἀνάγκη τὸ τῆς ζωῆς * ὑποδέχεσθαι τέλος. εἰ τοίνυν φυσικὴ γέγονε τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς, καὶ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς ἡ * καθ' ἕνωσιν σύνοδος, ὑπ' ἀνάγκης τινὸς βιαζόμενος, ἀλλ' οὐχὶ φιλανθρωπίᾳ κεχρημένος ὁ Θεὸς λόγος συνῆφθη τῇ τοῦ δούλου μορφῇ· καὶ διορθώσεται ὁ τοῦ παντὸς νομοθέτης ἀναγκαστικοῖς νόμοις ἀπολυθῶν. ἀλλ' οὐ ταῦτα ἡμᾶς ὁ μακάριος ἐδίδαξε Παῦλος, τἐναντίον δέ, ὅτι ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν· τὸ δὲ ἑαυτὸν ἐκένωσε, τὸ ἐθελούσιον δείκνυσιν. εἰ τοίνυν γνώμῃ, καὶ βουλήσει τῇ ἐξ ἡμῶν ἀναληφθείσῃ λυώθη φύσει, περιττὴ τῆς φυσικῆς λέξεως ἡ προσθήκη· ἀρκεῖ γὰρ ὁμολογῆσαι τὴν ἕνωσιν· ἕνωσις δὲ ἐπὶ τῇ * εἰρημένῳ λαμβάνεται· διαιρέσεως γὰρ οὐκ οὔσης, οὐκ ἄν ποτε ἕνωσις νοηθείη. ὁ τοίνυν τινὶ ἕνωσιν λαμβάνων, * προσλαμβάνει τὴν διαίρεσιν. πῶς τοίνυν φησὶ, μὴ δεῖν τὰς ὑποστάσεις διαιρεῖν, εἴτουν φύσεις; καὶ ταῦτα, οἶδως ὡς τελεία μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου ὑπόστασις πρὸ τῆς αἰώνων ὑπῆρχε. τελεία δὲ ὑπ' ἐκείνης ἐλήφθη ἡ τοῦ δούλου μορφή. διὸ καὶ ὑποστάσεις εἶπον, ἀλλ' οὐχ ὑπόστασιν. εἰ τοίνυν ἑκατέρα φύσις τὸ τέλειον ἔχει, εἰς ταυτὸν δὲ συνῆλθον ἀμφότεραι, τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς δηλονότι λαβούσης τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, ἓν μὲν πρόσωπον, καὶ ἕνα υἱὸν, καὶ Χριστὸν * ὁμολογεῖν εὐσεβές· δύο δὲ τὰς ἑνωθείσας ὑποστάσεις, εἴτουν φύσεις λέγειν οὐκ ἄτοπον, ἀλλὰ κατ' αἰτίαν ἀκόλουθον. εἰ γὰρ ἐπὶ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου διαιροῦμεν τὰς φύσεις, καὶ καλοῦμεν τὴν μὲν θνητὴν σῶμα, τὴν δὲ ἀθάνατον ψυχὴν, ἑκάτερον δὲ ἄνθρωπον. πολλῷ μᾶλλον τοῦ ἀνειληφότος Θεοῦ, καὶ ἀναληφθέντος ἀνθρώπου, τὰς τῆς φύσεως ἰδιότητας γνωρίζειν εὔλογον. εὑρήσομεν δὲ καὶ τὸν μακάριον Παῦλον, τὸν ἕνα ἄνθρωπον εἰς δύο διαιροῦντα ἀνθρώπους. καὶ ποτὲ μὲν λέγοντα· ὅσον ὁ ἔξω ἄνθρωπος διαφθείρεται, τοσοῦτον ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται· ποτὲ δὲ· συνήδομαι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. καὶ αὖθις· εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον κατοικῆσαι τὸν Χριστόν. εἰ δὲ τὴν φυσικὴν συναφειαν τῆς * ὁμοχρόνων φύσεων ὁ ἀπόστολος διαιρεῖ, πῶς ἀσεβείας γράφεται τοὺς τὰ ἴδια τῆς φύσεως διαιροῦντας τοῦ προσκυνεῖν Θεοῦ, καὶ τὸ ἐπ' * ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἀναληφθέντος ἀνθρώπου, ὁ τὴν κρᾶσιν * ἡμῖν δὲ ἑτέρων ὀνομάτων διδάσκων;

* τούτου ἀβουλήτου,
* ἀνάγκη
* ὑποδέχεσθαι
* ἕνωσιν,
Φιλ. 2.
* εἰρημένου
* προσλαμβάνει
* ἑαυτὸς ὁμολογῶν
1. Κορ. 4. 16.
Ρωμ. 7. 22.
Ἐφεσ. 3. 16.
* ὁμοφρόνων
* ἐσχάτου
* ἡμῶν

A patientes: profecto enim qui in mendicitate degunt, mendicare desiissent, si potestatem liberam non esuriendi haberent: natura sitimus, natura dormimus, natura respiramus aerem. Hæc autem omnia absque voluntate sunt, ut dixi. Qui autem nihil horum in se recipit, necessario finem vitæ accipit. Si igitur naturalis fuit Dei formæ & servi formæ unio, a necessitate quadam compulsus, & non misericordia usus Deus Verbum formæ servi conjunctus est, & legislator omnium necessitatis leges sequi invenitur. Verum non hæc nos docuit beatus Paulus, sed contrarium, quod seipsum exinanivit forma servi assumpta. Quod autem dicitur: *Seipsum* B *exinanivit*, voluntarium demonstrat. Si igitur consilio & voluntate unitus est naturæ ex nobis susceptæ, superfluum est addere dictionem, Naturalis. Satis enim fuerit fateri unionem. Unio autem in discretis accipitur, nusquam enim intelligitur unio, nisi fuerit divisio. Igitur unionem suscipiens, discretionem præaccipit. Quomodo igitur dicit, non oportere subsistentias dividere, sive naturas? idque sciens, quod perfecta Dei Verbi subsistentia ante sæcula erat, & ab illa assumpta fuit servi forma perfecta. Ideo & subsistentias dixit, sed non subsistentiam. Si igitur utraque C natura perfectionem habet, in idem autem convenerunt ambæ, forma videlicet Dei suscipiente formam servi, unam quidem personam, & unum Filium & Christum confiteri pium est; duas autem subsistentias sive naturas unitas dicere, non absurdum est, sed juxta causam consentaneum. Etenim si in uno homine dividimus naturas, & mortale corpus, immortalem vero animam dicimus, utramque autem hominem; multo magis assumentis Dei, & assumpti hominis naturarum proprietates agnoscere rationi consentaneum est. Invenimus autem & beatum Paulum unum hominem in duos dividentem: & aliquando quidem D dicentem. *Quanto exterior homo corrumpitur, tanto internus renovatur*. aliquando vero: *Condelector legi Dei*, inquit, *secundum interiorem hominem*: & iterum: *In interiore homine habitare Christum*. Quod si apostolus naturalem copulationem naturarum simul conditarum dividit, quomodo eos, qui dividunt proprietates naturarum Dei, qui ante sæcula fuit, & hominis in extremis diebus assumpti, impietatis accusat is, qui temperationem nos per alia nomina docet?

Ἀπολογία Κυρίλλου.

Cyrilli defensio.

* δὲ, ἤτοι

Ἀθρεῖ * δὴ ἵν, ὅπως ὁ πάνσοφος οὗτος, πρῶτον μὲν τὸ ἀσυμφανὲς τῶν εἰρημένων κατιψέγεται, ἀφιγγῆ δὲ, καὶ σκοτεινὴν τὴν διάνοιαν ἔχων αὐτὸς, σκοτεινὸν εἶναι φησι τὸν οὕτω διαφανῆ, καὶ τοῖς εὐνοεῖν ἐθέλουσι γνωριμώτατον λόγον. φήθη δὲ ὅτι συνόδου λέγεσθαι, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον συναφειαν ὀνομάζεσθαι δεῖν, ὁ πρὸς ἡμῶν γεγονὼς διϊσχυρίζεται λόγος. εἶτα τῆς οἰκείας ἐπιχείας αὐτῷ ποιούμενος τὴν ἐπίδειξιν, μίαν ἡμῖν ἀποφαίνει τὴν ἐκ τῶν σημαινομένων δύναμιν. κἂν εἴτε

E Vide, quomodo sapientissimus iste vir primum quidem obscuritatem in dictis falso accuset, & cum ipse mentem non fulgidam, sed tenebricosam habeat, tenebricosum esse dicat sermonem, qui recte sentire volentibus adeo perspicuus est atque notissimus. Existimavit autem, quod debere dici concursum, & non copulationem, oratio nostra asseveret. Deinde artem suam ostentans, unam esse ex significationibus vim nobis declarat, sive quis concursum, sive copulationem factam esse dixerit. Ego

vero etiam in hoc admiror tanti ejus acuminis solertiam & consilium. Solus enim novit, ut videtur, quod a nullo, qui uspiam sit, ignoratur, & sic protritum est, ut etiam his elucescat, qui prorsus mundanæ sapientiæ, & exercitationis dicendi, & scientiæ, quæ ex imperfecto auditu mediocriter parumque diligenter colligitur, sunt expertes. Admiratus igitur eruditionem ejus, illud dico: Paululum evigilans quasi ex somno & crapula, qui amplum os contra nos dilatas, vide subtiliter sacramentum. Unionem, quæ in Christo est, calumniantur quidam, præter sacrarum literarum propositum, in pravam, & in suam ipsorum sententiam detorquentes. Dicunt enim, divisas esse a se invicem, & omnibus modis sejungi naturas, & seorsim ac dispertitam utramque esse; hominem autem sic conjunctum esse Deo per habitudinem contendunt, secundum solam dignitatem, hoc est auctoritatem, vel secundum filationis eandem nominationem. Hanc opinionem tollit anathematismus, & adversus tam execrandas vocum inanitates se opponit. Asserit enim. Verbum naturaliter, hoc est, non secundum habitudinem, sed vere unitum sanctæ carni rationalem habenti animam, nullo modo dividendum esse, ne duos imaginemur Filios, & impartibilem partiamur. At hic non intelligens, quidnam sit unio naturalis, hoc est vera, non confundens naturas, neque commiscens ita, ut utraque aliter esse oporteat, quam ut est, puerile quoddam & frigidum sumit argumentum ad ea probanda, quæ bene se habere arbitratur, & inquit: Si naturalis facta est unio, exinanitio verbi voluntaria non fuit, sed quasi ex vi & necessitate. Natura enim cogere solet. Ad hoc dicat aliquis ei: Esuries, & sitis, & cetera, quæ ipse dixisti, carnis sunt naturales infirmitates, & in nobis ipsis motionem habent, quia naturam possidemus affectionibus obnoxiam: ipsa autem divina & inefabilis natura verbi nullo modo passionibus & necessitati subjecta, neque ab ullo alio, nec a seipsa coacta est ad hoc, ut præter voluntatem caro fieret, vel appropriaret sibi humanitatis mensuram, apprehenderetque semen Abrahæ. Quam inconsiderate autem loquatur, nulli, qui voluerit, difficile erit videre. Dicit enim, quod naturalia necessitatis legibus omnino prorsus subjacebunt: & ad demonstrationem hoc attulit, quod præter voluntatem nostram esuriamus & sitiamus, natura ad hoc vocante, etiamsi quis nolit. Atqui oportebat, virum peritum, & in his mentem exercitatam habentem etiam res solidas videre, quæ merito majoris pensi erant. Nam si verum est, quod homo secundum naturam sit rationalis, ergo præter voluntatem & coacte est rationalis. Quid autem? dic mihi, Deus omnium an non secundum naturam est Deus? an non secundum naturam est sanctus, justus, bonus, vita, lux, sapientia & virtus? Num igitur ipse quoque præter voluntatem & coacte est quod est? At vero, opinor, sic velle sapere, summam dementiam non obscure arguere poterit. Quid igitur nobis mendacium, tanquam mu-

A συναφειαν, εἴτιν σύνοδον πεπρᾶχθαι τις λέγοι. ἐγὼ δὲ κἀν τούτῳ θαυμάσας ἔχω τῆς ὄπως ἐχνῆς βουλίας αὐτοῦ· ἔγνω γὰρ, ὡς ἔοικε, μόνος τὸ μηδενί * ποτε τάχα τῷ ὄντων ἀγνοηθεὶς, πεπατημένον δὲ ὅπως, ὡς καὶ αὐτοῖς εἶναι καταφανὲς τοῖς εἰσάπαν ἠμοιρηκόσι καὶ σοφίας κοσμικῆς, καὶ λόγων βιβῆς, καὶ τῆς ἐκ παρακουσμάτων μετρίας τε, καὶ οὐκ ἀκριβοῦς ἐπιστήμης. πεθαυμακὼς τοίνυν τῆς δεξιότητος αὐτοῦ, ἐκεῖνο φημί· βραχὺ * διεγρηγορήσας καθάπερ ἐξ ὕπνου, καὶ μέθης, ὁ τὸ πλατὺ καθ' ἡμῶν διεστρωμένον στόμα, * θεώρει λεπτῶς τὸ μυστήριον. τινὲς ἐπὶ Χριστῷ λεγομένῃ ἕνωσιν * συκοφαντῆσαι τινες, παρατρέποντες εἰς τὸ ἀκαλλὲς, καὶ

* διεγρηγορήσας.
* ὑδρω
* συκοφαντοῦσι

B εἰς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς παράγε τὸν σκοπὸν τῶν ἱερῶν γραμμάτων· φασὶ γὰρ διῃρῆσθαι μὴ εἰς ἅπαν ἀλλήλων, καὶ ὁλοτρόπως ἀποφοιτᾶν τὰς φύσεις, ἰδίᾳ τε εἶναι, καὶ ἀνὰ μέρος ἑκατέρας· ἄνθρωπον δὲ οὕτω συνῆφθαι Θεῷ σχετικῶς διατείνοντες κατὰ μόνην τινὰ ἀξίαν, ἤγουν αὐθεντίαν, καὶ κατὰ τινὰ τῆς υἱότητος ὁμωνυμίαν. ταύτην ἀναιρεῖ τὴν δόξαν ὁ ἀναθεματισμὸς, καὶ ταῖς οὕτω βδελυρωτάταις κενοφωνίαις ἀντανίσταται· βεβαιοῦται γὰρ σεσῶσθαι κατὰ φύσιν, τουτέστιν ὑ σχετικῶς, ἀλλὰ κατὰ ἀληθείαν τῇ ἁγίᾳ σαρκὶ τὸν λόγον, ψυχὴν ἔχουσαν νοερὰν, κατὰ μηδεμίαν τρόπον διαπεμνεσθαι δεῖν, ἵνα μὴ δύο νοῶμεν υἱοὺς, μερίζοντες τὸν ἀμέριστον.

C ὁ δὲ ὑ σιωπηρὸς ὁ, τί ποτέ ἐστιν ἕνωσις φυσικὴ, τουτέστιν ἀληθὴς, ὑ συγχέουσα τὰς φύσεις, ὅτε μὴ * ἀνακιρνῶσα πρός γε τὸ δεῖν ἑκατέραν ἑτεροίως ἔχειν, * ὅπερ ἐστὶ μετρακιῶδές τι, καὶ ψυχρὸν, δέχεται πρὸς ἀποδεῖξιν ὧν εὖ ἔχειν ὑπειληφε. καὶ δὴ καὶ φησίν· εἰ φυσικὴ γέγονεν ἡ ἕνωσις, οὐκ ἐκοῦσα ἡ κένωσις τοῦ λόγου, ἀλλ' οἷον ἐξ ἀνάγκης, καὶ βίας. ἀναγκαστικὴ γὰρ ἡ φύσις· καὶ πρός γε δὴ τοῦτο φαίη τις ἂν αὐτῷ· ὅτι πεινᾷ τε, καὶ δίψα, καὶ τὰ λοιπὰ, καθάπερ ἔφης αὐτὸς, σαρκὸς ἂν εἶεν ἀρρωστήματα φυσικὰ, καὶ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς τινὰ κίνησιν ἔχει. ὅτι καὶ τυραννουμένοις τοῖς πάθεσι τινὰ φύσιν κεκτήμεθα· ἡ δέ γε θεία τε, καὶ ἀπέρρητος τοῦ Θεοῦ λόγου φύσις πάθους, καὶ ἀνάγκης ἀνεπίδεκτος οὖσα παντελῶς, ὑ βεβίασται πρός τινος, ὅτε μὴ ἐξ ἑαυτῆς πρός γε τὸ δεῖν ἀβουλήτως γενέσθαι σάρξ, ἤγουν τὸ ἀνθρώπινον * οἰκειώσασθαι μέρος, ἐπιλαβέσθαι τε σπέρματος Αβραάμ. ὅτι δὲ ἀκατασκεπτος κομιδῇ γέγονεν ὁ λόγος αὐτῷ, χαλεπὸν οὐδὲ τοῖς ἐθέλουσιν ἰδεῖν. ἔφη γὰρ, ὅτι πάντη τε καὶ * πάντως τι κατὰ φύσιν τοῖς τῆς ἀνάγκης ὑποκείσεται * μέρεσι· καὶ παρεκέμισεν εἰς ἀποδεῖξιν τὸ ἀβούλητος ἡμᾶς πεινάν τε, καὶ δίψαν εἰσδέχεσθαι, καλούσης εἰς τοῦτο τῆς φύσεως, κἂν εἰ μὴ βούλοιτο τις. ἀλλ' ἰῶ ἀνδρὸς δεξιοῦ, καὶ ἠκονημένον ἔχοντος εἰς πᾶν τὸν νοῦν, καὶ τὰ σεμνὰ τῷ πράγματι ἰδεῖν, ἃ καὶ λόγου πλείονος ἀξιοῖτο ἂν εἰκότως. * εἰ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἀληθὲς, ὅτι λογικός ἐστι κατὰ φύσιν ὁ ἄνθρωπος, ἄρα * ἀβούλητος, καὶ ἰδιαγκασμένως ἐστὶ λογικός. τί δέ; εἰπέ μοι, καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὑ κατὰ φύσιν ἐστὶ Θεός; οὐ κατὰ φύσιν ἅγιος, δίκαιος, ἀγαθὸς, ζωὴ, φῶς, σοφία, καὶ δυνάμις; ἆρ' οὖν καὶ αὐτὸς ἀβούλητος, καὶ ὡς ἐξ ἀνάγκης ἐστίν, ἃ ἐστὶ; ἀλλ' οἶμαι τὸ οὕτως ἐλεῖν φρονεῖν τῆς εἰς λῆξιν ἠκού-

* οἰκειοῦσθαι
* πάντως κατὰ νόμους
* ἀβούλητος

ἡκαίσης ἐμβροντησίας οὐκ ἀσυμφανὴς ἔλεγχος ἂν εἴη. τί τοίνυν ἡμῖν ὡς ἄμαχον * τε, καὶ δυσκατηγόρητον ἐπιτείχισμα ποιεῖται τὸ ψεῦδος, καὶ τῷ ὅτῳ σαθρὰν ἅπτεται προβλημάτων, καὶ φυσικὴν οἰκείαν γνώσθαι τῷ ἕνωσιν, τρέπει τῷ ἀληθῆ, καὶ ξοπῆς ἐλαθίραν, ἓ ἀστίγχυτον παντελῶς τῷ ὑποστάσεων συνόδον, περιξέπειν πειρᾶται τῶν εἰρημένων τῷ δυάμειν, εἰς τὸ μὴ ὀρθῶς πεποιηθῆναι δοκεῖν * καθ' ὁμοιότητα τῷ πρὸς ἡμᾶς; ὁ δεδίσιν ὁ θρασὺς ἀφύκτοις ἀνάγκαις τῷ τοῦ λόγου φύσιν ὑποτιθεὶς. κεκένωκεν ἑαυτὸν οὐκ ἀβούλητος, ἀλλ' ἐθελοντὴς ὁ μονογενὴς γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ οὐχ ὡς σὺ φῂς, ἀνείλαβεν ἄνθρωπον, χαριζόμενος αὐτῷ δωρούμενος τῷ συμάφειαν, καὶ τῇ τῆς υἱότητος χάριτι στεφανῶν, καθάπερ ἡμᾶς. ὥστε κἂν νοῶμεν ἑνοῦσθαι τὰς ὑποστάσεις, ὁμολογοῦμεν τε, καὶ σαρκωθῆναι τὸν λόγον, καὶ δοκῇ πῶς κατὰ τοῦτο φυσικὴ λέγεσθαι παρ' ἡμῖν ἡ ἕνωσις, τῷ οὐκ ἀληθῆ τε, καὶ χαριζόμενοι ἐκβάλλοντα, ἐν ἡμῖν ἐκήκαμεν διὰ πίστεως καὶ ἁγιασμοῦ, ὅτι καὶ θείας φύσεως γεγόναμεν κοινωνοί, * καὶ καθάφησιν ὁ Παῦλος · ὁ κολλώμενος τῷ κυρίῳ, ἓν πνεῦμα ἐστίν. ἀλλ' οὐχ ὑποτίθησιν ἀνάγκας, καὶ πλεονεξίας φυσικὰς τὸν ἀπαθῆ καὶ ἐλαθέρου τοῦ Θεοῦ λόγου. τὸ δὲ γε μὴ θέλειν μὴ τῷ ἕνωσιν διαιρεῖσθαι * διχῇ τὸ ἐνωμένα, καὶ ἀλλήλων * ἐπιφοιτᾶν, εἴη ἂν, ὡς γέ μοι φαίνεται, παντελῶς ἀνυπαίτιον, καὶ μόνον μακράν. μάλιστ' ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ χρηστὸς ὑποτὶ Θεοδώρητος τὸν ἕνα καθ' ἡμᾶς νοούμενον ἄνθρωπον εἰς παράδειγμα λαβὼν, οὐκ ἐᾷ τέμνεσθαι * διχῇ. καίτοι τῆς ἐπ' αὐτῷ θεωρίας οὐκ ἀπαραδέκτων ἐχούσης τῷ οἱονεὶ τομῷ, καὶ διαιρέσιν, τί γε ἦκον εἰς τὸ εἰδέναι φημὶ. ὡς ἕτερον * μὲν τοι κατὰ φύσιν ἐστὶν ἡ ψυχὴ, ἕτερον δέ τι κατ' ἰδίαν φύσιν ἡ σάρξ. οὐκοῦν κατά γε τὸν ἴσον λόγον πολυπραγμονοῦντες τῷ ἕνωσιν, ἥπερ ἂν ἐπὶ Χριστῷ πεπράχθαι νοοῖτο, τῇ μὲν θεωρίᾳ θεότητός τε, καὶ ἀνθρωπότητος σύνοδον ἀληθῆ καθ' ἕνωσιν γνόεσθαι φαμὲν, οὐκ ἠγνοηκότες, ὅτι ἕτερος μὲν * κατὰ τῷ σάρκα κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος, ἕτερα δὲ αὖ κατ' ἰδίαν φύσιν παρ' αὐτὸν ἡ σάρξ. ἑνωθείτω δὲ ἅπαξ διαπέμενεν οὐκ ἀσφαλὲς, ὅτε μὴ εἰς δύο καταμερίζειν υἱοὺς τὸν ἕνα Χριστὸν, καὶ υἱὸν, καὶ κύριον ἐφίησί τισιν ὁ τῆς ὀρθότητος λόγος, παιδαγωγοῦσης ἡμᾶς εἰς τοῦτο τῆς ἁγίας καὶ θεοπνεύστου γραφῆς. ἀλλ' οὐ γὰρ τῷ μὲν τῆς ἀληθείας δογμάτων ὀλίγος αὐτῷ παντελῶς ὁ λόγος · καὶ τὸ εἰδέναι μὲν τι τῷ ἀναγκαίων εἰς ὄψιν ὁ μέξιος ἀποσπεδάζεται, καθάπερ τι τῶν ἀδικεῖν πεφυκότων · ἐπισεμνύεται δὲ * καὶ ὡς εἰκὸς τῷ φθόνῳ, καὶ τὸ εἰδέναι συκοφαντεῖν, ἀλ' μάλα καταρθωκὼς. ἀκούετω πρὸς ἡμῶν · τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ ὁ δυνατὸς; ἀδικίαν ὅλην τῷ ἡμέραν, ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσα σου.

* τε

* καθ',

1. Πέτρ. 1. 4.

* καθὰ

1. Κορ. 6. 17

* διχα

* ἐπιφοιτᾶν,

* διχα.

* ἑν. μὲν τι

* κατὰ

* κατὰ τὸ αὐτὸ

Ψαλ. 51.

A rum inexpugnabilem & invictum opponit? & adeo infirma problemata tractat, & audiens naturalem factam esse unionem, id est veram, & conversionis expertem, inconfusumque omnino substantiarum concursum, attentat evertere vim dictorum, ita ut videatur non esse recte facta, sed secundum similitudinem, quæ in nobis est? Nec formidat audax inevitabilibus necessitatibus subjicere verbi naturam. Exinanivit semetipsum non absque voluntate; sed voluntarie Unigenitus factus est homo, & non, sicut tu dicis, suscepit hominem, habitudinalem donans ei copulationem, filiationisque gratia coronans, sicut nos. Itaque licet nos B intelligamus, unitas esse substantias, hominemque factum & incarnatum esse Verbum, & videatur quodammodo secundum hoc naturalis dici a nobis unio, ut expeliat non veram & habitudinalem, quam nos per fidem & sanctificationem habuimus; quia divinæ naturæ facti sumus consortes, sicut inquit Paulus: *Qui adhæret domino unus spiritus est*: non tamen subjicit necessitatibus & imperiis naturæ illud affectionum expers & liberum Dei Verbum: Nolle autem unita post unionem in duo separari debere, mea sententia omnino irreprehensibile est & inculpabile, maxime quia bonus iste Theodoretus hominem, qui C unus etiam secundum nos intelligitur, in exemplum assumpsit, & in duo dividi non finit: quamvis ipsa ejus consideratio non repudiet partitionem & divisionem, quantum ad sciendum attinet, quod aliud quidem secundum naturam est anima, aliud vero secundum suam naturam caro. Itaque secundum similem rationem inquirentes diligenter unionem, quæ in Christo facta esse intelligatur, considerando quidem divinitatem & humanitatem, concursum verum secundum unionem factum esse dicimus; non ignorantes, quod aliud quiddam, quam caro, secundum naturam sit Dei Verbum, & aliud rursus secundum suam naturam sit D caro. Non est autem totum, semel unita dissecare; neque in duos Filios dividere unum Christum & Filium & dominum, cuiquam permittit rectæ fidei ratio, ita nos sancta divinitusque inspirata scriptura erudiente. Sed plane illi exigua cura est de veritatis dogmatibus; & non mediocri studio refugit intelligere aliquid eorum, quæ ad utilitatem necessaria sunt, sicuti ea quæ nocere possunt; mendacio autem, ut apparet, gloriatur, etiam ad calumniandum optime instructus; audiat a nobis: *Quid gloriaris in malitia potens? iniquitatem tota die, injustitiam cogitavit lingua tua.* E

1. Joan. 1

Psalm. 51.

Ἀναθεματισμὸς δ'.

Εἴ τις προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, τὰς τε ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς, καὶ ἀποστολικοῖς συγγράμμασι διανέμει φωνὰς, ἢ ἐπὶ Χριστῷ παρὰ τῶν ἁγίων λεγομένας, ἢ παρ' αὐτοῦ περὶ ἑαυτοῦ · καὶ τὰς μὲν ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ πα-

Anathematismus IV.

Si quis duabus personis, sive hypostasibus eas voces attribuit, quæ in evangelicis & apostolicis scripturis passim occurrunt; quæve a sanctis de Christo, vel ab ipso quoque Christo de seipso dictæ sunt; & alias quidem ut homini tanquam seor-

sum a Dei Verbo considerato abscribit; alias vero tamquam Deo convenientes, soli Patris Verbo adaptat; anathema sit.

A ξὸς λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσάπτει, τὰς δὲ ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγῳ· ἀνάθεμα ἔστω.

Theodoreti reprehensio.

Θεοδωρήτου ἀνατροπή.

Sunt & hæc his, quæ jam dicta sunt, cognata & assimilia. Vult enim, tanquam temperatione facta, in sermonibus, qui in sacris evangeliis & apostolicis scriptis dicti sunt, nullam esse differentiam, idque fortasse is, qui adversus Arium & Eunomium, & ceteros hæresiarchas se pugnare gloriatur. Dicat igitur ille sacrorum dogmatum diligentissimus doctor, quomodo hæreticorum blasphemiam redarguat, dum ea, B quæ humiliter & congrue a servi forma dicuntur, Deo Verbo aptat? Illi enim hoc facientes, minorem, & creaturam, & factura, & servum, & ex non extantibus Filium Dei esse statuunt. Cui igitur nos, qui diversa quam illi sentimus, & consubstantialem esse & coæternum Deo & Patri Filium confitemur, opificemque omnium, & factorem, & ornatorem, & gubernatorem, & administratorem, & in omnibus sapientem & omnipotentem, imo ipsam potentiam, & ipsam vitam, & ipsam sapientiam esse affirmamus, cui, inquam, attribuemus illud: *Deus meus, Deus meus,* Matth. 27. *ut quid me dereliquisti?* & illud: *Pater,* Matth. 26. *si possibile est, transeat a me calix iste:* & *Pater salva me ex hac hora:* & illud: *Horam* Joan. 12. *illam nemo novit, neque filius hominis:* Marc. 13. & alia quæcumque humiliter ab ipso, & a sanctis apostolis de ipso dicta scriptaque sunt? Cui famem & sitim adaptabimus? cui fatigationem & somnum? cui ignorantiam & Matth. 4. formidinem? Quis angelico subsidio habebat opus? Si hæc Dei Verbi sunt, quomodo ignoravit sapientia? Quomodo autem Joan. 16. vocetur sapientia, quæ ignorantiæ infirmitati est obnoxia? Quomodo verax erit, dicens habere se omnia, quæ Pater, cum Patris cognitionem non habeat? *Solus,* enim Matth. 24. inquit, *Pater novit diem illum.* Quomodo D erit incommutabilis imago genitoris, non omnia, quæ genitoris sunt, habens? Itaque si quidem se ignorare dicens verax fuit, hæc aliquis de eo existimare possit. Si autem diem sciens, ut rem occultaret, ignorare se illum dicit, vide in quam blasphemiam, quod colligitur, evadat, ut veritas mentiatur: quæ immerito veritas dicetur, si quid in se habet veritati adversum. Si autem veritas non mentitur, neque Deus Act. 17. Verbum diem, quem fecit, ignorat, quem ipse præfinivit, in quo judicaturus est orbem; sed habet Patris cognitionem, ut imago incommutabilis. Non igitur Dei Verbi est ignorantia, sed formæ servi, quæ tanta per illud tempus sciebat, quanta deitas inhabitans revelabat. Hæc & de aliis similibus dicenda sunt. Quomodo enim rationi consentaneum est, Deum Verbum dicere ad Patrem: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut* Matth. 26. *ego volo, sed sicut tu?* multa enim incongrua rursus hinc accidunt. Et primum discordes erunt Pater & Filius; & alia quidem volet Pater, & alia Filius. Ait enim: *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.*

Συγχωρῶ καὶ ταῦτα τοῖς ἤδη λεχθεῖσι· βούλεται γὰρ, ὡς κράσεως γεγενημένης, μηδεμίαν εἶναι λόγων διαφορὰν, τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς διαγγελίοις, καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς συγγράμμασιν εἰρημένων, καὶ ταῦτα, πολεμεῖν ἴσως Ἀρείῳ, καὶ Εὐνομίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς αἱρεσιάρχαις σεμνυνόμενος. εἰπάτω τοίνυν ὁ τῶν θείων δογμάτων διδάσκαλος ἀκριβὴς, πῶς ἂν διελέγξειε τὴν τῆς αἱρετικῶν βλασφημίαν, τὰ ταπεινῶς, καὶ ἁρμοδίως παρὰ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς εἰρημένα, τῷ Θεῷ λόγῳ προσάπτων. ἐκεῖνοι γὰρ τοῦτο ποιοῦντες, ἐλάττονα, καὶ κτίσμα, καὶ ποίημα, καὶ δοῦλον, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων τῆς υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι δογματίζουσι. τίνι τοίνυν ἡμεῖς, οἱ τἀναντία ἐκείνοις φρονοῦντες, καὶ ὁμοούσιον εἶναι καὶ συναΐδιον τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ τὸν υἱὸν ὁμολογοῦντες, δημιουργόν τε τῶν ὅλων, καὶ ποιητὴν, καὶ κοσμήτορα, καὶ κυβερνήτην, καὶ πρύτανιν, καὶ πάνσοφον, καὶ παντοδυνάμον, μᾶλλον δὲ * αὐτοδυνάμον, καὶ αὐτοζωὴν, καὶ αὐτοσοφίαν, ἀναθῶμεν τί, Θεέ μου, Θεέ μου, τί με ἐγκατέλιπες; καὶ τὸ, πάτερ εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· καὶ τὸ, πάτερ σῶσόν με ἀπὸ τῆς ὥρας ταύτης· καὶ τὸ, τὴν ὥραν ἐκείνην οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα ταπεινῶς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ὑπὸ τῆς ἱερῶν ἀποστόλων περὶ αὐτοῦ εἴρηται, καὶ γέγραπται; τίνι τὴν πεῖναν, καὶ τὴν δίψαν προσαψομεν; τίνι τὸν κόπον, καὶ τὸν ὕπνον; τίνι τὴν ἄγνοιαν, καὶ τὴν δειλίαν, τίς ὁ τῆς ἀγγελικῆς δεηθεὶς συμμαχίας; εἰ τοῦ Θεοῦ λόγου ταῦτα, πῶς ἠγνόησεν ἡ σοφία; πῶς δ' ἂν κληθείη σοφία ἡ τοῦ τῆς ἀγνοίας ἔχουσα πάθος; πῶς δ' ἂν ἀληθεύσειν λέγων ἔχειν τὰ τοῦ πατρὸς πάντα, τοῦ πατρὸς οὐκ ἔχων τὴν γνῶσιν; μόνος γὰρ, φησὶν, οἶδεν ὁ πατὴρ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. πῶς δ' ἂν εἰκὼν ἀπαραλλακτος εἴη τοῦ γεννήσαντος, μὴ πάντα ἔχων τοῦ γεννήσαντος; εἰ μὲν ὂν ἀληθεύει λέγων ἀγνοεῖν, τοῦτ' ἄν τις ὑποπτεύοι περὶ * αὐτοῦ. εἰ δὲ οἶδε τὴν ἡμέραν, κρύπτειν δὲ βουλόμενος, ἀγνοεῖν * λέγει, ὁρᾷς εἰς ποίαν βλασφημίαν χωρεῖ τὸ συναγόμενον; * ἡ γὰρ ἀλήθεια ψεύδεται. ἥτις οὐκ εἰκότως ἀλήθεια κληθεῖη, ἔχουσάτι τῷ ἐναντίῳ· εἰ δὲ ἔτι ψεύδεται ἡ ἀλήθεια, ὅτι ὁ Θεὸς λόγος ἀγνοεῖ τὴν ἡμέραν, ἣν αὐτὸς ἐποίησεν, ἣν αὐτὸς διώρισεν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην, ἀλλ' ἔχει τοῦ πατρὸς τὴν γνῶσιν, ὡς εἰκὼν ἀπαράλλακτος. Πράξ. 17. 31.

οὐκ ἄρα τοῦ Θεοῦ λόγου ἡ ἄγνοια, ἀλλὰ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, τῆς τοσαύτη κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ γινωσκούσης, ὅσα ἡ ἐνοικοῦσα θεότης ἀπεκάλυψε. ταῦτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοίων ἐστὶν εἰπεῖν. πῶς γὰρ ἂν ἔχοι λόγον, τὸν Θεὸν λόγον εἰπεῖν πρὸς τὸν πατέρα· πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. πολλὰ γὰρ ἐντεῦθεν πάλιν συμβαίνει τὰ ἄτοπα· καὶ πρῶτον μὲν τὸ διχονοεῖν τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν, καὶ ἕτερα μὲν βούλεσθαι τὸν πατέρα, ἕτερα δὲ τὸν υἱόν· ἔφη γὰρ· πλὴν, οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ· * ἐπειδὴ πολλὴν αὖθις ἄγνοιαν ἐν τῇ * ἴσως

υἱῷ

Hic manifeste anathematizare præsumpsit non eos modo qui nunc pie sentiunt, sed & eos qui olim veritatis fuere præcones, atque adeo ipsos evangeliorum scriptores, sanctorumque apostolorum chorum, & Gabrielem archangelum. Primus enim ille Christum qui secundum carnem est ex Spiritu sancto natum esse, idque ante conceptionem prædicavit, & post conceptionem ipsum Joseph docuit; Mariæ quidem roganti: *Quomodo erit mihi hoc, quoniam virum non cognosco?* dicens: *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei*: ad Joseph autem inquit: *Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, ex Spiritu sancto est*: & evangelista: *Cum esset*, inquit, *desponsata mater ejus Maria Joseph, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.* Quin & ipse dominus ingressus in synagogam Judæorum, acceptoque propheta Isaia, cum locum legisset, in quo dicit: *Spiritus domini super me, eo quod unxit me*, & cetera; subjunxit: *Hodie completa est scriptura ista in auribus vestris.* Beatus etiam Petrus loquens cum Judæis hoc testatur, dicens: *Jesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto.* Sed & Isaias ante multas generationes talia oracula prodidit: *Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet; & requiescet super eum Spiritus Dei, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis; & spiritus timoris Dei implebit eum*, & iterum: *Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ; ponam spiritum meum super eum; judicium gentibus proferet.* Hoc autem testimonium & evangelista in suis conscriptionibus posuit. Sed & ipse quoque dominus in evangeliis ad Judæos ait: *Si autem in Spiritu Dei ego ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei*: & Joannes: *Qui misit me*, inquit, *baptizare in aqua, ipse mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in Spiritu sancto.* Non itaque prophetas solum & apostolos, neque Gabrielem archangelum solum iste sacrorum dogmatum subti-

lis examinator anathematizavit, sed in ipsum quoque salvatorem omnium blasphemiam extendit. Ostendimus enim & ipsum dominum, nunc quidem Judæis post lectionem illam: *Spiritus domini super me, propter quod unxit me*; dixisse, *Hodie scriptura hæc completa est in auribus vestris*: nunc autem ad eos qui dicebant in Beelzebub eum ejicere dæmonia, dicere se in Spiritu Dei ejicere dæmones. Non autem dicimus, Deum Verbum patri consubstantialem & coæternum a Spiritu sancto factum esse & unitum; sed illam in [illegible] diverum humanam ab eo assumptam naturam. Proprium autem Spiritum Filii, si quidem ejusdem cum eo naturæ, & ex patre procedentem dixit, simul confitebimur, & tanquam piam suscipiemus vocem. Si vero tanquam ex Filio, aut per Filium existentem habeat, hoc ut blasphemiam & impium rejiciemus. Credimus enim domino dicenti: *Spiritus qui ex patre procedit*; sed & sacratissimo Paulo dicenti similiter: *Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo patre est.*

Luc. 4.

Luc. 11. 19.

Joan. 15.

1. Cor. 2.

Cyrilli defensio.

Jam dixi, quod Nestorii nugis seu blasphemiis, & eius dictis admodum temerariis virtus capitulorum repugnat. Illo namque dicente de Spiritu sancto: Is qui tantam Christo gloriam contulit, qui eum dæmonibus fecit terribilem, donavitque ei ad cœlos ascensionem.) & tanquam de aliquo secundum nos homine communi hæc deblaterante, factus est necessario anathematismus, non adversus eos qui dicunt clarificatum a Spiritu sancto Jesum, hoc est, inhumanatum Dei Verbum; sed potius contra illos, qui impudenter eum virtute per Spiritum tanquam aliena usum dicunt. Meminimus enim eum aperte dixisse de sancto Spiritu: *Ille me clarificabit.* Novimus ad hæc sancti Spiritus operatione conterentem nequissimas immundasque virtutes: sed non ita dicimus eum, sicut unumquemque scilicet sanctorum, virtute Spiritus sancti tanquam aliena usum. Erat enim & est ejus Spiritus, sicuti certe & patris. Et hoc nobis bene satis explanabit divinus Paulus scribens: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Procedit enim ex Deo & patre Spiritus sanctus secundum salvatoris vocem; sed non est alienus a Filio: omnia enim habet cum patre, & hoc ipse edocuit, dicens de Spiritu sancto: *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi vobis, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Ergo clarificavit quidem Jesum Spiritus sanctus admirabilia * operantem, verumtamen ut spiritus eius, & non aliena virtus, & eo præstantior, secundum quod intelligitur Deus. Non blasphemavimus igitur in sanctos angelos, nec in prophetas, sicut dicere præsumpsit qui solummodo accusare novit. Quia vero propositum ejus & sociorum est, ut unum in duos Christos dividant, & il

Joan. 15.

1. Cor. 12.

Joan. 16. 14.

* operantem. Interpretatio autem [illegible] dicunt [illegible] Illum [illegible] παρακλητα.

A βριν τῶν ἀρχαγγέλων ἀνεθεμάτισε μόνον ὁ ἀκριβὴς τῆς θείων δογμάτων ἐξέτασις· ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτὸν τὸν σωτῆρα τῆς ὅλων τῶν βλασφημίαν ἐξετείνεν. ἐδείξαμεν γὰρ καὶ αὐτὸν τὸν κύριον, νῦν μὲν τοῖς Ἰουδαίοις μετὰ τῶν ἀναγινωσκόμενον τὸ· πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, φήσαντα· σήμερον ἡ γραφὴ αὕτη πεπλήρωται ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν· νῦν δὲ πρὸς τοὺς λέγοντας, ἐν Βεελζεβὸὺλ αὐτὸν ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια, εἰρηκότα ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλειν τοὺς δαίμονας. διαπαντὸς [illegible] δὲ [illegible] τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἐν χρῷ [illegible] ὁ [illegible] λόγος φαμὲν [illegible] τῷ πατρὶ ὁμοούσιον, καὶ συναΐδιον. ἀλλὰ τὸν [illegible] τῶν ἡμετέρων ὑπ' αὐτοῦ ληφθεῖσαν ἀνθρωπείαν φύσιν. ἴδιον B δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ, εἰ μὲν ὡς ὁμόφυές, καὶ ἐκ παρὸς ἐκ πορευόμενον ἔφη, * συνομολογήσομεν, καὶ ὡς εὐσεβῆ * δεξόμεθα τοῦ φωνεῖν. εἰ δὲ ὡς ἐξ υἱοῦ, ἢ δὲ υἱοῦ τοῦ ὑπάρξιν ἔχον, ὡς βλάσφημον τοῦτο, ἐν ὡς δυσσεβὲς ἀπορρίψομεν. πιστεύσομεν γὰρ τῷ κυρίῳ λέγοντι· τὸ πνεῦμα, ὃ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται· καὶ τῷ θειοτάτῳ δὲ Παύλῳ ὁμοίως φάσκοντι· ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ*.

* συνομολογ. [illegible] ἐξεμεθα.

Κυρίλλου ἀπολογία.

Φθάσας εἶπον, ὅτι τοῖς Νεστορίου βαττολογήμασι, ἤγουν εὐσημίαις, καὶ τοῖς ἀγαν ἀτιμελῶς εἰρημένοις, ἡ τῶν κεφαλαίων μαχέται δύναμις. ἐκείνου C γὰρ λέγοντος περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· τοῦτο δὴ τὸν τηλικαύτην τῷ Χριστῷ χαρισάμενον δόξαν, τὸν δαίμοσιν αὐτὸν φοβερὸν ἐργασάμενον, τὸν τῶν οὐρανῶν λῆψιν αὐτῷ τοῦ εἰς οὐρανοὺς χαρισάμενον· καὶ * ὡσπερεί τινος τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπου κοινοῦ τοιαῦτα πεφλυαρηκότος, γέγονεν ἀναγκαίως ὁ ἀναθεματισμὸς. ὁ κατὰ γε τῶν λεγόντων δεδοξάσθαι παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸν Ἰησοῦν, τουτέστιν ἐνανθρωπήσαντα τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον· κατ' ἐκείνων δὲ μᾶλλον, οἱ καὶ * αἰκιάζειν αὐτὸν ὡς ἀλλόκοτα δυνάμει τῇ δι' αὐτοῦ πνεύματος κεχρῆσθαι φασί. μεμνήμεθα * δὴ ἐπάνω σαφῶς περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει· ἴσμεν τε ὡς τὸν τῷ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐνεργείᾳ τὸν πονηρὰς τε, D καὶ ἀκαθάρτους δυνάμεις συντρίβοντα· ἀλλ' οὐχ ὡς ἡμῶν φαμὲν αὐτὸν, καθάπερ ἀμελεῖ καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστον, ὡς ἀλλόκοτα δυνάμει κεχρῆσθαι τῇ δι' αὐτοῦ πνεύματος· ἰδοὺ γὰρ καὶ ἔστιν αὐτοῦ τὸ πνεῦμα, καθάπερ ἀμελεῖ καὶ τοῦ πατρὸς· καὶ τὰ τοῦ ἡμῖν εἶναι μαλλον σαφέστερον γεγραφὼς ὁ θεσπέσιος Παῦλος· οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται· ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. ἐκπορεύεται μὲν * γὰρ ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τὸ E πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνὴν, ἀλλ' οὐκ ἀλλόκοτον ἐστὶ τοῦ υἱοῦ· πάντα γὰρ ἔχει μετὰ τοῦ πατρός. καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐδίδαξεν εἰπὼν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστι· διὰ τοῦτο εἶπον ὑμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ * λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. οὐκοῦν ἐδόξασε μὲν τὸν Ἰησοῦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐνεργοῦν τὰ παράδοξα. πλὴν ὡς πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀλλότριον δύναμις, καὶ κρεῖττον αὐτοῦ, καθὸ νοεῖται Θεός. οὐκ ἐδυσφημήσαμεν τοίνυν εἰς ἁγίους ἀγγέλους, οὔτε μὴν εἰς προφήτας,

Joan. 16.

Rom. 8.

1. Cor. 12. 3.

Joan. 16. 14.

* ὡς πρὸς [illegible] λαμβάνει.

τας, καθὰ πετόλμηκεν εἰπεῖν ὁ μόνον εἰδὼς τὸ κα-
τηγορεῖν. ἐπεὶ δέ ἐστι σκοπὸς αὐτῷ τε, καὶ τοῖς κατ'
αὐτὸν τὸ διαιρεῖν εἰς δύο Χριστὸν τὸν ἕνα, καὶ τὸν μὲν
δεξιζόμενόν τε, καὶ συνεργούμενον, τὸν δὲ δοξάζοντά
τε, καὶ συνεργοῦντα λέγειν, καταισχύνουσιν ἀσυνέτως
πάντα λόγον εὐσεβῆ, καὶ τῆς τοιαύτης αὐτοὺς * ἀφεσ-
ώντας κακοδοξίας. καὶ γοῦν περὶ τὸ μακαρίου Γαβριὴλ τὸν λόγον ποιούμενος ὁ φιλαίτιος ἐστί, * τὸν γὰρ κατὰ σάρκα, φησὶ, Χριστὸν ἐκ πνεύματος ἁγίου γεγενῆσθαι, πρῶτος ἐκεῖνος καὶ πρὸ τῆς σαρκωθέντος ἐκήρυξεν. ἕτερος οὖν ἄρα ἐστὶ Χριστὸς ὁ κατὰ σάρκα, καὶ ἕτερος ἰδικῶς Χριστὸς δὴ πάλιν ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος. πῶς τοίνυν ἡ ἕνωσις, καὶ τί τὸ ὄφελος, εἰ δύο Χριστοὶ, καὶ ἰδικῶς καὶ ἀνὰ μέρος ἑκάτερος νοοῖτο, καὶ λέγοιτο; εὐχόμεθα κἂν τὸ τῆς ἀσεβείας προσωπεῖον ἑαυτοῖς περιπλάττοντες ἕνα Χριστὸν λέγωσι, δύο φρονοῦντες κατὰ ἀλήθειαν, ἀκηκοότες παρ' ἡμῶν· ἕως πότε γωλανεῖτε ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις ὑμῶν; ὀρθοποδεῖν γὰρ ἄμεινον, πίστει ἐρηρεισμένοις τῷ ἀληθινῷ, καὶ ἐρηρεισμένῳ, καὶ ἐκ ἀσυνέτου, σκαζόντων λογισμοῖς.

1 Βασιλ. 18. 11.

A lum quidem clarificari, & operandum permoveri, hunc vero & clarificare & operari dicant: ideo carpunt insipienter omnem sermonem pium, & qui ipos a tali perversa sententia dimovet. Proinde de beato Gabriele faciens sermonem calumniator ille: Etenim illum qui secundum carnem est inquit, Christum ex Spiritu sancto natum esse, primus ille & ante formationem prædicavit. Alius igitur est Christus ille qui secundum carnem, & alius seorsim Christus rursus Verbum, quod ex Deo patre est.) Ubi igitur unio? & quæ inde utilitas, si duo Christi, & seorsim ac divisim uterque intelligatur ac prædicetur? Ea B propter licet pietatis persona se induant, & unum dicant esse Christum; vere tamen duos esse putantes, audiant a nobis: *Usque quo claudicatis in ambobus poplitibus?* Satius enim fuerit recte incedere, fidem habentes puram & firmam, non stultis opinionibus claudicantem.

1 Reg. 18.

Αναθεματισμὸς ί.

Αρχιερεα, καὶ ἀπόστολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γεγενῆσθαι Χριστὸν, ἡ θεία λέγει γραφή. * προσκεκομικέναι δὲ ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ, καὶ πατρί. εἴ τις τοίνυν ἀρχιερέα, καὶ ἀπόστολον ἡμῶν γεγενῆσθαί φησιν ἐκ αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, * ὅτι γέγονε σάρξ, καὶ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἄλλον παρ' αὐτὸν ἰδικῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικός. ἢ εἴ τις λέγει * ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσενεγκεῖν αὐτὸν τῷ προσφορὰν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ὑπὲρ μόνων ἡμῶν· ὁ γὰρ οὐ ἐδεήθη προσφορᾶς ὑπὲρ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν, ἀνάθεμα ἔστω.

Εβρ. 5.
* προσκεκομικέναι
Ἐφεσ. 5. 2
* ὅτι
* ὑπὲρ

Anathematismus X.

Confessionis nostræ pontificem & apostolum factum esse Christum, scriptura divina docet, obtulisse quoque semetipsum pro nobis Deo & patri in odorem suavitatis. C Si quis ergo dixerit, pontificem & apostolum nostrum non esse ipsum Dei Verbum, posteaquam caro & homo nobis similis factum est; sed hominem illum qui ex muliere natus est, quasi alterum quempiam ab ipso divertum: aut si quis illum pro seipso quoque, & non potius pro nobis solis sacrificium obtulisse dixerit, (neque enim oblatione egebat, qui peccatum non novit) anathema sit.

Θεοδωρήτου ἀναζόπη.

Οὐκ εἰς σαρκὸς φύσιν ἡ ἄτρεπτος ἐξάπαξ φύσις, ἀλλ' ἀνθρωπείαν ἀνελάβετο φύσιν, καὶ τούτῳ ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἀρχιερέας κατέστησεν, ὡς ὁ μακάριος Παῦλος διδάσκει, λέγων· πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε, καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, μετριοπαθεῖν δυναμένος τοῖς ἀγνοοῦσι, καὶ πλανωμένοις· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν, καὶ δι' αὐτὴν ὀφείλει καθὼς περὶ τοῦ λαοῦ, οὕτω καὶ περὶ αὐτοῦ προσφέρειν περὶ ἁμαρτιῶν. καὶ μετ' ὀλίγα, τοῦτο ἐμφαίνων, φησὶ, καθάπερ καὶ Ἀαρὼν, οὕτω καὶ ὁ Χριστός. ἐπιδεικνὺς τὴν τῆς ἀναλήφθεισης φύσεως ἀσθένειαν, φησὶν· ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε, καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς, καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας. καίπερ ὢν υἱὸς, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν· καὶ τελειωθεὶς ἔγνετο πᾶσι τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου, προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. τίς τοίνυν ὁ τῶνδε ἀρετῆς πλεωθεὶς, καὶ μὴ φύσει τέλειος ὑπάρχων; τίς ὁ πεῖρα μαθὼν τὴν ὑπακοὴν, καὶ ταύτην

Εβρ. 5.

D Non in carnis naturam versa est inconvertibilis natura; sed humanam suscepit naturam, & hanc super communes pontifices constituit, ut beatus Paulus docet, dicens: *Omnis enim pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis: qui condolere possit his qui ignorant & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis.* Et paulo post, hoc interpretans dicit: *Sicut & Aaron, ita & Christus.* Deinde monstrans assumptæ naturæ infirmitatem, inquit; *Qui in diebus carnis suæ,* E *preces & supplicationes ad eum qui poterat ipsum salvum facere a morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, & exauditus est pro reverentia: & quidem cum esset Filius, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus a Deo pontifex secundum ordinem Melchisedec.* Quis igitur ille est, qui laboribus virtutis perfectus est, & non natura perfectus existit? Quis ille qui didicit obedientiam, & hanc ante experimentum ignorans? Quis

Hebr. 5.
Ibid.
Ibid.

cum

cum reverentia vixit, & cum voce valida & lacrymis supplicationes obtulit, & salvare se non valuit, sed eum qui poterat ipsum salvum facere, rogavit, & mortis liberationem poposcit? Non Deus Verbum, quod immortale est, impassibile, incorporeum, cujus memoria, secundum prophetam, lætitia, & a lachrymis liberatio, ipse enim abstulit omnem lacrhymam ab omni facie; & rursus propheta: *Memor fui*, inquit, *Dei & delectatus sum*: qui coronat cum religione viventes: qui cognoscit universa antequam fiant: qui habet omnia quæ patris sunt, & imago existit impermatabilis genitoris: qui in semetipso demonstrat patrem: sed quod ex semine David assumptum est ab eo, quod mortale, quod passibile, quod timuit mortem; licet hoc ipsum postea mortis destruxit potestatem propter unionem ad assumentem Deum; quod per omnem ambulavit justitiam, & ad Joannem locutum est: *Sine modo; sic enim decet nos complere omnem justitiam*; hoc pontificis appellationem accepit secundum ordinem Melchisedec, hoc enim indutum est naturæ infirmitatem, & non omnipotens Deus Verbum. Unde & ante paucа beatus ait Paulus: *Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris; tentatum vero per omnia & pro similitudine absque peccato*. In experimento autem nostrarum facta est passionum sine peccato ex nobis pro nobis assumpta natura, non qui hanc assumpsit nostræ causa salutis. Sed & in principio capituli hujus talia rursus docet: *Considerate*, dicens, *apostolum & pontificem confessionis nostræ Jesum, qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo ejus*. Facturam vero nullus dixerit qui rectam colat fidem, increatum & & non factum & patri coæternum Deum Verbum; sed cum qui ex semine David, qui ab omni peccato liber existens, pontifex noster & victima factus est, ipse semetipsum pro nobis offerens, habens in semetipso videlicet ex Deo Deum Verbum unitum sibi, & inseparabiliter connexum.

Isai. 25. Psalm. 76. Dan. 13. Joan. 16. Colos. 1. Joan. 14

Matth. 3.

Heb. 4.

Heb. 3

Cyrilli defensio.

Propheta Jeremias offendenti Israel, & exacuenti ad iracundiam omnium Deum dicebat tristis. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & deflebo populum istum die ac nocte?* Arbitror autem ego hujusmodi voces non illis potius convenire, & eos decere, sed his qui effrænatum & incontinens in Christum os habent; quique *obloquuntur adversus gloriam ineffabilem, audaces, sibi placentes*, sicut scriptum est. Lamentatione quippe & gemitu digni vere fuerint, qui ex multa nimis dementia, rectam & irreprehensibilem pietatis erga Christum relinquentes viam, semitas sibi faciunt perversas, & corruptis sensuum adinventionibus pulchritudinem veritatis adulterant. Ergo audiant hi, qui sapere elegerunt quæ omnibus respuenda sunt: *Erratis, nescientes scripturas*, atque venerandum & magnum inhumanationis sacramentum. Scripturæ namque divinitus inspiratæ Deum nobis inhumanatum prædicant

Jerem. 9.

2. Petr. 2

Matth. 22.

Heb. 1.

ἀγωνῶν ἀπὸ τῆς πείρας; τίς ὁ ἀλαβείᾳ συμβιώσας, καὶ μετὰ κραυγῆς ἐκχυρᾶς, καὶ δακρύων τὰς ἱκετείας προσεπέγκων, καὶ σῶσαι ἑαυτὸν ὁ δυνάμενος, ἀλλὰ τὸν δυνάμενον σῶσαι παρακαλῶν, καὶ τὸ θανάτου τὴν ἀπαλλαγὴν αἰτῶν; οὐχὶ ὁ Θεὸς λόγος, ὁ ἀπαθὴς, ὁ ἀθάνατος, ὁ ἀσώματος, ὁ ὑμνήμη κατὰ τὴν προφητείαν εὐφροσύνη, καὶ δακρύων ἀπαλλαγή· αὐτὸς γὰρ ἀφεῖλε πᾶν δάκρυον ἀπὸ προσώπου παντός· καὶ πάλιν ὁ προφήτης· ἐμνήσθην, φησὶ, τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπεφράνθην. ὁ στεφανῶν τοὺς εὐλαβείᾳ συζῶντας· ὁ πάντα γινώσκων πρὶν γενέσεως αὐτῶν· ὁ πάντα ἔχων τὰ τοῦ πατρὸς, ἃ εἶχον ὑπάρχων ἀπαράλλακτος τοῦ πατρός· ὁ ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς τὸν πατέρα· ἀλλὰ τὸ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ληφθὲν ὑπ' αὐτοῦ, τὸ θνητὸν, τὸ παθητὸν, τὸ δεδιὸς τὸν θάνατον. εἰ καὶ αὐτὸ μετὰ πολὺ κατέλυσε τοῦ θανάτου τὸ κράτος, διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀναλαβόντα Θεὸν ἕνωσιν, τὸ διὰ πάσης ὁδεῦσαν δικαιοσύνης, καὶ πρὸς τὸν Ἰωάννην φῆσαν· ἄφες ἄρτι, ὅτω γὰρ πρέπον ἐστὶ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. τοῦτο τῆς ἀρχιερωσύνης τιμὴν προσηγορίαν ἔλαβε κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· αὐτὸ γὰρ περιέκειτο τῆς φύσεως ἀσθένειαν, καὶ οὐχ ὁ παντοδυνάμενος Θεὸς λόγος. διὸ καὶ πρὸ βραχέων ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος· οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα, καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας. ἐν πείρᾳ δὲ γέγονε τῶν ἡμετέρων παθημάτων ἄνευ ἁμαρτίας ἡ ὑφ' ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ληφθεῖσα φύσις, οὐχ ὁ τυχὸν λαβὼν τῆς ἡμετέρας ἕνεκα σωτηρίας. καὶ ἐν ἀρχῇ δὲ τοῦ κεφαλαίου τούτου τοιαῦτά πω διδάσκει· κατανοήσατε, λέγων, τὸν ἀπόστολον, καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. ὡς καὶ Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. ποίημα δὲ οὐκ ἂν τις εἴποι τινὰ ἐξ ὑποδεξίαν πρεσβείων, τὸν ἄκτιστον, καὶ ἀπείρατον, καὶ τῷ πατρὶ συναΐδιον θεὸν λόγον· ἀλλὰ τὸν ἐκ σπέρματος Δαυὶδ, ὃς πάσης ἁμαρτίας ἐπάνω ἐλεύθερος, ἀρχιερεὺς ἡμῶν, καὶ ἱερεῖον ἐγένετο· αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν τῷ Θεῷ προσενεγκών, ἔχων ἐν ἑαυτῷ δηλαδὴ τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν λόγον, ἡνωμένον αὐτῷ, καὶ ἀχωρίστως συνημμένον.

Κυρίλλου ἀπολογία.

Ὁ προφήτης Ἱερεμίας προσκεκρουκότι τῷ Ἰσραὴλ, καὶ καταθυμοῦντι πρὸς ὀργὴν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ἐπισυνάγων ἔφασκε· τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων, καὶ κλαύσομαι τὸν λαὸν τοῦτον ἡμέρας καὶ νυκτός; οἶμαι δὲ ἔγωγε τὰς τοιάσδε φωνὰς οὐκ ἐκείνοις μᾶλλον ἐοικέναι τε, καὶ πρέπειν, ἀλλὰ τοῖς ἀπύλωτον, καὶ ἀκρατὲς ἔχουσιν ἐπὶ Χριστῷ τὸ στόμα· οἱ καὶ τῆς ἀρρήτου κατιφλυαροῦσι δόξης, τολμηταὶ, καὶ αὐθάδεις ὄντες κατὰ τὸ γεγραμμένον. θρήνου δὴ οὖν, καὶ οἰμωγῆς ἄξιοι κατὰ τὸ ἀληθὲς εἶεν ἄν, οἱ ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀβελτηρίας τὴν εἰς εὐθὺ τε, καὶ ἀδιάβλητον τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας ἀφέντες ὁδὸν, ξοχίας ποιοῦντες διεστραμμένας. καὶ κατεφθαρμένοις συνοιῶν εὑρήματι τὸ τῆς ἀληθείας κατασημαίνουσι κάλλος. ἀκούσατε τοῖς πᾶσι ἀπόβλητα φρονεῖν ἠρημένοι· πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μήτε μὴν τὸ σεπτὸν, καὶ μέγα τῆς ἀνθρωπήσεως μυστήριον· αἱ μὲν γὰρ θεόπνευστοι γραφαὶ Θεὸν ἡμῖν ἐνανθρωπηκότα

Hosea 5. 8.

Psal. 76. 4.

Δαυὶδ λέγει 401

γινώσκων

Joan. 10. 15.

Κολασ. 1. 15

Joan. 14. 9.

ἀναλαβόντα

Matth. 3. 15.

πανταχοῦ

Εβρ. 4. 15.

Matth. 22. 29.

δια-

διισχυρίζονται τὸν Ἐμμανουὴλ· μετεσχηκέναι τε σαρκὸς, καὶ αἵματος παραπλησίως ἡμῖν τὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς ὁμολογοῦσι τὸν λόγον· σάρκα τε γεγενῆσθαι, τουτέστιν ἄνθρωπον, ὑπὸ κατὰ βούλησιν, ἢ ἀλλοιώσιν, ἀλλ' ἑνώσεως ἀφράστου * δυνάμει. ταύτῃ τοι καὶ ἕνα φαμὲν Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον, μίαν τε πίστιν, καὶ ἓν ἅγιον βάπτισμα. οἱ δὲ τῶν ὄντως ὀρθῶν ἀποφοιτῶντες δογμάτων, καὶ τοῖς ἱεροῖς γράμμασι σκληρὸν, καὶ ἀγέρωχον ἀντανιστάντες τὸν νοῦν, πρὸς μόνον ὁρῶσι τὸ αὐτοῖς εὖ ἔχειν δοκοῦν. ἄνθρωπον δὲ ἀνειλῆφθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγου φασὶ, κατ' ἐκεῖνό πως τάχα τὸ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν εἰρημένον· οὐκ ἤμην προφήτης, οὐδὲ υἱὸς προφήτου, ἀλλ' κτίπολος ἤμην κνίζων συκάμινα, καὶ ἀνέλαβέ με κύριος ἐκ τῆς ποιμνῆς· * ἢ καθὰ φησὶν ὁ μακάριος Δαυὶδ· ἀναλαμβάνων πραεῖς ὁ κύριος, κατὰ χάριν δηλονότι, καὶ οἰκειότητα τῶν ἐνδιατρίβοντα, ἢ ὡς ἂν θελήσῃ, καὶ χαρίσῃ, καὶ ἁγιασμῷ, καθὰ καὶ ἡμεῖς αὐτῷ κολλώμενοι τῷ κυρίῳ, ἓν πνεῦμά ἐσμεν κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ ἀνθρωπῆσαι θεόν. οὔτε μὴν παραπλησίως ἡμῖν μετεσχεῖν αἵματος, καὶ σαρκὸς, οἰκειώσασθαι δὲ μᾶλλον ἄνθρωπον, καὶ ὃ καθ' ἕτερον τρόπον, ἢ καθ' ὃν ἂν λέγοιτο καὶ προφήτας, καὶ ἀποστόλους, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἁγίους. ἆρ' οὖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος πεφενάκικε τοὺς ἡγιασμένους διὰ τῆς πίστεως, ἀναγκαίως λέγων περὶ τοῦ μονογενοῦς, ὅτι πλούσιος ὢν ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς; μὴ γένοιτο· ἀληθὲς γὰρ παντὸς τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ. ἀλλὰ γὰρ τίς ὁ πλούσιος ἐστι, καὶ τίνα τρόπον ἐπτώχευσε; βασανιζέτω καὶ νῦν ὁ λόγος ἡμῖν. εἰ μὲν γὰρ καθὰ καὶ φρονεῖν, καὶ λέγειν αὐτοὶ τεθαρρήκασιν, ἄνθρωπος ἀνειλήφθη παρὰ τοῦ Θεοῦ, πῶς ἐπτώχευσε ὁ ἀναληφθεὶς, καὶ τοῖς ὑπὲρ φύσιν ἀξιώμασιν ἐκλελαμπρυσμένος; δεδοξάσται γὰρ· ἢ εἰ μὴ τοί τι ἐστὶν ἀληθὲς, ὑποβιβάζεται παρ' αὐτῶν ἡ ἀνάληψις, ὡς καταικομισασα πρὸς τὸ * μεῖον, καὶ πρός γε τὸ δυσκλεέστερον ἀνθρωπότητος μέτρον. * ἀλλ' ὅτῳ φρονεῖν ἀπηχὲς· * ἄκοιμι ἐπτώχευσε ὁ ἀναληφθεὶς· λείπεται πίνειν εἰπεῖν, ὅτι γέγονεν ἐπτωχεία τῷ καθ' ἡμᾶς ὁ πλούσιος ὡς θεός. εἶτα πῶς ἐπτώχευσε; φέρε δὴ, φέρε κατιδρυσωμεν ἀναγκαίως. ἀξιόπιστος μὲν γὰρ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁμολογουμένως. ὃ μεταχωρήσας εἰς φύσιν σαρκὸς, τῶν ἰδίων ἀφεὶς. μεμένηκε γὰρ ὅπερ ἦν, τουτέστι θεός. πῶς τοιγαροῦν ὀψόμεθα τῆς πτωχείας τὸ ὑφειμένον; ἆρ' ἐν τῷ τινα τῷ καθ' ἡμᾶς ἀναλαβεῖν, καθὰ φάναι τετολμήκασιν οἱ τῆς δυσσεβείας τοῦ Νεστορίου παράσιτοι; καὶ ποῖος ἂν γένοιτο πτωχείας αὐτῷ, καὶ κενώσεως τρόπος, ὡς οὐδὲ δὴ μόνῳ τῷ * θελῆσαι τυχὸν τιμῆσαι τῷ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπον τινά; ἀδικεῖται γὰρ κατ' ἀξίαν τρόπον ἀγαθουργῶν ὁ τῶν ὅλων Θεός. πῶς οὖν ἐπτώχευσε; ὅτι θεὸς ὢν φύσει, καὶ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς, γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυὶδ γεγένηται κατὰ σάρκα, καὶ δουλοπρεπὴς ὑπέδυ μέτρον. τουτέστι τὸ ἀνθρώπινον, ὁ ὢν μορφῇ τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, καὶ τῶν ὅλων δημιουργός. ἄνθρωπος δὲ γεγονὼς τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον οὐκ αἰσχύνεται· ὁ γὰρ αὐτὸ τὸ γένεσθαι καθ' ἡμᾶς οὐκ ἀπέβλητον ποιησάμενος, τίνα τρόπον παραιτεῖται ἂν τὶ, δὲ

Ἐφ. 2. 14.
* δυνάμει.
Ἐφεσ. 4. 5.
Ἀμὼς 7. 14.
* ἐκ
Ψαλ. 146. 6.
1. Κορ. 6. 17.
2. Κορ. 8. 9.
* μὴ ὄν.
* ἀλλ' ὅτῳ ἐκ φρονεῖν.
* ἄκοιμι ἐκ φρονεῖν.
* ἐκ θελήσει.
Κολασ. 1. 16.

A Emmanuel, & communicasse carni & sanguini similiter ac nos, Dei & patris Verbum affirmant, & carnem, hoc est, hominem factum, non per conversionem seu mutationem, sed per virtutem ineffabilis unionis. Ideoque unum dicimus Jesum Christum Dominum, unamque fidem, & unum sanctum baptisma. Qui autem a dogmatibus adeo rectis recedunt, & contra sacras literas dura atque superba obsistunt mente, hoc solum quod ipsi bene habere arbitrantur inspiciunt, hominem vero assumptum a Deo Verbo dicunt, secundum illud fortasse quod per unum sanctorum dictum est prophetarum: *Non eram propheta, neque filius prophetæ: sed pastor eram fricans sycomoros; & assumpsit me dominus ex ovibus*: & sicut ait beatus David: *Suscipiens mansuetos dominus*; per affectum nempe & familiaritatem spiritalem, quæ existit nimirum in voluntate & gratia & sanctificatione; sicut & nos ipsi adhærentes domino, *unus spiritus sumus*, secundum quod scriptum est. Sed non est hoc inhumanari Deum, sed neque similiter ac nos carni & sanguini communicare; sed magis familiarem sibi reddere hominem & non secundum alium modum, quam quo dici poterit & prophetas & apostolos & alios sanctos omnes. Putasne sanctus Paulus decepit sanctificatos per fidem, apertissime dicens de unigenito: *Quia cum esset dives, pauper est factus propter nos*? Absit. Vera namque dicit omnino veritatis præco: Sed quisnam est dives, & quomodo pauper factus est? etiam nunc sermo noster examinet, si quidem sicut & sapere & dicere ipsi præsumunt, homo assumptus a Deo est, quomodo pauper est factus qui assumptus est, & dignitatibus quæ naturam superant ornatus? Glorificatus enim est: aut si non est hoc verum, derogabitur ab eis assumptioni tanquam ad minorem & viliorem humanitatis conditionem detrahenti. Sed ita sapere absurdum est: ergo non est pauper factus qui assumptus est. Restat igitur dicere, quia factus est in paupertate nostra, qui dives est tanquam Deus. Proinde quomodo pauper est factus? age nunc, age consideremus, ut necessarium est. Inconvertibilis etenim per naturam, ut in confesso est, non transit in naturam carnis, propriam deserens: mansit enim quod erat, hoc est Deus. Ubi itaque videbimus paupertatis abjectionem? Putas in eo quod aliquem secundum nos assumpsit, sicut dicere præsumpserunt impietatis Nestorii parasiti? Et quisnam sit paupertatis ejus & exinanitionis modus, in hoc videlicet solo, quod voluit forte honorare aliquem hominem nostri similem? Læditur etenim nullo modo bene faciens omnium Deus. Quomodo ergo pauper est factus? Quia cum Deus natura sit, & Filius Dei Patris, factus est homo; & ex semine David natus secundum carnem, & servilem mensuram subiit, hoc est humanitatem, qui erat in forma Dei & patris, per quem omnia, & in quo omnia, & omnium creator: homo autem factus, humanitatis mensuram non erubescit. Qui enim hoc ipsum fieri secundum nos non aspernatus est, quomo-

Heb. 2.
Ephes. 4.
Amos 7.
Psalm 146.
1. Cor. 6.
2. Cor. 8. 9.
Colos. 1.

do respueret ea, per quæ videri poterat fa-
ctus vere propter nos secundum nos? Si
ergo ab humanis eum removerimus & re-
bus & verbis, nullo modo discernemur ab
eis, qui, si quidem fieri posset, tantum-
non carne exuunt eum, & scripturæ divi-
næ non credunt, destruuntque in omnibus
inhumanationis sacramentum, mundi salu-
tem, spem, resurrectionem. Sed fortan di-
cet quispiam, parvum esse Deo verbo &
indignum in totum, flere, metuere mor-
tem, calicem refutare, pontificem esse.
Utique dixerim & ego ipse quia divinæ su-
premæque naturæ & gloriæ hæc parva sunt:
sed in ipsis contemplamur paupertatem,
quam propter nos sponte perpessus est.
Quando grave tibi visum fuerit exinanitio-
nis vilitas, admirare vehementius circa nos
Filii caritatem. Quod enim tu parvum es-
se dixisti, hoc voluntarium fecit propter te.
Flevit humane, ut tuam cohiberet lacry-
mam. Formidavit dispensative permittens
carnem pati interdum quæ propria sunt,
ut nos animosiores efficeret. Refutavit ca-
licem, ut impietatem Judæorum crux ac-
cusaret. Infirmatus dicitur secundum hu-
manitatem, ut tu per eum infirmus esse
desineres. Preces obtulit & supplicationes,
ut & deprecationibus tuis accessibiles red-
dat Patris aures. Dormitavit, ut tu discas
in tentationibus non dormitare, sed esse
ad orationem intentior. Et quidem dor-
mientes quosdam sanctos apostolos increpans
sic est locutus: *Non potuistis unam horam vigi-*
lare mecum? Vigilate & orate, ut non in-
tretis in tentationem. Cum enim sua facta
tanquam sanctæ conversationis formam pro-
posuisset ut toti prodesset orbi, humanita-
tis infirmitates proprias fecit: ob quam
causam? Ut & secundum veritatem homo
factus crederetur, licet permansisset quod
erat, hoc est Deus. Sed nescio quomodo
qui Christum se unum dicere fingunt, &
Filium & dominum, eumdem Deum &
hominem, non illud ex Deo natum ver-
bum appellari dicunt pontificem & apostolum
confessionis nostræ, quando factum est
homo; sed velut alterum quemdam singu-
lariter hominem ex semine David vocatum
ad hoc affirmant; metuentes fortasse, ne
perversa Nestorii opinione contempta recta
sapere deprehendantur. Ait enim sic ille:
Iste fidelis Deo factus pontifex: factus est
enim hic, non sempiterne ante fuit hic,
qui paulatim ad pontificis provectus est,
hæretice, dignitatem.) Deinde ut ipse pu-
tat, confirmans in veritate suas voces, in-
tulit dicens: De quo & Joannes dicit in
evangeliis: *Jesus autem proficiebat ætate &*
sapientia & gratia. Et rursus: *Cum sit no-*
bis hic solus pontifex, compatiens, ac cogna-
tus, & stabilis, a firma in eum fide nolite
deficere. Ipse enim nobis pro benedictione pro-
missa ex semine Abraham missus est, tanquam
pro se & genere suo corporis sacrificium obla-
turus.) Illius autem execrabilitatis optimus
imitator egregius iste Theodoretus, non
erubescit dicens: Humanam naturam as-
sumpsit, & hanc ultra communes statuit
pontifices, sicut & Paulus ait: *Omnis enim*
pontifex ex hominibus assumptus, pro homini-
bus constituitur in his quæ sunt ad Deum,

Matth. 26.

Heb. 3.

Luc. 2.

Heb. 2.

Genes. 17.

Hebr. 5.

Ἀοῦν ἵνα ἰδεῖν γεγονότα κατὰ ἀλήθειαν δὲ ἡμᾶς καθ'
ἡμᾶς; ὅτι οὖν τῶν ἀνθρωπίνων αὐτὸν ἀποστήσωμεν
καὶ πραγμάτων, καὶ λόγων, κατ' οὐσίαν δυείσομεν
τρόπον τῆς, εἰ περ τι τῶν σοδεχομένων ἵνα, μονονυ-
χὶ καὶ ἀποδυόντων αὐτὸν τῆς σαρκὸς, & ἀπιστούντων
τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ. ἀνατρεπόντων δὲ εἰς ἅπαν τὸ
τῆς σοανθρωπήσεως μυστήριον, τὸν τοῦ κόσμου σωτη-
ρίαν, τὴν ἐλπίδα, τὴν ἀνάστασιν. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ
τις, μικρὸν εἶναι τῷ θεῷ λόγῳ, καὶ ἀπεικὸς εἰς ἅπαν
τὸ κλαῦσαι, τὸ δεδιέναι τὸν θάνατον, τὴν τοῦ ποτη-
ρίου παραίτησιν, τῆς ἱερωσύνης τὸ χρῆμα. καὶ φαίην
ἂν καὶ αὐτὸς ἐγὼ, ὅτι τῇ θείᾳ καὶ ὑπερτάτῃ φύσει τε, καὶ
δόξῃ τὰ τοιάδε σμικρά· ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τεθεάμεθα
τὴν πτωχείαν, ἣν δὶ ἡμᾶς ὑπέμεινεν ἑκών. ὅταν
σοι φαίνηται φορτικὸν τὸ ἐκ τῆς κενώσεως δυσχλεές,
θαύμασον μειζόνως τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγάπησιν τοῦ υἱοῦ·
ὃ γὰρ σὺ μικρὸν εἶναι φῂς, τοῦτο θελήσας ἐποίησατο
δι' σέ. ἔκλαυσεν ἀνθρωπίνως, ἵνα σὸν περιστεί-
λῃ δάκρυον· ἐδειλίασεν οἰκονομικῶς ἐφεὶς τῇ σαρ-
κὶ καὶ πάσχειν ἃ θ' ὅπερ τὰ ἴδια, ἵν' ἀτολμοτέρους ἡμᾶς
ἀποφήνῃ· παρῃτήσατο τὸ ποτήριον, ἵνα τῆς Ἰουδαίων
δυσσεβείας ὁ σαυρὸς κατηγορῇ· ἀσθενῆσαι λέγεται
κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἵνα παύσῃ τὴν σὴν ἀσθένειαν·
δεήσεις ἐποιεῖτο, καὶ ἱκετηρίας, ἵνα καὶ ταῖς σαρκὶ σῇ
λιταῖς βάσιμον ἀποφήνῃ τὴν τοῦ πατρὸς ἀκοήν·
ἐνύσταξεν, ἵνα σὺ μάθῃς μὴ νυστάζειν ἐν πειρασ-
μοῖς, σωτηρίας δὲ μᾶλλον εἰς προσδοκίας· καὶ
γοῦν * ἔστι τινὰς ἀπονυστάζοντας τῷ ἁγίων ἀποστό-
λων ἔφασκεν ὅτως. οὐκ ἰσχύσατε μίαν ὥραν γρηγο-
ρῆσαι μετ' ἐμοῦ; γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε, ἵνα
μὴ ἐμπέσητε εἰς πειρασμόν· ἀνατύπωσιν γὰρ ὥσ-
περ διαγοῦς πολιτείας τὴν καθ' ἑαυτὸν ἀναθεὶς,
* ὠφέλησε τὴν ὑπ' οὐρανὸν, τὴν τῆς ἀνθρωπότητος
ἀσθενείας ὠκειώσατο· διὰ ποίαν αἰτίαν; ἵνα καὶ κα-
τὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπος νομίζεσθαι πεισθῇ, καί τοι
μεμυθικὼς ὑπερλιὼ, τυπεὶ Θεός. ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως
οἱ Χριστὸν ἕνα λέγειν ὑποκρινόμενοι, καὶ υἱὸν, καὶ κύ-
ριον, τὸν αὐτὸν Θεὸν, καὶ ἄνθρωπον, ὃ τὸν ἐκ Θεοῦ
φῦντα λόγον χρηματίσαι φασὶν ἀρχιερέα, καὶ ἀπό-
στολον τῆς ὁμολογίας ἡμῶν, ὅπερ γέγονεν ἄνθρωπος.
ἀλλ' ὡς ἕτερόν τινα κατὰ μόνας ἄνθρωπον τὸν ἐκ σπέρ-
ματος Δαυὶδ κεκλῆσθαι πρὸς τοῦτο διεχωρίζοντες·
δεδιότες τυχὸν, μὴ τῆς Νεστορίου κακοδοξίας ὀλι-
γωρήσαντες, ὀρθὰ φρονοῦντες ἁλίσκοιντο. ἔφη γὰρ
ὅτως ἐκεῖνος. ὅτος ὁ πιστὸς τῷ Θεῷ πεποιημένος
ἀρχιερεὺς· ἐγένετο γὰρ ὅτος, οὐκ ἀΐδιος προῆν·
ὅτος ὁ κατὰ μικρὸν εἰς ἀρχιερέως αἱρετικὴ προκό-
ψας ἀξίωμα. εἶτα, καθάπερ εἴρηται, βεβαιῶν εἰς
ἀλήθειαν τὰς ἑαυτοῦ φωνὰς, ἐπιφέρει καὶ φησί· πε-
ρὶ οὗ καὶ Ἰωάννης ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φησίν· Ἰησοῦς
δὲ προέκοπτεν ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ χάριτι. καὶ
πάλιν· ὅτος ἡμῖν τοῦτο μόνος ἀρχιερεὺς συμπα-
θὴς, καὶ συγγενὴς, καὶ βεβαίος, τῆς εἰς αὐτὸν μὴ πα-
ρατρεπέσθε πίστεως· αὐτὸς γὰρ ἡμῖν τῆς ἐπηγγελ-
μένης εὐλογίας ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ ἀπεστάλη,
ὡς ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ τὸ θῦμα τὴν τοῦ σώματος θυ-
σίαν σωμπαγέμενος. ὁ δὲ τῆς ἐκείνου βδελυρίας
ἄριστος μιμητὴς, ὁ χρηστὸς οὗτος Θεοδωρήτος,
οὐκ ἐρυθριᾷ λέγων, ὅτι ἀνθρωπείαν φύσιν ἔλαβε,
καὶ ταύτην ὑπὲρ τοὺς κοινοὺς * ἀρχιερεῖς κατέστησε, κα-
θὰ καὶ Παῦλος φησί. πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀν-
θρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων κατα-

A

B

C

D

E

E

F

* ἔστι τινὰς ἀπονυστάζοντας τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ γρηγορεῖν κελεύει Matth. 26. 40.

* ὠφέλησε

Ἐβρ. 3.

Luc. 2. 52.

Ἑβρ. 4. 15

Γεν. 17.

* ἀρχιερεῖς

Ἑβρ. 5. 1.

σεται τὰ πρὸς τὸν Θεὸν, μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι, καὶ πλανωμένοις· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν· καὶ δι' αὐτὴν ὀφείλει ὡς ὑπὲρ * τοῦ λαοῦ, οὕτω καὶ περὶ ἑαυτοῦ προσφέρειν περὶ ἁμαρτιῶν. Ἆρ' οὐκ ἄνθρωπον ἡμῖν κοινὸν, πόγε ὄχον εἰς τὸ αὐτὸ δοκοῦν, ἀποτετίλκε τὸ Ἐμμανουήλ; οὐκ ἀδελφὰ τῇ ἀρτίως ἡμῖν ὠνομασμένων τὰ φρονήματα, καὶ τῷ ἴσῳ ὠδίνοντα δυσφημίαν; δέδοικας, εἰπέ μοι, τῆς ἱερωσύνης τὸν ζῆλον τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ; ὁ ἄρμοσον εἶναι φῆς τῷ Θεῷ λόγῳ τὸ ἱερουργεῖν ἀνθρωπίνως διὰ τὴν οἰκονομίαν; οὐκοῦν ἄφελε τὸ * προσωπεῖον, ἀρνοῦ μὴ ὑπεσταλμένως τοῦ λόγου τὴν ἀνθρώπησιν, δι' ἣν ὠνόμασται ἀρχιερεύς. ἅμα θύοντα βλέπεις ὡς ἕτερον Θεῷ, καὶ προσεύχοντι Θεῷ, τῷ πατρί; βεβυθισμένα πεθέασαι κατ' ἐκείνους τοὺς ἐξ ἀνθρώπων ληφθέντας, μετριοπαθεῖν τε δυναμένους τοῖς ἀγνοοῦσι, καὶ πλανωμένοις, διὰ τὸ εἶναι καὶ αὐτοὶς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἀσθενείαις; * οὐ νενόηκας, ὅτι τὴν παρὰ πάντων πίστιν, ἣν ἔχομεν τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν ἑαυτῷ καθιεροῖ, καὶ τῷ παναγίῳ * πνεύματι; ἄρ' οὖν, εἰπέ μοι, ζόπος ἐστὶν ἀνθρωπίνης ἱερουργίας τὸ πίστιν αἰτεῖν τοὺς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας προσκεκομισμένους ἐν πνεύματι; ὅρα δὲ καὶ ἕτερος ὄντι Θεὸν, κἂν εἰ ἀνθρωπίνως ἱεραῖτο λέγοιτο διὰ τὴν οἰκονομίαν· συνεδρεύει γὰρ τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ, καὶ ἐν τοῖς ἀνωτάτω θρόνοις ὁρᾶται δεξιοστατής. θορυβεῖ σε τὸ ἀνθρώπινον; οὐκ ἀπαλλάττει δεινότητος τὸ θεοπρεπές; οὐκ ἀνέχει δὲ αὐτῷ ἰδεῖν τῷ πράγματι, Θεόν τε ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπον ὄντα τὸν Ἐμμανουήλ, ἀλλ' ὅτως ἀναιδῶς καὶ ἀπηνῶς, μᾶλλον δὲ δυσσεβείας ἁπάσης ἐκείνα τρέχων, πεπλεῖσθαι φῆς κατὰ ἀρετὴν ἐν πόνοις αὐτὸν, καὶ προκόψαι * κατ' ἀρετὴν εἰς ἀρχιερέως ἀξίωμα; εἰ προέκοψε, πῶς κεκένωται, καὶ ἐπτώχευσεν; εἰ * τελεῖται κατ' ἀρετὴν, οὐκ ἀτελὴς δηλονότι, καὶ ἐν χρόνῳ γέγονε τέλειος· τὸ δὲ ἀτελὲς ἅπαν εἰς ἀρετὴν, ὑπὸ μώμου γραφεῖν. τὸ δὲ ὑπὸ μῶμον, ὑφ' ἁμαρτίαν· πῶς οὖν γεγράπται περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησε; τετολμηκας εἰπεῖν τὰ ὑποτεταγμένα; Τίς τοίνυν ὁ ἱερατεύσας, φησὶν; ὁ πόνοις ἀρετῆς τελειωθεὶς, καὶ μὴ φύσει * τέλειος ὑπάρχων; τίς ὁ πείρᾳ μαθὼν τὴν ὑπακοὴν, καὶ ταύτην ἀγνοῶν πρὸ τῆς πείρας; τίς ὁ βλαβεὶς συμβιώσας, καὶ μετὰ κραυγῆς ἱκετεύσας, καὶ δακρύων ἱκετείας προσενεγκὼν, καὶ σώζειν ἑαυτὸν ὁ δυναμένος, ἀλλὰ τὸν δυναμένον σώζειν παρακαλῶν; ὦ παντόλμου φωνῆς, καὶ μιαρωτάτης. ποῖον ἀρκέσει δάκρυον εἰς ἀποπλύσιν ἁμαρτίας τοῖς τὰ τοιάδε φρονεῖν ἠρημένοις; εἰ καταδέχεται τὴν ἕνωσιν; πῶς ἠγνόησας, ὅτι περὶ Θεοῦ σοι λόγος ἦν ἐνανθρωπήσαντος; πεταπεινώκαμεν ἑαυτὸν διὰ σὲ, καὶ ἀνοσίως ἀναφωνεῖς· ἵλεώς σοι κύριε, ὃ μὴ ἔσαι σοι τοῦτο. ἀκούσας ἄκαιρα λεγόντος· ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ, σκάνδαλόν μοι εἶ. ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τέλει τῶν ἑαυτοῦ λόγων φησίν· ἀκὼν ὁ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἀρχιερεὺς, ἔχων ἐν ἑαυτῷ δηλονότι τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον ἡνωμένον, καὶ ἀχωρίστως συνημμένον. πῶς ἂν ἡνῶσθαι φῆς τῷ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ τὸν ἐκ Θεοῦ * λόγον; * ἢ δὴ μόνῳ τῷ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἐκνενεμήκας τὴν ἱερωσύνην; εἰ γὰρ ἀληθὴς ἡ ἕνωσις, ὃ δύο τε ἁπάντων εἰσὶν, ἀλλ' εἷς τε, καὶ μόνος ὁ ἐξ ἀμφοῖν νοεῖται Χριστός. προδήλον οὖν, ὅτι πλάττονται μὴ ὁμολογεῖν τὴν

A compati valens ignorantibus & erantibus: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate, & propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis.) Putas non hominem nobis communem, quantum ad suum placitum, effecit Emmanuel? Non similia sentiunt hi qui nuper a nobis nominati sunt, & eamdem parturiunt blasphemiam? Dic mihi, metuis pontificii modum salvatoris omnium nostrum Jesu Christi? incongruum esse dicis Deo verbo humane sacrificium ministrare propter dispensationem? Ergo aufer personam, nega haud dissimulanter inhumanationem verbi, propter quam nominatum

B est pontifex. Numquid Patri sacrificantem vides tanquam alteri & potiori Deo? Numquid aspexisti hostias immolantem illorum more qui ex hominibus assumpti sunt, & compati possunt ignorantibus & erantibus, eo quod & ipsi sint in nostris infirmitatibus? Non consideraſti, quia ab omnibus fidem, sive fidei confessionem sibimet consecrat, & per omnia sancto Patri? Dic mihi, putasne morem esse humani sacrificii, fidem petere ab eis qui in odorem sua- Ephes. 5.
vitatis sese obtulerunt in spiritu? Contemplare vero etiam aliter existentem Deum, licet dicatur humane sacerdotio fungi propter dispensationem. Assidet enim Deo &

C Patri, & in sublimibus sedibus decorus apparet. Turbat te quod est humanum? quod est Deum decens, a terroribus non absolvit? Non pateris ipsis videre rebus Deum simul & hominem existentem Emmanuel, sed sic impudenter & dure, ultra omnem impietatem currens, consummatum dicis ipsum secundum virtutem in laboribus, & profecisse paulatim ad pontificis dignitatem? Si profecit, quomodo exinanitus est, & pauper factus? Si consummatus est per virtutem, ex imperfecto utique & in tempore factus est perfectus; omne vero quod imperfectum est ad virtutem, sub vitio est; & quod sub vitio, sub peccato. Quomo-

D do ergo scriptum est de eo, quod *peccatum non fecit*? Præsumpsisti dicere quæ subjecta sunt? Quis igitur, inquit, sacerdotio functus est? Quis ille laboribus virtutis consummatus, & non naturaliter perfectus existens? Quis experimento discens obedientiam, & hanc ante experimentum ignorans? Quis cum reverentia vivens, & cum clamore valido & lacrymis supplicationes offerens, & salvum facere non valens Hebr.
semetipsum, sed eum qui poterat salvum facere, rogans? O audacissimam vocem atque scelestissimam! Quæ sufficient lacrymæ ad diluendum peccatum talia sapere proponentium? Si suscipis unionem, quomodo

E ignorasti, quia tibi sermo fuit de Deo homine facto? Humiliavit se propter te, & tu scelerate exclamas: *Propitius esto tibi* Matth.
domine; non erit tibi hoc. Ergo audies dicentem: *Vade post me satana; scandalum es mihi*. Sed enim in fine verborum suorum ait: *Ergo qui ex semine David est pontifex*, habens utique in semetipso unitum, inseparabiliterque connexum Verbum quod est ex Deo.) Quomodo ergo unitum dicis Dei Verbum illi qui ex semine David est, si soli, qui ex semine David pontificatum

attribuis? Si enim vera est unio, non duo quidem omnino sunt, sed unus & solus ex utrisque intelligitur Christus. Palam itaque est quia fingunt quidem se confiteri unitatem, simplicium mentibus obrepentes: copulationem vero sapiunt quæ est extrinsecus, & per habitudinem, quam & nos habuimus, participes divinæ ejus effecti naturæ per spiritum. Non ergo respiciendæ sunt illorum ineptiæ, sed recta & immaculata fides, & evangelicæ atque apostolicæ sanctiones.

A εἶναι, τὰς τῶν ἁπλουστέρων ὑποδύοντες γνώμας· συμπλοκὴν δὲ * νοοῦσι τινὰ ἔξωθεν τε, καὶ σχετικὴν, ἣν καὶ ἡμεῖς ἐσχήκαμεν, κοινωνοὶ τῆς θείας αὐτοῦ φύσεως ἀναδεδειγμένοι διὰ τοῦ πνεύματος. οὐ προσεκτέον τοιγαροῦν τοῖς ἐκείνων βαττολογίαις· ἀλλὰ τῇ ὀρθῇ τε, καὶ ἀμωμήτῳ πίστει, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς τε, καὶ ἀποστολικοῖς θεσπίσμασιν. * ὁμοῦ.

Anathematismus XI.

Si quis domini carnem vivificam, ipsiusque Verbi quod ex Deo Patre est, propriam esse negaverit; sed veluti alterius cujuspiam ipsi verbo secundum dignitatem conjuncti, hoc est, quasi divinam tantum inhabitationem sortiti, ac non potius vivificam esse dixerit, ut modo meminimus, eo quod Verbi quod omnia vivificare potest, facta sit propria; anathema sit.

B Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ κυρίου σάρκα ζωοποιὸν εἶναι, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγου, ἀλλ' ὡς ἑτέρου τινὸς παρ' αὐτὸν, συνημμένου μὲν αὐτῷ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἤγουν ὡς μόνην θείαν οἰκοδομὴν ἐσχηκότος, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ζωοποιὸν, ὡς ἔφημεν, ὅτι γέγονε * ἰδία τοῦ λόγου τοῦ τὰ πάντα ζωοποιεῖν ἰσχύοντος· ἀνάθεμα ἔστω. * ἰδία

Theodoreti reprehensio.

Videtur, ut opinor, curam habere veritatis, ut tegens hac via falsam opinionem, non videatur eadem tradere cum hæreticis. Sed nihil est veritate valentius, quæ radiis suis mendacii caliginem detegit. Hac nos illuminati, ipsius falsam fidem patefaciemus. Primum quidem nusquam carnis intelligentis meminit, neque assumptum confessus est hominem perfectum: quin potius ubique carnem dicit, sequens Apollinarii dogmata; deinde sententiam de mixtione aliis nominibus introductam, sermonibus suis inserit; hinc enim aperte carnem domini inanimatam dicit. Si quis enim, inquit, carnem domini non propriam Verbi Dei Patris, sed tanquam alterius præter ipsum dicit, anathema sit. Ex quibus patet, non confiteri eum, sumpsisse Verbum animam, sed carnem tantum; ipsum autem Verbum fuisse carni pro anima. Nos autem vivificam esse dicimus animatam & rationalem domini carnem, propter divinitatem vivificam ei unitam. Confitetur autem ipse invitus differentiam duarum naturarum, cum dicit carnem, & verbum Deum, & propriam ejus carnem appellat. Ergo Deus verbum non est conversum in naturam carnis, sed propriam habet carnem, naturam scilicet assumptam, & eam fecit unione vivificam.

Θεοδωρήτου ἀνατροπή.

Ἔοικεν, ὡς οἶμαι, τῆς ἀληθείας φροντίζειν, ἵνα τοῦτῳ τὴν κακοδοξίαν συγκαλύψας, λάθῃ τὰ αὐτὰ τοῖς αἱρετικοῖς δογματίζων. * ἀλλ' οὐδὲ τῆς ἀληθείας δυνατώτερον, ἥ τις τοῖς οἰκείοις ἀκτῖσι γυμνοῖ τὸ ζοφῶδες τοῦ ψεύδους. ταύτῃ φωτιζόμενοι δηλοῦμεν αὐτοῦ τὴν ἑτεροδοξον κατασκήψομεν πίστιν. πρῶτον μὲν γὰρ οὐδαμοῦ σαρκὸς νοερᾶς ἐμνημόνευσεν, ὅτε ἄνθρωπον τέλειον τὸν ἀναληφθέντα ὡμολόγησεν, ἀλλὰ φανταχοῦ σάρκα λέγει, τοῖς Ἀπολινάριου δόγμασι συνακολουθῶν· ἔπειτα τὴν τῆς κράσεως ἔννοιαν ἑτέροις ἐμβαλὼν ὀνόμασι, κατασπείρει τοῖς λόγοις. * ὀστοῦν γὰρ σαφῶς ἄψυχον τὴν τοῦ κυρίου σάρκα φησίν· εἴ τις γὰρ, φησί, τὴν τοῦ κυρίου σάρκα μὴ ἰδίαν αὐτοῦ τοῦ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγου, ἀλλ' ὡς ἑτέρου παρ' αὐτὸν λέγει, ἀνάθεμα ἔστω. ἐξ ὧν * εὕδηλον, οὐχ ὁμολογεῖ ψυχὴν ἀνειληφέναι τὸν θεὸν λόγον, ἀλλὰ σάρκα μόνην, αὐτὸν δὲ εἶναι ἀντὶ ψυχῆς τῇ σαρκί. ἡμεῖς δὲ ζωοποιὸν εἶναι φαμὲν τὴν ἔμψυχον, καὶ λογικὴν τοῦ κυρίου σάρκα, διὰ τὴν ἡνωμένην αὐτῇ ζωοποιὸν θεότητα. ὁμολογεῖ δὲ αὐτὸς ἄκων τὴν δύο φύσεων τὸ διάφορον, σάρκα λέγων, καὶ θεὸν λόγον, καὶ ἰδίαν αὐτοῦ προσαγορεύων τὴν σάρκα. ὁ κὰν οὐχ ὁ θεὸς λόγος εἰς σαρκὸς ἔβαλε φύσιν, ἀλλ' ἰδίαν ἔχει σάρκα, τὴν ἀναληφθεῖσαν φύσιν, καὶ ζωοποιὸν αὐτὴν τῇ ἑνώσει πεποίηκεν. * οὐκ οὖν * ἰσοδύναμον οὐκ

Cyrilli defensio.

Qui a rectis verisque sententiis propter ignorantiam exciderunt, & fere dicunt: *Posuimus mendacium spem nostram, mendacio tegemur*; inconsiderate pronunciant, immemores scripturæ divinitus inspiratæ, quæ dicit: *Justum judicium judicate*: & rursus: *Testis falsus non erit impunitus*. Nos siquidem sanctum corpus salvatoris nostri Christi vivificum esse dicimus: est enim non unius simpliciter hominis vulgaris e nostro numero, sed vere proprium verbi omnia vivificantis: sic autem proprium, ut

Isai. 28.

Zachar. 7.

Prov. 19.

Κυρίλλου ἀπολογία.

Οἱ τῆς εἰς ὀρθότητα, καὶ ἀληθείαν σύνοιαν ἐξαμαρτόντες, καὶ μονονουχὶ λέγοντες· ἐθέμεθα ψεῦδος τινὶ ἐλπίδα ἡμῶν, τῷ ψεύδει σκεπασθησόμεθα, ἀπεριμερίμνως ἐκφέρουσιν, οὐ μεμνημένοι λογώσης τῆς θεοπνεύστου γραφῆς· κρίμα δίκαιον κρίνετε. καὶ πάλιν. μάρτυς ψευδὴς οὐκ ἀτιμωρητος ἔσται. ἡμεῖς γὰρ ζωοποιὸν φαμὲν εἶναι τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ παντῶν ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. καὶ γὰρ ἔστιν οὐχ ἑνὸς ἁπλῶς τοῦ καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπου κοινοῦ, ἴδιον δὲ ἀληθῶς τοῦ τὰ πάντα ζωογονοῦντος λόγου· ἴδιον δὲ οὕτως, ὡς ἂν εἰ καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἑκάστου τυχὸν ἴδιον λέγοιτο τὸ σῶμα

Isai. 28. 15.

Zachar. 7. 9.

Prov. 19. 5.

αὐ-

αὐτοῦ. εἰ δὲ χρηστὸς ὑπάρχει, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν γλυκυσαλγίας εὐδόκει ξένον ἀκατηγόρητον ἀφεὶς, καὶ τοῦ συνιέντος εἰς ἔφλω, ἐπεφυμίζει πάλιν ἡμῖν τῆς Ἀπολινάριου κακοδοξίας τὸν μῶμον, καὶ οὐκ αἰσχύνεται λέγων, ὅτι λέξιν ἑτέρας τοῦ τῆς κράσεως, ἥτις συγχύσεως ἐπικρύπτει χρῆμα, καὶ ἄψυχον εἶναι διαβεβαιοῦται τὴν σάρκα τῷ λόγῳ σάρκα. ἀλλ', ὦ βέλτιστε, φαίη τις ἂν ἐκείνος· ἆρ' οὐδὲ τοῖς ἴσοις πεπιστευκὼς ἐγκλήμασι καὶ τὸν μακάριον εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην; ἔφη γάρ, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο· καταλαζονεύσῃ γὰρ καὶ αὐτοῦ, καὶ ἐρεῖς, ὅτι ψυχῆς οὐκ ἐμνημόνευσε νοερᾶς, καὶ ἄψυχον εἶναί φησι τοῦ κυρίου τὴν σάρκα. τί δὲ, ὅταν καὶ αὐτοῦ λέγοντος ἀκούσῃς τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. καὶ πάλιν· ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. καὶ πάλιν· καὶ ὁ ἄρτος δὲ, ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μου ἐστὶν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. ἐπιπήδησον, εἰ δοκεῖ, καὶ τοῖς αὐτοῦ λόγοις· σάρκα γὰρ ὀνομάζει μόνην, καὶ ψυχῆς ἐν τούτοις τῆς νοερᾶς ἀδημίαν παντελῶς πεποίηται μνήμην. ἀλλ' εἴπερ ἦθα τὴς σοφὸς, καὶ ἀγχίνους, οὐκ ἂν ἠγνόησας, ὅτι καὶ ἀπὸ μόνης ἐστὶ τῆς σαρκὸς τὸ ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος κατασημαίνεται ζῶον, τουτέστιν, ἄνθρωπος· ἔφη γάρ· ὅτι ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. οὐκοῦν σάρκα λέγων γενέσθαι τὸν λόγον, οὐκ ἠγνόησε, ὅτι πάντῃ τε, καὶ πάντως, καὶ ψυχῆς νοερᾶς πεποίηται μνήμην. ἀλλὰ γάρ, ὡς ἔφλω ἐν ἀρχαῖς, ἀπορήσας εἰς ἀντίστασιν, σκέπτειν ἑαυτῷ ποιεῖται τὸ ψεῦδος. ἐπειρᾶται συκοφαντεῖν. ἵνα δοκῇ τι λέγειν. οὐκ ἀνθρωπον δὲ ἀνειλῆφθαι παρὰ Θεοῦ τοῖς ἁγίοις πατράσι δοκεῖ· πεφρονήκασι γὰρ οὐκ ὀρθῶς· αὐτὸν δὲ μᾶλλον τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον ἄνθρωπον γενέσθαι φασὶν, ἡνωμένῳ σαρκὶ, ψυχὴν ἔχουσαν νοεράν. ἀσύγχυτος δὲ, καὶ τροπῆς ἐλεύθερα πάντως ἡ ἕνωσις· ἀναλλοίωτος γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος· καὶ ὅτω πιστεύομεν.

Γεν. 1.

Ἰωάν. 6. 53.

Ἀπ. 3. 6. Ἠσαΐ. 40.

A si forte dicatur uniuscujusque nostri proprium corpus suum. Hic autem bonus vir, nullum genus maledicentiæ in nos intentatum prætermittens, quamvis iis quæ dixi assentiatur, inurit rursus nobis maculam falsæ sententiæ Apollinarii, & non pudet eum dicere, quod aliis nominibus errorem mixtionis, sive confusionis occultem, & carnem verbo unitam inanimatam esse affirmem. At, o optime, dicat aliquis, & merito: An idem crimen inferes beato Joanni evangelistæ? Dixit enim: *Verbum caro factum est*. Nam in eum quoque te arroganter efferes, & dices quod animæ intelligentis non meminit, & carnem domini dicit esse inanimatam. Quid, cum audies Christum ipsum omnium nostri salvatorem dicere: *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; & rursum: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo*; & iterum: *Et panis, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita*. Reprehende, si videtur, hæc verba. Carnem enim nominat solam, & nullam penitus in his animæ intelligentis mentionem fecit. Atqui si sapiens & acuto ingenio fuisses, non ignorasses, quod interdum sola carne animal ex anima & corpore constans, id est homo, significatur. Ait enim: *Et videbit omnis caro salutare Dei*. Cum igitur dixit, Verbum carnem factum esse, non ignoravit se omnino animæ quoque intelligentis meminisse. Sed, ut principio dixi, cum iste non haberet quid contradiceret, texit se mendacio, & nititur calumniari, ut aliquid dicere videatur. Hominem vero assumptum esse a verbo non videtur sanctis patribus, non sic senserunt; sed ipsum potius verbum Dei Patris asserunt factum esse hominem, unitum carni animam intelligentem habenti: unio vero sine confusione fuit, & a mutatione penitus libera: immutabile est enim Verbum ex Deo Patre genitum: & sic credimus.

Γεν. 1.

Ἰωάν. 6. 53.

Ibidem.

Ibid.

Luc. 3. 6. Isai. 40.

Ἀναθεματισμὸς ιβ'.

Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον παθόντα σαρκὶ, καὶ ἐσταυρωμένον σαρκὶ, καὶ θανάτου γευσάμενον σαρκὶ, γεγονότα τε πρωτότοκον ἐκ νεκρῶν, καθὸ ζωή ἐστι, καὶ ζωοποιὸς ὡς Θεός· ἀνάθεμα ἔστω.

Κολασ. 1. 18.

Θεοδωρήτου ἀνατροπή.

Τὰ πάθη τοῦ παθητοῦ ἴδια· ὁ γὰρ ἀπαθὴς παθῶν ἐστιν ὑψηλότερος. ἔπαθε τοίνυν ἡ τοῦ δούλου μορφὴ, συνάσης αὐτῇ δηλονότι τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς, καὶ συγχωρούσης παθεῖν δι' ἡμᾶς ἐκ παθῶν τικτομένην σωτηρίαν, * οἰκειουμένου δὲ διὰ τὴν ἕνωσιν τὰ παθήματα. οὐκοῦν οὐχ ὁ Χριστὸς παθὼν, ἀλλ' ὁ ἐξ ἡμῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ληφθεὶς ἄνθρωπος. διὸ καὶ ὁ μακάριος Ἠσαΐας προθεσπίζων βοᾷ. ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ δεσπότης Χριστὸς πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔλεγε· τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; ἀποκτείνεται δὲ οὐκ αὐτὴ ἡ ζωὴ, ἀλλ' ὁ θνητὴν ἔχων τὴν φύσιν. καὶ

* Ἴσως, οἰκειούμενον.

Ἠσαΐ. 53. 3.

Ἰωάν. 8. 40.

Anathematismus XII.

Si quis non confitetur, Dei Verbum carne passum & crucifixum esse, mortemque carne gustasse; nec non primogenitum ex mortuis factum esse, quatenus nimirum ut Deus vita & vivificans est; anathema sit.

Theodoreti reprehensio.

Passiones sunt propriæ passibilis: impassibilis enim altior est, quam ut pati possit: equare passa est forma servi: adhærentes scilicet forma Dei, & permittente pati propter salutem passionibus partam, propter unionem autem vindicante sibi passiones. Igitur non est Christus qui passus est, sed homo ex nobis a verbo assumptus. Unde Isaias vaticinans clamat: *Homo in plaga existens, & sciens pati infirmitatem*. Et ipse dominus Christus Judæis dicebat: *Quid me quæritis occidere hominem, qui vobis veritatem locutus sum?* Occiditur autem non ipsa vita, sed qui habet naturam mortalem. Et hoc

Isai. 53. 3.

Joan. 8. 40.

hoc in alio loco docens dominus ajebat Judæis: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. Solutus igitur est qui ex David, excitavit autem hunc solutum unigenitum Dei Verbum ex Patre impassibiliter genitum ante sæcula.

Joan. 2. 19.

A τοῦτο διδάσκων ἐπέρωθι ὁ κύριος, πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἔφη· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. ἀκὼν ἐλύθη μὲν ὁ ἐκ τοῦ Δαυὶδ, ἀνέστησε δὲ τοῦτον λυθέντα ὁ ἐκ πατρὸς ἀπαθῶς γεννηθεὶς πρὸ τῶν αἰώνων, μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος.

Cyrilli defensio.

Est plane vel confessione omnium impassibilis natura Verbi Dei: & hoc nemini puto esse non manifestum, & nullus eo dementiæ processerit: ut arcanam illam naturam, quæ supra naturam est, & sublimior quam ut pati quidquam possit, nostris infirmitatibus teneri dicat. Quia vero mundo salutare erat pati, & rursus Verbum ex Deo genitum in propria natura pati non poterat, pulchro artificio negotium dispensationis aggreditur, & corpus proprium fecit quod pati posset, ut corpore passibili pati diceretur, ipse manens alioqui propria natura impassibilis. Quia igitur carne passus est volens, hac ratione salvator omnium est & nominatur. Ut enim ait Paulus: *Gratia Dei pro omnibus mortem gustavit*; testimonium autem dabit & beatus Petrus cum sapientissime dicit: *Christo igitur pro nobis, non in natura divinitatis, sed in carne*, inquit, *passo*. Alioqui quomodo dominus gloriæ crucifixus dicitur? quomodo is, per quem omnia, ut Paulus ait, constituta sunt, datus est a Deo Patre caput corporis ecclesiæ, factus vero est primogenitus ex mortuis? vindicans scilicet sibi passiones, quæ propriæ carni acciderunt. Dominus autem gloriæ non potest esse communis homo, & quales nos sumus. Sed illud fortasse dices: Satis superque esse unionem, ut dicamus Christum unum & dominum, qui crucifixus est. Dicantur igitur omnia de ipso: confiteantur omnes Verbum Dei salvatorem: qui quidem secundum naturam divinitatis impassibilis remansit, carne vero, sicut dixit beatus Petrus, passus est. Ipsius enim proprium erat secundum veram unionem corpus, quod mortem gustavit. Alioqui quomodo secundum carnem ex Judæis Christus, & Deus supra omnia est, & benedictus in sæcula, amen? in cujus mortem baptizati sumus? cujus resurrectionem confitentes justificamur? quamvis secundum naturam propriam Verbum Dei mori non potest, imo est ipsamet vita. Num igitur in mortem hominis communis baptizati sumus, & in eum credentes justificamur? an potius, quod verum est, mortem Dei incarnati, & passi carne pro nobis annunciamus; & resurrectionem confitentes, peccati pondus abjicimus? *Empti enim sumus pretio, non corruptibilibus auro vel argento, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati & impolluti Christi*. Et plurima alia præter hæc licebat dicere, nec difficile esset auctoritates sanctorum patrum producere, sed hæc arbitror sufficere iis qui doctiores sunt. Scriptum est enim *Da occasionem sapienti & sapientior erit, ostende justo, & apponet ut recipiat*.

Heb. 2. 9.
1. Petr. 4.
2. Cor. 5. 8.
Heb. 2. 10.
Colos. 1. 18.
1. Petr. 4.
Rom. 9. 5.
Rom. 9. 5.
1. Cor. 6. 20.
1. Petr. 1. 18.
Prover. 9. 9.

Κυρίλλου ἀπολογία.

Εἰ μὲν ἀπαθὴς καὶ ὁμολογουμένως ἡ τοῦ Θεοῦ λόγου φύσις· καὶ τοῦτο οἶμαι εἶναι οὐδενὶ τῶν ὄντων ἀσύμφανές· οὐδ' ἂν εἰς τοῦτο φρενοβλαβείας καθίκοιτο τις, ὡς τινὰ ἀπόρρητον, καὶ ὑπερφυᾶ, καὶ τοῦ δυνασθαί τι παθεῖν ἐπέκεινα φύσιν, ἀσθενείαις B ταῖς καθ' ἡμᾶς συνιχνεῖσθαι λέγειν. ἐπειδὴ δὲ ἦν τὸ παθεῖν τῷ κόσμῳ σωτήριον, καὶ πάλιν ἀμήχανον τὸ παθεῖν εἰς ἰδίαν φύσιν τὸν ἐκ Θεοῦ φυῶτα λόγον, μέτεισιν εὐτέχνως τῆς οἰκονομίας τὸ χρῆμα. ἴδιον ἐποιήσατο σῶμα τὸ παθεῖν δυνάμενον, ἵνα τῷ παθεῖν πεφυκότι λέγοιτο παθεῖν, καὶ τοι μεμενηκὼς ἀπαθὴς κατ' ἰδίαν φύσιν αὐτός. ἐπειδὴ δὲ σαρκὶ πέπονθεν ἑκὼν, πιστὴ τοι τῆς ὅλων σωτὴρ ἐστί τε, καὶ ὀνομάζεται. ὡς γὰρ ὁ Παῦλος φησί. χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου· μαρτυρήσει δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Πέτρος, σοφώτατα λέγων· Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν, κ' φύσει θεότητος μᾶλλον, ἀλλὰ σαρκός. ἐπεὶ τίνα τρόπον ὁ τῆς δόξης κύριος ἐσταυρῶσθαι λέγεται; πῶς C δὲ ὁ, δι' οὗ τὰ πάντα συνέστηκε, καθαφήσιν ὁ μακάριος Παῦλος, δέδοται παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, γέγονε δὲ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν; οἰκειωσάμενος δηλονότι τὰ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ συμβαίνοντα πάθη. κύριος δὲ τῆς δόξης οὐκ ἂν γένοιτο κοινὸς, καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος. ἀλλ' ἐρεῖς ἐκεῖνό πω τάχα, ὡς ἀπόχρη λίαν ἡ ἕνωσις εἰς τὸ ἀποφαίνειν Χριστὸν ἕνα, καὶ κύριον, τὸν ἐσταυρωμένον· ἐκεῖνο λεγέσθω πάντα αὐτῷ. καὶ ὁμολογείσθω σωτὴρ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, μεμενηκὼς μὲν ἀπαθὴς τῇ τῆς θεότητος φύσει, σαρκὶ δὲ παθὼν, ὡς εἶπεν ὁ Πέτρος. αὐτοῦ γὰρ D ἦν ἴδιον καθ' ἕνωσιν ἀληθῆ τὸ τοῦ θανάτου γευσάμενον σῶμα. ἐπεὶ τίνα τρόπον ἐξ Ἰουδαίων κατὰ σάρκα Χριστὸς, καὶ Θεὸς ἐπὶ πάντων ἐστὶ, καὶ εὐλογητὸς εἰς αἰῶνας, ἀμήν; εἰς τὸν τινος θάνατον βεβαπτίσμεθα; τὴν τινος ἀνάστασιν ὁμολογοῦντες δικαιούμεθα; καὶ τοι κατὰ φύσιν ἰδίαν θανάτου κρείττων ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος· μᾶλλον δὲ αὐτόχρημα ζωή. ἆρ' οὖν εἰς θάνατον ἀνθρώπου κοινοῦ βεβαπτίσμεθα; καὶ εἰς αὐτὸν πιστεύοντες δικαιούμεθα; ἢ, ὅπερ ἐστὶν ἀληθὲς, συνανθρωπήσαντος Θεοῦ, καὶ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, τὸν θάνατον καταγγέλλομεν, καὶ ὁμολογοῦντες τὴν ἀνάστασιν, τὸ τῆς ἁμαρτίας ἄχθος ἀποτεμνόμεθα; ἠγοράσθημεν γὰρ E τιμῆς, οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ, ἢ χρυσίῳ, ἀλλὰ τῷ τιμίῳ αἵματι, ὡς ἀμνοῦ ἀμώμου, καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ. ἐπὶ πλεῖστα μὲν ἕτερα πρὸς τούτοις ἦν εἰπεῖν· χαλεπὸν δὲ οὐδὲν ἦν καὶ πίστεις τῶν ἁγίων πατέρων παραθεῖναι χρήσεις. ἀλλ' ἀρκεῖν οἶμαι καὶ πιστοῖς τοῖς δεδιδαγμένοις. γεγράπται γὰρ· δίδου σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται. γνώριζε δικαίῳ, καὶ προσθήσει τοῦ δέχεσθαι.

Joan. 2. 19.
Rom. 9. 5.
Rom. 9. 5.
1. Cor. 6. 20.
1. Petr. 1. 18.
1. Cor. 6. 20.
1. Petr. 1. 18.
Prover. 9. 9.

ANNO CHRISTI 430.

CYRILLI ALEXANDRINI EPISCOPI SCHOLION

ANNO CHRIS 430.

De Unigeniti Incarnatione.

Quis est Christus?

CAPUT I.

CHRISTI nomen, nec definitionis vim obtinet, nec cujuspiam substantiæ, qualis sit, significat, sicut forte Homo, aut Equus, aut Bos; sed rei magis, quæ in aliquo agatur, habet significationem. Oleo namque ungebantur quidam superiorum, juxta quod Deo tunc temporis placebat: & signum regni illius erat unctio. Ungebantur autem & prophetæ sensibiliter Spiritu sancto, ut inde quoque nominarentur Christi. Denique beatus David psallit ex persona Dei, & ait: *Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Ait autem & propheta Habacuc: *Existi in salutem populi tui, ut salvos faciat christos tuos.* In Christo autem omnium salvatore unctionem quidem factam esse dicimus: ceterum neque symbolicam, quasi oleo factam, nec quasi in gratia prophetica; sed nec illam, qua intelligitur fieri ad perfectionem alicujus hujusmodi negotii, quale factum esse dicimus sub Cyro Persarum & Medorum rege: contra Babylonios enim ille duxit exercitum, instigante ipsum in id Deo omnipotente. Dictum est enim: *Hæc dicit dominus christo meo Cyro, cujus apprehendit dexteram.* Atqui ille vir cum esset idolorum cultor, nominatus est christus, ideo quod quasi unctus est in regnum cœlesti suffragio, & ordinatus est a Deo, ut Babylonem vehementer expugnaret. Illud autem magis de Christo. Quoniam enim propter Adæ prævaricationem regnaverat super omnes peccatum, & Spiritum ab humanitate discesserat, ob eamque causam in malis omnibus illa fuerat constituta; opus autem erat, ut rursus Dei misericordia in pristinum revocata, Spiritum mereretur; homo factum est unigenitum Dei Verbum, & cum terreno corpore terrenis apparuit. Fuit etiam liber a peccato, ut & in ipso, & in eo solo innocentiæ laudibus natura hominis coronata, Spiritu sancto ditaretur, ac sic reformaretur ad Deum per sanctificationem. Transit enim ad nos quoque gratia * correpta a Christo, qui est in Christo, nobis primogenitus: idque nos docet beatus David, psallens ad Filium: *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: ideo unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.* Unctus est igitur exemplo nostro filius innocentiæ laudibus, ut ante dixi, & in ipso natura hominis illustrata, & digna jam sortiri Spiritum sanctum non discessurum jam sicut antea, sed mansurum magis in ipsa. Ideoque scriptum est, quod descendit quidem in eum Spiritus, mansit autem super ipsum. Dicitur ergo Christus Dei Verbum, quod propter nos nostri similis homo est factum, & in servi forma: & ungitur quidem humane secundum carnem, ungit autem divine suos, eos nempe, qui in ipsum credunt.

Qualiter intelligi debet Emmanuel.

CAPUT II.

EMMANUEL nominatur Deus Verbum, quod Abrahæ semen apprehendit, & similiter ac nos participavit carni & sanguini. Interpretatur autem Emmanuel, *Nobiscum Deus.* Confitemur autem fuisse nobiscum Dei Verbum, non localiter (in quo enim loco non est Deus, qui implet omnia?) nec quod adesse nobis conspicitur auxilii ratione (dictum est enim hoc modo ad Jesum: *Et sicut eram cum Moyse, ita ero & tecum*) sed quod factus est in nostris, id est, in humanitate non derelicta natura sua. inconvertibile est enim natura Dei Verbum. Ceterum quam ob causam, cum plene dicitur ad Jesum, quod, Sicut eram cum Moyse, sic ero tecum, non est nominatus Emmanuel? Ipsam autem ratio est, * etsi cum alio nescio quo sanctorum fuisse dicatur. Ergo nobiscum factum esse dicimus Deum Verbum eo tempore, quo dicit Baruch: *In terra visus est, & inter homines conversatus est, & omnem viam inveniens disciplinæ, & dans eam Jacob puero suo, & Israel dilecto suo. Ipse est enim Deus noster, & non comparabitur alius ad eum.*

* Locus obscurus & mutilus.

Ὅσον μὲν γὰρ ἦκεν εἰς τὸ εἶναι Θεὸς κατὰ φύσιν, οὐκ ἦν μεθ' ἡμῶν· ἀσύγκριτον γὰρ τὸ μεταξὺ θεότητος, καὶ ἀνθρωπότητος. καὶ πολλὴ τις ἄγαν τῆς φύσεώς ἐστιν ἡ διαφορά.

Et quantum quidem ad Dei naturam pertinet, non erat nobiscum: multum enim interest inter divinitatem & humanitatem, & ingens est nimis differentia naturarum. Denique etiam divinus David ad proximitatem mysticam scilicet, Deum Verbum quod nondum ad nos venerat vocabat, dicens in Spiritu; *Ut quid domine discessisti longe, despicis in opportunitatibus, in tribulatione?* Ergo non jam longe discessit, sed nobiscum fuit. Qui cum mansisset id quod erat, apprehendit Abrahæ semen, ut dixi. Accepit autem etiam servi formam, & conspectus est homo in terra, Christus vere & Emmanuel, eumdem nobis Filium designans; partim quia unctus est more nostro, humane hominis naturæ spiritum accipiens, ut in seipso & primo; positus est enim primorgium generis; rursum ut Deus, ipse est ungens sancto Spiritu eos qui in se credunt; partim quia fuit nobiscum secundum quas modo reddidi rationes, & in eo nos facit certos Isaias propheta, dicens: *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius*

ejus Emmanuel. Cum enim sancta virgo & Spiritu quidem sancto prægnans esset facta, peperit autem secundum carnem Filium, tunc etiam Emmanuel dictus est. Fuit enim nobiscum per carnalem generationem incorporalis, & id erat quod per vocem David significabatur: *Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit*. Et illud opinor: *Ipse qui locutus sum, præsto sum*. Locutus enim per prophetas; ut incorporale adhuc Verbum, advenit etiam corporaliter.

Psal. 49. Isai. 52.

Quid est Jesus?

CAPUT III.

VI quidem intentionum, quia oporteat a nobis unum dici Filium, tantumdem est & Christus, & Emmanuel, & Jesus, & idem vero quasi ex re nomen est factum: *Ipse enim salvabit populum suum a peccatis eorum*. Quemadmodum enim Emmanuel significat per generationem ex muliere nobiscum factum fuisse Dei Verbum; & Christus porro, quia factus homo, unctus dicitur juxta nos humane; ita etiam Jesus, quod salvavit nos, id est, suum populum, quod maxime eum demonstrat Deum vere, & natura omnium dominum. Neque enim hominis communis creatura esse dicatur: deceat autem magis omnia dicere esse unigeniti, etsi factus sit homo. Dicet fortasse aliquis: Ad quid Moysis dictus est populus Israel? Ad hoc dicimus quod Dei quidem populus nominatus sit, & erat vere: verum quoniam ad defectionem deductus est, & vitulum fecit per desertum, inhonoratus est a Deo. Non enim suum nominare populum dignabatur, sed eum jam homini destinavit. At nos non ita: proprii enim sumus Filii, eo quod & Deus sit, & per ipsum creata sunt omnia. Ita enim ait David. *Quoniam ipse fecit nos, & non ipsi nos: nos autem populus pascuæ ejus, & oves manuum ejus*. Denique etiam ipse de nobis dixit; *Oves meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me*. Rursus: *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me congregare, ut fiat unus grex & unus pastor*. Mandabat autem etiam beato Petro: *Simon Joannis, amas me? Pasce agnos meos*.

Matth. 1.
Exod. 32.
Isaiæ
Psalm. 99
Psal. 94.
Joan. 10.
Ibid.
Joan. 21.

Quam ob causam homo dictum sit Verbum.

CAPUT IV.

ΑΝΘΡΩΠΟΣ ὠνόμασται, καὶ τοι κατὰ φυσιν ὑπαρχων Θεὸς, ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ὡς μετεχηκὼς αἵματος, καὶ σαρκὸς παραπλησίως ἡμῖν. ὤφθη γὰρ ὅπω τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ οὐ μεθεὶς ὅπερ ἦν, ἀλλ' ἐν προσλήψει γεγονὼς τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος, τελείως ἐχούσης κατὰ τὸν ἴδιον λόγον.

Citatur hic locus a S. Leone Papa in ep. ad Leonem imp. & lectus fuit in conc. Chalced. act. 2. in fin.
* humanitatem nostram.
* al. qui na-

Homo nominatus est, cum sit natura Deus, Dei Patris Verbum, quoniam similiter ac nos carni communicavit & sanguini. Sic enim terrenis apparuit, non amittens id quod erat; sed assumens * humanitatis naturam in sua ratione perfectam. Verumtamen & in humanitate Deus remansit, & omnium dominus, * utpote naturam & veritatem ex Deo Patre sortitus, & id nobis evidentissime sapientissimus Paulus ostendit: *Primus enim*, inquit, *homo ex terra de limo, secundus de cœlo*. Atqui virgo sancta peperit templum Verbo unitum: sed de cœlo dicitur, & recte quidem, Emmanuel; desuper enim & ex substantia Dei & Patris natum est Verbum ipsius: descendit vero ad nos tunc, cum factus est homo, tamen sic quoque desuper est. Testatur autem Joannes de eo, dicens: *Qui desursum venit, super omnes est*. Et ipse Christus etiam ad populum ait Judæorum: *Vos de deorsum estis; ego de supernis sum*. Et rursus; *Ego non sum de hoc mundo*. Licet pars mundi, sicut homo, nuncupatus sit, sed erat cum hoc quoque supra mundum, ut Deus. Meminimus enim plane dicentem: *Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis*. Descendisse autem dicimus de cœlo filium hominis per unitatem dispensatoriam, Verbo tribuente propriæ carni gloriæ suæ & divinæ majestatis claritudinem.

tura & veritate ex Deo creatus & Patre.
1. Cor. 15.
Joan. 3.
Joan. 8.
Ibid.
Joan. 3.

Quam ob causam exinanitum dicatur Dei Verbum.

CAPUT V.

PLENUM secundum naturam, & ex omni parte perfectum Deum Verbum, & distribuens ex sua plenitudine bona suæ creaturæ, exinanitum dicimus, nihil in natura propria violatum, nec ut aliter se haberet commutatum, nec inferius ex ulla parte factum. Inconvertibile enim & immutabile est ipsum quoque, sicut generator ipsius, & nunquam fuit passionis ullius capax. Quod vero factum sit caro, id est homo, eo quod ait: *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem*: humanitatis paupertatem propriam fecit primum, quia semel homo sit factus, etsi remanserit Deus, deinde, quod servi formam accepit, qui secundum suam naturam liber est, utpote filius & cum ipse sit gloriæ dominus, gloriam dicitur accipere: cum sit ipse vita, vivificari dicitur. & in omnes accepit potestatem, cum sit ipse rex omnium; cum Deo simul & Patri obediens fuit, crucem est passus. Verum cum hæc quidem humanitatis mensuræ conveniant: tamen ea familiaria ducit esse cum carne, & implet dispensationem, manens quod erat.

Joel 2.

Quomodo unus Christus.

CAPUT VI.

DIVINUS Paulus scribit: *Etsi sunt dii multi, & domini multi in cœlo & in terra; sed nobis unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos ex eo; & unus dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per eum*. At vero sapientissimus Joannes de Deo Verbo dixit, quod *omnia per ipsum facta sunt, & absque eo factum est nihil*. Evangelizabat autem beatus Gabriel sanctæ virgini, dicens: *Ecce concipies in utero, & paries filium; & vocabis nomen ejus Jesum*. Cum igitur per Christum Jesum omnia divinus Paulus facta esse commemoret; confirmet autem vim sententiæ, & opificem omnium fuisse Deum evangelizet, rem veram dicens, evangelista divinus, designet autem etiam angeli vox, vere ex sancta virgine natum esse Jesum Christum: nec absque humanitate intelligimus

1. Cor. 8.
Joan. 1.
Luc. 1.

Deum.

Deum Verbum, sed unum dicimus ex ambobus effectum, & Deum hominem factum; eumdem ex Patre, ut verbum, natum divine: & ex muliere humane, ut hominem: non tanquam in secundum substantiæ initium vocatum, tunc cum secundum carnem dicitur natum; sed natum quidem ante omnia sæcula, stante tamen tempore quo debuerat implere dispensationem, natum etiam ex muliere secundum carnem. Ergo etsi alii simili appellatione vocati sunt Christi: unus tamen est, per quem omnia, Jesus Christus: non quod homo sit factus opifex omnium, sed quod Deus Verbum, per quem omnia facta sunt, similiter ac nos participarit carni & sanguini & nuncupatus sit homo, non tamen perdiderit esse quod erat. Ita enim & in carne factus, intelligitur merito opifex omnium. Hebr. 2.

Quomodo non est Emmanuel

CAPUT VII.

SEMEL novissimis sæculis Dei verbum homo esse dicitur factum, & sicut ait divinus Paulus, per sacrificium suum manifestatus est.

Τίνα, φησὶ, λέγομεν εἶναι τὴν σύνωσιν.

Τὸ τῆς ἑνώσεως χρῆμα κατὰ πολλὰς ἐπιτελεῖται τρόπους, διηρημένοι γάρ τινες κατὰ διαθεσιν, καὶ γνώμην, καὶ διχονοοῦντες πρὸς ἀλλήλους, σύνοιδαι λέγονται κατὰ σύμβασιν φιλικὴν, ἐκ μέσου ποιοῦντες τὰς διαφοράς. σύνεσθαι δὲ φαμὲν καὶ τὰ ἀλλήλοις κολλώμενα, ἤγουν συνδιειγμένα καθ' ἑτέρους τρόπους, ἢ κατὰ παράθεσιν, ἢ μίξιν, ἢ κρᾶσιν. ὅταν οὖν σύνεσθαι λέγομεν τὴν καθ' ἡμᾶς φύσιν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, κρείττων ὁρᾶται τῆς ἀνθρώπου διανοίας ὁ τῆς ἑνώσεως τρόπος· ὁ γάρ τι καθ' αὑτὸ τῆς εἰρημένων ἐστὶν, ἀπόρρητος δὲ παντελῶς, καὶ ὀλίγοις τυχὸν τῶν ὄντων διεγνωσμένος. πλὴν ὅτι μόνῳ τῷ παντεῖδότι Θεῷ. καὶ θαυμαστὸν ὀλίγοις, εἰ τῶν τοιούτων ἐννοιῶν ἠττώμεθα. ὅπερ τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτὸς ὅπως ἂν ἔχοι διερευνώμενοι, τῆς ἑνώσεως ἡμῖν διανοίας ἐπέκεινα τὴν καταληψιν ὁμολογοῦμεν ὑπάρχειν. τίνα γὰρ τρόπον ἰδεῖν νοεῖν τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν τῷ ἰδίῳ σώματι, τίς ὁ φράσαι δυναμένος; εἰ δὲ χρὴ, μικρὰ καὶ μόλις ἐννοεῖν εἰωθότας, καὶ λαλεῖν ἰσχύοντας, τῶν ὅσα ἰσχύω, καὶ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον πράγματα καταπεκμήραθαι, φαμὲν, ὅτι πρέποι ἂν ἐννοεῖν· μέχρι δὲ παντὸς τῆς ἀληθείας ὁ λόγος· τοιαύτην εἶναι τὴν σύνωσιν τοῦ Ἐμμανουὴλ, ὁποίαν περ ἂν λογίσαιτό τις καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν πρὸς τὸ ἴδιον σῶμα. οἰκεῖται γὰρ ἡ ψυχὴ τὰ τοῦ σώματος, καί τι κατὰ φύσιν ἰδίαν ἀμέτοχος ἔστι τῶν αὐτοῦ παθῶν φυσικῶν τε ἅμα, καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπαγομένων. κινεῖται μὲν γὰρ εἰς ὀρέξεις τὸ σῶμα φυσικὰς, καὶ συναισθάνεται δι' τὴν σύνωσιν ἡ οὖσα ψυχή· συμμετέχει δὲ κατ' ἀξίαν τρόπον, οὐδέπω γε μὴν ἰδίαν ἀπόλαυσιν εἶναι τὸ τῆς ὀρέξεως ἀποτέλεσμα. κἂν εἰ κατατμαίοιτο τυχὸν τὸ σῶμα, καὶ σιδήρῳ κατιξαίνοιτο, συναλγεῖ μὲν, ὡς ἰδίου πα-

A Et quodnam est sacrificium? *Suum enim corpus obtulit pro nobis in odorem suavitatis Deo Patri; & intravit in sancta semel, non per sanguinem hircorum & taurorum, sed per suum sanguinem.* Sic enim credentibus remissionem in æternum comparavit. Ergo plurimi quidem ante ipsum sancti fuere; sed nemo eorum Emmanuel nominatus est. Quam ob causam? Nondum enim venerat tempus, quo deberet esse nobiscum, id est, in nostram venire naturam per carnem, is qui est omni superior creatura. Unus igitur Emmanuel. Semel enim factus est homo unigenitus, tunc cum per sanctam virginem generationem carnalem perpessus est. Dictum est enim, & ad Jesum, *quod* B *ero tecum*; at non erat ille Emmanuel. Fuit etiam cum Moyse: sed nec ille Emmanuel nominatus est. Igitur quoties audimus nomen Filio datum esse *Nobiscum Deus*; sapienter intelligamus, non ita fuisse nobiscum temporibus, sicut aliquando dicitur fuisse cum sanctis. Illis enim erat tantum adjutor: nobiscum autem fuit, cum factus est similis nostri, cum suam non amisisset naturam: est enim inconvertibilis ut Deus. Hebr. 9. 1. pars 1.

*Quam * esse dicimus adunationem.* * Gr. unquit.

CAPUT VIII.

C UNIO ipsa multis modis perficitur. Sejuncti enim nonnulli affectu forte & * voluntate & discordantes inter se, uniri dicuntur per reconciliationem socialem, deposita simultate. Uniri etiam dicimus ea quæ sibi conglutinantur, sive modis aliis conjunguntur, vel per oppositionem, vel per admixtionem, vel per temperationem. Quoties igitur unitum esse nostræ naturæ Dei verbum dicimus, omni humana cogitatione unionis ejus modus videtur esse superior. Neque enim per ullum e supra scriptis modis facta est, sed ineffabilis est prorsus, & fortasse nulli penitus nota, nisi soli illi omnia scienti Deo. Nec mirum, si in hujusD modi cogitationibus vincamur; cum res nostras, quomodo se habeant, inquirentes, ultra modum nostræ mentis earum comprehensionem esse confiteamur. Quo namque modo animam hominis suo corpori adunatam esse intelligimus? quis est, qui possit exprimere? Sed si oportet, homines qui vix exigua intelligere solemus, & eloqui possumus, res adeo subtiles, & omnem intelligentiam, & orationem transcendentes, conjectare; dicimus, quod deceat quidem cogitare, quamvis ipsa veritate minor omnino sit oratio, talem esse unionem ipsius Emmanuel, qualem quispiam cogitare possit, esse humanæ animæ cum suo corpore. Ani-E ma enim omnia quæ sunt corporis, sua facit, licet per naturam propriam expers sit passionum corporis, naturalium simul, & earum quæ extrinsecus accidunt. Movetur enim corpus in concupiscentias naturales: & simul sentit propter unionem inexistens anima: & quamvis nullo quidem modo participet, tamen opus concupiscentiæ delectationem propriam dicit: & si forte corpus percutiatur, ac ferro laceretur, condolet quidem, quippe cum suum corpus patiatur, * sententia.

ipsa vero in sua natura nihil omnino patitur ex iis quæ inferuntur. Tamen super hæc quoque dicimus esse unionem ipsius Emmanuel. Necesse enim erat cum suo corpore unitam ei animam dolere, ut dum * timebat passiones, subditam cervicem Deo submitteret. De Deo autem Verbo, simul passionum sensum percipere, nefas est dicere. Impassibilis enim Deus est, & nostrarum rerum longe dissimilis: sed unitus quidem erat carni habenti animam rationalem, qua patiente, ipse impassibiliter ea quæ animæ contingerent, cognoscebat: & * pellebat quidem, ut Deus, carnis infirmitates; suas tamen eas, tanquam sui corporis, * esse ducebat. Itaque esuriisse dicitur, fatigatus esse, & passus fuisse pro nobis. Ergo Verbi unio cum humanitate facta, non irrationabiliter rebus nostris comparatur. Nam sicut corpus naturæ est ab anima diversæ, unus tamen ex utroque homo efficitur, & vocatur: ita etiam ex perfecta Dei Verbi subsistentia, & humanitate secundum propriam rationem perfecta, unus est Christus, idem in eodem Deus simul & homo. Et sua quidem facit Deus Verbum, ut ante dixi, ea quæ sunt suæ carnis propria? qua ipsius est corpus, & non alterius. Communes autem facit tanquam cum sua carne divinæ potestatis sibi inexistentis operationes, ita ut possit etiam vivificare mortuos, & sanare infirmos. Quod si opus est exemplis etiam scripturæ divinæ adhibitis, tanquam in figuris modum unionis demonstrare, age dicamus.

* refugeret passiones, obeundas.

* in subditum redigebat, facebat.

De Carbone.

CAPUT IX.

Isai. 6. 6.

BEATUS Isaias: *Missum est*, inquit, *ad me unum ex seraphim, & in manu habebat carbonem, quem forcipe accepit ab altari, & venit ad me, & tetigit labia mea, & dixit: Ecce tetigit labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua purgabit.* Carbonem autem dicimus figuram & imaginem nobis exhibere Verbi hominis facti: quod si labia nostra tetigerit, id est, cum fidem in ipsum confessi fuerimus, tunc nos ab omni peccato puros efficiet, & pristinis criminibus liberabit. Ceterum tanquam in imagine licet in carbone conspicere unitum quidem humanitati Deum Verbum, non tamen abiecisse quod est, sed potius transformasse assumptam seu unitam naturam, in suam gloriam & operationem. Quemadmodum enim ignis ad lignum accedens, & in id penetrans, comprehendit quidem ipsum, & quamvis a ligni statu ac natura non expellat, tamen speciem illius viresque transmutat, & in eo quidquid sibi proprium est operatur, & cum ipso jam quasi unum aliquid æstimatur: idem intellige & in Christo. Unitus enim ineffabiliter humanitati Deus, servavit quidem ipsam in eo quod est, & ipse permansit quod erat: semel tamen unitus, quasi unus jam cum ipsa putatur, ea quæ sunt illius, sua faciens, conferens autem ei etiam ipse naturæ suæ operationem.

A χοντος σώματος, αὐτή γε μὴν εἰς ἰδίαν φύσιν οὐκ ἄν τι πάθοι τῆς ἐπιλωγμένων· πλὴν καὶ ὑπὲρ τούτου φαμὲν ἐπὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ τῶν σώσων. δεῖ μὲν γὰρ ἀναγκαῖον, τῷ ἰδίῳ σώματι συναλγεῖν τῶν σωθεῖσαν ψυχήν· ἵνα φεύγουσα τὰς αἰκίας δείνιον ὑποφέροι τῷ Θεῷ τὸν αὐχένα. ἐπὶ δέ γε τοῦ Θεοῦ λόγου τὸ συναισθάνεσθαι τῆς αἰκιῶν ἄπορον εἰπεῖν· ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον, καὶ οὐκ οἶδε τοῖς καθ' ἡμᾶς· ἀλλ' ἥνωτο μὲν σαρκὶ ψυχὴν ἔχούσῃ τῶν λογικῶν. παρεῖχεν δὲ αὐτῆς, ἀπαθῶς μὲν ὢν εἰδήσει τῆς εἰς αὐτὴν γινομένων· καὶ ἤφαιρεῖ μὲν ὡς Θεὸς τὰς τῆς σαρκὸς ἀδυνασίας, διέκειτο γε μὴν αὐτὰς ὡς ἰδίου σώματος· ὅτω καὶ πεινῆσαι λέγεται, B καὶ καμεῖν, καὶ παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν. ἐκεῖν παρεκάζοιτο ἂν ἡ σύνωσις τοῦ λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον οὐκ ἀπὸ σκοπῶ τοῖς καθ' ἡμᾶς· ὥσπερ γὰρ ἐπεροφυὲς μὲν τὸ σῶμα πρὸς τὴν ψυχήν, εἷς γε μὴν ἐξ ἀμφοῖν ἄνθρωπος ἀποτελεῖται, καὶ λέγεται, ὅτω καὶ ἐκ τελείας ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ μὴν καὶ ἐξ ἀνθρωπότητος τελείως ἐχούσης κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, εἷς ὁ Χριστός, ὁ αὐτὸς ὑπάρχων σὺν ταυτῷ Θεός τε ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπος. καὶ οἰκειοῦται μὲν ὁ λόγος, ὡς ἔφην, τὰ τῆς ἰδίας σαρκός, ὅτι καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα καὶ οὐχ ἑτέρου, κοινοποιεῖται δὲ ὥσπερ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ τῆς ἑνώσης αὐτῷ θεοπρεπεῖς δυνάμεως τὴν ἐνέργειαν· ὥστε δυνάσθαι καὶ ζωοποιεῖν τοὺς νεκρούς, καὶ ἰᾶσθαι τοὺς ἐν ἀῤῥωστίαις. εἰ δὲ χρὴ καὶ τοῖς ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς παραδείγμασι κεχρημένους, καθάπερ ἐν τυπῳ τὸν τῆς ἑνώσεως καταδεῖξαι τρόπον, φέρε λέγωμεν.

Περὶ ἀνθρακος.

Ἡσαΐ. 6. 6.

Ὁ Μακάριος Ἡσαΐας, ἀπεσάλη, φησί, πρός με ἓν τῶν σεραφίμ. καὶ ἐν τῇ χειρὶ εἶχεν ἄνθρακα, ὃν τῇ λαβίδι ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ ἦλθε πρός με, καὶ ἥψατο τῶν χειλέων μου, καὶ εἶπεν· ἰδοὺ ἥψατο τούτου τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου, περικαθαρεῖ. φαμὲν δὲ τὸν ἄνθρακα τύπον ἡμῖν, καὶ εἰκόνα πληροῦν τοῦ ἐνανθρωπήσαντος λόγου· ὃς εἴπερ ἅψαιτο τῶν χειλέων ἡμῶν, τουτέστιν, ὅταν τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογήσωμεν πίστιν, τότε καὶ ἁπάσης ἁμαρτίας ἀποφαίνει καθαρὸς, καὶ τῶν ἀρχαίων αἰτιαμάτων ἐλεύθερος. πλὴν ἔστιν ἰδεῖν, ὡς ἐν εἴκοτι * τὸν ἄνθρακα, ἑνωθεὶς μὲν τῇ ἀνθρωπότητι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, οὐ μὴν ἀποβεβληκότα τὸ εἶναι ὅ ἐστι, * μετασχηματίσαντι δὲ μᾶλλον τὸ ληφθὲν, ἤγουν σιωθὲν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν τε, καὶ ἐνέργειαν. ὅνπερ γὰρ ξύλου τὸ πῦρ ὁμιλήσαν ξύλῳ, καὶ εἰσδεδυκὸς αὐτὸ, καταδράττεται μὲν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐξίστησι μὲν τοῦ εἶναι ξύλον, μεθίστησι δὲ μᾶλλον εἰς τὴν τοῦ πυρὸς ὄψιν τε καὶ δυνάμιν, καὶ πᾶν αὐτῷ τὸ ἴδιον ἐνεργάζεται, καὶ ὡς ἓν ἤδη λελογίσται μετ' αὐτοῦ, ὅτω νοήσῃς καὶ ἐπὶ Χριστοῦ· σιωθεὶς γὰρ ἀπορρήτως ἀνθρωπότητι Θεὸς, τετήρηκε μὲν αὐτὴν τοῦθ' ὅπερ εἶναι φαμὲν· μεμένηκε δὲ καὶ αὐτὸς ὅπερ ἦν· σιωθεὶς δὲ ἅπαξ, ὡς εἷς λελογίσται μετ' αὐτῆς, οἰκειούμενος μὲν τὰ αὐτῆς, ἐμποιήσας δὲ καὶ αὐτὸς αὐτῇ τῆς ἰδίας φύσεως τὴν ἐνέργειαν.

* τοῦ ἀνθρακος.

* μεταποιήσαντι.

Ὅτι

Ὅτι τῆς ἀσωμάτου θεότητος σῶμα γέγονε ἡ σὰρξ ψυχὴν ἔχουσα λογικήν· καὶ ὅτι διιστάντες ἀπ' ἀλλήλων αὐτὰ, πάντῃ τε, καὶ πάντως παραλύσομεν τῆς ἐν Χριστῷ νομίζης οἰκονομίας τὸν λόγον.

A *Quod incorporalis divinitatis corpus facta sit ipsa caro, habens animam rationalem: & quod, si ea a se se dividere voluerimus, procul dubio labefactabimus rationem dispensationis, quæ in Christo intelligitur.*

CAPUT X.

Ἐν τῷ ἄσματι τῶν ἀσμάτων αὐτὸς ἡμῖν εἰσκεκόμισται λέγων ὁ κύριος· ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων. ὥσπερ οὖν ἡ ὀσμὴ ἀσώματον μὲν τοῦ χρῆμά ἐστι, κεχρῆται δὲ ὥσπερ ἰδίῳ σώματι τῷ ἐν ᾧ ἐστι, πλὴν ἐν οὐκ ἀμφοῖν νοεῖται τὸ κρίνον· καταφθείρει δὲ πάντως τὸν ἐπ' αὐτῷ λόγον ἡ ἐκείνου ἀπόστασις, ἐν ὑποκειμένῳ γὰρ ἡ ὀσμή. καὶ ἔστι σῶμα τὸ ὑποκείμενον, ὅπερ νοήσομεν καὶ ἐπὶ Χριστοῦ, θεότητος φύσιν τὴν ἰδίαν τε, καὶ ὑπερκόσμιον ὑπεροχὴν, διαδιάζειν τῷ κόσμῳ καθάπερ ἐν ὑποκειμένῳ τῇ ἀνθρωπότητι, καὶ τὸ ἀσώματον κατὰ φύσιν, καθ' ἕωσιν οἰκονομικὴν μονονουχὶ γλυφέσθαι καὶ ἐν σώματον διά τοι τὸ θέλειν ἐπιγινώσκεσθαι διὰ σώματος. ἐνήργηκε γὰρ ἐν αὐτῷ τὰ θεοπρεπῆ· ἔνεστιν νοεῖτ' ἂν εἰκότως ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι τὸ ἀσώματον, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν ὑποκειμένῳ τῷ ἄνθει τῆς εὐοσμίας τὸ χρῆμα. λέγεται δὲ κρίνον τὸ συναμφότερον.

Ἀσμα. 2. 1. ἔστιν, τι

IN Cantico canticorum ipse nobis introductus est dicens dominus (Jesus Christus:) *Ego flos campi, & lilium convallium.* Quemadmodum ergo odor res quidem est incorporea, habet autem quasi proprium corpus id in quo inest; tamen unum ex utroque intelligetur lilium; sed corrumpitur omnino ratio ipsius, unius rei discessu (in subjecto enim corpore odor est) ita etiam in Christo intelligimus divinitatis * naturam, & illam excellentissimam majestatem, ut odorem suavissimum mundo dispergeret in ipsa humanitate tanquam in subjecto sitam; & id quod incorporale est per naturam, per unionem dispensatoriam pene dicam factum fuisse corporale, propterea quod voluerit se cognosci per corpus. In eo enim divina * signa operatus est. Igitur id quod incorporale est, tanquam in suo corpore convenienter intelligi potest, quemadmodum etiam odor in flore subjecto; lilium tamen jam simul utrumque nominatur, & odor, & flos.

Cant. 2.

* naturam diffundere proprium & supermundanam excellentiam, ut odorem, suavissimum mundo, in ipsa.

* opera.

Ὅτι καὶ πρὸς ἕωσιν ἀληθινὴν συνεκεχύθη τοῦ λόγου πρὸς τὸ ἀνθρώπινον, ἀσύγχυτα μεμενήκασιν τὰ ἰδιώματα.

Quod & unito Deo Verbo vere humanitati, inconfusæ tamen substantiæ permanserint.

CAPUT XI.

Ἐγήγερται κατὰ βούλησιν Θεοῦ κατὰ τὴν ἔρημον ἡ ἁγία σκηνὴ, καὶ ἦν ἐν αὐτῇ πολυτρόπως μορφούμενος ὁ Ἐμμανουήλ. ἔφη τοίνυν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῷ θεσπεσίῳ Μωϋσῇ· Καὶ ποιήσεις κιβωτὸν μαρτυρίου ἐκ ξύλων ἀσήπτων, δύο πήχεων καὶ ἡμίσους τὸ μῆκος, καὶ πήχεως καὶ ἡμίσους τὸ πλάτος· καὶ πήχεως καὶ ἡμίσους τὸ ὕψος. καὶ καταχρυσώσεις αὐτὴν χρυσίῳ καθαρῷ, ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν χρυσώσεις αὐτήν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἄσηπτον ξύλον εἴη ἂν εἰς τύπον τοῦ ἀφθάρτου σώματος. ἄσηπτος γὰρ ἡ κέδρος· τὸ δὲ χρυσίον, ὡς ὕλη τῶν ἄλλων ὑπερηρμένη, τῆς θείας ἡμῖν οὐσίας καταστημήνεσεν ἂν τὴν ὑπεροχήν. ἄθρει δὲ, ὅπως ἡ κιβωτὸς ὅλη ἐκεχρύσωτο χρυσίῳ καθαρῷ ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν. ἡνωτο μὲν γὰρ τῇ ἁγίᾳ σαρκὶ Θεὸς ὢν ὁ λόγος. καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἐστὶ τὸ ἔξωθεν κεχρυσῶσθαι τὴν κιβωτόν. ὅτι δὲ καὶ τὴν ἐνοῦσαν τῷ σώματι ψυχὴν λογικὴν, ἰδίαν ἐποιήσατο, κατιδεῖν ἂν τὸ καὶ ἔσωθεν αὐτὴν καταχρυσοῦσθαι δεῖν ἐπιτέλει. ὅτι δὲ ἀσύγχυτοι μεμενήκασιν αἱ φύσεις, ἤγουν ὑποστάσεις, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα. τὸ γάρ τοι χρυσίον ἐπαλληλειμμένον τῷ ξύλῳ μεμένηκεν ὅπερ ἦν· καὶ κατεπλούτει μὲν τὸ ξύλον τοῦ χρυσίου τὴν δόξαν. πλὴν οὐκ ἀνεῖκεν τοῦ εἶναι ξύλον. ὅτι δὲ ἡ κιβωτὸς εἰς τύπον παραλαμβάνεται τοῦ Χριστοῦ, ὅθεν πολλῶν ἂν τις πεισθείη λόγων. προεβάδιζε γὰρ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ, ζητοῦσα αὐτοῖς ἀνάπαυσιν· ἔφη δέ που καὶ ὁ Χριστός· πορεύσομαι, καὶ ἑτοιμάσω τόπον ὑμῖν.

Ἐξοδ. 25.

Ἀριθμ. 10. 33.

Ἰωάν. 14.

ERECTUM est secundum Dei voluntatem sanctum tabernaculum per desertum, & in eo multis modis figurabatur Emmanuel. Ait enim Deus omnipotens ad divinum Moysem: *Et facies mihi arcam testimonii ex lignis imputribilibus: duorum cubitorum & dimidii longitudinem, & cubiti & dimidii latitudinem, & cubiti & dimidii altitudinem: & inaurabis eam auro puro, extra & intra inaurabis eam.* Sed lignum quidem imputribile, figura est corporis incorrupti, imputribilis enim cedrus: aurum vero quasi materies aliis pretiosior, divinæ nobis indicat substantiæ * majestatem. Attende igitur, quemadmodum arca tota inaurata sit auro puro & extra & intra. Unitum siquidem fuerat sanctæ carni Deus Verbum, & id est, ut opinor, arcam fuisse extra inauratam. Quod vero & animam rationabilem, quæ corpori inerat, propriam fecerat, ex hoc apparet, quod & arcam intra inaurari præceperit. Quod autem naturæ, sive substantiæ incontusæ manserint, hinc discimus. Aurum enim superlitum ligno, mansit id quod erat; & ditatum est lignum ipsa auri gloria, sed lignum esse non desiit. Quod vero arca in Christi accipiatur immaginem, plurimis potest probationibus declarari. Præibat enim his qui sunt ex Israel, quærens ipsis requiem. Ait autem alicubi Christus: *Abibo, & parabo vobis locum.*

Exod. 25.

* excellentiam.

Num. 10. 33.

Joan. 14.

Quod cum esset Deus Verbum, factus sit homo: nec homo simpliciter nuda conjunctione honoratus, vocatus sit ad parem dignitatem Dei Verbi, sive auctoritatem, sicut quibusdam videtur.

CAPUT XII

DIVINUS Paulus magnum quidem ait esse mysterium pietatis; & vere res ita se habet: *Manifestatus est enim in carne, cum sit Deus Verbum; justificatus est autem & in spiritu:* nullo enim modo nostris videtur infirmitatibus contineri, licet juxta nos homo sit factus; *non enim fecit peccatum*. Apparuit autem & angelis: neque enim generationem ipsius secundum carnem ignoraverunt. Prædicatus est autem & gentibus, quasi Deus homo factus: ita autem creditus est in mundo. Probavit autem divinus Paulus, ita scribens: *Propter quod memores estote, quod aliquando vos gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manu facta, quia eratis illo tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, & hospites; testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in mundo*. Erant ergo gentes in mundo sine Deo, cum absque Christo essent. Verum quoniam agnoverunt eum, quia vere & natura Deum esse agnoverunt, ipsæ quoque ab eo cognitæ sunt, fidem confitentes. *Et ipse assumptus est in gloria*, certe divina. Psallit enim beatus David: *Ascendit Deus in jubilo*. Ascendit enim certe cum corpore, nec in nuda deitate. Deus enim erat incarnatus. Credimus enim non in unum nostri similem, deitate per gratiam honoratum, ne cultores esse hominis detegamur; sed in Deum magis, qui in servi forma comparuit, & qui vere fuit nostri similis, in humanitate tamen Deus remansit. Deus enim Verbum, carne assumpta, non deposuit quod erat. Intelligitur autem idem Deus simul & homo: & fidei quidem ratio ita se habet, & recte quidem.

Sed si forte aliquis dicat: Quid mali est, si intelligatur homo similis nostri apprehendere deitatem; ac non magis Deus homo fieri? Respondemus, mille esse, quæ e contrario possint opponi, & pene etiam nutu significantia, nos oportere reniti constanter, nec credere ita esse. Age enim, ante alia dispensationis, quæ cum carne facta est, modum cernamus, & nostrarum rerum naturam subtilius perscrutemur. Periclitata est hominis natura, & depressa malis extremis, maledictione & morte damnata, & peccati laqueis irretita, errabat & in tenebris; Deum nesciebat eum, qui est natura & veritate; præter creatorem coluit creaturam. Quomodo igitur hujusmodi malis poterat liberari? An illud dicemus, quod fas erat humanitati divinam naturam apprehendere, quæ nesciret omnino qualis esset dignitas naturæ cœlestis, cum esset ignorantiæ tenebris occupata, & peccati sordibus inquinata? Quomodo poterat fieri, ut apprehenderet sanctam naturam, & acciperet gloriam, quam nemo inveniet, nisi acceperit? Concedamus enim quod cognoverit fortasse, & scierit apprehendere dumtaxat; quis est qui docuerit? *Quomodo enim credent, nisi audierint?* Ceterum non id est apprehendere deitatem, & convenientem ei gloriam capere: ergo decentius sit, & recte quidem, ita sentire, quod servare volens id quod perierat, descendens ad nos Deus Verbum, per quod omnia, in id se quod non erat immisit, ut & hominis natura id quod non erat fieret divinæ majestatis dignitatibus per adunationem nitescens, quæ sublevata est magis ultra naturam, quam dejicit * intra naturam invertibilem Deum. Conveniens erat, ut incorruptibilis natura apprehenderet corruptibilem, ut eam peste liberaret conveniens erat, qui peccare non noverat, cum peccatoribus conformari, ut peccata compesceret. Quemadmodum enim ubicumque lux fuerit, caligo interit tenebrarum: ita etiam immortalitate præsente, omnis certe pestis fugitiva discedet; & præsente eo qui peccatum non novit (qui etiam proprium corpus efficit quod est * in peccatum) cedet omne peccatum.

Quod vero Verbum, cum esset Deus, factum sit homo, & non magis homo deificatus intelligatur Christus, etiam ex sacris literis enitar ostendere. Ait igitur beatus Paulus de unigenito: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis Deo, sed se exinanivit, formam servi accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inventus ut homo: humiliavit se, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propterea & Deus illum exaltavit, & donavit ei nomen, quod est supra omne nomen, ut in nomine Jesu Christi omne genu flectatur, cœlestium, & terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quod dominus noster Jesus Christus in gloria Dei Patris*. Quem igitur dicemus in forma esse & in æqualitate Patris, & hæc non rapinam arbitratum, sed descendisse magis in exinanitatem, & in formam servi, & se humiliantem, & in similitudine nostra fuisse factum? Si hominem factum ex muliere nudum & solum, quomodo is erat in forma & æqualitate Patris? vel quomodo habebat plenitudinem, ut intelligatur exinanitus? vel in qua antea positus celsitudine semet humiliasse dicitur? vel quomodo in similitudine hominum factus est, qui id erat antea per naturam, * etsi non id factus esse forte dicatur? Ubi autem magis exinanitus est, assumens plenitudinem deitatis? vel quomodo non sit factus altissimus, qui in gloriam supernam ascenderit? Igitur non hominem Deum factum dicemus; factum autem magis esse in exinanitione propter humanitatem Dei Verbum, quod erat in æqualitate Patris & forma. Exinanitum est enim hoc modo propter similitudinem nostram, cum esset plenus, ut Deus: humiliatus est propter carnem, cum a divinæ majestatis fastigio non discedat, sedem enim habet altissimam; factus est in similitudine hominum, cum sit ejusdem formæ cum Patre, ut cujus est figura substantiæ. Verum quoniam semel factus est juxta nos, ascendisse dicitur & cum carne in gloriam deitatis, quam patentem quidem habebat, quasi propriam alio tamen pacto in ea fuit propter humanitatem. Dominus enim omnium esse creditur etiam cum carne. Flectitur autem ipsi omne genu, & id non ad dolorem, vel contumeliam patris, sed magis ad gloriam. Gaudet enim & glorificatur, dum ab omnibus Filius adoratur, licet factus sit similis nostri. Scriptum est autem rursum: *Non enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit; unde debuit per omnia*

* intra

* al. in peccatum, id est, absque macula

* etiamsi id factus esse non dicoretur?

1 Tim. 3
3 Tim. 3
1 Tim. 3
Ephes. 2
1 Tim. 3
Psalm. 46.
Rom. 10
Hebr. 1
Hebr. 1

nia fratribus assimilari. Ecce semen Abrahæ apprehendit; * verum quod Deus est: & non homo nescio quis nostri similis deitatem apprehendit, & ipse nobis assimilatur; & nuncupatur frater ut homo, non nos ei, quantum est ad deitatis naturam. Et rursus: *Quoniam pueri communicaverunt sanguini & carni, & ipse similiter participavit eis; ut per mortem destrueret eum, qui imperium obtinebat mortis, idest, diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis per omnem vitam obnoxii erant servituti*. Ecce iterum ipse similiter ut nos participavit sanguini & carni; & ea res causam habet conjunctissimam ac proximam. Scriptum est enim: *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem; Deus Filium suum misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato peccatum condemnavit in carne*. Attende iterum, quod non homo affectans divinam naturam ostenditur, & ad ejus dignitatem ascendens: sed mittens magis suum Filium Deus & Pater in similitudine carnis peccati, ut destrueret peccatum. Ergo Verbum, cum sit Deus, se in exinanitionem, homo factus, immisit, & non homo simpliciter divinam gloriam affectans, Christus videtur.

f. similitum

Ibid.

Rom. 8.

Quod Christus Jesus vocetur homo factus Dei Verbum.

CAPUT XIII.

DISPENSATIONIS incarnati unigeniti mysterium subtilius considerantes, id asserimus, fidem rectam servantes & veram, quod ipsum Dei Patris Verbum, qui est Deus verus ex Deo vero, & lumen de lumine, incarnatum sit, & homo factum, & descenderit, & passum sit: surrexit autem etiam a mortuis. Ita enim definivit fidei symbolum synodus ingens & sancta. Perquirentes autem & nos, & discere cupientes, quid sit, inquam, incarnatum esse, & hominem factum Dei Verbum: cernimus quod non hoc est, hominem assumere tanquam in conjunctione quæ fiat per æqualitatem dignitatis, sive auctoritatis, per solam filietatis * ὁμωνυμίαν, magis autem fieri juxta nos hominem; ita tamen ut nulla conversio, vel commutatio subsequatur, * & sublevante pariter cum sua natura eum, qui in assumptione fuit carnis & sanguinis, dispensatione. Unus igitur est, qui ante incarnationem quidem divina scriptura nominatur *Unigenitus*, & *Verbum*, & *Deus*, *imago*, & *lumen*, & *figura substantiæ patris*, *vita*, *gloria*, *splendor*, *sapientia*, *virtus*, *magnificentia*, *dominus sabaoth*, & aliis talibus nominibus, quæ vere conveniant deitati: post incarnationem vero, *homo*, *Christus*, *Jesus*, *propitiator*, *mediator*, *primitiæ dormientium*, *primogenitus a mortuis*, *secundus Adam*, *caput corporis ecclesiæ*, cum eum etiam nomina prisca sequantur. Omnia enim ipsius sunt & propria, & quæ sunt novissimis facta temporibus.

f. ὁμοιωμίαν,

Hebr. 1
Isa. 6.

1. Joan. 8.
1. Tim. 2.
1. Cor. 15.
Coloss. 1.

Citatur hic locus a sancto Leone papa eodem epist. 97. ubi sup.

Εἷς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως Θεὸς ἀληθινὸς, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι μεμιγμένος ὅπερ καὶ τέ, καὶ ἐστι, καὶ ἔσται. ὁ διαιρετέον ἄρα τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς ἄνθρωπον ἰδικῶς· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν εἶναι φαμὲν, τῇ τῶν φύσεων εἰδοτεῖ διαφορᾷ, καὶ ἀσυγχύτους ἀλλήλαις τηρούσῃς αὐτάς.

Unus igitur est & ante incarnationem Deus verus, & qui in humanitate remansit id quod erat, & est, & erit. Non discernendum igitur unum dominum Jesum Christum in hominem seorsum, & Deum seorsum: sed unum eumdemque Jesum Christum esse dicimus, non ignorantes differentiam naturarum, sed eas inconfusas, inter se servantes. Quoties igitur litera sacra commemorat, quod *in Christo inhabitavit omnis plenitudo divinitatis corporaliter*; non ideo dicimus, tanquam in alio Christo, in homine seorsum inhabitasse Deum Verbum: nec porro dividentes ea quæ unita sunt, duos intelligimus filios: illud autem magis, quod Christum nominat litera sacra & ex parte nonnunquam, humanitatis Dei Verbi quam propriam * habens, in locum posuit templi. Scriptum est autem & de animabus humanis: *Inhabitantes autem domos luteas: de quibus & nos ex eodem luto sumus*. Ergo quoniam domos luteas humana corpora nominat, affirmat autem in his animam habitare, in duos homines unum hominem dividimus? Atqui non irrationabile omnino sit, si & in homine spiritus suus inhabitare dicatur. Ergo etsi per hujusmodi orationis modos figura procedat, quæ aliter fieri non possit; non tamen ideo rerum corrumpi naturas oporteat, sed magis eas recto veritatis tenore servari. Quoties igitur quæpiam, quæ dissimilia sunt, inter se sociantur, ut collecta in adunationem per compositionem videantur; deinde alterutrum ex his in altero inhabitare dicatur, non dividendum in duo, adunationis conventionem minime violandam, licet suis nominibus per sese ea quæ adunata sunt, nominentur a nobis. Dicitur namque, ut ante dixi, & in homine habitare spiritus suus: verumtamen homo dicitur, & seorsum spiritus, seorsum & corpus. Quid igitur nobis hujusmodi divinus Paulus obliquam significationem commemorat? *Nam etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem*. Si quis igitur dicat, interiorem nostrum hominem in exteriore homine inhabitare, verum quidem memoravit, ideo tamen unum dividere non videbitur. Ait autem alicubi etiam propheta Isaias. *De nocte vigilat spiritus meus ad te domine*. Utrumne tanquam alius præter ipsum, spiritus ipsius ad Deum dicetur vigilare? Nonne ineptissimum videatur? Ergo scire quidem necesse est orationis figuras, non tamen ab intellectu discedere competenti; sed referre magis sententiarum vim ad sensum, qui unicuique rei conveniat.

Coloss. 2.

* *faciens.*

Job 4. apud Septuaginta.

2. Cor. 4.

Isa. 26.

Et si dicatur proficere Jesus ætate, & sapientia, & gratia; dispensationis hic ratio est. Deus enim Verbum humanitatem more suo proficere permittebat, & quasi paulatim divinitatis suæ volebat gloriam declarare, & cum corporis ætate etiam sua extendere, ne quid novum videretur, idque nonnullos nimia novitate perterret; ac tum præsertim sic quoque dicerent: *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Ergo corporale quidem est argumentum; & profectus gratiæ & sapientiæ, humanitatis magis mensuræ convenit; ipsum vero Deum Verbum per suam naturam perfectissimum confitemur, non egenum profectus, non sapientiæ, non gratiæ. Ipsum enim creaturæ & sapientiam, & gratiam, & bona omnia impertit. Etsi Deus passus esse dicatur, passio quidem erat dispensationis ipsius; tamen dicitur,

Luc. 2.

Joan. 7.

tur, & recte quidem, quia corpus passum est & quod in corpore patiente erat ipse, qui pati non poterat. Impassibilis enim est ut Deus: quantum tamen ad convitiatorum petulantiam pertinuit, passus esset, si pati posset. Ergo quoniam nostri similis factus est unigenitus, quotiescunque homo nominatur a divina scriptura, intuentes dispensationem, sic Deum ipsum naturam quoque confitemur.

Exemplo divinæ scripturæ, quod Dei Verbum & homo factum manserit Deus.

CAPUT XIV.

Exod. 25. AIT alicubi Deus ad pontificem Moysen: *Et facies propitiatorium impositione auri puri duorum cubitorum & dimidii longitudinem, & cubiti unius & dimidii latitudinem. Et facies duos cherubim aureos ornatos, & impones illos ex utroque latere. Cherub unus de latere hoc, & cherub unus de latere isto propitiatorii. Et facies duos cherubim super duo latera: erunt cherubim extendentes pennas a sursum, super obumbrantes pennis suis super propitiatorium; & vultus eorum adinvicem respicientes propitiatorium erunt.* Ænigma certissimum id sit, Deum Verbum etiam in humanitate Deum mansisse, & in sua gloria & majestate, etsi propter dispensationem factus sit similis nostri. Propitiatorium namque per fidem factus est nobis Emmanuel. Id autem nobis comprobavit sapientissimus Joannes dicens: *Filioli, hæc scribo vobis, ut non peccetis: sed & si quis peccaverit, consolatorem habemus apud patrem, Jesum Christum justum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Nec etiam Paulus: *Quem proposuit*, inquit, *Deus propitiatorem in fide in suo sanguine.* Ceterum cerne cherubim circumstantia propitiatorium, superobumbrantia quidem pennis, conversa autem ad propitiatorium, & pene nutui dominico oculum intendentia. Dei enim voluntatem tantum respicit sancta cœlestium spirituum multitudo, & nunquam Dei satiatur aspectu. Ita Filium propheta Isaias vidisse se dicit in sede altissima & eminentissima, circumstantibus seraphim, & obsequentibus ei ut Deo.

1. Joan. 2. Rom. 3. Isa. 6.

Aliud, de virga Moysis.

CAPUT XV.

Exod. DESTINABATUR aliquando divinus Moyses, ut Israel ab Ægyptorum violentia liberaret; verum quoniam necesse erat, eos qui sub jugo essent servitutis insolitæ, prius doceri quod Deus jam esset reconciliatus, prodigia eum facere imperabat. Plerumque enim miraculum nos adducit in fidem. Ait igitur Moyses ad Deum omnipotentem: *Si autem non crediderint mihi, neque obaudierint vocem meam, dicentes: Non apparuit tibi Deus; quid dicam illis? Dixit deinde Dominus: Quid est hoc, quod est in manu tua? Respondit: Virga. Et ait illi: Projice illam in terram. Et facta est serpens. & fugit Moyses ab eo. Et dixit dominus ad Moysen: Extende manum tuam, & apprehende caudam. Et facta est virga in manu ejus. Et dixit illi: Ut credant tibi, quia apparuit tibi dominus Deus patrum ipsorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob.* Animadverte in his natura & veritate Filium Dei, tanquam si quædam virga sit Patris. Virga autem insigne est regni. In Filio enim habet omnium potestatem. Denique etiam divinus David: *Thronus tuus*, inquit, *Deus in sæculum sæculi; & virga æquitatis, virga regni tui.* Sed eam projecit in terram, id est, corpore terreno circumdedit, sive per humanitatem misit in terram. Tunc enim in similitudinem factus est malignorum hominum scilicet. Malignitatis autem signum est serpens. Quod autem verum sit, hinc describitur. Ipse enim dominus noster Jesus Christus, in imaginem & figuram dispensationis factæ cum carne, pro serpente accipitur æneo, quem erexit Moyses: *Et sicut*, inquit, *Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: ut omnes qui credunt in ipsum non pereant, sed habeant vitam æternam.* Quemadmodum enim serpens factus ex ære, salutis erat periclitantibus causa; (sanabantur enim in eum respicientes) eodem modo etiam dominus noster Jesus Christus eis qui eum vident quidem in similitudinem malignorum, eo quod factus sit homo, non ignorant tamen quod Deus sit vivificus, causa erit vitæ, & dat posse animalia venenosa vitare, id est, contrarias potestates. Id quoque hujus rei figura sit, quod Moysis virga alias devoraret, quas in terram magi projecerant. Igitur virga quidem in terram projecta est, non tamen serpens remansit: resumpta autem, fuit quod erat. Nam licet facta sit, ut ante dixi, in similitudine nostra Patris virga, id est Filius, per quem habet omnium potestatem; hæc tamen impleta dispensatione revolavit in cœlum: & fuit iterum tanquam in manu Patris, virga æquitatis ac regni. Sedet enim ad dexteram genitoris sui propria majestate, sedes altissimas obtinens & cum carne.

Exod. 4. Num. 21. Joan. 3. Exod. 7. Psal. 44. Marc. 16.

Aliud, de manu Moysis leprosa, & integre sanata.

CAPUT XVI.

DIXIT *autem ad eum iterum dominus Deus: Iterum infer manum tuam in sinum tuum. Et intulit manum in sinum suum; & protulit manum de sinu suo; & facta est manus ejus tanquam nix. Et dixit iterum: Infer manum tuam in sinum tuum. Et intulit manum in sinum suum; & protulit eam de sinu suo, & iterum restituta est in colorem carnis suæ.* Manum & dexteram Dei & Patris, Verbum & Filium ejus divina scriptura nominant. Induxit enim ipsum dicentem: *Ego enim manu mea firmavi cœlum.* Nec non etiam David divinus cantat: *Verbo domini cœli firmati sunt.* Cerne igitur, in sinu quidem Moysis adhuc manum ejus occultari, & nondum factam leprosam, prolatam vero & statim leprosam factam; deinde mox illatam, & rursus prolatam, & de cetero non leprosam. *Restituta est enim*, inquit, *in colorem carnis ejus.* Ergo quamdiu quidem erat in sinu Patris Deus Verbum, divinitatis natura fulgebat: verum quoniam aliquomodo extra fuerat per incarnationem, sive * inhumanationem; *Factus est in similitudine carnis peccati, & inter iniquos reputatus est.* Ait enim divinus Paulus: *Eum qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut nos fieremus justitia Dei in ipso:*

Exod. 4. Isa. 48. Psal. 32. Exod. 4. * ἐνανθρώπησις, Rom. 8. Isa. 53. 2. Cor. 5. Levit. 13. Marc. 14.

Hoc

Hoc existimo lepra significari. Immundus enim secundum legem leprosus. Sed quoniam iterum fuerit in Patris sinu (assumptus est enim post resurrectionem a mortuis) prolata iterum manus videbitur munda. Adveniet enim, adveniet per tempora dominus noster Jesus Christus in sinceritate divinitatis & gloriæ, quamvis similitudinem nostram non projecerit. Ait enim & beatus Paulus de Christo: *Quia semel mortuus est ad multorum exhauriendas peccata, secundo sine peccato apparebit expectantibus se, in salutem*. Ergo quoties nobis sacræ literæ nominant Christum Jesum, ne hominem seorsum putaveris non vere adunatum ipsi Deo Verbo: sed existimaveris magis ipsum esse ex Deo & Patre Verbum Jesum Christum, cum factus sit homo.

Alt. 1.
Hebr. 9.

Quod non erat homo Θεοφόρος *Christus, nec simpliciter in homine inhabitavit Dei Verbum, sed magis caro sit factum, sive homo perfectus, secundum scripturas.*

CAPUT XVII.

QUI fidem habet in Christo Immaculatam, & rectis omnium suffragiis comprobatam, dicat videlicet, quod ipsum ex Deo Patre Verbum ad exinanitionem descenderit, formam servi accipiens: proprium autem sibi faciens corpus, quod est natum ex Virgine, factus sit nostri similis, & nuncupatus sit filius hominis. Est autem Deus quidem secundum spiritum, homo autem idem secundum carnem. Denique divinus Paulus Judæorum populum alloquebatur, dicens: *Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio*. Et quonam modo intelligatur locutus fuisse Deus & Pater novissimis diebus in Filio? Locutus est enim antiquioribus per se legem. idcirco etiam ipse Filius suos dicit esse sermones per sapientissimum Moysen. Ait enim: *Nolite putare, quia veni solvere legem, aut prophetas; non enim veni solvere, sed adimplere. Dico enim vobis, jota unum, aut unus apex non transibit de lege, donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt*. Ad hoc etiam prophetæ vocem: *Ipse, qui loquebar, præsto sum*. Ergo cum factus est in carne, *tunc locutus est nobis Pater in ipso*, sicut ait sanctus Paulus, *novissimis diebus*. Sed ne parum credamus, quod ipse sit ille & ante sæcula Filius, intulit statim: *Per quem fecit & sæcula*. Splendorem etiam gloriæ, & figuram substantiæ Patris esse commemorat. Homo igitur factus est vere is, per quem fecit & sæcula Deus Pater; & non, ut nonnulli existimant, in homine fuit, ut tanquam homo intelligatur a nobis Deum habens inhabitantem. Nam si hæc recte se habere confidunt, supervacaneus videbitur esse beatus evangelista Joannes dicens: *Et verbum caro factum est*. Ubi enim opus est * inhumanationis? aut quare incarnatum dicitur Deus Verbum, si non factum est caro? Similem nostri eum factum esse significat & * vis ἐνανθρωπήσεως hoc declarat; mansisse tamen sic quoque ipsum supra nos, imo etiam supra universam creaturam. Oportere autem existimo, ea quæ dixi, exemplis etiam comprobare, & persuadere, quod factus sit homo unigenitus, & sit Deus etiam cum carne, ac non magis inhabitarit in homine, * deiferum ipsum efficiens, tanquam & alios qui divinitatis ipsius fuere participes.

Philipp. 2.
Hebr. 1.
Matth. 5.
Matth. 24.
Isa. 10.
Hebr. 2.
Ibidem.
Joan. 1.
* ἀνθρωποποιήσεως;
* al. vox
* Θεοφόρον

Quod Emmanuel Christum Deum in se habitantem habuerit aliter quam nos.

CAPUT XVIII.

ALT alibi Deus de nobis: *Inhabitabo in ipsis, & inambulabo: & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus*. Nec non etiam ipse dominus noster Jesus Christus: *Ecce ego venio, & si quis mihi aperuerit, intrabo & ego & Pater, & mansionem apud ipsum faciemus, & apud eum cœnabimus*. Nominati autem sumus etiam templa Dei: *Vos enim*, inquit, *estis templum Dei vivi*; & rursus: *Nescitis, corpora vestra templum esse Spiritus sancti, qui est in vobis, quem habetis a Deo?* Verum si ita ajunt & ipsum esse Emmanuel, & tanquam unumquemque nostrum, inhabitantem in sese Deum habuisse; aperte confiteantur, & cum ipsum adorari conspiciunt tam a nobis quam ab angelis in cœlo pariter & in terra, erubescant, tanquam diversa sentientes, & literarum sacrarum propositum nescientes, nec habentes in se fidem, quam nobis tradiderunt hi, qui in principio & viderunt, & ministraverunt Verbo. Sin autem dicant, quod propterea Deus sit, & ut Deus glorificetur, quia in eo tantum inhabitaret Dei Patris Verbum, ac non propterea, quia factus sit homo, audient rursus a nobis: Si in eis, qui inhabitantem in se Deum habuerint, satis est ut idcirco vere dii esse possint, & ab omnibus adorentur, omnes sunt dii & adorandi; inhabitat enim in sanctis angelis; habuimus autem & nos ipsum in nobis per Spiritum, sed non sufficit hoc natura deos ostendere, & adorandos eos qui habent Spiritum: igitur non propterea Deus est adorandus Emmanuel, quod inhabitarit in eo, tanquam in homine communi, & seorsum intelligendo in partem, domini Verbum. sed quod factus sit caro, id est homo: mansit enim idem & Deus & adorandus.

2. Cor. 6.
Levit. 26
Apoc. 3.
Joan. 14.
1. Cor. 6.
Luc. 1.

Dicta apostolica, in quibus Deus nominatus sit Christus.

CAPUT XIX.

DE *mysterio* (dicens secundum Christum) *quod aliis*, inquit, *generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis ejus, quibus voluit revelare divitias gloriæ mysterii hujus in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ, quem nos annunciamus*. Si igitur est theophorus, ac non Deus vere, quomodo ipse est divitiæ gloriæ mysterii, quod annunciatur gentibus? vel quomodo omnino Deus annunciatur?

Ephes. 3.
Colos. 1.

Aliud.

CAPUT XX.

VOLO *enim vos scire, qualem solicitudinem habeam pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & quicumque non viderunt faciem meam in carne: ut consolentur corda ipsorum, instructi in caritate, & in omnes divitias plenitudinis intel-*

Colos. 1.

tellectus, in agnitionem mysterii Dei Christi. Ecce mysterium Dei, mysterium nominat Christi; & plane intelligere quosdam vult imaginationem ipsius? Quo igitur intellectu opus erat volentibus Christi mysterium discere, si fuerant audituri quod inhabitarit in homine Deus? Opus enim nimio intellectu, ut scias contra, quod Verbum, cum sit Deus, factum sit homo.

Aliud.

CAPUT XXI.

III. 1. Thes. 1. A *Vobis enim sonuit sermo domini, non solum in Macedonia & Achaja, sed in omni loco, fides vestra quæ est ad Deum, exivit.* Ecce iterum in Deum fidem factam esse commemorat, cum etiam Christus dicit: Joan. 6. *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Nam sermonem domini, prædicationem dicit de seipso.

Aliud.

CAPUT XXII.

IV. Thes. 1. IPSI *enim scitis introitum nostrum ad vos, quomodo non inanis fuit; sed ante multa passi, & contumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis, confisi sumus in Deo nostro loqui ad vos evangelium Dei.* Ecce loquens in Deo, Dei evangelium memoravit, qui prædicat gentibus Christum.

Aliud

CAPUT XXIII

V. Idem. RECORDAMINI, *fratres, laborem nostrum & ærumnam; nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus evangelium Dei inter vos.* VI. Idem. Et iterum: *Propterea & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum percepissetis a nobis verbum auditus Dei, excepistis non ut verbum hominum, sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis.* Nonne evidenter evangelium Dei, & Dei verbum, prædicationem de Christo commemorat. Quippe id omnibus manifestissimum est. VII. Tit. 2. *Apparuit enim gratia Dei salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobrie, & juste, & pie vivamus in hoc sæculo: expectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei & salvatoris nostri Jesu Christi.* Ecce Deus & magnus planissime nominatus est dominus noster Jesus Christus. Ipse est enim cujus adventum gloriæ expectantes, sobrie vivere, & irreprehensibiliter festinamus. Sed si est homo theophorus, quomodo sit magnus Deus? vel quomodo beata est spes in eum? siquidem verus est propheta Jeremias, dicens: Jerem. 17. *Maledictus qui spem suam ponit in hominem.* Neque enim Deum ipsum possit efficere, ut ante dixi, Deum portare. Denique doceant nos, quid impediat, alios etiam omnes deos esse & adorandos, qui in se habuerint Deum; Tit. 2. Deum autem & magnum, & beatam habentem illuminationem, Christum nominat beatus Paulus, qui invenitur dicens de Judæis & de VIII. Rom. 9. Emmanuele: *Quorum patres, & testamentum, & promissiones, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula sæculorum; amen.* Quod vero secundum divinam revelationem, perspicuum sit, ipso dicente: Galat. 2. *Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto etiam Tito. Ascendi autem secundum revelationem; & exposui eis evangelium, quod prædico in gentibus, seorsum autem his qui videbantur aliquid esse; ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem.* Christum prædicans gentibus ut Deum, divinum nominat ipsius ubique mysterium. Ascendit per revelationem Hierosolymam, & exposuit his qui videbantur aliquid esse, id est, sanctis apostolis, sive discipulis, ne forte in vacuum currat, aut cucurrerit. Cum vero B ab Hierosolymis descendisset, & rursus gentium gregibus interfuisset, emendavitne aliquid ex prioribus? Nonne perseveravit, Deum confitens Christum? Atqui scribit quibusdam: Galat. 1. *Miror, quod sic cito transferimini ab eo qui vos vocavit, in aliud evangelium; quod non est aliud, nisi aliqui sunt conturbantes vos, & volentes convertere evangelium Christi.* Ait idem iterum: *Sed & si nos, aut angelus de cœlo evangelizaverit vobis præter id quod accepistis, anathema sit.* Pro qua igitur causa alios omnes omittens, licet Deum inhabitantem habuerint, solum Idem. prædicabat Jesum sicut Deum?

CAPUT XXIV.

Aliud.

SCRIPTUM est de Christo: *Cum autem esset in Hierosolymis in die festo, multi credi- Joan. 2. derunt in nomine ejus, videntes signa quæ faciebat. Ipse autem Jesus non credebat se illis, quia ipse sciebat omnes, & quia non necesse habebat ut aliquis testimonium perhiberet de homine; ipse enim sciebat quid esset in homine.* Si homo esset tantum theophorus, quomodo non decepti sunt multi, qui Hierosolymis in nomine ejus crediderunt? Vel quare solus cognoscit quæ sunt in homine, cum præsertim nemo alius sciat? Finxisse enim Deus dicitur corda no- Psal. 32. D stra singulatim. Vel quare solus remittit pec- Matth. 9. Marc. 16. cata? Ait enim: *Quia potestatem habet filius hominis in terra remittere peccata.* Quare solus præter alios assessor est Dei & Patris? quare soli obsequuntur angeli? Et nos quidem docuit communem putare Patrem, qui est in cœlis; sibi autem eum specialiter ascribit. Sed forte dices, quod hujusmodi voces inhabitandi deputandæ sint. Nonne igitur eum oportebat, juxta prophetis convenientem mentu- Matth. 4. ram, ipsum quoque dicere: Hæc dicit domi- Matth. 14 nus? Verum cum ea quæ sunt supra legem, sancire vellet, assumens sibi convenientem legislatoris auctoritatem, ajebat: *Ego dico vobis.* E

Quomodo liberum se ait, & non obnoxium Matth. Deo? Ideo, quia est Filius veritate. Et si esset homo theophorus, esset-ne etiam liberi secundum naturam? Solus enim Deus liberat, Joan. 8. quia solus est. Solus enim quasi tributa omnium exigit, & tanquam loco debitorum, ab omnibus recipit religionem. Et si exitus legis, Rom. 10 & prophetarum Christus est, est autem homo theophorus, nonne dicere liceat, quod prophe- ticarum prædicationum exitus ἀνθρωπολατρεῖας crimen nobis induxerunt? Deinde quidem lex prædicabat: *Dominum Deum tuum adorabit, & Matth. 4 ei soli servies*, qua nos eruditione perducit ad en Deut. 6

Chri

Christum, quasi ad agnitionem illius, qui in umbris fuerat posteriorum? Spernentesne igitur Deum adorare, adorabimus hominem habentem Deum inhabitantem? Ubi enim præstabilius erat Deum intelligi, in cœlo magis, an in homine? in seraphim, an in terreno corpore? Si erat homo theophorus, quomodo perinde ac nos participavit carni & sanguini? Nam si, quia inhabitarit, hoc ei sufficit, ut nostra similiter ac nos participaret (id est, hominem factum esse) inhabitavit & in multis sanctis; homo igitur non semel, sed sæpissime factus est. Quare ergo semel in consummatione sæculorum, id est, in destitutionem peccati, per hostiam suam dicitur apparuisse? Quomodo unum nobis Verbi adventum prædicant divinæ scripturæ, si theophorus erat homo? Templum scilicet & ipse factus est Dei, quomodo etiam in nobis Christus est? Sicut templumne in templis, an ut Deus magis in templis per Spiritum? Si theophorus erat homo, cur est solius ipsius corpus vivificum? Oportuerat enim aliorum etiam corpora esse talia, in quibus inhabitavit Deus omnipotens.

Hebr. 9.

ibid.

Scripsit autem alibi etiam divinus Paulus: *Irritam faciens quis legem Moysis, sine ulla miseratione sub duobus vel tribus testibus moritur*. quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? Atqui divina erat lex, & mandata dicta per angelos. Quomodo igitur dignus erit deteriore supplicio, qui pollutum duxerit sanguinem Christi? Vel quomodo potior est religione quæ est secundum legem, fides in Christo? Sed, ut jam ante diximus, est non similis aliorum sanctorum homo theophorus, sed Deus magis vere, & omni mundo celsiorem possidet gloriam; quod cum Deus sit natura Dei Verbum, factum est caro, sive homo perfectus. Animatum enim & rationale esse quod adunatum est corpus, & credimus, & vera omnino est adunatio.

Hebr. 10 ex Deut. 17.

Quomodo oportet intelligere: Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: *& quomodo mittitur Verbum, quod Deus est; & quomodo proprium ipsius dicitur corpus*.

CAPUT XXV.

SEMEN Abrahæ apprehendisse Verbum Dei unigenitum, beatus Paulus commemorat: nec non etiam, quod propemodum ac nos participarit carni & sanguini. Memores autem simus etiam vocis Joannis: ait enim: *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*. Ideo igitur fuit propositum viris spiritalibus docere, quod Dei Verbum conversionis sit patiens? aut quod eum fas sit commutationem, quæ magis creaturæ conveniat, sustinere? adeo ut in id quod non erat forsitan, aut sua sponte deveniat, aut, ut alius, contra ipsius voluntatem ad aliam naturam impellatur? Absit. Manet namque idem, a sua natura commutationem omnem excludens, & conversionis umbram nesciens pati. Fixa est enim semper in suis superna illa cœlestisque natura. Quomodo igitur Verbum caro sit factum, videre necesse est. Primum quidem divina scriptura carnem plerumque nominat; & quasi ex parte, animalis totius significationem facit, nec non etiam a sola anima interdum tantumdem ait. Scriptum est enim; *Quod videbit omnis caro salutare Dei*. Et ipse divinus Paulus: *Non consensi*, inquit, *carni & sanguini*. Allocutus est autem eos qui sunt ex Israel, pontifex Moyses: *In septuaginta quinque animabus descenderunt patres tui in Ægyptum*. Sed non idcirco dixeris, quod nudæ & sine carne animæ in Ægyptum descenderint; nec porro, quod inanimis corporibus & solis carnibus salutare suum Deus indulserit. Quoties igitur audimus carnem factum esse Verbum, hominem intelligimus ex anima & corpore factum. Est autem Verbum, cum sit Deus, homo perfectus, corpus accipiens animatum & rationale: idque sibi vere adunavit, (quomodo, ipse scit: nostris enim sensibus hujusmodi cogitationes omnino cerni non possunt) & nuncupatus est filius hominis. Sed si oportet tanquam in speculum intuentes dicere, conjectat aliquo modo sensus humanus, adunatum fuisse Verbum corpori habenti animam rationalem, qualiter etiam hominis animam suo corpori, ipsam quidem diversæ naturæ, sortitam tamen communionem adunationemque cum corpore, ut pene videatur non esse alia præter corpus, eo quod per compositionem ex utroque animal unum efficiatur; manet ipsa, ut ante memoravi, in sua natura. Ergo non per commutationem, aut conversionem hominem factum dicimus Dei Verbum, nec prorsus quod Deus esse desierit; sed quod carnem accipiens ex muliere, & ei ex utero adunatus, exiit homo idem simul & Deus: neque Dei & Patris generationem arcanam proficiens, sustinuit ex muliere, inde initium ut esset accipiens; permittebat autem carni propriæ naturæ suæ legibus nasci, secundum nativitatis rationem dumtaxat. Ceterum habet in se aliquid ab humana natura dissimile. Natus est enim ex virgine, & solus matrem habet innuptam. Factum autem etiam ipsum carnem, & in nobis inhabitasse commemorat, ut utroque comprobaret, & factum fuisse hominem, & suum non perdidisse. Mansit enim quod erat.

Joan. 1

Luc. 3. Galat. 1. Deut. 10. Genes. 46. Act. 9.

Νοεῖται γὰρ πάντως ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ, τὸ κατοικοῦν, τουτέστιν ἡ θεία φύσις ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ οὐ παθοῦσα φυρμόν, ἢ ἀνάγκασιν τινα, καὶ μεταστασιν τὴν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν. τὸ γὰρ ἐποικοῦν ἑτέρῳ λεγόμενον, οὐκ αὐτὸ γέγονεν ὅπερ ἐστὶ τοῦτο ἐν ᾧ κατοικεῖ, νοεῖται δὲ μᾶλλον ἕτερον ἐν ἑτέρῳ. εἰ δέ γε τῇ φύσει τοῦ λόγου καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, μόλις ἡμῖν σημαίνει διαφορὰν τῶν φύσεων τὸ διάφορον. ἓν γὰρ ἐξ ἀμφοῖν νοεῖται Χριστὸς οἰκοῦν τὸ ἀσύγχυτον οὐ μάλα πεπρηκὼς φησὶν ἐν ἡμῖν ἐσκηνωκέναι τὸν λόγον. ἵνα γὰρ ἴδιον οἶδε μονογενῆ τὸν σαρκα γεγενημένον, καὶ ἐνανθρωπήσαντα.

Citatur a S. Leone ad Concil. Chalced. act. 2. in fin.

Intelligitur namque certe tanquam aliud in alio, inhabitare, id est, divina natura in humanitate, non perpessa commixtionem, aut confusionem, aut commutationem, ut esset, quod non erat. Quidquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum fit tale, quale est id, in quo inhabitat, sed aliud in alio magis intelligi-

ligitur. At vero in Verbi natura & humanitatis, solum nobis differentiam designat diversitas naturarum. Unus enim ex * utroque intelligitur Christus. Ergo inconfusione, ut ante dixi, servata inhabitasse ait Verbum in nobis. Scit enim, unum esse Filium unigenitum, carnem factum & hominem. * * & carnem femoris ejus, cum luctaretur cum eo, & dixit ei: *Dimitte me; ascendit enim ortus. Ille autem dixit: Non te dimitto, nisi benedixeris me.* Et post alia: *Benedixit autem eum ibi, & vocavit nomen loci illius; Faciem Dei. Vidi enim,* inquit, *Deum facie ad faciem, & salva facta est anima mea. Ascendit autem sol; cum transiit faciem Dei; ipse autem titubabat femore suo.* Mysticus quidem est scripturarum sensus. Subindicare enim videtur Judæorum obluctationem, qua utebantur in Christo, pene cum ipso luctantes; qui tamen superati sunt, & ipsi etiam impetraturi benedictionem ipsius, si per fidem ad eum novissimis temporibus se convertissent. Attamen illud certe homo erat, qui luctabatur cum Jacob, cum Dei faciem nominabat: neque id solum, nam sciebat eum Deum esse veritate: *Vidi enim,* inquit, *Deum facie ad faciem, & salvata est anima mea.* Deus namque est natura Emmanuel. Dicitur etiam facies Dei: nam est figura substantiæ Patris. Ita se vocabat apud Judæos, cum diceret de Deo & Patre. *Neque * faciem ejus vidistis & verbum ejus non habetis in vobis manens; quia quem misit ille, huic vos non creditis.* Quod vero Deus verus sit homo ille qui luctabatur cum Jacob, sacra litera iterum faciet fidem. *Dixit enim,* inquit, *Dominus ad Jacob: Surge, ascende in locum Bethel, & habita ibi, & fac ibi altare Deo, qui apparuit tibi cum fugeres a facie Esau fratris tui.* Revertens enim ex Mesopotamia, deinde timens Esau, trajecit Jacob pueros & omnia vasa sua; subremansit autem solus, & luctabatur homo cum eo.

Aliud.

CAPUT XXVI.

BEATUS Daniel horribilem nobis visionem exponens: *Videbam,* inquit, *in visione nostra, & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniens, & usque ad vetustum dierum pervenit, & in conspectu ejus adduxerunt eum. & ipsi datus est principatus, & honor, & regnum; & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi servient: potestas ejus, potestas in æternum, quæ non transgredietur, & regnum ejus non corrumpetur.* Audis quemadmodum non hominem se vidisse simpliciter commemorat, ne unus ex nobis & juxta nos Emmanuel esse credatur, sed quasi filium hominis? Cum enim Verbum natura sit Deus, in similitudine hominum fuit, & inventus est habitu ut homo, ut in eodem utrumque intelligatur: & neque homo nudus, nec Verbum absque humanitate vel carne: tamen ei principatum & honorem, quem semper habebat, datum esse commemorat. Ait enim, quod *omnes populi, tribus, & linguæ ipsi servient.* Cum igitur etiam in humanitate positum unigenitum Dei Verbum, servientem habeat creaturam, & Patris principatum & suum; peperit autem secundum carnem ipsum sancta virgo, quomodo non intelligitur sancta virgo Deipara?

De Christi passione: & quod utile sit, quod secundum aliud & aliud de uno & eodem dicitur, nec dividimus in duo.

CAPUT XXVII.

SANCTUS Paulus salutarem passionem nobis exponit. Ait namque: *Nunc gratia Dei pro omnibus gustavit mortem.* Nec non etiam: *Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die.* Ad hoc etiam sapientissimus Petrus; *Christo,* inquit, *passo pro nobis carne.* Cum unum igitur credamus dominum nostrum Jesum Christum, id est, in humana forma conspectum, sive hominem factum juxta nos Deum Verbum; quomodo & passionem ipsi deputemus, & impassibilem servemus ut Deum? Ergo passio quidem dispensationis erat, sua quidem ducente Deo verbo ea quæ sunt propriæ carnis, propter inenarrabilem unitatem; manente vero extra passionem, quantum ad ipsius naturam pertinet. Impassibilis enim Deus est. Neque id mirum, cum & ipsam animam hominis videamus, si quid corpus passum fuerit, extra passionem quidem manentem, quantum pertinet ad naturam suam; attamen non extra passionem esse intelligi, eo quod proprium sit corpus ipsius, quod patitur: & licet incontigua sit & simplex, tamen id quod patitur, non alienum est. Sic intelliges etiam de Christo omnium salvatore. Utar autem exemplis, quæ quasi per ænigmata nobis possunt ostendere, quod communicarit quidem passioni unigenitus, quantum pertinet ad * familiaritatem corporis sui, manserit autem passionis expers ut Deus. Denique Deus omnipotens prodigia sapientissimo Moysi jubebat efficere, ut crederet ei Israel quod esset missus a Deo, & ut a violentia liberaretur. Ait autem: *Et accipies aquam de flumine, & effundes super terram, & erit aqua, quam accipies a flumine, sanguis super terram.* Inquimus autem, quod aqua quidem figura sit vitæ, & quod sit per naturam vita Filius, ex Patre tanquam ex flumine existens eiusdem substantiæ. Ratione itaque omnia vivificat. Sed cum aquam, inquit, effuderis super terram, erit sanguis. Ergo cum factus est caro de terra, id est, quando e terra carnem sibi circumdedit, tunc in ea mortem nostræ similem dicitur passus, licet per naturam sit vita.

In Levitico autem pollutum quidem & immundum leprosum esse significat, ita quod eum de castris ejici præcipit oportere: & si sanus fuerit a morbo, hoc eum prædo purgare. *Et accipient purgati duos pullos mundos, & lignum cedrinum, & coccum, & byssopum; & præcipiet sacerdos, & occidet pullum unum in vas fictile, in aqua viva, & pullum, qui vivit, accipiet illum, & lavabit in sanguine pulli occisi in aqua viva, & asperget super eum, qui purgatus est a lepra, septies; & mundus erit.* Reddit quidem nos mundos, & pollutionum sordes abluit, & carnalis concupiscentiæ mortalitatem repellit sanguis pretiosissimus Christi, & purgatio baptismatis sacrosancti. Ceterum illud aspice. Omittentes enim scriptorum vim subtiliter examinare, quod mysterio expediat in præsentia memorabimus. Pullis duobus comparat

parat Christum, non quod duo sint Filii, sed quod unus potius ex duobus, ex divinitate & humanitate in unitatem collatus. Mundi autem pulli; neque enim fecit peccatum dominus noster Jesus Christus, sed erat Verbum sanctum & divinitate & humanitate. Volucribus vero comparatur, quod quasi in sublimi sit super terram, & a cœlo desuper. A cœlo enim est homo Christus, licet carnem sancta virgo peperetit. Quomodo igitur desuper de cœlo? Deus enim Verbum, quod est desuper & ex Patre, carnem ex Virgine sancta accipiens, & eam suam propriamque existimans, tanquam si eam desuper de cœlo detulisset, dicebat: *Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis*. Ea enim quæ suæ sunt, propriæ carni semper attribuit: adunatum vero semel jam cum ipsa, unum scilicet æstimabatur. Ceterum vide, occiso uno pullo, lavari quidem alterum ejus sanguine, tamen non emori. Et quid hoc sic? Vivebat enim Verbum, licet sua caro fuisset emortua, & communem passionem esse ducebat propter adunationem & familiaritatem quam habebat cum carne. Igitur ipse quidem vivit ut Deus: corpus vero tanquam proprium faciebat, & in se familiariter accipiebat corporis passiones, cum ipse nihil in natura propria pateretur. Prodest igitur & necessarium est, si in uno Christo id accipiamus, quod secundum aliud & aliud de uno eodemque constituatur, & quod in duo dividi non permittatur. Est autem tale, quod dico. Natum esse secundum carnem ex muliere dicimus Deum Verbum, quamvis omnibus ipse præbeat nasci, & ad nativitatem, quæ nondum nata sint, vocet, secundum aliud & aliud. Natus est enim, eo quod homo nostri similis intelligatur. vocat autem ad nativitatem omnia, eo quod natura sit Deus. Scriptum est autem de ipso; *Puer proficiebat, & confortabatur, & impleb atur sapientia & gratia*: cum natura sit perfectus ut Deus, & ex sua plenitudine spiritalia sanctis impertiat; & ipse sit sapientiæ dator & gratiæ. Quomodo proficit puer, & sapientia impletur & gratia? secundum aliud & aliud. Cum sit enim idem ipse homo simul & Deus, propter unitatem quidem propriam ducit humana; est autem perfectus, & sapientiæ & gratiæ dator, ut Deus.

Nuncupatus est etiam primogenitus, & unigenitus. Sed si quis vim ipsam scrutari voluerit dictionum, primogenitus est qui est inter fratres plurimos primogenitus: unigenitus vero, ut unigenitus, non jam primogenitus, nec inter plurimos fratres. Et est ipse & hoc & illud. Et quomodo? Ergo secundum aliud, & aliud. Primogenitus enim, ut inter plurimos fratres, propter humanitatem: Unigenitus porro idem, ut solus ex solo Patre natus & Deo. Sanctificatus fuisse dicitur per Spiritum, cum ipse sanctificare soleat accedentes. Baptizatus est secundum carnem, qui in Spiritu sancto baptizabat. Quomodo igitur idem & sanctificat & sanctificatur, & baptizat & baptizatur? Secundum aliud porro & aliud. Sanctificatur enim humane, sic etiam baptizatur: sanctificat autem divine, & baptizat in Spiritu sancto.

Αὐτὸς ἐγείρων τοὺς νεκρὸς, ἐκ νεκρῶν ἐγήγερται· καὶ * ζῶν κατὰ φύσιν παγκάκων, ζωοποι-

A εἶναι λέγεται. καὶ πῶς τοῦτο; κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο. ὁ γὰρ αὐτὸς ἐγήγερται μὲν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιεῖσθαί τε λέγεται κατὰ σάρκα, ζωοποιεῖ δὲ καὶ ἀνίστησιν τοὺς νεκροὺς ὡς Θεός. πάσχει καὶ οὐ πάσχει, κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο. πάσχει μὲν γὰρ ἀνθρωπίνως σαρκὶ, καθὸ ἄνθρωπος· ἀπαθὴς δέ ἐστι θείκῶς, ὡς θεός.

Cum ipse suscitet mortuos, resurrexit a mortuis, & cum sit per naturam vita, vivificari dicitur. Hoc quoque quonam modo? Secundum aliud nempe & aliud. Ipse enim * resurrexit quidem a mortuis, & vivificari dicitur secundum carnem; vivificat autem & suscitat a mortuis, utpote Deus. Patitur, & non patitur, secundum aliud & aliud. Patitur autem * humana carne, eo quod homo sit: impathibilis autem divine manet ut Deus. Adoravit ipse nobiscum: *Vos enim*, inquit, *adoratis quod nescitis; nos adoramus quod scimus*. Adest etiam adorandus. Flectitur enim ipsi omne genu. Hoc quoque secundum aliud & aliud. Adorat enim, quia naturam assumpsit quæ debeat adorare: adoratur autem porro idem, quasi major adorante natura, eo quod intelligitur Deus.

Adoratione vero non est dividendum in hominem seorsum, & Deum seorsum: nec vero tanquam Deo conjunctum æqualitate dignitatis & divisis substantiis, cum ipso adorari dicimus hominem, (id enim extremæ impietatis plenissimum est:) sed unum adorandum hominem factum & incarnatum Dei Verbum: ita tamen, ut credamus corpus ei adunatum, animam juxta habuisse rationalem. Neque enim Deus omnipotens duos primogenitos præcipit oportere tam a nobis, quam a sanctis angelis adorari: unus est enim, qui est introductus in orbem terrarum. Et si introductionis modum curiosius perscrutemur, carnalis dispensationis mysterium inveniemus. Introductus est autem in orbem terrarum tunc, cum factus est homo, licet natura sua distare ab orbe longissime videatur, & in divinitatis eminentia vere esse credatur. Alius est enim præter elementa creator ipsorum. Ergo super ea quæ ipse condidit, secundum naturam est, quod natura sit Deus. Unus tamen, ut ante dixi, adorandus est, & tunc cum in multis fuerit fratribus. tunc enim propterea dictus est primogenitus. Unum Filium adoravit cæcus a nativitate sua, cum præcipuo mirabilique modo sanatus est. Nam *cum invenisset eum*, inquit, *in templo Jesus, dixit: Tu credis in Filium Dei? Ille autem dixit: Quis est domine, ut credam in eum? Christus vero ei seipsum cum corpore demonstrabat: Et vidisti quidem eum, & qui loquitur tecum, ipse est*. Vides, quod singulari numero utatur, non permittens Deum & hominem seorsum intelligi? Imo vero, & si quis hominem nominaverit Emmanuelem, minime quidem communem hominem significavit, sed Dei Verbum adunatum nostræ naturæ: sicut unum hominem adoravere beati discipuli, cum eum videntes mitis modis inter aquas ambulare, adorant, dicentes: *Vere Filius Dei es*. Si vero hominem cum Deo coadorari dixerimus, divisionem spatiosissimam inducemus. Σὺν enim semper, quod Latine est, Cum, si in significatione unitatis quæ est per compositionem, ponatur, duo omnino cogit intelligi.

Queru-

1 Petr. 2.

Joan. 3.

Luc. 2.

Joan. 4. Philipp. 2.

Matt. 8.

Quemadmodum enim nemo sibi convivere dicitur, neque concœnare, aut coadorare, vel coambulare (duarum enim personarum significationem inducit præpositio verbo præposita) ita etiam si quis coadorari hominem cum Deo dixerit, duos plane Filios dicit, & eos esse disjunctos. Unitatis enim ratio si in sola dignitatis æqualitate sive auctoritatis intelligatur, non esse vera convincitur: idque a nobis jam pluribus ante probatum est.

Adversus illos qui ajunt, quod sola relatione Deum Verbum deceant humana.

CAPUT XXVIII.

GARRIUNT nonnulli de carnis dispensatione Unigeniti, & venerabile & magnum ac supernis spiritibus amabilissimum mysterium, per quod etiam salvati sumus, ad sensus fragiles deferentes, decus contaminant pulchritudinemque veritatis, cum eos oporteat si quid non recte habere videatur, roborare conari, sed & magis inspicere subtili acutoque mentis oculo sacrarum propositum literarum, atque rectum ita iter ingredi, sectantes ea quæ patres sanctissimi examinarunt, qui sancti Spiritus illuminationibus eruditi sanxere nobis symbolum fidei. Dicunt autem, ipsum, quod ex Patris substantia inæstimabiliter natum est, Deum Verbum, per quod omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra, propter nos homines & nostræ salutis causa descendisse, carnem factum, passum, ascendisse in cœlum, venturum per tempora, judicare vivos & mortuos. Verum nonnulli sunt, doctos se esse scientesque opinantes, & supercilio & tumore inflati, qui si hæc verba audierint, derident, & ea quæ tanquam recte sunt dicta, deliramenta magis existimant; cum præsertim credamus, illuminatione Spiritus sancti patuisse sanctis patribus scientiam veritatis. At illi, tanquam si soli possint meliora sentire, non ipsum existimant unigenitum Dei Filium; quod est ex substantia ejus Deum Verbum, passum esse sua carne pro nobis humane, licet eo quod Deus intelligitur, in sua natura habeat ut pati non possit: hominem autem seorsum & separatim eum ponentes, qui est ex sancta virgine procreatus; deinde ei, quantum ipsis videtur, modum gloriæ tribuentes, adunatum fuisse dicunt Verbo Dei & Patris: & rationem adunationis exponentes, donatam esse ipsi dicunt a Deo æqualitatem dignitatis sive auctoritatis, & ut simili appellatione & Christus & Filius dicatur & dominus. Sin vero etiam passus esse aliquid dicatur homo qui ab ipsis excogitatur, oportere ajunt in ipsum Deum Verbum referri, eo quod conjunctus sit ipsi æqualitate dignitatis, cum naturis diversis unusquisque id sit, quod est.

Explanabo autem vim sententiarum, quantum ipse valuero, sacrarum literarum exempla proponens. Esuriit, Christus, itinere fatigatus est, dormivit, ingressus est in naviculam, pulsatus est a ministris verberibus, a Pilato flagellatus est, sputamina militum excepit, qui lancea latus pungentes, acetum mixtum felle ori ejus obtulerunt: gustavit autem & mortem cruce, passus & alia convicia Judæorum. Hæc omnia homini quidem contigisse commemorant, referri vero in Filii * veri perso-

Matth. 4. Joan. 4. Matth. 14 Joan. 19.

* al. Dei

Anam. At nos credimus, sicut in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem, ita etiam in unum dominum nostrum Jesum Christum Filium ejus: dividere vero seorsum in hominem Emmanuelem recusamus, & seorsum in Verbum. Scientes autem, quod Verbum factum sit juxta nos homo, vere ipsum eumdemque dicimus Deum de Deo; humane vero hominem juxta nos ex muliere. Affirmamus autem, propter familiaritatem carnis quidem eum infirmitates fuisse perpessum; servasse vero naturæ suæ impassibilitatem, eo quod non homo erat solum, sed idem etiam Deus natura. Et quemadmodum erat proprium corpus ipsius, ita etiam naturales corporis & inculpabiles passiones, nec non ea quæ ei illata sunt petulantia nonnullorum. Patiebatur autem impassibiliter, qui non idcirco se humiliavit, ut esset tantum similis nostri, sed quia, ut ante dixi, naturæ suæ, ut istis omnibus superior, reservasset. At si diceremus, quod per conversionem vel commutationem naturæ suæ in naturam transierit carnis, necesse erit omnibus modis nos vel invitos confiteri, arcanam divinamque naturam fuisse passibilem. Sin autem manserit incommutatus, licet juxta nos homo sit factus, & est proprium cœlestis naturæ; ut pati non possit; deinde per adunationem ipsius fuerit corpus passibile patitur corpore patiente, eo quod ipsius fuisse dicitur proprium; manet vero ipse impassibilis, eo quod ipsius est porro proprium, ut pati non possit. Et si glorificatus est Emmanuel per passionem, ut ipse dixit, cum pro nobis pretiosam crucem esset passurus: *Nunc glorificatus est filius hominis*; cur passionis gloriam homini tribuentes solam habenti conjunctionem cum eo in æqualitate dignitatis, non erubescunt? Nam, sicut ipsi existimant, conjunxit sibi secundum voluntatem Patris & complacitum, hominem: similiter & eum suæ gloriæ parem effecit, & concessit ut simili appellatione Christus & Filius & Deus nominetur & dominus. Ergo neque incarnatum est vere Verbum, nec prorsus homo est factum; & forte etiam falsos mendacesque dicere doctores sanctos mundi totius, nullum patiatur detrimentum. Aut enim dicant, imo magis procedant in medium, probaturi, quod conjunctionis quæ ab ipsis inducitur, modus habeat vim, & idem Verbum hominem factum: aut si ea non ita habere existimant, quare conjunctionis nobis inconjunctæ modum excogitant, veritate neglecta; cum deceat eos dicere, humanitati nostræ adunatum fuisse Dei Verbum & Patris? Ita enim carne quidem propria intelligitur passus humana; quantum vero pertinet ad divinitatis naturam, molestiæ omnis expers, ut Deus.

Joan. 13

Quod vero relationem nominantes, quæ nescio quo modo ab ipsis reperta est, gloriæ detrahant Emmanuel, quodque cum vix unum sanctorum efficiant prophetarum, & quod inter mensuras constituant plurimorum, in eoque procul dubio capiantur, probabo porro, divinæ scripturæ ponens exempla. Murmurabat aliquando in deserto adversus Moysen & Aaron populus Israel, dicens: *Utinam mortui essemus, percussi a domino in Ægypto, cum sedebamus ad ollas carnium, & edebamus carnes usque ad satietatem*. Dicit deinde sapientissimus Moyses (erat enim consequens tamen temere im-

Exod. 16.

Ibidem

impatientes confutare:) *Nos autem qui sumus? neque enim adversum nos est murmuratio vestra, sed adversus Deum*. Regnabat autem per illa tempora etiam Deus omnipotens per sanctos prophetas in populo Israel. Illi autem in hoc etiam pusillanimes accedebant ad divinum Samuel, dicentes: *Ecce tu senuisti, & filii tui non ambulant in viis tuis: & nunc constitue super nos regem, qui judicet nos, sicut & cetera gentes habent*. Moleste quidem nimis ferebat id propheta. Ait autem Deus omnipotens: *Audi vocem populi, sicut locutus est ad te: quia te non spreverunt, sed me, ne regnem super eos*. Dixit autem alicubi etiam Christus sanctis apostolis. *Qui recepit vos, me recepit*. Nec non etiam misericordes pro tribunali suo allocuturum se pollicetur. *Venite benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi*. Probitatis vero ipsorum mores familiariter agnoscens de his, quibus bene consultum fuerat ab ipsis: *Quamdiu feceritis*, inquit, *uni horum minimorum, mihi fecistis*. Ecce in his relationis modus qualis sit cognoscitur. Vehementer murmurabat adversus Moysen & Aaron populus Israel, & res quidem hæc habet relationem in Deum: erant tamen Moyses & Aaron homines similes nostri. Eodem pacto etiam in aliis intelliges, quorum nuper fecimus mentionem: sed erant quidem, ut ante dixi, sancti & admirabiles homines, homines tamen similes nostri. Eone igitur modo etiam homo Deo Verbo conjunctus, ut illi ajunt, relationem in id suarum habeat passionum? Et quomodo jam non sit homo communis, & seorsum, & aliud nihil? Ergo non est vere Deus Emmanuel, non unigenitus Filius, non Deus secundum naturam. Deinde, quam ob causam nemo aliorum a Deo Verbo honoratus est æqualitate dignitatis, sive auctoritatis; solum autem hunc paria omnia sortitum fuisse contendunt; maxime cum Deus salvator omnium non judicat ad personam, sed justum judicium, sicut ipse commemorat? Quare ergo confidet solus? quomodo veniet judex obsequentibus angelis? Quare autem solus tam a nobis, quam a supernis principibus adoratur? Sed valde, inquit: te enim quoque id agere invenimus. ' Passim enim ipsum confiteris, quatenus ei carnis attribuis passiones, licet impassibilem serves ut Deum. At nos, vir optime, cum prius adunaverimus Verbum & hominem, carni quidem passiones tribuimus, impassibilem vero ut Deum servavimus. Nam licet factus sit similis nostri; attamen scire debemus cœlestium dignitatum, & divinæ ejus eminentiæ majestatem. Præmissa igitur unitate ea, qua quasi aliquo fundamento fidei præjacto, carne quidem passum esse confitemur, mansisse vero extra passiones; quippe cum in se habeat ut pati non possit. Sin vero in partem ponamus Deum, & hominem, naturas a se dividentes, & secundum solam relationem dicamus Deum Verbum sua duxisse ea quæ corpori contigerunt: Moysis quippe & Aaron modum habebit is, qui ex sancta virgine procreatus Emmanuel, quod est interpretatum, *Nobiscum Deus*. Ergo & ipsi per prophetas sanctos dicant: *Dorsum meum posui in flagella, maxillas autem meas in palmas: faciem autem meam non averti a confusione sputorum*. Porro: *Infoderunt manus meas & pedes meos, numeraverunt omnia ossa mea*. Et porro: *Dederunt in cibum meum hyssopum, & in siti mea obtulerunt mihi acetum*. Ipsi omnia hæc unigenito attribuimus, quæ pro nobis dispensatorie carne passus est, secundum scripturas. Vivifica enim ejus passione nos sanati sumus, & infirmatus est propter peccata nostra ipse; impassibilem vero eum natura esse cognoscimus. Nam si, ut dudum dixi, idem homo est simul & Deus, sunt quidem certe humanitatis ejus passiones; porro Dei proprium est, ut impassibilis intelligatur. Hæc ita sentientes servabimus pietatem, & per rectas cogitationes & sensus ad cœlestis vocationis palmam perveniemus in Christo, per quem, & cum quo, Deo & Patri gloria cum Spiritu sancto. Amen.

1 Reg. 8.
Ibidem.
Matth. 10.
Matth. 25.
Ibidem.
Matth. 22.
Joan. 5.
Passim
Matth. 1
Isai. 50.
Psalm. 21.
Psalm. 67
Isa. 53.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, περὶ τῆς σαρκοθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ λόγου τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρός.

BEATI CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandrini, de incarnatione Verbi Dei Filii Patris.

Ἡ τῆς θείας γραφῆς ὀρθοτόμη ἔννοια, εἰσοικιζομένη εἰς τὸν τῶν ἁγίων νοῦν, κατακοσμεῖν εἰωθε τὰς τῶν ἁγίων ψυχάς. ἃς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἰσάγει εἰς τὰ βαθέα τῆς ἀσιγήτου γνώσεώς τε, καὶ σοφίας Χριστοῦ, δι' ὧν ὁ πατὴρ τῶν ὅλων Θεὸς δοξολογεῖται. Θησαυροὺς κεκρυμμένους ἀποκρύφους, καὶ ἀοράτους ἀνοίξω σοι κατὰ τὸ γεγραμμένον. Θησαυροὺς δὲ φημι τοὺς τῆς ὀρθῆς γνώσεως δόξαν οἰκείας ὀφθαλμοὺς, ἐγκῶς ὁρῶντας καὶ ἀλωβήτως. ὁ γὰρ χαρίσματι ἀτελεῖ δωρεῖται Θεὸς τοῖς ἐπεγνωκόσιν αὐτὸν. ὅτε μὲν ὅρους ἀνθρωπίνης δόξαν εἰκείας περιγραφόμενα· τέλεον γὰρ ὢν ὁ τῶν ἁπάντων ἡμῶν δεσπότης Θεὸς, τελείως δωρεῖται τὰ ἄφθονα τοῖς ἀξίως πολιτευομένοις αὐτῷ· ἐρασὴς γὰρ πέφυκε τῶν εἰλικρινῶν καθαρᾷ καρδίᾳ δοξαζόντων αὐτῷ ἀνυποκρίτως. ἀκέκτηνται πᾶς ὀρθὰ φρονεῖν ἠρημένοι· ἐπὶ τὸν ἀληθινὸν κατέλαβε τὸν Χριστὸν, ἀκόλουθοι αὐτῷ προσφω-

GERMANUS divinæ scripturæ sensus sanctorum mentibus illapsus, illorum animas exornat, quas Spiritus sanctus in illud perennis scientiæ & sapientiæ Christi pelagus inducit: per quæ pater ille universorum Deus glorificatur. Thesauros proinde absconditos & invisibiles, ut est in sacris literis, tibi recludam. Thesauros autem rectæ cognitionis appello mentis oculos, qui sincere inoffenseque perspiciunt. Neque enim Deus imperfecta, aut humanæ mentis limitibus circumscripta munera iis qui illum agnoverint, impertitur. Nam, quia perfectus est ipse Deus noster omnium dominus, perfectam quoque bonorum suorum copiam illis qui in ipso non indignam vitam agunt, dilargiri solet. Nam qui puro, omnique simulatione vacuo animo illi serviunt, eos singulari amore & benevolentia complectitur. Omnes itaque qui recte sapere instituerunt, ad Christum pe-

Isai. 45.
Isai. 45.

re-

rennem illum fontem accedant, illum per evangelium clamantem audientes: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat*. Neque enim opus est non agnito prius ipso pietatis mysterio, temere de Christo Deo investigare, vel disserere. Sunt ergo qui in auditorum animos furtim ac per fraudem irrepunt, Deum Verbum asserentes hominem assumpsisse, ac idcirco per sanctam virginem prodiisse, & hunc eumdem hominem Deo Verbo deificatum esse; magnum illud pietatis mysterium non intelligentes, dispensationisque unigeniti cum carne beneficium modicum facientes. Nos autem, fratres, non sic edocti sumus; illum namque qui ex sancta virgine natus est, unum eumdemque esse agnoscimus, perfectum Deum & perfectum hominem anima rationali præditum. Hac etiam de causa sanctam virginem, Deiparam appellamus, Deumque Verbum substantialiter non opinione, sed re ipsa in illa habitasse dicimus: eumdem bimestrem & trimestrem, Filium Dei simul, & filium hominis. Quin etiam voces illas, quas divinæ literæ modo humanitati, modo divinæ illius potestati tribuunt, in unam dumtaxat personam convenire prædicamus. Eumdem enim agnoscimus qui super cervical dormiebat, & qui mare & ventos ex potestate increpabat: eumdem qui ex itinere defatigabatur, & qui super mare, perinde ac super solidam terram, sua potestate gradiebatur. Idem itaque citra ullam controversiam Deus simul & homo existit. Quid enim mirum esset, si nostræ conditionis homo quispiam Dei potestate munitus miracula patraret? Verum ut illud ipsum Dei Verbum non imaginatione, aut apparenti quadam ratione, sed re ipsa se exinanivisse, divinæ scripturæ nobis ostendant; unum eumdemque Deum simul & hominem per prophetas & apostolos nobis diserte pronunciantes dixerunt. Dei itaque erat illa ex virgine conceptio, Dei nativitas, Dei similitudo, qua nobis nostri causa dispensatorie per omnia assimilatus est; Dei passio, Dei iis qui in carcere & in tenebris erant prædicatio, Dei resurrectio, Dei tandem in cœlos assumptio. Qui capi non poterat, per carnem quam nostri causa ex Maria sumpsit, virginalis utero concludi ac definiri sustinuit. Qui late omnia excedit, carne continetur. In quem nulla mutatio cadit, humanam formam subiit. Impatibilis, ultro pro nobis & propter nos per propriam carnem passus est. Deo & Patri indivulse cohærens, *in terra*, ut scriptum est, *visus est, & cum hominibus conversatus*. Qui sub tactum non veniebat, ab iniquis lancea compunctus est. Impassibilis, voluntariam crucem nostri causa pertulit. Immortale lumen morti seipsum obtulit, & morti quidem crucis. Qui in sinu Patris erat, per propriam carnem in cœlum assumi non recusavit. Qui autem * Dei Filium, hominem quempiam nostri similem assumpsisse dicunt; ipsum autem vivum & * efficax Dei Verbum, quod in propria persona subsistit, hominem factum, dispensatorieque in humanis propter nos versatum esse inficiantur; illos sacra synodus Ephesina explodit & ejicit.

Joan. 7.

Matth. 4. Joan. 4. Matth. 14.

Baruch. 3. 38. Joan. 19.

* Deum Verbum.

* efficacem Dei filium, qui in propria

ποιοῦντος δια τῆς ἐυαγγελίου· ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. ὁ γὰρ δέον ἐστὶν ἡμᾶς μὴ προτέρων ἐπιγνόντας τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον διαφλυᾶν, καὶ ἐπιλαμβάνειν ἀπλῶς περὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. ὑπεμλίττουσι τοίνυν οἱονεί τινες τῶν ἀκουομένων τὰς ψυχὰς, ἄνθρωπον, φασὶ, λέγοντες ἐπειληφέναι τὸν Θεὸν λόγον· καὶ δια τοῦτο προέλθοντα πεποιηκέναι δια τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ τοῦτον αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα τῷ Θεῷ λόγῳ· ὡς συνιέντες τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ μονογενοῦς τοῦ χάριν μικρὰν ποιούμενοι. ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτω δεδιδάγμεθα· ἵνα καὶ τὸν αὐτὸν ἴσμεν, ἀδελφοὶ, τὸν δια τῆς ἁγίας παρθένου τὴν θεοτόκον Μαρίας γεννηθέντα, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἔμψυχον, λογικόν. ταύτην τε καὶ θεοτόκον λέγομεν τοῦ ἁγίαν παρθένον, καὶ ὑφεστηκέναι ὑποστατῶς τὸν Θεὸν λόγον ἐν αὐτῇ, οὐ δοκήσει, ἀλλὰ ἐνεργείᾳ· τὸν αὐτὸν δίμηνάιον, καὶ τρίμηνάιον, υἱόν τε Θεοῦ ἅμα, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου. ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰς τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ μιᾷ καὶ τὰς ἐν οὐσίᾳ τῇ θεοπρεπεῖ φωνὰς, ἃς ὁ θεόπνευστος ἡμῖν αἱ θεῖαι γραφαὶ περὶ αὐτοῦ, εἰς ἓν πρόσωπον συνῆχθαι φαμέν. τὸν αὐτὸν γὰρ ἴσμεν ἐπὶ τὸ προσκεφάλαιον * καθεύδοντα, τὸν αὐτὸν τῇ θαλάσσῃ ἐπιτιμῶντα ἐν οὐσίᾳ καὶ τοῖς ἀνέμοις· τὸν αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῆς ὁδοιπορίας κεκμηκότα, τὸν αὐτὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης περιπατοῦντα ὡς ἐπὶ στερεᾶς γῆς ἰδίᾳ οὐσίᾳ. ὁ αὐτὸς τοίνυν Θεὸς, ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος ὁμολογούμενος. τί γὰρ τὸ θαῦμα, εἰ ἄνθρωπός τις τῶν καθ' ἡμᾶς * ἐν οὐσίᾳ δυνάμεις Θεοῦ ἐνεργεῖν λέγεται; ἀλλ' ἵνα τὸν αὐτὸν Θεοῦ λόγον κεκενῶσθαι ὑποδείξωσιν ἡμῖν αἱ θεῖαι γραφαὶ, οὐ δοκήσει ἀλλὰ ἐνεργείᾳ ἵνα καὶ τὸν αὐτὸν ἡμῖν δοξολογοῦσι προφητικοῖς, καὶ μιᾷ καὶ ἀποστολικοῖς κηρύγμασι, τὸν αὐτὸν εἶπον Θεὸν, τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον. Θεοῦ τοίνυν ἦν ἡ σύλληψις ἡ παρθενική· Θεοῦ ἡ γέννησις· Θεοῦ ἡ κατὰ πάντα πρὸς ἡμᾶς καὶ δι' ἡμᾶς ὁμοίωσις οἰκονομικῶς· Θεοῦ τὸ πάθος· Θεοῦ τοῖς ἐν φυλακῇ, καὶ ἐν τῷ σκότει ἡ κήρυξις· Θεοῦ ἀνάστασις· Θεοῦ ἡ ἀνάληψις· ὁ ἀχώρητος ἑαυτὸν δέδωκε κεχωρῆσθαι δι' ἡμᾶς ἐν τῇ τῆς παρθένου μήτρᾳ μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἣν προσελάβετο ἐξ αὐτῆς. ὁ ἀχώρητος ἐν σαρκὶ ἐχωρεῖτο· ὁ ἀναλλοίωτος, ἐν ἀνθρώπου μορφῇ· ὁ ἀπαθὴς πέπονθε δι' ἡμᾶς ἑκουσίως καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῇ ἰδίᾳ σαρκί. ὁ ἀχώρητος τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἐπὶ γῆς ὤφθη, κατὰ τὸ γεγραμμένον· καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη. ὁ ἀψηλάφητος λόγχῃ ὑπὸ τῶν παρανόμων κατενύττετο. ὁ ἀπαθὴς σταυρὸν ἐθελούσιον ὑπέμενε δι' ἡμᾶς. τὸ φῶς τὸ ἀθάνατον θανάτῳ ἑαυτὸν ἐκδέδωκε, θανάτῳ δὲ σταυροῦ. ὁ ὢν ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ πατρὸς, ἀνέλημψιν ὑπέμεινε διὰ τῆς ἰδίας σαρκός. τοὺς δὲ λέγοντας, ἄνθρωπόν τινα τῷ καθ' ἡμᾶς ἀνειληφέναι τὸν Θεοῦ λόγον, ἀλλὰ μὴ μᾶλλον αὐτὸν τὸν υἱὸν τὸν ζωοποιόν τε, καὶ ἐνεργῆ, καὶ ζῶντα γεγενῆσθαι ἄνθρωπον, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς δι' ἡμᾶς, ἐξορίζει ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ ἐν τῇ Εφεσίων πόλει γεγενημένη.

Joan. 7. 37.

* Τὸν κεφάλαιον. Matth. 4. 38. Joan. 4. 6. Matth. 14. 25.

* Τὸ ἐν οὐσίᾳ Θεοῦ δυνάμει ἐνεργοῦν.

Baruch. 3. 38. Joan. 19. 34.

A

Συζήτησις περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Ἐρώτησις. Πῶς ὁ Θεὸς ὁ ἀχωρητὸς ἐγκυοῦται ἐν μήτρᾳ παρθενικῇ; Ἀπόκρισις. Ἐπειδὴ ἐβούλετο λυτρώσασθαι, καὶ ἐλευθερῶσαι τὸ τῆς ἀνθρώπου φύσεως γένος.

Ἐρώτησις. Πῶς ὁ ἄναρχος γίνεται ἐπίμηνος καὶ δεῖται γυναικός; Ἀπόκρισις. Ἐπειδὴ ὑπὸ κατάραν ἐγεγόνει λοιπὸν πᾶς ἄνθρωπος· βασιλεύει γὰρ ἐπὶ τῆς ἁμαρτίας, δεῖ τοῦτο εἰς ἀρχὰς τοῦ εἶναι παλίγγενεσίας ἀφὸς ἡμῶν αὐτῷ, ἵνα καὶ τὴν τῶν ἀμωμήτων γένεσιν, καὶ μήτραν ἁγιάσῃ.

Ἐρώτησις. Πῶς ὁ ἀνθρώπινος καταλογίζεται, καὶ ἀνθρώπινος γέγονεν ἄτρεπτός τε καὶ ἀπαλλοίωτος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος; Ἀπόκρισις. Τὸ ἀνθρώπου γένος σῶσαι βουλόμενος, ἐδόκησε δὲ ἡμᾶς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς οἰκονομικῶς, καὶ ὁμοιοῦσθαι ἡμῖν κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας.

nes hic quoque exigens. Sed non ita Paulus edocuit, dicens, eum qui æqualis est Deo, factum hominem: semetipsum namque exinanisse dicit, non amittentem plenitudinem divinitatis. Unde etiam dicit: *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum; gentibus autem stultitiam.* Et quare gentibus stultitiam? si purus crucifigitur homo, nemo putat stultum quod naturaliter agitur. Si quod naturaliter pati poterat, patitur, quomodo putatur stulta narratio? Sed quoniam ait, Christum crucifixum prædicamus, quem rursum dicimus Dei virtutem, & Dei sapientiam, (*ipsis enim*, inquit, *vocatis Judæis & Græcis prædicamus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam*;) eum qui crucifixus est, inquit, esse Dei sapientiam prædicantes, stultitiam loqui nos Græci putant, credere nescientes miracula facienti Deo; sed de omnium rerum natura moventes ratiocinationes, & æstimantes injuriam inferri Deo, si appropriasse sibi passiones dixerimus, ut quod erat passibile salvum faceret. Non enim perfici vident illud propositum salutare, & Dei bonitati conveniens: sed solum, quia Deus sibi copulavit passiones dicunt, non considerantes ex hac re humanæ salutis opus fuisse perfectum. Nihil autem horum, quæ salutaria sunt homini, injuriam Deo facit: quibus non passibilis, sed clemens ostenditur. Sed hominis, inquit, passiones non audeo Deo tribuere. Ergo neque eum passionibus salvare hominem dicis, neque cruce quasi titulo notasse potentiam diaboli, neque nostrum peccatum affixisse ligno, neque suis passionibus sanasse hominum passiones, neque morte dicis eum destruxisse mortem. Si enim Deus non sibi proprias asseruit passiones, unde passionibus Christi tot recte facta? quomodo sunt factæ virtutes? quomodo morte perempta esset mors, nisi Deus propriam sibi eam fecisset? Sed istæ passiones propriæ factæ Dei, virtutem quidem tot rerum bene gestarum ex divinitate perceperunt, ut quæ Deo appropriatæ fuerunt, substantiæ vero divinitatis non nocuerunt, in sua semper impassibilitate duranti. Quomodo affixum est ligno quod contra nos erat peccati chirographum, homine puro sustinente mortem? Quomodo autem crux peccatum crucifixisset, aut mors mortis tyrannidem destruxisset, nisi hæc fuissent Dei, & ab illo virtutem sumpsissent, qui nostra sibi facta propria vindicavit, non patiente ipsius natura? Quod ipsum significans ille magnus apostolus dicebat: *Quia nullus principum sæculi hujus dominicæ passionis sacramentum cognovit. Si enim cognovissent*, inquit, *nunquam dominum gloriæ crucifixissent*. Propterea dicimus & manere eum quod erat, & factum quod non erat. In substantia namque manens quod erat, suscepit passiones, cum semetipsum unisset naturæ passibili. Subjectus factus est, regnum non deponens: factus est homo, manens Deus ac Verbum, cum esset ex natura incorporeus, absque immutatione factus est caro. Quomodo & quemadmodum? Non sicut tu cogitare potes, sed sicut ille ad miracula facienda pollet. Quando enim miraculum tibi dico, desere rationes. Signa enim

Philipp. 2.
1. Cor. 1.
Ibidem.
Colos. 2.
cum in tua natura non pateretur?
2. Cor. 2.

enim & prodigia fide in Deum roborantur, non rationibus exquiruntur. Non enim ullum aliud miraculum secundum rationem nostram evenit; & tamen singula facta sunt, licet ratio nostra rem non assequatur. Hæc magi quoque confessi sunt stellæ credentes, & non perscrutantes naturam. Barbari suscipiunt fide miracula, & fidelis tu cur incredulus es, & in rationem humanam concidis? Qui ex Chaldæa venerunt, sicut evangelista dicebat, hodie ipsi suis muneribus mysterium monstraverunt, si quis barbarorum illorum propositum recte consideret. Triplicem namque munerum speciem afferunt, aurum, thus, & myrrham. Aurum quidem, quia is rex est qui honoratur: thus, quia Deus erat qui natus est: id enim secundum consuetudinem offerebant eis quos ipsi putabant deos: obtulerunt quoque & myrrham, passionem, ut arbitror, mortis per hanc annunciantes. Vides quomodo etiam magi cognoverunt quia & Deus mansit, & homo factus est, suscipiens mortem? Factus est enim quod ego, ut nostram elevaret naturam ad dignitatem suam. Unitas enim hoc facit, utrique quæ alterius sunt conjunges. Propterea ergo cum Deus esset, homo factus est, ut homo fieret Deus, hac copulatione ad divinam gloriam elevatus; ut unus idemque sit & divine glorificatus, & quæ sunt humana perpessus. Et hoc nobiscum confessi sunt, confitentes unitatem divinitatis & humanitatis. Quod enim unitum est, nequaquam duo, sed unum nominatur. Mente autem rursus si dividis, & unumquodque seorsum contemplaris, nimirum solvis unitatem. Impossibile est enim simul & custodire unitatem, & utrumque seorsum considerare. Sed quod est unitum, insolubiliter unum factum est, & nequaquam fiunt duo. Sed * mente sola divido, inquis. Ergo eadem * mente unitatem solvisti: nam quo disjungis ab altero alterum, eodem copulationem dividis. Quid ergo dissolvis dispensationem salutarem, duo intelligens, & unitatem repellens? Sed ut magnus quoque apostolus ait: *Jesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula*; unum & eumdem dicens æternumque & Deum, & hominem a tempore initium habentem, ex quibus alterum prius erat, alterum factus est posterius. Sed quomodo, inquit, unigenitus servus factus est, manens quod erat, & factus quod non erat? Si vis cognoscere, disce quia factus est: quomodo vero factus sit, solus ille miraculorum opifex novit. Neque enim tu mihi dicere poteris, quomodo Ægyptiorum fluvius sanguis est factus, immutabili aquarum permanente natura. Etenim velut aqua quidem utebantur Hebræi, sanguis autem Ægyptiis Nilus est factus; & factus est quod non erat, manens quod erat. Dic mihi modum, sed non poteris dicere: miraculum namque Dei est, fugiens rationem. Quomodo etiam lumen in Ægypto factæ sunt tenebræ, non extincto lumine, sed manente quod erat? Dies enim Israelitis erat, & clarum eos circumfulgebat lumen; Ægyptiis autem hoc lumen factæ sunt tenebræ; & cum unum

Matth. 2.

Intelligentia

Intelligentia

Hebr. 13.

Exod. 7.

Exod. 10.

σημεῖα γὰρ, καὶ τεράστια τῇ τοῦ θεοῦ πίστει κρατύνεται, καὶ οὐκ ἐρευνᾶται τοῖς λόγοις. οὐδὲ γὰρ ἄλλοτι τῶν θαυμάτων κατὰ λόγον ἐστὶ τὸ ἡμέτερον. ἀλλ' ὅμως γέγονε ἕκαστον, κἂν ὁ λογισμὸς ἡμῶν οὐκ ἐφικνεῖται τοῦ πράγματος. ταῦτα καὶ μάγοι ὡμολόγησαν, ἀστέρες πιστεύσαντες, καὶ οὐ πολυπραγμονήσαντες φύσιν. Βάρβαροι δέχονται πίστει θαύματα, καὶ ὁ πιστὸς σὺ τί ἀπιστεῖς, πρὸς λογισμὸν κατωκείστων ἀνθρώπινον; οἱ ἐκ Χαλδαίας παραγενόμενοι, ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς ἔλεγε, σήμερον αὐτοῖς τοῖς δώροις τὸ μυστήριον ἐδείξαν τῶν τινὸς τῶν βαρβάρων σωφρόνοι καλῶς. τρεῖς γὰρ εἴδη τῶν δώρων προσκομίζουσι, χρυσὸν, λίβανον, σμύρναν· χρυσὸν μὲν, ὅτι βασιλεὺς ὁ τιμώμενος. λίβανον δὲ, ὅτι Θεὸς ἦν ὁ τεχθεὶς· τοῦτον γὰρ ὡς ἔθους προσεκόμιζον τοῖς ὑπ' αὐτῶν νομιζομένοις θεοῖς· προσφέρουσι δὲ καὶ σμύρναν, τὸ πάθος, οἶμαι, τοῦ θανάτου ταύτῃ μηνύοντες. εἶδες πῶς καὶ μάγοι ἐπέγνωσαν, ὅτι καὶ Θεὸς ἔμεινε, καὶ ἀνθρωπος γέγονε, δεχόμενος θάνατον; γέγονε γὰρ ὅπερ ἐγὼ, ἵνα τὴν ἡμετέραν ἀναβιβάσῃ φύσιν πρὸς τὴν ἰδίαν ἀξίαν. ἡ γὰρ ἕνωσις τοῦτο ποιεῖ, ἑκατέρῳ τὰ τοῦ ἑτέρου συνάπτουσα. διὰ τοῦτο καὶ Θεὸς ὢν, ἄνθρωπος γέγονε, ἵνα καὶ ἄνθρωπος ὑψωθῇ Θεὸς, τῇ συναφείᾳ ταύτῃ πρὸς θείαν δόξαν ἀναγόμενος. ὡς ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι θειῶς τε δοξαζόμενον, καὶ πάσχοντα τὰ ἀνθρώπινα. καὶ τοῦτο * μὲν συνωμολόγησαν, * ὁμολογοῦντες θεότητά τε, καὶ ἀνθρωπότητα. τὸ γὰρ ἑνωθὲν, οὐκέτι δύο, ἀλλ' ἓν ὀνομάζεται. τῇ δὲ ἐννοίᾳ πάλιν εἰ διαιρεῖς, καὶ ἕκαστον κατ' ἰδίαν σκοπεῖς, οὐκοῦν λύεις τὴν ἕνωσιν· ἀδύνατον γὰρ ἅμα καὶ φυλάττειν τὴν ἕνωσιν, καὶ ἑκάτερον κατ' ἰδίαν σκοπεῖν. ἀλλὰ τὸ ἡνωθὲν, ἀλύτως ἓν γέγονε, καὶ οὐκέτι γίνεται δύο. ἀλλ' ἐπινοίᾳ μόνῃ χωρίζω, φησίν. οὐκοῦν τῇ αὐτῇ ἐπινοίᾳ καὶ τὴν ἕνωσιν ἔλυσας· ὃ γὰρ διίσας τὸ ἑτέρου τὸ ἕτερον, τούτῳ καὶ τὴν συνάφειαν ἔτεμες. τί οὖν ἀναλύεις οἰκονομίαν σωτήριον, δύο νοῶν, καὶ τὴν ἕνωσιν ἀθετῶν; ἀλλὰ καθὰ καὶ ὁ μέγας ἀπόστολός φησιν, Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς, καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν λέγων, αἰώνιόν τε, καὶ Θεὸν, καὶ ἀπὸ χρόνων ἀρχόμενον ἄνθρωπον. τὸ μὲν ὄντα πρότερον, τὸ δὲ γενόμενον ὕστερον. ἀλλὰ πῶς, φησὶν, ὁ μονογενὴς δοῦλος γεγένηται, μένων ὅ ἦν, καὶ γενόμενος ὃ οὐκ ἦν; εἰ βούλει τοῦτο μαθεῖν, μάθε ὅτι γέγονε τὸ δὲ πῶς γέγονε, ὁ θαυμαστουργήσας ἐπίσταται μόνος. οὐδὲ γὰρ σύ μοι δυνάσαι λέγειν, πῶς ὁ τῶν Αἰγυπτίων ποταμὸς αἷμα γεγένηται, ἀμεταβλήτου μενούσης τῆς τοῦ ὕδατος φύσεως. καὶ γὰρ ὡς ὕδατι μὲν οἱ Ἑβραῖοι κέχρηντο. αἷμα δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ Νεῖλος ἐγένετο, καὶ γέγονε ὃ οὐκ ἦν, μένων ὃ ἦν. εἰπέ μοι τὸν τρόπον· ἀλλ' οὐκ ἔχεις εἰπεῖν· θαῦμα γὰρ ἐστι Θεοῦ, λογισμοὺς παρωθοῦμενον. πῶς δὲ καὶ τὸ φῶς ἐν Αἰγύπτῳ γέγονε σκότος, οὐ σβεσθὲν, ἀλλὰ μένον ὃ ἦν; ἡμέρα γὰρ τοῖς Ἰσραηλίταις ἦν, καὶ λαμπρὸν αὐτοῖς παρεῖχε τὸ φῶς, τοῖς δὲ Αἰγυπτίοις τὸ φῶς τοῦτο γέγονε σκότος· καὶ ἓν τὸ ὁρώμενον ὄν, φῶς τε ἦν ὁμοῦ, καὶ σκότος, οὐδὲ

Matth. 2.

Hebr. 13.

Exod. 7.

Exod. 10.

* Τὸ μὲν.

* Τοῦ αὐτοῦ ἐνδείξει ὁμολογοῦντες.

ex

ἐκ τούτου μεταβληθεὶς, κρείττων γενόμενον. οὐδὲ γὰρ τοῦ φωτὸς παθόντος σκότος ἐγένετο, τοῦ Θεοῦ θαυματουργοῦντος, καὶ τὸν λόγον οὐκ ἐκδεχομένου τῆς φύσεως. πῶς οὖν τὸ ὕδωρ τοῦ Νείλου, μένον ὕδωρ, αἷμα γεγένηται; ἢ πῶς ἐπὶ τῆς ἰδίας φύσεως μένον τὸ φῶς, σκότος ἐγένετο; οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἐφθάρται, κρείττων γεγένηται· οὐδὲ γὰρ ἐφθάρη ἡ φύσις τοῦ ὕδατος· ἃ ἐδείλιων οἱ Ἑβραῖοι, τοῦτο πότιμον ἔχοντες. ἀλλ' ἔμεινε καὶ αὐτὴ ἡ φύσις ἐν ἰδίοις ὅροις, καὶ γέγονεν αἷμα, ὅπερ οὐκ ἦν, Θεοῦ ὑπὲρ λόγον δεικνύοντος τὸ θαῦμα. ἡ δὲ Βαβυλωνία φλὸξ πῶς δρόσος τοῖς τεκνίοις ἐγένετο παισί; καὶ γὰρ φλὸξ ἦν, καὶ δρόσος ἐγένετο· καὶ ἄμφω παῦται δηλοῦνται τῇ ἐνεργείᾳ· ὅτι μὲν γὰρ δρόσος ἦν, οἱ τρεῖς διδάσκουσι παῖδες, ταύτῃ καταψυχόμενοι· ὅτι δὲ καὶ φλὸξ ἦν, οἱ ταύτῃ καταικαυθέντες μηνύουσι Βαβυλώνιοι. εἶδες, πῶς τὸ πῦρ, ἔμεινε πῦρ, καὶ δρόσος ἐγένετο, οὐ δύο πράγματα, οὐδὲ δύο φύσεις, ἀλλ' ἓν ἦν, καὶ τὸ ἐρώμενον, ὅπερ ἦν φλὸξ, τοῦτο γέγονε δρόσος· καὶ μαρτυροῦσιν οἱ δίκαιοι. μηκέτι οὖν ἐρώτα με τῷ τοῦ Θεοῦ σημείων τὸν τρόπον· πάλιν γὰρ ἐρῶ σοί. τὰ θαύματα δεικνυσι μὲν ὅτι γέγονε, Θεῷ δὲ καταλιμπάνω εἰδέναι τῷ θαυμάτων τὸν λόγον. εἰπὲ εἰπέ μοι· ταῦτα θαυματουργεῖ Θεός, καὶ τίνα φλόγα δρόσον ποιῶν, οὐδὲ φλόγα μεταβαλών, καὶ πρὸς δρόσον αὐτὴν μεθιστῶν. τυράννου τίνα ἀποφάσιν λύσαι βουλόμενος, καὶ ἠδικημένους ἐκδικῆσαι θέλων, καὶ τοὺς αἰτίους καταναλῶσαι βουλόμενος βαρβάρους· καὶ θαυματουργεῖ τὰ τοιαῦτα Θεός. τὸ πῦρ φυλάξας ἐν ἰδίοις ὅροις, καὶ δρόσον ἐπιδείξας. καὶ ἵνα τρεῖς παῖδες σωθῶσι, θαυματουργεῖ τὰ τοιαῦτα Θεός. ἵνα δὲ σώσῃ κόσμον Θεός, ἀμφιβάλλεις ὅτι αὐτὸς μένων Θεὸς γέγονεν ἄνθρωπος, οὐκ ἐδεήθη φλόγα μεταβαλεῖν, ἵνα δρόσον ἐργάσηται· καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος γενέσθαι βουληθεὶς, διὰ σωτηρίαν ἀνθρώπων, τίνα ἑαυτοῦ φύσιν ἐδεήθη μεταβαλεῖν; πῦρ ἔμεινε, καὶ γέγονε δρόσος· καὶ σὺ λέγεις· πῶς μένει Θεός, καὶ γίνεται ἄνθρωπος; ἐπειδὴ γὰρ τὴν φύσιν ἡμῶν βουλόμενος σῶσαι Θεὸς, οὐ δι' ἑτέρων τίνα σωτηρίαν ἡμῶν, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ κατεσκεύασεν· ἐπειδὴ πᾶσα κτίσις ἠτόνει πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν, ἕξιν ἐχόντων καὶ κακίας, καὶ πλάνης· ἡ γὰρ μακρὰ τῆς κακίας συνηθεία ἀντὶ φύσεως τοῖς ἀνθρώποις ἐγίνετο, παρωσαμένη τίνα φύσιν. προεφήτευσε προφήτης, ἀλλ' ἠτόνει ὁ λόγος, τῇ κακίᾳ νικώμενος. ἄγγελοι λειτουργοὶ τῆς ἡμετέρας ἐγίνοντο σωτηρίας· καὶ μαρτυρεῖ ὁ μέγας Παῦλος λέγων περὶ ἀγγέλων· οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; ἄγγελος ὁ κρείττων τίνα φύσιν ἐλειτουργεῖ πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν. ἀλλ' οὐκ ἐσώζετο ἄνθρωπος, ταῖς κακίαις σπουδαίως ἐγκείμενος. ἠτόνει οὖν ἅπαντα πρὸς ἀνθρώπων τίνα ἀμέλειαν· ἡ γὰρ κακία τῷ πονηρῷ τίνα σπουδὴν εἶχε παρὰ τῶν ἀγαθῶν· οὐχ ὅτι νικᾶται Θεὸς, ἀλλ' ὅτι γνώμη τοῦ αὐτεξουσίου τίνα ἀρετὴν ἐπιβέπει. ἀνάγκη οὐκ ἐθέλει πρὸς κατορθώματα. οὐδὲ μὴ βουλόμενον ἕλκει πρὸς ἀρετὴν, ἵνα σὺ τίνα ἀρετὴν κατασκευάσας ἑκούσιον, σὸν αὐτὴν ποιήσῃ κατόρθωμα. τί οὖν; ἐπειδὴ καὶ προφῆται ἐσιωπήσαν, καὶ

Dan. 3.

Ep. 1. 14.

A esset quod videbatur, lumen erat simul & tenebræ, neque ex hoc mutatum, & aliud factum. Non enim lumine patiente tenebræ factæ sunt, Deo nimirum faciente miracula, & rationem non expectante naturæ. Quomodo ergo aqua Nili manens aqua, sanguis est facta? aut quomodo in sua natura manens lumen, tenebræ factæ sunt? Neque enim hoc corruptum est, & illud factum. Non enim corrupta est aquarum natura; quod ostendebant Hebræi, hanc habentes potabilem: sed mansit ipsa natura in suis terminis, & facta est sanguis, quod non erat, Deo quippe ultra rationem ostendente miraculum. Babylonica quoque flamma quo- Dan.
B modo ros tribus facta est pueris? Nam & flamma erat, & ros facta est: & ambo hæc ipso ostenduntur effectu. Quia quidem ros erat, tres edocent pueri per hanc refrigerati; quia vero etiam flamma erat, qui per hanc exusti sunt indicant Babylonii. Vides quemadmodum ignis mansit ignis, & ros est factus: non duæ res, neque duæ naturæ, sed unum erat, idemque quod videbatur: quod erat flamma, hoc factum est ros, (non flamma mutata, & manifestant hoc Babylonii; sed manente quod erat, facta est ros,) & testantur justi. Nequaquam ergo ultra interroges me modum signorum Dei; rursus enim dicam tibi: Miracula ostendunt
C quidem quia facta sunt, Deo autem relinquo miraculorum nosse rationem. Proinde dic mihi, hæc miracula fecit Deus, & flammam rorem fecit, neque flammam mutans, & in rorem illam convertens: solvere volens tyranni sententiam, & vindicare studens injustitiam passos, atque noxios consumere barbaros: & hujusmodi miracula Deus operatus est, ignem in suis custodiens terminis, & rorem ostendens. Et ut tres pueri liberarentur, talia miracula fecit Deus: ut autem mundum salvum faceret Deus, dubitas quia ipse manens factus est homo? Non indiguit flammam mutare ut rorem efficeret; & ipse fieri volens homo propter
D salutem hominum, suam naturam permutare necesse habuit? Ignis manens factus est ros, & tu dicis, Quomodo permanet Deus & fit homo? Quia naturam nostram salvare volens Deus, non per alios salutem nostram, sed per semetipsum molitus est: quia omnis creatura infirma erat ad salutem nostram, cum inolitus in nobis esset vitii & erroris habitus: nam longa nequitiæ consuetudo pro natura hominibus erat, & repellebat naturam. Prophetabat propheta, at deficiebat ratio, cum a nequitia superaretur. Angeli nostræ salutis ministri erant; & attestatur magnus Paulus de angelis dicens: *Nunquid omnes sunt administratorii spiritus, ad ministerium destinati propter eos qui salutem hæreditate possessuri sunt?* Angelus melior natura, ministrabat ad salutem nostram; sed non liberabatur homo, ad nequitiam sponte incumbens. Imbecilla igitur erant omnia ad vincendam hominum negligentiam. Nequitia enim improborum, bonorum studia superabat: non quia vincitur Deus, sed quia arbitrio liberæ potestatis virtutem committit. Necessitate enim non cogit te ad recte facta, neque nolentem trahit ad virtutem, ut vo-

Heb. 1.

voluntariam ipse virtutem comparans, il-
lam tuum opus efficias. Quid ergo? Quo-
niam & prophetæ victi erant, nihil pro-
ficiebant doctores, & lex infirma erat, &
angelorum studia frustra erant, voluntate
hominum non sequente quæ bona sunt; ip-
se naturæ creator advenit, ut naturam vi-
ctam erigeret; & advenit non sonitu per-
Exod. 19. strepens tanquam Deus, neque tonitruis
aures percutiens, neque nube circumamic-
tus, & ignem terribilem in nube demon-
strans, neque tubæ sono audientes terrens,
sicut olim Judæis apparuit, ut timorem
injiceret (indevotis;) neque arcens famu-
lum, sed eum gratia magis & bonitate
evocat. (Propterea non venit cum impe-
riali fastigio,) nec satellitium inducit ar-
changelorum; non movet angelorum exer-
citus; non enim terrere volebat fugitivum
suarum legum: sed venit omnium dominus
in servi forma, paupertate circumamictus,
ut prædam non absterreret; in ignobili na-
scitur loco, obscurum agrum ad nativita-
tem eligens; de paupere nascitur virgine,
& omnia vilia suscipit, ut sine strepitu ad
salutem hominem venaretur. Nam si nobi-
liter natus esset, & divitiis multis circum-
amictus accessisset, dicerent utique infideles
quoniam divitiarum largitas mutationem or-
bis terrarum fuisset operata. Si maximam
Romam elegisset, rursus potentiæ civium
mutationem orbis terrarum tribuerent. Si
filius fuisset imperatoris, potentiæ utilita-
tem adscriberent. Si legislatoris factus fuis-
set filius, ejus præceptis utilitatem ascribe-
rent. Sed quid facit? Omnia exigua & vi-
lia opera, omnia mediocria, & plerisque
obscura, ut divinitas sola cognosceretur or-
bem terrarum transformasse. Propterea pau-
perculam elegit matrem, pauperiorem pa-
triam; pecuniarum fit inops, eamque ino-
piam tibi indicet præsepe. Cum enim non
esset lectus in quo dominus reclinaretur,
in præsepi ponitur, & fit * usus inopia
prophetiæ præclarum indicium. In præse-
pi enim positus est, quia indicabat quod
etiam irrationabilium cibus foret. Dei nam-
que Verbum ad semetipsum trahebat & di-
vites & pauperes, eloquentes & tardilo-
quos, cum paupertate vivens & in præ-
sepi positum.

Vides quomodo rerum indigentia opera-
ta est prophetiam, & paupertas eum qui
propter nos pauper factus est, accessibilem
universis ostendit? Nemo enim metuens
sublimes Christi divitias, refugiebat; nemi-
nem accedere ad eum imperii celsitudo pro-
hibuit: sed communis apparuit & pauper,
qui semetipsum omnibus obtulit ad salu-
tem. In præsepi namque proponitur Dei
Verbum, & per medium corpus, ut licen-
tiam habeat tum rationalis, tum irratio-
nalis particeps fieri cibi salutaris. Et hoc,
* puto, etiam propheta prius clamabat,
præsepis hujus sacramentum enarrans: *Co-*
gnovit, dicens, *bos* * *creatorem suum*, *&*
asinus ipsum præsepe domini sui: Israel autem
me non cognovit, & populus me non intelle-
xit. Nam licet sermo simpliciorem sensum
habeat, ostendens Hebræum ipsis brutis ru-
diorem: sed tamen potest & hoc significare,
præsepe domini subostendens, in quo ille po-

* accessibilis

* [illegible]

* [illegible] Isa. 1.

A οὐκ σύεργον διδάσκαλοι, καὶ νόμος ἀτόνει, καὶ
ἄγγελοι τῆς σπουδῆς ἀπετύγχανον, τῆς γνώμης
τῆς ἀνθρώπων οὐ ἐκούσης τοῖς ἀγαθοῖς, αὐτὸς ὁ
τῆς φύσεως ποιητὴς ἐπεδήμησε, φύσιν νενικημένην
ἀνορθῶσαι βουλόμενος· καὶ παραγίνεται, οὐ κτυ-
πῶν, ὡς Θεός, οὐδὲ βροντῆς κατεπλήττων τοὺς
ἀκοὰς, οὐδὲ γνόφον περιβαλλόμενος, & πῦρ φο-
βερὸν ἐν τῷ γνόφῳ δεικνὺς, οὐδὲ σάλπιγγος ἦχο
τοὺς ἀκούοντας δεδιττόμενος, ὡς ποτε τοῖς Ἰουδαίοις
ἐπεφάνη, φόβον ἐμποιῶν. οὐ σοβῶν τὸν οἰκέτην,
χαίρει δὲ μᾶλλον αὐτὸν προσκαλεῖται, καὶ ἀγα-
θότητι. οὐ δορυφορίας ἐπάγεται ἀρχαγγέλων· οὐ
κινεῖ τὰ τῶν ἀγγέλων στρατόπεδα. οὐ γὰρ ἠθέ-
λησε φοβῆσαι τὸν φυγάδα τῶν ἐκείνου νόμων γυμνό-
μενον· ἀλλ' ἔρχεται ὁ πάντων κύριος ἐν δούλου
μορφῇ, πτωχείαν περιβαλλόμενος, ἵνα μὴ * σο-
βήσῃ τὸ θήραμα· ἐν ἀδήλῳ τίκτεται χωρίῳ,
ἀγρὸν ἀφανῆ πρὸς γένησιν ἐκλεξάμενος· διὰ
πτωχῆς τίκτεται παρθένου, καὶ πάντα πτωχὰ
προσλαμβάνεται, ἵνα ἡσύχως πρὸς σωτηρίαν
ἀγράσῃ τὸν ἄνθρωπον. εἰ γὰρ ἐπιδέξως ἐτέχ-
θη, καὶ πλοῦτον πολλὰ περιβαλλόμενος παρε-
γένετο, εἶπον ἂν οἱ ἄπιστοι, ὅτι ἡ τοῦ πλούτου
δαπάνη τινὰ μεταβολὴν τῆς οἰκουμένης ἐργάσατο.
εἰ τινὰ μεγάλην Ρώμην ἐλέετο, πάλιν τῇ
δυνατείᾳ τῇ πολιτῇ τῆς οἰκουμένης τινὰ μετα-
βολὴν ἐλογίζοντο. εἰ υἱὸς ἐγένετο βασιλέως,
τῇ δυνατείᾳ τινὰ ὠφέλειαν ἐπέγραφον. εἰ νο-
μοθέτου ἐγεγένει υἱὸς, αὐτοῦ τοῖς προστάγμα-
σι τινὰ ὠφέλειαν ἐπέγραφον. ἀλλὰ τί ποιεῖ;
πάντα τὰ ἔργα πτωχὰ, καὶ ἄπελῆ, πάντα μέ-
τρια, καὶ τοῖς πλείοσιν ἀφανῆ, ἵνα θεότης
μόνη γνωρισθῇ τινὰ οἰκουμένην μεταποιήσασα.
διὰ τοῦτο πτωχὴν αἱρεῖται μητέρα, πτω-
χοτέραν πατρίδα, εὐδεὴς τοῖς χρήμασι γίνε-
ται. καὶ τινὰ ἔνδειαν ἐρωτᾷ σοι ἡ φάτνη.
οὐχ ὑπαρχούσης γὰρ κλίνης, ἐφ' ἧς κατακλιθῇ
ὁ κύριος, ἐν φάτνῃ τίθεται, καὶ γίνεται τῆς
χρείας τὸ ἄπορον, προφητείας κάλλιστον μήνυμα.
ἐν φάτνῃ γὰρ κατέκειτο, μηνύων, ὅτι καὶ ἀλό-
γων ἔσται τροφή. ὁ γὰρ τοῦ θεοῦ λόγος πρὸς
ἑαυτὸν ἀφείλκετο καὶ πλουσίους, καὶ πένητας, καὶ ἐλ-
λογίμους, καὶ τοὺς λόγῳ βραδεῖς, πενίᾳ τε συζῶν,
καὶ ἐν φάτνῃ τιθεὶς. ὁρᾷς πῶς τῆς χρείας ἡ
ἔνδεια προφητείαν ἐργάσατο, καὶ ἡ πτωχεία τὸν
δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντα ἀναφόρητον πᾶσιν ἀπέδει-
ξεν; οὐδεὶς γὰρ δεδοικὼς τοῦ Χριστοῦ πλοῦτον
ἐπέρχεται ἀτολμος ἐκεῖ. οὐδεὶς προσελθεῖν
αὐτῷ βασιλείας ἐφόβει ἐκώλυσεν· ἀλλὰ κοινὸς
ὤφθη, καὶ πᾶσιν, ὁ πᾶσιν ἑαυτὸν εἰς σωτηρίαν
προθεὶς. ἐν φάτνῃ γὰρ ὁ τοῦ θεοῦ κατατίθε-
ται λόγος, καὶ διὰ μέσου τοῦ σώματος, ἵνα
ἄδειαν ἔχῃ ὁ λογικός τε, καὶ ἄλογος μεταλαβεῖν τῆς
σωτηριώδους τροφῆς. καὶ τοῦτο τίχα καὶ ὁ προφήτης
πρότερον ἔβοα, τῆς φάτνης ταύτης διηγούμενος τὸ
μυστήριον λέγων· ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος
τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ, Ἰσραὴλ δὲ με οὐκ ἔγνω,
καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν. εἰ γὰρ καὶ ἁπλουστέραν ἔν-
νοιαν ὁ λόγος ἔχει, δεικνὺς τὸν Ἑβραῖον τῇ ἀλό-
γων ἀγνωμονέστερον, ἀλλὰ * δυνατὸν ἂν καὶ τοῦτο
δηλοῦν, φάτνην ὑποδεικνὺς τοῦ κυρίου, ἐφ' ἣ τε-
θεὶς, τροφὴ τοῖς ἀλογωτέροις ἐγένετο. καὶ γὰρ
οὐκ

Exod. 19.

B

C

D

E

* [illegible] Isa. 1.

* [illegible]

ἐκ ἀορίστου ὁ προφήτης φάτνιν δηλοῖ, ἀλλὰ τὴν φάτνιν ταύτην ἔφη τοῦ κυρίου αὐτοῦ, τῷ * ἀνθρώπῳ τούτῳ, οἶμαι, τὴν φάτνιν ἀορίστως σημαίνων. καὶ ταῦτα μὲν φιλοσοφείσθω * ὁ βουλόμενος τὴν ποικίλην, διοικοῦσαν τῆς θείας γραφῆς σοφίαν. ἡμεῖς δὲ ἐδείξαμεν, ὅτι ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς, ὁ πλούσιος τῷ τῆς Θεότητος λόγῳ, πλουτίσας πᾶσι τὴν σωτηρίαν ποιῶν. ὃ δὴ καὶ σημαίνων ὁ μέγας Παῦλος ἔλεγε· δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. καὶ τίς ἦν ὁ πλούσιος; τί δὲ ἐπλούτει; καὶ πῶς ὅτος ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς; λεγέτωσαν ὑμῖν οἱ τοῦ Θεοῦ λόγου διαιροῦντες τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ ἑνωθὲν διιστῶντες τῇ μνήμῃ τῆς φύσεως, εἰ δὲ τινὰ λέγοντες τὸν Χριστὸν, καὶ τὸ, ἐπινοίᾳ μόνῃ, πρὸς ἀπολογίαν κομίζοντες. τίς οὖν πλούσιος, εἰπέ μοι, τῇ ἐμῇ πτωχείᾳ ἐπτώχευσεν; ἄρα ὁ φαινόμενος ἄνθρωπος, οὐ συδιῄσας τῆς θεότητος; ἀλλ' οὐδέποτε ὅτος ἐγένετο πλούσιος· μᾶλλον πτωχὸς, ἐκ πτωχῶν γονέων τεχθείς. τίς οὖν ὁ πλούσιος, καὶ τί πλουτῶν μᾶλλον, ὃς δι' ἡμᾶς ἐγένετο πένης; Θεὸς, φησὶν, ἐπλούτει τῇ κτίσει. οὐκοῦν Θεὸς καὶ πένης ἐγένετο, ἰδίαν πενίαν τῷ τοῦ ὁρωμένου ποιούμενος. ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ ἐπλούτει τὴν θεότητα, καὶ δι' ἡμᾶς πένης ἐγένετο. οὐδὲ γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἂν εἴποις πλουτεῖν, πτωχὸν ὄντα καὶ φύσει, καὶ χρήμασιν· οὐδὲ γὰρ τὸν πλουτοῦντα θεότητος ἀξίαν, πτωχεύειν ἂν εἴποις, μὴ προσάψας αὐτῷ τὸ ἀνθρώπινον. διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος συνάπτων δόξαν θεότητος ἀνθρωπίνοις παθήμασιν, οὐκ ἐπινοίᾳ διαιρῶν, οὐδὲ λόγῳ διαιρῆσαι τὸ ἑνωθέντα βουλόμενος, τὸν αὐτὸν ἔφη πλουτεῖν * θεότητι. καὶ πτωχεύειν παθήμασι· καὶ τὸ μὲν δὶ ἑαυτὸν εἶναι, τὸ δὲ δι' ἡμᾶς πεπονθέναι. εἰ δὲ ὁ πλουτῶν τῇ θεότητι, πτωχεύει τῇ ἀνθρώπων πτωχείᾳ, πῶς οὐχὶ καὶ τὰ λοιπὰ πέπονθεν, ἅπαξ ἄνθρωπος διὰ φιλανθρωπίαν γενέσθαι ἐλόμενος; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον. Σὺ μοι βλέψον τὸ πτωχότατον οἴκημα τοῦ πλουτοῦντος τοῦ οὐρανοῦ. βλέπε τῇ φάτνῃ τοῦ ἐπὶ τῶν χερουβὶμ καθημένου. βλέπε σπάργανα τοῦ δήσαντος ψάμμῳ τὸ πέλαγος· βλέπε τῇ κάτω πτωχείᾳ, τὸν ἄνω πλοῦτον αὐτοῦ λογιζόμενος. ὅπω γὰρ καὶ χάριτος καὶ φιλανθρωπίας ἴδοις τὸ μέγεθος, εἰ τῇ τοσαύτῃ τοῦ Θεοῦ λόγου λογίσῃ συγκατάβασιν· καὶ γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ πτωχείᾳ ὁ πλούσιος αὐτοῦ τῆς θεότητος δείκνυται, ἀστὴρ τοῖς μάγοις δηλοῦντος τὸν πένητα, καὶ τοὺς βαρβάρους ἄγοντος ἐπὶ τὴν φάτνῃ τοῦ πένητος. ἀλλὰ καὶ οἱ ἄγγελοι χαίροντες. τοῦτον κηρύττοντες τὸν πτωχὸν τοῖς ποιμέσιν, ᾄδοντες τὸν πλοῦτον αὐτοῦ τῆς θεότητος. καὶ γὰρ οἱ μάγοι τῷ φαινομένῳ τὸν λίβανον προσεκόμισαν ὡς Θεῷ. οὐ διιστῶντες τὴν φύσιν τῆς φύσεως, οὐδὲ ἐπινοίαις τιμῶντες τὸν ἡνωμένον· ἀλλ' ἅπαξ τῷ θαύματι τὸν φαινόμενον εἰδότες Θεὸν προσφέρουσι λίβανον, αὐτῷ τούτῳ θείκλιν ἀξίαν κρίνοντες. οὐ δὲ ἄγγελοι πῶς ἐπινοίαις ταῖς κατάσε τὸ τεχθὲν τοῦ Θεοῦ λόγου διέσησαν. ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἰδότες, καὶ ὁρώμενον, καὶ νοούμενον, ἐβόων λέγοντες· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. καὶ οὐκ ἄλλα μὲν λέγοντες κατάσε, ἄλλα δὲ ἐπινοοῦντες· καὶ ἡ

* ὁ ἄνθρωπος.

* ὁ βουλόμενος, τὸ νοεῖν ἐν θεωρίᾳ. L.

Κορ. β.

Θεότητι

Ματθ. β.

Λουκ. β

Ματθ. β.

Λουκ. β

A situs, ratione carentibus cibus factus est. Non enim indefinite propheta præsepe significat, sed ipsum hoc præsepe inquit domini sui; ea definitione, ut puto, præsepe definite significans. Sed hæc quidem philosophetur qui voluerit, & se varia contemplatione scripturæ divinæ oblectet. Porro nos ostendimus quia pauper est factus propter nos qui dives erat ratione divinitatis; ut salutem omnibus perceptibilem faceret. Quod etiam significans magnus Paulus dicebat: *propter nos pauper factus est, cum dives esset, ut nos illius paupertate ditaremur.* Et quis erat ille dives, & quare dives? & quomodo iste pauper factus est propter nos? dicant nobis qui a Dei Verbo separant hominem, & quod unitum est separant commemoratione naturarum, duo quædam dicentes Christum, & illud, Sola cogitatione ad sui defensionem afferentes. Quis ergo, cum esset dives, dicito mihi, mea paupertate factus est pauper? Num qui apparuit homo, quem tu separas a divinitate? Sed nunquam iste fuit dives, sed pauper ex pauperibus parentibus natus. Quis ergo dives ille est, & quibus rebus dives, qui propter nos factus est pauper? Deus, inquit, dives erat creatura sua. Ergo Deus pauper etiam factus est, aspectabilis naturæ paupertatem suam faciens. Nam idem ipse dives erat divinitate, & propter nos pauper factus est. Neque enim hominem dicere poteris divitem esse, qui pauper est & natura & opibus, neque divitem divinitatis majestate pauperem factum, si ei quæ humana sunt, non attribueris. Propterea & apostolus gloriam divinitatis humanis passionibus conjungens, neque intelligentia dividere, neque ratione separare quæ unita sunt volens, eumdem ait divitem divinitate, & pauperem passionibus factum; & aliud quidem per se esse, aliud autem propter nos passum fuisse. Quod si qui dives est divinitate pauper fit humana paupertate; quomodo non etiam reliqua passus est, cum semel homo fieri propter clementiam voluisset? Sed hæc quidem hactenus. Tu autem respice mihi pauperrimum habitaculum ejus, qui dives est in cœlo; vide præsepe sedentis supra cherubim; vide pannis obsitum eum qui pelagus arena devinxit; vide deorsum paupertatem, divitias ejus sursum considerans. Sic etenim gratiæ & benignitatis videbis magnitudinem, si tantam Dei condescensionem reputaveris. Nam in hac ipsa paupertate divitiæ ejus divinitatis ostenduntur, cum stella magis indicaret pauperem, & barbaros ad præsepe pauperis adduceret. Quin etiam angeli gaudentes hunc prædicabant pauperem pastoribus, canentes divitias divinitatis ejus. Nam & magi ei qui videbatur thus obtulerunt tanquam Deo, non separantes naturam a natura, neque cogitatione dividentes quod unitum est, sed semel miraculo eum qui apparebat noscentes Deum, thus obtulerunt, eo munere divinam dignitatem indicantes. Neque etiam angeli intelligentia, ut tu dicis, quod natum est, a Deo Verbo separaverunt; sed eumdem esse scientes & visibilem & intelligibilem, clamabant dicentes: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas*, & non alia quidem dicentes, ut ipse facis, cogitantes autem

1. Cor. 8

Matth. 2

Luc. 2.

Matth. 2.

Luc. 2

tem alia; & verbis quidem confitentes unum Christum Jesum, cogitatione autem dividentes eumdem, sicuti tu sensus habens repugnantes verbis; sed unum eumdemque glorificant Deum. Ergo & in paupertate & in præsepi cunctis apparebat. Propterea & pannis involutus est, & ab angelis glorificatur, (& in præsepi positus, & a stella denunciatus;) non a stella descendente ad magos; neque enim stellæ loca permutant: sed quoniam Chaldæorum terra plurimos habet stellarum motus inspicientes, virtus quædam præstantior deducens magos assumpsit stellæ speciem, ut ab iis ipsis quæ didicerant Chaldæi, quod nesciebant agnoscerent, & cum astronomiæ studium adhiberent; ab ipsis astris Christi mysteria docerentur. Quod enim non erat stella, sed virtus angelica ducens barbaros ad pietatem, ipse evangelista significat, cum dicit, stellam hanc in die aliquando quidem apparuisse, aliquando rursum latuisse, alias vero deduxisse magos, & cum ipsis in Bethlehem profectam esse: quod nemo utique facere dixerit ullum e solitis sideribus sensui notis, sed virtutem in stellæ figura astronomis apparentem. Quod autem ait de stella, etiam stetisse eam super puerum, virtutem esse, quod apparebat, manifeste indicabit. Nulla etenim stella quæ in cœlo sita est, super puerum stare conspecta est, quoniam spatii magnitudo aspectus judicium fugiens, neque statum neque motum stellarum manifestum sensui facit. *Stetit*, inquit, *stella supra locum ubi erat puer*. Ergo relinquens altitudinem stella quæ apparebat, humilior facta est, ut statu suo nativitatem regis offenderet. Nam tanquam regem quærebant magi, regis nativitatem interrogantes, Judæique dicentes: *Ubi est qui natus est rex Judæorum? Vidimus enim stellam ejus in oriente, & venimus adorare eum*. Regem quæris, o mage? Et cur tanquam Deo thus offers? Sed novi & regem & Deum. Propterea & aurum ei offero & thus, muneribus simul Deum, simul regem designans.

Sed iste, qui tunc magos ineffabili virtute ad pietatem traxit, idem lætam hanc festivitatem hodierno die constituit; non iam in præsepi positus, sed in hac salutari mensa propositus. Illud namque præsepe mater factum est hujus mensæ. Propterea in illo est positus, ut in ista edatur, & fidelibus fiat salutaris cibus. Sed illud præsepe quidem claram hanc mensam designavit, virgo autem choros istos virginum germinavit; Bethlehemitici autem diversorii vilitas clara hæc templa extruxit; & panni, quibus tunc involutus est, facti sunt præsentium resolutio peccatorum. Vides illius paupertatis quæ nunc spectentur egregia opera? Vides paupertatem tantarum factam divitiarum parentem? Numquid obest illa deorsum unigeniti ad exiguum tempus abjectio, quæ tantas divitias contulit orbi terrarum? Quid ergo exprobras Christo Bethlehemiticam humilitatem? Cur paupertatem profers in medium, lucra exinde orbi terrarum parta non computans? Cur indignum dicis Deo passionem, quæ tantorum bonorum facta probatur occasio? Cur aufers unigenito vulnera, quæ tantam salutem hominibus * attulerunt? Cur adhæres passionibus, & non

* protulerunt.

μασι μὲν ὁμολογοῦντες ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν, ἐπινοίᾳ δὲ διαιροῦντες τὸν αὐτὸν, ὥσπερ καὶ σὺ, σὸν νοίας ἔχων μαχομένας τοῖς ῥήμασιν. ἀλλὰ καὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν δοξάζουσι Θεόν. καὶ σὸν πενίᾳ τοίνυν, καὶ σὸν φάτνῃ τοῖς πᾶσιν ἐφαίνετο. διὰ τοῦτο καὶ σὸν σπαργάνοις ἐστὶ, καὶ ὑπὸ ἀγγέλων δοξάζεται. οὐ τοῦ ἀστέρος καταβάντος πρὸς τοὺς μάγους· οὔτε γὰρ τοὺς τόπους ἀμείβουσιν οἱ ἀστέρες· ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ Χαλδαίων ἡ γῆ πολλοὺς ἔχει τῇ κινήσει τῷ ἀστέρων προσέχοντας, ἡ δύναμις ἡ κρείττων ὁδηγοῦσα τοὺς μάγους, ἀστέρος ἀνέλαβεν ἰδίωμα· ἵνα ἀφ' ὧν ἔμαθον οἱ Χαλδαῖοι, μάθωσιν ὁ οὐκ ἤδεισαν· καὶ ἀστρονομίᾳ προσέχοντες, αὐτοῖς τοῖς ἄστροις τὰ τοῦ Χριστοῦ διδαχθῶσι μυστήρια. ὅτι γὰρ οὐκ ἦν ἀστὴρ, ἀλλὰ δύναμις ἀγγελικὴ ὁδηγοῦσα τοὺς βαρβάρους πρὸς τὴν εὐσέβειαν, αὐτὸς ὁ εὐαγγελιστὴς δηλοῖ, τὴν ἀστέρα τοῦτον καὶ σὸν ἡμέρᾳ φαίνεσθαι, ποτὲ δὲ καὶ κρύπτεσθαι λέγων· ἄλλοτε δὲ καὶ ὁδηγεῖν αὐτὸν τοὺς μάγους φησὶ, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐπὶ τὴν Βηθλεὲμ ἰέναι· ὅπερ οὐκ ἄν τις εἴποι τινὰ τῷ σωμήθων ἀστέρων * δῆλον τῇ αἰσθήσει ποιεῖν, ἀλλὰ δύναμιν σὸν ἄστρῳ σχήματι φαινομένῳ τοῖς ἀστρονόμοις. τὸ δὲ, καὶ ἔστη ἐπάνω τοῦ παιδίου, περὶ τοῦ ἀστέρος ῥηθὲν, δύναμιν εἶναι τὸ φαινόμενον, μηνύσει σαφῶς. καὶ γὰρ ἄν τις τὸν σὸν οὐρανῷ πεπεγμένων ἀστὴρ δῆλος ἐγένετο ἐπάνω σὰς τοῦ παιδίου· ἐπειδὴ τὸ τοῦ διαστήματος μέγεθος, τῆς ὄψεως κλέπτον τὴν κρίσιν, οὐδὲ σάσιν, οὐδὲ κίνησιν τῷ ἀστέρων δήλην τῇ αἰσθήσει ποιεῖ. ἔστη, φησὶν, ὁ ἀστὴρ ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. οὐκοῦν ἀπολιπὼν τὸ ὕψος ὁ φαινόμενος ἀστὴρ, χθαμαλώτερος γεγονὼς, ἵνα τῇ σάσει δείξῃ τοῦ βασιλέως τὴν γένεσιν. καὶ γὰρ ὡς βασιλέα ἐζήτουν οἱ μάγοι, βασιλέως ἐπερωτῶντες τὸν τόκον, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις λέγοντες· ποῦ ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα σὸν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. βασιλέα ζητεῖς, ὦ μάγε; καὶ τίνος ἕνεκεν ὡς Θεῷ προσφέρεις τὸν λίβανον; ἀλλ' οἶδα καὶ βασιλέα, καὶ Θεὸν ἐγνώρισα. διὰ τοῦτο καὶ χρυσὸν αὐτῷ προσφέρω, καὶ λίβανον, τοῖς δώροις ὁμοῦ καὶ Θεὸν, καὶ βασιλέα μηνύων.

Ἀλλ' οὗτος, ὁ τότε μάγους ἑλκύσας ἀῤῥήτῳ δυνάμει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ νῦν τὴν σαιδρὰν πανηγυρίζειν συνεκρότησε σήμερον, οὐκ ἔτι σὸν φάτνῃ τιθέμενος, ἀλλ' ἐπὶ τῆς σωτηριώδους τραπέζης ταύτης προκείμενος· ἐκείνη γὰρ ἡ φάτνη τῆς τραπέζης ταύτης μήτηρ ἐγένετο, διὰ τοῦτο σὸν ἐκείνῃ τίθεται, ἵνα ἐπὶ ταύτης βρωθῇ, καὶ γένηται τοῖς πιστοῖς σωτήριον ἐδέσμα. ἀλλ' ἡ μὲν φάτνη τὴν λαμπρὰν ταύτην ἀνέδειξε τράπεζαν, ἡ δὲ παρθένος τοὺς χοροὺς τούτους ἐβλάστησε τῆς παρθενίας· ἡ δὲ τοῦ σὸν Βηθλεὲμ οἰκία τὸ εὐτελὲς τοὺς περιφανεῖς τούτους ἀνέδειξε ναούς. τὰ δὲ τότε σπάργανα τῶν νῦν ἁμαρτημάτων λύτρα γέγονεν. εἶδες τῆς τότε πενίας τὰ νῦν φαινόμενα κατορθώματα; εἶδες πτωχείαν τοσούτου πλούτου γεγεννηκυῖαν μητέρα; μὴ βλάπτει ἡ κάτω τοῦ μονογενοῦς πρὸς ὀλίγον εὐτέλεια, τοσοῦτον πλοῦτον τῇ οἰκουμένῃ κομίσασα; τί οὖν ὀνειδίζεις Χριστῷ τὸν σὸν Βηθλεὲμ εὐτέλειαν; διὰ τί πενίαν φέρεις εἰς μέσον, τὰ ἐξ αὐτῆς κέρδη τοῦ κόσμου μὴ λογιζόμενος; διὰ τί ἀνάξιον λέγεις Θεοῦ πάθος, τοσούτων ἀγαθῶν γενόμενον πρόξενον; διὰ τί ἀφαιρῇ τοῦ μονογενοῦς τὰ τραύματα, * ὃς τοσαύτην σωτηρίαν τοῖς ἀνθρώποις ἐπήγαγε; τί παρα-

καθέ-

καθίζῃ παθήμασι, καὶ ὁ βλέπεις τῶν παθημάτων τὰ νῦν γινόμενα κατορθώματα; διὰ τί πενίαν λέγεις ἀναξίαν Θεοῦ, δι' οὗ ὁ κόσμος πλουτεῖ τὴν εὐσέβειαν; διὰ τί θάνατον ἀνάξιον Θεοῦ λέγεις, ᾧ Θεὸς ἀνῄλωσε θάνατον; τίνος εἕνεκεν σταυρὸν οὐ λέγεις Θεοῦ, ᾧ Θεὸς τὴν κακίαν * τῶν δαιμόνων ἐθριάμβευσε; διὰ τί τοῦτο μόνον οὐ λέγεις Θεοῦ, ὃς τὴν ἡμῶν ἁμαρτίαν τῷ ξύλῳ προσήλωσε; μὴ διαβάλλῃς πάθη, ἀφ' ὧν ἀπάθεια τίκτεται. μὴ διασύρῃς ἀπέλειαν, ἀφ' ἧς διαβόλου τυραννὶς καταλύεται. μὴ ὀνειδίσῃς ῥάπισμα θεῷ, δι' οὗ τῆς ἁμαρτίας τὸν ἄνθρωπον ἠλευθέρωσε. μὴ Θεοῦ δεσμὸν εἴπῃς ἀνάξιον, ᾧ τὸν δεσμὸν τῆς ἁμαρτίας ἀνέλυσε. μὴ λέγε πενίαν ἀναξίαν Θεοῦ, ὅτι ὁ διάβολος πλουσίου τὴν πλάνῃ ἐπτώχευσε. μὴ καταγνῷς σταυροῦ, βωμὸς καταλύοντος. μηδὲ ἐξευτελίσῃς ἥλους, οἷς τὴν οἰκουμένην Χριστὸς εἰς ἓν φρόνημα τῆς εὐσεβείας συνέπηξε. μὴ λογίζου τὰ εὐτελῆ, ἀλλὰ τὰ ἐκ τούτων τοῦ παθόντος γινόμενα κατορθώματα· ἃ οὐκ ἂν εἴποις ἀνθρώπου γεγονέναι παθόντος ψιλοῦ, νοῦν ἔχων, καὶ τοῖς Φαινομένοις πειθόμενος. διὰ τί δὲ καὶ * λαλῆς εὐτελῆ, ἃ ὁ Θεὸς διὰ σωτηρίαν ἀνθρώπων ὑπέστησατο; εἰ γὰρ παθήματα τῇ φύσει ἐστί τε, καὶ λέγεται, ἀλλ' ἰατρεία γέγονε τῶν ἡμετέρων παθῶν. μηκέτι γοῦν αὐτὸ προσαγόρευε πάθος, ἀλλὰ παθῶν τῶν ἡμετέρων ἴαμα. καὶ μήμοι τὰ μέλη τῆς παρθενίας εἰς ὄνειδος θεότητος φέρε. οὐδὲ γὰρ τούτων ἡ φύσις ἐστὶν ἀνάξια· κἂν ἐπεισελθόντα τὰ τῆς ἀτιμίας πάθη, τὴν εὐγένειαν τοῦ σώματος ἐλυμήνατο. οὐ γὰρ αἰσχρὰ τῇ φύσει τὰ μέλη, ἀλλὰ δι' ἐπιθυμίας ἄτοπα ὑβρίζεται. εἰ γὰρ ἦν αἰσχρὰ τῇ φύσει, οὐκ ἂν ταῦτα Θεὸς ταῖς ἰδίαις παλάμαις διέπλασεν· ἐπειδήπερ οὐκ αἰσχρῶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τῶν καλλίστων ἐστὶ ποιητής· εἶδε γὰρ πάντα, ἃ ἐποίησεν ὁ Θεὸς, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. οὐδὲν γὰρ τῶν ὑπὸ Θεοῦ γινομένων τῇ ἰδίᾳ φύσει κακόν, οὐδὲ αἰσχρόν τι κατεσκάσεν ὁ Θεος· ἀλλ' ἡμεῖς τῆς πρώτης ἐκπεσόντες κατεσκάψῃς, ἐπιθυμίαις ἀτόποις τὴν φύσιν ἡμῶν καθυβρίσαμεν. εἰ δὲ πλάσας ὁ Θεὸς τὰ μέλη τῆς γυναικὸς, οὐ διαβάλλεται, οὐδὲ συνοικήσας ἐν αὐτοῖς ὑβρίζεται· ἐν ἰδίᾳ γὰρ κτίσει Θεὸς οὐκ ἀναξίως οἰκεῖ.

Εἰ δὲ λέγεις· πῶς οὐρανὸν καταλιπὼν, ἐν μήτρᾳ κατῴκησεν; ἐρῶ σοι κἀγώ· ὅτι Θεὸς ὤν, ἄνθρωπος διὰ ἀνθρώπους ἐγένετο, μένων Θεὸς, καὶ οὐ μεταπεθείσης τῆς οὐσίας. ὁμολογῶ τοιγαροῦν τὸν αὐτὸν Θεὸν, καὶ ἄνθρωπον. Θεὸν μὲν πρὸ αἰώνων, * ἄνθρωπον μὲν γινόμενον, καὶ ἐκ τοῦ τόκου ἀρξάμενον· οὐ δύο, ἀλλ' ἕνα, οὐ φραζόμενον ὡς ἕνα, διττὸν δὲ ἐπινοούμενον. οὐδὲ γὰρ μάχεσθαι δεῖ τῷ λόγῳ τὴν ἕνοιαν. οὐ νοοῦμεν δύο, ὁμολογοῦμεν δὲ ἕνα· τὸ γὰρ οἰκονομίᾳ, καὶ θαύματι συνημμένον, οὐδὲ λόγος διίστησιν, οὐδὲ ἔννοια. εἰ δέ τις ἐπίνοια διαστήσειε τὸ συνημμένον, διαλελυμένον ἐνόησε, καὶ ψευδὴς ἡ ἔννοια γίνεται, διαστήσασα τὸ συνημμένον ἀεί. δεῖ οὖν συνομολογοῦσαν ἔχειν τῷ λόγῳ τὴν

A vides quanta sint nunc bona a passionibus illis perfecta? (Cur passionem indignam dicis Deo, quæ solvit diaboli tirannidem?) Cur paupertatem dicis indignam Deo; per quam mundus pietate ditatus est? Cur mortem indignam dicis Deo, qua Deus mortem peremit? Cur crucem Dei negas, qua Deus de nequitia dæmonis triumphavit? Cur hoc solum non dicis Dei, qui nostrum peccatum affixit ligno? Noli derogare passionibus, per quas impassibilitas generatur. Noli detrahere abjectioni, qua tyrannis diaboli destruitur. Noli Deo alapam exprobare, (quia cæsus est palmis) per quam a peccatis hominem liberavit. Non vincula Deo dicas indigna, quibus vincula peccati resolvit. Ne dixeris paupertatem indignam Deo, qua diabolus, cum dives esset errore, pauper factus est. Noli vituperare crucem, quæ destruxit aras. Noli despicere clavos, quibus orbem terrarum Christus ad unum sensum pietatis infixit. Noli reputare quæ vilia sunt, sed quid ex his effectum sit ab eo qui est passus intende: quæ si sapis, & fidem rebus quæ jam videntur habes, nunquam dices simplicis fuisse hominis, & passionem subeuntis opera. Cur autem vocas vilia, quæ Deus propter hominum salutem amplexus est? Nam etsi passiones natura dicuntur & fiant, sed tamen nostrarum fuerunt medicina passionum. Nequaquam ergo de cetero hoc passionem appelles; sed passionum nostrarum potius medelam. Et noli mihi membra * virginis ad opprobrium proferre divinitatis. Non enim horum indigna natura est, licet advenientes passiones ignominiæ nobilitatem corporis corruperint. Non enim turpia * natura sunt membra, sed per concupiscentias illicitas patiuntur * injuriam. Nam si essent turpia per naturam, non hæc Deus propriis manibus formavisset, quia Deus non turpium, sed * optimorum creator est. *Vidit* enim, inquit, *omnia quæ fecit Deus, & esse bona valde*. Nihil enim horum quæ a Deo facta sunt, per naturam propriam est malum, neque turpe aliquid Deus fecit: sed nos a prima illa constitutione lapsi, concupiscentiis illicitis naturæ nostræ contumelias irrogavimus. Si ergo cum formaverit Deus membra mulieris non accusatur; neque cum inhabitat in eis injuriam patitur. In sua quippe creatura Deus non indigne inhabitat.

Porro si dixeris: Quomodo cœlum relinquens habitavit in utero? dicam tibi & ego: Quia cum Deus esset, homo propter hominem factus est, manens Deus, & ejus substantia non mutata. Confitemur itaque eumdem Deum & hominem: Deum quidem ante sæcula, (hominem vero factum ex partu: Deum quidem perpetue consempiternum Patri,) hominem vero factum, & ex partu initium habentem, non duos, sed unum, non tanquam unum dicamus, duplicem vero intelligamus, neque enim oportet contrarium esse sermoni intellectum. Non intelligimus duos, & confitemur unum. Quod enim dispensatione & miraculo conjunctum est, id neque sermo separat, neque intelligentia. Si qua vero cogitatio separet quod conjunctum est

* virginis

* per natu

* dedecus

* decentiu
maruma
venes

dissolutum intellexit, & falsus evadit intellectus, separans utique quod semper conjunctum est. Oportet ergo sermoni consentientem habere intellectum: unum dicere Christum, eumdem & Deum & hominem Ergo & unum intellige. Quod si dixeris quidem unum, intellexeris autem duos, sermoni tuo repugnantem habebis intelligentiam. Ne ergo dicas duo per aliquam differentiam separata. Si enim unieris sermone, sensu separaveris, unitatem negasti. Ne ergo ad naturas divisas rationem deducas, Deo summam mirificante unitatem: crede miraculum, & noli rationibus persicutari quod factum est. Noli miraculum solvere, (rationem invenire contendens. Non enim manet miraculum,) cujus ratio cognoscitur. Si rei factæ ratio nota est, non adhuc signum aut miraculum res illa quæ facta est. Si vero signum atque miraculum est, deterens rationes, suscipe fidem, & confitere unum dominum Jesum Christum, & Deum & hominem eumdem, neque intelligentia, neque rationibus divisum ne ea quæ unita sunt, rationibus separantes, dispensationem salutarem denegemus. Nam si unitio Dei & hominis per dispensationem cognoscitur, qui unitatem dividit, dispensationem negavit. Credamus ergo dispensationi, credamus miraculis: ut Christus quem credimus, hanc gratiam confitentibus regnum cœlorum largiatur. Quod utinam nos omnes adipisci mereamur (gratia Christi: cui gloria & potestas in sæcula sæculorum. Amen.)

A σύνοιαν· σὺ λέγεν Χριστὸν, τὸν αὐτὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον. ἐνοῶν σὺ καὶ νόει. εἰ δὲ λέγεις μὲν σὺ, ἐπινοεῖς δὲ δύο. τῷ λόγῳ σου πολεμοῦσαν ἔχεις τὴν σύνοιαν. μὴ οὖν λέγε δύο, διαφορᾷ τινὶ διῃρημένα, εἰ γὰρ συνεῖς τῷ λόγῳ, μὴ τέμνῃς τῇ σύνοιᾳ. εἰ δὲ τέμνεις ταῖς σύνοιαις, τὴν σύνεσιν ἤρνησαι. μὴ οὖν πρὸς φύσεις διῃρημένας καταγάγῃς τὸν λόγον, Θεοῦ τὴν ἄκραν θαυματουργήσαντος ἕνωσιν. πίστευε τῷ θαύματι, καὶ μὴ ἐρεύνα λογισμοῖς τὸ γινόμενον. μὴ καταλύσῃς τὸ θαῦμα, * οὗ ὁ λόγος γνωρίζεται. εἰ τὸ γενόμενον γνωρίζεις ὁ λόγος, οὐκέτι σημεῖον, οὐδὲ θαῦμα τὸ γεγονός. εἰ δὲ σημεῖον, καὶ θαῦμα, καταλιπὼν λογισμὸς, τὴν πίστιν ἀπόλαβε, ὁμολογῶν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ Θεὸν, καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτόν. οὐδὲ ἐπινοίαις, οὐδὲ λογισμοῖς διῃρημένον· ἵνα μὴ τὰ ἑνωθέντα λογισμοῖς διασήσαντες, οἰκονομίαν σωτήριον ἀρνησόμεθα. εἰ γὰρ ἕνωσις Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπου διὰ τῆς οἰκονομίας γνωρίζεται, ὁ τὴν ἕνωσιν διασήσας, τὴν οἰκονομίαν ἠρνήσατο. πιστεύσωμεν οὖν τῇ οἰκονομίᾳ, τοῖς θαύμασιν, ἵνα πιστευθεὶς ὁ Χριστὸς, τοῖς ὁμολογοῦσι ταύτην τὴν χάριν, βασιλείαν οὐρανῶν δωρήσηται· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν.

B

C

EJUSDEM THEODOTI ANCYRÆ episcopi homilia admodum pulchra, lecta in synodo, Cyrillo episcopo præsente, in natalem Salvatoris.

ILLUSTRIS præsentis solemnitatis est materia, communemque hominibus salutem afferens. Præclarus quoque est præsens hic conventus, oblatam gratiam animo neutiquam ingrato complectens. Solet autem uberior illis gratia conferri, qui cum cum gratiarum actione suscipiunt. Tanta enim donorum mensura præbetur, quanta eorum est gratitudo, qui ejusmodi donis potiuntur. Nam cum de accepto dono donatori gratias agis, non modo pro acceptis rependisti, verum etiam ad plura conferenda tibi donatorem obstrinxisti. Proinde cum gratiarum actione oblatam hanc gratiam suscipite, præsentemque solemnitatem nobis illustrem reddite. Causa autem festivitatis hujus est Dei inter homines manifestatio; adventus illius, qui semper adest; præsentia ejus, qui omnia implet; visitatio ejus, qui cuncta videt. *In propria venit*, inquit, *& sui eum non receperunt*, imo vero *in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit*. At hæc ignoratio non hominum accusationem habet. Deus enim ob naturæ suæ divinitatem humana cogitatione apprehendi non potest. Neque enim mortalium intellectus idoneus est ad illum intuendum: siquidem divina natura humanæ mentis captum effugit: sublimior est quam quæ nostro sensu attingi queat. Itaque propter naturæ excellentiam Dei notitia privamur:

D

Joan. 1.

E

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΘΕΟΔΟΤΟΥ

Ἀγκύρας ὡραῖος λόγος πάνυ, ἀναγνωσθεὶς ἐν τῇ συνόδῳ ἐπὶ τοῦ ἐπισκόπου Κυρίλλου, εἰς τὴν * γέννησιν τοῦ σωτῆρος.

* γέννησιν

ΛΑΜΠΡΑ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις, καὶ κοινὴν σωτηρίαν τοῖς ἀνθρώποις κομίζουσα· λαμπρὸς δὲ καὶ ὁ παρὼν σύλλογος, εὐχαριστίας τὴν χάριν ὑποδεχόμενος. καὶ δίδοται * δαψιλῶς ἡ χάρις τοῖς μετ' εὐχαριστίας αὐτὴν ὑποδεχομένοις. πόσον γὰρ τὸ μέγεθος τῆς δωρεᾶς παρέχεται, ὅσον τὸ μεγεθος τῆς εὐχαριστίας ἐστὶ τῶν κομιζομένων τὴν χάριν. ὡς ὅταν λαβὼν δωρεὰν εὐχαριστῇς τῷ δεδωκότι, οὐκ ἀπεδώκας ὑπὲρ ὧν ἔλαβες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀφειλέτην σοι πλείονων τὸν δοτῆρα πεποίηκας. εὐχαριστίας οὖν προσδέξασθε τὴν χάριν, λαμπρὰν ἡμῖν ταύτην τὴν πανήγυριν ἐπιδείξαντες. ὑπόθεσις δὲ τῆς ἑορτῆς ἐμφάνεια Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐστίν· ἐπιδημία τοῦ ἀεὶ παρόντος· ἐπαισθησία * τοῦ τὰ πάντα πληροῦντος· ἐποψία * τοῦ τὰ πάντα ὁρῶντος. εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, φησὶ, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. μᾶλλον δὲ, ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. ἀλλ' οὐ τῆς τῶν * ἀνθρώπων κατηγορίας ἡ ἄγνοια αὕτη. διὰ γὰρ θεότητα φύσεως ἀνέφικτος λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ἐστὶν ὁ Θεός. οὐ πέφυκε γὰρ νοῦς ἀνθρώπων αὐτὸν καθορᾷν. διαδιδράσκει τὴν ἀνθρώπων τὸν νοῦν ἡ θεία φύσις· ὑψηλοτέρα τῆς ἡμετέρων ἐστὶ λογισμῶν. ζημιώμεθα οὖν ἐξ ἀμείνονος φύσεως θεογνωσίαν, ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, ἀπαλαμβάνει

* παρόντα.
* παντα.
Joan. 1.
* ὅλων.

φύσιν

φύσιν ὁρωμένου ὁ ἀόρατος· δέχεται σῶμα ψηλαφώμενον ὁ ἀφῆ μὴ κρατουμένος. ὁ ἀόρατος Θεὸς, ὁρώμενος γίνεται. ὁ λόγος ψηλαφᾶται· ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ παῖς, συγχωρεῖ τῇ δούλων γίνεται, ἵνα μὴ θραλάσθῃ * τῷ γνώσιν τῆς ἀνθρώπων ἡ ὑπερβαίνουσα τὴν * ἀνθρωπον φύσις. καὶ μὴ νομίσῃς ἀλλότριον τὸ Θεοῦ τὸν υἱὸν γεγενημένον· πάλαι γὰρ ἡ Θεοῦ παρουσία προεμελετᾶτο· καὶ τοῖς τύποις ἀεὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐγνώσθη φαινόμενος, ὕλαις κεχρημένος ὁρᾶσθαι παρ' ἡμῶν δυναμένοις. ἐπεὶ παραχρήσθω Ἰουδαῖος εἰς μέσον, * ἐλθέτω ὁ θραπεύων τὴν τοῦ Θεοῦ ἐμφανείαν, φανείσης τοῖς ἀνθρώποις ἐν ἀνθρώπου φύσει. λεγέτω μοι, πῶς Μωϋσῆς εἶδε Θεόν. τῷ φύσιν εἶδε τῷ ἀόρατον; οὐδαμῶς. ἀνεφικτος γὰρ αὐτῇ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις. πῶς δὲ εἶδεν; εἰπέ. εἶδεν ἐκ τῆς βάτου ἀναπτόμενον πῦρ, καὶ τῷ βάτου * οὐ φθεῖρον. διὰ τί οὖν ἀπιστεῖς τὸ ἐκ παρθένου γεγεννημένῳ, καὶ τῷ * παρθενίαν μὴ φθείραντι; ἢ σὺ μὴ ἀκούων ὅτι ἐκ βάτου φθεγγεται Θεός, καὶ λέγει Μωϋσῇ· ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ, καὶ ὅτι πεσὼν Μωσῆς προσκυνεῖ, πιστεύεις. οὐ λογιζόμενος, τὸ πῦρ τὸ ὁρώμενον, ἀλλὰ Θεὸν τὸν φθεγγόμενον· ἔπειν δὲ μήτρας παρθενικῆς μνημονεύεσθαι, βδελύσῃ, καὶ * ἀποστρέφῃ; τί γὰρ ἀπελέστερον, εἰπέ, βάτος, ἢ μήτρα παρθενικὴ καθαρὰ τῆς ἁμαρτίας παθῶν; οὐκ οἶδας ὅτι τὰ ἀρχαῖα μελέτη τῆς νεωτέρων, καὶ τῆς νῦν γνωμένων ἐστί; τὰ γὰρ μυστήρια προτυποῦται διὰ τῆς παλαιῶν. διὰ τοῦτο βάτος ἀνάπτεται, πῦρ φαίνεται, καὶ τὸ πυρὸς οὐκ ἐνεργεῖ· οὐδὲ * καίει. ἄρα ἐν τῇ βάτῳ οὐχ ὁρᾷς τῷ παρθένον; ἄρα ἐν τῷ πυρὶ οὐ βλέπεις τῷ φιλανθρωπίαν τὸ παραγενόμενον; ὁ κριτὴς ἐν τοῖς κρινομένοις, καὶ κρίνεται· ὁ δικαστὴς ἐν τοῖς κατηδικοῖς, καὶ ἐδαμῶ τιμωρεῖται. ὁ κριτὴς ἑστὼς ὁ κρινῶν, ἀλλὰ * διδάσκων· οὐ κατηδικάζων, ἀλλ' ἰάζων. ὁρᾷς πῶς ἐκεῖνο τὸ * ἥμερον πῦρ τῷ ὧδε φιλανθρωπίαν ἐμιμήσατο; μὴ θαυμάσῃς, εἰ διὰ μήτρας παρθενικῆς Θεὸς ὢν τίκτεται· * οὐδὲ γὰρ ὕβρεν ἡγεῖται Θεὸς, ὃ * προξενεῖ ἐστι σωτηρίας τῆς ἀνθρωπίνης. σὺ δέ μοι μὴ ὅτως ἀπελῇ τῷ φύσιν τοῦ Θεοῦ ὑπολαβῆς, ὡς καὶ ἐφικτῷ ὕβρεσι χρήσθαι ποτέ. οὐδὲ γὰρ, ὧν εἵλετο δι' ἡμᾶς ἀπελῶν, ὑβρίζει τῷ φύσιν ἐκείνου· εἰκῆ δὲ τὰ ἐλάττονα, ἵνα σώσῃ τῷ φύσιν τῷ ἡμετέραν· ὅπειν οὖν τὰ μὴ ἀπελῇ τοῦ μακαρίου Θεοῦ τῷ φύσιν μὴ ὑβρίζῃ, σωτηρίας τε ἀνθρώποις ἐργάζηται, πῶς ἐρεῖς, τὰ αἴτια τῆς ἡμῶν σωτηρίας ὕβρεως προξενα τοῦ Θεοῦ γεγονέναι; ὤφθη τοίνυν Θεὸς σήμερον διὰ τῆς παρθένου, ἡ παρθένος ἔμεινε παρθένος, καὶ μήτηρ ἐγένετο. ὁ γὰρ ἀφθαρσίας χορηγός, φθορὰν οὐκ ἐργάζεται· ὁ ποιητὴς ἀφθαρσίας οὐδὲν διέφθειρεν.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ Φωτεινὸς ψιλὸν ἄνθρωπον λέγει τὸν γεγενημένον, * μὴ λέγων Θεοῦ εἶναι τόκον, καὶ τὸν ἐκ μήτρας προελθόντα, ἄνθρωπον

quod malum ne accideret, invisibilis visibilem naturam assumit: qui nulli patet tactui, corpus accipit palpabile: invisibilis Deus visibilis efficitur: Dei verbum contrectatur: unigenitus Dei filius cum servis suis generis communione jungitur, ne illa captum hominum excedens natura, hominum cognitionem fugeret. Neque vero existimes Filium a Deo factum alienum. Jamdudum enim Dei adventus præfignabatur, & semper humana specie conspectus est agnitus, elementis usus quæ a nobis videri possent. Alioqui prodeat in medium Judæus; accedat qui Deum humana natura indutum inter homines virum esse non credit: dicat mihi, quomodo Moyses viderit Deum, naturamne vidit invisibilem? Nullo modo; eam enim humana mens assequi non potest. Quomodo ergo vidit? dic obsecro. Ignem ex rubo ardentem, nec ipsum tamen rubum consumentem. Cur ergo ex virgine nato, virginemque incorruptam servanti fidem non habes? An tu Deum ex rubo loquentem audiens, Moysique dicentem: *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob*, & ipsum Moysen pronum adorantem, credis non ignem reputans qui cernebatur, sed Deum qui loquebatur; cum vero virgineum uterum memoro, abominaris & avertaris? Dic mihi, quid est vilius, rubusne, an uterus virgineus ab omni passione peccati purus? ignoras quæ antiquitus gesta sunt, recentiorum, eorumque quæ nunc contigerunt, esse meditationes? Namque mysteria veteribus illis typis præfigurata sunt. Quare rubus accenditur, ignis conspicitur, & tamen quæ ignis natura fert, non operatur. (Illuminat, non consumit; splendescit, non incendit; beneficium præstat, pœnam non affert.) Nonne virginem in rubo animadvertis? nonne illius, qui ad nos descendit, caritatem humanitatemque in igne contueris? Judex inter reos versatur, neque tamen judicium exercetur; Judex inter damnatos adest, neque ullo loco supplicium cernitur. Judex advenit non judicans, sed docens; non condemnans, sed sanans. Cernis quo pacto benignus ille ignis clementiam hic adhibitam indicarit? Ne mireris, si Deus Verbum ex utero virgineo nascitur. Deus enim nihil ignominiosum cuicit, quod humanam salutem conciliare natum est. Neque tu mihi Dei naturam ita vilem abjectamque arbitreris, ut aliquando injuriis obnoxia fuerit. Nihil enim abjectum aut vile, quod nostri causa assumpsit, illi naturæ ignominiam irrogat: sua fecit inferiora, ut nostram naturam salvet. Cum ergo humilia illa beati Dei naturæ nullam injuriam afferant, & humanam salutem operentur: quomodo dicere audes, quæ nobis salutis causa extiterunt, ea ignominiam Deo attulisse? Deus itaque hodie ex virgine apparuit, & virgo virginitatis integritate retenta, effecta est mater. Nam incorruptionis largitor corruptionem non efficit; incorruptionis auctor nihil corrupit.

Quia vero & Photinus purum hominem dicit qui natus est, Dei partum esse negans; & illum qui ex utero prodit, hominem a Deo distinctum esse contendit; exponat nobis

[A] hi nunc, qui fieri possit ut natura humana ex utero virgineo edita, virginale claustrum incorruptum conservarit. Nullius enim hominis mater virgo permansit. Cernis quomodo quod natum est, duplicem de ipso nato sensum nobis offerat? Nam si more nostro natus est, homo utique est. Si vero matris integritatem illæsam conservavit, apud recte ratiocinantes Deus esse qui natus est cognoscitur. Deus enim in mundum advenit non de loco in locum commigrans, sed naturam meam assumens; &, ut dixi, videri volens, qui natura sua est invisibilis. Itaque ex partu accepit initium non ut Deus esset, sed ut ab hominibus videri inciperet. [B] Nam cum Deus esset, voluit homo fieri propter suam in nos clementiam, ut nos ipsum * creatorem perinde atque cognatum amplecteremur; ut per ipsum fiduciam conciperemus, qui propriarum actionum qualitate premebamur. Etenim cum ad tribunal trahuntur qui propriarum virtutum præsidiis niti non possunt, tanquam ex cognati sui meritis fiduciam sumunt. Quid igitur? Advenit Deus ut homo, non de loco in locum transmigrans: sed invisibilem naturam visibilem exhibens, & ut homo visus & hominibus cognatus apparens, sicut etiam evangelista prædicat dicens: *Verbum caro factum est*. Sed dicet aliquis: Quomodo fieri potest ut Deus Verbum homo fiat? [C] Modum quæris miraculorum Dei? Si rationis hujus incomprehensibilitas a nobis posset comprehendi, miraculum utique non esset, sed res secundum naturam. Si vero quod factum est, signum est ac miraculum, facti rationem miraculorum auctori Domino relinque. Nam factum esse scire te volo, lucrumque ex eo quod factum est, fide percipere; quomodo autem factum sit, effectori relinquito. An tu medico præcipienti credis, salutemque tuam arti permittens, medicinæ rationem curiose non perquiris: sed neque alius quispiam artis rudis, artificis rationes investigat, sed opus ipsum agnoscens, facti rationem arti committit: tu vero om- [D] nium divinorum miraculorum rationes perscrutaris, quasi ideo rationibus indigeas, ut tu quoque eadem cum Deo ipsa miracula facias? Sed quod dixi, iterum repeto: rei, cujus rationem cognoscimus, ejus naturam neque miraculum esse, neque signum. Verbi gratia: Faber ædificat domum; ædificii rationem agnoscimus, materias simul compositas cernimus, rem factam eloqui possumus, etiamsi propter imperitiam idonei operarii non simus. Unigenitum Dei Verbum cæco a nativitate de luto formavit oculos: hoc supra nostram est rationem, cumque humana ratione pervestigari non queat, miraculum appellatur: factum præter consue- [E] tum naturæ cursum, signum vocatur; & quod factum quidem est, novimus, modum autem effari non valemus. Ex luto siquidem vas fictile aut later conficitur, non oculorum elegantia formatur, non tenues illæ membranulæ fiunt, non * pupillæ decor aut varietas constituitur, non ipsius circumferentiæ artificium tanta cum coloris venustate efformatur. Lutum enim in oculorum nobilitatem (nostra arte) quod evehatur aptum non est. Itaque quod terræ natu-

Margin: iudicem. — Joan. 1. — vel varie

[A] * ὑποτίθεται διηρημένον Θεοῦ, λεγέτω μοι νῦν πῶς φύσις ἀνθρωπίνη διὰ μήτρας παρθενικῆς τικτομένη, * τὴν παρθενίαν τῆς μήτρας ἐφύλαξεν ἄφθαρτον; οὐδενὸς γὰρ ἀνθρώπου μήτηρ παρθένος μεμένηκεν. ὁρᾷς πῶς διττὴν ἔννοιαν περὶ τοῦ τεχθέντος παρέχει μοι τὸ γεγενημένον; εἰ μὲν γὰρ καθ' ἡμᾶς ἐτέχθη, ἄνθρωπος ἦν· εἰ δὲ τὴν μητέρα παρθένον ἐφύλαξε, Θεὸς ὁ τεχθεὶς τοῖς εὖ φρονοῦσι γνωρίζεται. Θεὸς γὰρ ἐπεδήμησε τῷ κόσμῳ, οὐ τόπον ἐκ τόπου μεταβὰς, ἀλλὰ φύσιν περιθέμενος τὴν ἐμήν· καὶ ὡς εἶπον, ὀφθῆναι θελήσας ὁ τὴν φύσιν ἀόρατος. ὥστε οὐκ ἔσχεν ἀρχὴν τοῦ εἶναι Θεὸς ἐκ τοῦ τό- [B] κου, ἀλλὰ τοῦ φανῆναι ἀνθρώποις. ἐπειδὴ γὰρ Θεὸς ἦν, ἄνθρωπος γενέσθαι προείλετο διὰ φιλανθρωπίαν τὴν περὶ ἡμᾶς, ἵνα ἡμεῖς τὸν * κτίστην, ὡς συγγενῆ περιπτυξώμεθα· ἵνα ἔχωμεν θαῤῥεῖν, οἱ ἐξ οἰκείων κατορθωμάτων παῤῥησίαν οὐκ ἔχοντες. ἐπὶ γὰρ τοῦ βήματος ἀχθέντες οἱ ἐξ οἰκείων ἀρετῶν μὴ παῤῥησιαζόμενοι, ὡς ἐκ συγγενοῦς ἰδίου καρποῦνται τὴν παῤῥησίαν. τί οὖν; ἐπιδημεῖ Θεὸς ὡς ἄνθρωπος, οὐ τόπον ἐκ τόπου ἀμείβων· ἀλλὰ τὴν ἀόρατον φύσιν ἐπιδεικνὺς ὁρατήν. καὶ ὀφθεὶς ὡς ἄνθρωπος, καὶ συγγενὴς ἀνθρώποις φανείς· καθὼς καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἀνακηρύττει λέγων· ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. καὶ πῶς φησὶν, ὁ λόγος [C] ἐγένετο σάρξ; πῶς δυνατὸν τὸν Θεὸν λόγον γενέσθαι ἄνθρωπον; ἐρωτᾷς τὸν τρόπον τῶν τοῦ Θεοῦ θαυμάτων; εἰ ἐφικτὸν ἦν ἡμῖν τὸ ἀκατάληπτον τοῦ λόγου, οὐκ ἦν θαῦμα, ἀλλὰ κατὰ φύσιν πρᾶγμα. εἰ δὲ θαῦμα καὶ σημεῖον τὸ γεγενημένον, παραχώρει τὸν λόγον τῷ θαυματουργοῦντι δεσπότῃ. ὅτι γὰρ ἐγένετο, γνῶναί σε βούλομαι, καὶ τὸ ἐκ τοῦ γενομένου κέρδος τῇ πίστει καρπώσασθαι· πῶς δὲ γέγονε, τῷ ἐνεργοῦντι παραχώρει. ἢ σὺ τῷ μὲν ἰατρῷ πιστεύεις προστάττοντι, καὶ οὐ περιεργάζῃ τὸν τρόπον τῆς θεραπείας, πιστεύων τῇ τέχνῃ τὴν σαυτοῦ σωτηρίαν· ἀλλ' οὐδὲ ἄλλος τις ἄτεχνος ὢν τῆς τοῦ τεχνίτου [D] περιεργάζεται τρόπον. ἀλλὰ γνωρίζει μὲν τὸ γενόμενον, τὸν δὲ τρόπον τῇ τέχνῃ παραχωρεῖ· σὺ δὲ πάντων τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεθαυματουργημένων τοὺς λόγους ἐπιζητεῖς, ὡς χρήζων τῶν λόγων, ἵνα τι αὐτὸ τῷ Θεῷ θαυματουργῇς καὶ σύ; ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, καὶ νῦν λέγω· πράγματος, οὗ τὸν λόγον ἐπιγινώσκομεν, τούτου ἡ φύσις οὐ θαῦμά ἐστιν, οὐδὲ σημεῖον. τοσοῦτό τί ἐστιν, ὃ λέγω· οἰκοδόμος κτίζει οἶκον· τὸν λόγον γινώσκομεν, τὰς ὕλας συντεθείσας γνωρίζομεν, λέγειν τὸ γεγενημένον δυνάμεθα. εἰ καὶ δι' ἀτεχνίαν ἐνεργεῖν οὐκ ἐσμὲν ἱκανοί. ἔπλασε τῷ ἐκ γενετῆς τυφλῷ ὀφθαλμοὺς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος ἐκ πηλοῦ· [E] τοῦτο ὑπὲρ λόγον ἐστὶ τὸν ἡμέτερον. θαῦμα καλεῖται, λογισμοῖς ἀνθρώπων οὐχ ἑρμηνευόμενον. σημεῖον καλεῖται ὑπὲρ τὴν συνήθη φύσιν γεγενημένον· καὶ ὅτι μὲν ἐγένετο, ἴσμεν, τὸν δὲ τρόπον λέγειν οὐκ ἔχομεν. ἐκ πηλοῦ μὲν γὰρ κέραμος, καὶ πλίνθος κατασκευάζεται, οὐκ ὀφθαλμῶν εὐγένεια πράττεται, οὐχ ὑμένες λεπτοὶ γίνονται, οὐχ ὁράσεως ποικιλία συνίσταται, οὐ περιφερείας ἀκρίβεια μετὰ τοσαύτης εὐχροίας τορνεύεται· πηλὸς οὐ πέφυκεν εἰς ὀφθαλμῶν ἀναχθῆναι εὐγένειαν. οὐκοῦν ὅπερ ἡ φύ-

φύσις τῆς γῆς οὐκ ἐπιδέχεται, ὁ γὰρ πέφυκεν ἐπιδέχεσθαι ὀφθαλμῶν τὴν ἰδέαν, ταύτην ἐδέξατο τὸ θαυματουργοῦντος πρὸς τὸ ἑαυτοῦ θέλημα τὴν φύσιν ἑλκύσαντος, οὐκ αὐτοῦ δουλεύοντος τῷ λόγῳ τῆς φύσεως. μηκέτι οὖν εἰς ἀνθρωπείαν ἀνθρωπίνης καταπέσῃς φύσεως. μηδὲ λέγε· πῶς ἀνθρώπου φύσις ἐχώρησε τὸν Θεόν; πῶς Θεὸς γέγονεν ἄνθρωπος; πῶς Θεὸς λόγος σὰρξ ὁρωμένη γεγένηται; ἀλλ' ὅτι μὲν γέγονε, πίστευε· τὸν δὲ τρόπον εἰδέναι, δὸς τῷ πεποιηκότι· εἰ δὲ θέλεις καὶ ἐξ ὑποδείγματος σαφηνίσω τὸ προκείμενον, ἐγὼ δείξω σοι, πῶς τὸ ἀσώματον σωματοῦται, τὸ ἀόρατον ὁρᾶται, τὸ ἀψηλάφητον ψηλαφᾶται, ὁ τῇ εἰκείᾳ φύσει μεταβλη- B θεὶς, ἀλλὰ ἀναλαβὼν σχῆμα ὁρώμενον, καὶ ψηλαφώμενον. ὁ λόγος οὗτος, ὁ προφορικὸς ἐκ τῶν ἀνθρώπων φημί, ᾧ κεχρημένοι ἀλλήλοις τε συγγινόμεθα, καὶ τὰ ἐνθύμια ἀλλήλοις ἑρμηνεύομεν, λόγος ἐστὶν οὐ ὁρώμενος, ἀλλ' οὐδὲ χειρὶ ψηλαφώμενος, ἀκοῇ δὲ μόνον ἐνηχούμενος· ἀλλ' ἐπειδὰν τὸν προφορικὸν λόγον ὑπόδειγμα τοῦ ἐνυποστάτου Θεοῦ λόγου φέρω, μὴ νομίσῃς με προφορικὸν λέγειν τὸν Θεοῦ λόγον· ἄπαγε. λόγος γὰρ εἴρηται ὁ μονογενής, ἑρμηνευούσης τῆς θείας γραφῆς τὸ ἀπαθὲς αὐτοῦ τῆς γεννήσεως. ἐπειδὴ καὶ νοῦς ἀνθρώπου ἀπαθὴς τίκτει τὸν λόγον. διὰ τοῦτο ὅτι μὲν υἱὸν αὐτὸν προσαγορεύει τοῦ πατρὸς, ὅπου δὲ λόγον ὀνομάζει, ἔπεσθαι ἀπαύγασμα καλεῖ ἡ θεία γραφή· ἕκαστον τούτων τῶν ὀνομάτων περὶ αὐτοῦ λέγουσα. ἵνα νοῦς τὰ περὶ Χριστοῦ λεγόμενα, βλασφημίας ἐκτὸς. ἄλλοτε γὰρ ἄλλαις περὶ αὐτοῦ προσηγορίαις ἐχρήσατο, ἁρμοσμένως δόξῃ Θεοῦ τὴν διδασκαλίαν ποιήσασθαι θέλουσα. οἷον τί ἐστιν ὃ λέγω. υἱὸν καλεῖ τὸν πατρὸς * μονογενῆ, τὸ ὁμοούσιον τοῦ δόξῃ παρασῆσαι θελήσασα· ἐπειδὴ γὰρ ὁ σὸς υἱὸς τῆς αὐτῆς σοι φύσεως γεγένηται, βουλόμενος ὁ λόγος μίαν οὐσίαν δεῖξαι πατρὸς, καὶ υἱοῦ, λέγει υἱὸν τοῦ πατρὸς, τὸν ἐξ αὐτοῦ * γεννηθέντα μονογενῆ. εἶτα ἐπειδὴ γέννησις, καὶ υἱὸς ἐφ' * ἡμῶν ἐμφασιν παρέχει τοῦ κατὰ τὴν γέννησιν παθοῦς, τοῦτον τὸν υἱὸν προσαγορεύει λόγον, τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως τῷ ὀνόματι τούτῳ δηλῶν. ἀλλ' ἐπειδὴ πατὴρ τις γενόμενος, ὡς ἄνθρωπος, ὁμολογουμένως προβύτερος τοῦ ἰδίου υἱοῦ ἐπιδείκνυται, παρέχουσης τῆς προσηγορίας * αὐτῆς, προεπιστοῦν τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα, ἵνα μὴ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς θείας φύσεως ὑπολάβῃς, συνυπάρχοντα δὲ τῷ πατρὶ τὸν μονογενῆ νοήσῃς δίκαιον, ἀπαύγασμα καλεῖ τὸν μονογενῆ τοῦ πατρός. τὸ γὰρ ἀπαύγασμα τίκτεται μὲν ἐξ ἡλίου, εὐθὺς δὲ νοεῖται ἡλίου μεταγενέστερον· ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου ὁ ἥλιος, ἐκ τούτου καὶ τοῦ ἡλίου τικτόμενον τὸ ἀπαύγασμα νοοῦμεν. τὸ οὖν συνυπάρχειν ἀεὶ τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, μηνύει σοι τὸ ἀπαύγασμα· τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως δηλοῖ ὁ λόγος. τὸ ὁμοούσιον ὁ υἱὸς γνωρίζει.

Ἀλλ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ προκείμενον, καὶ τὸ σήμερον πεχθεῖσαν Θεοῦ λόγου δηλώσωμεν τὴν ἐμφάνειαν, καὶ διὰ ὑποδείγματος ἐπιδείξωμεν, πῶς

* ex unigenito,

* γεννηθέντα μονογενῆ.

* ἡμῶν.

Ἐβρ. α.

A ra non patiebatur (non enim apta erat quæ oculorum formam susciperet) eam suscepit, ipso miraculorum patratore naturæ legi non serviente, sed naturam ad suæ ipsius voluntatis nutum rapiente. Quapropter ne ad humanæ naturæ infirmitatem ultra corruas, neque dixeris: Quomodo humana natura Deum potuit capere? quomodo Deus factus est homo? quomodo Deus verbum * in carne visibili apparuit, sed factum esse crede, modum vero & rationem scire factori relinque. Quod si exemplo aliquo propositam rem nos declarare cupis, equidem ostendam qua ratione incorporeum corporescat: & invisibile, visibile fiat; & impalpabile, contre- B stabile evadat, propria natura non demutata, sed figura visibili & contrectabili sumpta. Verbum hoc, prolatum inquam ab hominibus, quo utimur dum sermones inter nos habemus, & cogitationes adinvicem explanamus, verbum est, quod neque oculis cerni, neque manu valeat apprehendi, sed auditu dumtaxat percipi. Verumtamen dum verbum hoc nostrum prolatitium in subsistentis Dei Verbi exemplum assumo, nemo existimet nos Dei Verbum prolatitium dicere, absit. Nam Dei Filius Verbum nominatur, nativitatis ipsius impatibilitatem insinuante divina scriptura, quoniam & humana quoque mens impatibiliter verbum suum C generat. Quamobrem scriptura sacra modo Patris Filium illum appellat; nonnunquam Verbum nominat: interdum etiam Patris splendorem vocat: quolibet horum nominum eo fine ipsum appellans, ut quæ de Christo dicuntur, citra blasphemiam intelligas. Alias enim aliis nominibus ipsum designat, ut Dei gloriæ convenientem doctrinam tradat. Exempli causa. Naturæ consubstantialitatem adstruere volens, ipsum unigenitum vocat Patris Filium. Quia enim tuus filius ejusdem tecum nascitur naturæ, ideo unam eamdemque Patris & Filii substantiam esse scriptura ostendere volens, unigenitum ex Patre natum, Patris Filium D appellat. Deinde vero, quoniam generatio & Filius, passionem quæ in generatione accidit, apud nos denotant, ideo hunc Dei Filium, Verbum etiam nominat, nativitatis impatibilitatem nomine hoc exprimens. Quia vero quivis pater effectus quatenus homo citra ullam controversiam filium suum ætate antecedit, (nam ipsum paternitatis vocabulum id secum ferit, ut pater ante filium extitisse intelligatur:) ne hoc ipsum divinæ quoque naturæ accidisse suspiceris, sed ipsum unigenitum cum Patre semper existere confitearis; unigenitum Dei Fi- Heb. 1. lium Patris splendorem vocat. Splendor E namque e sole quidem producitur, non tamen intelligitur sole posterior; sed ex quo sol est, ex tunc splendorem a sole profectum cogitamus. Coexistere itaque semper Patri Filium, splendoris vocabulum tibi denunciet: generationis impatibilitatem Verbum ostendat; consubstantialitatem Filius insinuet.

* caro visibilis factus est?

Sed jam ad institutum redeamus, & Verbi hodierno die nati manifestationem ostendamus, exemploque declaremus quo pacto id quod natura sua cerni nequit fiat

visibile, quodque ob incorpoream natu-
ram palpabile non est, evadat palpabi-
le. Verbum igitur hoc, quod proferi-
mus, quo in mutuis colloquiis utimur,
verbum est incorporeum, nec visu nec
tactu percipi natum. At ubi verbum hoc
literas induit & elementa, mox visibile
factum tam visu hauritur quam tactu de-
prehenditur. Pone enim quempiam cum
alio loquentem: num procedens videtur
verbum? num manu tractamus prolatum
verbum? Si autem quæ dicebantur, in
charta scripseris; quod prius non vide-
bas, postea vides; & quam sermonis for-
mam antea contrectare non poteras, eam
per chartam & characteres jam contre-
ctabis. Quid ita? Quia verbum incorpo-
reum, corpus chartæ, elementorumque
figuras induit. Cum ergo exemplum jam
adductum dilucidum sit, eoque exemplo
satis usitato sis admonitus; age ostende-
damus quo pacto unigenitus Dei Filius
Deus Verbum incorporeæ naturæ perin-
de ac Pater ante omnia sæcula naturali-
ter existens, humana natura postea sibi
ascita, per virginem ortus sit, non ut
Deus esset, sed ut homo appareret, ini-
tium sumens. Neque enim mihi dicas:
Cum unigenitus natus sit ex Patre, quo-
modo rursus nascitur ex virgine? Ex Pa-
tre natus est secundum naturam, ex vir-
gine nascitur propter dispensationem: hinc
ut Deus, isthinc nascitur ut homo. Nam
& tuum quoque verbum mentis tuæ pro-
les est. At posteaquam verbum istud,
quod mens tua peperit, elementis & li-
teris voluerit exprimere, & in charta ef-
formare, manu literas describis, & ver-
bum tuum quodammodo per manum de-
nuo paris: non quod tum sui esse ini-
tium sumat cum per manum scribitur;
aut quod tunc demum, quando manus
literas effingit, existere incipiat, (jam
enim ante ex mente natum erat;) sed
quod tunc verbum per manum literas fin-
gentem initium ut cerni queat accipiat.
Cum ergo exemplum hoc evidens exi-
stat, nostrisque imaginem gerat, age,
similitudinem hanc ipsi prototypo adapte-
mus. Hic itaque cernis mentem, ibi con-
sidera Patrem: hic verbum ex mente pro-
ductum agnoscis, ibi Verbum essentiale
subsistensque ex Patre natum contempla-
re: hic manum per literas verbum pa-
rientem conspicaris, ibi intellige virginem
per corpus Verbum generantem: non quod
ea suo partu divinitati initium dederit;
absit; sed quod Deum inhumanatum hu-
manis aspectibus conspicuum reddiderit.
Quia enim id factus est quod ego, neces-
sario natus est sicut ego, cum mea na-
tura generationem quoque meam consequen-
ter admittens. Quamobrem & generationem
sibi Deus Verbum ascivit, & matrem eli-
gens virginem, procedit per uterum virgini-
tate decoratum. Nihil enim Deus ex iis
avertatur quæ formavit: quandoquidem ni-
hil operis ab eo factum est, quod ipso sit
indignum. Omnia namque bona, & qui-
dem valde bona, si ea intueamur ut con-
ditor jam facta intuitus est. *Vidit enim Deus
omnia quæ fecerat, & ecce bona valde.* Omnia

A τὸ τῇ φύσει μὴ ὁρώμενον, ὁρώμενον γίνεται, καὶ
τὸ μὴ ψηλαφώμενον δι' ἀσώματον φύσιν, δεύτε-
ρον ψηλαφώμενον. ὁ λόγος τοίνυν οὗτος, ὃν
προφέρομεν ταῖς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίαις, ὅπερ
κεχρήμεθα, λόγος ἐστὶν ἀσώματος, ὁ τῇ ὄψει
φανόμενος, * οὐ χρῇ ψηλαφώμενος· ἀλλ' ἐ-
πειδὰν ὁ λόγος σαδύσηται γράμματα, καὶ στοι-
χεῖα, φανόμενος γίνεται, ὄψει καταλαμβάνε-
ται, ἁφῇ ψηλαφᾶται. ὑπόθες γὰρ μοί τινα φθεγ-
γόμενον πρός τινα· μὴ ὁ προϊὼν ὁρᾶται λό-
γος; μὴ τῇ χειρὶ ψηλαφῶμεν τὸν προχεόμενον
λόγον; ἐὰν δὲ ἃ εἴπον, ἐν χάρτῃ γράψῃς,
ὃ πρότερον οὐ χρῆς ἑώρας, ὕστερον ὁρᾷς. καὶ ὅπερ οὐκ
B ἐψηλάφας πρότερον εἶδος τοῦ λόγου, τοῦτο ὁρᾷς
τοῦ χάρτου ψηλαφᾷς τε τῶν γραμμάτων. τίνος ἕ-
νεκεν; ὅτι ὁ ἄσωματος λόγος τὸ σῶμα τοῦ χάρ-
του, καὶ τὸ σχῆμα τῶν στοιχείων ἐνδέδυται. οὐκοῦν
ἐπειδὴ σαφὲς τὸ ὑπόδειγμα γέγονε, καὶ ὑπεμνή-
σθης τῷ ὑποδείγματι τῷ χρωμένῳ κατὰ σωνή-
θειαν, φέρε δείξωμεν πῶς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ
Θεοῦ, ὁ Θεὸς λόγος, ὁ προαιώνιος * σιωνῶν
τῷ πατρὶ, ἄσωματος ὢν τῇ φύσει, ἀνθρώπου
φύσιν οἰκειωσάμενος ὕστερον, ἐπέχθη δι' παρ-
θένου, οὐκ ἀρχὴν λαβὼν τοῦ εἶναι Θεὸς, ἀλλ'
ἀρχὴν λαβὼν τοῦ φανῆναι ἄνθρωπος. μὴ γὰρ
εἴπῃς· ἐπειδὴ παρὰ τοῦ πατρὸς γεγέννηται ὁ μο-
C νογενὴς, πῶς ἐπέχθη πάλιν ἐκ παρθένου; ἐκ
τοῦ πατρὸς γεγέννηται τῇ φύσει, ἐκ παρθένου
γεννᾶται δι' οἰκονομίαν· ἐκεῖθεν ὡς Θεὸς, τοῦ-
τον ὡς ἄνθρωπος. ἐπεὶ καὶ ὁ σὸς λόγος γέννη-
μά ἐστι τῆς σῆς διανοίας. ἀλλ' ἐπειδὰν τὸν λό-
γον τοῦτον, ὃν ἔτεκεν ὁ σὸς νοῦς, ἐνθεῖναι θε-
λήσῃς καὶ στοιχείοις, καὶ γράμμασι, καὶ ἐκτυπῶσαι
βουληθῇς τῷ χάρτῃ, χειρὶ γράφεις τὰ γράμματα· καὶ ὥσπερ τινὰ πάλιν δι' τῆς χειρὸς τίκτεις τὸν λόγον, ὃ τότε λαβόντα τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι, ὅτε διὰ χειρὸς ἐγράφη· οὐδὲ τότε προελθόντα εἰς τὸ εἶναι, ὅτε ἡ χεὶρ * ἐτύπωσε τὰ γράμματα· ἀλλ' ἐκ μὲν τοῦ νοῦ γεγέννηται, τοῦ
D δὲ φανῆναι τὴν ἀρχὴν ἐκ τῆς χειρὸς ὁ λόγος ἐδέξατο τυπώσης τὰ γράμματα. ἐπεὶ οὖν τὸ ὑπόδειγμα σαφὲς, καὶ ἡ εἰκὼν γνωριμωτάτη γεγένηται, φέρε τῷ * πρωτοτύπῳ ἐφαρμόσωμεν τὴν εἰκόνα· ὧδε νοῦν, ἐκεῖ νοῦν πατέρα· ὧδε λόγον ἐκ τοῦ νοῦ γνωσθέντα τικτόμενον, ἐκεῖ λόγον οὐσιώδη, καὶ ὑποστατικὸν ὑπάρχοντα. ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον· ὧδε χεῖρα βλέπεις διὰ γραμμάτων τίκτουσαν λόγον, ἐκεῖ νοῦν παρθένον διὰ τοῦ σώματος τὸν λόγον ἐδέξαντο· οὐχὶ τὴν ἀρχὴν * θεότητος δεῖσαν διὰ τοῦ τόκου· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τὸ φανῆναι Θεὸν ἀνθρώποις γενόμενον ἄνθρωπον. ἐπειδὴ γὰρ ἐγένετο ὅπερ ἐγὼ, ἀναγκαίως ἐπέχθη καθάπερ * κἀγὼ, μετὰ τῆς ἐμῆς φύσεως καὶ τὸν ἐμὸν τόκον ἀναγκαίως αἱρούμενος διὰ τοῦτο καὶ γεννήσιν ᾠκειώσατο ὁ Θεὸς λόγος. καὶ μητέρα ἠσπάσατο τὴν παρθένον· καὶ διὰ μήτρας ἦλθε κοσμουμένης τῇ παρθενίᾳ. οὐδὲν γὰρ, ὧν ἔπλασεν, ὁ Θεὸς βδελύττεται· ἐπειδήπερ οὐδὲν ἀναξιον αὐτοῦ τῶν ἔργων ἐγένετο. πάντα καλὰ, καὶ καλὰ λίαν. ἐὰν τοῖς ἴδωμεν ὡς ὁ πλάσας εἶδε γεγενημένα. εἶδε γὰρ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. ἀπαθέστι βλέπε

* ὃ τῷ ὄνομ.

* τῷ ὄνομ.

* ἐτύπου.

* πρωτοτύπου.

* Gen. 1. 31.

τε πάντα τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ εἰ ὡς ὁ Θεὸς αὐτὰ βλέπεις, λίαν καλά· ἀφέλεσον τὸ πάθος, καὶ γνωρίσεις τὴν ἀξιόλογον τοῦ γενομένου· τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ ἐν ἰδίῳ ἔργῳ, καὶ οἴκῳ κατασκηνῶσεν ὁ Θεός;

Σὺ δὲ λέγεις, ἀξίως μὲν αὐτὸν ἐν οὐρανοῖς κατοικεῖν· ἀναξίαν δὲ μονὴν αὐτοῦ τὸν ἄνθρωπον οἴει, κρίνων τὰ πράγματα οὐ τῇ ἀληθείᾳ τῷ λόγῳ, ἀλλὰ τῷ πάθει, καὶ τῇ προλήψει. τί γὰρ ὑψηλότερον, εἰπέ μοι, οὐρανὸς, ἢ ἄνθρωπος; μὴ γάρ μοι τῇ τῷ στοιχείων πρόσχῃς λαμπρότητι, μηδὲ διὰ τὴν ἀξιόλογον προκείνης τὴν φύσιν· μηδὲ τὴν ἐκπηδῶσαν μαρμαρυγὴν τοῦ ἡλίου καταπλαγῆς, μηδὲ, ὅτι ἐγὼ δέρματι, καὶ κρέασι ἐνδέδυμαι κατὰ τὸν Θεῖον Ἰώβ· ἀλλὰ λογικῆς ψυχῆς τὴν ἀξιόλογον σκόπησον, βλέπε τὴν ἀνθρώπου κατασκευὴν, καὶ θαύμασον τὸ ζῶον. νοῦν ἔχει πάντων ζώων κρατεῖν τε, καὶ ἄρχειν δυνάμενον· χεῖρας ἔλαβεν ὑπηρετουμένας τοῦ νοῦ τῇ σοφίᾳ, ὄργανα παντοδαπῆς τέχνης δημιουργά. μόνον τῷ κτιζομένων πάντων ἐλεύθερον ἀνάγκης γέγονε· κύριον γνώμης ἰδίας μόνον τὸν ἄνθρωπον ἔκτισεν ὁ Θεός. οὐχ ὁρᾷς ἥλιον ἠναγκασμένους ἕξοντα δρόμους; οὐ βλέπεις μονοειδῆ αὐτοῦ τὴν φορὰν; διὰ τί; ἐπειδὴ γνώμης ἰδίας οὐ γέγονε κύριος. σὺ δὲ προέρχῃ ἐλεύθερος. πράττεις ὃ βούλει, οὐκ ἔχεις ἀνάγκην ὠθοῦσάν σε βίᾳ, ἐλεύθερος τῇ ψυχῇ κατέστης. ἥλιος δοῦλος ἀνάγκης. ἄνθρωπος δὲ τὴν γνώμην ἐλεύθερος. τίς οὖν ἀμείνων εἰπέ μοι, ὁ δοῦλος, ἢ ὁ ἐλεύθερος; ὁ ὑπὸ ζυγὸν ἀνάγκης, ἢ ὁ πάσης ἀνάγκης * ἀπολυτος; οὐδὲν θαυμαστὸν, οὐδὲ παράδοξον, εἰ ἐν ἀνθρώπῳ ὤκησεν ὁ Θεός, ὃν ἰδίαν εἰκόνα ἐνθὺς πλάσας ἠσπάσατο. τὴν γὰρ περὶ τὸν ἄνθρωπον πρόθεσιν ὁ Θεὸς ἐνθὺς ἐν προοιμίοις τῆς κτίσεως ἐπεδείξατο. χοῦν μὲν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πλάσας αὐτόν· εἰκόνα δὲ καταστήσας τῆς ἰδίας θεότητος. διὰ τί οὖν ὃν ἔμελλε τῇ καταστάσει τιμᾶν, ὅπως ἐξ ἐνδεοῦς φύσεως ἔπλασε; ἵνα τὶ μὴ ἀπὸ τῆς λαμπρότητος τοῦ ἡλίου λαβὼν, ἐποίησεν αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἀπὸ γῆς, καὶ χοὸς αὐτὸν ἐξαπλάττει, τοῦ κάτω κειμένου, καὶ πατουμένου στοιχείου; τίνος ἕνεκεν, θέλεις μαθεῖν; ἐπειδὴ τῇ ἑαυτοῦ εἰκόνι ἔμελλε τιμᾶν τὸν ἄνθρωπον, ἐνδεῆ αὐτῷ δίδωσι τὴν φύσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς τιμῆς μὴ ἐπαίρῃ τὸν ἄνθρωπον εἰς ἀπόνοιαν· ἵνα ἐπὶν ὑπὲρ τὴν φύσιν τιμήσῃ, σύσταλῇ τῇ μνήμῃ τῆς φύσεως, καὶ γνωρίσῃ τὸ μέγεθος τῆς τιμῆς, ἢ τῆς αὐτοῦ ἀξίας, ἀλλὰ τῆς χάριτος τοῦ δεδωκότος. οἰκοῦν καὶ τοῦτο φιλανθρωπία τοῦ κατασκευάσαντος ἦν, τὸ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ἐκ γῆς ἔχειν τὴν φύσιν· ἐνέχυρον γὰρ εἶχε τὴν φύσιν μετεῖναι φροντίδος. ὥστε ἐνδοξότερον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, εἰ καὶ ὕστερον ἐβεβάθη τοῖς ἐπεισελθοῦσι παθήμασι. μὴ γὰρ αὐτὸν ἴδῃς προσκεχρεωκότα, ἀλλὰ τὸ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τῆς εἰκόνος τοῦ Θεοῦ τὴν ἀξιόλογον λόγισαι. τί οὖν ἐξαπελίζεις τὸν ἔκπτωτον, τῆς πρώτης αὐτοῦ καταστάσεως ἐπιλελησμένος, καὶ τὴν τιμὴν τὴν ἀρχαίαν ὁ λογιζόμενος, ἵν' αὖθις πάλιν μετὰ πολλῆς τῆς φιλοτιμίας * ἀποδίδωσιν ὁ Θεὸς, ἐνώσας ἑαυτῷ τὴν ἰδίαν εἰκόνα; οὐ-

Ἰώβ. 10.

ἐλεύθερος.

Γενέσ. 1. 26

A quæ aspicis, oculo a perturbationibus immuni aspice; & si ut ipse Deus ea videbis, omnia esse valde pulchra deprehendes. Abjice passionem, & in Dei opere nobilitatem comperies. Quid ergo mirum est, si Deus in proprio opere ac domo habitare voluerit?

Sed dicis, decenter illum quidem in cœlis habitare: sed hominem indignam ipso habitationem putas, non veritate rationum, sed sola passione, anticipataque opinione rei naturam judicans. Dic quæso, quid sublimius, cœlumne, an homo? Non mihi jam elementorum splendorem attendas; non propter coloris elegantiam rerum naturas præferas; non coruscantis solis radios obstupescas; non B te moveat, quod ego, juxta divinum Job, pelle & carne indutus sum: sed rationalis animæ excellentiam considera, hominis constitutionem contuere; ita hoc animal admirabere. Mentem habet, qua ceteris omnibus animantibus dominari ac imperare potest. Manus fortitus est mentis intelligentiæ administras, quibus tanquam instrumentis omne artificii genus operatur. Solum hoc animal inter cetera omnia a coactione liberum conditum est: solum hominem suæ voluntatis dominum creavit Deus. Nonne cernis solem necessitate adactum volvi? nonne constantem, semperque sibi similem illius conversionem advertis? Cur autem hoc? Quia C suæ voluntatis non habet arbitrium: tu vero procedis liber, facis quod lubet; necessitatem quæ te per vim impellat, nullam pateris; animo constitutus es libero. Sol famulatur necessitati; homo voluntatem fortitus est liberam. Quis ergo, dic mihi, præstantior est, servus, an liber? necessitatis jugo subjectus, an ab omni necessitate immunis? Nihil igitur mirum, nihil incredibile ac novum, si in homine habitavit Deus, quem ad suam imaginem formatum * benigne complexus est. Suum namque erga hominem affectum in ipso statim creaturæ primordio declaravit: pulverem quidem ex terra sumens & formans D Deum, simulacrum vere suæ divinitatis efficiens. Sed cur, quem opificio decoraturus erat, ex tam vili substantia formavit? Cur non ex solis splendore materiam sumens, ipsum hominem condidit, sed ex terra, terræque pulvere, elemento utique infimo, omnimque pedibus conculcato, illum effinxit? Vis scire, quam ob causam? Quoniam hominem sua imagine honoraturus erat, ipsum ex vili natura formavit, ne honoris excellentia elevaret hominem in superbiam, ut cum super naturam eum honoraret, abjectæ naturæ suæ memoria a fastu compesceretur, & agnosceret honoris amplitudinem non sui meriti esse, sed largitoris gratiæ. Pertinuit itaque & hoc quoque ad creatoris benignitatem ut ipsa imago Dei ex terra haberet naturæ originem. Naturam enim illam pro moderati animi pignore habebat. Est ergo nobile animal homo; licet passionibus postea subeuntibus ignominia sit affectus. Non enim illum spectes posteaquam offendit; sed illam divinæ imaginis nobilitatem ante legis transgressionem æstimes velim. Cur ergo * ejectum contemnis, primæ conditionis illius oblitus, honoremque quo initio cumulatus fuerat, non considerans, quem illi

Ἰώβ. 10.

statim.

Genes. 1.

Deum,

Deus, cum sibi propriam imaginem unisset, munificentissime denuo restituit? Nihil proinde ab illius benignitate alienum admissum est. Neque enim turpe est bono domino, si in servi utilitatem in servilibus cum servo communicet: siquidem qui bonus est, hujusmodi rebus nulla injuria violatur; sed qualisnam sit per talia deprehenditur. Nec est quod hac de causa mireris. Si enim Deo habitaculum nunc teipsum constitueris, in te quoque habitabit, etiamsi non ad eum modum quo in Christo: in Christo enim inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Sed o miraculum? Omnis plenitudo divinitatis in uno habitat corporaliter, & tamen omnia implet & universam excedit creaturam: totus existit in uno, & a nulla creatura separatur. Nec quod hic dicitur, tibi impossibile videatur. Etenim ego quoque verbum nunc profero, & hoc ipsum verbum totum est in uno, & totum rursum in omnibus factum est. & totum hoc verbum hausit unus, neque a multitudine circumscribitur, (quin singuli hauriant totum.) Si itaque res ortui occasuique obnoxia, tota existit in uno, & tota comperitur in omnibus; quid mirum tibi videtur, si Deus & totus in cœlo erat, & totus invenitur in omnibus?

Hodiernæ itaque solennitatis causa est. Deum hominem factum suscepisse humana, ut tribuat divina: & proprias sibi fecisse passiones, ut nobis impatibilitatem donet: mortem subiisse, ut immortalitatem nobis largiatur. Et licet humanæ naturæ incommoda ut propria susceperit, propriam tamen naturam non demutavit; sed voluntarie id sibi vindicavit: & id quidem admodum apposite fecit, posteaquam hominem salvare proposuerat. Sed quam ob causam humanæ naturæ passiones sibi proprias fecit? Quia passiones per passionem adimere, mortemque morte abolere, ac similia similibus voluit debellare. In se suscepit crucem, suam fecit alapam, vincula sua fecit, ut Dei propriæ effectæ passiones, adversus passiones accipe-D rent potestatem. Neque enim Dei natura læsa est, nec per sui mutationem passiones in se suscepit; sed fortitudinem illis divinam contra ejusmodi passiones tribuit. Mors namque veluti ipsius Dei facta mortem destruit: & moriens ille mortis tyrrannidem solvit, quoniam simul Deus & homo erat. Neque enim purum hominem crucifixerunt Judæi; neque eam solam naturam, quæ cernebatur, transfixerunt; sed in existentem Deum, qui unitæ naturæ perpessiones sibi appropriabat, impii temerarique extiterunt. Ut autem & hoc ipsum quoque tibi perspicuum evadat, ad exemplum in exordio propositum orationem reducamus. Fingamus itaque, regem E quempiam sermonem depromere, qui libertatis, vel aliorum regalium munerum quibus oportet impertiendorum, decretum in se contineat, illudque in charta aliqua, quam sacram vocant, literis expressum, ad hanc vel illam civitatem mittere; si hanc, quæ Romanorum lingua dicitur sacra, aliquis perfidus & inobediens, & civitatis inimicus, ac regis hostis intercipiat, interceptamque dilaceret; jam dic mihi, quid hic laceratum est, chartane sola, an etiam decretum regium?

A δοὺ ἐωῦ ἀπᾶδον τῆς ἐκείνου φιλανθρωπίας ἐγένετο. οὐδὲ γὰρ ἐφύβριζον ἀγαθῷ δεσπότῃ, κοινωνῆσαι δούλῳ τῷ δουλικῶν εἰς ὠφέλειαν οἰκέτου. ὁ γὰρ εὐβριζεται τούτοις ὁ ἀγαθός, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ, διὰ τῶν τοιούτων γνωρίζεται. καὶ μὴ θαυμάσῃς τοῦ πράγματος· καὶ γὰρ σοῦ, ἐὰν σεαυτὸν οἶκον κατασκευάσῃς Θεοῦ, καὶ ἐν σοὶ κατοικεῖ, εἰ καὶ μὴ ὅπως ὡς ἐν τῷ Χριστῷ· ἐν Χριστῷ γὰρ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· ἀλλ' ὦ τοῦ θαύματος· πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος ἐν σοὶ σωματικῶς κατοικεῖ, καὶ πάντα πληροῖ, καὶ ὑπερέχει τῶν κτίσεν, ὅλος ὢν ἐν σοὶ, καὶ τῶν κτισμάτων ὑπερ- B δεικνὺς χωριζόμενος. καὶ μὴ δὴ σοι τὸ εἰρημένον φαινέσθω ἀδύνατον· καὶ γὰρ κἀγὼ νῦν προφέρομαι λόγον· ὅτος ὁ λόγος ἐστὶν ἐν σοὶ, καὶ ἐν πᾶσιν ὁ λόγος γέγονε· καὶ ὅλον τὸν λόγον ἐχωρησεν εἷς, καὶ ὑπὸ πλήθους ὁ λόγος οὐ περιγράφεται. εἰ τοίνυν τὸ πρᾶγμα γινόμενον καὶ φθειρόμενον καὶ ἐν σοὶ ὅλον οἰκεῖ, καὶ ἐν πᾶσι γίνεται, τί θαυμαστὸν σοι φαίνεται, εἰ Θεὸς καὶ ὅλος ἐν οὐρανῷ ὤκησε, καὶ ἐν πᾶσιν ἐστίν;

Ὑπόθεσις τοίνυν τῆς * τῶν πανηγύρεως, * τὸν Θεὸν γενέσθαι ἄνθρωπον, ἑλόμενον τὰ ἀνθρώπινα, ἵνα δῷ τὰ θεῖα· καὶ οἰκειωσάμενον τὰ πάθη, ἵνα χαρίσηται τὴν ἀπάθειαν· ὑπεισελθόντα θάνατον, ἵνα τὴν ἀθανασίαν δωρήσηται· καὶ ἴδια τῶν ἀνθρώπων ἐκτήσατο πάθη, ὁ τὴν φύσιν μεταβαλλόμενος, τῇ δὲ γνώμῃ τοῦτο οἰκειούμενος· καὶ λίαν εἰκότως ταῦτα ποιεῖ, τὸν ἄνθρωπον σῶσαι προθέμενος. διὰ ποίαν οὖν αἰτίαν ἴδια τὰ πάθη τὰ τῶν ἀνθρώπων πεποίηται; ἐπειδὴ ἐβούλετο * πάθος πάθη ἀναιρεῖν, καὶ θανάτῳ καταργῆσαι θάνατον, καὶ διὰ τῶν ὁμοειδῶν τὰ ὁμοειδῆ καταπαλαῖσαι ἠθέλησεν· οἰκειοῦται τὸν σταυρὸν, ἰδιοποιεῖται τὸ ῥάπισμα, τὸν δεσμὸν ἑαυτῷ πεποίηται. ἵνα Θεοῦ γενόμενα τὰ πάθη κατὰ παθῶν ἐξουσίαν λάβωσιν. ὅπερ γὰρ φύσις Θεοῦ ἠδίκηται. οὐδὲ γὰρ μεταβολῇ ἴδια τὰ πάθη ἐδέξατο· καὶ τὴν ἰσχὺν παρὰ Θεοῦ τὰ πάθη κατὰ τῶν ὁμοειδῶν λαμβάνει. λοιπὸν γὰρ ὁ θάνατος, ὡς Θεοῦ γενόμενος, καταργεῖ τὸν θάνατον· καὶ ἀποθανὼν λύει τὴν τυραννίδα τοῦ θανάτου. ἐπειδὴ καὶ Θεὸς, καὶ ἄνθρωπος ἦν. οὐ γὰρ ψιλὸν ἄνθρωπον ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι, οὐδὲ τὴν ὁρωμένην μόνην καθήλωσαν φύσιν· ἀλλ' εἰς τὸν ἐν αὐτῇ Θεὸν ἤγαγον τὰ τολμήματα, τῆς ἡνωμένης φύσεως οἰκειωσάμενον τὰ πάθη. καὶ ἵνα σοι καὶ τοῦτο γένηται σαφὲς, ἐπὶ τὸ ἐν ἀρχῇ ῥηθὲν ὑπόδειγμα τὸν λόγον ἀγάγωμεν. κινήσω γὰρ βασιλέα φθεγγεσθαι λόγον. καὶ πῶς τὸν ἐντυποῦσθαι δεῖ γραμμάτων χάρτῃ τινὶ, τῷ λεγομένῳ σάκραν ἐξαποστέλλειν πρὸς πόλεσι, λόγον ἠμφισμένον, καὶ χάρτῃ, καὶ γράμμασιν ἐλευθεραν χαριζόμενον, ἢ ἄλλα δῶρα βασιλικὰ τοῖς δεομένοις κομίζοντα· ἀλλὰ ταύτῃ τῷ σάκραν, τῷ λεγομένῳ τῇ τῶν Ἰταλῶν φωνῇ, ὑποδεχέσθω ἄπιστός τις, καὶ ἀπειθὴς, καὶ τῆς πόλεως ἐχθρὸς, καὶ

καὶ τοῦ βασιλέως πολέμιος, καὶ λαβὼν τὸν χάρτην διαρραγήτω. τί ἐρράγη ἐν τούτῳ; εἰπέ μοι. ὁ χάρτης μόνος, ἢ καὶ ὁ λόγος ὁ βασιλικός: καὶ μὴν εἰ χάρτης μόνον διερράγη, αὐτῷ μόνον εὔωνον λοῦ τὸ φθαρὲν, ἀνάδικος ὁ ῥήξας, ἢ πόσῃ ὀβολοῖς μόνοις ἀνάδικος λοῦ· ἀλλὰ δίδωσι δίκλω τῷ ἐχάτῳ, καὶ τιμωρεῖται, ὡς τῷ ἐπὶ θάνατον ἄγεται, οὐχ ὡς χάρτῃ λυμηνάμενος μόνον, ἀλλ' ὡς καὶ λόγον διαρρήξας βασιλικόν. καὶ μὴν ὁ τοῦ βασιλέως λόγος ἐστὶν ἀπαθὴς, ὅτε χερσὶ λαμβανόμενος τῇ ἑαυτοῦ φύσει, οὐδὲ διαῤῥαγῆναι δυνάμενος. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς διέῤῥαγη, τοῦ χάρτου, καὶ τῆς γραμμάτων τὸ πάθος οἰκειωσάμενος. ὁρᾷς πῶς τὸ ἀπαθὲς δέχεται πάθος, ἐπειδὰν φύσει κοινωνήσῃ παθητικῇ; οὐδὲ γὰρ ὁ λόγος τῇ οἰκείᾳ φύσει διέῤῥηκτο· καὶ τὸ πάθος τοῦ χάρτου, καὶ τῆς στοιχείων ἐδέξατο. μὴ θαῤῥείτω τοιγαροῦν ὁ Ἰουδαῖος, ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον σαυρώσας· τὸ γὰρ φαινόμενον χάρτης λοῦ, τὸ δὲ ἐν αὐτῷ κρυπτόμενον, λόγος βασιλικὸς, ἐκ φύσεως ὁ διὰ γλώττης προενεχθεὶς. λόγος μὲν γὰρ ὁ μονογενὴς λέγεται, ὁ προφορικὸς δὲ, ἀλλ' ὑπόστασις, καὶ ὑπόστατος· ὅδε μὲν τῇ οἰκείᾳ φύσει πάσχων, ὢν ἀπαθὴς λόγος, ἴδια δὲ ποιούμενος τὰ τοῦ φαινομένου παθήματα καὶ ὥσπερ ὁ βασιλικὸς λόγος καὶ τῆς γραμμάτων τὴν φύσιν ἐδέξατο αὐτὸς, καὶ τὸ πάθος τοῦ χάρτου ἴδιον τοῦ λόγου γεγένηται, ὅπως ὁ μονογενὴς Θεὸς λόγος τὰ τοῦ καθηλωθέντος ἴδια πεποίηται πάθη. διὰ τοῦτο ὥσπερ ὁ σάκραν βασιλικὴν λυμηνάμενος, ὡς βασιλέως ῥήξας τὸν λόγον, τῷ ἐπὶ θανάτον ἄγεται· οὕτως ὁ σαυρώσας Ἰουδαῖος τὸ φαινόμενον, δίκας δίδωσιν, εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἐκτείνας τὸ τόλμημα· ὁ γὰρ Θεὸς λοιπὸν ὡς ἴδιον πάθος ἐκδικεῖ τὸ γλυμένον. ἀλλ' ἱκανά τοι εἰρήμθω. ἐπειδὴ φροντίζειν δεῖ καὶ τοῦ μνήμης τῆς ἡμετέρας· τὸ γὰρ πλῆθος τῆς λεγομένων, ὑπερβάλλον τῆς τῆς ἀκροωμένων ἀκοῆς, ἀμνημονεῖν τὸν ἀκροατὴν τῆς εἰρημένων ποιεῖ. γένοιτο δὲ χάριτι Θεοῦ, καὶ τὰ εἰρημένα τῇ μνήμῃ ὑμᾶς περιλαβεῖν, καὶ ἑτέρους ἐκ τούτων ὠφελεῖν, καὶ τῷ βασιλείᾳ τῆς οὐρανῶν ἀντὶ τούτων κληρονομεῖν. ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι τοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῆς αἰώνων. ἀμήν.

A Atqui si sola charta dilaniata dicatur, parvo admodum ipsa laceratio poterit redimi: tenebiturque hac ratione lacerator aut nulli, aut solum quinque obolorum multæ obnoxius. Eiusmodi autem supremum supplicium dependit pœnaque afficitur capitali, ut qui non solum chartam disruperit, sed regium quoque decretum laceraverit: cum utique imperiale verbum secundum se impatibile, taleque sit, quod sua ipsius natura neque manibus contrectari, neque discindi possit. Et tamen ipsum quoque discissum est, quia chartæ & literarum passionem tanquam propriam in se transfert. Cernis hinc, quo pacto id quod nulli secundum se passioni obnoxium B est, eo ipso passioni subjiciatur, quod cum patibili natura communicationem sortiatur? Neque enim sermo, quod ad propriam naturam attinet, dilaniatus est; & tamen chartæ elementorumque passionem in se excepit. Ne igitur jactet se Judæus tanquam qui purum hominem cruci affixerit. Nam quod cernebatur, charta quidem erat, quod vero in ea abditum latitabat, regius erat sermo, non lingua, sed natura productus. Verbum namque unigenitus dicitur, non prolatitium, sed substantiale ac subsistens: neque in propria natura patiebatur aliquid, cum esset impatibile Verbum; sed illius quod cernebatur, passiones proprias factas in se transferebat. Et quemadmodum sermo regius & C literarum naturam in se suscepit, & chartæ passionem sibi ipsi appropriavit; ita unigenitum Dei Verbum crucifixi corporis passiones sibi fecit proprias. Quare ut is, qui sacram regiam violavit, veluti qui ipsum regis verbum discerpserit, ultimo afficitur supplicio, sic Judæus quoque id quod cernebatur crucifigens, perinde pœnas dat, ut qui in ipsummet Dei Verbum impius extiterit. Jam enim Deus illorum scelus tanquam suam injuriam ulciscitur. Sed satis de his jam dictum fuerit. Nam & vestræ quoque memoriæ rationem habere oportet: siquidem dictorum copia auditorum mentem obruens, ipsum D auditorem, eorum quæ dicta fuerant, immemorem reddit. Faxit gratia Dei, ut illa quæ proposita sunt, memoria complexi, aliis quoque de horum copia prodesse possitis, regnumque cœlorum pro his hæreditetis. Quod utinam nos omnes, per Christi gratiam adipiscamur: cui sit gloria & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

*ΟΜΙΛΙΑ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ Ἀλεξανδρείας, λεχθεῖσα ἐν Ἐφέσῳ, ἐν ἡμέρᾳ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ.

BEATI CYRILLI ALEXANDRINI oratio, Ephesi dicta in die sancti Joannis* evangelistæ.

* Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας λόγος εἰς τὴν ἑορτὴν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ.

* habita templo sancti.

ΤΗΣ μὲν τῆς ἁγίων εὐλογίας τε, καὶ δόξης, ἐλάσσων ἐστὶ πᾶς λόγος· γεγόνασι γὰρ φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὅταν δὲ τὰ θεῖα λαλῶσι μυστήρια, πρέπει αὐτοὺς εἶναι παρὰ πάντων λέγεσθαι πρὸς αὐτοῦς. οὐκ ἐστὲ ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν· διεκήρυξαν γὰρ ἡμῖν τὸν Ἰησοῦν, τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον· ᾧ καὶ ἡμεῖς λεγόμεν κατὰ τὴν φωνὴν τοῦ μακαρίου Δαυίδ· πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάν σοι, καὶ ψαλάτωσάν σοι, ψαλάτωσαν δὴ

Φιλιπ. 2.

Ματθ. 10

Ψαλμ. 65. 4.

E SANCTORUM gloriam celebritatemque nulla quidem assequi potest oratio. Extiterunt enim mundi luminaria, *verbum vitæ*, ut scriptum est, *continentes*. Sed cum divina proloquuntur mysteria, convenit ab omnibus ad illos dici. *Non estis vos qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Prædicaverunt enim nobis Jesum, lumen illud verum, & vitam æternam; cui & nos quoque, juxta beati Davidis vocem, dicimus: *Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psallat nomini tuo, altissime.* Enimvero dum lex per Moysen promulgata adhuc

Philipp. 2.

Matth. 10

adhuc vigeret, evangelica prædicatione non-
dum allata, *notus erat in Judæa Deus, in*
Israel magnum nomen ejus. Erat enim Moy-
ses voce exili, linguaque tardiore; unde per
solam Judæam audiebatur lex. At ubi ve-
ra illa lux nobis illuxit, & Deus Ver-
bum, æque ac unus ex nobis, carni &
sanguini communicavit, omnia illius ple-
na facta sunt: ubique templa, ubique al-
taria, ubique exultantium chori, ubique
veri adoratores, & boni pastores, & ra-
tionalium pecorum greges præ multitudi-
ne sacras caulas angustas reddunt. Sane
ante salvatoris nostri adventum mortalium
genus in terra errabat: serviebant creatu-
ræ potius quam creatori; adorabant enim
opera manuum suarum; & unicuique er-
rantium id Deus erat, quod animo pla-
cuisset. Verum, ut modo ajebam, appa-
ruit nobis unigenitum Dei Verbum; pa-
stor ille bonus, & agnus verus, quem
sancta Dei genetrix & nuptiarum expers
Maria e virgineis visceribus nobis peperit,
germen vivificum, inhumanatum Deum,
in servi forma liberum: illum nostri si-
milem propter nos, & eumdem supra om-
nem creaturam propter se: eumdem in
demissione secundum nos, & in divina
gloria conspicuum: eum qui semeptipsum
humiliavit, & ejusdem cum Patre sedis
particeps est: eum qui sese exinanivit, &
suis qui digni sunt bona de sua plenitu-
dine distribuit: eum qui ut homo, pe-
rinde ac unus ex nobis adorat; ut au-
tem Deus, non in terra solum, sed &
in cœlis quoque adoratur. *Cum enim*, in-
quit, *inducit primogenitum in orbem terræ,*
dicit: & adorent eum omnes angeli Dei.
Quis obsecro is est qui in orbem terra-
rum ingressus est? Quo autem modo in
illum inductus est? Mysterium hoc ape-
ri, o evangelista: affare etiam nunc, o
beate Joannes, qui tonitrui filius appel-
latus es, qui orbem totum magno & exi-
mio sonitu concussisti; qui voces habes
immortales; & oblivio ac tempus tuis ce-
dunt verbis. Ecce tantus hic pastorum cœ-
tus ad te venit; remove nobis lapidem, si-
cut beatus Jacob pastoribus: retera nobis
puteum vitæ: da ut nunc quoque de salu-
taris fontibus hauriamus; imo vero tuum
nobis fontem appone. Audiamus itaque di-
centem: *In principio erat Verbum, & Verbum*
erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc
erat in principio apud Deum. Sed unigenitum
Dei Verbum ineffabili modo ex Patre sub-
sistere jam olim credidimus: adde proinde
quod reliquum est, o evangelista. Audi ita-
que rursus dicentem: *Et Verbum caro factum*
est. Non venit in hominem, sed caro fa-
ctum est, id est homo. Est autem unigeni-
tum Dei Verbum homo factum, non desi-
nens esse Deus, sed in carnis assumptione
id manens quod erat. Immutabilis enim est
& inalterabilis Verbi natura; nec cadit in il-
lam mutationis adumbratio. Hæc nos senti-
re docuit beatus evangelista, stella vere ma-
gna atque clarissima, stella saluberrima, non
iis qui mare hoc sensibile transeunt, sed iis
qui in pietate acquirenda negotiantur, qui
sunt veritatis amatores, qui rectam errorisque
expertem fidem habere cupiunt. Si quis

Psal. 75. 1.
Hab. 3.
Rom. 1.
Joan. 10.
Heb. 1.
Psalm. 96.
Marc. 3.
Gen. 29.
Isai. 12.
Joan. 1.
Ibidem.

τῷ ὀνόματί σου, ὕψωσε. * ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ διὰ Μω-
σέως κρατύνοντος σύντελῆς, ὅπου τῶν εὐαγγελικῶν κη-
ρυγμάτων εἰσκεκομισμένων, γνωστὸς ἦν ἐν τῇ
Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός, ἐν τῷ Ἰσραὴλ μέγα τὸ ὄνομα
αὐτοῦ. ἰσχνόφωνος γὰρ, καὶ βραδύγλωσσος ἦν ὁ Μω-
σῆς. διὰ τοῦτο καὶ κατὰ μόνας ἠκούετο τῶν Ἰουδαίων
ὁ νόμος. ἐπειδὴ δὲ τὸ φῶς ἡμῖν ἐπέλαμψε τὸ
ἀληθινὸν, καὶ παραπλησίως ἡμῖν μετέσχεν αἵματος,
καὶ σαρκὸς Θεὸς ὢν ὁ λόγος, μετὰ γέγονε τὰ πάν-
τα αὐτοῦ. πανταχοῦ ναοὶ, καὶ θυσιαστήρια· πανταχοῦ
χορεύουσι, καὶ προσκυνοῦσι, καὶ ποιμένες ἀγαθοὶ,
καὶ λογικῶν θρεμμάτων ἀγέλαι, σηνὰς ἀποφαίνου-
σι τῷ πλήθει τὰς ἱερὰς αὐλάς. πρὸ μὲν γὰρ
τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας, ἐπὶ γῆς ἐπλα-
νᾶτο τὸ γένος ἡμῶν· ἐλάτρευον τῇ κτίσει παρὰ
τὸν κτίσαντα· προσκυνήσασι γὰρ τοῖς ἔργοις τῶν
ἰδίων χειρῶν, καὶ τῶν πλανωμένων ἑκάστῳ θεὸς ἦν
τὸ δοκοῦν· ἀλλ' ἐπέφανεν ἡμῖν, ὡς ἔφην, ὁ μονο-
γενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ ἀμνὸς
ὁ ἀληθινὸς, ἐν ᾗ ἁγία θεοτόκος, καὶ ἀπειρόγαμος
Μαρία ἐκ παρθενικῶν ἡμῖν λαγόνων * ἐβλάστησε
τὸ ζωοποιὸν βλάστημα, τὸν σὶ ἀνθρωπήσαντα θεὸν,
τὸν ἐλεύθερον ἐν δούλῃ μορφῇ· τὸν καθ' ἡμᾶς δὲ
ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τῶν κτίσιν δι' ἑαυτόν· τὸν
ἐν ὑψέσει τῇ καθ' ἡμᾶς, καὶ ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ·
τὸν ἑαυτὸν ταπεινώσαντα, καὶ συνθρόνον τῷ πατρὶ·
τὸν ἑαυτὸν κενώσαντα, καὶ ἐκ τοῦ ἰδίου πληρώματος
δωρούμενον τοῖς * ἰδίοις τὰ ἀγαθά· τὸν προσ-
κυνούμενον μεθ' ἡμῶν ἀνθρωπίνως, καὶ προσκυνού-
μενον ὡς θεὸν, οὐκ ἐν γῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν
τοῖς οὐρανοῖς· ὅταν γὰρ, φησὶν, εἰσαγάγῃ τὸν
πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ προσ-
κυνησάτωσαν αὐτὸν πάντες ἄγγελοι θεοῦ· τίς οὖν
ἄρα ἐστὶν ὁ εἰσβεβηκὼς εἰς τὴν οἰκουμένην; τίνα δὲ
ὅλως εἰσκεκόμισται τρόπον; μυσταγώγησον εὐαγγε-
λιστά, εἰπὲ καὶ νῦν ὦ μακαρίε Ἰωάννη· υἱὸς * ἐκ-
λήθης βροντῆς. μέγα τι, καὶ ὑψαίσιον κατεκτύπησας
τῶν ὑπ' οὐρανὸν· ἀθανάτους ἔχεις φωνὰς, καὶ λήθη,
καὶ χρόνος τοῖς σοῖς παραχωροῦσι λόγοις. ἰδοὺ το-
σαύτη ποιμένων ἄθροισις * ἦλθε παρὰ σοί. ἀπο-
κύλισον ἡμῖν τὸν λίθον, ὡς ὁ μακαρίος Ἰακὼβ
τοῖς ποιμέσιν· ἀποκάλυψον τὸ φρέαρ τῆς ζωῆς·
δὸς ἀρύσασθαι καὶ νῦν ἐκ τῆς τοῦ σωτηρίου πηγῶν·
μᾶλλον δὲ τῶν σῶν παράθες ἡμῖν πηγήν. ἀκούω
* ἀκούσωμεν λέγοντος. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ
ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος·
οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν. ἀλλὰ ὅτι μὲν
ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος ἀπόῤῥητον ἔχει τὴν ἐκ
πατρὸς ὕπαρξιν, πεπιστεύκαμεν. προσθεῖ τὸ
* λοιπὸν ὦ εὐαγγελιστά. ἄκουε πάλιν λέγοντος·
καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ
γέγονεν, ἀλλὰ σὰρξ γέγονε, τουτέστιν ἄνθρω-
πος. γέγονε δὲ ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ
λόγος, οὐκ ἀποβεβληκὼς τὸ εἶναι θεὸς, ἀλλ' ἐν
προσλήψει σαρκὸς μεμενηκώς, ὅπερ ἦν. ἄτρε-
πτος γάρ ἐστι, καὶ ἀναλλοίωτος ἡ τοῦ λόγου φύσις,
οὐδὲ οὐκ οἶδε παθεῖν τροπῆς ἀποσκίασμα. τοῦτο φρο-
νεῖν ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ μακάριος εὐαγγελιστής. τὸ
ἄστρον ἀληθῶς τὸ μέγα, καὶ περιφανέστατον, ἄστρον
χρησιμώτατον, οὐ τοῖς τὴν αἰσθητὴν * διαπορ-
θμεύοντας θάλατταν, ἀλλὰ τοῖς τῆς εὐσεβείας
ἐμπόροις, τοῖς τῆς ἀληθείας ἐρασταῖς, τοῖς ὀρθὴν
ἐθέ-

Psal. 75. 1.
Hab. 3.
Rom. 1.
Joan. 10.
Heb. 1.
Psalm. 96.
Marc. 3.
Gen. 29.
Isai. 12.
Joan. 1.
Ibidem.

ἐθέλουσιν ἔχειν, καὶ ἀπλανῆ πίστιν. εἴτις ἂν * ἐρᾷ τοῦτον καταλλάττεσθαι τὸν τρόπον, ὥσπερ ἄστρον, εἰς νοῦν ἐχέτω τοὺς * τῶν θεηγόρων θεολόγων φωνάς· οὕτω τὰ πικρὰ τῆς αἱρέσεων δυσπαθήσει κύματα· οὕτως εἰς εὔδιον καταντήσει λιμένα· καὶ πρὸς αὐτὴν ἥξει τὴν ἀλήθειαν, τουτέστι Χριστόν· μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος σὺν ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

* αἱρῆται.
* θεηγόρων θεολόγων,

A itaque ad hunc modum navigare cupit, is theologi hujus voces, veluti stellam, mente accipiat; eaque ratione * falsos hæreticorum fluctus transiliet, & in serenum tranquillumque portum evadet, atque ad ipsam veritatem, id est Christum, pertinget: cum quo Patri est gloria & imperium, cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

* falsos hæreticorum.

ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

* Ἀγκυρῶν ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἐφέσῳ κατὰ Νεστόριον, ἐν ἡμέρᾳ Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ.

* Ἀγκύρας

THEODOTI ANCYRÆ EPISCOPI

homilia, Ephesi contra Nestorium habita, in die [1] *sancti Joannis evangelistæ.*

ΟΠΕΡ ἐστὶ τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἰατρὸς, τοῦτο τοῖς ψυχαῖς ἱερεύς. ἐπειδὴ γὰρ νόσημα ψυχῶν ἐστιν ἡ πλάνη, καὶ χρονίζουσα θάνατον τὸν τῆς τιμωρίας * ἐπήγαγεν. οἰκονόμησεν ἡ τοῦ πνεύματος χάρις * ἰατρείαν ψυχῆς, τοῦ ἱερωσύνου τοῦ ἁγίου· καὶ τὸ * προσληφθὲν τῶν παθῶν μέλος ἐξέκοψεν. οὐκ ἐκείνου ἀφειδῶν, ἀλλὰ τῶν λοιπῶν μελῶν φειδόμενος. ἐπειδὴ γὰρ τὸ συνεχὲς τῆς σήψεως τῆς σαθρᾶς μετέδοσιν εἰργάζετο τῆς κακίας, ἐκτέμνει τὸ μέλος, ἵνα ἐπιτέμῃ τοῦ κακίαν. καὶ ἔστι τὸ εἶδος τοῦτο οὐκ ὠμότης, ἀλλὰ θεραπεία. δακρύων μὲν γὰρ ὁ ἰατρὸς ἐκτέμνει τὸ μέλος· ἀλλ' ἀφειδῶν, τοῦ τμῆσαι θεραπείαν εἰργάσατο. ἀρχαῖον τοῦτο τῆς θεραπείας τὸ εἶδός ἐστι, καὶ ἄνωθεν· ὅπως οἱ ἅγιοι ἐπεμελήθησαν τῆς * παυσάμενης ταύτης ἐκκλησίας· ἔχει γὰρ ὁ ἱερεὺς καὶ ξίφος, οὐχ ἵνα κακώσῃ, ἀλλ' ἵνα θεραπεύσῃ. καὶ τοῦτο δηλοῦσα ἄνωθεν ἡ χάρις πρῶτον τῷ Ἱερεμίᾳ ἐμήνυσε, λέγουσα· κατέστησά σε σήμερον ἐπὶ βασιλείας, καὶ ἐθνῶν, ἐκριζοῦν, καὶ καταστρέφειν, καὶ ἀπολλύειν, καὶ ἀνοικοδομεῖν, καὶ καταφυτεύειν· οὐ φυτεύεται γὰρ εὐσέβεια, μὴ ἐκκοπείσης κακίας. εὔλογον μὲν πρῶτον ἀρδεύειν, ἐπιμελείᾳ γεωργικῇ χρῆσθαι λόγοις * προσάγειν εὐσεβείας, ἐπιμέλειαν παντοίαν * προσφέρειν τῷ μέλει. εἰ δὲ ἡ κακία κρείττων γένοιτο τῆς ἐπιμελείας, ἡ ἐκκοπὴ ἴαμα τῶν ὅπου δυσκεραιμιῶν ἐστι. πῶς γὰρ ἄν τις ἐπιμελήσαιτο τῶν ὅπου δυσκεραιμιῶν; τῶν ὀνειδιζόντων Θεῷ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τοῦ χαίειν ἐν μέρει ὀνείδους ποιουμένων; τί λέγεις; εἰπὲ· Θεόν, φησὶν, οὐ λέγω πεπονθέναι. εἰ μὲν πρὸς τοῦ φύσιν βλέπεις, καλῶς ὁρᾷς· εἰ δὲ παντελῶς ἀναιρεῖς τὸ πάθος, ἀρνῇ τοῦ οἰκονομίαν. μὴ γὰρ ὀνειδίσῃς Θεῷ παθόντι, ἀλλὰ τῶν παθημάτων βλέπε τὸ κατορθώματα. εἰς ἀπέλειαν κατέβη Θεὸς, οὐ μειωθεὶς τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν χάριν δωρούμενος. ἔμεινεν ὁ ἦν, προσελάβετο ὃ οὐκ ἦν. ἔμεινε Θεὸς διὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν· γέγονεν ὅπερ σὺ διὰ τὴν περὶ σὲ φιλανθρωπίαν· μὴ οὖν τὸ εἶδος τῆς ἐπιμελείας ὕβριν νομίσῃς· μὴ ὀνειδίσῃς τῷ ἰατρῷ, εἰ ἐν ἀπέλειᾳ σώματος τὴν ὑγίειαν εἰργάσατο. οὐ γὰρ ὕβρις ἐστὶν ἡ ἀπέλεια, ἀλλὰ δεῖγμα φιλανθρωπίας. κατέβη πρὸς σε, οὐχ ἵνα μείνῃ κάτω, ἀλλ' ἵνα σε πρὸς ἑαυτὸν ἀναγάγῃ. μὴ ἀρνήσῃ τὴν κατάβασιν, ἵνα μὴ ἀπολέσῃς τὴν * ἀνάβασιν. δέξαι τὴν ὕβριν, τὴν σὴν δόξαν ζῳωνή-

* ἐπῆγεν,
* θεραπείαν ψυχῶν,
* προσληφθὲν ita mss. Seg.
* παυσάμενης
Jer. 1
* προσφέρειν
* προσφέρειν
* ἀνάβασιν.

B Quod corporibus nostris est medicus, hoc animabus est sacerdos. Etenim quia animi morbus est error, qui inveteratus morti supplicium inducit; Spiritus sancti gratia animarum medicinam sacerdotium instituit, membrumque morbo correptum excidi curavit: non quod illud negligeret, sed reliquis membris consultum cupiens, (eum enim continens illa tabes, pravæ corruptionis incrementa paulatim generaret) membrum putridum præcidendum existimavit, quo vitium exscinderet. Estque hæc curandi ratio non crudelitas, sed medicina. Sane medicus flens membrum præscindit; verum dum non parcit, ipsam sectionem in medicinam convertit. Neque genus hoc medendi novum C est, sed antiquum, & jam inde ab initio usurpatum. Hac enim ratione sancti patres venerandam hanc ecclesiam curarunt & conservarunt. Obtinet sacerdos quoque gladium, non ut lædat, sed ut medelam afferat. Atque hoc ipsum olim superna gratia insinuans Jeremiæ indicavit, dicens: *Constitui te hodie* Jerem. 1 *super regna & gentes, ut evellas, & destruas, & disperdas, & readifices, & plantes.* Neque enim pietas inseritur, nisi malitia ante fuerit extirpata. Par est utique primo rigare, culturæ industria uti, pietatis sermonem adhibere, & omne denique medicamenti genus applicare. Verum si tabes major fuerit, quam ut curationem admittat, tunc demum membrorum ita affectorum sectio est medicina. D Qua enim ratione quispiam ei medeatur, qui ita comparatus est, ut Deo humanæ naturæ conditiones probro vertat, beneficiumque contumeliæ loco ducat? Quid dicis? responde. Deum, inquit, passum non dico. Sane si ad deitatis naturam spectes, non erras: sin vero perpessionem simpliciter illi adimas, dispensationem pernegas. Ne ergo perpessiones Deo improperes, sed perpessionum utilitatem inspicias. In humilitatem Deus sese demisit, nullam secundum propriam naturam perpessus diminutionem, sed hanc nobis gratiam E faciens. Hoc quod erat permanens, assumpsit quod non erat. Deus esse non desistit propter propriam naturam: quod autem tu es, id factus est ille ob suam in te benignitatem. Ne igitur curationis modum in contumeliam vertas; neque improperes medico, si in corporis humilitate constitutus, tuam operatus est sanitatem. Non est illa humilitas probri loco, sed humanitatis argumentum. Defcendit ad te, non ut in inferioribus hæreat, sed ut te ad seipsum subvehat. Ne inficieris descensum, ut non amittas ascensum:

1 Colitur a Græcis die 26. Septembris. Theodotus autem fuisse Chalcedone dicitur die 4. Septembris. *Harduinus.*

sum: amplectere contumeliam, quæ tuam peperit gloriam. Divinitatis natura nullam ignominiam est perpessa; gratia autem tibi contulit beneficia. Propter te servum ignominiam promeritum, ignominia afficitur dominus. Quæ tua sunt ille assumpsit, quoniam tu quæ illius erant deserueras. Nos a pio domino aufugimus, gratiamque ab eodem oblatam non tulimus. Ad usum delicias paradisi acceperamus; sed legem violantes, nec non in legislatorem prævaricantes & hostilem morem gerentes, ex honore excidimus. In terrestri hoc loco degebat ille fugitivus, neque oculos ad dominum sublevabat, voluptatis sensus deorsum mersum tenebat, ipsa vis peccati vinctum habebat fugitivum; desperabat posse fieri, ut humana mens Deum susciperet. Quid ergo? Numquid mea tarditas Deum pulcherrimæ hujus possessionis, quæ homo est, jactura afficiet? Absit: nequaquam enim id universorum Deus est passus. Nefas enim erat, ut invidia gratiam domini superaret: sed neque decebat, ut Dei donum insidiis diaboli devictum cederet. Quid igitur dominus facit? Venit ad fugitivum: servus enim ad ipsum venire non poterat. Accedit ad servum non majestate herili, non angelorum satellitia præmittens, non archangelorum phalanges ciens, non igneos globos vibrans, non elementa concutiens, hoc enim erat, facere ut fugitivus dominum adventem fugitaret) sed ita accedit, ut fugitivum capiat, propriamque possessionem recuperet. Non enim per visibilem speciem illum abigit; sed personæ humilitate ad familiaritatem & amicitiam provocat; efficitur conservus ut dominus * declaretur. Propter hoc enim magnus ille apostolus dicit: *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Jesu.* Jesum hic vocat. Dic quæso, quale nomen mater infanti indidit? *Vocabis*, inquit, *nomen ejus Jesum.* Ubi est qui Christum dividit, qui nostrum hoc mysterium ad homonymiam redegit? utpote unum Christum nominans, re ipsa autem duos ponens; alterum servum, alterum dominum; alterum patibilem, alterum impatibilem? Quid proficit una appellatio ubi duæ res ponuntur? *Hoc*, inquit, *sentite in vobis, quod & in Christo Jesu.* Jesum nominat qui cernebatur, cui virgo id nominis imposuerat. Hoc quivis in se sentiat, quod est in Christo Jesu. Quid ergo in Christo Jesu sentimus? Nempe quod *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se Deo esse æqualem.* Quid est quod dicitur? Sane qui per rapinam libertate potitur, nihil servile pati sustinet, ne libertati aliquod præjudicium generet. Quid ergo ille? Quoniam natura dominus erat, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Dispensationis enim mysterium divinitatem non læsit. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Explana mihi unigeniti exinanitionem. Quomodo enim se exinanivit, si humana non perpessus? Verumtamen cum Deum passum dicimus, semper naturam illius a passione eximimus. Etenim non natura patibilis, sed unio ad id quod pati poterat, Deum patibilem effecit, (in naturam enim illius passio nulla cadit.) Posteaquam enim misericors

* declaretur. Philipp. 2.

Luc. 1.

Philip. 2.

Isidrus.

ibidem.

σασαν· εἰ χ ὕβρεισαι φύσις, ἀλλ' ἡ χάρις δωρεῖται σοι τὰ ἀγαθά. διά σε τὸν ὑβρισμένον οἰκέτην ὁ δεσπότης ὑβρίζεται. τὰ σὰ ἀνέλαβον, ἐπειδὴ σὺ τὰ ἐκείνου καταλίπες. ἀπεδράσαμεν ἡμεῖς ἀγαθοῦ δεσπότου. οὐκ ἐπείγκαμεν τὴν παρὰ τοῦ δεσπότου δεδομένην χάριν. πρὸς χρείαν τὴν ἀπόλαυσιν τοῦ παραδείσου ἐλάβομεν. τὸν νόμον παρεβώσαμεν· τὸν νομοθέτην παρέβημεν· τῷ ἐχθρῷ ἐπείθημεν· * ἐξεπέσαμεν τῆς τιμῆς· εἰς τὸν περίγειον τόπον τοῦτον ὁ δραπέτης διῆγεν· οὐκ * ἀνέβλεπε πρὸς τὸν δεσπότην· ἡ ἡδονὴ κάτω κατεῖχε τὸν φυγάδα· ἡ ἁμαρτία δεσμώτην ἔχε τὸν δραπέτην· ἀπέγνω τῆς ἡμῶν δυνάμεως, ὡς δυνατῆς ἀναπεῦσαι πρὸς τὸν Θεόν. τί οὖν; ἡ ἐμὴ βραδύτης ζημιώσει Θεὸν τὸ κάλλιστον κτῆμα τὸν ἄνθρωπον; ἀλλ' οὐκ ἐνέχετο * τοῦτον τῷ ὅλων Θεός. οὐδὲ γὰρ ἔδει, φθόνον κρατεῖν δεσποτικῆς χάριτος· οὐδὲ τὴν τοῦ θεοῦ δωρεὰν ἔδει νικᾶσθαι ὑπὸ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ διαβόλου. τί οὖν ὁ δεσπότης ποιεῖ; παραγίνεται πρὸς τὸν δραπέτην. ὁ γὰρ δοῦλος πρὸς ἐκεῖνον ἔρχεσθαι οὐκ ἠδυνάτο. παραγίνεται πρὸς τὸν οἰκέτην, οὐκ ἐν ἀξιώματι δεσποτικῷ· οὐκ ἀγγέλων δορυφορίαν προαποστέλλων· οὐκ ἀρχαγγέλων κινῶν τὰς φαλαγγας· οὐ πῦρ κινῶν· οὐ στοιχεῖα σαλεύων· τοῦτο γὰρ ἦν φυγάδα ποιῆσαι τὸν δραπέτην· ἀλλὰ παραγίνεται, ἀγρεῦσαι τὸν φυγάδα βουλόμενος, καταχῶν τὸ ἴδιον κτῆμα θέλων· οὐ σοβεῖ τῷ φαινομένῳ, ἀλλὰ πρὸς ὁμιλίαν ἐκκαλεῖται τῇ ἀπλείᾳ τοῦ προσώπου· γίνεται συνδούλος, ἵνα * ἀναδειχθῇ * δεσπότης. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος ἔλεγε· τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἰησοῦν δὲ τοῦτον λέγει. εἰπέ, τίνα ἡ μήτηρ ἔθετο τῷ προσηγορίαν τῷ βρέφει; καλέσεις γάρ, φησί, τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. πῶς ὁ διαιρῶν τὸν Χριστόν; πῶς ὁ τὸ μυστήριον ἡμῶν ὁμωνυμίαν ἐργασάμενος; καὶ Χριστὸν μὲν ἕνα λέγων, δύο δὲ ὑποτιθέμενος· τὸν μὲν δοῦλον, τὸν δὲ δεσπότην. τὸν μὲν πάσχοντα, τὸν δὲ μὴ πάσχοντα; τίς ἡ ὄνησις τῆς μιᾶς προσηγορίας, εἰ κοινῶν πραγμάτων; τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· Ἰησοῦν λέγει τοῦτον τὸν ὁρώμενον, ὃν οἵτινες ἐκάλεσεν ἡ παρθένος. τοῦτο φρονείτω ἕκαστος ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. τί γὰρ ἐφρονήσαμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ; ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. τί ἐστι τὸ λεγόμενον; ὁ οὐκ ἁρπαγῆς ἐλευθερίαν λαβών, οὐδὲν δουλικὸν ὑπομένει, ἵνα μὴ προκείμενα τῇ ἐλευθερίᾳ ποιήσῃ. τί οὖν αὐτός; ἐπειδὴ τῇ φύσει δεσπότης ἦν, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. τὸ γὰρ τῆς οἰκονομίας οὐδὲν ἔβλαψε τὴν θεότητα. ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δοῦλου λαβών. εἰπέ μοι τὴν τοῦ μονογενοῦς κένωσιν· εἰ μὴ τὸν ἀνθρώπινον πεπόνθει, πῶς ἐκενώθη; ἐπεὶ δὲ λέγω πεπονθέναι Θεόν, φυλάττει τὴν φύσιν ἀπαθῆ λέγω· πάθος γὰρ πεπόνθε Θεός, ἡ φύσις παθητή, ἀλλὰ * πρὸς τὸ παθητὸν ἕνωσις. ἐπειδὴ γὰρ ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης συμπαθῆσαι * ἠθέλησε τῷ οἰκέτῃ, εἶχε δὲ τὴν φύσιν ἀπαθῆ,

* ἐξεπέσαμεν

* ἀνέβλεπον

* τοῦτο

* ἀναδειχθῆναι δεσπότης

Φιλιπ. 2.

Φιλιπ. 2.

* ἠθέλησε

θῇ, ἑνώσας ἑαυτῷ τὸ παθητόν, τὸν σκοπὸν ἀνε-
πλήρωσε. οὕτω παραγέγονεν ὁ δεσπότης· ὅτως
Matth. 4. ἐπέστη τῷ φυγάδι· ὡς σύνδουλος φαινόμενος,
Joan. 6. καὶ ὡς δεσπότης ἐνεργεῖτο· μορφὴν δούλου δει-
κνύς, καὶ χάριν δεσπότου χαριζόμενος· πενῶν
ὡς δοῦλος, καὶ ἄρτους πηγάζων, ὡς Θεός·
Joan. 4. ποιῶν ὡς ἄνθρωπος, καὶ ἐπὶ νώτου θαλάσσης
Matth. 14. βαδίζων ὡς Θεός. ὑποστελλόμενος τὸν καιρὸν ὡς
Matth. 26. ἄνθρωπος· καὶ γὰρ πᾶς παθεσιν ἐπεσύρετο τὸ
φαινόμενον, καὶ τοῖς θαύμασιν ἐδείκνυ τὸ κρυπτό-
μενον. οὕτω φανεὶς ἄνθρωπος ἡμᾶς ἅπαντας εἰς
τὴν οἰκειότητα συνήγαγε. Ἰωάννου ἡμῖν ἐ-
δίδασκαλον ἐπέστησε τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς, τὸν
Marc. 3. κεχαρισμένον τῇδε τῇ μητροπόλει, τὸ κοινὸν
τῆς οἰκουμένης κειμήλιον, τὸν ἑνὶ στόματι πᾶσαν
ἐκθέμενον τὴν εὐσέβειαν. * ὁ λόγος, φησὶ,
Joan. 1. σὰρξ ἐγένετο· ὁ ὢν ἐγένετο σὰρξ· ὢν μὲν διὰ
τὴν φύσιν, ἐγένετο δὲ διὰ τὴν οἰκονομίαν. δι'
οὗ, καὶ μεθ' οὗ, τῷ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν
τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.
ἀμήν.

* ὁ λόγος γὰρ, φησὶ, ἐγένετο.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΛΟΓΟΣ ΑΠΟΛΟΓΗΤΙΚΟΣ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΘΕΟΔΟΣΙΟΝ.

Τῷ εὐσεβεστάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ καὶ φιλοχριστῳ ἡμῶν
βασιλεῖ Θεοδοσίῳ, νικητῇ * ἀεὶ Αὐγούστῳ,
Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

* ἰσλαβιστὸν
* προσκυνήτῳ

1. Tim. 6. ΗΜΕΝ θεία, καὶ ἀκήρατος, καὶ τῶν ὅλων κα-
τεξουσιάζουσα φύσις, καὶ φῶς ἀπρόσιτον οἰ-
κεῖ, καὶ θρόνον ἔχει τὸν ἀνωπάτω, τὸν αὐτῇ τε, καὶ
μόνῃ πρεπωδέστατον. ὃν περιεστήκασιν ἀρχαὶ, κυ-
ριότητές τε, καὶ ἐξουσίαι, καὶ αὐτὰ * δὲ τὰ ἅγια σε-
ραφίμ. καὶ, καθὰ φησὶ τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν,
Psal. 103. πάντα τὰ ἔργα αὐτῆς σέβεται, καὶ δέδοικε. ἀλλὰ
καὶ ὅπερ δεδόξασμένη, καὶ τὸ παντὸς θαύματος
ἐστὶ πρὸς λῆξιν, τῷ μεγέθει τῆς ὑπεροχῆς,
καὶ τῆς ἀπορρήτου δυνάμεως ἐστὶ μᾶλλον ἔχει τὴν
ἡμερότητα· οὐ γὰρ ἂν ἤνεγκεν ἡ γλυκυτὴς φύ-
σις χρηστότητος ἀμιγῆ τὴν οὕτως ἀλκιμωτάτην,
καὶ ὑπερφυᾶ δύναμίν τε, καὶ ἐξουσίαν. καὶ γοῦν ὁ
μακάριος προφήτης Δαυὶδ τοῖς ὑπὲρ τε ἑαυτοῦ,
καὶ ἀνάπτων δὴ τῷ ἐπὶ τῆς γῆς ἐποιεῖτο λιτὴς,
ποτὲ μὲν λέγων· μνήσθητι κύριε, ὅτι χοῦς ἐσ-
μὲν. ποτὲ δὲ πάλιν. ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς,
Psal. 129. κύριε, κύριε τίς ὑποστήσεται; καὶ μὴν καὶ ὁ * παράν-
Psal. 101. ομος Ἰὼβ, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου πι-
κραῖς τε καὶ * ἀφορήτοις αἰκίαις ἐνεχόμενος, ἀνε-
κράγεν πρὸς Θεόν. διὰ τί ἐκ ἐποίησας τῆς ἀνο-
μίας μου λήθην, καὶ καθαρισμὸν τῆς ἁμαρτίας
Job. 7. μου; ἐσφράγισας δὲ με τὴν ἀνομίαν ἐν βαλαντί-
Job. 14. ῳ· ἐπεστημώσω δὲ *, εἴ τι ἄκων παρέβην. ἀλλ',
οἶμαι, φαίη τις ἂν πρὸς τοῦτο ἀθλητὴς· τί οὖν, ὦ
γενναιότατε τῷ ἀθλητῇ * εἰς ἐγκλήματος δυνα-
μιν κατελογίζη τῷ Θεῷ τὸ μὴ ἐλεῖν *; εἰ πε-
πλημμέλησας, αὐτὸς αἰτιᾶ τὸν νομοθέτην, ὅτι
μέμνηται τῶν ἡμαρτημένων; ναὶ, φησὶν· ὁ γὰρ
ἐλεεῖν πεφυκὼς, καὶ ἐκ θαυμαστοῦ ἔχων ἐπὶ τούτῳ
τὴν δόξαν, διὰ τί μὴ πιστὸς ὁρᾶται καὶ εἰς ἐμέ;
εἰ μὲν γὰρ ἐνδέχεται, κατὰ μηδεμίαν τρόπον * πα-

* ἀφορήτοις
* καὶ ἔτι
* ὦ
* ἐπιστήσω δὲ ἐπὶ πεπλημμέλησας αὐτὸς
* ἐπὶ πεπλημμέλησι
* κατὰ πάντα τρόπον

A Deus servo compati decreverat, cum natu-
ræ esset impatibilis, eo quod pati poterat,
sibi unito, propositum suum adimplevit. Ad
Matth. 4. hunc modum dominus ad nos accessit, ea-
Joan. 6. que ratione servo fugitivo adstitit. Ut con-
servus visebatur, & ut dominus beneficia
impartiebatur: servi formam præ se ferebat,
& gratiam ut dominus subministrabat: esu-
Joan. 4. riebat ut servus, & panes multiplicabat ut
dominus: ut homo defatigabatur, ut Deus
Matth. 14. super dorsum maris ambulabat: crucem
Matth. 26. formidabat ut homo; nam visibilis naturæ pas-
sionibus quod cernebatur adstruebat, & mi-
raculis latentem naturam demonstrabat. Hoc
modo homo apparens nos omnes in suam
Marc. 3. B familiaritatem adduxit: Joannem nobis ma-
gistrum præfecit tonitrui filium, huic me-
tropoli donatum, communem terrarum or-
Joan. 1. bis thesaurum; qui unico veri sulo univer-
sam pietatem explicavit: *Verbum*, inquit, *ca-
ro factum est*. Quod erat, factum est caro.
Erat quidem per naturam, factum est au-
tem per dispensationem. Per quod, & cum
quo, Patri sit gloria & imperium cum san-
cto Spiritu, nunc & semper, & in sæcula
sæculorum. Amen.

APOLOGETICUS CYRILLI Alexandrini ad piissimum imperatorem Theodosium.

C *Religiosissimo piissimoque ac Christi amantissimo imperatori nostro Theodosio, victori, semper Augusto, Cyrillus in domino salutem.*

1. Tim. 6. DIVINA illa immortalisque natura, quæ
universis rebus dominatur, & lucem
inhabitat inaccessam, & solium obtinet su-
premum, ipsique soli congruum; cui astant
principatus, dominationes, potestates, & ip-
sa quoque sancta seraphim: ac quemadmo-
dum sacra scriptura testatur, cuncta quæ fa-
cta sunt, ad illius majestatem & nutum hor-
Psal. 103. rent, ac tremunt. At quamvis ea utique adeo
gloriosa sit & ad omnis admirationis cu-
D mulum evecta, adhuc tamen excellentis hu-
jus inexplicabilisque potentiæ magnitudini
mansuetudinem parem habet. Etenim natu-
ra creata potentissimam illam immensamque
vim ac potestatem sustinere non posset, nisi
quadam lenitate ac mansuetudine tempera-
tam. Quare beatus propheta David pro se
Psal. 102. aliisque omnibus in terra degentibus preces
Psalm. 129. fundens, modo ait: *Memento domine quoniam
pulvis sumus*; modo rursum: *Si iniquitates
observaveris domine, domine quis sustinebit?*
Quin optimus quoque Job a diabolo tenta-
tus, cum in acerbissimis atque sævissimis
ærumnis teneretur, ad Deum clamabat:
Job. 7. *Quare*, ait, *non fecisti oblivionem iniquitatis*
Job. 14. E *meæ, & expiationem peccati mei? Obsignasti
enim iniquitates meas veluti in sacculo, &
notasti si quid etiam invitus prævaricatus sum.*
Sed statim, opinor, dicet hic quispiam: Quid
igitur, o generosissime athletarum, tunc id
crimini Deo vertis, quod non miseretur?
Si peccasti, tunc ob id legislatorem insimu-
las, quod peccata non obliviscitur? Næ,
inquit, ille. Qui enim natura sua miseri-
cors est, neque vulgarem inde gloriam ob-
tinet, cur non etiam mihi talem se præ-
bet? Si enim fieri potest, ut humana mens

nullo pacto prolabi possit; exactissime in illum judex inquirat, obsignet iniquitates velut in sacculo, deneget oblivionem iis qui ipsum vel non sponte interdum offenderunt. Si vero in multis offendimus omnes, omnique vacare culpa in ipsum solum convenit, delicta libens obliviscatur eorum, qui imbecillès esse solent. Decet itaque excellentes præstantesque majestates, ut sereno placidoque sint animo. Hæc autem lenitas animique serenitas singulari quidem modo adest divinæ supremæque illi naturæ, ad illius vero exemplum, etiam vestræ majestati, Christi amantissimi imperatores: Siquidem cœlestis regni quoddam simulacrum, & imitatio terrena vos estis, & quidem soli in omnes imperium sortiti, timore ac mansuetudine subditos vestros conservantes, & veluti illustrem quamdam pacatamque serenitatem per universum orbem diffundentes. Quare & ego quoque impulsus sum, ut contritatam vestram pietatem convenienti detensione placarem. Quod vero mihi id efficere cupienti in primis utile & necessarium futurum erat omitto, & quidem invitus, propter observantiam quæ vestræ majestati jure ab omnibus debetur. Etenim si me non ejus temeritatis, aut vesaniæ fuisse dixero, vel non ita omnis decoris oblitum pronunciavero, ut aliquid deliquerim, & hoc adversum vos, forte haud impune id dixero: Metuo enim, nec injuria, sententiæ vestræ adversari, ne aliquid ejusmodi mihi eveniat, quod Israeli accidit. Qui cum haud prorsus ita innocens esset, ut non aliquando delinqueret, (in multis namque offendimus omnes, & humana natura hoc veluti morbo laborat, ut facile labatur,) tanquam diligens legis custos nullo pacto Deum se offendisse aliquando persuasum habebat. Verum hunc mox sibi dicentem audivit: *Ecce ego judicio tecum contendam, eo quod dicis: Non peccavi*. Satius itaque consultiusque est potentibus cedere, & offensionis veniam petere. Habet enim hoc, sicuti dixi, vestra majestas ex divina imitatione, ut offensarum obliviscatur.

Luc. 3.

Exod.

Jer. 2. 35.

Scripsi itaque tum vestræ pietati, tum inclytis quoque reginis, recte admodum id faciens, non ut dissensionem, aut perturbationem aliquam sacratissimæ vestræ aulæ cieremus absit: non enim ita excors, mentisque inops sum: sed non ignarus, illos qui ad hoc ordinati sunt ut sanctissimo Deo sacrificent, sobrios vigilantesque esse debere, & illud dispicere, quod illi probetur, idque non negligenter facere, veritos si in ea functione aliquatenus socordes extiterint, certam sibi perniciem impendere. Oportet enim ut eos in fide confirmemus, qui jam in dominum nostrum Jesum Christum crediderunt, quos sanguine suo acquisivit, sincerosque adoratores effecit, ac genus electum, regale sacerdotium, gentem sanctam, populumque acquisitionis vocavit: ut virtutes ejus annuncient, qui omnes (e tenebris) vocavit in admirabile lumen suum. Itaque ubi de his præcepit, qui in sacerdotum ordinem cooptati sunt, ad Ezechielem prophetam ita loquitur: *Fili hominis, loquere filiis populi tui, & dic ad eos: Terra,*

1. Petr. 2.

Ezech. 33.

A ρολιθῆσαι δυνασθαι τὸν ἀνθρώπινον νοῦν, ἀκριβολογεῖσθω λίαν ὁ κριτὴς, σφραγιζέτω τὰς * ἁμαρτίας ἐν βαλαντίῳ, παραιτείσθω τὴν λήθην, τὴν ἐπί γε τοῖς προσκεκρικόσι καὶ ἀδοκήτως ἔσθ' ὅτε· εἰ δὲ πολλὰ πταίομεν ἅπαντες, καὶ * τὸ εἰς ἅπαν ἀμώμητον αὐτῷ τε, καὶ μόνῳ πρέπει, χαριζέσθω τὸ ἀμνησίκακον τοῖς εἰωθόσιν ἀσθενεῖν. πρέπει τοίνυν τοῖς ἀνωτάτω λίαν ὑπεροχαῖς τὸ γαλήνιόν τε καὶ ἥμερον φρόνημα. προστεῖ δὲ τοῦτο κατὰ τρόπον μὴν τὴν ἐξαίρετον τῇ θείᾳ τε, καὶ ὑπερτάτῳ φύσει, κατὰ μίμησιν δὲ τινὶ πρὸς αὐτίνι καὶ τῷ ὑμετέρῳ κράτει, φιλόχριστοι βασιλεῖς· ὅτι τῆς ἐν οὐρανοῖς βασιλείας * ἐκτύπωμα ὥσπερ τι καὶ μίμημα τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ὑμεῖς δὴ, καὶ μόνοι, τὸ κατὰ πάντων λαχόντες κράτος, φόβῳ τε, καὶ ἡμερότητι σώζοντες τὰ ὑπήκοον, καὶ οἷόν τινα λαμπρόν τε, καὶ εἰρηνικὴν ἴδιαν τοῖς ἀνὰ πᾶσαν ἀπλοῦντες ὑπ' οὐρανὸν. ταύτῃ τοι καὶ παρορμήθην ἀναγκαίως ἐπί γε τὸ δεῖν τοῖς καθηκέσαις ἀπολογίαις λελυπημένῳ ὑμῶν θεραπεῦσαι τὴν εὐσέβειαν. ὁ δὲ ἐμοὶ * ἐλόμενον μάλιστα τοῦτο δρᾶν, χρήσιμόν τε καὶ ἀναγκαῖον, παρίημι, καὶ οὐχ ἑκών, διὰ τὸ τῷ ὑμετέρῳ κράτει παρὰ πάντων ὀφειλόμενον σέβας. τὸ * μὴν γὰρ εἰπεῖν, ὡς ὁ γέγονά τις οὕτω θρασὺς, ἢ ὀλιγογνώμων, ἢ καὶ σφόδρα τοῦ πρέποντος κατημελήκως, ὡς * πλημμελῆσαί μέτι, καὶ τοῦτο εἰς ὑμᾶς, οὐκ ἀζήμιον ἔσθ' ὅτε. δέδοικα γὰρ καὶ μάλα εἰκότως, τὸ τοῖς παρ' ὑμῶν ἀντιφέρεσθαι ψήφοις. ἵνα μήτι παθοιμι τοιοῦτον, ἐποιόν τί φασι πεπονθέναι τὸν Ἰσραήλ. οὐ γὰρ * εἰς ἅπαν ἀπήλλαγμένος τοῦ ἔσθ' ὅτε πλημμελεῖν. πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες, καὶ νοσεῖ τὸ ἀνθρώπινον ἡ ἀνθρωπίνη φύσις, ὡς ἀκριβὴς νομοφύλαξ ὤετο τύχα τῷ κατὰ μηδένα τρόπον προσκρῦσαι θεῷ· ἀλλ' ἤκουε λεγόντος * αὐτῷ· ἰδοὺ ἐγὼ κρινοῦμαι πρός σε ἐν τῷ λέγειν σέ· οὐκ ἥμαρτον. ἄμεινον οὖν ἄρα καὶ σοφὸν τὸ τοῖς κρατοῦσι παραχωρεῖν, καὶ τινὶ ἐφ' οἷς λελώβηται συγγνώμην αἰτεῖν. πρόσεστι γὰρ, ὡς ἔφην, κατὰ μίμησιν τινὶ ὡς πρὸς Θεὸν, καὶ τῷ ὑμετέρῳ κράτει τὸ ἀμνησίκακον.

* ἁμαρτίας

Γ. Ἔσω. 3. 2.

* ἀεὶ ἅπαν τὸ ἀμώμητον

* ἐκμαγεῖον

* μάλιστα, τὸ ὀφειλόμενον, χρήσιμον τι

* δὲ κατὰ

* πλημμελήσαι τι

* φασὶ τοῦ

* αὐτῷ Γερεμ. 2. 35.

Γέγραφα τοίνυν τῇ τε ὑμῶν εὐσεβείᾳ, καὶ μὴν καὶ αὐτοῖς τοῖς ἐνδόξοις * βασιλίσσαις. ἔδρων δὲ τοῦτο καὶ μάλα ἐρρωμένως, οὐχ ἵνα * θόρυβον, ἢ διχόνοιαν τοῖς ἱερωτάτοις ὑμῶν αὐλαῖς * ἐμβάλλοιμι· πόθεν; μὴ γὰρ ὅτις εἴην ἔχωτε φρενὸς ἀγαθῆς, καὶ λογισμοῦ τοῦ πρέποντος. ἐπιστοποιῶ δὲ μᾶλλον, ὅτι νηφαλίους προσήκει εἶναι τοὺς ἱερουργεῖν πεπιστευμένους τῷ παναγίῳ Θεῷ, περισκέπτεσθαί τε τῷ αὐτῷ δοκοῦσι, μὴ ἀμελήσι τοῦτο δρᾶν, τὴν ἐπιστήμην αὐτοῖς δεδιότες ὄλεθρον, * εἰ κατά τι γοῦν ὅλως ἀναπίπτοιεν εἰς * ῥαθυμίαν. δεῖ γὰρ ἡμᾶς βεβαιοτέρους εἰς πίστιν ἀπεργάζεσθαι, τοὺς ἤδη * πιστεύσαντας εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, οὓς τῷ ἰδίῳ αἵματι κατεκτήσατο, καὶ * ἰδίους ἀπέφηνε προσκυνητὰς, γένος τε ἐκάλεσεν ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ ἔθνος ἅγιον, καὶ λαὸν εἰς περιποίησιν, ἵνα τὰς ἀρετὰς * ἐξαγγέλωσι τοῦ πάντας καλοῦντος ἐπὶ τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. καὶ γοῦν ἐπεὶ τοῖς ἱεράσθαι λαχοῦσι θεσμοθετῶν, περὶ τὸν μακάριον προφήτην Ἰεζεκιὴλ οὕτω πως φησίν· υἱὲ ἀνθρώπου, λάλησον τοῖς

* βασιλίσσαις ἐνδόξοις

* διχόνοιαν, καὶ θόρυβον

* τοῖς ἐμβάλλοιμι

* ἀνεπίδικα

* εἰ καὶ τοῦ γοῦν

* ῥαθυμίας.

* πιστευσάντας

1. Πετρ. 2.

* γένος

* ἐξαγγέλωσι

Ἐζεκ. 33.

τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ σου, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· * γῆν, ἐφ' ἣν ἂν ἐπάγω ῥομφαίαν, καὶ λάβῃ ὁ λαὸς τῆς γῆς ἄνθρωπον ἕνα ἐξ αὐτῆς, καὶ * δώσουσιν αὐτὸν ἑαυτοῖς εἰς σκοπόν, καὶ ἴδῃ ῥομφαίαν ἐρχομένην ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ * σαλπίσῃ τῇ σάλπιγγι, καὶ * σημάνῃ τῷ λαῷ μου, καὶ ἀκούσῃ ὁ ἀκούσας τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος, καὶ μὴ φυλάξηται, καὶ ἐπέλθῃ ἡ ῥομφαία, καὶ καταλάβῃ αὐτόν, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἔσται. ὅτι τὴν φωνὴν τῆς σάλπιγγος ἀκούσας οὐκ ἐφυλάξατο· τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτοῦ ἔσται· καὶ οὗτος, ὅτι ἐφυλάξατο, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐξείλετο. καὶ ὁ σκοπὸς, ἐὰν ἴδῃ τὴν ῥομφαίαν ἐρχομένην, καὶ μὴ * σημάνῃ τῇ σάλπιγγι, καὶ ὁ λαὸς μὴ φυλάξηται, καὶ ἐλθοῦσα ἡ ῥομφαία λάβῃ * ἐξ αὐτῆς ψυχὴν, αὕτη διὰ τὴν αὐτῆς ἀνομίαν ἐλήφθη· καὶ τὸ αἷμα ἐκ χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητήσω. χρῆναι δὲ * οἶμαι, τῆς εἰρημένων τῆς δυνάμεν * οὐκ ἀζήτητον ἐᾶν· ὀνήσειε γὰρ ἄν * καὶ ἔτι μειζόνως, τῆς ἐπ' αὐτῷ θεωρίας ἐξαριθμουμένης εἰς τὸ ἐμφανές· οὐκοῦν ἐφόδου βαρβαρικῆς προσδοκωμένης ἔσεσθαι κατὰ * πόλεως, οἱ ταύτης μελέδωνοι, καὶ φρουρεῖται, καὶ προεστηκότες σκοπευτηρίοις τισὶν, ἤτοι πύργοις τοῖς ἄγαν ὑψηλοτάτοις ἐφιζάνουσί τινας, οἳ τοῖς ἀγροῖς ἐνορῶντες ἀεὶ, τῇδε, κἀκεῖσε τὸν οἰκεῖον περιεκομίζοντες ὀφθαλμὸν, ἐπαγρύπνως περιεργάζονται, μή ἄρα τις τῆς πολεμίων * ἐμβάλλοι, προκαταπτοημένοις μὴ γὰρ τῇ πόλει τὴν ἔφοδον, ἃ * μέχρι ἂν ἀξιοῦται γνεῶν· ἀπονυσάξαντες δὲ πρὸς τοῦτο, τίς τε ἁλῶναι, καὶ παθεῖν αἰτίας αὐτοὶ τοῖς ἰδίαις ἁμαρτάνουσι κεφαλαῖς, τὴν πασῶν ἐχάτην ὑπομένοντες δίκην. κατὰ τὸν ἴσον, οἶμαι, * τοῦτον τρόπον καὶ τῶν ἱερέων ἕκαστος, ἐπειδὴ τέθειται παρὰ Θεοῦ σκοπὸς, εἰ μὲν * ἐπαγγέλλει τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς τὸ πεφυκὸς ἀδικεῖν, στεφάνῳ προέξενον ἑαυτῷ τὸ χρῆμα ποιήσεται. περιπεσεῖται δὲ πάλιν τοῖς ἐκ θείας ὀργῆς ἐπισυμβαίνουσι κακοῖς, ἀδικήσας ὑ μέχρις τοῖς σωπαῖς τὸ τοῖς παρ' αὐτοῦ φωναῖς εἰς ὀρθότητα διοικούμενον. οὐκοῦν ὁ πόλεμος οὗ ὑ καθ' ἑνὸς τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπου κοινῷ, κατ' αὐτοῦ δὲ μᾶλλον κινούμενος τῶν πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ. γέγραπται μὲν γὰρ, ὅτι οὐδεὶς λέγει. ἀνάθεμα Ἰησοῦς, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβὺλ· τουτέστιν, οὐδεὶς ἀρνεῖται τὸν Χριστὸν εἰ μὴ * ἔχει πρὸς τοῦτο ἔλεγχος ἀντὶ τὸν σαπανᾶν. ἀληθὲς δὲ ὅτι τὸ εἰρημένον, οὐκ ἂν ἐνδοιάσειε τις. οὐκοῦν ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης, τουτέστιν ὁ σαπανᾶς, ἀνδρὸς ἱερέως, οὐκ ἀσφαλοῦς, μᾶλλον δὲ καὶ πεπλανημένου τὴν διάνοιαν * τυχὼν, καὶ γλώσσης ἀπορήσας ἑτοιμοτάτης, καὶ ἀνεξεσκέπτως τοῖς τῆς ἀληθείας ἐνυβριζούσης δόγμασι, καὶ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καταισμικρυνούσης δόξαν, θρασεῖα γὰρ ἦν, καὶ * ἀχαλίνοις ὁρμαῖς πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῆς ἀπηχεστάτων ἔσεσθαι θορυβῶν πάσας ἐπίμπλα τὰς ἐκκλησίας. πολιορκουμένης δὲ ἔτι τῆς ὀρθῆς πίστεως, διεγίνοντο πανταχοῦ, καὶ πολὺς ἦν ὁ λόγος καὶ παρὰ τοῖς ἤδη * πιστεύουσι, μὴ ἄρα πεπλάνηνται, Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν * νομίσαντες τὸν Χριστόν. καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; νόσος οἷά τις λοιμικὴ τὴν ὑφ' ἥλιον κατεβόσκετο, ῥίζαν ἔχουσα τὸ ψεῦδος, καὶ πατέρα τὸν σαπανᾶν. ἐπειδὴ δὲ παρὰ Θεοῦ τεθείμεθα σκοποὶ, καὶ τῆς * λαῶν κηδεμόνες, πῶς οὐκ ἔδει, καὶ μάλα προθύμως, τὴν ἱεράν τε, καὶ ἐκκλησιαστικὴν λαβόντας σάλπιγγα τοῖς

* γῆν,
* δώσουσιν αὐτὸν ἑαυτοῖς
* σαλπίσῃ
* σημανεῖ. τῷ λαῷ, καὶ
* σημανεῖ.
* ἐὰν
* καὶ δέ τοι καὶ
* ἐγκαταζήτησον. εἰς ὀνήσαι
* οἶμαι, καὶ
* πόλιν,
* ἐμβάλοι.
* μετρίως
* τοῦτο
* ἀναγγέλλει
1. Κορ. 12.
* ἐγκαταλείπει τὸν διαπεσόντα
* τυχὼν,
* ἀχαλινοῖς
* πιστεύουσι, ἀντὶ, μὴ ἄρα πεπλάνηνται,
* νομίσαντες
* λαῶν

A *supra quam induxero gladium, & tulerit populus terræ hominem unum de suis, & dederit eum in speculatorem; & viderit gladium super terram venientem, & cecinerit tuba, ac significaverit populo meo; is autem qui tubæ vocem audierit, se non custodiverit, & ideo gladius veniens ipsum comprehenderit; sanguis ipsius in caput ejus erit, eo quod cum tubæ vocem audisset, sibi non caverit: & alter quia custodivit se, animam suam eripuit. Si vero speculator viderit venientem gladium, & tuba non significaverit, nec populus se custodiverit, veneritque gladius, & animam ex ipsis abripuerit; ipsa quidem propter suam iniquitatem capta est: sanguinem*

B *tamen ejus de manu speculatoris requiram.* Operæ pretium autem erit horum verborum vim non inditcussam præterire. Non enim mediocriter juvabit, si eorum abdita intelligentia in apertum latius proferetur. Cum ergo barbarica aliqua irruptio expectatur, civitati præsides, curamque illius gerentes, in speculis aut editioribus turribus quosdam collocant, qui directo in agrum prospectu indefinenter oculos hac illac circumferant, pervigili studio ne quis hostium irrumpat observantes. Quod si hostiles insidias tempestive civitati denunciaverint, digni censentur haud mediocri honore: si vero per illorum desidiam civi-

C *tatem capi*, hostileve quid pati contigerit, ipsi pœnas capitibus suis luent, ultimaque supplicia expendent. Ad eumdem fere modum unusquisque sacerdotum, (quandoquidem speculator a domino constitutus est) siquidem populis curæ suæ commissis malum quod lædere solet annunciaverit, coronam hac vigilantia sibi conciliabit. Quod si tacuerit, incidet in mala quæ per iram Dei irrogari solent, quippe cum suo silentio haud mediocri damno affecerit eos, quos vocibus ad rectam viam dirigendos acceperat. Susceptum itaque erat bellum non adversus aliquem vulgarem, nobilive similem hominem, sed adversus omnium

D *nostrum salvatorem Christum dominum.* Scriptum namque est, neminem dicere anathema Jesum, nisi in Beelzebub, hoc est, neminem negare Christum, nisi satanam habeat, qui ad hoc illum instiget: neque quisquam est, qui hoc in dubium vocet. Draco igitur apostata ille, hoc est satanas, virum sacerdotem incautum, ac potius mente seductum nactus, & linguam adeptus temerariam, & ad veritatis dogmata inconsiderate calumniandum Christique salvatoris nostri gloriæ detrahendum promptissimam, (erat enim petulans, effrenatoque impetu quævis etiam absurdissima audacter aggrediens,) turbis seditionibusque

E *omnes ecclesias adimplevit.* Oppugnata autem ad hunc modum recta fide, ubique oriebantur dissensiones, & multa cura solicitabantur ei etiam, qui jam crediderant, num erraverint quod Christum verum Deum esse putassent. Et quid inde secutum est? Pestifera quædam lues orbem depascebatur universum, originem quidem habens ex mendacio, patrem vera satanam. Cum itaque a Deo speculatores constituti simus, ut populorum curam geramus, quomodo nobis non incumbebat, ut admo-

dum alacriter sacra ecclesiasticaque tuba ar-
repta, his qui pietatem servare cupiunt,
diabolici * laquei invasionem detegeremus?
Quam enim pœnam Deus paravit tacen-
tibus? *Sanguinem*, inquit, *ejus de manu
tua requiram*. At erat religiosissime rex,
tutum immotumque cor tuum. Erat sa-
ne, hoc ipse profiteor; potius autem res
ipsæ hoc clamant, longusque præterea tem-
porum tractus testatur, quo omnium ap-
probatione, cum pietatem coluerit, cum
majorum vestrorum gloria certatis: imo
vero, quia illis gloriosum est quod a ve-
stra serenitate superantur, nihil veritus
merito dixerim, meliorem hac de re hone-
stioremque vos tulisse sententiam. Novi
quam immota vobis insit fides, quam fir-
ma in Christum dilectio. Scripsi vero non
inutiliter, ad hoc ut ipsi alis, imo vero ec-
clesias omnibus turbatis opem feratis: vestri
enim moris est conservare. Ut ergo tuba,
quæ barbarorum insultus denunciat, robu-
stissimum quidem ac pugnacissimum quem-
que tantum condecentis generositatis admo-
net, timidum vero tironemque cautum red-
dit, ne qua ratione in hostium acies per
imprudentiam incidens, crudelitatis ipsorum
præda fiat: ita quæ ego de Christo conscri-
psi, vestræ quidem pietatis aculeos adver-
sus diaboli laqueos excitabant, ceteros ve-
ro qui levi mobilique in malum mente
sunt, cautos in fide stabilesque reddebant.
Christi mysterium non ita facile
a multis capitur: illius enim doctrina ad-
modum profunda est; & illis etiam qui
mente plurimum valent, divinasque scri-
pturas exquisite versant, vix tanquam in
speculo atque ænigmate cognita. Cum
autem, ut sacratissimus Paulus dixit,
corrumpant bonos mores colloquia mala; *gut-
taque distillans* secundum Salomonis dictum,
saxa excavet: si novis illi sermones in hu-
manam mentem instar distillantis guttæ sub-
inde incidant, fit quandoque, ut non me-
diocre, imo plerumque maximum afferant
damnum. Instituta itaque utiliter ac necessa-
rio hæc a me est admonitio, tum ad eum ip-
sum (retundendum,) qui præter omnem opi-
nionem Christo bellum intulerat, tum ad a-
lios quoque (confirmandos instruendosque)
qui cum mysterii hujus cognitionem non ad-
modum exacte tenerent, seductoris verbis
non secus ac gravi tempestate jactabantur.
Quod autem necessario scripserim, ex ipsa rei
natura confirmari potest. Superioribus qui-
dem temporibus, multisque retro sæculis, res
humanæ a Deo diffidebant, (errabat enim
universa terra, & sicut beatus David canit:
*Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt,
non est usque ad unum: sed visitavit nos oriens
ex alto*: apparuit nobis unigenitum Dei Ver-
bum, & cum iis qui in terris degunt, conver-
satum est, nostri similis factus homo, ita ut
maneret secundum naturam Deus; ac inter-
stitio sublato, per seipsum Deo & patri nos
conjunxit; & injuriarum oblitus, a peccato,
per quod ab illo dirimebamur, nos liberavit,
fideque justificavit. Est enim ipse pax nostra
secundum scripturas. Futurum itaque erat, ut
fide violata, vinculum pacis nostræ, quo
Deo connectimur, diirumperetur, justitiæque
via a mentibus nostris absconderetur, ne

A δυσεβεῖν ἐλεμβίοις τῆς τοῦ δράβολου * παγίδος καταστημῶσαι τὴν ἔφοδον; τίνα γὰρ ἐπάρτησε δίκην τοῖς σιωπῶσι Θεός; τὸ αἷμα, φησὶν, ἐκ τῆς χειρός σου ἐκζητήσω. ἀλλ' ἦν, ὦ φιλόχριστε βασιλεῦ, ἀσφαλὴς, καὶ ἀκλόνητος ἡ σὴ καρδία· ναὶ, καὶ αὐτὸς ὁμολογῶ· μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὰ τοῦτο βοῶσι τὰ πράγματα· καὶ πρός γε τούτῳ μακρὸς μαρτυρήσει χρόνος, καθ' ὃν ἀδόκιμοι γεγονότες εἰς δυσέβειαν, τοῖς τῶν προγόνων ἀμιλλᾶσθε δόξαις. καὶ ἐπειπερ ἐστὶν ἐκείνοις εὐκλεὲς τὸ κρατῆς ὑμετέρας γαληνότητος ἡττᾶσθαι, τυχὸν φαίην ἂν εἰκότως κατιδεῖσας δδεν, ὅτι τὴν ἀμείνω καὶ προφερεστέραν ὑμεῖς ἀνεδήσασθε ψῆφον. οἶδα τῆς σῆς ὑμῖν πίστεως τὸ ἀκλόνητον, τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὸ * ἱδρυμένον. ἔγραφον δὲ χρησίμως, ἵνα τοῖς ἄλλοις, μᾶλλον δὲ τοῖς ἐκκλησίαις ἁπάσαις θορυβουμέναις ἐπικουρήσητε. σῴζειν γὰρ ἔθος ὑμῖν. ἡ βαρβαρικὰς ἐφόδους σημαίνουσα σάλπιγξ, τὸν μὲν δυσθενῆ τε, καὶ μαχιμώτατον τῆς αὐτῷ πρεπούσης εὐανδρίας ὑπομιμνήσκει μόνον, τὸν δὲ ἀσφόδρα γοργὸν, καὶ ἐμπειροπόλεμον ἀσφαλίζεται, μὴ ἄρα πως τοῖς τῶν πολεμίων φάλαγξιν ἀδοκήτως ἐμβαλὼν, τῆς σῆς αὐτοῖς ὠμότητος γένηται θήραμα· ὁ ἐμὸς τοίγαρῶν περὶ Χριστοῦ λόγος τῆς μὲν εὐσεβείας τῆς ὑμετέρας τὸ κέντρον ἐκίνει κατὰ τῆς τοῦ δράβολου παγίδος, ἠσφαλίζετο δὲ πρὸς πίστιν τοὺς ἑλαφρόν τε, καὶ εὐπαρακόμισον ἔχοντας τὸν νοῦν. ὀπολλοῖς εὐκατόπτρον ἐστὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον. βαθὺς δὲ λίαν ὁ λόγος ὁ περὶ αὐτοῦ· καὶ τοῖς ὅτι μάλιστα νοῦν ἐχεστάτοις, καὶ τὰς θείας ἠκριβωκόσι γραφὰς, μόλις, ὡς ἐν αἰνίγματι, καὶ ὡς ἐν ἐσόπτρῳ γνώριμος. καθὰ φησὶν ὁ ἱεράτατος Παῦλος· φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαὶ· καὶ μὴν καὶ κατά γε τὸν Σολομῶντος λόγον, σταγὼν σάζουσα κοιλαίνει πέτραν· * τὸ γὰρ τοι συχνὸς εἰς νῦν τὸν ἀνθρώπινον ταγὸν δίκην τοῦ ἀδικεῖν πεφυκότας καθίεσθαι λόγους, οὐ μετρίαν, ἔοθ' ὅτε, μᾶλλον δὲ ὡς ἐπίπαν ἐργάζεται τὴν ζημίαν. ἀναγκαία τοίγαρεῦν, καὶ ἐπωφελὴς ἡ παρ' ἐμοῦ γέγονεν ὑπόμνησις πρός τε ἐκεῖνον αὐτὸν, τὸν παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα Χριστῷ πολεμήσαντα, καὶ πρός γε τοὺς ἄλλους, οἱ τὴν τοῦ μυστηρίου γνῶσιν οὐ λίαν ἠκριβωκότες, τοῖς τοῦ πλανῶντος λόγοις οὐ μετρίως κατεχειμάζοντο· ὅτι γὰρ ἔγραφον ἀναγκαίως, καὶ αὐτὴ πιστώσεται τῶν πραγμάτων ἡ δύναμις. κατὰ μὲν γὰρ τοὺς ἀνωθεν, καὶ παρῳχηκότας ἤδη καιροὺς διεστήκει Θεοῦ τε ἀνθρώπινα. πεπλάνητο γὰρ ἡ σύμπασα γῆ· καὶ καθάφησιν ὁ μακάριος Δαυὶδ· πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρεώθησαν· οὐκ * ἦν ὁ ποιῶν χρηστότητα· οὐκ ἦν ἕως ἑνός. ἀλλ' ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, ἐπέφανεν ἡμῖν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ συναναστρέφεται τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, καθ' ἡμᾶς γεγονὼς ἄνθρωπος μὴ τοῦ * μεῖναι φύσει θεός· αὐτὸς ἡμᾶς συνῆψε δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ, παρελὼν τὸ μεσολαβοῦν, καὶ ἀμνησικάκως ἀπαλλάξας τῆς * διϊστάσης ἡμᾶς ἁμαρτίας, καὶ δικαιώσας τῇ πίστει. καὶ γὰρ ἐστιν αὐτὸς ἡ εἰρήνη ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς· ἔμελλε πίστει ὁ τῆς πρὸς Θεὸν εἰρήνης ἡμῶν σύνδεσμος διαῤῥηγνύσθαι, παραλυομένης τῆς πίστεως· ἔμελλεν ἡ τῆς δικαιοσύνης ὁδὸς ἐκ τῶν ἡμετέρων κρύπτεσθαι διανοιῶν. ἵνα μή τι * λεγόμενον φορτικὸν

* ἡμετέρου
* ἱδρυμένον
* λίχνοι
* Κοιλαίνει, τοιγάρτοι, σωζόμενον Luc. 14. 19.
* Ψαλ. 13. 3.
* ἔτι
Luc. 1. 78.
* Βαρυν. 3. 38. μεῖναι Θεός.
* διϊστάμενον
Ezec. 3
* λίχνοι
διαμό-

Ezech. 33.
Tit. 1. 11
Ps. 13.
Luc. 1.
Baruch. 3.
Ephes. 2.
Idem

Rom. 6.

διηκρίβωθα γὰρ δι' τῆς ἁγίου βαπτίσματος, τὸν θάνατον τοῦ Χριστοῦ καταγγέλλοντες, ὁμολογοῦντες δὲ καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ. πλὴν οὐκ ἀνθρώπου κοινὸν θάνατον καταγγέλλομεν, ὦ φιλόχριστε βασιλεῦ, ἀλλ' ἐνανθρωπήσαντος Θεοῦ, καὶ παθόντος μὲν ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καθὰ γέγραπται, ζῶντος δὲ ὡς Θεοῦ, καὶ τῇ ἰδίᾳ φύσει μεμενηκότος ἀπαθοῦς. κἀνταῦθα τοιγαροῦν τῆς χρεωστουσῶν ἐλπίδος, τόγε ἦκον εἰς τοὺς τοῦ πλανῶντος λόγους, καὶ τὴν ἀπειρίαν καὶ * ἀπύλωτον γλῶττην, ἀναγκαῖόν πως ἡμῖν, καὶ ἀπαραίτητον, βασιλεῦ, σιωπᾶν ἡμᾶς ἔχοντας τὴν ἀλήθειαν, τοῖς ὀρθῶς ἔχουσιν ἐπαμῦναι σπεύδοντας. τοῦδε δὴ μάλιστα ἡμᾶς πρὸς τοῦτο παροξύνον ἐλθεῖν, * ἐκεῖνο * ἐστιν. σκοπῶμεν μὲν γὰρ οἱ μακάριοι πατέρες ἡμῶν * διαρρηθέντες παρὰ Θεοῦ, τὴν ἱεροσύνην τοῖς τῆς αἱρέσεων κατὰ καιρὸς ἀντεπέξαντο δυσροπίαις, μάλιστα δὲ τῇ τῆς ἀνοσίου Ἀρειανῶν * καὶ τοι κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ οἱ τῆς ἀνθρωπίνων κρατοῦντες πραγμάτων οὐκ ἤδεισαν τὴν ἀλήθειαν. ἐφρόνουν δὲ μᾶλλον τὰ ἐκείνων. καὶ τοὺς ὀδόντας αὐτῆς * ἐπέτριζον τοῖς τῆς ἐκκλησιῶν διδασκάλοις. ἀλλ' ἦσαν ἐκεῖνοι πάντες ἀμείνους δείματος, τὸν ὀρθόντα, καὶ * ἀνεπίληπτον τῆς πίστεως διακηρύττοντες λόγον. ἤδεισαν γὰρ λέγοντα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. μὴ φοβεῖσθαι ἀπὸ τῆς ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβεῖσθε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. ὅτε τοίνυν ἐκεῖνοι τοὺς τῆς ὅλων κρατοῦντας κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ πολεμωτάτους ἔχοντες, ὑ' σεσιγήκασιν εἰς δόξας ἀδικουμένου τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς κατ' ἴχνος ἴσθαι τῆς ἐκείνων ἐπιεικείας, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν γνησιότητος; πῶς οὐκ ἔδει τοῖς τοῦ δυσφήμου φωναῖς, ἀντεφέγγεσθαι τὴν ἀλήθειαν; ἤδειν, ὡς ἔφην, τῆς εὐσεβείας ἡμῶν τὸ ἐρηρεισμένον. ἠπιστάμην ἀκριβῶς, ὡς οὐκ ἐκεῖνος μᾶλλον ἤρεσκον, ἀλλ' ἐγώ. * τί τὸ σιωπᾶν ἀνεπείθον με; μικρὸν με τὸ πρέπον εἴκεσιν ὄνος, καὶ Θεῷ προσκρῦσαι παρεσκεύασεν. ἀλλ' ἔφην αὐτὸς ἐμαυτῷ· ἀπροφάσιστον ἔχεις, ὦ οὗτος, τὴν σιωπήν. δεινὰ κατάσου τὰ ἐγκλήματα παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. εὐσεβὴς καὶ φιλόχριστος ὁ τῆς βασιλίδι δόξῃ κατεσεμνυμένος παρὰ Θεοῦ. καὶ μὴν καὶ αὐτὴ τοῖς ἴσοις αὐχήμασιν ὁρᾶται διαπρεπὴς ἡ τῆς ἀκλεεστάτων βασιλίδων δυάς. ὁμογνωμονεῖ κ, αὐτὰ τὰ σεμνά τε, καὶ ἀξιαγάστα τῆς παρθενίας βλαστήματα. οἱ σασιν ἔχοντες τὴν ἐγγὺς, καὶ τοῖς τῆς ἀξιωμάτων ὑπεροχαῖς ἐκλελαμπρυσμένοι, ὀρθῶ τε, κ, ἀδιαβλήτῳ διαπρέπουσι πίστει, λελύπηνται καὶ αὐτοὶ τῆς τοῦ σωτῆρος δόξης ἀθετουμένης. εἶτα πῶς ὑ' σφόδρα νεανικῶς τὰ Θεῷ δοκοῦντα πληροῖς; ἢ οὐκ ἀέρανης ὁ ναυτίλος, ὅταν οὐ θείας αὐτῷ τοῦ πνεύματος καταχεομένου τῆς λίνων παραιτῆται τὸ πλεῖν; οὐχὶ ἀθυμὴς τε, κ, φυγοπόλεμος εἴη ἂν ὁ τεταγμένος ἐν στρατιώτης, εἰ νικᾶν ὀφεῖν, τῆς τῆς ἀεῖσων χειρὸς ἐπικυρώσης αὐτῷ, ῥιψασπίς τις ὁρῶτο, κ, ἀνανδρος; τοῖς τοιαύταις ἐμαυτὸν παραθήγων ἐννοίαις, κ, τῇ εὐσεβείᾳ τὸ ὑμέτερον κρατοῦν πεθαρρηκώς, ἀοκνότατα παρῆλθον ἐπὶ τὸ

Matth. 10. 28.

* ἀπέρατον.

* ἐστὶν ἐκεῖνο.

* διαρρηκτοι.

* καὶ τοι.

* ἐπέτριβον.

* ἀνεπίληπτον.

* τὸ μὲ σιωπᾶν ἀνεπείθον με.

A quid dicam gravius: Justificamur enim per sanctum baptisma, mortem Christi annunciantes, simulque resurrectionem ejusdem confitentes. Verumtamen, Christianissime rex, mortem annunciamus non vulgaris hominis, sed inhumanati Dei, passi quidem nostra causa secundum carnem, ut scriptum est, viventis autem tanquam Dei, & secundum propriam naturam impassibilis manentis. Cum ergo Christianorum spes, quod quidem ad seductoris sermones, imperitamque & effrænatam ejusdem linguam attinebat, in apertum periculum adduceretur; necessitate quadam adacti non potuimus, o rex, socia habentes ipsius B veritatis arma, illos qui recte credunt, non defendere. Ut autem hoc faceremus, illud maxime nos impulit. Beati namque patres nostri, * cum sacerdotium a Deo accepissent, hæreticorum perversitati suo quique tempore sese intrepide oppofuerunt, maxime vero impiorum Arianorum; etiamsi ii qui tunc humanarum rerum dominium obtinebant, veritatem ignorarent, imo magis cum illis quoque sentirent, dentibusque adversum ecclesiæ doctores infremerent. Verum illi omni metu superato, rectam & irreprehensibilem fidei doctrinam libere prædicabant. Noverant enim dominium nostrum Jesum Christum dixisse: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt; sed potius timete eum, qui animam & corpus potest perdere in gehenna.* Cum igitur illi, tametsi infensissimos eos haberent qui universale per id tempus in omnes imperium obtinebant, nihilo minus non siluerint, ut salvatoris nostri omnium gloriam ab injuria vindicarent; quomodo necesse non erat ut nos quoque probitatis sinceritatisque illorum erga Christum vestigia sequeremur? Quomodo blasphemis illius vocibus veritas opponenda non erat? Sciebam, sicut dixi, vestræ pietatis in fide stabilitatem. certo persuasus eram, illum non magis vobis placere, quam me: quænam res silentium suadebat? Me propemodum ab officii decore hæsitatio dimovit, & ad Deum offendendum adduxit? Verum ad me ipsum ita dicebam: Heus tu, silentium tuum excusari non potest; (imo vero si silueris,) & apud Deum & apud homines gravem noxam incurres: pius & Christi amans est is, quem Deus regia gloria decoravit: sed & clarissimarum Augustarum egregium par, æquis laudibus elucere perspicitur: consentiunt quoque venerabilia ipsa & admirabilia virginitatis germina: tum reliqui & ordine & dignitatum excellentia his proxime accedentes, rectaque & inculpata fide ornati, non vulgari propter spretam salvatoris nostri gloriam & ipsi quoque tristitia afficiuntur. Cur ergo quæ Deo grata fore intelligis, non audacter exequeris? An non iners nauta ille censendus, qui secundis ventis vela implentibus navigare nollet? Nonne velut ignavus & imbellis damnaretur, qui in acie constitutus, fortissimorumque militum manu adjutus, cum victoria potiri posset, meticulosus foret, & clypeum abjiceret? Talibus me ipsum cogitationibus excuens,

Rom. 6.

* a Deo accepissent, hæreticorum perversitati suo quique tempore sese intrepide opposuerunt, maxime vero impiorum Arianorum.

vestræque majestatis pietate fretus, imperterrite in medium prodii, necessarium raeus, ut Christi indigna contumelia affecti caulam susciperem. Verum ad ea quæ hactenus dicta sunt, & hoc quoque adjiciendum existimo. Electus fuit Nestorius tanquam in apostolicis evangelicisque doctrinis exercitatus, promovendæque pietatis artifex, quique rectam & omnino inculpatam fidem teneret: ac talem esse hunc hominem cupiebat etiam pia vestra majestas, universique sanctarum ecclesiarum præsides, & ego ipse. Etenim cum de illius ordinatione literas a piissimis episcopis, qui eum promoverant, accepissem, nihil cunctatus, gaudens & laudans, illique tanquam fratri & comministro, optima quæque per divinam sententiam obtingere exoptans, rescripsi. Quæ vero postea consecutæ sunt accusationes, non nostræ dilectioni, sed illius potius improbitati imputandæ sunt. Electus est ut ovis, sed inventus est lupus: ut sincerus fidelisque famulus, sed dilexit contrarium: ut vinea uvarum ferax, *sed*, sicut scriptum est, *spinas protulit*: ut industrius agricola, sed insidiatus est ayso: ut bonus pastor, sed feris agrestibus efferatior evasit. Deinde cum jam pravis nescio quomodo opinionibus laboraret, admonitus est sæpenumero, idque a multis. Num igitur per admonitiones melior evasit? num redargutus conscientia remorsus est? num in melius consilia retractavit? num boni aliquid animo concepit? num mendacium odio habuit? num veritatem dilexit? num inscitiæ caligineni repudiavit? num lucem quæsivit? num adversus Christum nugari desiit? num contradicentium multitudinem reveritus est? numquid, cum multos, ac pene innumeros offensos animadverteret, abstinuit? numquid eum ecclesiam fidelium cœtu vacuam destitutamque cerneret, indoluit? Nequaquam, ut ipse rerum eventus clare probavit. Etenim cum sancta nostra synodus in Ephesiorum metropoli juxta majestatis vestræ decretum undique convenisset, venit eo tum ipse quoque: cumque super præteritis lamentari plorareque debuisset; perinde ac si neminem prorsus per ea offendisset, quæ cum in illa magni nominis civitate etiamnum versaretur, effutire ausus fuerat, pejora adhuc adjecit, turpioraque contra salvatoris nostri gloriam evomere non dubitavit, blasphemiæ in illum conjectæ crimen parvi omnino, imo prorsus nihili faciens. Quæ enim ausus est dicere, satius est tacere; idque cum dissereret cum episcopis sanctis, optimumque in omnis virtutis genere testimonium & existimationem habentibus, divinarum quoque scripturarum peritissimis, apprimeque gnaris. Qui proinde blasphemiis illius contra Christum plurimum offensi, incontinentemque & effrænatam ejusdem linguam detestati, manus apud illum laverunt, & quæ ab illo audierant, sanctæ synodo non sine lacrymis renunciarunt: non latenter aut occulte, sed ea fiducia, ut id in ipsa fide rerum gestarum deponerent, parati etiam ad revincendum ipsum, quod ea adversus Christum dixerit, quæ vel cogitare nefas esset. Fe-

A χρείαν σωιεκτεῖν δυσφημιμένῳ Χριστῷ· ἄλλως τε χρὴ γὰρ, ἔγωγέ φημι, προσεπιγκεῖν οἷς ἔφην καὶ τόδε. ἐπελέχθη Νεστόριος, ὡς τοῖς ἀποστολικοῖς, καὶ εὐαγγελικοῖς κηρύγμασιν ἐγγεγυμνασμένος, ὡς τεχνίτης εἰς εὐσέβειαν, ὡς ὀρθῶς ἔχων τῶν πίστιν καὶ ἀμώμητον παντελῶς· καὶ τοιοῦτον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ εὐσεβὲς ὑμῶν κράτος ἐπεθύμει, καὶ πάντες δὲ οἱ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν προεστηκότες, κἀγώ τε αὐτός. καὶ γοῦν ὅτε τὰ περὶ τῆς χειροτονίας αὐτοῦ παρὰ τῶν εἰς τοῦτο παρεσκευασμένων θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων διεπέμφθη γράμματα, ἀντίγραφον ἀμελλητὶ, χαίρων, ἐπαινῶν, ἐπεύχόμενος ὡς ἀδελφῷ, καὶ

B συλλειτουργῷ τὰ πάντων ἐξαίρετα τῶν ἀγαθῶν διὰ τῆς ἄνωθεν ὑπάρξαι ψήφου. ἀλλ' ὁ τῆς ἡμῶν φιλαδελφίας τὰ μὴ τοῦτο κατηγορήματα, μᾶλλον δὲ τῆς ἐκείνου σκαιότητος. ἐπελέχθη μὴ γὰρ ὡς πρόβατον, ἀλλ' εὑρέθη λύκος· ὡς πιστὸς, καὶ γνήσιος οἰκέτης, ἀλλ' ἠγάπησε τὸ ἐναντίον· ὡς ἐὐβοτρυς ἀμπελὼν, ἀλλ' ἐκτέτοκε ἀκάνθας, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὡς γεωπόνος ἐπιτήδειος, ἀλλ' ἐπεβούλευσε τῷ χωρίῳ· ὡς ποιμὴν ἀγαθὸς, ἀλλὰ θηρῶν ἀγριώτερος γέγονε ἀπηνέστερος. εἶτα νενοσηκὼς, οὐκ οἶδ' ὅπως, τῶν κακοδοξίαν, νουθετήθη πολλάκις, καὶ τοῦτο παρὰ πολλῶν· ἄρα οὖν ὠφελήθη νουθετούμενος; ἐδήχθη τὸν

C νοῦν, ἐλεγχόμενος; μετεβουλεύσατο τὰ ἀμείνω; πεφρόνηκέ τε τῶν ἀγαθῶν; ἆρα μεμίσηκε τὸ ψεῦδος; ἠγάπησε τῶν ἀληθειαν; * παρητήσατο τῶν τῆς ἀμαθίας ἀχλύν; ἐζήτησε δὲ τὸ φῶς; κατέλιπε τῆς κατὰ Χριστοῦ γλωσσαλγίας; τῶν ἀντιρρησάντων ἐδυσωπήθη τὸ πλῆθος; ἐφείσατο πολλῶν, καὶ ἀνακινήσαντες σκανδαλιζομένους ὁρῶν; * λελύπηκεν αὐτὸν τὸ * κοινὸν τῶν πεπισευκότων τῶν ἐκκλησίαν ὁρῶν; ὠδάμως, καθὰ καὶ αὐτὸ τῶν πραγμάτων τὸ πέρας διαβοήσειν ἄν. ἐπειδὴ γὰρ ἡμῖν ὁ ἁγία σύνοδος κατὰ θέσπισμα τοῦ ὑμετέρου κράτους συναγήγερτο πανταχόθεν κατὰ τῶν Ἐφεσίων μητρόπολιν, ἀφίκετο δὲ καὶ αὐτὸς, τότε δὴ τότε, καὶ τοι δέον τοῖς ἤδη παρωχηκόσιν ἐπολοφύρεσθαι, καὶ κλαίειν αὐτὸν, ὥσπερ οὐδενὸς ἀγανακτοῦντος ὅλως, ἐφ' οἷς πετόλμηκεν εἰπεῖν ἔτι ποιούμενος τὸς διατριβὰς ἐν ἐκείνῃ τῇ μεγαλωνύμῳ πόλει προσετίθει τὰ χείρω. καταφλυάρει τὰ αἰσχίστα, καὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καταθρασύνετο δόξης, ὀλίγου παντελῶς ἀξιώσας λόγου, μᾶλλον δὲ τοῦ μηδενὸς ὅλως, τῆς εἰς αὐτὸν δυσφημίας τὸ ἔγκλημα. οἷα γὰρ τετόλμηκεν εἰπεῖν, σιωπᾶν ἄμεινον· καὶ * τοῦτο διαλεγόμενος ἐπισκόποις * θείοις, καὶ εὐσεβεστάτην ἔχουσι τῶν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς ψηφόν τε, καὶ δόξαν. ἦσαν δὲ καὶ τῆς θείων γραφῶν

E ἐμπειροτατοί τε, καὶ ἐπιστήμονες· οἱ καὶ πολὺ λίαν πῶς κατὰ Χριστοῦ δυσφημίαις ἐπληγκότες, καὶ τῶν ἀκρατῆ, καὶ ἀπίλωτον αὐτοῦ μισήσαντες γλῶττων, ἀπονιψάμενοί τε τὰς χεῖρας αὐτῷ, τοῦτα τῇ συνόδῳ δακρυρροοῦντες ἀπήγγελον, οὐκ ἐν παραβύσῳ, καὶ λεληθότως, θαρσήσαντες δὲ ἐπ' αὐτῆς τῆς πίστεως τῶν ὑπομνημάτων εἰπεῖν, καὶ ἑτοίμως ἔχοντες διελέγχειν αὐτὸν, ἃ μὴ δὲ θέμις σιωπᾶν, κατεῤῥηκότα Χριστοῦ. ἑῶρων δὲ τοῦτο, τῶν ἐπὶ τοῦ θείου βήματος διδόντες κρίσιν. ὁ γὰρ ἀφι-

Hosai 5.

* παρετηρήσα-τε.

defunt duæ lineæ in inf. Seg. [illegible]

* διὰ τοῦτο. εἰδότα.

ἀφιλόνεικοι τινὰς ἦσαν, φιλόθεοι δὲ μᾶλλον, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης γνήσιοι φύλακες. ὥσπερ γὰρ τοὺς ὑπὸ σκῆπτρῳ κεκοσμῆσθαι τῆς ἀρχῆς ὑμῶν βασιλείας, ἢ γενναίους στρατηγοὺς, ἢ γοῦν καὶ ἑτέρους τινὰς τῆς σὺν ἀξιώμασι, καὶ ὑπεροχεῖς, λαμπρούς τε, καὶ φιλτάτους ὑμῖν ἀποφαίνει τὸ κατηκόντως ἀγανακτεῖν, εἰ δήπου τινὲς ἢ ἀσελγῆ καὶ ἀκόλαστον κατά γε τὸ ὑμέτερον κράτος κινήσειαν γλῶτταν, ἢ καὶ δρᾶν εἴλοιντό τι τῆς ἔξω λόγου, καὶ τοῦ εἰκότος. ὅπω καὶ τὸν θεῖον ἱερουργὸν ἐπαινοῦν πάντες ἄξιον ἀπεργάζεται παρά τε Θεῷ, καὶ ἀγγέλοις, τὸ μὴ ἀνέχεσθαί τινος τῆς τοῦ θείας καταφλυαρούντων δόξης, σὺν μοίρᾳ δὲ μᾶλλον αὐτοὺς τῆς ὅτι μάλιστα πολεμιωτάτων ποιεῖσθαι φιλεῖν. καὶ γοῦν ὁ μακάριος Δαυὶδ αὔχημα λαμπρὸν ἑαυτῷ δὴ τοῦτο περιτιθεὶς, ἀνεφώνει· οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς σου ὠξεστηκόμην; τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς· εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντο μοι. εἰ μὴ οὖν ἀγαπῶσι Χριστὸν οἱ δυσφημοῦντες αὐτὸν, λογισμῷ τοῦ πρέποντος ἁμαρτάνουσιν οἱ πολεμοῦντες αὐτοῖς· εἰ δὲ μισοῦσιν ἀναφανδὸν, καὶ τὸ σάφες ἐστὶ κατ' ἀδοξίαν ἀμφίβολον, πῶς οὐκ ἀξιάγαστοι, καὶ θεοφιλεῖς, οἱ τῶν ἐκείνων βδελυρίαις τὸν δυσφημῆ, καὶ φιλόθεον ἀντεξάγοντες λόγοι;

Ψαλ. 138. 21 τοὺς ἐχθροῦς.

Ἦν δὲ καὶ ἕτερος χρήσιμόν τε, καὶ ἀναγκαῖον, τῷ ὑμετέρῳ κράτει, τὸ τῆς θείων ἐλαύνεσθαι θυσιαστηρίων τὸν βεβηλοῦντα αὐτά. καὶ τίνα τρόπον; ἐρῶ, τὰ ἐκ τῆς * θείας γραφῆς παρειλεγμένα εἰς πληροφορίαν. ὀλιγωρήσαντες ποτε τῆς διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως τεθεσπισμένων οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τῆς δοθείσης αὐτοῖς ἀλεγήσαντες στολῆς, ἐτράποντο πρὸς ἀποστασίαν τῶν ἀπὸ Θεοῦ, καὶ προσκεκυνήκασιν εἰδώλοις, καὶ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καθὰ γέγραπται. ἦκον δὲ ἤδη πρὸς τοῦτο * δυστροπίας οἱ πλανεῖς, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν θεῖον καταμιαῖναι νεών. ἠγανάκτει πρὸς ταῦτα Θεὸς, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν. ἐπειδὴ δὲ βεβασίλευκεν Ἐζεκίας ἀνὴρ ὅσιός τε, καὶ ἀγαθὸς, ἐπανώρθου τὰ διεπτοισμένα· καὶ δὴ τὸν θεῖον διεκαθάρας ναὸν, προσεκόμιζεν ὅπω τὰ νενομισμένα τῷ πάντων κρατοῦντι Θεῷ. γέγραπται δὲ ὅπω περὶ αὐτοῦ· καὶ Ἐζεκίας * ἐβασίλευσεν, ὢν εἴκοσι πέντε ἐτῶν· εἶτα προσεφώνει τοῖς λευίταις· ἄνδρες λευῖται, ἀκούσατε· νῦν ἁγνίσθητε, καὶ ἁγνίσατε τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ ἐκβάλλετε τὴν ἀκαθαρσίαν ἐκ τῶν ἁγίων· ὅτι ἀπείσησαν οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ ἐποίησαν τὸ πονηρὸν ἐναντίον κυρίου, καὶ ἐγκατέλιπον αὐτόν. προσθεὶς δὲ τούτοις καὶ ἕτερα τινὰ τῆς χρησίμων τοῖς ἀκροωμένοις, ἐπιφέρει πάλιν· καὶ νῦν μὴ διαλίπητε, ὅτι σὺν ὑμῖν ἠρέτικε κύριος σῶσαι ἐναντίον αὐτοῦ λειτουργεῖν, καὶ εἶναι αὐτῷ λειτουργοῦντας, καὶ θυμιῶντας. καὶ ἀνέστησαν οἱ λευῖται, φησὶ, καὶ συνήγαγον τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, καὶ ἡγνίσθησαν κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ βασιλέως διὰ προστάγματος κυρίου, καθαρίσαι τὸν οἶκον κυρίου· καὶ εἰσῆλθον οἱ ἱερεῖς ἔσω εἰς τὸν οἶκον κυρίου, καὶ ἐξέβαλον πᾶσαν τὴν ἀκαθαρσίαν τὴν εὑρεθεῖσαν ἐν

* Διεστάλη.

Βασιλ. 27 * δυστροπίας.

2. Παραλ. 29. * ἐβασίλευσεν.

A cerunt autem hoc, divini illius tribunalis judicium metuentes. Non enim sine ullo affectu ac sine sensu amoris erant; sed divino amore magis ardebant, sinceramque dilectionem erga Christum servabant. Quemadmodum enim ii qui sacri vestri imperii sceptris parent, sive illi sint generosi duces, sive in quacumque alia dignitate vel præeminentia constituti, præclari vobisque amicissimi cognoscuntur, ii indignatione in illos commoventur, qui petulantem infrænemque linguam in vestram dominationem moverunt, vel aliquid aliud contra jus & fas admittere voluerint: ita domini quoque sacerdotem omni laude apud Deum & angelos dignum reddit, si neminem contra divinam gloriam nugari patiatur, sed potius omnes tales summorum hostium loco habeat. Quin & beatus quoque David magnæ gloriæ id sibi ducens, ita prædicat. *Nonne qui oderunt te, domine, oderam & contra inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos; inimici facti sunt mihi.* Quod si Christum diligunt, qui illum blasphemant, utique a recta ratione aberant, qui eos impugnant. Si vero palam Christum oderunt, nec ullo modo ea res in dubium cadit; qui fieri potest ut non suspicendi sint, Deoque egregie cari, qui ethicam piamque doctrinam abominandis illorum dogmatibus opponunt?

Psalm. 138. 21

Erat autem & alia quoque ratione vestro imperio utile & necessarium, ut a divinis arceretur altaribus is qui illa contaminarat. Si causam quæris, dicam, ea ex divinis literis in medium afferens, quæ rem confirment. Israelitæ aliquando ea parvifacientes quæ per sapientissimum Moysen constituta fuerant, mandatumque quod acceperant, aspernantes, a Deo defciverunt, *& ad simulacra, & omnem militiam cœli adorandam*, ut scriptum est, *sunt conversi*. Ad tantam autem miseri illi improbitatem impietatemque devenerunt, ut & ipsum divinum templum polluerent. Succensuit ob hæc Deus, tradiditque illos in manus inimicorum. Posteaquam autem Ezechias vir sanctus & bonus adeptus est regnum, ea in quibus peccatum erat, emendavit, sacroque templo repurgato, omnipotenti Deo quæ conveniebant obtulit. Scriptum autem de illo ad hunc modum extat: *Et Ezechias regnare cœpit cum viginti quinque esset annorum; allocutusque est Levitas; dicens: Viri Levitæ audite. Nunc purificamini, & purificate domum domini Dei patrum nostrorum, & ejicite omnem immunditiam e sanctis: quoniam rebellarunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu domini, & dereliquerunt eum.* Cum autem iis & alia quædam audientibus salutaria adjecisset, subintulit iterum: *Et nunc non differatis; quoniam vos elegit dominus ut stetis in conspectu ejus ad ministrandum, & ut sitis sibi ministrantes, & (thus) adolentes. Et surrexerunt*, inquit, *Levitæ, & congregaverunt fratres suos, & purificati sunt juxta mandatum regis per præceptum domini, ad mundandam domum domini. Et ingressi sunt sacerdotes intus in domum domini, & ejecerunt omnem immunditiam inventam in domo domini: & in atrium domus*

Psalm. 138. 21

2. Paral. 29.

Ibidem

Domi-

Domini. Subjungit deinde sancta scriptura: *Et sextadecima die primi mensis, quod cœperant compleverunt. Ingressique ad regem Ezechiam, dixerunt ei: Purificavimus omnia quæ in domo domini*. Deinde subjungitur hic rursum. *Et surrexit mane Ezechias rex, & congregavit principes civitatis, & ascendit in domum domini, & obtulit vitulos septem, & hircos caprarum septem pro peccato, pro regno, pro sanctis, & pro Israel*. Intelligite hinc, o Christianissime rex, optimum illum sanctumque Ezechiam, quamvis Deo sacrificare instituerit, non prius templum Dei ingressum esse, & ea quæ in votis habebat perfecisse, quam sacerdotibus Dei domum domini repurgare, omnemque immunditiam inde ejicere præcepisset. Eo autem facto adolebat splendide, atque gaudebat, & valde recte, ut qui tum acceptum Deo sacrificium obtulisset, ubi maxime templum ab immunditia liberasset. Ejusmodi quidpiam a vestra quoque majestate factum est ad Christi gloriam. Est enim vobis in more positum, ut incensum adoleatis, ornetis ecclesias, largissimaque manu quæ sunt ad Dei gloriam semper offeratis. Verum necessarium erat, ut templum ab omni macula, omnique inquinamento prius repurgaretur & liberaretur, ac tum denique opportunum sacrificium a vobis offerretur. Blasphemia autem in Christum, sceleris omnis crimen excedit. Sed præcepistis sacerdotibus, qui, ut modo dixi, repurgarunt vobis templum, illudque sanctificaverunt, imperitam, impiamque linguam compescentes; ut vos hac ratione apud Deum & angelos, & homines magis commendemini.

Sancta itaque & œcumenica synodus, Christo omnium nostrum salvatori grata, fidei quæ in ipsum est, patrocinari studens, illudque quod scriptum est, tantumnon dicens; *Zelo zelatus sum pro domino*: sedulo curavit, ut scandali occasio e medio tolleretur. Verum quos æquum erat, imo potius necessarium, simul cum his qui laborabant, strenue dimicare, prompteque & cupide pugnare, & munera strenui laboris propter Christum insumpti nobiscum participare, eumdemque zelum nobiscum suscipere, & animum pia alacritate implere, hi duri & immisericordes evaserunt, blasphemique illius hominis improbitati omnino pares. Dolentes autem & mœrentes, non propter Christi gloriam, sed propter eum qui plurima contra Christum impie nugatus fuerat, eos impugnabant, qui animose dimicarant, eorumque qui quæ Christi sunt sapere volebant, per ea quæ temere ausi sunt adversarios se declarabant, illud tantumnon vociferantes: Cur petulantem infrenemque linguam compescuistis? cur rapacem lupum ovina pelle detracta, omnibus mortalibus notum reddidistis? Nam blasphemum illum deprehensum esse ægre ferre, nihil aliud, ut opinor, est, quam hoc ipsum quod jam dicebam, proclamare. Etenim qui Antiochenæ ecclesiæ præest, a vestra majestate ad præfinitum diem adesse jussus, a sancta synodo abfuit. Studio enim in itinere hærebat, ut ea cunctatione illius improbitati gratificaretur qui

A τῷ οἴκῳ κυρίου, & εἰς τὴν αὐλὴν τοῦ οἴκου κυρίου. καὶ τὰ φῦσι τὸ γράμμα τὸ ἱερόν· καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου συνετέλεσαν, καὶ εἰσῆλθον ἔσω πρὸς Ἐζεκίαν τὸν βασιλέα, καὶ εἶπον· ἡγνίσαμεν πάντα τὰ ὑπὸ τῷ οἴκῳ κυρίου. γέγραπται δὲ πάλιν· ὅτι καὶ ὤρθρισεν Ἐζεκίας ὁ βασιλεὺς, καὶ συνήγαγε τοὺς ἄρχοντας τῆς πόλεως, καὶ ἀνέβη εἰς οἶκον κυρίου, καὶ ἀνήνεγκε μόσχους ἑπτὰ, καὶ χιμάρους αἰγῶν ἑπτὰ, περὶ ἁμαρτίας, περὶ τῆς βασιλείας, περὶ τῶν ἁγίων, & περὶ Ἰσραήλ. σύνες οὖν τοῦθεν, ὦ φιλόχριστε βασιλεῦ, ὅτι, καὶ σὺ θυμιάσαι τῷ Θεῷ προθυμηθεὶς ὁ πανάριστος, καὶ ὅσιος Ἐζεκίας, ὃ πρότερον εἰσέβη εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ,

B καὶ τετέλεκε τὰ * κατὰ τὴν θύραν, εἰ μὴ προσετέταλτο τοῖς ἱερεῦσι τοῦ Θεοῦ καθαρίσαι τὸν οἶκον κυρίου, καὶ ἐκβαλεῖν αὐτοῦ πᾶσαν ἀκαθαρσίαν· ὃ δὴ γεγονότος ἐθυμιάλαμπρῶς. ἔχαιρε, καὶ λίαν ὀρθῶς, ὡς δὶ παραδέκτου ἤδη θυσίαν προσκομίσας Θεῷ, διὰ τὸ μάλιστα τῆς οἰκείας ἀκαθαρσίας προ ἀπαλλάξαι τὸν νεών. τοιοῦτό τι πεπράκται καὶ παρὰ τοῦ ὑμετέρου κράτους εἰς δόξαν * Θεοῦ. ἔθος γὰρ ὑμῖν * θυμιάζειν * ἐν ἐκκλησίαις, καὶ χρεῖ πλουσιωτάτη προσκομίζειν ἀεί τι εἰς δόξαν * Θεοῦ. ἀλλ' ἦν ἀναγκαῖον προαποκαθᾶραι τὸν ναὸν, μάμματε, καὶ μολισμοῦ προαπαλλάξαι παντός. ὅπερ δὲ θύειν ἐπὶ καιροῦ. μολυσμοῦ δὲ παντὸς ἐπέκεινα πρὸς διαβολὴν ἡ κατὰ Χριστοῦ δυσφημία. ἀλλ' ἐκελεύσατε τοῖς ἱερεῦσι, οἳ, καθάπερ ἔφην ἄρτιος, καὶ προεξεκάθηραν ὑμῖν τὸν ναὸν, * ἡγνίσαν αὐτὸν, τὴν ἀπεχθῆ, καὶ ἀνόσιον παύσαντες γλῶσσαν, ἵνα ὑμεῖς δοκιμῆτε μειζόνως παρά τε Θεῷ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις.

Συναχθέντων ἡμῶν κατὰ τὸ εὐσεβὲς γράμμα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, ἀπέστησάν τινες ἐξ ἡμῶν, ὄντες τὸν ἀριθμὸν τριάκοντα, μικρῷ πρός. καὶ τὰ λοιπά. *

ΓΣΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΓΡΑΦΕΙΣΗΣ παρὰ τοῦ γενομένου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Μαξιμιανοῦ πρὸς Κύριλλον ἀρχιεπίσκοπον Ἀλεξανδρείας.

Τῷ θεοφιλεστάτῳ καὶ * εὐλαβεστάτῳ συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ, Μαξιμιανὸς ἐπίσκοπος, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Πεπλήρωται σου τὰ τῆς ἐπιθυμίας, θεοφιλέστατε· λύσαί σου ὁ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας σκοπὸς· εἰς πέρας ἐλήλυθεν ὁ ὑπὲρ εὐσεβείας

B

C

D

E

EPISTOLA SYNODALIS Constantinopoli missa.

Religiosissimis piissimisque fratribus, omnibusque veteris Epiri coepiscopis, Maximianus, Juvenalis, Arcadius, Philippus, Flavianus, Firmus, Theodotus, Acacius, Eoptius, Daniel, & quæ una cum ipsis versatur sancta synodus, in domino salutem.

SCHISMATICORUM * consilium & imposturam, quam contra ecclesias machinati sunt, compertam habentes, certique quod singulas ecclesias, tanquam qui cum sancto magnoque concilio Ephesino societatem habeant, circumcursitantes, unumquemlibet circumvenire, populorumque & cleri communionem modis omnibus aucupari studeant, in hoc solicite incumbentes, æquum judicavimus, simulatque sanctissimus, Deoque per omnia dilectissimus Maximianus magnæ civitatis episcopus institutus est, has literas una cum eo ad vos transmittere; quo statum, arteſque illorum perspectas habentes, ipsos ipsorumque communionem aversemini. Ut autem securiores sitis, & sciatis quod non literis tantum nostris paretis, sed etiam decretis sanctæ & œcumenicæ synodi Ephesi congregatæ, subjecimus synodicas literas, ut vos ex illis certiores reddamini de iis quæ contra schismaticos, & Nestorianos decreta sunt; & qualis item pœna illis constituta est, qui cum ipsis communicare præsumpserint. Universam quæ vobiscum est fraternitatem, & nos & qui nobiscum sunt, salutamus omnes. Valete in domino, & orate pro me, Deo dilectissimi fratres.

Subscripserunt simili modo & reliqui quoque prænotati episcopi.

Scriptum autem synodale una cum hac epistola missum, hujusmodi est.

Sancta & œcumenica synodus ex decreto piissimorum imperatorum Ephesi congregata, singularum provinciarum ac civitatum episcopis, presbyteris, diaconis, & universo populo.

CUM essemus in Ephesiorum metropoli secundum pias imperatorum literas congregati, defecerunt a nobis quidam numero paulo plus triginta, &c.

EXEMPLUM EPISTOLÆ scriptæ a Maximiano creato episcopo Constantinopolitano, ad Cyrillum archiepiscopum Alexandrinum.

Religiosissimo & reverendissimo comministro Cyrillo, Maximianus episcopus in domino salutem.

EXPLETUM est desiderium tuum, Deo devotissime; perfectum est quod religionis causa susceperas; ad finem perductum est pietatis tuæ votum; spectaculum factus

* insidiis

Habetur sup. ad n. 7.

1. Cor. 4.

es & angelis & hominibus, universisque Christi sacerdotibus. Neque enim solum in Christum credidisti, sed etiam pro ipso passus es: solus dignus habitus es qui ferres Christi passiones, qui stigmata illius in corpore tuo portares. Confessus illum coram hominibus, promeritus es ut ipse te confiteretur coram Patre, in conspectu sanctorum angelorum. Redimitus ex coronis, quæ pro pietate certantibus debentur: potuisti omnia in Christo, qui te confortavit: humiliasti satanam per patientiam; contempsisti tormenta, conculcasti furorem principum, famem pro nihilo duxisti; panem enim habebas, qui de cœlo descendens cœlestem vitam hominibus dedit. Quia vero nos quoque ab his non abfuimus, dum & hic sensibiliter erudimur, & vestras afflictiones, quas, dum principatibus & potestatibus, dum mundi dominis & tenebrarum sæculi hujus rectoribus, dum nequitiæ spiritibus restitistis, tolerastis, auditione accepimus, & quia ad magnæ hujus civitatis archiepiscopatum promoti sumus; dignare, Deo dilectissime, & precibus nos fulcire, & consiliis informare, & omni denique benevolentiæ studio prosequi, ut hac ratione illud scripturæ dictum in nobis adimpleatur: *Frater qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma*. Vere enim spiritalis dilectio munita civitas est, quæ neque cuniculis a diabolo suffodi, neque scalis ab eodem potest superari. Neque enim illa bellicis satanæ machinis cedere novit, ut ut quæ a Christo domino custodiatur, Christo utique illo, qui & mundum hunc devicit, & sempiterna bona tibi præparavit, qui dixit: *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus*. Cum itaque Christo domino dignus evaseris, propterea quod crucem tuam sustulisti, & illum secutus es, Christum pro nobis deprecari ne omittas, fraternæ virtutis ornamenta proprias prærogativas esse ratus. Vale in domino, & pro me, Deo dilectissime & sanctissime frater ac comminister, ora.

Philipp. 1. Galat. 6. Matth. 10. Joan. 6. Ephes. 6. Prov. 18. Matth. 10.

πόδος· θεάτρον ἐγένου καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις, καὶ πᾶσι τοῖς τοῦ Χριστοῦ ἱερεῦσιν. ὁ μόνον ἐπίστευσας εἰς Χριστὸν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ ἔπαθες. μόνος ἄξιος ἐκρίθης φέρειν τὰ τοῦ Χριστοῦ παθήματα, κατεξουθενὼν τὰ σίγματα αὐτοῦ ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι βαστάσαι. ὡμολόγησας αὐτὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὡμολογήθης παρ' αὐτοῦ ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς ἐπὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. ἀνεδήσω τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας στεφάνους. πάντα ἴσχυσας ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί σε Χριστῷ. ἐταπείνωσας τὸν σατανᾶν διὰ τῆς ὑπομονῆς. κατεγέλασας κολάσεων, ἐπάτησας θυμὸν ἀρχόντων. λιμὸν κατεφρόνησας· ἔχεις γὰρ τὸν ἄρτον τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταλθόντα, καὶ ζωὴν δεδωκότα τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἄνωθεν. ἐπεὶ τοίνυν οὐδὲ ἡμεῖς ἀπελείφθημεν τούτων, τὰ μὲν αἰσθητῶς παιδευόμενοι ἐνταῦθα, τὰ δὲ ἐν τῇ ἀκοῇ τῆς θλίψεως τῆς περὶ ὑμῶν, πρὸς τὰς ἀρχὰς ἀντικαταστάντων, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, παρήχθημεν δὲ εἰς τὴν ἀρχιεπισκοπὴν τῆς μεγαλοπόλεως, κατηξίωσεν θεοφιλέστατε, δεχαῖς τε ἡμᾶς ὑποστηρίζειν, καὶ συμβουλαῖς στοιχεῖν, καὶ πάσῃ περὶ ἡμᾶς κεχρῆσθαι εὐνοίᾳ· ὥστε πληρωθῆναι καὶ ἐφ' ἡμῖν τὸ γραφικὸν ῥητὸν· ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρά· ἀληθῶς γὰρ ἡ πνευματικὴ ἀγάπη πόλις ἐστὶν ὀχυρὰ, οὐ δυναμένη κατευγενεσθῆναι, οὔτε πολιορκηθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου οὔτε ὑπωρυγαῖς, οὔτε ὑπερβάσεσιν. οὔτε γὰρ εἴκει πρὸς ἐλεπόλεσι τοῦ σατανᾶ, διὰ τὸ παρὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ φυλάσσεσθαι· Χριστοῦ, τοῦ τὸν κόσμον νικήσαντος, καὶ τὰ αἰώνια σοι ἀγαθὰ ἑτοιμάσαντος, τοῦ εἰρηκότος· ὅς τις οὐ λαμβάνει τὸν σαυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. ἄξιος οὖν ὑπὸ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ φυλάσσεσθαι, Χριστοῦ τοῦ τὸν κόσμον νικήσαντος, διὰ τὸ λαβεῖν τὸν σαυρὸν, καὶ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ, γενόμενος, μὴ ἀμέλει τῆς περὶ ἡμῶν πρὸς τὸν δεσπότην Χριστὸν πρεσβείας, τὰ δὲ ἀδελφικὰ κατορθώματα, οἰκεῖα προτερήματα λογιζόμενος. ἐρρωμένος ἐν κυρίῳ, ὑπερεύχου μου, θεοφιλέστατε, καὶ ἁγιώτατε ἀδελφὲ, καὶ συλλειτουργέ.

1. Κορ. 4. 9. Φιλιπ. 1. 29. Γαλατ. 6. 17. Ματθ. 10. 32. Ἐφεσ. 6. Παροιμ. 18. Ματθ. 10. 38. Ψαλ. 74. 5. 1. Πετρ. 1. 18. Ἰωάν. 10. Ἐφεσ. 5. 2. Ἐφεσ. 1. 1. Τιμ. 2.

CYRILLI EPISCOPI EPISTOLA ad Maximianum Constantinopolitanum episcopum.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ἐπιστολὴ πρὸς Μαξιμιανὸν τὸν Κωνσταντινουπόλεως.

Reverendissimo, Deoque dilectissimo comministro Maximiano, Cyrillus in domino salutem.

Τῷ εὐλαβεστάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Μαξιμιανῷ, Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

OPPORTUNE, ut arbitror, convenienterque hoc tempore, quo tua integritas exoptatum illud sacerdotium sortita est, cum propheta nobis dicere liceat: *Lætentur desuper cœli, & exultet universa terra, & clamet cum lætitia*. Non enim os, quod magna loquebatur, contra salvatoris nostri gloriam ultra se extollit; neque cornu amplius in altum subrigit, qui hoc facere solebat; neque iniquitatem, domino qui nos redemit negato, contra Deum amplius loquitur. *Redemit enim nos Jesus Christus, unus & solus & verus Dei & Patris Filius, non corruptibilibus argento vel auro, sed magis ponens animam suam pro nobis, & semetipsum afferens immaculatum sacrificium Deo*

1. Paral. 16. Psal. 74. 1. Petr. 1. Joan. 10. Ephes. 5. Ephes. 1. 1. Tim. 2.

ΠΡΕΠΟΝ οἶμαι, καὶ νῦν εἰπεῖν, τῆς σῆς τελειότητος τὴν πολύευκτον ἡμῖν λαχούσης ἱερωσύνην· εὐφρανθήτω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, χαιρέτω δὲ ἡ σύμπασα γῆ, καὶ βοάτω μετ' εὐφροσύνης, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. οὐ γὰρ ἔτι τὸ στόμα λαλεῖν μεγάλα τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κατεπαίρεται δόξης· οὔτε μὴν ὁ τοῦτο δρᾶν εἰωθὼς, τὸ κέρας εἰς ὕψος ἐπαίρει, καὶ ἀδικίαν λαλεῖ κατὰ τοῦ Θεοῦ, τὸν ἀγοράσαντα ἡμᾶς δεσπότην ἀρνούμενος. ἐξεπρίατο γὰρ ἡμᾶς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὁ εἷς τε, καὶ μόνος, καὶ ἀληθῶς, υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς, οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ, ἢ χρυσίῳ, τιθεικὼς δὲ μᾶλλον ὑπὲρ ἡμῶν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ ὡς ἄμωμον ἱερεῖον ἑαυτὸν προσκομίσας εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ.

1. Παραλ. 16. 31.

* ἀμετάβατον. Ὁ δὲ ἀντάλλαγμα τῆς * πάντων ζωῆς τὸ ἴδιον αἷμα. καὶ γὰρ ἦν ἁπάντων ἀξιώτερος. μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν, εἰ καὶ γέγονε καθ' ἡμᾶς τέλειος ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, οὐ ῥοπὴν, οὐκ ἀλλοίωσιν, οὐ πλῆθος ἀθρόον ἀνάχυσιν ὑπομείνας, οὐ φυρμὸν, οὐ μετάστασιν τὴν εἰς ὅπερ ἦν ἦν· μεμφόμενος δὲ μᾶλλον καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητι τοῦτο, ὅπερ ἦν. πεπίστευται δὲ καὶ ἔστι ἀληθῶς ζῶν τε, καὶ ὑπόστασις λόγος τοῦ πατρός. φέρε τοίνυν, ὡς ἀπὸ γλώττης μιᾶς, καὶ θεοφιλοῦς διανοίας, τῆς ὀρθῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν αὐτῷ προσφέρωμεν, λέγοντες μετὰ τοῦ μακαρίου Βαρούχ. οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης. καὶ ἔδωκε αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστράφη. οὐ γὰρ ἕτερος μὲν ἦν υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ πατὴρ, ὁ πρὸ παντὸς αἰώνος, καὶ χρόνων, ὁ δὲ ἐν τοῖς πάντα παρῆλθεν πρὸς ἡλίκιαν, ἕτερος δὲ πάλιν ὁ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς διὰ τῆς ἁγίας παρθένου κατὰ σάρκα γεγεννημένος· ὁ αὐτὸς δὲ μᾶλλον σπέρμα κτὸς Ἀβραὰμ ἐπιλαβόμενος, κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὴν, ἐν παρακλήσει ἡμῖν μετεχηκὼς αἵματος, καὶ σαρκὸς, ὁμοιωθεὶς δὲ κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς, τοσοῦτον ἡμῖν, δίχα μόνης ἁμαρτίας. ἐψυχῶσθαί γε μὴν ψυχῇ νοερᾷ προσομολογοῦμεν τὸ σῶμα αὐτοῦ κατὰ ἀλήθειαν σῶμα. οὐ γὰρ πιστὸς τοῦ προφέβλαβοῦς Ἀπολιναρίου προσκείμεθα δόξαις· ἀναθεματίζομεν δὲ, φρονοῦντες ὀρθῶς, Ἀπολιναρίόν τε, καὶ Ἄρειον, καὶ Εὐνόμιον, καὶ σὺν αὐτοῖς Νεστόριον. τὴν γὰρ ἄνωθεν ἡμῖν παραδοθεῖσαν πίστιν, ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε, καὶ βεβαίαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὁμολογοῦμεν τοίνυν, ὡς ἔφην, σοφὸν, καὶ μόνον καὶ ἀληθῶς υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. τὸν αὐτὸν εἰδότες καὶ Θεὸν, καὶ λόγον ἐκ πατρὸς, καὶ ἄνθρωπον ἐκ γυναικός· καὶ ὑπὲρ νόμον ὡς Θεὸν, καὶ ὑπὸ νόμον δι' τὸ ἀνθρώπινον. ἐν ἀξιώματι τῷ δεσποτικῷ κατὰ φύσιν, καὶ ἐν δούλου μορφῇ δι' τὴν οἰκονομίαν. ταύτην ἡμῖν παρέθεντο τὴν παράδοσιν καὶ λόγοι Μωσαϊκοὶ, καὶ προαγορεύσεις προφητικαὶ, καὶ αὐτοὶ δὲ πρὸς τούτοις οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται, καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, καὶ μὴν καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν γεγονότες ἅγιοι πατέρες. οἵ τε γεγόνασι φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες. ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς, τὴν πίστιν ἀπομιμούμεθα· τοσοῦτοι, τὰ αὐτὰ καὶ φρονεῖν αὐτοῖς, καὶ λαλεῖν, σπουδάζομεν, κατ' ἐδόκιμον * ἀδιάπτωτον ἔξω φέρεσθαι τῆς * ἀσεβείας ἀνεχόμενοι τείβειν· μεμνήμεθα γὰρ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς βοώσης· ὁδὰς ἐκτοπίας ποιεῖ σοῖς ποσὶ, καὶ τὰς ὁδούς σου κατεύθυνε. οἱ μὲν γὰρ τὰς ὀρθὰς τιμῶντες ἐκτοπίας, κατὰ σκοπὸν ἔκκλισιν εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως ἐν Χριστῷ· οἱ δὲ τῆς ἀποστολικῆς, καὶ εὐαγγελικῆς παραδόσεως ἀλογήσαντες, καὶ τὴν νεωτέραν, καὶ ἀνωφελῆ, καὶ καταγέλαστον ὡς ἀληθῶς τῆς ἑαυτῶν διανοίας τιμῶντες ἔρεσιν, ἀπεκτίσαν παρὰ πάντων· μὴ μέτειμι * ὅμα αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες * σου. οὐ γὰρ ἀσεβεῖς τῶν τοιούτων ἡ ὁδὸς, καμπύλαι δὲ μᾶλλον αἱ ἐκτοπίαι, καὶ εἰς πέτρινον ἄδυ, καὶ παγίδα θα-

Βαρούχ. 3. 36.

Ἑβρ. 2.

Ἑβρ. 6. 19.

Λουκ. 1.

Φιλιππ. 2. 15.

Παροιμ. 4. 26.

Φιλιππ. 3. 14.

Παροιμ. 22. 28.

Ἀποστ. 22. 32.

Ἠσαΐ. 2. 9.

A Patri in odorem suavitatis, & suam ipsius sanguinem dans redemptionem pro vita omnium. Cunctis enim pretiosior erat, imo vero supra universam creaturam, quamvis homo perfectus, nobisque similis factus sit, illud inquam unigenitum Dei Verbum; non ob id tamen versionem, aut alterationem, aut illam plurimorum sermone jactatam confusionem aut mixtionem perpessum, nec in id, quod ante non erat, demutatum: mansit autem potius & in nostra natura quod prius erat. Creditur namque, vereque est vivens subsistentique Dei Patris Verbum. Sed agendum, tanquam ab una lingua, unoque Dei amante animo rectæ fidei B confessionem illi offeramus, dicentes cum beato Baruch: *Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius ad eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Jacob puero suo, & Israeli dilecto suo. Post hæc visus est in terra, & cum hominibus conversatus est.* Neque enim alius quidem erat Dei & Patris Filius, qui ante omne ævum & tempus fuit, per quem omnia ad ortum perducta sunt; & alius rursum, qui novissimis sæculi temporibus ex sancta virgine secundum carnem natus est; sed unus idemque potius, *qui semen Abrahæ*, juxta beati Pauli vocem, *apprehendit*, & carnis, & sanguinis perinde ac unus ex nobis particeps C factus, fratribusque, hoc est nobis, per omnia, solo peccato excepto, assimilatus est. Sed corpus ipsi vere unitum anima intelligente animatum confitemur. Neque enim vesani Apollinarii commentis adhæremus; sed rectam sententiam tenentes, Apollinarium, & Arium, & Eunomium, & cum illis Nestorium quoque anathematizamus. Fidem namque initio nobis traditam, sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, sicut scriptum est. Confitemur itaque dominum nostrum Jesum Christum unum & solum & verum, ut modo dicebamus, Dei & Patris Filium; scientes eumdem ex Patre quidem & Deum & Ver- D bum esse, hominem vero ex muliere: eumdem supra legem tanquam Deum; sub lege autem propter humanæ naturæ conditionem: eumdem in domini dignitate existentem secundum propriam naturam; in forma autem servi propter incarnationis dispensationem. Hanc nobis traditionem commendarunt Moysis sermones, ac prophetiæ prædictiones, & illi ipsi præterea, qui Verbi hujus ab initio ministri & spectatores extiterunt; tum sancti quoque patres, qui nos antecesserunt: vitæque sermonem habentes, luminaria mundi facti sunt. Quorum proinde conversationis exitum spectantes fidem imitamur, hoc est, eadem E cum ipsis sentire & loqui satagimus, nullo pacto sustinentes, ut a recto pietatis tramite declinemus. Meminimus enim divinæ scripturæ ita clamantis: *Rectas semitas fac pedibus tuis, & vias tuas dirige.* Nam qui rectas semitas magnificiunt, hi ad destinatum currunt, ad bravium supernæ vocationis in Christo. Qui vero apostolica & evangelica traditione contempta, novitiam, * inutilemque ac sane ridiculam mentis suæ adinventionem in pretio habent, hi ab omnibus audiant: *Non transferas terminos*

Baruch. 3

Hebr. 2

Hebr. 6.

Luc. 1.

Philipp. 2

Proverb. 4.

* Pe. ut. ... que

Proverb. 22.

sempiternos, quos posuerunt patres tui. Non est enim recta ejusmodi hominum via; sed perversæ eorum semitæ, atque in profundum inferni & mortis laqueum præcipitem agunt. Ac mihi videtur sapientissime Salomon impudenti mulieri personam cujuscumque hæresis imponere: quam proinde mulierem vitandam ac fugiendam esse admonet, quæ laqueus est, & sagena cor ejus; vincula sunt in manibus ejus. Qui bonus ante faciem Dei, eruetur de illa: qui autem peccator est, capietur in illa. At e venatoris hujus inexplebili laqueo erepti, & per Christum omnium nostrum salvatorem salvati sumus: quem & Deum esse credentes, & genitricem illius secundum carnem deiparam esse profitentes, accedimus ad eum dicentes: *Vivificabit nos, neque recedimus a te, & nomini tuo confitebimur in sæcula.* Horum autem omnium exoptatissimorum bonorum cauta & conciliatrix nobis extitit divina illa arcanaque ac superna sententia, & illa cœlesti nutui consentiens religiosissimi Christique amantis regis voluntas. Decebat namque illius serenitem, ut non modo visibiles, verum etiam invisibiles hostes expugnaret: tum rursum, ut non tantum barbaricas phalanges contereret, sed diaboli quoque improbitatem enervaret: & per tuam pietatem, eorum qui in Christum credunt, securitati consulerint. Qui enim temere in ecclesia nugabatur, blasphemisque effrænato ore Christum insectabatur, a sacris divinisque atriis amotus est: in cujus locum integritas tua veluti pacis planta, ut scriptum est, successit. Et hoc rurium illustre pii regis munus est prævio, ut modo aiebam, cœlesti suffragio. Proinde congratulamur etiam vobis rectam inculpatamque fidem habentibus. Surrexit enim sacrorum minister, quem scitis, & eiusdem tempus vobis commendavit, & ipsa rerum experientia decoravit: quique in solicitudine pro vobis gerenda multum temporis insumpsit, venerandamque adeo canitiem emisit. Oportebat enim, oportebat selectis salvatoris nostri gregibus sapientem peritumque præsidem dari, cui animus esset pastorali industria refertus, quique pabulo bono & loco pascuo pascere sciret; qui denique rebus ipsis probatus foret, tanquam fidelis sincerique œconomus. Qui enim ita vivere instituerunt, eos Christus recipit, & quovis honore dignos censet: secus vero affectos a ministerio quod ipsis crediderat, explodit. Quod dicimus, verum esse, ex sacris literis perfacile cognoscas. Loquitur enim alicubi Deus ad beatum prophetam Isaiam: *Vade in pastophorium ad Sobnam quæstorem, & dic ei: Quid tu hic, & quid tibi hic est? Ecce Dominus Sabaoth ejiciet & conteret virum: & auferet stolam tuam, & coronam tuam gloriosam; & abjiciet te in regionem latam & immensam, ibique morieris, & tollere a dispensatione tua, & de gradu tuo. Et erit in die illa, vocabo puerum meum Eliacim filium Chelciæ, & induam illum stola tua, & coronam tuam dabo ei; & dispensationem tuam dabo in manus ejus: & erit tanquam pater omnibus habitantibus in Jerusalem, & qui habitant in Juda: & dabo ei gloriam David:*

Eccl. 16

Isai. 59

Isai. 22.

ἀνάτα καπικομιζωσι. καὶ μοι δοκεῖ σοφὸς ὢν ἄγαν ὁ Σολομὼν, ἀσέμνῳ γυναικὶ τὸ ἐκάστης τῆς αἱρέσεων περιθεῖναι πρόσωπον, εἴπερ περὶ αὐτῆς εἰπεῖν, ὡς χρὴ παραιτεῖσθαι, καὶ φεύγειν τὴν τοιαύτην γυναῖκα, ἥ τις ἐστὶν θήρευμα, καὶ * σαγήνη καρδία αὐτῆς, * δεσμὸς εἰς χεῖρας αὐτῆς· ὁ ἀγαθὸς πρὸ προσώπου * τοῦ Θεοῦ, ἐξαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς· καὶ ὁ ἁμαρτάνων συλληφθήσεται ἐν αὐτῇ. ἀλλ' ἐξηρήμεθα μὲν ἡμεῖς τῆς τοῦ θηρεύοντος ἀπλήστου παγίδος, σεσώσμεθα δὲ διὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ὃν καὶ Θεὸν εἶναι πιστεύοντες, ὁμολογοῦντες δὲ θεοτόκον καὶ τὴν κατὰ σάρκα τεκοῦσαν αὐτὸν, αὐτῷ * προσιόντες λέγοντες. Ζώωσεν ἡμᾶς, καὶ οὐ μὴ ἀποσώμεθα ἀπὸ σοῦ· ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐξομολογησόμεθα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀπάντων δὲ τούτων ἡμῖν τῶν τεμεθέντων ἀγαθῶν γέγονε προξενοῦσα θεία τε, καὶ ἀπόρρητος, καὶ ἄνωθεν ψῆφος, καὶ ἡ τοῖς ἄνωθεν νεύμασι συνδιέχουσα γνώμη τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου βασιλέως. ἔδει γὰρ τὴν γαλήνιότητα * αὐτοῦ, μὴ μόνον ὁρατὰς καταπαλαίειν ἐχθρὰς, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀοράτους· καὶ βαρβαρικὰς μὲν συνθραύειν φαλαγγας, ἀσθενεῖς δὲ καὶ τὰς τοῦ διαβόλου δυσροπίας ἀποτείλειν, καὶ τοῖς εἰς Χριστὸν πιστεύουσι διὰ τῆς σῆς θεοσεβείας παρεσκευάσειν τὴν ἀσφάλειαν. ὁ μὲν γὰρ ἐν τῇ βαττολογίᾳ ἐν * ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῦς κατὰ Χριστοῦ δυσφημίαις ἀκρατὲς ἀνοίγων τὸ στόμα, τῆς ἱερᾶς τε, καὶ θείας ὑπεχώρησεν αὐλῆς, ἀνεπινεύσας δὲ, καὶ ἀνεβλάστησεν ἡ σὴ τελειότης, ὡς φυτὸν εἰρήνης, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ξένιον δὲ καὶ τοῦτο βασιλέως εὐσεβοῦς λαμπρὸν, προηγουμένης, ὡς ἔοικε, τῆς ἄνωθεν ψήφου. συνηδόμεθα τοίνυν καὶ ὑμῖν, τοῖς τὴν ὀρθὴν, καὶ ἀμώμητον, ἔχουσι πίστιν· ἐγηγέρται γὰρ ἱεραργὸς ἀνὴρ, ὃν οἴδατε, καὶ χρόνος ὑμῖν παρεθέτο μακρὸς, καὶ αὐτὴ δὲ τὴ πραγμάτων ἐσεφάνωσεν ἡ πεῖρα. ἀνὴρ τοῖς εἰς ὑμᾶς ἀγαθοῖς φροντίσι μακρὸς δαπανήσας χρόνους, καὶ τὴν οὕτω πάνσεμνον πολιὰν ἐξηνθηκώς. ἔδει γὰρ, ἔδει τοῖς ἐξαιρέτοις μάλιστα τοῦ σωτῆρος ἀγέλαις σοφὸν τε, καὶ ἐπιστήμονα δοθῆναι τὸν ἐπιστάτην, ποιμενικῆς ἀστεχνίας ἐπίμεστον ἔχοντα τὸν νοῦν, ὃν νομῇ ἀγαθῇ, καὶ ὃν τόπῳ τίνι κατανέμειν εἰδότα, δεδοκιμασμένον δὲ διὰ πραγμάτων, ὡς πιστὸν καὶ γνήσιον οἰκονόμον. τοὺς μὲν γὰρ ἔτω ζῶν εἰωθότας, καὶ προσίεται Χριστὸς, καὶ λόγου παντὸς ἀξιοῖ, τοὺς δὲ μὴ τοιούτους ἐξίστησι τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτοῖς * οἰκονομίας. καὶ τοῦτο ἐστὶν * ἀληθὲς ἰδεῖν ἐξ αὐτῶν τῶν ἱερῶν γραμμάτων. ἔφη γάρ πῃ Θεὸς πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ἡσαΐαν· * πορεύθητι εἰς τὸ ταμιεῖον πρὸς * Σωμᾶν τὸν ταμίαν, καὶ εἶπον αὐτῷ. τί σὺ ὧδε; καὶ τί σοι ἐστὶν ὧδε; ἰδὲ * κύριος Σαβαὼθ ἐκβαλεῖ, καὶ ἐκτείψει ἄνδρα, καὶ ἀφελεῖ τὴν στολήν σου, καὶ τὸν στέφανόν σου, τὸν ἔνδοξον, καὶ ῥίψει σε εἰς χώραν μεγάλην καὶ * ἀμέτρητον, καὶ ἐκεῖ ἀποθανῇ, καὶ ἀφαιρεθήσῃ * ἀπὸ τῆς οἰκονομίας σου, καὶ ἐκ τῆς * συστάσεώς σου. καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καλέσω τὸν παῖδά μου Ἐλιακεὶμ τὸν τοῦ Χελκίου, καὶ ἐνδύσω αὐτὸν τὴν στολήν σου, καὶ τὸν στέφανόν σου δώσω αὐτῷ, καὶ τὴν οἰκονομίαν σου δώσω εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ. καὶ ἔσται ὡς πατὴρ τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Ἰούδᾳ· καὶ δώσω τὴν δόξαν Δαυὶδ αὐτῷ, καὶ ἄρξει, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἀντιλέγων· καὶ στήσω αὐτὸν ἄρχοντα ἐν τόπῳ πιστῷ. καὶ ἔσται εἰς θρόνον δόξης τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. καὶ

Ἐκκλ. 7. 27.

* σαγήνη. * δεσμός.

* τοῦ Θεοῦ.

* συλληφθήσεται.

* προσιόντες.

* αὐτοῦ.

Ψαλ. 79. 19.

* ἐκκλησίᾳ.

* οἰκονομίας.

* ἀληθὲς ἀληθεύοντα ἐστί.

Ἡσαΐ. 22. 15.

* πορεύθητι.

* Σωμᾶν.

* Σαβαὼθ.

* ἀμέτρητον.

* ἀπὸ τῆς.

* συστάσεώς σου.

ἔσται

ἔσται πεποιθὼς ἐπ' αὐτὸν πᾶς κάθεδρος ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου· καὶ ἔσονται ἐπικρεμάμενοι αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. τὸ δὲ λέγει κύριος Σαβαώθ· κινηθήσεται * ὁ ἄνθρωπος, ὁ ἐπηρεγμένος ἐν τόπῳ πιστῷ, καὶ πεσεῖται, καὶ ἀφαιρεθήσεται ἡ δόξα ἡ ἐπ' αὐτῷ, ὅτι ὁ κύριος ἐλάλησεν. ἀγαπᾷ τοίνυν ὁ τῶν ὅλων θεὸς τὸν πιστὸν ἀληθῶς, καὶ γνήσιον οἰκονόμον· τὸν δὲ μὴ τοιοῦτον, ὡς βέβηλον ἀποστρέφεται. συγκροτήσει δὲ ὅτι τῷ σῷ ὁσιότητι, καὶ τῆς ἄνωθεν ἐφρανεῖ χαρίσματι πλουσίᾳ χειρὶ, πεθαρσηκαμεν· ἵνα τὸν τῆς ἀληθείας ὀρθοτομοῦσα λόγον, καὶ τῷ τῶν ἁγίων πατέρων ἐχνηλατοῦσα πίστιν, ἀδοκίμῳ διαμείνῃ δι' φειδοῦς τε, καὶ ἐλεημοσύνης τοῦ παντῶν ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ, τῷ θεῷ, καὶ πατρὶ σὺν ἁγίῳ πνεύματι ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. ἀσπάσασθε τὸν παρ' σοὶ ἀδελφότητα· * ὅτι σε ἡ σὺν ἡμῖν ἐν κυρίῳ προσαγορεύει. ἐρρῶσθαί σε, καὶ μνημονεύειν ἡμῶν, τῷ κυρίῳ εὐχόμαι, εὐλαβέστατε, καὶ θεοφιλέστατε ἀδελφέ.

* al. ἀνθρωπος.

* ὅτι σ'

A *& principatum geret, & non erit qui contradicat; & ponam eum principem in loco tuto, & erit in thronum gloriæ domui patris ipsius, & fiduciam in eum habebit quisquis gloriosus est in domo patris ejus, a modico usque ad magnum: & pendebunt ab eo die illa. Hæc vero dicit dominus exercituum: Amovebitur homo, qui jam in loco tuto confirmatus est, & cadet; & auferetur ab eo gloria quæ est super eum, quia dominus locutus est.* Diligit itaque omnium Deus vere fidelem sincerumque œconomum: eum vero qui talis non est, tanquam profanum aversatur. Hic, ut speramus, sanctitati tuæ opem feret, eamdemque opulenta manu cœlestibus do-
B nis exhilarabit quo verbum veritatis recte tractando, & sanctorum patrum fidei veluti vestigiis quibusdam insistendo, laudabilis perseveret per misericordiam & benevolentiam Christi salvatoris nostri omnium: per quem & cum quo, Deo & Patri cum sancto Spiritu, gloria & potestas in sæcula sæculorum: Amen. Saluta fraternitatem, quæ tecum est. Salutat te, quæ mecum est, in domino. Valere te, nostri memorem, precor a domino, reverendissime Deoque dilectissime frater.

EPISTOLA CYRILLI EPISCOPI ad Juvenalem episcopum & ceteros concilii legatos Constantinopolim missos.

Dominis desiderabilibus & Dei cultoribus & comministris Juvenali, Flaviano, Arcadio, Projecto, Firmo, Theodoto, Acacio, & Philippo presbytero, Cyrillus in domino salutem.

[1] SATISFACTUM nobis est iterum, & ipso experimento cognovimus quia veritas vivit & vincit, secundum sancti vocem: resistit autem ei * omnino nihil: est autem sic validissima, ut insurgat adversus omnes inimicos, & resistentium sibi virtutem solvat. Ecce enim, ecce falsæ quidem loquentium ora * destruxit, & illicitarum blasphemiarum caligo cessavit: resplenduit autem veritatis dogmatum pulchritudo, ordinato episcopo secundum decretum Dei atque concilium per sanctitatem vestram reverendissimo & Dei cultore Maximiano, quem etiam & longa ætas ornavit non in desidiis & deliciis constitutum, sed in laboribus & virtute; & qui multa rerum decoratus est cura pro veritate & dogmatibus pietatis. Congaudens autem universis ecclesiis & populis ibidem constitutis, merito proclamabo: *Benedictus dominus, quia visitavit & fecit redemptionem plebis suæ.* Non enim poterat dormitare sic bonus pastor, ut etiam suam animam poneret pro ovibus: & semper salvificare sciens, * malignam quidem bestiam a sacra & divina [2] aula repulit, sapientissimum autem & totius virtutis insignem præceptorem elegit,

* al. omnium.

obstruxit.

Luc. 1

* al. antiquam.

quem etiam credimus decorari in omni bono,
C & venerabili atque præcipua virtute pollentem, gubernare sub sua manu populum constitutum. Incolumes vos esse in domino, & nostri memores, oramus, carissimi & desiderantissimi.

EPISTOLA SANCTÆ MEMORIÆ Cælestini Papæ post damnationem Nestorii ad sanctam synodum Ephesinam scripta.

Cælestinus episcopus sanctæ [3] synodo apud Ephesum constitutæ.

TANDEM malorum fine gaudendum est: tandem nobis omnibus in commune di-
D cendum: *Dextera tua domine glorificata est in virtute, dextera manus tuæ confregit inimicos.* Proprie namque ipsi confracti sunt, quando iniqua loquentium, dicente David, os videamus esse obstructum. Hujusce tamen tam fideliter peractæ rei vos executores nobiscum videmus fuisse * fidei defensores: qui convenientes in unum, & secundum apostolum, *non quæ vestra sunt quærentes, sed quæ Christi Jesu*, negotium domini communis egistis. Apud vos ergo de vestra loquimur sanctitate, quorum in omnem terram sonum gaudemus exisse, cum & in finem ejusdem orbis prædictæ veritatis a vobis verba venerunt. Deus nos-
E ter non patitur latere quod præstitit: quia nunquam beneficia superna celantur. Ita namque fit, ut tanto munere innotescente cœlesti, pro voluntate, divina, sicut scriptum est, *omnis*

Exod. 15.

Psal. 18.

* fideles Dei sacerdotes.

Philipp. 2.

Psal. 62.

[1] Ex Cod. veteris versionis hujus Concilii. Emendatorem damus cum Baluzio.
[2] Forte *caula*. Hard.
[3] Hæc epistola, sicuti & tres sequentes eodem die scriptæ, scilicet Idibus Martiis ann. 432. datæ sunt synodo Ephesina jam soluta; unde, ut notavit Lupus in notis ad cap. 50. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, Cœlestinus per Ephesinam synodum hic intelligit suos Legatos, quibus omnem suam auctoritatem delegarat.

2. Tim. 2. nis homo salvus fiat, & veniat ad scientiam veritatis. Loquor * ergo victoribus, & qui in prælium solam contra hostem portaverunt fi-
1. Joan. 5. dem, quæ, & Joanne apostolo dicente, *vicit & mundum*: vobis ejusdem proprie præscribo
Joan. 2. sermonibus, qui secundum divinam paginam, ut patres cognovistis quod ab initio est; & ut juvenes, dum fortes estis, & verbum domini in vobis manet, vicistis malignum. In talibus sociis gratulantes, de hoc eventu minime dubitamus. Habuit animum nostrum fiducia superandi, qui vobis videremus divinæ causæ pondus incumbere, quos bene admodum noveramus, secundum illud propheticum,
Psal. 25. odisse congregationem malignorum, & cum
Psal. 24. impiis non esse sessuros. Obtinui ergo quod credidi, quia *contra nocentes atque perversos*, sicut supradictus ait, *innocentes & recti adhæserunt mihi*. Una igitur eademque relatione per filios nostros religiosos & Deo amabiles viros Joannem presbyterum & Epictetum diaconum, dejectionem justam, & exaltationem
Luc. 1. didicimus justiorem; illud quod in evangelio legimus approbantes, quia *Deus noster exaltat humiles, & potentes de sede deponit*. A qua sententia illa noster sapientissimus minime deviavit, qui ait, a Deo nostro humilium servata-
Eccl. 19. tam memoriam, * & perditam superborum. Quod quando magis videatur impletum, quam nunc, cum salvator noster parans meritos ho-
Psal. 52. norare, ossa hominum sibi placentium dissipavit, & proviso pastore dignissimo, feralem lupum de ovilibus suis immaculatus agnus ejecit? Legimus ejus a vestra fraternitate scripta præconia: nec quisquam nostrum mirari potuit, quia nota dixistis. Assertio impendatur incertis: testimonium comperta non quærunt. Bonorum hunc actuum palæstra semper exercuit: talem hunc didicimus, qualem in literis invenimus: talem certe, ut breviter dicam, qualem doctor noster esse præcepit sacerdotem, ut convenienter omnium judicio mereatur au-
Joan. 1. dire: *Ecce homo vere Israelita, in quo dolus non est*. Nonne laudibus in eum vestris ista conveniunt? Taliter denique quæ dixistis, audistis. Talem successorem quærebat sanctæ memoriæ Sisinnii beata simplicitas, ut locum suum non nisi sui similis obtineret. Etenim melius agimus, si abstinentes jam ab illius sacrilegi nomine, sedem vacasse dicamus. Actum est divino judicio, ut hunc ecclesia pro remedio mereretur. Denique discordiam sustulit, & concordiam reddidit ordinatus. Quid non poterit præstare per tempora, cujus hoc primordia præstiterunt? Hæc de eo invicem dicimus, quem pax reparanda quærebat. Interfuimus, nec nos dixerimus absentes, cum ejus capiti verba mystica dicerentur, cum redderetur omnibus divina lætitia salutaris: postremo nemo illic catholicorum defuit, ubi omnes in commune vicerunt. Lætati præterea sumus de hoc clementissimi & Christianissimi principis testimonio, cum epistolis dilectionis vestræ ejus sententiam videremus esse concordem. Nec nimirum est, si cor regis, quod est in manu Dei, cum his senserit, quos ejus
Prov. 21. noverit sacerdotes. Itaque sermo regalis divi-
* f. Christi. nus res exequendo militavit * Augusto. Felix imperium, cui militat executio divinorum: nec hic minus felix, quem prædicat domina-

A tio mundanorum: Hoc testimonio dignus est qui ordinandus probari, non qui improbari potuit ordinatus. Scimus quo itinere sanctus frater & coepiscopus noster Maximianus, quibus gradatim stipendiis ad fastigium sacerdotale pervenit. Non hunc divitiarum gloria [a] non Matt. 24.
velut * in potentia cupidum, qui solet inesse ambientibus, honorum saltus evexit: suffragio pauperum, quibus fidelis servus & prudens cibum dabat in tempore, super omnia domini sui constitutus est bona, & tamen etiamsi desiderium fuit episcopatus, non nisi propter opus bonum, sicut ait apostolus, concupivit:
ita Deus noster & quid velimus, & cur veli- 1. Tim. 3.
mus attendit. Quis dubitet posse magis agere

B præsidentem, quod potuit exercere subjectus? Exosus & blasphemus illud officium non poterat habere, id est corporum curas, qui nitebatur animas vulnerare. Facta est ruina ejus magna, tam ruina magna, quam prava doctrina. Nunc qui de præteriti emendatione gaudemus, cavere nos convenit in futurum, ne possint magis ac magis quæ abscissa sunt pullulare: quia necesse est, quocumque pestis hæc loci sit, nostri corporis membra vexentur, & per patientiam nostram pejora prioribus nutrita videantur. Scripsimus clementiæ principali, ut de sanitatis medio longius infirmitas auferatur. Didicimus namque hunc Antiochiam revertisse, atque sibi illic, unde ve-

C nerat, vivendi præstitam facultatem. Innocentum exitium est istud exilium. Aspiciamus diligentius quid illic possent parere, quæ illic sunt ante concepta. Non est notis suadere difficile. In oculis est ejusdem civitatis ecclesia, quæ per hunc * perdidit sacerdotem: & * f. genit.
tamen laboramus advertere, quis cui fuerit causa peccati. Nisi forte, quod pro quiete ecclesiarum dicimus, deceptum se ille demonstret, deserendo damnatum. Sed quis illic speret aliquem posse corrigere; ubi arcem tenere videat perversitatis auctorem? ubi colatur ab omnibus exulatus? Magna illic est (quod lugentes dicimus) desperatio sanitatis, ubi sicut Isaias dicit, *omne caput in dolore, & om-* Isa. 1.
ne cor in mœstitia a pedibus usque ad caput. Quando ibi membrum aliquod habere poterit spem salutis, ubi periclitatur corporis tota compago? Elaborate, fratres carissimi, elabo- 1. Cor. 5.
rate obsecro, ut vere tollatur de medio vestrum qui hoc corpus fecit. Sola decet tales homines solitudo. Ubi enim debet hic invenire solatium, qui sic tractavit ubique regnantem? Peracta est a vobis totius summa negotii: agendum nunc est quod instat & restat, ne sit in vacuum laboratum. Longius quidem sumus positi; sed per solicitudinem totum propius intuemur. Omnes habet beati Petri apostoli cura præsentes, non nos ante Deum nostrum de hoc possumus excusare quod scimus.

E Nam quamquam hæc quæ loquimur, sanctitas vestra tacuerit: agnovimus tamen omnia diligentius requirentes. Tantæ igitur causæ finis, qui superest, actibus vestris quæso respondeat: quia nolumus in modico vos deesse, qui maxima peregistis. Adjutorio apud reges terræ his estote quæ scripsimus. Norunt & ipsi quid suis debeant præstare temporibus: sciunt quod catholicæ fidei fundamento sua regna subsistant. Pura ab hæredibus sanctis paternæ & avi-

a Forte, *non velut potentia cupidum*. Hart.

avitæ credulitatis vena servatur: fluit ab illis incorrupta per posteros, nec hanc in his aliquis unquam limus infecit. Custodit fortis sui fidelis cursus exordium, cum id quod in origine acceptum est, videtur in prole. Canem & operarium malum pariter persequamur. Facite præsentes, quod hortamur absentes. Nam cum hanc curam generaliter omnibus debeamus; præcipue tamen nos convenit Antiochenis præcipitantibus subvenire, quos pestifer morbus obsedit. Absolvamus modis talibus civitatem, *in qua*, sicut Actus apostolorum loquuntur, *dictos primum legimus Christianos*. Omnibus ergo virtutem præstemus, quibus secundum religionem debere nos novimus quod vocamur. Hanc autem solicitudinem nostram præsentes probarunt Deo amabiles filii, & carissimi atque animis nostris acceptissimi Joannes presbyter & Epictetus diaconus, quos reversos, ad vos festinato remisimus, solicitius hoc agentes, ut quos diebus dominicæ nativitatis accepimus, resurrectionis dominicæ tempore redderemus. De his autem qui cum Nestorio videntur * pari impietate sensisse, atque se socios ejus sceleribus addiderunt, quamquam legatur in eos vestra sententia, tamen nos quoque decernimus quod videtur. Multa perspicienda sunt in talibus causis, quæ apostolica sedes semper aspexit. Quod loquimur, Cælestianorum testantur exempla, quod spem de synodo hucusque gesserunt. Habent, si resipiscunt, copiam revertendi: quod his solis non permittitur, quos proprie cum auctoribus hæreseos omnium fratrum constat subscriptione damnatos. Per Dei namque misericordiam aliquos ex eorum numero ad nos jam rediisse gaudemus. Quod hoc consilio factum est, ut quos conscientia * mixta non poterat, saltem sententia separaret. Hoc, moneo, vestra fraternitas sequatur exemplum: sit caput sceleris cum his quos synodalia loquuntur statuta damnatum: reliqui, quos cum hoc sentientes in communione ecclesiastica non habemus, ejiciantur e civitatibus suis, & se in nostro collegio noverint non futuros, nisi secundum ecclesiasticum & Christianorum principum constitutum, damnata cum auctoribus sociisque damnantes, se profiteantur catholicos sacerdotes. Quam formam etiam circa eos volumus custodiri, qui * subrependum in ecclesiasticis causis Christianis principibus crediderunt; & alio ordine rursus ecclesias occuparunt. [1] Antiochenum vero, si habet spem correctionis, * epistolis a vestra fraternitate volumus conveniri: ut nisi quæ sentimus, senserit, novellam blasphemiam eodem exemplo scripta sua professione condemnans, intelligat de se quoque ecclesiam, quod fidei nostræ respectus imperat, ordinare. Credendum tamen de divina est misericordia, quod omnes in viam redeant veritatis, si de supradicto loco horum malorum caput & causa auferatur. Data Idibus Martiis, Aetio & Valerio Coss. [2]

Philipp. 2.

Act. 11.

* parum pie

* subripiendum ex ecclesiasticis causas a Christianis

* episcopum

EPISTOLA SANCTI CÆLESTINI papæ ad Theodosium juniorem Augustum post synodum.

Cælestinus episcopus Theodosio juniori Augusto.

CAUSIS suis divinam providentiam præstitisse quod sperabamus, agnovimus: nec enim aliud futurum mentes poterant æstimare fidelium regnantibus vobis, quam id quod evenisse gaudemus, ut prædicatio in Deum impia concideret, & cum suo auctore novi dogmatis damnata pravitas deperiret. Illata quidem fidei bella sunt, & regis æterni sacrilegis verborum jaculis nativitas appetita: sed vos Christo Deo nostro auctore regnantes, hostes impios fidei vestra virtute vicistis, cœlestem revocantes triumphum, per quod religioso munimen in perpetuum præstetis imperio. Vere enim prophetica gloriæ vestræ vox convenit, & regnum vestrum dici potest regnum omnium sæculorum, quod defensæ fidei meritis propagatur: & crescente sanctæ religionis observantia, Christianæ incertum reverentiæ semper augetur, gloriosissime & tranquillissime imperator Auguste. Ecce nunc domus domini orationibus vacant, & vestrum, per omnes ecclesias Deo nostro oblatis sacrificiis, commendant imperium. Nihil, amoto perturbatoris ausu, scandalis licet: pestifer ulterius animus hominum sermo non vulnerat: salutem omnibus suarum animarum, dum universali ecclesiæ consulitis, reddidistis. Hæc est vera prædicandi regni vestri clementia, per quam non terræ, non provinciæ, sed omnium animæ sunt defensæ. Imputabitis hanc omnimodo victoriam, quam non bellis, non gladiis, sed sola devotione, qua Deo estis dediti, conquisivistis. Manet hic vestræ gloriæ titulus, & manebit, ut nulla illum ætas, nulla vetustas aboleat. Æterna enim sunt, quæ æterni regis amore præstantur. Sic Abrahæ fides sæculis durat: David regis meritum Dei zelus fecit esse perpetuum, cum inimicos Dei suos credidit inimicos, & odisse quos Deo odibiles approbasset. Elias etiam propheta falsa prophetantes non fuit contentus refellere, sed etiam in illos voluit vindicare, ut eos persequendo perderet, quos in perditionem sui populi niti perviderat. Par tibi cum illo gloria. Ille falsa prophetantibus restitit, tu falsa docentibus: ille maledicentes in Deum prophetas persecutus est; tu de Christo Deo nostro prædicantes impia abegis sacerdotes: ille tantum vindictæ intentus est: vestra pietas sic impia vindicat, ut quæ sunt religiosa defendat. Nec enim sufficeret abegisse morbos, & pestilentiam repulisse, nisi & salubres auras redderes, & vitalem infectis substantiam ministrares, talem illi ecclesiæ constituendo pontificem, qui olim hoc se dignum fastigio omnibus, quibus notus est, approbasset. Fert illi, ac si sui corporis parti, Romana testimonium, quæ hunc semper inter suos habuit & numeravit, ecclesia: ferunt suorum merita, quibus sancte adhæserat, decessorum. Ita enim reverendissimæ memoriæ viro Attico, catholicæ fidei propugnatori fortissimo, mente pariter & officio cohærebat, ut jam tunc futuri in eodem episcopatus insignia prælucerent. Sed sit hoc arcano divinæ majestatis arbitrio, ut imposterum quæcumque sunt meliora serventur, & ad quietem per aliqua turbatorum scandala veniatur. Debitum est fratris mei Maximiani episcopi gloriæ, ut aliquem illi prælatum fuisse in hoc quod sustinuit civitas, pœniteret; & nunc electo eodem, illi se integritatem fidei debere sentiret. Sed huic tantæ pro suo merito illius ecclesiæ sacerdoti electo taliter, & consensu

Psal. 110.

Psalm. 138.

3. Reg. 18.

[1] Joannem Episcopum Antiochenum. *Harduin.* [2] Anno Christi 432. *Harduin.*

sanctæ congregationis quæ interfuit, ordinato, ad componendum ecclesiæ statum, & omne vulnus pravæ hæresis radicitus evellendum, ne audeant quæ abscissa sunt pullulare: obsecramus & poscimus sub illius invocatione quem colitis, fidei * nostræ, ut consuestis, arma præstetis. Nunc enim est omnis opponenda custodia, ne rapax lupus ovilibus dominici gregis cum sævierit exclusus, rursus serpentino lapsu ad mortem perveniat animarum, effossis qua potest parte cuniculis. Nec enim potest quiescere, cum prædæ suæ rabidus cupiat incubare. Munimen sanis, remedia præbere sanandis; vallate muris vestræ fidei religionis catholicæ veritatem, per quos & credentes muniti sint, & tanti sequaces erroris non audeant introire. Hic enim plenus victoriæ vestræ fructus est, nihil relinquere, quod rursus Dei ecclesia debeat formidare. Quem igitur universorum ejecit sententia sacerdotum in prædicatione sacrilega perdurantem, eum vestra clementia ab omni societate removeat, ut facultatem aliquos perdendi non habeat. Religiosos vero filios meos Joannem presbyterum & Epictetum diaconum tantæ rei nuncios cum totius ecclesiæ gratulatione suscepimus, & lectis in tota Christianæ plebis congregatione apud beatissimum apostolum Petrum vestræ pietatis apicibus, Deo nostro pro vobis vota persolvimus. Ita enim ad nos agente domino pervenerunt, ut ad eum diem, quo celebramus Christi Dei nostri natalem secundum carnem, cui quæstio inferebatur, concurrerent, & impietatem convicti universa congregatio confutaret.

Causæ fidei congrue & ecclesiasticæ & pauperum utilitatis causa subjungitur: ut qui integritatem fidei præstitistis, pauperum quoque commodis consulatis. Illustris & sanctæ recordationis Proba possessiones in Asia constitutas longa a majoribus vetustate sic reliquit, ut majorem summam redituum clericis pauperibus & monasteriis annis singulis præciperet erogandam: sed hæ possessiones ibidem constitutæ, in damnum pauperum hujus negligentia, ut gravius nil dicamus, qui his præfuerat, ea sunt ratione tractatæ, ut non solum consueta non solverent, verum etiam subreptitia impetratione earum * jus dominiumque violetur. Rogamus pietatem vestram, ut religiosæ & illustri domui & ecclesiæ id pro clementia vestra præstetis, ut omnis ab his insidiantium inquietudo discedat, & tam ecclesiæ, quam suis dominis sit tuta possessio: ut quod inde alimoniæ pauperum acquiritur, vestrum esse credatur. Data Idibus Martiis, Flav. Aetio & Valerio vv. cc. Coss.

* vestra.

* ipsum dominium

EJUSDEM CÆLESTINI PAPÆ *epistola ad Maximianum episcopum Constantinopolitanum, post synodum.*

Cælestinus episcopus Maximiano episcopo Constantinopolitano.

VIDIMUS & amplexi sumus fraternitatem tuam in literis tuis, talemque sanctitatem tuam, qualem noveramus, inspeximus, simplici scilicet puritate gloriosam, & mentis fulgore potius, quam * sermone perspicuam. * Sed in se atque in statum suum illa, de cujus fide semper gloriabamur, ecclesia, quæ nunc te præsulem divino judicio accepit, postquam illum qui eam obsidebat; ejecit. Sume gubernacula notæ tibi navis, eamque ut didicisse te a tuis prioribus novimus, rege. Obsiste undis, quas ille ventus, qui & a navi * vectores abegerat, sed omnibus inimicus, excivit, omni eam laterum cupiens compage dissolvere; ut rapidis eam posset vorticibus devorare; professus falsum (quid enim non iniquitas profitetur?) gubernatoris officium, ut videretur regere quos perdere nitebatur. Adhuc te excitatæ ab eodem undæ circumsonant, & elati fluctus vel procellæ solicitant. Resiste pervigil, & commissæ tibi navis magister, saluti commissorum tibi qua potes cura succurre. Fac quietum mare esse quo navigas: fac tua arte tutam navem post eas tempestates, quas sustinuerat quam gubernas. Illum sequere piscatorem, qui maris aquas pedibus, ut ad Christum dominum nostrum, quem ambulantem in mari viderat, posset pervenire, calcavit. Sequere priorum, a quibus eruditus es & nutritus, exempla pontificum; beatissimi Joannis in prædicando scientiam, sancti Attici in repurgandis hæresibus vigilantiam, decessoris tui Sisinnii, cujus te successorem credimus, simplicem puritatem; ut de illa, sicut solebamus, gratulemur ecclesia. Congrega sparsos, piumque animum, qualem te habere novimus, in eos quos dissipaverat perturbator, exerce. Congrega populos tuos ad matris suæ ubera, revoca quos * invitos veneni sapore abstraxerat inimicus. Confirma in fide, quos videris * appetitos, cura quos inspexeris vulneratos; remove qui non * sentiunt medicinam. Interdum enim dolore * tollitur, & cum ea quæ sunt noxia præcidunt, salus reliquis præparatur. Latus campus est, frater carissime, in quo gloriam & vigilantis pastoris & benigni sacerdotis exerceas, & saporem Christianæ salubritatis infundas; ut plus in reparando potuisse te liqueat, quam ille potuit in lædendo, qui imitator diaboli maluit esse quam Christi, perturbans omnium ecclesiarum quietem: cui nunc debemus operam in commune præstare, ut omnium una fides, & unus sit animus sacerdotum. Teneat manus tua dominicum ventilabrum, & purget aream creditam tibi, ut a frumentis paleæ separentur, & omne juxta mandatum Christi Dei nostri horreis triticum aggregetur. Locum impietas novella non habeat, & compresso olim per totum orbem sua damnatione noto Cælestiano errori, tua vigilantia resistatur; ut quicumque hujus dogmatis sunt sequaces, ab omni societate hominum repellantur. Obsistat illis per te Spiritus sanctus his in omnibus, qui ad has quascumque conatur provincias pervenire, ne eorum impia prædicatio resurgat. Obsistite eis: ita enim, ut damnentur quocumque perveniunt, innotescunt; & tanquam non illis sententia toties repetita sufficiat, longinquas terras remotasque provincias inquietant. Sed eos ille persequitur, cujus fidem sua pravitate persequi nitebantur: & quo se abscondant, ad quas latebras confugiant, sua se impietate prodentes, * non possunt. Filios vero nostros religiosos viros Joannem presbyterum & Epictetum diaconum cum magna lætitia suscepimus, & cum majore gratulatione remisimus. Data Idibus Martiis, Fl. Aetio & Valerio vv. cc. Coss.

* honore

* f. Redit in

* vectores

* f. illiro vel, imbu

* f. infidis

* f. recipiunt

* f. morbus tollitur

Matth. 14.

Luc. 2.

Locus corruptus.

* f. invenire

EJUS-

EJUSDEM CÆLESTINI EPISTOLA ad clerum & plebem Constantinopoli constitutam, post synodum.

Cælestinus episcopus clero & plebi consistentibus Constantinopoli.

EXULTATIO matris est congregatio filiorum: denique lætatur ecclesia ita se filios, quos diabolus disperserat, iterum congregasse, ut ex his, nisi filius perditionis, nemo sit perditus, quia eum filium suum nequaquam pater agnovit; Illum namque, ex quo erat, sicut legimus, imitatus, vobis legitimis Dei filiis hæreditatem conabatur auferre, quos dicente apostolo, pro fide vestra & hæredes Dei, & Christi nostri futuros credimus cohæredes. Non ergo ei palmam de his referre permissum est, qui de ipso magis per arma fidei triumpharunt. Victores vos, imo communis regis de hoste victoriam loquitur tyrannus exclusus: vicit in nobis, cujus incerta fieri divinitas putabatur. Separetur * pravitas, quæstionem dixerim quam sibi unusquisque bene credens debet simpliciter aperire: Quis enim ad examen vocare audeat Deum, eumque discutere qualiter venerit subvenire? Non fuit difficile Deo posse quod voluit, cum dignatus est liberare, qui potuit. Sed unde illi peccatori in tanta caligine sua lumen non videre? unde terrenis argutiis in superioribus positam colligere veritatem? Hæc in tenebris suis videre non possunt, qui lucernæ illius verbum nesciunt, quod esse lumen semitis suis David propheta testatur. Cum quo Psalmographo, ut supra diximus, matrem lætantem, in uterum suum, quem dissipatio hucusque ridicula & blasphema turbaverat, reversis filiis, cantare delectat: *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum*. Competenter hæc ergo verba de eo fuerim mutuatus, mihi namque ex parte maxima, venerandæ trinitatis auxilio, ecclesiæ universalis quietem & summam præsentium vindico gaudiorum, quem hucusque qui scandalizabantur, urebant, & infirmitas aliquantorum faciebat infirmum. Meminit caritas vestra apud vos mihi dudum de patientia fuisse sermonem: jactavi quæ debui semina sacerdos in animo Christiano, nec me in vobis seges expectata decepit. Quid enim patientiæ vestræ messis intulerit, ipsis fructibus approbatis. His invidens severat peritura zizania intra aliquantorum mentes agricola periturus: severat longe aliud quam acceperat seminandum, vel invenerat seminatum. Habemus certe fidei * nostræ semina, quæ ipsius domini sermo vel apostolorum doctrina jactavit: quæ quoties ista contingunt, non ea quæ terra suscepit, sed alia superfusa corrumpunt. Nihil vestræ simplici fidei messis domini poterit imputare, qui in evangelio auctorem zizaniæ interrogatus ostendit. Illi tunc dixerunt: *In bono semine unde zizania?* nos dicamus: In tanto regno fidei unde perfidia? Respondemus tamen vobis sermonibus Christi: *Homo inimicus hoc fecit*. Qualiter vos exercuit priorum palæstra doctorum, fortitudo vestræ mentis adstruxit: ipsis agnitionem debetis hujus erroris, quorum hic indignus laudibus fuit, qui bona tam gloriosa despexit; non partem columbæ simplicitati, sed in toto studuit serpentis astutiæ. Nec mirum, si parans occidere simplices animos, eum suadendo secutus est, qui suadendo primus occidit. Denique verbis illum legimus decepisse, hic inferre mortem non nisi per verba tentavit. Non tamen impune suum est secutus auctorem, quando Judæ * episcopatum ejus alter accepit. Jure utrumque tenet una sententia, quia in unum, sicut legimus, ambo peccaverunt. Sit licet uterque ante oculos nostros, salvatoris nostri calumniator, & traditor; tamen deliberare difficile est inter discussorem nativitatis, & mortis auctorem. Facti sui videlicet vacuum statim Judam pœnituit, prævenit * exitum traditori supplicium proditoris. Ille statim laqueum, peccatum suum confessus, elegit: hic impietatis pertinacia gloriatur. Nec ego perfidiæ huic dabo nomen erroris: non est error impietas omnis. Denique quoties ecclesiæ vel ejus quieti diabolus invidus fuerit, intra eam nata contentio salvam servavit ipsius certaminis causam. Quo proficiebat iste conflictus, quo laborabatur non ut religione quis vinceret, sed ut ipsa religio vinceretur? Meministis certe ejus, quia necesse est meminisse blasphemiæ. Sed jam oblivionem tantorum malorum volo sanctis mentibus imperatam: ex animis tollatur qui sublatus est oculis: tollatur, inquam, qui sic vocatus est præcursor inferni. Habuit crebras sinister prædicator insidias, tetendit arcum suum frequenter, ut legimus, & ore suo spicula venenata jactavit; neminem tamen vestro in numero quem feriret invenit: retorta in se tela redierunt, postquam sagittare in obscuro rectos corde non potuit, & nihil in filios lucis licuit filio tenebrarum. Quæ nos de vobis in bello intestino positis cura atque solicitudo tunc habuit? In modum dierum duximus noctes, quia talibus causis omne tempus angustum est: non oculos somno declinavimus inquietes. Quem enim caperet dilectio dormiendi, sic vigilante raptore nesciebamus. Quis intra caulas timor? quanta intra septa formido? quoties luporum jejuna furies multa circuit, aditu quærit prædam, sævit & absentibus * minata perniciem? quanta hic pro sua cautione grex dignus est laude, quem non attigit secum raptor inclusus? Patet causa tuitionis hujusce; in aperto est qui restiterit inimico. Intelligamus & fateamur omnes, quod vos ille tutatus est pastor, qui in evangelio se dicit esse pastorem: adfuit, nec vos deseruit qui patiebatur in vobis. In hunc namque quotidianis acuebatur lingua blasphemiis, in ipsum dentes suos impius tractator armabat: inani tamen semper elusus est morsu, quando ejusdem pastoris virga vos consolabatur & baculus, cui gregem suum etiam pascendum tradidit iturus ad cœlum. Hæc vobis hucusque non mutata sunt pascua; eisdem pabulis estis impleti; apostolico vos doctores & pio semper sermone paverunt. Verum noxia fuerat pro salubribus cibis esca supposita, quando adversarius esurientibus animabus mixtas spinas floribus exhibebat: nec tamen fraus ista decepit vos, qui Christi suavis odor estis in domino, postquam vobis longe aliud oluit, quam solebat. Herbam mortiferi graminis horruistis: septistis aures vestras spinis, ne linguam nequam potuissetis audire. Non ergo pervenit ad sensum, quod offendit auditum; nec interiorem ferire potuit, quod exterior non recepit. Vitastis eum, cui (quantum didicimus) & in faciem restitistis. Vitastis, quem a memoria digna sancta Alexandrina ecclesia, secundum beati Pauli apostoli sententiam, jam scieretis esse correctum. Legistis namque, & memoriter jam tenetis sacerdotis, hoc est, catholici ad hunc scripta doctoris, quibus eum ita correptum, ut vellet esse correctum, studuit: nixus est labentem revocare collegam; porrexit dexteram magisterii sui, in uno volens plurimis subvenire. Percellebat animum veteris sacerdotis, quod nutat episcopus * ruina multorum: egit sicut scriptum est:

Rom. 6.

* nativitas.

Psal. 112.

Psal. 132.

1. Cor. 11.

Matth. 13.

* vestræ.

Ibidem.

Matth. 10.

Genes. 3.

* f. exemplo.

Act. 1.

* f. exitium oris supplicium.

Psal. 62.

Ibidem.

* Inconsumata perniciem?

Joan. 10.

Psal. 22.

1. Cor. 2.

Eccl. 28.

1. Cor. 5.

est: Benedicam opus domini diligenter. In nullo
2. Tim. 4. ei officio apostoli vir apostolicus defuit: obsecravit, admonuit, increpavit. At ille, qui in profundum blasphemiarum suarum pondere mergeretur, tanti viri doctrinam renuens, & abusus hortatu, docilis esse noluit, cum doctor esse non posset: egit injurlis tenacem recti, perversitatis assertor: gloriatur hinc; nec contristatus est frater, secum reputans, quod merito sibi conservo non parceret; qui suo domino derogaret. Inventus est per diligentiam ille de evangelio frugi filius,
Matth. 25 providus servus. Nam & paternam servavit substantiam, & auxit numerum talentorum. Nec duplicasse eum, sed multiplicasse dixerim sortem, quem videbamus etiam longe positis pio fœnore subvenisse. O sanctæ prædicationis usura! Quam hic gratiam ante communem dominum fidei negotiator inveniet, qui propter animarum lucrum negotium & illic exercuit, ubi * alter accepit? Nonne hic merito a patrefamilias auditurus est: *Euge serve bone & fidelis, intra in gaudium domini tui?*
* talenta.
Ibidem. Hæc huic competunt, qui illa quoque, quæ aliis sunt commissa, servavit. Quid ille auditurus est, quidve dicturus, cum a se commissæ sibi rei ratio requiretur, qui utique involvitur reatu, etiam si vobis per alios perditis esset ipse servatus? Nostis
2. Tim. 3. profectus pro vestra eruditione quæ pœnà negli-
1. Reg. 3. & 4. gentes maneat sacerdotes, quippe quos apostolus præesse etiam domibus suis jubeat diligenter. Denique Heli sacerdos per se inculpabilis, divinam per filios incurrit offensam. Offendit pontifex pater; offendit potestas & pietas. Si igitur ille cum præsumptionem filiorum non refrænat, incurrit: quanto magis hic dominum, dum nec ipsi parcit, offendit? Non hunc desidem, non hunc dixerim negligentem. Habuistis hominem sermonis assidui, atque (apud expertos loquor) habuistis vi-
* proditorem. gilem * perditorem. Nec tamen beatus Petrus apostolus deseruit tam graviter laborantes. Nam
* f membrum. cum separari tale * ulcus de ecclesiastico corpore horrens omnibus putredo suaserit, cum ferro obtulimus & fomentum. Sed ille abusus nostro stu-
Matth. 18. dio, quo illum sequimur qui nec de pusillis aliquem
* desperatus. vult perire, mortem * desideratus optavit. De-
Galat. 6. nique & medicinam respuens elegit abscindi; tulit de se apostolicum, vel hoc nobiscum sentiens, ipse judicium, ut abscinderetur qui nos contristabat,
Matth. 18. & volebat convertere evangelium Christi. Nulla suo vitio languenti medico, ut diximus, arte defuimus. Non factum est nostræ celeritate sententiæ, ut esset nobis publicanus aut ethnicus. Scimus qualiter & quoties hos qui ad hæc tendunt, scriptura jubeat conveniri: quod nunc quoque videtur impletum: dicendum denique adhuc. Tunc frater fratrem admonuit: dehinc pertinax uno & altero, imo & multis testibus conventus est, consequenter ab universali ecclesia, nostro quoque sermone correptus. Nihil præcoquum, nihil in hoc egimus immaturum, quem diuturnæ constitutionis servatus ordo damnavit. Non potuimus
Psal. 49. ultra differre; ne, sicut scriptum est, cum furante currere videamur, & cum adultero fidei nostram ponere portionem; maxime quando oculus
Matth. 5. scandalizans jubeatur auferri. Ad hæc, ille compendio toties oblata remedia, campum ad certamen exposcit: sacerdotale postulat cui non erat interfuturus examen: egrediturus ad bellum, castrorum dux hostem professus, & doctor fidei contra fidem portans arma perfidiæ; cum non tam profectus, quam videtur expulsus. Non quæro qualia tunc ad dominum vestra vota fudistis, cum exitus doceat quid potueritis optare. Nec nos ge-

A starum rerum putetis ignaros, quarum nobis ordinem sancti fratris nostri Cyrilli relatio patefacit. Admonuit hominem, quem nunc inescusabilem faceret ex more conventio: adesse contempsit. Quis petitorem synodi synodo crederet abfuturum? * Perculsa est illic falsitatis levitas pondere * Prelat.
veritatis: nec se ausa est fulgori radiantium sacerdotum latitantis perfidi caligo miscere: lucem te- 1. Cor. 6.
nebræ fugerunt, quia societatem legimus his esse non posse: invicem se contraria semper offendunt. Ubi est quod sibi dictum est, quod loqueretur in lu- Matth. 10
mine, & supra tecta, quod audiret in auribus, prædicaret? Sed idcirco volens præsens latere, ut ferendam sententiam verecundia, judicante conscientia, præveniret: lucernam suam cur voluit Matth. 5
B habere sub modio, si eam bene putabat accensam? Toto sancto conventui lucere debuit, ut habere Joan. 3.
lumen omnium lumine probaretur. Non fallit divina sententia; quorum qui in tenebris sunt, lucem videre non possunt. Mansit absconditus, ut Genes. 3
vitando sacerdotale collegium, ipsi renunciaret quodammodo dignitati. Sic se ille primus homo Adam, peccati sui conscius, ante faciem domini nudus occuluit: & qui non in eum, sed in ejus mandata peccasset, expavit illam quam contemperat vocem, & timorem deceptus incurrit, postquam simplicitatis fiduciam vitio prævaricationis amisit. Nam facit dubitare de crimine confessio latebrarum: nemo se in causis gravibus innocentes abscondit. Sic ergo illius nostræ mortis auctoris,
C perdito honoris & gloriæ vestimento, secutus exemplum, merito hoc cum primo homine Adam fecerit, qui deitatem Adæ novissimi sic negavit 1. Cor. 15.
Non fuit ante oculos tantorum vexatio sacerdotum, non congregatum ex omni pene mundi parte concilium: abfuit ab his, cum quibus se esse nesciret. Quid illi profuit hoc vitasse? Refugere voluit, quos quos effugere non dabatur. Qua enim ratione possit evadere persequente eo, cui se nullus abscondit? An quia talibus sociis usus est, sine peccato se existimans, negare indignatus quod Propheta clamavit. *Quo ibo a facie tua, & ab aspectu tuo quo fugiam? Si* Psal. 138
ascendero in cœlum, tu ibi es; si descendero in infernum, tu ades. Ille clamat, latebram suis deesse peccatis, nec a Deo posse celari. Ille enim fatetur ubi-
D que præsentem, quem hic conatur asserere intra uterum defuisse susceptum. Tandem in sacerdotibus suis sanctus, sicut semper, Spiritus vivens unus in omnibus statuit, quod omnibus subveniret: nulla de putredine, nulla de vulnere nascente suscepit: quia diligenter amputatum est, quod manus spiritalis abscidit. *Ejice*, inquit Salomon, Prov.
de concilio contentiosum, & exiet cum illo discordia. Secum scandalum suum, quod intulerat, amputavit, quia apud vos quod invenerat, hoc reliquit. Non poterat, loquente domino, eradicari plantatio, quam plantaverat Pater, & quæ in eo uberem fructum probaretur afferre. Servavit vineam Isai.
suam dominus Israel: domus ejus est vinea domini, & ideo mirandum non est, si furem domus ejus
E evasit, cujus legimus nec dormire nec dormitare custodem. Quid aget impius pertinax? quid sibi Psal. 120
spei? quid permansit auxilii? Non habet locum Matth. 12.
veniæ, cui scriptum, quod nec hic, nec in futuro possit ignosci. Inclinatur omnis elatus: contra, exaltationem parit humilitas Christiana, quia hunc ipse, qui supra eum requiescit, exaltat. Il- Isa. 66.
lius per Prophetam verba sunt: *Non habitat in* Psal. 100.
medio domus meæ faciens superbiam; qui per apostolum promittit se stultam mundi sapientiam per- 1. Cor. 1
diturum. Audiat nunc a nobis quod Paulus tunc, & cum prædicaret, audivit: *Ad insaniam multa-*

rum

rum pervenit itinere literarum. Absit tamen ab eo hujus exemplum. Non enim quod de doctore dictum est, dignus est audire indoctus. Cui præterea contra vas abjectionis, vas electionis vocemus in medium, cum ad exprobrandum * hunc ille sufficiat, quem in cruce cum Christo post scelera tanta pendentem, supplicii beneficium fecit dominum confiteri? Sui ab eo memoriam poscit in regno: hoc brevi sermone diluit quidquid admisit, criminibus temporum temporis puncto subveniens; nec moratur præmium confitentem: statim ejus remuneratio & vicissitudo respondit, qui libenter excipit hora ad se quacumque conversum: *Mecum*, inquit, *eris in Paradiso*. Promittit ei futuram societatem, qui secum præsens jam paretur. Ad justitiam corde crudelitas, ad salutem facta est ei ore confessio. Exclamare hic in tanta contrarietate rerum pariter & flere debemus: nefas est, hoc episcopum, quod latro * potuit, non invenire. O fidei & perfidiæ præmium! o judicia Dei abyssus multa! Latro paradisum meruit, & sacerdos exilium. Habemus tamen hujusce rei veros interpretes. Hunc ille positus inter ormenta cognovit, quem hic positus in honore nescivit. Nonne hoc illud est: *Et homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus*? Quid est aliud intellectus & judicium, nisi scire sapientiam & disciplinam, & intelligere verba prudentiæ? Illa est vera sapientia, quæ ipso Salomone dicente, de timore domini sumit exordium: quam se inter perfectos loqui beatus apostolus affirmat: & non tam grave est, quod eam tunc minime mundus agnovit, quam quod nunc episcopus ignorávit. Hoc loco utar domini nostri per Jeremiam sermonibus: *Cultores legis meæ nescierunt me; & prophetantibus iniquitatem prophetis plauserunt manibus Sacerdotum*. Et per eumdem alibi: *Sacerdotes mei sacrificaverunt mihi ficte*. Utebatur tamen defensione & laude gentilium, episcopum talem nunquam fuisse testantium. Vere hæc & probabiliter loquebantur. Nam quando potuit episcopus inveniri, qui Christianus esse nesciret? Ideo tamen * inimicus esse probatus est, quia nunquam displicent hostibus proditores. Audivimus hunc agentem contra legem, & iniquum quæ sint solatia prosecuta: adfuerunt inter alios, nec deseruerunt eum Cælestiani iniquitatis operarii, quos Hymnidici nostri persequitur manifesta sententia! jam dudum quippe inimici Dei disperguntur, & pereunt qui operantur iniquitatem; * sicut idem dicit, velut cibum panis plebem dominicam devorabant. Habuit ergo secum sui magistros exilii; habuit hujusce rei perfectos tiro doctores. Nam separare difficile est quos scelera sola junxerunt; quia majore ligantur glutino fœdera vitiorum. Quis tamen horum finis est? nempe ille quem legimus: * *Irritavit in illo dominus, & erunt post hoc decidentes sine honore in contumelia inter mortuos in æternum*. Sed quid diutius immoramur? Fastidium forsitan facia. sermo prolixior: dimittamus mortuos sepelire mortuos suos. Audite nunc & capite simplicis verba doctoris: audite ab eo quæ a majoribus nostris nobiscum positus frequenter audivit: audite certe semper audita, nec studio novitatis inventa. Nostro vobis loquitur ore collega, quia una fides necesse est * uniter prædicetur. Non hic in ejus persona alicujus testimonium mutuatur: a nobis datus est, qui est electus ex nostris: non est incognitus, non aliunde deductus: habuistis laudabilem de præsenti judicio suo: fama dudum decepit absentes: plura de eo loqui cautio est, quia opera supervacua est nota laudare. Nunc tamen vos nostris propriis sermonibus decet cavere commonitos. Nemo in vobis illud quatiat fundamentum, quod firma petra & angularis lapis ille construxit. Ædificate super hoc, quod soletis. Didicistis quid sit superædificare quod ardeat. Hoc detrimento illud pensabitur, cum opera singulorum probare cœperit ignis examen. Gaudeo vos fundamento huic non stipulam, non ligna, non fœnum, sed illas imposuisse divitias, quas architectorum sapientium præcepta mandabant imponi. Bene manebitis, quia tam solicite fabricatis. Habitaculum magnum tales pollicentur expensæ: auro, argento, & lapidibus pretiosis, illam vobis quæ æstimari non potest, construitis mansionem. Nullo pretio taxantur æterna, quippe quæ non injuria, non vetustate solvuntur, quæ jam ab institutione mundi justis dominus præparavit. *Confortentur manus fidelium fatigatæ; labantia*, hortante propheta, *genua roborentur; qui pusillo sunt animo convalescant*. Noster salvator apparuit: ostendit falsitati Deus, quid sit pulsare & incessere veritatem, postquam sibi controversia inde facta est, unde subvenit. Unde filii carissimi, permanete in eum qui est, ut vincatis in vobis. In ipso sensu & in eadem sententia estote perfecti: ut a filio hominis, cum venerit in majestate sua, non audiatis: *Discedite a me maledicti*; sed: *Venite benedicti*, positis audire. Maneat hœdos repulsa venturi: vos tales volumus inveniri, ut cum in igne stent abjecti a sinistris, vos a dextris invitet ad regnum. Non expectabitis ut paretur, quod olim vos ut regnetis expectat. Angustam nunc portam festinanter intrate, quæ eos accepit, quos nunquam spatiosa invenerunt. Hæc dilectioni vestræ pro lætitia catholicorum dicta sufficiant: quæ sæpe recensere vos volumus, ut triumpho fidei gratulantes, intelligatis Deum caritatis & pacis esse nobiscum. Data Idibus Martiis, Flavio Aetio & Valerio vv. cc. Coss.

* quia Luc. 23

Hebr. 18. & 23.

Luc. 23 Rom. 10.

* potuit.

Psal. 35.

Psal. 48.

Baruch. 3.

Prov. 2.

1. Cor. 2.

7 . 2.

* non

Psal. 91

* qui, Psal. 31.

* Irritavit. Sapien. 4

Matth. 8

* f. unanimiter.

Matth. 25.

Isai. 35.

Matth. 7

Matth. 7

ΓΣΟΝ ΘΕΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΟΣ

ἀποσταλέντος δὶ Ἀριστολάου τριβούνου, καὶ νοτερίου, Ἰωάννῃ ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας, περὶ τῆς εἰρήνης, καὶ οἰκοδομῆς τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν.

Αὐτοκράτορες, Καίσαρες, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, μέγιστοι, καὶ ἀεὶ σέβαστοι, Θεοδόσιος, καὶ Οὐαλεντινιανὸς, Ἰωάννῃ ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας.

ΣΚΟΠΟΣ ἡμῖν τῆς εἰρήνης τὸ κατόρθωμα, εἰ δὴ τῷ ἐκτενῶς δόγματι τῷ ἑαυτῶν ἑπόμενοι, δι-

EXEMPLUM SACRÆ IMperatoriæ per Aristolaum tribunum & notarium missæ ad Joannem Antiochenum episcopum, de sanctarum ecclesiarum pace & ædificatione constituenda.

Imperatores Cæsares, victores, triumphatores, maximi, semper Augusti, Theodosius & Valentinianus, Joanni episcopo Antiochiæ.

ANIMI nostri scopus, collapsæ pacis redintegratio est; quam vos juxta vitæ

vestræ institutum profitemini; ceterosque omnes, utpote * caritatis causa ad sacerdotium adiciti, docere nunquam definitis. Quia ergo hanc, unde minime decebat, * turbari contigit, operæ pretium visum est ad id vos urgere, ad quod alios universos, si quidem admonerentur, alacriter venturos nihil dubitamus. Res etenim detestanda, planeque inexpectata nostris temporibus accidit; nempe sacerdot im veræ religionis discordia, & ea quidem tanta, ut omnem narrationis modum excedat. Enim vero cum spes erat fore, ut omnis omnino contentio vel ad minimam suspicionem usque e medio facesseret, perfecteque unionis fructus exsurgeret, tum gravia dissidiorum tumultuationumque incendia exarserunt. Vehemens proinde ægritudinis, magnique mœroris occasio ea ex re nobis offertur, quod ecclesiasticæ pacis doctores, ipsique concordiæ fontes eo discordiarum prolapsi sint, ut talibus indigeant qui illos suo hortatu ejus rei commonefaciant, quam pro officii sui ratione prædicare debuerant. Quapropter hujus tanti mali exitum inde invenire sperantes, unde originem traxit, enixeque ac diligenter, ut hoc conficiatur, curantes, ne hoc contentionis vitium latius serpat; consilii hoc cepimus, sanctissimo celebris hujus civitatis episcopo Maximiano, ceterisque omnibus qui in ea comperti sunt sanctissimis episcopis, & universo illorum clero in eamdem ac nos sententiam convenientibus, ad orthodoxæ fidei membra, quæ ante bene unita, infelicis casus interventu misere divulsa sunt, denuo conglutinanda, ut vos, hoc est, tu & Cyrillus religiosissimus Alexandriæ episcopus, inter vos convenientes, omni simultate molestaque contentione, quæ inter vos exarsit, deposita, ad pristinam concordiam redieritis; cum prædicti piissimi episcopi sponderent, si Nestorii depositioni subscriberes, illiusque doctrinam anathematizares, fore ut omnis altercationis materia mox e medio tolleretur, Cyrillusque sanctissimus Alexandriæ episcopus cum suis, & sanctissimus Cælestinus quoque gloriosæ Romæ episcopus, ac reliqui omnes quotquot ubique sunt orthodoxæ fidei sacerdotes, cum tua pietate ed communionem redirent: ceteris, si qua forte erunt, quæ emendationem desiderent, facile eam solutionem suscepturis, quam vos ipsi necessario sumentes, & simul vobis privatim & communiter omnibus persuadentes, afferetis. Cum itaque hoc nostrum esse studium & consilium non ignores, omnibus aliis curis posthabitis in hoc unum incumbe, ut omni contentione & æmulatione sublata, pax hæc diligenter ac firmiter sanctissimis orbis ecclesiis, quæ ubique orthodoxam fidem profitentur, & per illas omnibus subditis * nostris cum Dei auxilio restituatur: ' utpote ad Nicomediæ civitatem summa cum celeritate venire matures, nec ullum omnino episcopotum tecum adducas, sed paucos tantum clericos, qui sanctitati tuæ famulentur. Omni ergo dilatione postposita festina, certo tibi persuasum habeas, Cyrillo sanctissimo episcopo

ejus causa. * collabi. * vestris

λωκεῶς πληρῶν ἐπαγγέλλεσθαι. τούς τε ἄλλους πάντας ἀνθρώπους, ὡς δηλ' * τούτης ἱερεῖς προβεβλημένοι, διδασκειν ὁ πεφύκασι. καιρός οὖν, ἐπειδὴ τούτῳ ἡμῖν ἐπλάζειν, δεῖν οὐκ ἐχρῆν, συμβέβηκεν, εἰς τοῦτο προβῆναι, εἰς ὅπερ τοὺς ἄλλους ἅπαντας * ἐνάγοντες, * ἐνομίζομεν ὡς προθύμως ἐλεύσεσθαι. πρᾶγμα γὰρ φοβερόν, καὶ ἀπροσδόκητον, ἐπὶ τῶν ἡμετέρων καιρῶν συνέβη, ἱερέων τῆς ἀληθοῦς θρησκείας διδάσκαλοι, οἵτινες καὶ πάσαν δεινήσεως διαφυγὴν ὑπερβεβήκασιν. ὅτε γὰρ ἐλπὶς ἦν πάντοθεν καὶ μέχρις * ὑποψίας περιαιρεθήσεσθαι φιλονεικία, καὶ τὸ τῆς τελειοτάτης ἑνώσεως * παρακολουθήσειν συμπέρασμα, τότε δηλαδήσεως, καὶ μεγίστου θορύβου πρόφασεις ἐξήφθησαν. ἀθυμοποιὰ τοιγαροῦν ἐν τῷ πράγματι, καὶ πολλῆς ἀθυμίας ἀφορμὴ, τὸ τοὺς διδασκάλους τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης, καὶ τῶν πηγῶν τῆς ὁμονοίας εἰς τοσοῦτον διχονοίας ἔφαπτεσθαι, ὡς δεῖσθαι τῶν αὐτοὺς προτρεπόντων *, ὥστε μεμνῆσθαι τοῦ πόνου, ἃ προσβλέπειν ἐπιχθῆναι. τοῦ τοσούτου τοίνυν κακοῦ λύσιν, ὅθεν καὶ τοῦ ἀρχοῦ * ἔχει. * δρᾶσθαι προσδοκήσαντες, καὶ ἐπιμελῶς ὅπως ἂν τοῦτο κατορθωθείη, φροντίσαντες ἵνα μὴ ἕρπον * ἐπὶ πλέον νεμηθῇ τὸ τῆς φιλονεικίας ἐλάττωμα, τοῦτο ἐσκοπήσαμεν, πάντων ἡμῖν συνδραμόντων, τοῦ τε ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τῆς Σιδέξου πόλεως, καὶ πάντων τῶν δρεθείτων ἐνταῦθα θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, καὶ τοῦ παντὸς αὐτῶν κλήρου, εἰς τὸ τοῦ καλῶς πρόσω λυθῆναι, δυείσιν τε πάθοις παρεισπεσόντος, τὰ δηλαδὴ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως μέλη συναρμόσαι· ὥστε ὑμᾶς, σε τε φαμὲν καὶ τὸν * ἁγιώτατον ἐπίσκοπον τῆς Ἀλεξανδρείας Κύριλλον, συμβάντας ἀλλήλοις, ἀποθέσθαι τὴν μεταξὺ ὑμῶν δυσχέρειαν, καὶ ἀμφισβήτησιν· ἐπαγγελαμένων ὧν προείπομεν ἀλαβεστάτων ἀνδρῶν, ὡς εἰ ὑπογράψεις τῇ καθαιρέσει Νεστορίου, καὶ τὸν τοῦτο ἀναθεματίσεις διδασκαλίαν, ὁ δεμία περιλειφθήσεται ἀντιλογίας ἀφορμὴ· ἀλλ' ἄδηλος ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Κύριλλος, καὶ αὐτοὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἡ σὴ θεοσέβεια, καὶ οἱ μετ' αὐτῆς, καὶ ὁ ὁσιώτατος τῆς Σιδέξου Ῥώμης ἐπίσκοπος Κελεστῖνος, καὶ πάντες οἱ πανταχοῦ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἱερεῖς, τῇ σῇ θεοσεβείᾳ κοινωνήσουσι· τῶν ἄλλων, εἴ γέ τινα ἐστὶ τὰ ἀφείλοντα διορθωθῆναι, τῷ πρέπουσαν ἀχεῤῥῶς δεχομένων λύσιν, ἣν αὐτοὶ ἀναγκαίως ἀναλαβόντες, καὶ συμπείσαντες * αὐτοὺς ἰδίᾳ, καὶ κοινῇ πάντας, ἐπάξετε, γνοὺς τοίνυν, τοῦτο ἡμῶν εἶναι τὴν σπουδὴν, καὶ τοῦτο τὸ βούλημα, μηδενὸς ἄλλου θελήσῃς φροντίδα ποιήσασθαι, ἢ τοῦ πάσης ἐκποδὼν ἐριδος, καὶ ζηλοτυπίας γενομένης, τὴν εἰρήνην ταύτην ἐπιμελῶς, καὶ βεβαίως ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, ταῖς ἀπανταχοῦ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ δηλαδὴ τούτων πᾶσι τοῖς ὑφ' ὑμᾶς τῇ τοῦ κρείττονος βοηθείᾳ πηξάσθαι, καὶ ἐλθεῖν μὴ πάσης ταχυτῆτος ἐν τῇ Νικομηδέων πόλει. μηδεμίαν τὸ σύνολον ἐπισκόπων μὴ σαυτῷ ἐπαγόμενος, πλὴν ὀλίγων τῶν ὑπηρετησόντων τῇ σῇ ἁγιότητι κληρικῶν. καὶ δίχα πάσης ὑπερθέσεως σπεύδασον. εἰδὼς, ὡς καὶ Κυρίλλου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπίσκοπον ὁμοίως ἔχεσι ἐ-

πεχ-

* ἀγάπης ἕνεκα. * ἀνάγκη τε ἐνοχλεῖν. * ὑποψίας. * παρακολουθήσειν. * ἕρπον τὸ μεμνῆσθαι. * ἄλλοις δρᾶσθαι. * ἐπιμεμελῆσθαι. * ἐπιμεμελῆσθαι. * ἀλαβεστάτων. * ἑαυτοῖς.

Hunc locum intellexit pessime Liberatus cap. 8. de exilio Nicomediæ. *Harduinus.*

τεχθῆναι, καὶ συνδραμεῖν τῇ αὐτῇ προθυμίᾳ θείοις ἡμῶν γράμμασι προστεθέμεθα· αὐτῷ τε παρεγγυήσαντες, μὴ ἄλλως αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς ἐλθεῖν, πρὶν, ἢ ἂν συμπτυχόντες * ἀλλήλοις, καὶ * τὰς πρὸς ἑαυτοὺς * ἔχθρας ἀποθέμενοι, εἰς τὸ τοῦ εἰρηνεύειν βεβαιωθῆναι δι' οἰκείας ὁμονοίας, τὴν σκοπὸν τῆς πάντων συνελθόντες. ὅπερ ἔσεσθαι καὶ ἐπὶ τῇ σῇ εὐλαβείᾳ σημαίνομεν. * ἀνδρὶς γὰρ ὄντες τοιοῦτοι, οὓς ἐκδέχεται καὶ τὶ τῆς εἰρήνης ἀγαθὰ, καὶ τὰ τῆς διχονοίας κακὰ λαθεῖν οὐκ * ἀνέξονται, * ὁ πρότερον παρ' ἡμῶν ὀφθήσεσθαι, ἄχρις ἂν διορθωθῇ τοῦτο, ἅπερ ἡμᾶς ὁ μικρὸς ἀθυμῆσαι πεποίηκε. ἐν τούτῳ δὲ, ἐν ὅσῳ ἡ τε σπουδαζομένη τῆς εἰρήνης, καὶ τῆς ὁμονοίας τῆς * ἡμετέρας, καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους φιλίας, καὶ ἐκ τούτου τῆς πρὸς ἡμᾶς προσδοκωμένης σωτηρίας βεβαιοῦται συγκρότησις, μηδεμία ἐξ ἐπισκοπικῶν κατεστάσεων, ἢ καθαιρέσεων, ἢ καὶ οἱασδήποτε χειροτονίας προσγίνεται κινοτομία· ἀλλ' εἴ τι καὶ μετὰξὺ γενέσθαι συμβέβηκε, τοῦτο ἐν ἡσυχίᾳ μὲν ἀπέραντον, τῷ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας φυλαττέτω κατάστασιν· ἐπαρκούντων τῶν ὄντων εὐλαβεστάτων κληρικῶν, ἄχρις ἂν τελεία σώσεις παρακολουθήσῃ, πρὸς τὸ τὸν θείας ὑπηρεσίας ἐπιτελεῖν. ἔχεις παρ' ἡμῶν ταῦτα· καὶ οὐκ ἀμφιβάλλομεν, ὡς παντὶ θείῳ, καὶ πάσῃ δυνάμει, εἰλικρινῆ, καὶ ἀμετάβεκτον ἑωρακὼς τῷ ἡμετέρᾳ προθέσει, καὶ ἀξίαν Χριστιανικῆς σώσεως, συμπράξεις καὶ αὐτὸς, καὶ ὁδοῖς κάμματον, ἢ σκυλμὸν, οὐχ ὕβρεως καταφρόνησιν, οὐκ * ἀμνησικακίαν ὀργῆς ἀναδέξασθαι παραιτήσῃ ὑπὲρ τοῦ τὸ παρὰ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας σῶσαι τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τῆς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν σώσεως προσαχθεῖσα, πέρατι παραδοθῆναι. εἰ δὲ, ὅπερ οὐ πιστεύομεν, * σκαντία τινὶ τῆς ἡμῶν τῆς γνώμης, καὶ τοῦ ὅπως ἡμῶν ὀρθοῦ βουλεύμαστος, * φρονῆσαι, ἰδίῳ τινὶ σκοπῷ, * ἢ σύστασιν ἀνθρωπίνων παθῶν ἐπιχειρήσεως, τῶν τε ἄλλων τῶν παρ' ἡμῶν κεκινημένων ἀμελήσεως, σαυτῷ λογίσῃ, εἰ τῆς ἀκοθυμίας τῆς περὶ τὴν συγκρότησιν τῶν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν ἡ σὴ ἀστοργία καταφρονήσασα, ἀξίας ἀμοιβὰς ἀπεύγκηται;

* ἑαυτοῖς κατὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους ἔχθρας.
* Ἰσ. ἄνδρες γὰρ ὄντες τοιοῦτοι ἐκδέχεται.
* ἀπέχειν.
* Ἰσ. οὐκ ἀνεκίνησε πρὸ τίνος
* ἡμετέρας.
* σύστασιν ὀργῆς.
* σκαντία.
* τοῦτο.
* καταφρονήσα.
* κεν

ΘΕΙΟΝ ΓΡΑΜΜΑ Α'ΠΟΣΤΑΛΕΝ

πρὸς * τὸν μακαρίου Συμεὼν τὸν Στυλίτου.

* Κωνσταντινουπόλεως Βιβλιοθ. ita ms. Sec.
* ἀλλήλοις.

ΟΛΟΝ τὸν τῆς σῆς * εὐσεβείας βίον ἐπιγράφθαι πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ οὕτω ζῶ, ὥστε δυνάσθαι τῇ παῤῥησίᾳ, καὶ τοῦ περὶ ἡμᾶς προκαλεῖσθαι δύμμιαν, ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι, ἀναγκαίως νῦν ἐπὶ τόδε τι γράμματι ἐλθεῖν προεξάπεμψα ἵνα, ἀληθῶς πεῖγμα τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας ἔχωμεν, ἐν τούτῳ μάλιστα τῷ χρόνῳ κατορθῶσαι * σπουδῆς· φαμὲν δὴ τοῦ καλῶς ῥιζωθεῖσαν εἰρήνην βεβαιωθῆναι. τοῦ δὲ διαβόλου τινὸς κακομηχανίᾳ ἐμβληθεῖσα πάλιν ἐκποδῶν γενέσθαι παρασκευάσῃς. ἔσται δὲ τοῦτο, εὖ ἴσμεν πεποιθότες ταῖς δεήσεσι τῆς σῆς ὁσιότητος, καὶ τῇ πρὸς τὸν δυνάμενον πιστῶν θεμελιῶσαι, καὶ διεσπασμένον ἀνακαλέσασθαι, ἐνεργήσεις, καὶ προξενῇ. ὁ μὲν γὰρ εὐλαβέστατος

* συνδήσῃ. καὶ τὰς πολλὰς ῥιζωθεῖσαν εἰρήνην τοῦ διαβόλου τινός.

A per majestatis nostræ literas mandatum esse, ut ipse quoque eadem animi promptitudine ad eumdem locum accurrat; ipsique denunciatum, nullum prius ad nos aditum habiturum, quam inter vos conveneritis, omnemque mutuam inimicitiam penitus exueritis, & ad confirmandam pacem per propriam concordiam communi omnium proposito consenseritis. Atque hoc ipsum & tuæ quoque reverentiæ denunciatum volumus. Etenim viris adeo celebribus, ut eos aut bona pacis, vel mala discordiæ latere possint, nullo modo prius eos in conspectum nostrum admittemus, quam ea omnia correcta emendataque fuerint, quæ maxima B nos ægritudine affecerunt. Interea vero dum exoptata pacis concordiæque & mutuæ inter vos amicitiæ conventio per iter quoque ad nostrum colloquium confirmatur, nulla prorsus quorumcumque episcoperum aut creatio, aut depositio, aut quæcumque ordinatio tentabitur: sed si quid interim hujusmodi factum esse contigerit, id immotum & imperturbatum, ecclesiæ catholicæ compositionem expectet; cum religiosissimi clerici ad divina ministeria exequenda sufficere queant, donec perfecta unio consequatur. Habes hæc a nobis; nec dubitamus, si sinceram immotamque & Christiana sedulitate dignam animi nostri sententiam inspexeris, quin totis viribus, totaque mentis virtute in hoc incumbes, ut ea omnia, quæ a nostrare pietate orthodoxæ fidei sanctarumque ecclesiarum uniendarum causa, sancita & ordinata sunt, tempestive conficiantur, nullum ejus rei gratia laborem, aut fatigationem, aut ignominiæ contemptum, aut injuriarum condonationem recusans. Si vero (quod non credimus) nostram hanc sententiam, rectumque propositum privato consilio, humanæque alicujus perturbationis impulsu contemnere ausus fueris, nostraque alia decreta parvifeceris, tibi imputabis, si sanctitas tua promptitudinis, quæ sanctæ Dei ecclesiæ componendæ debetur, neglectæ, meritas pœnas dederit

LITERÆ IMPERATORUM

ad beatum Simeonem Stylitem.

* al. ad Sacrum episcopum herbergensem. Et ipsius hujus exemplum mittimus tuæ utrumque.

CAP XXV

QUONIAM exploratum habemus, totam reverentiæ tuæ vitam ad Deum esse conversam, sicque vivere, ut divinam erga nos benevolentiam, certa quadam fiducia provocare queas, non potuimus in præsentia has ad te literas non perscribere, ut negotium, quod a divina providentia vere dependet, hoc potissimum tempore quam D maxime conficere satagas, nimirum ut tua opera bene radicata pax firmetur, dissidiumque diaboli technis injectum, e medio tollatur. Id quod tuæ sanctitatis precibus freti, ejusdemque apud illos, qui eam confirmare, dissipatamque restituere possunt, hortatu impulsuque futurum minime dubitamus. Nam si Joannes piissimus ecclesiæ Antiochenæ episcopus, ejus qui

z In Synodico Cassinensi titulus est: *Hypomnesticon ad sanctum Simeonem Stylitem, per eumdem Arcadiam.*

qui contentionis injecit semina, depositioni subscripserit, fidemque fecerit, se novo insanoque dogmati non consentire divulsorum membrorum unio subsequetur; cum omnes in hoc conveniant, atque concurrant: si, inquam, Joannes hoc fecerit, religiosissimoque episcopo Cyrillo consenserit, cui occidentales, & * Constantinopolitani, ac reliqui omnes terrarum orbis episcopi consentiunt; quæ quondam fuerant conjuncta Dei benignitate rursus coalescent. Hanc enim molestiam turbamque peperit superveniens, * parumque utilis, imo veto noxia doctrina. Quæ quidem per vestras preces explosa, proculque ab animis nostris eliminata, pacatos nos reddere, & ut in Dei auxilio ac præsidio speramus, recreare poterit. Nam contentio & discordia adeo nos conturbat, ut hanc existimemus præcipuam omnium nostrarum calamitatum esse causam; & confidamus, regni nostri res ex voluntate benignitatis Dei esse processura, si res ecclesiæ, & orthodoxæ fidei membra conjuncta copulataque fuerint. In hoc egregio opere certa pulcherrimum certamen, ut superes dæmonis conatus. Hoc enim tibi pro maximo * certamine, & proclarissima victoria imputabitur. Quam si adipisceris, teipsum sequeris, dum ea facis quæ profteris; quibus etiam tibi fidem peras, consuetis orationibus, quæso, nos ipsos & nostrum imperium, quique ei parent, sine intermissione Deo commenda: ut nobis præcipue, qui convenientem curam de pace religionis ipsius gerimus, bona ab ipsius potestate copiose suppeditentur.

* harum partium.

* a studia.

* pugna.

A Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχείων ἐπίσκοπος, ἐὰν τῇ καθαιρέσει τοῦ ἐμβαλόντος τὰ τῆς φιλονεικίας σπέρματα ὑπογράψαι βουληθείη, καὶ πεῖσαι, ὡς οὐ συναινεῖ τῇ κατὰ κοινοτομίαν φρονήματι, καὶ * ἀφροστιλίου ἐπιχειρηθείσῃ δόγματι, πάλιν ἡ τῆς ἀποσπασθείσης μιᾶς σύνοψις ἐπακολουθήσει, εἰς τοῦτο πάντων ὁμοῦ συνιόντων. εἰ γὰρ τοῦτο ποιήσει, καὶ τῷ εὐλαβεστάτῳ ἐπισκόπῳ τῆς Ἀλεξανδρείας Κυρίλλῳ ὁμονοήσειεν, ὅπερ οἱ ἐν τῇ δύσει, καὶ οἱ ἐνταῦθα, καὶ οἱ πανταχοῦ συνιόντες, τὰ πάλαι τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ συγκροτηθέντα, καὶ νῦν ἁρμοσθήσεται. τίμι γὰρ ἀπδίαν καὶ τὸν θόρυβον ἡ περιττὴ καὶ * ἀνόητος, μᾶλλον δὲ ἐπιβλαβὴς διδασκαλία ἐγείνησεν· ἥτις ἐξωσθεῖσα, καὶ πόρρω που τῆς ψυχῶν ἡμῶν ἐλασθεῖσα τοῖς ἱμετέροις δίκαις ἡμᾶς ἀναπαῦσαι, καθὼς εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ προσασίαν ἐλπίζομεν, καὶ ἀναστήσασθαι δυνήσεται. οὕτω γὰρ καὶ ἡμᾶς διχόνοια, καὶ φιλονεικία πιράττει, ὥστε καὶ πρώτην αἰτίαν ταύτην εἶναι τῆς συμβαινόντων δυσχερῶν λογίζεσθαι *, θαρρεῖν δὲ, ὡς πάντα τὰ τῆς ἡμετέρας βασιλείας κατὰ γνώμην τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας προβήσεται, τῆς τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως μελῶν συναπτομένων τε, καὶ συνιόντων ἐπὶ τούτῳ τῷ κατορθώματι καὶ ἀγώνισε ἀγῶνα τὸν κάλλιστον, ὥστε περιγίνεσθαι τῆς τοῦ δαίμονος ἐπιχειρημάτων· λογισθήσεται γάρ σοι καὶ τοῦτο ἆθλον μέγιστον, καὶ νίκη ἰσχυροτάτη· ἃς τιθέμενος σαυτῷ ἀκολουθήσεις, τοῦτο πράττων, ἅπερ ἐπαγγέλλῃ· * οἷς δὲ καὶ πιστεύομεν, παρακαλήσομεν προσβείαις τοῖς σωνήθεσιν ἀδιαλείπτως ἡμᾶς τε, καὶ τὴν ἡμετέραν βασιλείαν, πάντας τε τοὺς ὑφ' ἡμῶν ἀρχομένους τῷ Θεῷ παρατίθεσθαι, πρὸς τὸ ἡμῖν ἐξαιρέτως, τοῖς ποιουμένοις τὴν ἁρμόζουσαν περὶ τὴν εἰρήνην τῆς αὐτοῦ θρησκείας φροντίδα, τὰ ἀγαθὰ παρὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἄφθονα χορηγεῖσθαι.

* ἔστι, καὶ τῷ κατ' ἀφροστιλίου. Lat. non habet πρόσφατος, nec est in ms. Graeco Seg.

* ἀνόητος, Lat.

* reliqua desiderantur in ms. Seg.

EXEMPLUM SACRÆ AD Acacium Beerhoeensem episcopum, & Simeonem Antiochensem anachoretam, aliasque provincias, ad unamquamque seorsum.

ΓΡΑΦΗ ΣΑΚΡΑΣ ΠΡΟΣ Ἀκάκιον τὸν τῆς Βερροιαίων, καὶ Συμεῶνα τὸν Ἀντιοχείας ἀναχωρητὴν, καὶ * ἄλλας ἐπαρχίας, ἰδίᾳ ἑκάστῃ.

* ἄλλαις. ἐπαρχίαις, ἰδίᾳ ἑκάστῃ.

NIHIL omnino eorum a nobis est prætermissum, quæ religionis nostræ cautia nostro studio effici debuerant. Atque hoc ipsum sanctitas vestra tum a Joanne piissimo ecclesiæ Antiochenæ episcopo, tum a ceteris sanctis episcopis qui cum illo sunt, dilucide cognoscere poterit. Accidetunt autem nonnullæ circa hoc negotium difficultates & controversiæ, quas de medio tollere & abolere conati, negotiorum adhuc multitudine impediti sumus. Certa nihilo minus fixaque stat sententia, ab hoc studio non prius desistere, quam misericors Deus, vestris intercedentibus precibus, unionem & pacem ecclesiis restituere dignabitur. Decet proinde tuam sanctitatem, omni diligentia & studio hæc a Deo deposcere, qui probatos Romanæ religionis sacerdotes declaret.

ΟΥΔΕΝ παντελῶς ἡμῖν παραλέλειπται τῶν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν ὀφειλόντων σπουδασθῆναι θρησκείας. καὶ τοῦτο ἀκριβῶς εἴσεται σου ἡ ὁσιότης παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Ἀντιοχείων, καὶ τῶν λοιπῶν μαθοῦσα τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων ἐπισκόπων. γεγένηνται δέ τινες περὶ τὸ πρᾶγμα φιλονεικίαι, καὶ δυσκολίαι, ἃς ἐξαλεῖψαι πειραθέντες, ὑπὸ τῶν πολλῶν τοῦ πράγματος διεκωλύθημεν. ὁ μὲν ἀποστῆναι τούτου τῆς σπουδῆς αἱρησόμεθα, πρὶν ἂν ἡμῖν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς τὴν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν σύνοψιν χαρίσοιτο δὲ ὑμέτερον δίκαιον· ὥστε προσήκειν, μετὰ πάσης σπουδῆς ταῦτα παρὰ Θεοῦ αἰτεῖν τὴν σὴν ἁγιότητα, τῆς Ῥωμαϊκῆς θρησκείας ἱερεῖς * ἐπιδείξαντα δοκίμους.

* ἐπιδεξαντα δόκιμος.

ΓΩΑΝΝΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Ἀντιοχείας, καὶ τῶν λοιπῶν, τῶν σὺν αὐτῷ, ἐπιστολὴ, πρὸς Ξύστον, ἐπίσκοπον Ῥώμης, καὶ πρὸς Κύριλλον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, καὶ Μαξιμιανὸν ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως.

Τοῖς ὁσιωτάτοις, καὶ θεοφιλεστάτοις ἀδελφοῖς, καὶ συλλειτουργοῖς, Ξύστῳ, Κυρίλλῳ, καὶ Μαξιμιανῷ, Ἰωάννης, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες οἱ σὺν ἐμοὶ, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΚΑΙ σπουδὴ, καὶ σκοπὸς πᾶσι τοῖς ἱεραθαι λαχοῦσι, καὶ τῷ θείαν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν πεπιστευμένοις παρὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, τὸ ἐν ὀρθῇ πίστει διαφέρειν. ὅπωτε διδάσκειν τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαούς· ὅτω τοίνυν ἔχοντος τοῦ πράγματος, κατὰ τὸ παρόχηκὸς ἔτος ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων, καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, ἁγία σύνοδος θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων * συνήχθη κατὰ τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν, τῆς κατὰ Νεστόριον ὑποθέσεως χάριν. οἱ καὶ συνεδρεύσαντες, ἅμα τοῖς ἀποσταλεῖσιν ἐκδίκοις παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Κελεστίνου, τοῦ γνωριμοῦ ἐπισκόπου τῆς ἁγίας Ῥωμαίων ἐκκλησίας, ψῆφον καθαιρέσεως ὑποβεβλήκασι τὸν μνημονευθέντα Νεστόριον, ὡς βεβήλῳ διδασκαλίᾳ χρώμενον, καὶ σκανδαλίσαντα πολλοὺς, καὶ ἐκ ὀρθοποδήσαντα περὶ τὴν πίστιν· συνεδεδραμηκότες δὲ καὶ ἡμεῖς, εἶτα τοῦτο γεγονὸς εὑρόντες, λελυπήμεθα. ταύτης οὖν ἕνεκα τῆς αἰτίας, διαφορᾶς μεταξὺ γνωρίμης ἡμῶν τε, καὶ τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ πολλῶν μεταξὺ πεφραγμένων τε, καὶ εἰρηνικῶν, εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐκκλησίας τε, καὶ πόλεις, ὑπεστρέψαμεν, ὁ συνελεχθεὶς τὸ τηνικαῦτα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ δὶ ὑπογραφῆς εἰς τὴν ἐξενεχθεῖσαν κατὰ Νεστορίου τῆς καθαιρέσεως ψῆφον, διηρημένων πρὸς διχόνοιαν τῶν ἐκκλησιῶν. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο μάλιστα πάντας φρονῖσαι ἐχρῆν, ὅπως συναφθεῖεν, ἐκ μέσου γνωρίμης διχονοίας ἁπάσης, καὶ τῶν θεοσεβεστάτων, καὶ φιλοχρίστων βασιλέων αὐτὸ δὴ τοῦτο γνέσθαι θεσπισάντων, καὶ εἰς τοῦτο πεπομφότων τὸν * θαυμάσιον τριβοῦνον, καὶ νοτάριον, Ἀριστόλαον, συνηρεσεν εἰς ἀναίρεσιν πάσης φιλονεικίας, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὴν εἰρήνην βραβευθῆναι τοῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς συνθέσθαι τῇ δὲ τῇ ψήφῳ τῆς ἁγίας συνόδου, ἡ ἐξενεχθείσῃ κατὰ Νεστορίου, ἔχειν τε αὐτὸν καθηρημένον, καὶ ἀναθεματίσαι τοὺς δυσφήμους αὐτοῦ διδασκαλίας, διὰ τὸ τοὺς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίας τὴν ὀρθὴν ἀεὶ, καὶ ἀβέβηλον ἐχηκόαι πίστιν, καθὰ καὶ ἡ ὑμετέρα ὁσιότης, καὶ τηρεῖν ἀεὶ φυλάττειν, καὶ παραδιδόναι τοῖς λαοῖς. συναινοῦμεν δὲ καὶ τῇ χειροτονίᾳ τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ θεοσεβεστάτου τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἁγίας ἐκκλησίας ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ· καὶ κοινωνικοὶ πᾶσιν ἐσμεν τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις, ὅσοι τὴν ὀρθόδοξον, καὶ ἀμώμητον ἔχουσιν, καὶ τηροῦσι πίστιν.

* γεγονὸς.

* θαυμασιωτάτου.

A EPISTOLA JOANNIS ANTIOCHENI, *ceterorumque qui cum illo erant, ad* * *Sixtum episcopum Romanum, & Cyrillum Alexandrinum, & Maximianum Constantinopolitanum.*

* Xystum.

Sanctissimis Deoque dilectissimis fratribus & comministris, Sixto, Cyrillo, & Maximiano, Joannes & reliqui omnes qui mecum sunt, in domino salutem.

PRÆCIPUUM eorum studium, qui sacerdotio funguntur, divinumque episcopatus ministerium a Christo omnium salvatore sortiti sunt, primariusque eorumdem scopus hic esse debet, ut in fide recta excellant, eamque populum sibi concreditum tum fideliter doceant. Cum ita res ita habeat, anno proxime lapso sacra Deo dilectissimorum episcoporum synodus juxta religiosissimorum Christique amantium imperatorum nostrorum decretum in Ephesiorum metropoli, profligandæ Nestorianæ hæreseos causa convenit, consensuque celebrato una cum * legatis a beatæ memoriæ Cælestino Romanæ ecclesiæ quondam episcopo missis prædictum Nestorium tamquam profana doctrina utentem, multorumque scandalorum auctorem, & in fide catholica graviter errantem, depositionis sententiæ subjecit. Cum vero posteaquam & nos quoque eodem advenissemus, remque omnem gestam comperissemus, ægre tulimus. Hac de causa cum non parva inter nos & synodum controversia intercessisset, multaque ultro citroque dicta & facta essent, ad nostras tandem ecclesias & civitates reversi sumus: neque, quod ad Nestorii depositionem attinebat, synodi sententiæ per id tempus subscripsimus. Porro autem cum mutuis inter se discordiis ecclesiæ dissiderent, unumque illud omnes maxime curare oportere visum esset, ut omni dissidio sublato, amice inter se iterum congruerent; religiosissimis & Christi amantibus imperatoribus id ipsum quoque fieri volentibus, severeque jubentibus celeberrimo tribuno & notario Aristolao ea de causa ad nos misso, ut omnis contentio tolleretur, ac Dei ecclesiarum pax ubique vigeret; placuit & nobis quoque, in sanctæ synodi sententia, qua Nestorium deposuit, acquiescere, ipsumque pro deposito habere, ac blasphemam illius doctrinam anathematizare; eo quod nostræ ecclesiæ, perinde ac vestra sanctitas, rectam semper inculpatamque fidem tenuerint, ac servaverint, eamdemque populis tradiderint. Assentimur etiam ordinationi Maximiani sanctissimi & religiosissimi sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ episcopi: & cum omnibus universi orbis religiosissimis episcopis, quicumque orthodoxam sinceramque fidem habent, eamque servant, communicamus.

* defensoribus.

A

LIBELLUS QUEM PAULUS episcopus Emisenus Cyrillo archiepiscopo Alexandriæ obtulit, a Joanne Antiocheno episcopo missus.

Domino meo per omnia sanctissimo & * sacratissimo archiepiscopo Cyrillo, Paulus episcopus in domino salutem.

* Vetus V. beatissimo.

RELIGIOSISSIMI invictissimique imperatores nostri curam ac solicitudinem, quam jam inde ab initio circa subditos, maxime vero circa sanctas Dei ecclesias habuerunt, declarantes, fidemque quam a majoribus susceperunt, piam, rectam, minimeque adulteratam sese obtinere demonstrantes; per virum spectabilem Aristolaum tribunum ac notarium & ad tuam sanctitatem, & sanctissimum quoque & religiosissimum Joannem episcopum, & ad sanctissimum ac religiosissimum patrem nostrum Acacium Berrhoeensium antistitem literas miserunt, quibus præcipiunt, ut vel corpore, vel saltem animi sententia inter nos coeuntes; controversias illas inter pientissimos episcopos, qui in Ephesina civitate convenerunt, & nos exortas diluamus, acceptamque Deo pacem sanctis ejus ecclesiis conciliemus, turbas quotidie in sanctas Dei ecclesias desevientes consopiamus, ac Nestorii depositioni consentiamus & perversam illius doctrinam anathematizemus. Cum itaque Joannes & Acacius sanctissimi episcopi has pias vereque Christianas literas accepissent, perpendentes multa esse quæ personam congressum vestrum desiderent, ne in hac re multum temporis consumatur, me ad tuam sanctitatem miserunt, ut simul dispiciamus ac pertractemus quanam ratione & via pax firma constitui, præsentique optimo negotio conveniens utilisque finis possit imponi. Proinde cum huc venissem, atque congressus essem, sermonemque ultro citroque contulissem, comperi tuam etiam sanctitatem benevole affectam, & ut pontificem decebat, præsens negotium pacifice tractare. Quare tua sanctitas scriptum quod immaculatam & rectam fidem complectitur, qualem a majoribus nostris prædicatam accepimus, nobis obtulit: quod in primis labore ac studio dignum erat. At vero quia ea quoque, quæ ad Nestorium pertinent, juxta constitutionem a vobis editam firmanda sunt; præsens præsenti sanctitati tuæ has literas offero, quibus confiteor, nos Maximiani sanctissimi episcopi ordinationem suscipere: Nestoriumque qui ante illum maximæ urbis Constantinopolitanæ episcopus extiterat, pro deposito habere: ad hæc illa, quæ ille impiam doctrinam tradendo dixit, anathematizamus: puramque & sinceram vobiscum communionem complectimur, juxta expositionem de Verbi Dei incarnatione breviter a nobis editam, tuæque sanctitati traditam, quam tu ipse quoque collaudasti, perinde ac propriam fidem suscepisti: cujus quoque exemplum his insertum est literis. Atque ita tandem sincera hac communione iis omnibus, quæ interim utrimque ut in tumultuatione fit hactenus acciderunt, finem imponimus, & per Dei gratiam, ad pristinam ecclesiarum pacem & tranquillitatem revertimur.

ΛΙΒΕΛΛΟΣ ΕΠΙΔΟΘΕΙΣ ΤΩ ἀρχιεπισκόπῳ Κυρίλλῳ παρὰ Παύλου ἐπισκόπου Ἐμίσης, * τοῦ ἀποσταλέντος παρὰ Ἰωάννου Ἀντιοχείας ἐπισκόπου.

* Λιβελλον ἐπιδοθέντα τῷ ἁγιωτάτῳ. * ἀποσταλέντος παρά.

Τῷ δεσπότῃ μου τῷ πάντων οὖσι ἁγιωτάτῳ, καὶ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κυρίλλῳ, Παῦλος ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Οἱ * εὐλαβέστατοι, καὶ καλλίνικοι ἡμῶν βασιλεῖς, ἣν ἄνωθεν ἔχειν ἀξιοῦσι σπουδὴν, καὶ ἐπιμέλειαν περὶ τὸ ὑπήκοον, καὶ μάλιστα περὶ τὰς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ τὴν εὐσέβειαν, καὶ εἰλικρινῆ καὶ ὀρθὴν πίστιν, ἣν ἐκ πατέρων διεδέξαντο, ἐνδεικνύμενοι, γράμματα ἐξέπεμψαν διὰ τοῦ περιβλέπτου Ἀριστόλαου, καὶ νοταρίου, Ἀριστόλαου, πρός τε τὴν σὴν ὁσιότητα, καὶ πρὸς τὸν ὁσιώτατον, καὶ ἁγιώτατον Ἰωάννην ἐπίσκοπον, καὶ πρὸς τὸν ὁσιώτατον, καὶ ἁγιώτατον πατέρα ἡμῶν Ἀκάκιον τὸν ἐπίσκοπον τῆς Βερροιέων, τὰ κελεῦον, ὥστε συνελθόντας, ἢ κατὰ πρόσωπον, ἢ κατὰ γνώμην *, λύσιν δοῦναι ταῖς ἀνακυψάσαις διαφοραῖς μεταξὺ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων τῶν εἰς τὴν Ἔφεσον συνελθόντων, καὶ ἡμῶν αὐτῷ, καὶ ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις τῷ τῷ Θεῷ φίλῳ εἰρήνην συστήσαι, παῦσαί τε τὰς ἐσημέρας ἐγγινομένας ταραχὰς ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις, σωθῆναί τε τὴν Νεστορίου καθαιρέσει, καὶ ἀναθεματίσαι τῷ φαύλῳ αὐτοῦ διδασκαλίαν. δεξάμενοι οὖν τὸ εὐσεβὲς τοῦτο, καὶ φιλόχριστον γράμμα, ὅ, τε προσηρημένος ἅγιος Ἰωάννης, καὶ ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Ἀκάκιος, καὶ λογισάμενοι ὡς ἔστι πολλὰ δεόμενα τῆς κατὰ πρόσωπον ὑμῶν συντυχίας, εἰς τὸ μὴ * μακρὸν χρόνον κατεβαλεῖν ἀπεσείλαν με πρὸς τὴν σὴν ὁσιότητα· ὥστε συνεπαῖσαι σε τῇ ἁγιότητι, τίνα δὴ τρόπον τὰ τῆς εἰρήνης ἐφέλει ἀσφαλῶς διαπεδῆναι, καὶ τῇ ἀρίστῃ ταύτῃ πράξει πάλιν τὸ δέον, καὶ λυσιτελὲς * ἐπιτεθῆναι. ἐλθὼν ἐν, καὶ συντυχὼν, καὶ διαλεχθεὶς εὗρον, καὶ τὴν σὴν ὁσιότητα παρεσκευασμένην ἡμέρας, καὶ εἰρηνικῶς, καὶ ὡς ἀρχιερεῦσι πρέπει, διαθεῖναι τὰ ἐν χερσί. καὶ δὴ γράμμα ἡμῖν ἐπεχείρησεν ἡ σὴ ὁσιότης * περιέχον, ἣν τινα κηρυττομένην ἐκ πατέρων διεδεξάμεθα ὀρθὴν, καὶ ἐκλιδωνεῦσαν πίστιν· ὃ πρῶτον μὲν ἄξιον πόνου, καὶ σπουδῆς. ἐπειδὴ δὲ ἔδει καὶ τὰ κατὰ Νεστόριον τύπον λαβεῖν τὸν ἄνωθεν ὑμῖν δοθέντα, ποιήσωμεν, παρὼν πρὸς παρόντα σε τῇ ὁσιότητι τόδε τὸ γράμμα· δι' ὃ ὁμολογῶ * κατοδέχεσθαι ἡμᾶς τὴν κατάστασιν τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ, ἔχειν δὲ Νεστόριον τὸν πρὸ τούτου γενόμενον τῆς μεγάλης Κωνσταντινουπόλεως, καθηρημένον· καὶ ἀναθεματίζομεν τὰ ἐν διδασκαλίᾳ μέρει ἀσεβῶς αὐτῷ εἰρημένα· καὶ ἀσπαζόμεθα τὴν καθαρὰν, καὶ εἰλικρινῆ πρὸς ὑμᾶς κοινωνίαν, κατὰ τὴν ἐπιδοθεῖσαν τῇ σῇ θεοσεβείᾳ παρ' ἡμῶν διὰ βραχέων περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου σαρκωθείσης ἔκθεσιν. ἣν καὶ ἐπῄνεσας, καὶ ὡς ἰδίαν ἐδέξω πίστιν· ἧς καὶ τὸ ἴσον ἐστέρηκται τῷ δὲ τῷ γράμματι. καὶ ταύτῃ τῇ καθαρᾷ κοινωνίᾳ λύσιν δεδώκαμεν πᾶσι τοῖς ἐν μέσῳ παρ' ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, ὡς ἐν ταραχαῖς * γεγενημένοις· καὶ ἐπανερχόμεθα εἰς τὴν προτέραν τῶν ἐκκλησιῶν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτι γαλήνην.

* εὐσεβέστατοι. * γνώμη. * μακρὸν χρόνον κατεβαλεῖν. * ἐπιτεθῆναι. * περιέχοντα. ὃν ἐν τοιούτοις. * καταδέχεσθαι.

HO-

HOMILIA CYRILLI EPISCOPI

habita ad populum * *vigesima octava die mensis Pharmuthi.* [1]

* *Apud Romanos vi* XXIII. *diei Aprilis.*

EOs qui pietate firmi sunt, & sacrorum dogmatum certissimam atque ornatam habent fidem terram uberem propheta nominat, dicens: *Et eritis vos terra pingais, dicit dominus omnipotens, & benedicent vobis omnes gentes.* Terram vero uberem esse dicit fœcundissimam & fructiferam, & fructuum domesticorum matrem atque nutricem. Hujusmodi autem est omnis Deo amabilis & sancta anima, cultorem veluti quemdam, & seminatorem totius boni * omnium sortita Christum, qui etiam sacrorum nobis dogmatum coruscat scientia.

Malach. 3.

A Sed omnium inimicus, hoc est satanas, excitat per tempora superseminantes tritico maligna zizania. Verumtamen licet floreant, recidunturi: eritque sic ager purissimus. Expulsus igitur est ab omni ecclesia Nestorius impius, amara diaboli vere zizania, & concordant de cetero per omnem consistentes orbem terrarum Dei cultores episcopi, rectam & unam confitentes fidem. Copulati siquidem sunt nostris ecclesiis; magis autem totius orbis terrarum, etiam apud orientem constitutæ. Confessi etenim sunt Deo amantissimi episcopi ibi constituti rectam & sine profanatione fidem. Quæ autem scripsit ad me Deo amantissimus & reverendissimus episcopus Antiochiæ Joannes, quæve ego ad eum rescripserim, Deo favente audietis.

Matth. 13.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΩΑΝΝΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Α'ντιοχείας, πρὸς Κύριλλον ἀρχιεπίσκοπον Α'λεξανδρείας.

Τῷ δεσπότῃ μου τῷ θεοφιλεστάτῳ, καὶ ἁγιωτάτῳ συλλειτουργῷ Κυρίλλῳ, Ἰωάννης ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΠΡΩΗΝ ἐκ θεσπίσματος τῶν ἀσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων ἐκηλάδθη σύνοδος θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων κατὰ τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν συναθροισθῆναι, ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως. καταλαβόντων δὲ καὶ ἡμῶν τὴν μημονευθεῖσαν πόλιν, καὶ ὑποστρεψάντων ἐκεῖθεν τῆς πρὸς ἀλλήλους συντυχίας, περιττὴν δὲ τὴν αἰτίας τῆς διχονοίας ἐν καιρῷ εἰρήνης νῦν εἰπεῖν· διακριθέντων δὲ πρὸς διχόνοιαν τῶν ἐκκλησιῶν τούτῳ τῷ τρόπῳ, ἐπειδὴ τοῦτο μάλιστα φροντίσαι πάντες ἐχρῆν, ὅπως συναφθεῖεν ἐκ μέσου γενομένης διχονοίας ἁπάσης, καὶ τῶν ἀσεβεστάτων, καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, αὐτὸ δὴ τοῦτο γενέσθαι θεσπισάντων, τὸ ἑνῶσαι τὰς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας, καὶ εἰς αὐτὸ δὴ τοῦτο ἀποστειλάντων τὸν κύριόν μου, καὶ θαυμασιώτατον, καὶ περίβλεπτον τριβοῦνον, καὶ νοτάριον, Α'ριστόλαον, ἐπιφερόμενον τὰ ἀσεβῆ αὐτῶν γράμματα, τὰ παρακελεῦον, ἐνταῦθα ἤδη συμβῆναι ἡμᾶς, καὶ περιελεῖν τὰ σκάνδαλα ἐκ τοῦ μέσου, καὶ καταλύσαι πᾶσαν ταραχὴν, καὶ πᾶσαν λύπην· ὧν εἴκοντες ἀσεβεῖ γράμματι, ἀθὺς, ἐν παραχρῆμα ἀπεστείλαμεν τὸν κύριόν μου, καὶ κατὰ πάντα θεοφιλέστατον, καὶ ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Παῦλον. τοῦτο συναρέσαν καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ κατὰ ἡμῶν Α'κακίῳ, καὶ τοῖς παρ' ἡμῖν θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις. ὑπὲρ δὲ πλείονος * συντομίας τοῦτο πεποιήκαμεν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἡμᾶς συνελθόντας τὰ θεσπισθέντα ὑπὸ τῶν ἀσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων κατὰ πρόσωπον εἰς πέρας ἀγαγεῖν, ἐντειλάμενοι αὐτῷ, ὥστε καὶ ἀνθ' ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν, ἐν εἰς πρόσωπον ἡμέτερον τυπῶσαι μὲν τὰ περὶ τῆς εἰρήνης, ὅπερ ἐστὶ προηγούμενον, ἐγχειρίσαι δὲ τῇ σῇ θεοσεβείᾳ τὴν ἔκθεσιν τὴν παρ' ἡμῶν συμφώνως γενομένην περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν ἀπεστείλαμεν τῇ σῇ θεοσεβείᾳ διὰ τοῦ προλεχθέντος θεοφιλεστάτου ἀνδρὸς, ἥτις ἐστὶν αὕτη.

* *ἀστελλάντ.*

EPISTOLA JOANNIS

Antiocheni episcopi ad Cyrillum archiepiscopum Alexandrinum. [2]

Domino meo religiosissimo, & sanctissimo comministro Cyrillo, Joannes in domino salutem.

PIISSIMORUM imperatorum nostrorum edicto, religiosissimorum episcoporum synodus ad Ephesiorum metropolim, tum ecclesiasticarum rerum & controversiarum, tum rectæ quoque fidei cauta dudum convenire jussa est. Cum autem ad prædictam civitatem & nos pervenissemus, ac citra mutuum colloquium inde rursum abiissemus, (superfluum est autem dissensionis causas nunc pacis tempore commemorare;) cumque ecclesiæ hoc modo in graves discordias incidissent; quandoquidem omnes id maxime curare oportebat, ut omni animorum dissensione e medio sublata, Christi ecclesiæ denuo consociarentur; ipsique religiosissimi, ac Christi amantissimi reges hoc ipsum ut fieret, mandassent, ejusque rei gratia dominum meum præclarissimum, & spectabilem tribunum & notarium Aristolaum misissent, pias ipsorum literas afferentem, quæ deinceps nos convenire juberent, atque scandala e medio tollere, omnemque perturbationem & offensionem consopire: nos piis literis morem gerere volentes, recta mox dominum meum Deo per omnia dilectissimum ac sanctissimum Episcopum Paulum misimus. Quod consilium sanctissimo piissimoque patri nostro Acacio, ceterisquequi nobiscum erant, Deo dilectissimis episcopis probatum fuit. Fecimus autem hoc majoris compendii causa, eo quod quæ a religiosissimis imperatoribus nostris sancita sunt, perficere nobis ipsis in unum convenientibus non liceat. Mandavimus autem illi, ut vice nostra & pro nobis & nomine nostro constituat quæ ad pacem faciunt; id quod hujus legationis præcipuum caput est; simulque pietati tuæ exhibeat expositionem de domini nostri Jesu Christi incarnatione concorditer a nobis editam. Quam proinde pietati tuæ per prædictum piissimum virum misimus, quæ est hæc.

1 In veteri versione additur, *Indictione prima*. In Ms. Bellov. absque Indictionis mentione legitur, *Id. Mart.* Extat Latine tantum, & est in vetere versione hujus concilii. *Harduinus.*

2 Vetus V. addit, *de pace*. Harduinus.

De virgine autem Dei genitrice Maria, quomodo sentiamus & loquamur, deque unigeniti Filii Dei incarnationis modo necessario, non additamenti loco, sed plena satisfactionis forma, dicemus breviter, sicuti ab initio ex divinis literis, sanctorumque patrum traditione hausimus; Fidei in Nicæa a sanctis patribus expositæ nihil prorsus adjicientes. Illa enim, ut antea diximus, ad omnem pietatis cognitionem, omnisque hæreticæ pravæ doctrinæ depulsionem abunde sat est. Nec illa etiam quæ consequi non possumus, audacter aggrediemur; sed propriæ infirmitatis confessione excludemus eos qui adoriri nos volunt in his, in quibus consideramus quæ supra humanum captum sunt.

Confessio orientalium episcoporum.

[1] Confitemur igitur dominum nostrum Jesum Christum unigenitum Dei Filium, esse Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore: ante sæcula quidem ex Patre secundum divinitatem genitum, postremis vero temporibus eumdem ipsum propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundum humanitatem natum: eumdem consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Siquidem duarum naturarum facta est unio: propter quod unum Christum, unum Filium, unum dominum confitemur. Secundum hunc inconfusæ unitatis intellectum confitemur sanctam virginem Dei genitricem esse, propterea quod Deus Verbum incarnatum est, & homo factum, & ex ipsa conceptione univit sibi templum, quod ex illa assumpsit. Evangelicas autem & apostolicas de domino voces, scimus graves theologos alias quidem communes facere, tanquam ad unam personam pertinentes; alias vero propter duarum naturarum diversitatem, divisim nuncupare: & illas quidem quæ Deo conveniunt, ad Christi divinitatem; humiles vero, ad eiusdem humanitatem referre solere.

Hac fide suscepta, placuit nobis, ut omnis tollatur contentio, universalisque sanctis Dei ecclesiis per orbem sparsis pax reddatur, nec non scandala omnia quæ exorta sunt, e medio auferantur, Nestorium quondam Constantinopolitanum episcopum pro deposito habere; tum pravas illius profanasque vocum novitates anathematizare, propterea quod ecclesiæ Dei, quæ apud nos sunt, rectam sanamque fidem teneant, illamque custodiant, ac populis, quemadmodum & vestra quoque sanctitas, tradant. Consentimus autem & in ordinationem quoque sanctissimi piissimique Maximiani sanctæ Dei ecclesiæ Constantinopolitanæ episcopi: & communicamus universis orbis terræ religiosissimis episcopis, rectam inculpatamque fidem habentibus & * retinentibus. Vale, domine piissime & sanctissime, fraterque mihi sincerissime, ac pro nobis orare perge.

* prædicantibus.

Περὶ δὲ τῆς θεοτόκου Μαρίας παρθένου, ὅπως καὶ φρονῶμεν, καὶ λέγομεν, τοῦ τε τρόπου τῆς σελεσιουργοῦς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἀναγκαίως, οὐκ ἐν προσθήκης μέρει, ἀλλ' ἐν πληροφορίας εἴδει, ὡς ἀνωθεν ἐκ τε τῶν θείων γραφῶν, ἐκ τε τῆς παραδόσεως τῶν ἁγίων πατέρων παρειλήφαμεν. ὅθεν βραχέων ἐρῶμεν, οὐδὲν τὸ σύμπαν προσιθέντες τῇ τῶν ἁγίων πατέρων τῇ ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσῃ πίστει· ὡς γὰρ ἔφθημεν εἰρηκότες, πρὸς πάσαν ὀρθῆν καὶ βεβαίως γνῶσιν, καὶ πάσης αἱρετικῆς κακοδοξίας ἀποκήρυξιν. ἐρῶμεν δὲ οὐ καταπολεμοῦντες τὰ ἀνωφέλητα, ἀλλὰ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς οἰκείας ἀσθενείας ἀποκλείοντες τοὺς ἐπιχειρεῖν βουλομένους, ἐν οἷς τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον διασκεπτόμεθα.

Ὁμολογία τῶν τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπων.

Ὁμολογοῦμεν τοίνυν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ σώματος, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· δύο γὰρ φύσεων σύνωσις γέγονε· διὸ καὶ σὲ Χριστὸν, σὲ υἱὸν, σὲ κύριον ὁμολογοῦμεν. κατὰ ταύτην τῆς ἀσυγχύτου συνάφειας ἔννοιαν, ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν παρθένον θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἑνῶσαι ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. τὰς δὲ εὐαγγελικὰς, καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ κυρίου φωνὰς ἴσμεν τοὺς * θεολόγους ἄνδρας τοὺς μὲν κοινοποιοῦντας ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου, τοὺς δὲ διαιροῦντας ὡς ἐπὶ δύο φύσεων· καὶ τοὺς μὲν θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, τοὺς δὲ ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ παραδιδόντας.

* Θεολόγους.

Ἧς δεχθείσης, σωμήσεται εἰς ἀναίρεσιν ἁπάσης φιλονεικίας, καὶ ὑπὲρ τοῦ τὴν οἰκουμενικὴν εἰρήνην * βραβευθῆναι ταῖς τοῦ Θεοῦ ἁγιαῖς ἐκκλησίαις, καὶ ἐκποδὼν τὰ ἀναφυέντα γενέσθαι σκάνδαλα, ἔχειν ἡμᾶς Νεστόριον καθηρημένον, τὸν πάλαι γενόμενον ἐπίσκοπον τῆς Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ἀναθεματίζομεν τὰς φαύλας αὐτοῦ, καὶ βεβήλους καινοφωνίας, διὰ τὸ τὰς παρ' ἡμῖν ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας τὴν ὀρθὴν, καὶ ὑγιῆ ἐχειν πίστιν, καὶ φυλάττειν, καὶ παραδιδόναι τοῖς λαοῖς, καθὰ καὶ ἡ ὑμετέρα ὁσιότης. συναινοῦμεν δὲ καὶ τῇ χειροτονίᾳ τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας· καὶ * κοινωνικοὶ πασιν ἐσμὲν τοῖς κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις, ὅσοι τὴν ὀρθὴν, καὶ ἀμώμητον * πίστιν ἔχουσί τε, καὶ κηρύττουσιν. ἐρρωμένε, καὶ περιχόμενε ἡμῶν διατελοῖς, δέσποτα θεοφιλέστατε, καὶ ὁσιώτατε, καὶ πάντων ἐμοὶ γνησιώτατε ἀδελφέ.

* βεβαιωθῆναι.

* κοινωνοί.

* ἔχουσι, καὶ παραδιδοῦσιν.

Ὁμι-

1 Aliam versionem vide apud Liberatum cap. 9.

A

Ὁμιλία Παύλου ἐπισκόπου Ἐμίσης ἐν Ἀλεξανδρείᾳ περὶ εἰρήνης.

* f. ὄντινα.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς * ὁ * πρώτον ὑμῖν φθεγγόμενος τῷ τῆς εἰρήνης προσρήσει, τὴν ὑμετέραν * κατεξωθεῖσαι κατασπάσασθαι ἐλάβετον εἰρήνην ἐν τῷ μέρει δεδωκώς, καὶ εἰρήνην ἀντιλαβὼν· εἰρήνην τῷ φαίνειν τῷ ἀγαθῶν αἰτίαν· τὴν ἐράσμιον, καὶ τῷ Θεῷ φίλον· ἣν ὁ δεσπότης Χριστὸς δι' τοῦ ἁγίου πνεύματος, τῇ οἰκουμένῃ ἐχαρίσατο. αὐτῷ ἡ δόξα ἅμα τῷ πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

* f. κατεξωθεῖσαι.

ΟΜΙΛΙΑ ΠΑΥΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Ἐμίσης, λεχθεῖσα κθ'. * Χοιὰκ ἐν τῇ μεγάλῃ B ἐκκλησίᾳ Ἀλεξανδρείας, καθημένου τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, εἰς τὴν * γέννησιν τοῦ κυρίου, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ ὅτι θεοτόκος ἡ ἁγία παρθένος Μαρία· καὶ ὅτι οὐ δύο υἱοὺς λέγομεν, ἀλλ' ἕνα υἱόν, καὶ κύριον τὸν Χριστόν· καὶ εἰς τὸν ἀρχιεπίσκοπον ἐγκώμιον.

* Θεοῦ Δεκεμβρ.

* γέννησιν.

ΕΥΚΑΙΡΟΝ σήμερον τὴν ὑμετέραν παρακαλέσαι ἀλλάβετον, ἱερόν τινα χορὸν ἅμα ἡμῖν συστήσασθαι, καὶ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἀναβοῆσαι· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· σήμερον γὰρ ἡμῖν παιδίον ἐγεννήθη, ἐφ' ὧ πᾶσα ἡ ὁρωμένη, καὶ ἀόρατος κτίσις βεβαίας τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας κεκτῆται. σήμερον ἡ ὑπερφυὴς λύεται λοχεία, καὶ τῆς ἀπειρογάμου παρθένου λύονται αἱ ὠδῖνες. ὦ τοῦ θαύματος. τίκτει ἡ παρθένος, καὶ μένει παρθένος· γίνεται μήτηρ, καὶ οὐ πάντα τὰ μητρῴα ἀκριβῶς ὑπομένει. * ἔτεκε μὲν γὰρ ὡς νόμος γυναικὶν ἡ παρθένος, ἔμεινε δὲ παρθένος, ὡς οὐ νόμος ταῖς τικτούσαις γυναιξίν. ἄνωθεν προορώμενος ὁ προφήτης Ἠσαΐας τὸ θαῦμα, ἐβόα· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. τοῦτο διγήσαφῶν ὁ εὐαγγελιστὴς εἴπεν, ἑρμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. τίκτει οὖν ἡ θεοτόκος Μαρία τὸν Ἐμμανουήλ.

Act. 2. 14.

* τίκτει.

Isai. 7. 14.

Matth. 1. 23.

Ἐβόησεν ὁ λαός· ἡ πίστις ἰδοὺ * αὕτη ἐστί· Θεοῦ δῶρον, Κύριλλε ὀρθόδοξε· τοῦτο ἀκοῦσαι ἐζητεῖμεν. ὁ τοῦτο μὴ λέγων, ἀνάθεμα ἔστω. λοιπὸν εἶπεν ὁ ἐπίσκοπος Παῦλος.

* αὐτή ἐστι.

Ὁ τοῦτο μὴ λέγων, καὶ νοῶν, καὶ φρονῶν, ἀνάθεμα ἔστω ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. ἔτεκεν οὖν ἡμῖν ἡ θεοτόκος Μαρία τὸν Ἐμμανουήλ· Ἐμμανουὴλ δὲ, Θεὸν ἀνθρωπήσαντα. ὁ γὰρ πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ πατρὸς ἀῤῥήτως, καὶ ἀνεκφράστως γεννηθεὶς Θεὸς λόγος, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τίκτεται ἐκ γυναικός. τὴν γὰρ ἡμετέραν τελείως ἀνειληφὼς φύσιν, καὶ τὸ * ἀνθρώπινον ἐκ πρώτης συλλήψεως οἰκειώσας ἑαυτῷ, καὶ τὸ ἡμέτερον σῶμα ναὸν ἑαυτῷ κατασκευασάμενος, προῆλθεν ἐκ τῆς θεοτόκου, Θεὸς τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτός. δύο γὰρ φύσεων τελείων συνδρομὴ, θεότητός φημι, καὶ ἀνθρωπότητος, τὸν σὸν ἡμῖν ἀπετέλεσεν υἱὸν, τὸν σὸν Χριστὸν, τὸν σὸν κύριον.

* ἀνθρώπινον.

Ὁ λαὸς ἐβόησε· καλῶς ἦλθες ὀρθόδοξε ἐπίσκοπε· ὁ ἄξιος τῷ ἀξίῳ. Χριστιανοὶ λέγουσι· Θεοῦ δῶρον, Κύριλλε ὀρθόδοξε. ὁ ἐπίσκοπος Παῦλος εἶπεν.

Pauli Episcopi Emesa homilia dicta Alexandriæ, de pace.

BEnedictus sit Deus quod ego nunc primum ad vos loquens, per pacis appellationem pietatem vestram salutare dignus habitus sum; qui pacem partim dederim, & pacem vicissim acceperim, pacem omnium bonorum causam, pacem amabilem & Deo caram, quam orbi terrarum per spiritum sanctum largitus est Dominus Christus. Ipsi gloria una & patri cum sancto spiritu in sæcula. Amen.

* Ex Novellis Colon. Coloniæ in terprete.

*HOMILIA PAULI EPISCOPI Emiseni, habita * vigesimo nono die mensis Chœac, in magna Alexandriæ ecclesia, præsente beato Cyrillo, de nativitate domini & salvatoris nostri Jesu Christi, & quod beata virgo Maria sit Dei genitrix, & quod non duos, sed unum Filium & dominum Christum dicamus: & laus archiepiscopi Cyrilli.*

* Februarii.

OPportunum est hodierno die vestram pietatem hortari, ut sacrum quemdam nobiscum chorum constituatis, unaque cum sanctis angelis exclamemus: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* C Nam hodie puerulus nobis natus est, in quo universa visibilis invisibilisque creatura solidam salutis spem obtinet. Hodie supernaturale puerperium editur, & virginis nuptiarum expertis solvitur partus. O rem admirandam! Parit virgo, & mater virgo: fit mater, neque omnia tamen, quæ matres solent, experitur. Peperit enim ut matribus mos est, virgo tamen remansit præter mulierum parturientium legem. Hoc miraculum olim propheta Isaias prævidens exclamabat: *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabitur nomen ejus Emmanuel.* Quod evangelista exponens, idem sonare docuit, quod, Nobiscum Deus. Parit itaque Dei genitrix D Maria Emmanuelem.

Luc.

Isa.

Matth. 1.

Populus acclamavit: Ecce fides hæc est, Dei hoc donum est, orthodoxe Cyrille: istud audire quærebamus. Qui ita non loquitur, anathema sit. Prosecutus est episcopus Paulus:

Qui ita non dicit, intelligit, ac sentit, anathema sit ab ecclesia. Peperit proinde nobis deipara Maria Emmanuelem: Emmanuelem autem, hoc est, Deum hominem factum. Nam Deus Verbum, qui ante sæcula arcano ineffabilique modo ex Patre genitus est, novissimis temporibus natus est ex muliere. Natura namque nostra perfecte assumpta, humanitateque ex prima conceptione E sibi conjuncta, ac nostro corpore sibi in templum fabrefacto, ex deipara virgine Deus perfectus, & homo itidem perfectus prodiit. Nam duarum naturarum perfectarum concursus, humanæ scilicet & divinæ, unum nobis constituit Filium, unum Christum, unum dominum.

Populus acclamavit: Bene venisti, orthodoxe episcope: dignus digno conjungitur. Dicunt Christiani: Hoc Dei donum est, orthodoxe Cyrille. Episcopus Paulus subjunxit:

Noram & ego, dilectissimi, quod ad orthodoxum patrem venirem. Neque enim nos quaternitatem adoramus, sed trinitatem, Patrem videlicet, & Filium, & Spiritum sanctum. Qui vero dicunt duos esse Filios, eos anathematizamus, & e sacris ecclesiæ septis explodimus. Non igitur duos filios asserimus, neque merum hominem Emmanuelem, qui ex deipara virgine natus est; neque gratiam, veluti prophetam, aut justum aliquem, plus aliis consecutum. *In ipso enim complacuit omnem divinitatis plenitudinem inhabitare corporaliter*, hoc est, veluti in proprio corpore; siquidem corpus nostrum sibi proprium fecit. Super hanc fidem, super hanc spem, super hanc petram a Domino Deo posita sunt ecclesiæ fundamenta. Cum igitur Christus dominus proficisceretur Jerosolymam, interrogabat discipulos suos, dicens: *Quem me dicunt homines esse filium hominis?* apostoli dixerunt: *Alii quidem Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex prophetis. Et dixit illis: Vos autem*, hoc est, qui a me electi estis, falsas dicitis opiniones, quod alii quidem Eliam dicant, alii Jeremiam, aut unum ex prophetis. Vos autem, qui me tres jam annos secuti estis, quique meam virtutem & prodigia vidistis, & me super mare ambulantem spectastis, & in eadem mensa mecum communicastis, *quem me esse dicitis?* Mox Petrus Apostolorum vertex, & os discipulorum respondit: *Tu es Christus Filius Dei vivi*. Tu es Christus natura constans gemina, utpote homo factus, *Tu ex Christus*.[1] Non dixit autem, Filii; sed, *Filius Dei vivi*. agnovit enim personæ unitatem. Rogemus itaque hunc Patrem, ut solitam nobis mensam apponat, pretiosaque ac varia Spiritus sancti obsonia, doctrinæ craterem coronet, nec non ut nos illa ebrietate, quæ sobrietatis est mater inebriet. Dicamus: Exurge, o Pater, *exurge gloria mea, exurge psalterium, & Spiritus sancti cithara*. Cui gloria & imperium in sæculorum sæcula. Amen.

Colos. 2. 9.

Matth. 16.

Matth. 14.

Ibidem.

Psal. 56.

EJUSDEM PAULI HOMILIA

*in magna Alexandriæ ecclesia, * Tibi sexta die, in Christi domini & salvatoris nostri nativitatem, & in Cyrilli archiepiscopi laudem dicta.*

* Apud notes est prima die. Jannitius.

NUPER apud dilectionem vestram enixius differentes, finem sermoni imponere non valuimus, sed propter fratrum nostrorum frequentiam, certaminis locum deferere compulsi sumus. Sed age, rursus exuti, idem certamen denuo tentemus. Strenuus autem hic pater, & palæstræ nujus magister, quod tum faciebat, etiam nunc faciat; judicet de certaminibus. Tunc enim alacri vultu, blandaque arrisione pueri certamine se oblectari declarabat, dexteramque veluti olivæ ramum obtendens, se a nobis stare significabat, puerumque suum præconio laudari, coronaque redimiri, ac victorem declarari se cupere demonstrabat.

Populus acclamavit: Hoc Dei donum est, Cyrille; omnes reddidisti tui similes: di-

Ἤδειν κἀγώ, ἀγαπητοί, ὡς πρὸς ὀρθόδοξον ἀφικόμην πατέρα. διὰ τοῦτο τρεῖδα, ὑπῆδα προσκυνοῦμεν. πατέρα, καὶ υἱόν, καὶ πνεῦμα ἅγιον. ἀναθεματίζομεν δὲ τοὺς λέγοντας δύο υἱοὺς, καὶ τῆς ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλομεν περιβόλων. οὔτε οὖν δύο υἱοὺς λέγομεν, οὔτε ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Ἐμμανουὴλ, τὸν ἐκ τῆς θεοτόκου γεγενῆσθαι, οὔτε χάριτος κεκινημένον, ὡς προφήτην, ἢ ὡς δίκαιον, πλέον τῶν ἄλλων. ἐν αὐτῷ γὰρ εὐδόκησε κατοικῆσαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, τουτέστιν, ὡς ἐν ἰδίῳ σώματι· τὸ γὰρ ἡμέτερον, ἴδιον ἐποιήσατο σῶμα. ἐπὶ ταύτῃ τῇ πίστει τεθεμελίωται ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ· ἐπὶ ταύτῃ τῇ προσδοκίᾳ, ἐπὶ ταύτης τῆς πέτρας ἔθετο τὰ θεμέλια τῆς ἐκκλησίας ὁ δεσπότης Θεός. ὅτε οὖν ἦλθεν ὁ δεσπότης Χριστὸς ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, ἤρωτα τοὺς μαθητὰς, λέγων· τίνα με λέγουσιν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; λέγουσιν οἱ ἀπόστολοι οἱ μὲν Ἠλίαν, ἕτεροι δὲ Ἱερεμίαν, ἢ εἷς τῶν προφητῶν. καὶ λέγει· ὑμεῖς, τουτέστιν, ἡ ἐμὴ ἐκλογὴ, τοὺς διεψευσμένους λέγετε δόξας, ὅτε οἱ μὲν Ἠλίαν ἔλεγον, ἕτεροι δὲ Ἱερεμίαν, ἢ εἷς τῶν προφητῶν· ὑμεῖς δὲ, οἱ παρακολουθήσαντές μοι τρία ἔτη, καὶ ἰδόντες μου τὴν δυναμιν, καὶ τὰ τεράστια, καὶ θεασάμενοι με ἐπὶ θαλάσσης περιπατοῦντα, οἱ τραπεζῶν μοι κοινωνήσαντες, τίνα με λέγετε; ἀθέως ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων, τὸ στόμα τῶν μαθητῶν, ὁ Πέτρος. σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ἡ διττὴ φύσις, ὁ ἀνανθρωπήσας· σὺ εἶ ὁ Χριστός· καὶ οὐκ εἶπεν, οἱ υἱοὶ, ἀλλ' ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· ἐπέγνω καὶ τὸ μοναδικὸν προσωπον. παρακαλέσωμεν οὖν τὸν πατέρα, τὴν συνήθη παραθεῖναι ἡμῖν τραπέζαν, καὶ τὰ πολυτελῆ, καὶ ποικίλα τοῦ πνεύματος ὄψα· στεφανῶσαι τὸν κρατῆρα τῆς διδασκαλίας· καὶ μεθύσαι ἡμᾶς μέθῃ, σωφροσύνης μητέρα· εἰπωμεν, ἐξεγέρθητι, ὦ πατὴρ, ἐξεγέρθητι, ἡ δόξα μου· ἐξεγέρθητι ψαλτήριον, καὶ κιθάρα τοῦ ἁγίου πνεύματος. ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Κολοσ. β. θ.

Ματθ. ιε. ιγ.

Ματθ. ιε. ιδ.

Ψαλ. νε. θ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΟΜΙΛΙΑ, ΛΕΧΘΕΙΣΑ

ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ Ἀλεξανδρέων, * Τιβὶ ἕκτῃ· καὶ εἰς τὴν ἀνανθρώπησιν τοῦ κυρίου, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ εἰς τὸν ἀρχιεπίσκοπον Κύριλλον ἐγκώμιον.

* ἤτοι, Γαϊανείου.

ΠΡΩΗΝ πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγωνιστικώτερον διαλεγόμενοι ἀγάπην, πέρας ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ οὐκ ἰσχύσαμεν· συνοχωρία δὲ τῶν ἡμετέρων ἀδελφῶν ἐξώσαν ἡμᾶς τῶν σκαμμάτων. φέρε οὖν αὖθις * ἀποδυσάμενοι, τῶν αὐτῶν ἀψώμεθα παλαισμάτων. ὁ δὲ γηραιὸς ὢν πατὴρ, καὶ παιδοτρίβης, ὅπερ * ποτὲ ἐποίει, καὶ αὖθις ποιείτω· χαίρω τοῖς παλαίσμασι. καὶ γὰρ τότε * γεγαννημένῳ τῷ προσώπῳ, καὶ φαιδρῷ τῷ μειδιάματι ἐδείκνυτο χαίρων τοῖς ἀγῶσι τοῦ παιδός. καὶ θαλλὸν δίκην τὴν δεξιὰν ἡμῖν ἐπισείων, δῆλος ἦν ἡμῖν τιθέμενος, καὶ ἐπιθυμῶν τὸν παῖδα ἀναρρηθῆναι, καὶ στεφανίτην, καὶ νικητὴν ἀναδεχθῆναι.

* ἀποδυσάμενοι. * ἄνω. * τόν. * γεγανωμένῳ.

Ὁ λαὸς ἐβόησε. Θεοῦ δῶρον * Κύριλλος, ὅλους ἐποίησας ὡς σεαυτόν. ὁ ἄξιος τῷ ἀξίῳ. ὁ * λαὸς ἐβόα.

* Κύριλλε, λαὸς σε ἐβόα.

1 Citatur hic locus a Leontio lib. 1. contra Nestorium & Eutych. *Hard.*

ὦπι. τῷ ἐπισκόπῳ τὸν πατέρα κύριε σῶσον. καλῶς ἦλθες ἐπίσκοπε ὀρθόδοξε, τῆς οἰκουμένης παιδαγωγέ. ὁ πιστεύων ὅτι, φιλεῖται * μεγάλα διδασκάλου μέγας ἐπαινέτης. ὁ ἐπίσκοπος Παῦλος εἶπεν,

* μεγάλα διδασκάλου, μέγας

Ἐπανέλθωμεν ἐν ἐπὶ τὴν θεοτόκον Μαρίαν, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα Ἐμμανουήλ, τὸν θεὸν τὸν ἀνθρωπήσαντα. ἐπεὶ γὰρ ἡμῖν ἡ παρθένος τὸν Ἐμμανουήλ, κατὰ μὲν τὴν θεότητα τῷ πατρὶ ὁμοούσιον. κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα τὸν αὐτὸν ἡμῖν ὁμούσιον, ἐπεὶ πῶς ἂν λεχθείη ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί; πῶς δὲ σπέρματος Ἀβραάμ; πῶς δὲ υἱὸς Δαυίδ; πῶς δ' ἂν νοηθείη τὸ ἐξ αὐτῶν κατὰ σάρκα Χριστὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός; τὸ δὲ τοῦ θεσπεσίου Παύλου πῶς ἂν ἐκλάβωμεν περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ * Θεοῦ ἡμῶν; ἔτεκεν ἐν ἡ ἁγία Μαρία τὸν Ἐμμανουήλ, κατὰ μὲν τὴν θεότητα, καθὰ προειρήκαμεν, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα ἡμῖν ὁμοούσιον· κατὰ μὲν τὴν θεότητα, ἀπαθῆ, κατὰ δὲ τὴν ἀνθρωπότητα, παθητόν· εἰ γὰρ καὶ οἰκειοῦται τοῦ ἰδίου σώματος τὰ πάθη ὁ Θεὸς λόγος, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρει, ἀλλά γε μεμένηκεν αὐτὸς ἐν τοῖς τῆς ἀπαθείας ὅροις. κἂν ἀκούσῃς αὐτοῦ λέγοντος· ἔδωκα τὸν νῶτόν μου εἰς μάστιγας, τοὺς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων· μηδὲν αὐτὸν πεπονθέναι εἰς τὴν ἰδίαν φύσιν ὑπολάβῃς· οἰκειώσασθαι δὲ μᾶλλον τοῦ ἰδίου σώματος τὰς μάστιγας· ὁ γὰρ Θεὸς λόγος μεμένηκεν ἀπαθής. οἱ δὲ ἀντιτυπούμενοι τοῖς θείαις γραφαῖς, καὶ τοῖς ὀρθαῖς δόξαις, ἐρούτων ἡμῖν. εἰ ἀπαθὴς ὁ * Θεὸς λόγος, καὶ ἄτρεπτος, καὶ ἀναλλοίωτος, πῶς ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο; ἄκουε, ἀγαπητέ. ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐ μεταπεπτωκὼς εἰς σάρκα· οὔτε γὰρ ὁ Θεὸς λόγος μεταπέπτωκεν εἰς σάρκα. οὔτε ἡ ἀναληφθεῖσα σὰρξ ἐχώρησεν εἰς τὴν φύσιν τοῦ ἀνειληφότος. τί οὖν ἐστιν, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο; τουτέστι, σάρκα ἔλαβε. καὶ σάρκα οὐ ψιλήν, ἀλλὰ τὴν μετὰ ψυχῆς λογικῆς, καὶ νοερᾶς, ὅπερ ἐστὶ τελεία ἡ ἡμετέρα φύσις. ὅτως ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. ἐβουλόμην δὲ ὑμᾶς καὶ τὴν διάνοιαν τοῦ μεγαλεφωνοτάτου Ἰωάννου γνῶναι, ἵνα εἰδῆτε τοῦ προειρημένου τὴν δύναμιν. ὁ θεολόγος Ἰωάννης, ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς, ὁ καταξιωθεὶς ἐπὶ τοῦ δεσποτικοῦ στήθους * ἀναπαυθῆναι, κἀκεῖθεν ἡμῖν τὰ ὑψηλότερα καὶ, * θειότερα ἀρυσάμενος δόγματα, βούλεται παρασῆσαι τὴν ὑπερβάλλουσαν τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς φιλανθρωπίαν. καὶ πρῶτον εἰρηκὼς τὰ θειότερα· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· πάντα δὶ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν· ὅτε ἔδειξεν αὐτὸν συναΐδιον τῷ πατρί. τοῦ γὰρ ἐν ἀρχῇ οὐδὲν πρεσβύτερον εἰσέρχομαι· κἂν ἀναδράμῃς τῇ διανοίᾳ, προσλαμβάνεις τὸ, ἦν, τοῦ γὰρ ἦν οὐδὲν πρεσβύτερον εἰσέρχεται· ὅτε τοῦτο εἰρηκε, καὶ ἔδειξε συναΐδιον τῷ πατρὶ, καὶ δημιουργὸν τῶν πάντων, τότε ἐπάγει· ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, μονονουχὶ λέγων· ὅτι ὁ συναΐδιος τῷ πατρὶ, καὶ

Ἡσαΐ. 11. Ἑβρ. 2. Ματθ. 1.

Ῥωμ. 9.

Ῥωμ. 1.

* κυρίου

Ἡσαΐ. 50. 6.

* Θεὸς

Γενέσ. 1.

Ματθ. 3. Ἰωάν. 13.

* κατακλιθῆναι

* θεία

Ἰωάν. 1.

A gnus digno conjungitur. Populus tuus dixit: Episcoporum patrem serva domine: bene venisti episcope orthodoxe, orbis terrarum doctor. Qui sic credit, diligitur: magni doctoris magnus laudator. Episcopus Paulus dixit:

Redeamus itaque ad deiparam Mariam, & Emmanuelem, qui ex ea natus est, nempe ad Deum hominem factum. * Virgo enim Emmanuelem nobis peperit, secundum divinam quidem naturam Patri consubstantialem, secundum humanam vero eumdem nobis consubstantialem. Nam quomodo alias virga de radice Jesse dici posset? quomodo de semine Abraham? quomodo filius David? quomodo intelligeretur illud: *Ex quibus Christus secun-*
B *dum carnem, qui est super omnia Deus?* & illud rursum beati Pauli quomodo interpretabimur: *De Filio suo, qui factus est ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi domini nostri?* Peperit itaque * sacra virgo Emmanuelem, Patri quidem, ut modo diximus, secundum divinitatem, nobis vero, secundum humanitatem consubstantialem: eumdem secundum divinam naturam impatibilem, secundum humanam patibilem. Nam etsi Deus Verbum proprii corporis passiones sibi appropriet, easque ad seipsum referat, ipse tamen semper intra
C impassibilitatis suæ terminos perseverat. Et quamvis ipsum dicere audias: *Dorsum meum dedi ad flagella, genas meas ad alapas; faciem autem meam non averti a confusione sputorum*: nihil tamen in propria natura perpessum arbitreris; sed potius sui corporis flagella sibi appropriasse cogites: nam Deus Verbum permansit impatibile. Sed objicient hic forte nobis, qui divinis scripturis, rectæque doctrinæ obniti consueverunt: Si Deus Verbum impatibile est, quomodo factum caro est? Audi dilecte. *Verbum caro factum est*, non in carnem demutatum. Neque enim Deus Verbum in carnem versus est; neque assumpta caro in assumentis
D naturam transmutata est. Quid ergo sibi vult, *Verbum caro factum est?* Aliud nihil, quam Verbum carnem assumpsit; & carnem quidem non solam, sed cum rationali & intelligente anima conjunctam, quæ duo naturam humanam perfecte absolvunt. Ad hunc modum Verbum caro factum est. Optarem magniloquentissimi Joannis sensum vos intelligere, quo propositæ sententiæ vim pernosceretis. Joannes theologus tonitrui filius, qui super dominicum pectus recumbere meruit, indeque nobis sublimiora divinioraque dogmata hausit, cum eximiam Dei erga nos benignitatem commendare vellet, ac primo quidem diviniora illa præmisisset.
E nempe hæc: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est*: ubi ostendit, illum Patri esse coæternum (siquidem nihil eo antiquius comperimus, quod in principio esse perhibetur,) nam etsi cogitatione ad anteriora recurras, semper tamen præcedet ipsum *Erat*; ipsius enim *Erat* nullus invenitur terminus: cum, inquam, hæc præmisisset, Patrique coæternum, & omnium opi-

Maria ig tur.

Isa. 11. Heb. 2. Matth. 1. Rom. 9.

Rom. 1.

Sancta Maria

Isa. 50.

Gen. 1.

Joan. 1.

Matt. 3. Joan. 13.

Joan. 1.

opificem ostendisset, tandem subjungit: *Et Verbum caro factum est*: tantumnon istud dicens: Qui Patri coæternus, rerumque omnium conditor ac dominus existit, adeo propter nos & propter nostram salutem semetipsum humiliavit, ut factus sit caro, quo nimirum viliori naturæ nostræ portione excellentes illas Dei erga nos miserationes patefaceret. Ait ergo: *Et Verbum caro factum est*. Verum hucusque progressus, non constitit. Addit enim: *& habitavit in nobis*. Posterius prioris explanatio est. Nam quid est, *Verbum caro factum est*: nisi quod habitarit in nobis, hoc est, in nostra natura? Adverte etiam Joannem duas naturas prædicare, unum autem Filium. Aliud est enim habitaculum, & aliud quod inhabitat: aliud templum, & aliud Deus qui in templo degit. Attende quid dicatur. Non dixi, Alius & alius, veluti de duabus personis, aut duobus Christis, aut duobus Filiis; sed, Aliud & aliud, tanquam de duabus natuis. Postquam ergo dixit: *Et habitavit in nobis*: duasque naturas prædicavit, mox adjunxit; *Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti*. Non dixit, duorum Filiorum, sed *Unigeniti*. Isaias igitur Emmanuelem, hoc est, Deum humanatum; Petrus autem dicit: *Tu es Christus Filius Dei vivi*; naturæ dualitatem; personæ autem unitatem exprimens. Joannes vero theologus ait: *Et habitavit in nobis*, duas naturas & unam Unigeniti personam subindicans.

Ibidem. Ibidem. Matth. 16. Joan. 1.

Manset autem Deus Verbum impatibilis; nam huc iterum regredimur. Adverte quid dicatur. Diviniora quidem assumptæ naturæ communicavit; verum eorum quæ humanæ sunt naturæ, nihil in se transtulit. Ambulavit super maria, sed id non absque proprio corpore. Increpavit mare & ventos, sed per proprium corpus. Occurrit illi leprosus, dicens: *Domine, si vis, potes me mundare*: dicit ei: *Volo: Mundare*. Et tetigit illum corpus dominicum, & fugatus est morbus, lepraque decessit. Pavit quinque millia hominum quinque panibus, sed per nostrum corpus. Nam accepto pane gratias egit Patri, & fregit, deditque discipulis suis; discipuli autem turbæ. Et superfuerunt duodecim cophini fragmentorum. Solius Dei est peccata dimittere, dicit autem: *Ut sciatis quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata*. Rursus dicit: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo*. Cernis quomodo diviniora communicavit! Cum autem vides illum esurientem, sitientem, defatigatum, sudantem, Pilato traditum, lictorum manibus ductum circumactumque, agonizantem, orantem; *Eloi, Eloi, lammah sabachthani* hoc est, *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* clamantem rursum: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non quod ego volo, sed quod tu*: cum vides in crucem actum, clavis manus & pedes illius fixos, latusque confossum; tum cogita Deum Verbum permansisse impatibile, hæc autem omnia, quæ suo illata sunt corpori, sibi appropriasse. Ut autem ostenderet, quod ne passionis quidem tempore a proprio recessisset templo, quando Judæi hæc tragica contra dominum agebant, tanquam Deus compressit solis radios, diffudit tenebras per

Matth. 14. Marc. 4. Luc. 8. Matth. 8. Marc. 1. Luc. 5. Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9. Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5. Matth. 4. Joan. 1. 19. Matth. 27. Marc. 15. Matth. 26.

A τῇ πάντων κύριος, καὶ δημιουργὸς, τοσοῦτον ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ὥστε σὰρξ ἐγένετο. ἵνα ἀπὸ τοῦ ἐπιλοιπόν τῆς φύσεως ἡμῶν μέρους τοὺς ὑπερβάλλοντας τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμοὺς περὶ ἡμᾶς δείξῃ. ὁ λόγος οὖν, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο. καὶ οὐκ ἔστι μέχρι τούτου, ἀλλ' ἐπήγαγε· καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. τὸ δὲ δεύτερον τοῦ προτέρου ἑρμηνεία ἐστί. τί ἐστιν, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο; ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. τουτέστιν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει. ὅρα καὶ τὸν Ἰωάννην δύο φύσεις κηρύττοντα, καὶ ἕνα υἱόν. ἕτερον σκηνὴ, καὶ ἕτερον τὸ σκηνοῦν· ἕτερον ναὸς, καὶ ἕτερον ὁ οἰκῶν Θεός. πρόσεχε τῷ λεγομένῳ· οὐκ εἶπον, ἕτε- * ἄλλον
B ρος, καὶ ἕτερος, ὡς ἐπὶ δύο προσώπων, ἢ δύο Χριστῶν, ἢ δύο υἱῶν· ἀλλ' ἕτερον, καὶ ἕτερον, ὡς ἐπὶ δύο φύσεων. ὅτε οὖν εἶπεν· ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐκήρυξε τὰς δύο φύσεις, τότε ἐπήγαγε· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς. οὐκ εἶπε· δύο υἱῶν, ἀλλὰ, μονογενοῦς. Ἡσαΐας οὖν κηρύττει τὸν Ἐμμανουὴλ, τουτέστι Θεὸν ἀνανθρωπήσαντα. Πέτρος δὲ λέγει· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, τὴν δίτ- Matth. 16.
τὴν φύσιν, καὶ τὸ μοναδικὸν προσώπου τοῦ υἱοῦ. ὁ θεολόγος Ἰωάννης λέγει· καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, Luc. 1.
δύο φύσεις, καὶ τὸν μονογενοῦς τὸ ἓν πρόσωπον. ἔμενε δὲ ὁ Θεὸς λόγος ἀπαθής. πάλιν γὰρ ἐπ'
C ἐκεῖνο ἔρχομαι· πρόσεχε τῷ λεγομένῳ. καὶ τὴν μὲν θειοτέρων μετεδίδωκε τοῦ ἀνειλημμένου φύσει, τὴν δὲ τῆς ἀνθρωπότητος ἐδεοῦς μετέλαβε. πε- Matth. 14.
ριεπάτησεν ἐπὶ θαλάσσης, ἀλλὰ μὴ τοῦ ἰδίου σώ- Marc. 4. Luc. 8.
ματος. ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις, καὶ τῇ θαλάσσῃ, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἰδίου σώματος. ἀπήντησεν αὐτῷ λεπρὸς, λέγων· κύριε, ἐὰν θέλῃς, δυνάσαί με Matth. 8.
καθαρίσαι· λέγει· θέλω· καθαρίσθητι· καὶ Luc. 5. 12.
ἥψατο αὐτοῦ τοῦ σώματος τοῦ δεσποτικοῦ, καὶ ἐδραπέτασε τὸ νόσημα· ἀπεξέσθη ἡ λέπρα. ἔθρεψε πεντακισχίλιοι ἐκ πόσου ἄρτων, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἡμετέρου σώματος· λαβὼν γὰρ εὐχαρίστησε τῷ πα-
D τρὶ, καὶ κλάσας ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, οἱ δὲ μαθηταὶ τῷ πλήθει· καὶ ἐπερίσσευσαν δώδεκα κοφίνοι κλασμάτων. μόνου Θεοῦ ἐστιν ἀφιέναι ἁμαρτίας· πάλιν λέγει· ἵνα εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀφιέναι ἁμαρτίας. πάλιν λέγει. οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ Marc. 2. 10.
μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. ὁρᾷς, πῶς τὴν θειοτέρων μετέδωκε; ὅταν δὲ ἴδῃς αὐτὸν πεινῶντα, καὶ διψῶντα, κοπιῶντα, καὶ ἐδρομωμένον, παραδιδόμενον Πιλάτῳ, ἀγόμενον, καὶ περιαγόμενον χερ- Matth. 4.
σὶ ἐπηρεαζόντων, ἀγωνιῶντα, εὐχόμενον· Ἐλωὶ Ἐλωὶ, Luc. 4. 10.
E λαμμὰ σαβαχθανὶ, τουτέστι, Θεέ μου Θεέ μου, ἵνα Matth. 27. 32. Matth. 26. 39.
τί με ἐγκατέλιπες; καὶ πάλιν· εἰ δυνατὸν, πάτερ, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. ὅταν ἴδῃς αὐτὸν ἀνασκολοπιζόμενον· ὅταν ἴδῃς ἥλους ἐπὶ τῶν χειρῶν, καὶ τῶν ποδῶν, καὶ κεκεντημένον τὴν πλευράν, τότε νόει, ὅτι ὁ Θεὸς λόγος ἀπαθὴς μεμένηκε, πάντα δὲ ἀνάπτει οἰκειοῦται τὰ γινόμενα εἰς τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα· ἵνα δὲ δείξῃ, ὅτι οὔτε ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους ἀπέστη τοῦ ἰδίου ναοῦ, ὅτε καὶ οἱ Ἰουδαῖοι ταῦτα δραματουργοῦν κατὰ τοῦ δεσπότου, ἀπέσβεσεν ὡς Θεὸς ἀκτῖνα ἡλιακὴν. σκότον κατέχεε τοῦ

κόσμου·

κόσμου· ἔχυσε τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ. πέτρας διέρρηξε· νεκροὺς ἤγειρε. ταῦτα πάντα εἰργάσατο, ἵνα γνῷς, ὅτι συμπαθῆ τῷ πάσχοντι. καὶ τὰ μὲν πάθη ἴδιαῖτο, αὐτὸς δὲ ἀπαθὴς ἅπαντα εἰργάζετο.

Τὰ ὑμῶν ὑμῖν παρεθήκαμεν, αὕτη γὰρ τοῦ πατρὸς ἡ διδασκαλία. ἔτος ὁ θησαυρὸς προγονικὸς ὑμῶν· τοῦ μακαρίου Ἀθανασίου τὰ δόγματα· τοῦ μεγάλου Θεοφίλου τὰ διδάγματα, τῶν κόλων τῆς ὀρθοδοξίας. ἀλλ' ἐπειδὴ μακροθύμως τῶν ἡμετέρων ἠνείχεσθε ψελλισμάτων, ἀναμείνατε τὸν πατρὸς τὴν σοφίαν. ἠκούσατε καλάμου ποιμενικοῦ, ἀκούσατε καὶ σάλπιγγος μεγαλοφωνοτάτης.

Ὁ λαὸς εἶπεν· υἱὲ Θεοφίλου, καὶ Ἀθανασίου, Κυρίλλου σοφίας ἀκούσωμεν.... ὁ ἐπίσκοπος Παῦλος εἶπεν.

Ἡμῶν μὲν τῶν ὀρθοδόξων τὰ φρονήματα διεγείρουσα, τῶν δὲ ἐναντίων τῆς ἐκκλησίας τὰ σίφη καταβαλλούσα. τῷ Θεῷ τοίνυν δόξαν ἀναπέμψομεν νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A terrarum orbem, discidit templi velum, disrupit petras, excitavit mortuos. Hæc omnia operatus est, ut intelligeres adfuisse illum patienti, & ejusmodi passiones sibi appropriasse, sed ipsum impatibilem omnia hæc perfecisse.

Quæ vestra sunt vobis apposuimus: hæc enim est patris vestri doctrina, hic thesaurus est vobis avitus, hæc beati Athanasii sunt dogmata, hæc magni Theophili est doctrina, columnarum orthodoxæ doctrinæ. Sed quoniam patienter nostram tulistis balbutiem, expectate nunc patris sapientiam: audistis calamum pastoralem, audite nunc & tubam clare personantem.

Populus dixit: Fili Athanasii & Theophili, Cyrilli sapientiam audiamus..... episcopus Paulus dixit:

B Quæ nostras quidem orthodoxorum mentes exsuscitat, hostium vero ecclesiæ acies prosternit. Deo itaque gloriam reddamus nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ εἰς τὸν προεξηγησάμενον, καὶ εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου.

CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRINI, de Paulo qui ante disseruerat, & de incarnatione dominica.

Ὁ Μακάριος προφήτης Ἡσαΐας τῶν ἐν Χριστῷ διδασκάλων τὴν εὐσομίαν προαναφωνήσας, ἔλεγεν· ἀντλήσατε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν τοῦ σωτηρίου. ἰδοὺ τοίνυν ἠντλήσαμεν ὑμῖν ὕδωρ ἐξ ἁγίας πηγῆς, τοῦ προλαβόντος, φημὶ, διδασκάλου, ὃς καὶ πᾶσι διὰ τοῦ πνεύματος δαδουχίαις λελαμπρυσμένος διεσάφησεν ἡμῖν τὸ μέγα, καὶ σεπτὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μυστήριον. δι' οὗ σεσώσμεθα πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν. καὶ ἀπεφορτισάμεθα τοῦ δυσαχθοῦς, καὶ δυσφόρητον ἁμαρτίαν· καὶ προσέτι τούτοις τὰ τοῦ θανάτου διαρρήξαντες δεσμὰ, ἐκεῖνο φαμὲν τὸ προφητικόν· ποῦ ἡ νίκη σου θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου ᾅδη; ἀκὴν ὁ ὢν ἐν ἀρχῇ θεὸς λόγος, ἐν κόλποις ὢν τοῦ πατρὸς, ὁ δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, τοῦ δὲ ἡμᾶς κένωσιν ὑπεμείνεν ἑκὼν, καὶ γέγονε σὰρξ, τουτέστιν, ἄνθρωπος. ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ ἐχρηματίσεν υἱὸς ἀνθρώπου. ἵνα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ πλουτήσωμεν πατέρα τὸν θεόν. ἐδιδάχθημεν γὰρ λέγειν ἐν προσευχαῖς· πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἀκὴν διὰ τοῦτο γέγονεν ὁ μονογενὴς πρωτότοκος· ἵνα ἡμεῖς, ὡς ἔφην, τὰ αὐτὸ πλουτήσωμεν· ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας, καὶ δέδωκεν ἑκὼν τῷ θανάτῳ τὸ ἴδιον σῶμα, οὐχ ἵνα μεθ' ἡμῶν ὑπὸ θάνατον ἀπομείνῃ νεκρὸς. ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς ἑαυτῷ συναναστήσῃ, καταπατήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος. εὐχαριστήσωμεν οὖν τῷ δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντι λόγῳ, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Ἡσαΐ. 12. 3.

Ὠσηέ 13. 14. 1. Κορ. 15. 55

Ἰωάν. 1. 18.

Φιλίπ. 2.

Ματθ. 6.

Ἐβρ. 12. 2.

B EATUS propheta Isaias Christianorum doctorum facundiam prænuntians ajebat: *Haurite aquas in gaudio de fontibus salvatoris*. En igitur hausimus vobis aquam ex sacro fonte, doctoris inquam, qui ante nos disseruit; qui Spiritus sancti lumine illustratus, exposuit nobis magnum ac venerandum salvatoris nostri mysterium, per quem credentes in ipsum salvati, & gravi ac intolerabili peccatorum mole exonerati sumus; ac præterea vinculis mortis dissipatis, propheticum illud dicimus: *Ubi est mors victoria tua? ubi est stimulus tuus, inferne?* Itaque Deus Verbum, quod erat in principio, quodque in Patris est sinu, per quod omnia & in quo omnia, ultro nostri causa sese exinanivit, & factum est caro, hoc est homo. Humiliavit semetipsum propter nos, & factus est filius hominis, ut nos vicissim per ipsum Deo Patre ditemur. Edocti enim sumus, cum oramus, dicere: *Pater noster, qui es in cœlis*. Ob id proinde unigenitus factus est primogenitus, quo nos, ut dixi, bonis ejus ditemur. Sustinuit crucem confusione contempta; obtulit sponte corpus suum morti, non ut nobiscum, qui morti sumus obnoxii, mortuus maneat, sed ut mortis imperio proculcato, nos secum exsuscitet. Gratias itaque agamus Verbo propter nos incarnato, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Isa. 12. Osee 13. 14. 1. Cor. 15. Joan. 1. Philipp. 2. Matth. 6. Heb. 12.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Ἀλεξανδρείας πρὸς Ἰωάννην Ἀντιοχείας, ἀποσταλεῖσα διὰ Παύλου ἐπισκόπου Ἐμίσης.

EPISTOLA CYRILLI ARCHIEPISCOPI Alexandriæ, ad Joannem Antiochenum episcopum, missa per Paulum episcopum Emesæ.

Τῷ κυρίῳ μου ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ Ἰωάννῃ, Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Domino meo dilecto fratri & comministro Joanni Cyrillus in domino salutem.

Ψαλμ. 96. 11. Ἐφεσ. 2. 14.

ΕΥΦΡΑΙΝΕΣΘΩΣΑΝ οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ· λέλυται γὰρ τὸ μεσότοιχον

LÆTENTUR *cœli, & exultet terra*. Solutus est enim medius paries maceriæ, & quod

1 Aliam antiquam pariter versionem vide in Conc. Chalced. Act. 1. *Hard.*

quod mœrorem afferebat, conquievit, & omne dissidiorum genus sublatum est, omnium nostrum salvatore Christo pacem ecclesiis suis tribuente, religiosissimis autem, Deoque dilectissimis imperatoribus nostris ad id nos vocantibus: qui cum avitæ religionis optimi æmulatores existant, fidem rectam animis suis firmam, immotamque custodiunt: quin & singularem quoque sanctis ecclesiis curam impendunt, ut celeberrimam gloriam obtineant perpetuam, & regnum suum florentissimum constituant: quibus & ipse supernarum virtutum dominus Christus larga manu impertit bona, datque potiri hostibus, ac victoriam donat. Non enim mentitur dicens: *Vivo ego, dicit dominus, quia glorificantes me glorificabo.* Cum itaque dominus meus religiosissimus Paulus comminister & frater Alexandriam venisset, magna animi voluptate affecti sumus, nec immerito, utpote cum talis vir mediator esset interpositus, & majores, quam pro viribus, labores adire ausus esset, ut diaboli invidiam superaret, ac disjuncta conjungeret, nostrasque & vestras ecclesias, quæ intervenerant offensionibus sublatis, concordia & pace coronaret. Quibus autem de causis illæ dissidere cœperint, commemorare supervacaneum est: Opportunius autem censeo, si ea sentiamus, de iis loquamur, quæ pacis tempori conveniunt. Oblectati sumus itaque memorati piissimi viri congressu: qui fortasse non parva certamina se obiturum suspicabatur, ut nobis persuaderet, opus esse ut in concordiam & pacem connederentur ecclesiæ, tolleretur que hominum aliter sentientium irrisio, ac diabolicæ improbitatis acies retunderetur. Verum ita nos ad eam rem paratos comperit, ut nullum penitus laborem sustinuerit. Memores enim sumus salvatoris nostri dicentis: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Quin edocti quoque sumus, ut in quotidianis precationibus dicamus: *Domine Deus noster pacem da nobis: omnia enim reddidisti nobis.* Quisquis igitur pacis, quæ a Deo tribuitur, particeps est, nullius boni indigebit. Quod vero ecclesiarum dissensio superflua prorsus & citra ullam justam causam acciderit, id ex charta, quam dominus meus religiosissimus episcopus Paulus nunc attulit, evidenter cognovimus, quæ irreprehensibilem continet fidei confessionem, eamque cum a tua sanctitate, tum a ceteris quoque religiosissimis episcopis qui illic degunt, compositam asserebat: quam etiam ad verbum huic nostræ epistolæ inserere placuit. (Habet autem hunc in modum.)

9. Reg. 2.

Joan. 14.

Joan. 16.

De virgine autem Dei genitrice quomodo sentiamus & loquamur, deque unigeniti Filii Dei incarnationis modo, necessario, non quasi aliquid adjungamus, sed in satisfactionis forma, ut jam inde ab initio ex divinis literis, sanctorumque patrum traditione accepimus, breviter dicemus, nihil omnino addentes fidei in Nicæa a sanctis patribus expositæ. Illa namque, ut prius dictum est a nobis, ad omnem pietatis cognitionem, omnique hæreticæ pravitatis refutationem sufficit. Dicemus autem non quasi ea aggrediamur quæ captum nostrum excedunt, sed

A τῷ φραγμῷ· καὶ πέπαυται τὸ λυτρωῦ· καὶ διχονοίας
ἀπάσης ἀνῄρηται ξόφος, τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆ-
ρος Χριστῷ ταῖς ἑαυτῷ ἐκκλησίαις τὴν εἰρήνην βρα-
βεύσαντος· κεκληκότων δὲ πρὸς τοῦτο ἡμᾶς καὶ τῶν
εὐσεβεστάτων, καὶ θεοφιλεστάτων βασιλέων· οἱ προ-
γονικῆς εὐσεβείας ἄριστοι ζηλωταὶ γεγονότες, ἀσ-
φαλῆ μὲν, καὶ ἀκατάσειστον τὴν ὀρθὴν ἐν ἰδίαις ψυ-
χαῖς φυλάττουσι πίστιν. ἐξαίρετον δὲ ποιοῦνται
φροντίδα τῶν ὑπὲρ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν· ἵνα διαι-
βόητον ἔχωσιν εἰς αἰῶνα τὴν δόξαν, καὶ ἀκλειστάτην
ἀποφήνωσι τὴν ἑαυτῶν βασιλείαν. οἷς καὶ αὐτὸς ὁ τῶν δυνάμεων Χριστὸς κύριος πλουσίαν χορη-
γεῖ δωρεὰν τὰ ἀγαθά. ἃ δίδωσι μὲν καταπαρατάττειν τῶν
ἀνθεστηκότων, χαρίζεται δὲ τὸ νικᾶν. ὃ γὰρ ἂν δοξα-
σθῆσόμαι λέγων· ὅτι ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος, ὅτι τοὺς δοξαζόντάς με δοξάσω. ἀφικομένου τοίνυν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν τοῦ κυρίου μου τοῦ θεοφιλεστάτου
συλλειτουργοῦ, καὶ ἀδελφοῦ Παύλου, θυμηδίας ἐμπε-
πλήσμεθα, καὶ σφόδρα εἰκότως, εἰς ἄνδρος τοιούτου
μεσιτεύοντος, καὶ τοῖς ὑπὲρ δυνάμιν τόνοις ἐλεμένου
συνοσμιλῶν, ἵνα τὸν τοῦ διαβόλου νικήσῃ φθόνον, καὶ συνάψῃ τὰ διῃρημένα, καὶ τὰ μεταξὺ * διε-
ρρηγμένα σκάνδαλα περιελών, ὁμονοίᾳ, καὶ εἰρήνῃ
στεφανώσῃ τίς τε παρ' ἡμῖν, καὶ τίς παρ' ὑμῖν ἐκ-
κλησίας. τίνα μὲν γὰρ διῃρέθησαν τρόπον, περιττὸν εἰπεῖν· χρεῶν δὲ ὑπολαμβάνω τὰ τῷ τῆς εἰρήνης πρέποντα κατὰ καὶ φρονεῖν, καὶ λαλεῖν· ἡδέως μὲν τοίνυν τῇ συντυχίᾳ τοῦ μνημονευθέντος θεοσεβεστάτου ἀνδρὸς. ὃς τύχα τοῦ ἀγῶνας ἔχειν οὐ μικροὺς ὑπονοήσειν, ἀναπείθων ἡμᾶς, ὅτι χρὴ συνόψαι πρὸς εἰρήνην τὰς ἐκκλησίας, καὶ πᾶν τῶν ἑτεροδόξων ἀφανίσαι γέλωτα, ἀναβλεψαί τε πρὸς τούτῳ τῆς τοῦ διαβόλου δυστροπίας τὸ κατάβρον. ἐπίμως δὲ ὅτως ἔχοντες ἐπὶ τούτῳ καταλαβόν, ὡς μηδένα πόνον ὑποστείναι παντελῶς· μεμνήμεθα γὰρ τοῦ σωτῆρος λέγοντος· εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. δεδιδάγμεθα δὲ καὶ λέγειν ἐν προσευχαῖς· κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν εἰρήνην δὸς ἡμῖν, πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν. ὥστε εἴ τις ἐν μεθέξει γένοιτο τῆς παρὰ θεοῦ χορηγουμένης εἰρήνης, ἀνενδεὴς ἔσται παντὸς ἀγαθοῦ. ὅτι δὲ περιττὴ παντελῶς, καὶ οὐκ διάφορος ἡ τῆς ἐκκλησιῶν διχοστασία γέγονε, νυνὶ μάλιστα πεπληροφορήμεθα, τοῦ κυρίου μου τοῦ εὐσεβεστάτου Παύλου ἐπισκόπου χάρτην * προσκομίσαντος, ἀδιάβλητον ἔχοντα τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν, ἣν καὶ ταύτῃ συνεπτύχθαι ἐγγεβεβαιωμένην παρά τε τῆς σῆς ὁσιότητος, καὶ τῶν αὐτόθι θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων. ἔχει δὲ ὅπως ἡ συγγραφὴ καὶ αὐτοῖς λέξεσιν ὑποτίθεται τῇδε ἡμῶν τῇ ἐπιστολῇ.

Ἰωάν. 14. 27.

Ἡσαΐ. 26. 12.

Περὶ δὲ τῆς θεοτόκου παρθένου ὅπως καὶ φρονοῦμεν, καὶ λέγομεν, τοῦ τε τρόπου τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἀναγκαίως ἐκ ἐν προσθήκης μέρει, ἀλλ' ἐν πληροφορίας εἴδει, ὡς ἄνωθεν ἔκ τε τῶν θείων γραφῶν, ἔκ τε τῆς παραδόσεως τῶν ἁγίων πατέρων παρειληφότες ἐχρήσαμεν, διὰ βραχέων ἐρῶμεν, οὐδὲν τὸ σμικρὸν προσθέντες τῇ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκπεθείσῃ πίστει, ὡς γὰρ ἐφθάσαμεν εἰρηκότες, πρὸς πᾶσαν ἐξαρκεῖ καὶ εὐσεβείας γνῶσιν, καὶ πάσης αἱρετικῆς κακοδοξίας ἀποκρούειν. ἐρῶμεν δὲ ὃ καταπολιωνῶντες τῶν ἀνεφίκτων, ἀλλὰ τῇ ὁμολογίᾳ τῆς οἰκείας ἀδυνασίας ἀπο-

κλεί-

κλείοντες τοῖς ἐπιφύεσθαι βουλομένοις, ἐν οἷς τὶ ὑπὲρ ἀνθρωπον δυσχερανόμεθα.

Ὁμολογία τῶν τῆς ἀληθείας ἐπιστόλων.

Ὁμολογοῦμεν τοίνυν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν μονογενῆ, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ σώματος· πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· δύο γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε· διὸ ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν. κατὰ πιστεύω τὴν τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως ἔννοιαν ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν παρθένον θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν λόγον σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἑνῶσαι ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. τὰς δὲ διαγγελικὰς, καὶ ἀποστολικὰς περὶ τοῦ κυρίου φωνὰς, ἴσμεν τοὺς * θεολόγους ἄνδρας, τὰς μὲν κοινοποιοῦντας, ὡς ἐφ' ἑνὸς προσώπου, τὰς δὲ διαιρουμένας, ὡς ἐπὶ δύο φύσεων· καὶ τὰς μὲν θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, τὰς δὲ ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ παραδιδόντας.

* Θεηγόρους

Ταύταις ὑμῶν ἐντυχόντες ταῖς ἱεραῖς φωναῖς, οὕτω τε καὶ ἑαυτοὺς φρονοῦντες διείσκοντες· εἷς γὰρ κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, ἐδεξάσαμεν τὸν τῆς ὅλων σωτῆρα θεὸν, ἀλλήλοις συγχαίροντες, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, καὶ τῇ παραδόσει τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων, συμβαίνουσαν ἔχουσι πίστιν αἵ τε παρ' ἡμῖν, καὶ αἱ παρ' ὑμῖν ἐκκλησίαι. ἐπειδὴ δὲ ἐπυθόμεν τῷ φιλοψογεῖν εἰωθότων τινὰς σφηκῶν ἀγρίων δίκην περιβομβεῖν, καὶ μοχθηροὺς ἐρεύγεσθαι κατ' ἐμοῦ λόγους, ὡς ἐξ οὐρανοῦ καταπεμφθὲν, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου λέγοντες τὸ ἅγιον σῶμα Χριστοῦ, δεῖν ᾠήθην ὀλίγα περὶ τούτου πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν· ὦ ἀνόητοι, καὶ μόνον εἰδότες τὸ συκοφαντεῖν. πῶς εἰς τοῦτο παρῳνέχθητε γνώμης, καὶ τοσαύτην νενοσήκατε τὴν μωρίαν; ἔδει γὰρ, ἔδει σαφῶς εἰδέναι, ὅτι κεφὴν ἅπας ἡμῖν ὁ περὶ τῆς πίστεως ἀγὼν συγκεκρότηται, διαβεβαιουμένοις, ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία παρθένος. ἀλλ' εἴπερ ἐξ οὐρανοῦ, καὶ οὐκ ἐξ αὐτῆς τὸ ἅγιον σῶμα γεγονέναι φαμὲν τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, πῶς ἂν ἔτι νοοῖτο θεοτόκος; τίνα γὰρ ὅλως τέτοκεν, εἰ μὴ ἔστιν ἀληθὲς, ὅτι γεγέννηκε κατὰ σάρκα τὸν Ἐμμανουήλ; γελάσωσαν τοίνυν οἱ τοῦτο περὶ ἐμοῦ πεφλυαρηκότες· ὁ γὰρ ψεύδεται λέγων ὁ μακάριος προφήτης Ἠσαΐας· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ ὃ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός. ἀληθεύει δὲ πάντως καὶ ὁ ἅγιος Γαβριὴλ, πρὸς τὴν μακαρίαν παρθένον εἰπών· μὴ φοβοῦ Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ θεῷ· καὶ ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν· αὐτὸς σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν

Ματθ. 4.

Ἠσαΐ. 7. 14. Ματθ. 1.

Λουκ. 1. 30. Ματθ. 1. 21.

A Ut propriæ infirmitatis confessione excludamus eos qui nos adoriri velint, ubi ea consideramus quæ humanam intelligentiam superant.

Confessio epiſcoporum orientalium.

[1] Confitemur itaque dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, Deum esse perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore constitutum; ante sæcula quidem ex Patre natum secundum divinitatem, postremis vero temporibus eumdem ipsum propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundum humanitatem: eumdem Patri consubstantialem secundum divinitatem, nobis item coessentialem secundum humanitatem. siquidem duarum naturarum facta est unio:

B & propterea unum Christum, unum Filium, unum dominum confitemur. Secundum hunc inconfusæ unitatis intellectum sanctam virginem deiparam esse confitemur, propterea quod Deus Verbum incarnatum sit, & homo factum, & ex ipso conceptu templum ex illa sumptum sibi univerit. Evangelicas autem & apostolicas de domino voces, scimus theologos alias quidem tanquam ad unam personam pertinentes, communes facere; alias vero tanquam in duabus naturis divisim usurpare: & illas quidem Deo dignas secundum Christi divinitatem; alias vero humiles secundum illius humanitatem tradere.

Cum has ergo sacras vestras voces legissemus, & nos ipsos quoque non aliter sentire animadvertissemus;

C (*unus est enim dominus, una fides, & unum baptisma*) glorificavimus omnium salvatorem Deum, nobis invicem congratulantes, quod nostræ vestræque ecclesiæ fidem divinis scripturis, sanctorumque patrum traditionibus congruentem habeant. Quoniam vero comperi, quosdam ex iis, quibus cavillari mos est, instar agrestium vesparum circumstrepere, improbosque sermones contra me eructare, quasi dicerem, sanctum Christi corpus non ex sancta vergine sumptum, sed e cœlo allatum esse, operæ pretium ratus sum, pauca hæc de re contra illos differere. O stolidi, &

D tantum calumniandi periti! quomodo in hanc abducti estis sententiam? quomodo in tantæ insipientiæ morbum incidistis? Intelligere namque plane oportuit, universum fere certamen pro fide a nobis esse susceptum, quod sanctam virginem Dei genitricem esse constanter affirmamus. At si sanctum corpus nostri omnium salvatoris Christi non ex virgine natum, sed e cœlo allatum asserimus, quomodo illam Dei genitricem esse intelligemus? Quem enim tandem illa peperit, si Emmanuelem secundum carnem vere non peperit? Risu proinde explodendi sunt, qui ejusmodi nugas contra me garriunt.

E Neque enim mentitur beatus propheta Isaias dum ait: *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus.* Vera quoque prorsus prædicat & sanctus Gabriel, dum beatam virginem ita affatur: *Ne timeas Maria; invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & pariet filium; & vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.*

Ephes. 4.

Isai. 7. Matth. 1.

Luc. 1.

Matth. 1.

[1] Est hæc confessio fidei ex alia rursum versione, in libro Rustici diaconi adversus Acephalos, & in collatione C. Pacuni Secretarii an. 533. Eadem extat totidem verbis in epistola Synodica Joannis Antiocheni, superius posita. *Harduinus.*

rum. Cum autem dominum nostrum Jesum Christum e cœlo & e supernis descendisse dicimus; non ita hoc dicimus quasi sanctam illius carnem superne & e cœlo allatam significare velimus; sed potius beatum Paulum sequimur, disserte prædicantem: *Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de cœlo.* Meminimus etiam ipsius salvatoris dicentis: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis.* Quamvis enim, ex sancta virgine, ut modo dixi, secundum carnem natus sit: tamen quia Deus Verbum e supernis deorsum descendit, servilique forma assumpta semetipsum exinanivit, ac filius hominis appellatus fuit, manens quod erat, hoc est Deus; (immutabilis enim & inalterabilis est secundum propriam naturam) tanquam unus jam cum propria carne consideratus, e cœlo descendisse dicitur. Nominatur autem & homo quoque de cœlo, cum perfectus in divinitate sit, idemque in humanitate perfectus, & in una persona intelligatur. Unus est enim dominus Jesus Christus, quamvis naturarum differentia non ignoretur, e quibus inexplicabilem illam unionem factam fuisse dicimus. Tua vero sanctitas illorum ora comprimere dignetur, qui concretionem, vel confusionem, vel commixtionem Verbi Dei cum carne factam esse dicunt. Verisimile namque est nonnullos esse, qui ista quoque de me in vulgus jactent, quasi talia senserim, aut dixerim. Atqui tantum abest ut eos etiam insanire existimem, qui vel aliquam conversionis adumbrationem in divinam Verbi naturam cadere posse suspicantur. Manet enim illa quod est semper; neque alterata est, sed neque unquam alterabitur, neque ullius erit mutationis capax. Impatibile præterea ipsum Dei Verbum confitemur omnes, etiamsi admirabili quadam sapientia mysterium hoc ipse dispensans, eas sibi adscribere cernatur passiones, quæ propriæ carni acciderunt. Hinc quoque sapientissimus Petrus: *Christo*, inquit, *pro nobis passo in carne*, non autem illa ineffabili divinitatis natura. Ut enim ipse omnium salvator esse credatur, dispensatoria quadam appropriatione, propriæ carnis passiones, quasi proprias in seipsum, ut jam dixi, refert. Cujusmodi est illud, quod velut ex illius persona per prophetæ vocem prædicitur: *Dorsum meum dedi ad flagella, & maxillas meas ad alapas, faciem autem meam non averti a confusione sputorum.* Quod vero sanctorum patrum, maxime autem beati celeberrimique patris nostri Athanasii, sententias ubique sequamur, & caveamus, ne vel minima in re declinemus, id tua quidem sanctitas certo sibi persuadeat, neque alius quisquam ambigat. Multa his adjunxissem: illorum testimonia, fidem huic orationi meæ concilians, nisi metuissem, ne literatum longitudo fastidium afferret. Nullo autem modo patimur, ut ab aliquo fides illa, sive fidei symbolum concutiatur, quod a sanctis quondam patribus Nicænis editum est. Neque enim aut nobis, aut ulli omnino alteri, vel unam voculam ibi positam immutare, aut unam iotam syllabam præterire permittimus; memores ejus qui dixit: *Ne transferas terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* Non enim ipsi lo-

ἁμαρτιῶν αὐτῆς. ὅταν δὲ λέγωμεν, ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἄνωθεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, οὐχ ὡς ἄνωθεν, καὶ ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθείσης τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκός, τὴν πιστοῦμεν φαμεν, ἑπόμενοι δὲ μᾶλλον τῷ θεσπεσίῳ Παύλῳ, σαφῶς κεκραγότι σαφῶς· ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς, χοϊκός, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος * ἐξ οὐρανοῦ. μεμνήμεθα δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος λέγοντος. καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· καὶ τοι γε γεγενημένος κατὰ σάρκα, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. ἐπειδὴ δὲ ἄνωθεν, καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταφοιτήσας ὁ Θεὸς λόγος κενώσεως ἑαυτὸν, μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ κεχρηματικεν υἱὸς ἀνθρώπου, μένων τοῦ εἶναι, ὅ ἐστι, τουτέστι Θεός. ἄτρεπτος γὰρ, καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ φύσιν ἐστὶν, ὡς εἷς ἤδη νοούμενος μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἐξ οὐρανοῦ λέγεται καταλθεῖν. ὡνόμασται δὲ καὶ ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ, τέλειος ὢν ἐν θεότητι, καὶ τέλειος * ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ ὡς ἐν ἑνὶ προσώπῳ νοούμενος. εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, κἂν ἡ τῆς φύσεως μὴ ἀγνοῆται διαφορὰ, ἐξ ὧν τὴν ἀπόρρητον ἕνωσιν πεποιῆσθαι φαμέν. τοὺς δὲ λέγοντας, ὅτι κρᾶσις, ἢ σύγχυσις, ἢ φυρμὸς ἐγένετο τοῦ Θεοῦ λόγου, πρὸς τὴν σάρκα, καταξιωσάτω ἡ σὴ ὁσιότης ἐπισημίζειν. εἰκὸς γὰρ τινας καὶ περὶ ἐμοῦ θρυλλεῖν, ὡς ἢ πεφρονικότος, ἢ εἰρηκότος. ἐγὼ δὲ τοσοῦτον ἀφέστηκα τοῦ φρονῆσαί τι τοιοῦτον, ὥστε καὶ μαίνεσθαι νομίζω τοὺς οἰηθέντας ὅλως, ὅτι τροπῆς ἀποσκίασμα περὶ τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου φύσιν συμβεβῆναι διϊσχυρίζονται· μένει γὰρ, ὅ ἐστιν, ἀεὶ, καὶ οὐκ ἠλλοίωται. ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀλλοιωθείη ποτε, καὶ μεταβολῆς ἔσται δεκτική. ἀπαθὲς δὲ πρὸς τούτῳ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ὑπάρχειν ὁμολογοῦμεν ἅπαντες, κἂν εἰ πανσόφως αὐτὸς οἰκονομῶν τὸ μυστήριον, ἑαυτῷ προσνέμων ὁρῶτο τὰ ἴδια σαρκὶ συμβεβηκότα πάθη. πιστεύει καὶ ὁ πάνσοφος Πέτρος, Χριστοῦ, φησὶ, παθόντος σαρκὶ, καὶ οὐχὶ τῇ φύσει τῆς ἀῤῥήτου θεότητος. ἵνα γὰρ αὐτὸς τῆς ὅλων σωτὴρ εἶναι πιστεύηται κατ' οἰκείωσιν οἰκονομικὴν εἰς ἑαυτὸν, ὡς ἔφην, τὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ἀναφέρει πάθη· ὁποῖόν ἐστι τὸ δι' ἐμοῦ τοῦ προφήτου φωνῆς προαναφωνούμενον ὡς ἐξ αὐτοῦ· τὴν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τοὺς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. ὅτι δὲ τοῖς τῆς ἁγίων πατέρων δόξαις ἑπόμεθα παντοιῶς, μάλιστα δὲ τοῦ μακαρίου, καὶ πανευφήμου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, τὸ κατά τι γοῦν ὅλως ἐκφέρεσθαι παραιτούμενοι, πεπείσθω μόνη ἡ σὴ ὁσιότης. ἐδεισιάζοιτο δὲ τῆς ἄλλων μηδεὶς. παρέθηκα δ' ἂν καὶ χρήσεις αὐτῆς πολλὰς, τοὺς ἐμαυτοῦ λόγους ἐξ αὐτῆς πιστούμενος, εἰ μὴ τὸ μῆκος ἐδεδίειν τοῦ γράμματος, μή ἄρα πως γένηται δι' τοῦτο προσκορές. καὶ κατ' οὐδένα δὲ τρόπον σαλεύεσθαι πρός τινων ἀνεχόμεθα τὴν εἰρημένην πίστιν, ἤτοι τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, παρὰ τῆς ἁγίων ἡμῶν πατέρων τῆς ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων κατὰ καιρούς. οὔτε μὴν ἐπιτρέπομεν ἑαυτοῖς, ἢ ἑτέρῳ, ἢ λέξιν ἀμεῖψαι τῆς ἐγκειμένης ἐκεῖσαι, ἢ μίαν γοῦν παραβῆναι συλλαβὴν, μεμνημένοι τοῦ λέγοντος· μὴ μετάγαγε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ

Marc. 13. 10. οἱ πατέρες σου· οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοὶ οἱ λαλοῦντες, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός· ὁ ἐκπορευόμενος μὲν ἐξ αὐτοῦ, ἔστι δὲ οὐκ ἀλλότριον τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον· καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς ἡ τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν πίστις αὐτοὶ λόγοι. Εἰ μὲν γὰρ ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων γεγράπται· ἐλθόντες δὲ κατὰ τὴν Μυσίαν, ἐπείραζον εἰς τὴν Βιθυνίαν πορευθῆναι, καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ πνεῦμα Ἰησοῦ. ἐπιστέλλει δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι. εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἐστιν αὐτοῦ. ὅταν δέ τινες τῶν τὰ ὀρθὰ δογματεφεῖν εἰωθότων τὰς ἐμὰς παραβιάσωσι φωνὰς εἰς τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, μὴ θαυμαζέτω τοῦτο ἡ σὴ ὁσιότης, εἰδυῖα, ὅτι καὶ οἱ ἀπὸ πάσης αἱρέσεως ἐκ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς τὰς τῶν ἑαυτῶν πλάνης συλλέγουσιν ἀφορμὰς, τὰ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὀρθῶς εἰρημένα, ταῖς ἑαυτῶν κακοποιοῖς παραφθείροντες, καὶ ταῖς ἰδίαις ἑαυτῶν κεφαλαίοις τὸν ἄσβεστον ἐπαντλοῦντες φλόγα. ἐπειδὴ δὲ μεμαθήκαμεν, ὅτι καὶ τῷ πρὸς τὸν μακάριον Ἐπίκτητον ἐπιστολῇ τοῦ πανευφήμου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, ὀρθοδόξως ἔχουσαν, παραφθείραντες τινὲς ἐκδεδώκασιν, ὡς ἐνταῦθεν ἀδικεῖσθαι πολλοὺς, διὰ τοῦτο χρήσιμόν τι, καὶ ἀναγκαῖον ἐποιούντες τοῖς ἀδελφοῖς, ἐξ ἀντιγράφων ἀρχαίων τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ ἁπλοῦς ἐχόντων, ἀπεστείλαμεν τὴν σὴν ὁσιότητι· Ἔρρωσο.

Prov. 16. Rom. 8. 8.

A cuti sunt, sed ipse Spiritus Dei ac Patris, qui procedit quidem ex ipso; est autem non alienus a Filio, exigente hoc essentiæ ratione: idque nobis sanctorum, qui mysteria tradiderunt, verba confirmant. Etenim in apostolorum Actis ita scriptum est: *Venientes autem circa Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos Spiritus Jesu.* Scribit & divinus Paulus; *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* Quod autem nonnulli ex eis, qui recta pervertere solent, voces meas detorquent ad B id quod eis videtur; illud sanctitas tua non miretur, cum sciat, cujusvis hæreseos sectatores ex divina scriptura sui erroris occasiones colligere, ea quæ per Spiritum sanctum recte dicta sunt, perversa intelligentia corrumpendo; atque ita inextinguibilem flammam super capita sua congerendo. Quia vero didicimus, quosdam orthodoxam præclarissimi patris nostri Athanasii epistolam, quam ad beatum Epictetum scripsit, adulteratam depravatamque edidisse, multosque graviter hinc lædi, rati hoc utile & necessarium fratribus fore, ex vetustis exemplaribus, quæ sincera incorruptaque apud nos extant, exempla ad tan- C titatem tuam transmisimus. Vale.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ

πρὸς Ἀκάκιον ἐπίσκοπον Μελιτηνῆς, μεμψάμενον αὐτὸν δι' ἐπιστολῆς, ὡς συνθέμενον τοῖς ἀναπλικοῖς.

EPISTOLA CYRILLI AD ACACIUM

Melitenæ episcopum, qui de eo conquestus erat per epistolam, quod consensisset orientalibus.

Τῷ κυρίῳ μου ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ, Ἀκακίῳ Κύριλλος, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Domino meo dilecto fratri & comministro Acacio, Cyrillus in domino salutem.

ΧΡΗΜΑ μὲν ἀδελφοῖς ἡ προσρησις γλυκύτη, καὶ ἀξιάγαστον, καὶ τοῦ παντὸς ἄξιον λόγου παρέχει τοῖς ἀρτίφροσιν ἀληθῶς· χρῆναι δέ φημι, τὸν ἐμπίστευτε, καὶ ὁμόψυχον, ἀδιαλείπτως ἐπείγεσθαι τοῦτο δρᾶν, οὐδενὸς ὄντος ἐμποδὼν, οὔτε μὴν ἀνακοπὴν τῷ εἰς γε τοῦτο θερμῷ ἔφεσίν τε, καὶ προθυμίαν. ἀλλ' ἐνθ' ὅτε βασκαίνει καὶ οὐχ ἑκοῦσιν ἡμῖν ἡ * τῶν μεταξὺ διαστημάτων τὸ μῆκος, ἢ τῶν γραμμάτων ὀξυκομιστῶν ἡ σπάνις. ἡμῖν δὲ τὸ δύνασθαι προσεμπεῖν εἰσφέροντος, ἀρίστου * ποιεῖσθαι ποιεῖσθαι προσήκει τὸ παράγμα, καὶ * τῆς οὕτω ζητουμένης ἀσμένως ἐπιπόδων. ἡδεῖς δὴ οὖν ἄγαν ἐπὶ τοῖς παρὰ τῆς σῆς πλειότητος ἀπεσταλμένοις, καὶ πεθαυμακὼς τὴν διάθεσιν, δεῖν ὡήθην τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνης κατεμφανίσαι τὸν τρόπον, ἕκαστά τε ὅπως γέγονε διεκτεῖν.

* τῶν διαστημάτων.

* ποιεῖσθαι ποιεῖσθαι τὸ γράμμα καὶ * τοῖς τριποθήτοις

Ο' δυσεβέστατος, καὶ φιλόχριστος βασιλεὺς, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν φροντίδα πλείστην ὅσην καὶ ἀναγκαίαν ποιούμενος, οὐ φορητὴν ἡγεῖτο τὴν τούτων διχόνοιαν. μετὰ πεμψάμενος τοίνυν τὸν θεοφιλέστατον, καὶ θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας Μαξιμιανὸν, καὶ ἑτέρους δὲ πλείστους τῶν αὐτόθι κατειλημμένων, τίνα δὴ ἔοικεν ἐκ μέσου μὲν γένοιτ' ἂν τῶν ἐκκλησιῶν ἡ διαφορὰ, καὶ

D Res sane dulcis & commendabilis est fratribus salutatio, & maximo æstimanda apud vere prudentes: iisque qui eiusdem sunt animi & fidei, cum nihil alioqui occurrit quod impediat, ferventque hoc desiderium impetumve sistat, enitendum esse censeo, ut id assidue præstent. At sæpenumero usu venit, ut vel invitis nobis, aut longa loci distantia, aut tabellariorum infrequentia, bonum istud invideat. Cum vero tempus salutandi facultatem offert, tum ea res pro insperato jucundoque lucro habenda est, & ad vota adeo exoptata libenter est accurrendum. Majorem itaque in modum sanctitatis tuæ literis lætitia affectus sum, & admiratus affectionem animi tui, arbitratus sum pacatarum ecclesiarum ratio- E nem & modum integritati tuæ ordine pandendum, singulaque ut gesta sunt, indicanda esse.

Religiosissimus & Christi amantissimus imperator quod plurimam & necessariam sanctarum ecclesiarum curam gereret, illarum dissensionem intolerabilem judicabat. Ad ergo accersens reverendissimum pientissimumque ecclesiæ Constantinopolitanæ episcopum Maximianum, ac alios non paucos, qui pro tempore ibidem comperiebantur, serio cum illis consultabat, quonam pacto eccle-

siarum dissidium e medio tolli, divinorum-
que mysteriorum ministri ad concordiam &
pacem possent redigi. Illi vero non aliter
unquam id fieri posse, neque prius illos,
de quibus agebatur, in concordiam ven-
turos ajebant, quam unanimitatis & consonæ
fidei vinculum iis præfulgeret, & quasi præ-
ferretur: & oportere ajebant, ut pientissi-
mus Johannes Antiochenus anathematizaret
Nestorii dogmata, ac scripto illius depos-
tionem approbaret. Episcopum vero Ale-
xandrinum privatas offensiones oblivioni tra-
diturum, & contumelias, licet eæ gravissi-
mæ & maximæ extitissent, quas Ephesi per-
pessus fuerat, propter caritatem nihili facta-
rum. Cum itaque religiosissimus imperator
iis assentiret, magnamque ex eo consilio vo-
luptatem caperet, missus est, qui hoc ip-
sum perficeret, dominus meus præclarissi-
mus tribunus & notarius Aristolaus. Postea-
quam vero orientalibus regium decretum ex-
positum est, & tanquam factum ex eo-
rum episcoporum sententia qui Constantino-
poli aderant; consilio nescio quo apud san-
ctissimum piissimumque Berrhœensem episco-
pum Acacium congressi, scribi ad me cu-
rarunt, conventionis modum, id est, san-
ctarum ecclesiarum pacis, nisi eo modo quem
ipsi præscriberent, fieri non debere. Erat
autem ea petitio gravis ac molesta. Vole-
bant enim ea omnia aboleri, quæ vel epi-
stolis, vel tomis, vel libris evulgaveram,
& soli fidei, quæ a sanctis patribus nostris
Nicæa edita fuerat, consentire. Ego vero
ad ista ita rescripsi: Expositioni fidei, quam
Nicæni patres ediderunt, adhæremus om-
nes, nihil prorsus eorum quæ in ipsa con-
tinentur, labefactantes: sunt enim ea om-
nia recte inculpateque tradita, neque tutum
est, post illam fidei editionem, quidquam
adhuc curiosius tractare. Quæ vero recte
contra Nestorii blasphemias scripsimus, ea
ejusmodi esse, ut nulla nobis ratione per-
suaderi possit, ut recte scripta esse negemus.
Opus proinde magis esse, ut ipsi juxta pien-
tissimi Christique amantis imperatoris de-
cretum, imo vero sanctæ synodi Ephesinæ
sanctionem, illum qui contra salvatoris Chri-
sti gloriam pugnavit ejicerent, impiasque il-
lius blasphemias anathemate insectarentur,
ejusque depositioni consentirent, ac sancti-
simi piissimique episcopi Maximiani ordina-
tionem approbarent. His itaque literis sibi
redditis, miserunt Alexandriam religiosissi-
mum & piissimum episcopum Paulum Emi-
senum, cum quo diu multumque de iis re-
bus disserui, quæ Ephesi præter jus & offi-
cium dictæ factæque fuerant. Quia vero istis
oblivioni contraditis, iis potius curis insisten-
dum videbatur, quæ majoris momenti ac pon-
deris erant; interrogavi, num quid literarum
a piissimo Joanne episcopo attulisset: mox
ille epistolam reddidit, non ea quæ debe-
bat, habentem; sed potius non quo conve-
niebat modo dictatam. Complectebatur enim
irritationis vim potius, quam exhortationis.
Hanc itaque non acceptavi. Nam cum meam
animi ægritudinem, qua fueram affectus ex
iis quæ præcesserant, & ab ipsis Ephesi fa-
cta fuerant, excusatione aliqua demulcere
debuissent, tantum abest ut id fecerint, ut
te quoque propter sacrorum dogmatum ze-

A λήσειν. δὲ πρὸς εἰρήνην οἱ τῷ θεῶν ἱερουργοὶ
μυστηρίων, διεσκέπτετο. οἱ δὲ ἔφασκον, ὡς ἐκ ἂν
ἑτέρως γένοιτο τοῦτο ποτε, εἰ μὴ ἂν εἰς ὁμοψυχίαν ἔλ-
θοιεν τῶν πρὸς ἀλλήλους οἱ περὶ ὧν ὁ λόγος, μὴ
προαναστείλαντες αὐτοῖς, καὶ οἱονεὶ προεισκεκομισ-
μένου τὸ συνδέσμου τῆς ὁμοψυχίας, καὶ ὁμοπιστίας·
ἔφασκόν τε, ὅτι τὸν τῆς θεοσεβείας ἔμπλεον ἐπίσ-
κοπον Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας ἀναθεματίσαι δεῖ τὰ
Νεστορίου δόγματα, καὶ ἐγγράφως ὁμολογῆσαι τῶν
καθαίρεσιν αὐτοῦ. καὶ, τὸ γε ἧκον, εἰς λύπας ἰδίας,
ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος ἀμνημονήσει τε ὀφ-
τῶν ἀχαρίστων, καὶ παρ' ὃ δὲ ἡγήσεται τυγχάνεσθαι κατὰ
τῶν Ἐφεσίων. καὶ τοι παγχάλεπόν τε, καὶ δύσοιστον
B ὄν. συναινέσαντος τοίνυν, καὶ ἡδέως ἄγαν ἐπι-
τέντος τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως, ἀπεστάλη αὐτὸ τοῦτο
κατορθῶσων ὁ κύριός μου, ὁ θαυμασιώτατος τριβοῦνος,
καὶ νοτάριος Ἀριστόλαος. ἐπειδὴ δὲ τῆς κατὰ τῶν ἐ-
ωαν τὸ βασιλικὸν ἐστεφανίσθη δόγμα, καὶ ὡς μὴ
γνώμης γεγονὸς τῶν εὐρεθέντων ἐπισκόπων κατὰ τῶν
μεγάλων Κωνσταντινούπολιν, ἐκ οἶδ' ὅτι, σκοπή-
σαντες, συνήχθησαν μοί τινος τὴν ἐσιώπησιν, καὶ
θεοσεβέστατον τῆς Βερροιαίων ἐπίσκοπον Ἀκάκιον,
γράψαί τε πρός με παρεσκεύασαν, ὅτι τὴν τῆς συμ-
βάσεως τρόπον, ἤτοι τὸν τῆς εἰρήνης τῶν ἁγίων ἐκ-
κλησιῶν, ἐκ ἑτέρως γενέσθαι προσήκει, εἰ μὴ κα-
τὰ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν. λυπὸς δὴ ἄρα τοῦτο φορτικόν, καὶ βα-
C ρὺ τὸ αἴτημα· ἤθελον γὰρ ἀργῆσαι μοὶ σιωπαντα
τὰ παρ' ἐμοῦ γραφέντα εἴτε ἐπιστολαῖς, καὶ τόμοις, καὶ
βιβλίοις, μόνη δὲ ἐκείνη συνῳδεῖν τῇ τῶν Νικαίων
παρὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν πατέρων ἐκτεθείσῃ πίστει. ἐγὼ
δὲ πρὸς τοῦτο γέγραφα. ὅτι τῇ μὲν ἐκθέσει τῆς πί-
στεως, τῇ ἐκτεθείσῃ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων κατὰ τὴν
Νικαέων πόλιν, ἑπόμεθα πάντες, οὐδέν* τι παράπαν· * [illegible]
τῶν ἐν αὐτῇ κειμένων* παρασαλεύοντες· ἔχει γὰρ πάν- * [illegible]
τῃ ὀρθῶς, καὶ ἀλύπτως. καὶ τὰ πεπόνηται ἔτι μετ' ἐκείνην
ἐκ ἀσφαλές· ἃ δὲ γεγράφαμεν ὀρθῶς κατὰ τῶν τῶ
Νεστορίου δυσφημιῶν, οὐδεὶς ἡμᾶς ἀναπείσει* λόγος, * [illegible]
ὡς ἐκ εὖ γεγόνασιν, εἰπεῖν· χρῆναι δὲ μᾶλλον,
αὐτὸς κατιγε τὸ δόξαν καὶ τῷ εὐσεβεστάτῳ, καὶ φιλο-
D χρίστῳ βασιλεῖ, καὶ αὐτῇ δὲ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κα-
τὰ τῶν Ἐφεσίων πόλιν* συναγηγερμένῃ, ποιῆσαι * [illegible]
μὲν ἀποκηρύκτην τὸν τῆς τοῦ σωτῆρος δόξης μεμαχη-
μένον, ἀναθεματίσαι δὲ καὶ τὰς ἀνοσίους αὐτοῦ δυσ-
φημίας, ὁμολογῆσαί τε τῶν καθαίρεσιν αὐτοῦ, καὶ
συναινέσαι τῇ χειροτονίᾳ τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ θεοσε-
βεστάτου ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ. τότων τοίνυν αὐτοῖς
τῶν γραμμάτων ἀποδοθέντων, πεπόμφασιν εἰς τῶν
Ἀλεξανδρείαν τὸν εὐλαβέστατον, καὶ θεοφιλέστατον
ἐπίσκοπον Παῦλον τῆς Ἐμισηνῶν· πρὸς ὃν πολλοῖ-
σοι μὲν ὅσοι, καὶ μακροὶ γεγόνασι λόγοι περὶ τῶν κατὰ
τῶν Ἐφεσίων* ἀνόμως καὶ* ὑ καθηκόντως εἰρημένων τε, * [illegible]
καὶ πεπραγμένων. ἐπειδὴ δὲ τούτων ἀμνημονήσαντες, τὰ
E ἀ ἀγκαιοτέρων ἔχεσθαι μᾶλλον ἐχρῆν σπουδασμάτων,
ἠρώτων, εἰ ἐπικομίζεται γράμματα τοῦ θεοσεβεστά-
τοῦ ἐπισκόπου Ἰωάννου. εἶτα ἐμοὶ προεκόμισεν ἐπιστο-
λὴν, ἃ μὲν ἐχρῆν ἔχειν οὐκ ἔχουσαν, ὑπαγορευθῆ-
σαν δὲ μᾶλλον ὑ καθ' ὃν ἔδει τρόπον· παροξυσμὸν γὰρ,
ὑ παρακλήσεως εἶχε δυνάμιν. καὶ ταύτην ὑ προση-
κάμην· καί τοι γε δέον τῆς ἀπολογίας τῶν ἐμοῦ
κατεγνωκεῖσαι λυπῶν τῶν ἐπί γε τῆς φθάσαι, καὶ
παρ' αὐτῷ γεγονόσι κατὰ τῶν Ἐφεσίων· εἰ δὲ διαφέρμως
ἔφασκον* παρεξιέναι κατ' ἐμοῦ, διά τοι τὴν ζῆλον τῶν
ὑπέρ

ὑπερ τῆς ἱερῶν δογμάτων. ἀλλ' ἔκεινο, ὅτι ὅπε ἐ-
ζῆλος αὐτὸς κεκίνηκεν ὁ θεὸς, ἐπὶ τῇ τῆς ἀλη-
θείας δογμάτων ὑπερμαχόμενοι συνεφαίνετο κα-
ίμε, ἀλλὰ πῆς ἀνθρώπων ἐξαιτῆς κολακείας. κ.
πῆς τῆς ἐκκλησίας τὸ τίμιον κάθε εἰλικρὶς ἐφ' ἑαυτῆς ἀρ-
πάζοντες· ὅμως τῷ θεοσεβεστάτῳ Παύλῳ ἐπιτρέπε-
φάσκοντες, ἐπίμως ἔχειν ἀναθεματίζειν τὸν Νε-
στορίου δυσφημίας, κ. ὁμολογεῖν αὐτὸν τίνι καθαίρε-
σιν ἐγγράφως, κ. τοῦτο δρᾶν ὑπὲρ πάντων, κ. ὡς
ἐκ προσώπου πάντων τῆς κατὰ τίνι ἀνατολὴν θεοσε-
βεστάτων ἐπισκόπων, * ἀντιλέγειν λέγω, τὸν
παρ' αὐτοῦ προκομιζόμενον χάρτιον περὶ τούτου, ἀνα-
κέσειν αὐτῷ μόνῳ πρὸς τὸ χρῆναι τυχεῖν τῆς παρὰ
πάντων ἡμῶν κοινωνίας. διεβεβαιούμην δὲ, ὅτι πάν-
τῃς τε, κ. πάντη ἔγραφον ὁμολογίαν περὶ τούτων ἐκ-
τίθεσθαι προσήκει τὸν ἀλαβέστατον, κ. θεοσεβέστατον
τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπον Ἰωάννην· ὃ δὴ κ. γέγο-
νε· κ. πέπαυται τὸ μεσολαβοῦν, κ. ἀποφεύγον ἀλ-
λήλων ἀνάπεθον τῆς ἐκκλησίας, ἀλλ' ἡ ἡδαμέ-
θα ἀμφίβολον, ὅτι τῆς Νεστορίου δυσφημίας τὸν
ὑπασπιστὰς κατατήξειν ἔμελλε τῆς ἁγίων ἐκκλησιῶν
ἡ εἰρήνη. καὶ μοι δοκοῦσι τοιούτου τι παθεῖν, ὁποῖόν
τι συμβαίνειν ἔθος τοῖς νήχεσθαι μὴ εἰδόσι,
* νεώς γε μὴν ἀδοκήτως ἀπολωλήσασιν· οἱ ἐπειδὰν
κατακυνήσωσι, πόδας τε, & χεῖρας ὦδε, κἀκεῖσε, διαρ-
ρήττοντες ἀτάκτως, τὸ παρατυχόντος ἁπλῶς ἐπι-
δράττονται, φιλοψυχοῦντες οἱ δειλαιοι. ἢ οὐκ ἀλη-
θὲς εἰπεῖν, ὥσπε θορύβηνται λίαν, ἐκπεσόντες, κ.
μεμονωμένοι, κ. ἔξω γεγονότες τῆς ἐκκλησιῶν, ἃς
ἐνόμιζον ἔσεσθαι πρὸς ἐπίκουρίαν αὐτοῖς; ἢ οὐκ ἀ-
χάλεστι, κ. τοῦτο ὑ φορητῶς, ἀποπηδῶντες αὐτῆς
τοὺς ἠπατημένους ὁρῶντες, κ. λοιπὸν ἀνακηφοῦντες εἰς
ἀλήθειαν τὸν τῆς παρ' αὐτῆς βεβήλεις κοινοφω-
νίας οἰονείσεως ἐκμεμεθυσμένους; καὶ τι φαίνῃς ἂν
αὐτοῖς, κ. λίαν ἐπὶ κακῷ, τὸ ὀξὺ τῆς τοῦ προφή-
του φωνῆς· σιωπήσῃτε, κ. σιωπήσῃτε τὸ ἔθνος
τὸ ἀπαίδευτον, ὅτι τοῦ ζῆν ὑμᾶς ὡσεὶ ἄνθρω-
παραπορευόμενοι. ὀξὺ τι γὰρ γεγόνασιν ἀλλοτρίων
ἐμέτων παράσιτοι, οὐκ αἰσχυνόμενοι δὲ τοῖς ἑπέρου
βορβόροις τὰς ἑαυτῆς καρδίας κατεμαίνοντες; οἱ
κωφοὶ ἀκούσατε, κ. οἱ τυφλοὶ ἀναβλέψατε ἰδεῖν.
φρονήσατε περὶ τοῦ κυρίου ἀληθῶς· κ. ζητήσατε
καρδίας ζητήσατε αὐτόν. ποῖα γὰρ χρεία πολυπλο-
κων ὑμῖν δόγμάτων, κ. λόγων διεστραμμένων; τί
τίνι ἐπ' ἀδικῶ περιβρίζοντες ἔριθον, καμπύλας
ποιεῖτε τὰς ἑαυτῆς ὀρθίας; νεωστὶ ἑαυτοῖς νεώσα-
τε, κ. μὴ σπείρετε ἐπ' ἀκάνθαις. ἀλίσκοντες γὰρ,
ὡς ἔφην, ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ τῆς ἁγίων ἐκκλησιῶν, τοὺς
μὴ ἀνασχομένους τὴν ἴσα φρονεῖν αὐτοῖς, κακοεργοῦν-
τε ὀξύφωνοι. κ. κατηγοροῦσι πικρῶς τῆς ἀπολο-
γίας τῆς ἁγίων ἐπισκόπων, τῆς ἀπὸ τῆς ἑῴας ἀνα-
μί. εἰπὲ περιέλκοντες αὐτίνι πρὸς τὸ ἑαυτοῖς ἡδύ τε,
κ. φίλον, κ. ἀσκοῦντες ἐκ ἔρδοῦς, οὐκ ἀπαδοντος γε-
νέσθαι φασὶ * τοῖς Νεστορίου * κοινοφωνίαις. συγ-
κατηφέγκασι δὲ κ. ἡμᾶς. ὡς, οἷς ἤδη γεγράφα-
μεν, πεφροντικότες τι ἀνάντια. μανθάνω δὲ, ὅτι
κἀκεῖνο φασίν· ὅτι πίστεως ἔκθεσιν, ἣν σύμ-
βολον καινὸν, ἀρτίως κατεδεξάμεθα, τάχα τι τὸ
ἀρχαῖον ἐκεῖνο, καὶ σεπτὸν ἀτιμάσαντες. κ. ὁ μὲν
μωρὸς μωρὰ λαλήσει, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ μάταια
ποιήσει. πάλιν ἐκεῖνο φαμεν· ἡ πίστεως ἔκθεσιν ἐ-
ζήτηνται παρ' ἡμῶν τινες, * ἤγουν καινοτομεῖν-

* ἀντιλέγειν.

* νεώς.

Ἠσαΐ. 42. 18. Ζοφ. 2.

Πρακ. 4.

Ἱερεμ. 4.

Ἠσαΐ. 32. 6.

* ἤγουν.

A lum jure optimo mihi succensuisse dicerent. At ex me audiebant, nec divinum zelum ipsos movisse, nec quod pro veritatis dogmatis pugnarent, aciem adversum me componere: sed quod hominum assentationibus locum darent, ac eorum qui tunc potentes videbantur, amicitias sibi conciliarent. Verumtamen cum religiosissimus episcopus Paulus paratum se diceret Nestorii blasphemias anathematizare, scriptoque in illius depositionem consentire, atque id pro omnibus, & tanquam ex communi omnium orientalium religiosissimorum episcoporum persona sese facere affirmaret; inferebam rursum, chartam ab ipso prolaptam ipsi soli ad hoc sufficere, ut in omnium nostrum communionem B reciperetur: modis autem omnibus opus esse affirmabam, ut religiosissimus reverendissimusque Joannes Antiochenus episcopus scriptam his de rebus confessionem ederet. Id quod jam factum est; cessavitque quod ecclesias disjungebat, & a se invicem divellebat. Verum nullatenus dubium erat, fore ut Nestorii blasphemiarum propugnatores invidia extabescerent, ubi primum sanctarum Ecclesiarum pax redintegraretur. Quibus sane ejusmodi quidpiam accidisse videtur mihi, cujusmodi illis usu venire solet, qui cum natare nesciant, e navi tamen subito prolapsi sunt. Hi enim posteaquam mergi incipiunt, pedes manusque hac illac incompositè jactant, retinendæque vitæ cupidi, quidquid in manus forte venerit, id temere arripiunt miseri. An non vere dici potest, eos vehementer perturbatos consternatosque esse, quod se desolatos, & extra eas ecclesias ejectos pulsosque animadvertunt, quas sibi adjumento futuras sperabant? Quid? an non indignissime ferunt, cum vident quos seduxerant, profanisque suis vocum novitatibus quodammodo temulentos reddiderant, a se resilire, & jam ad veritatis sobrietatem redire? Atqui peropportune illis objici potest quod prophetica voce proditum extat: *Congregamini*, inquit, *& colligamini gens inerudita, antequam* D *efflamini veluti flos transiens?* Ut quid enim alienorum vomituum facti sunt parasiti? nec pudefiunt alieno cœno sua ipsorum corda defœdantes? *Surdi audite, & cæci ut videatis suspicite. Sentite de domino quæ vera sunt, & in simplicitate cordis quærite illum.* Quæ enim vobis est multiplicium adinventionum & perversarum opinionum utilitas? ut quid rectam vituperantes semitam, incurvas facitis vestras orbitas? *Novate vobis ipsi novalia, & noliteseminare inter spinas.* Quandoquidem vehementer propter sanctarum ecclesiarum pacem, ut dixi, consternati, eos qui eadem cum ipsis sentire nolunt, malitiosissime lacerant, sanctorumque episcoporum, orientalium inquam, apologiam non absque amarulentia proscindunt, eamdemque ad id quod sibi gratum amicumque est detorquentes, E praveque interpretantes, a Nestorii * vocum novitatibus non abhorrere contendunt. Quin & nos quoque una vituperant, quasi iis quæ jam scripsimus, contraria senserimus. Intelligo vero, & hoc quoque illos nobis obicere, nempe quod fidei expositionem, sive novum symbolum receperimus, quasi vetus illud venerandumque aspernati. At *stultus quidem stulta loquetur, & cor illius vana meditabi-*

Sophon. 2.

Isai. 42. 18.

Zach. 8.

Prov. 4.

Jerem. 4.

Isai. 32. 6.

tacitur. Illud tantummodo dicimus, nos neque novam fidei expositionem ab ullo exegisse, neque ab aliis innovatam admisisse. Sufficit enim nobis divina scriptura, sanctorumque patrum prudentia, & symbolum fidei ad omnia recta dogmata apte riteque concinnatum. Quia vero sanctissimi orientales episcopi cum Ephesi essent, a nobis dissentiebant, eaque de causa, quasi blasphemiarum Nestorii laqueis irretiti tenerentur, suspecti erant; ut eo crimine se liberarent, inculpatæque fidei amatoribus per omnia satisfacerent, ac Nestorianæ impietatis se expertes esse ostenderent, apologiam composuerunt, & id quidem admodum prudenter, tantum abest ut hoc istorum factum aliqua omnino nota aut reprehensione dignum videatur. Quid enim, si ipse Nestorius eo tempore, quo a nobis omnibus illi proponebatur, oportere ut sua ipse dogmata condemnaret, veritatemque amplecteretur, scriptam iis de rebus confessionem exhibuisset, quispiam dicturus erat, illum novum fidei symbolum nobis conscripsisse? Quid igitur temere conviciis insectantur sanctissimos Phœniciæ episcopos, eorum consensum novum symbolum appellantes, quem illi utiliter & necessario ediderunt, ut nimirum se purgarent, eosque demulcerent, qui ipsos Nestorianam * doctrinam approbare existimaverant? Sancta quippe & œcumenica synodus quæ Ephesi convenerat, necessario providit, non oportere aliam fidei expositionem in ecclesias Dei inferre, præter eam quæ jam extabat; quam beatissimi patres nostri sancto Spiritu locuti definiverant. Illi tamen ab hac semel, nescio quo modo, dissentientes, & quod neque recte sentirent, neque apostolicis & evangelicis dogmatibus adhærerent, in suspicionem adducti, numquid taciturnitate ab hac ignominiosa nota se liberassent, an plena potius satisfactione, suæque sententiæ declaratione? Atqui divinus Christi discipulus scriptum reliquit: *Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe.* Qui ergo hoc vult facere, nihil utique novi molitur, nec fidei expositionem innovare deprehenditur; sed potius eam, quam de Christo habet fidem, interrogantibus perspicuam reddit.

* rationem novitatem ref. vaticanus.

Audivi præterea veritatis hostes piissimorum episcoporum concordiam ægerrime ferre, & sursum ac deorsum miscere omnia, atque jactare, confessionis, quam illi de recta fide, nihil, ut dixi, innovantes, hoc est, nihil ad ea quæ olim constituta sunt, adjicientes, sed potius inculpatis sanctorum patrum dogmatis adhærentes, ediderunt, sensum & vim cum impiis suis commentis congruere. Verum ut mendacia illorum aperte ostendamus. Nestorii nugas illorumque sententias in medium afferamus. Hac una enim ratione, non aliter, veritas examinata patefiet.

Nestorius itaque unigeniti Filii Dei nativitatem secundum carnem prorsus e medio tollere comperitur, negat enim illum ex muliere secundum scripturas natum. Verba illius sic habent: Deum ex Christipara virgine processisse, ex divina scriptura edoctus

σαν παρ' ἑτέρων καταδεξάμεθα· ἀπόχρη γὰρ ἡμῖν ἡ θεόπνευστος γραφὴ, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἡ νῆψις, καὶ τὸ πρὸς πανοτιοῦν τῶν ἐχόντων ὀρθῶς ἐκπεπονημένον τῆς πίστεως σύμβολον. ἐπειδὴ δὲ ἦσαν οἱ κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι διχονοήσαντες πρὸς ἡμᾶς κατὰ τινὰ τῶν Ἐφεσίων, καὶ γεγόνασί πως ἐν ὑποψίᾳ τοῦ καὶ ἐναλῶναι βρόχοις τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν, τούτῳ τοι, καὶ μάλα ἐμφρόνως, εἰς ἀπαλλάττοντες ἑαυτοὺς τῆς ἐπὶ τούτοις αἰτίας, καὶ τοὺς τῆς ἀμωμήτου πίστεως ἐρασὰς πληροφορεῖν σπουδάζοντες, ὅτι τῆς ἐκείνου βδελυρίας ἀμοιρεῖν ἐγνώκασι, πεποίηνται τὴν ἀπολογίαν· καὶ τὸ χρῆμα ἔστι λόγου τε παντὸς, καὶ μάλα μακρόν.

B ἆρα γὰρ εἰ * καὶ αὐτὸς Νεστόριος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν αὐτῷ προετείνετο παρὰ πάντων ἡμῶν τὸ χρῆναι καταψηφίσασθαι τῶν ἑαυτοῦ δογμάτων, καὶ ἀθελεῖν τὴν ἀλήθειαν, ἔγγραφον ἐποιήσατο τὴν ἐπὶ τούτοις ὁμολογίαν, καὶ αὐτὸν ἄν τις ἔφη πίστεως ἡμῖν κηνοτεμῆσαι σύμβολον; τί τοίνυν διαλοιδορεῖν τὰ μάτην, ἔκθεσιν συμβόλου κηρὶν ὀνομάζοντες τὴν σπουδαίαν τῶν κατὰ τὴν Φοινίκην θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων, ἣν πεποίηνται χρησίμως τε, καὶ ἀναγκαίως, ἀπολογούμενοί τε, καὶ θεραπεύοντες τοὺς οἰηθέντας, ὅτι τοῖς Νεστορίου * ἀκολουθεῖν κηνοφωνίαις; ἡ μὲν γὰρ ἁγία, καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ κατὰ τὴν Ἐφεσίων πόλιν συνελεγμένη, ἐφρόντισεν ἀναγκαίως τε μὴ δεῖν τοῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ πίστεως ἔκθεσιν ἑτέραν εἰσκρίνεσθαι παρά γε τὴν οὖσαν. ἣν οἱ τεισμακάριοι πατέρες, ἐν ἁγίῳ πνεύματι λαλοῦντες, ὡρίσαντο. οἱ γε μὴν ἅπαξ, οὐκ οἶδ' ὅπως, πρὸς αὐτὴν διχονοήσαντες, γεγονότες δὲ καὶ ἐν ὑποψίαις τοῦ μὴ ὀρθῶς ἐλέσθαι φρονεῖν, μήτε μὴν τοῖς ἀποστολικοῖς τε, καὶ εὐαγγελικοῖς ἕπεσθαι δόγμασιν, ἆρα σιωπῶντες ἀπηλλάγησαν ἂν τῆς ἐπὶ τούτῳ δυσκλείας, ἢ μᾶλλον ἀπολογούμενοι, καὶ τῆς ἐνούσης αὐτοῖς δόξης τὴν δύναμιν ἐμφανίζοντες; καὶ τοι γέγραφεν ὁ θεσπέσιος μαθητής· ἕτοιμοι ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος· * ὁ δὲ τοῦτο δρᾶν ἠρημωμένος καινοεργεῖ μὲν οὐδὲν, ἀλλ' οὐδὲ πίστεως ἔκθεσιν ὁρᾷ τοῦ καινοτομεῖν. ἐναργῆ δὲ μᾶλλον καθίστησι τοῖς ἐρομένοις αὐτὸν, ἣν ἂν ἔχοι πίστιν περὶ Χριστοῦ.

* καὶ ἀκολουθεῖν κηνοφωνίαις.

1. Πετ. 3. 15.

* οὐδὲ δὲ

Ἐπιθόμην δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι τοῖς τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων ὁμοψυχίαις οὐ μετρίως ἐπισυγνάζοντες οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροὶ, ἄνω τε, καὶ κάτω διακινοῦσι τὰ πάντα, καὶ τοῖς ἀνοσίοις ἐαυτῶν * ῥήμασι συμβῆναί φασι τὴν παρ' αὐτῶν γενομένην ὁμολογίας τὴν δύναμιν· ἣν ἐπὶ τῇ ὀρθῇ πεποιήνται πίστει, καινοτομοῦντες μὲν, ὡς ἔφην, ἦν δὲ προσεπάγοντες τοῖς πάλαι διωρισμένοις τὸ σύμπαν οὐδὲν, ἐπόμενοι δὲ μᾶλλον τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων ἀνεπιπλήκτοις δεσμασιν. ἵνα δὲ ψευδοποιοῦντας ἐλέγχωμεν, φέρε, παραγάγωμεν εἰς μέσον τὰς Νεστορίου φλυαρίας, καὶ τὰς τούτων φωνάς. * ἐκδείξει γὰρ ὧδε, καὶ οὐχ ἑτέρως τὸ ἀληθὲς ἡ βάσανος.

* ῥήμασι

* ἐκδείξει γὰρ

Οὐκοῦν Νεστόριος μὲν ἀναιρῶν εἰς ἅπαν ἀφίσταται τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν κατὰ σάρκα γένεσιν. οὐ γάρ τοι πεφυκέναι φησὶν αὐτὸν ἐκ γυναικὸς, κατὰ τὰς γραφάς. ἔφη γὰρ οὕτω· τὸ παρελθεῖν τὸν Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου παρθένου, παρὰ τῆς

θείας

θείας ἐδιδάχθη γραφῆς· τὸ δὲ γεγενῆσθαι Θεὸν ἐξ αὐτῆς, * ἐδαμῶς ἐδιδάχθη. Ἐν ἑτέρᾳ δὲ πάλιν ἐξηγήσει· οὐδαμοῦ τοι καὶ ἡ θεία γραφὴ Θεὸν ἐκ τῆς Χριστοτόκου παρθένου λέγει γεγενῆσθαι, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν, υἱὸν, καὶ κύριον. Ὅτι δὲ πᾶν τὸ λέγων εἰς υἱὸς δύο μερίζει τὸν Σωτῆρα, καὶ ἕτερον μὲν ἰδικῶς εἶναί φησι υἱὸν, καὶ Χριστὸν, καὶ κύριον, τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς γεγενῆσθαι λόγον, ἕτερον δὲ πάλιν αὖ μέρος τι, καὶ ἰδικῶς υἱὸν, καὶ Χριστὸν, καὶ κύριον τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις, ὡς τὴν τοῦτο σαφῶς μονονουχὶ βοῶντος ἐκείνου; οἱ δὲ Θεοτόκον ὀνομάζουσι τὴν ἁγίαν παρθένον, Σωτῆρα εἶναί φασιν υἱὸν, καὶ Χριστὸν, καὶ κύριον, τέλειον ἐν θεότητι, τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι, ἅτε δὴ καὶ ἐμψυχωμένης αὐτῷ τῆς σαρκὸς ψυχῇ νοερᾷ. Ὅτι γὰρ ἐκ ἕτερον φασὶν εἶναι υἱὸν τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λέγον, ἕτερον δὲ πάλιν τὸν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, καθὰ Νεστορίῳ δοκεῖ, σαφὲς ἂν γένοιτο, καὶ μάλα ῥᾳδίως διά γε τῶν ἑφεξῆς. προσεπάγουσι γάρ, τίς ἂν εἴη, σημαίνοντες· ὅτι τέλειος ὡς Θεὸς, τέλειος δὲ καὶ ὡς ἄνθρωπος· τὸν πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεγενῆσθαι κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἐκ Μαρίας τῆς ἁγίας παρθένου, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. οὐκοῦν ἤκιστα μὲν εἰς δύο διαιροῦσι τὸν Σωτῆρα υἱὸν, καὶ Χριστὸν, καὶ κύριον Ἰησοῦν, τὸν αὐτὸν δὲ εἶναί φασι τὸν πρὸ αἰώνων, καὶ ἐν ἐσχάτοις, * δῆλον δὲ ὅτι τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς ὡς Θεὸν, καὶ ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα ὡς ἄνθρωπον. πῶς γὰρ ἂν νοοῖτο πρὸς ἡμᾶς ὁμοούσιος εἶναι κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, καί τις γένοιτο θεὸς ἐκ πατρὸς, κατὰ γέ φησι τὴν θεότητα, εἰ μὴ νοοῖτο καὶ λεγοίτο Θεός τε ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός; ἀλλ' οὐκ ὧδε πάντ' ἔχειν Νεστορίῳ δοκεῖ· πέφανται δὲ μᾶλλον ὁ σκοπὸς αὐτῷ πρὸς πᾶν τοὐναντίον. ἔφη γοῦν ἐπ' ἐκκλησίας ὀξηλοίμου· διὰ τοῦτο καὶ Χριστὸς ὁ Θεὸς λόγος ὀνομάζεται, ἐπειδήπερ ἔχει τὴν συνάφειαν τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν διηνεκῆ. καὶ πάλιν· ἀσύγχυτον τοίνυν τὴν τῆς φύσεως τρόπον συνάφειαν· ὁμολογῶμεν τὸν ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸν· σεβώμεν τὸν τῇ θείᾳ συναφείᾳ τῷ παντεκράτορι Θεῷ συμπροσκυνούμενον ἄνθρωπον. ὁρᾷς * οὖν, ὅσον ἔχει τὴν ἀπηχὴς ὁ λόγος αὐτῷ; δυσσεβείας γὰρ τῆς ἀνωτάτω μεμέστωται. * Θεὸν μὲν ἰδικῶς ὀνομάζεσθαί φησι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, ἔχειν δὲ τὴν συνάφειαν τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν διηνεκῆ. ἆρ' οὖν οὐ δύο Χριστοὺς σιαρρήδην λέγει; οὐκ ἄνθρωπον Θεῷ συμπροσκυνούμενον σέβειν, ἐκ οἷόν τε ὅπως, ὁμολογεῖ, πῶς οὖν ἀδελφὰ τοῖς παρ' ἐκείνων ὁρᾶται; οὐκ ἀνηρεθέντα ἔχει πρὸς ἄλληλα τῶν ἐννοιῶν τὴν δύναμιν; ὁ μὲν γὰρ δύο φησὶν σιαρρήδην, οἱ δὲ Χριστὸν σῶα, καὶ υἱὸν, καὶ Θεὸν, καὶ κύριον ὁμολογοῦσι προσκυνεῖν, τὸν αὐτὸν ἐκ πατρὸς κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. δύο μὲν γὰρ φύσεων σῴζειν γενέσθαι φαμεν. πλὴν ἕνα Χριστὸν, καὶ ἕνα υἱὸν, καὶ ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν σαφῶς. γέγονε γὰρ σαρξ ὁ λόγος κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ σύμβασιν οἰκονομικὴν, καὶ ἀπόρρητον ἀληθῶς πεπόνθαί φαμεν ἀνομοίων πραγμάτων εἰς ἕνωσιν ἀδιάσπαστον. οὐ γάρ τι κατά τινας τῶν ἀρχαιοτέρων

* ἐδαμῶς.

* ἀδιαστάτον.

* ἔχει τὴν.

* Χριστὸν μὲν γὰρ ἰδικῶς.

A sum: at vero Deum ex ipsa genitum esse, id nusquam edoctus sum. Et in alia quadam expositione rursum: Nusquam igitur divina scriptura Deum ex Christipara virgine genitum esse dicit, sed Jesum Christum, Filium, dominum.) Quod autem dum ista dicit, illum qui unus est, in duos filios divellat; & alium quidem Verbum, quod ex Patre genitum est, seorsum per se sumptum, Filium & Christum & dominum dicat; alium rursus seorsum per se Filium & Christum & dominum, qui e sancta virgine natus est, cui dubium esse potest, cum hoc ipsum ille tantumnon clara voce clamet? Illi autem sanctam virginem deiparam nominant,

B unumque Filium & Christum & dominum esse prædicant; perfectum in divinitate, perfectum in humanitate, eo quod caro illius intelligente anima fuerit animata. Quod enim non alium esse dicant Filium, illud ex Deo Patre Verbum, & alium rursus illum ex sancta virgine natum, sicuti Nestorio videtur, sed potius unum eumdemque, id perfacile ex iis quæ consequuntur, cognoscere licet. Explanantes enim quinam sit, adiciunt, quod perfectus ut Deus, & perfectus etiam ut homo: qui ante sæcula secundum divinitatem

C natus ex Patre, novissimis autem diebus propter nos & propter nostram salutem ex sancta virgine secundum humanitatem: idem Patri consubstantialis secundum divinitatem, & nobis coessentialis secundum humanitatem. Minime itaque unum Filium & Christum & dominum Jesum in duos dividunt; sed eumdem esse dicunt illum qui ante sæcula, & qui postremis temporibus, mirum illum ex Deo Patre ut Deum, ex muliere secundum carnem ut hominem. Quomodo enim nobis secundum humanitatem coessentialis intelligatur, qui, secundum divinitatem inquam, ex Patre genitus est, nisi idem Deus simul & homo esse intelligatur ac dicatur? Hæc vere longe aliter se habere Nestorio videntur: imo vero ejus sententia his omnino adversatur. Itaque in ecclesia ediserens, ita dicere autus

D est: Propterea etiam Deus Verbum nominatur Christus, quia perpetuam cum Christo conjunctionem habet. Rursum: Incontusam itaque naturarum copulam retineamus. Confiteamur in homine Deum: veneremur hominem illum, qui propter divinam cum omnipotente Deo conjunctionem simul adoratur.) Audis igitur quam absurde loquatur? Equidem plena impietatis est ejus oratio. Docet namque Dei Verbum seorsum per se Deum nominari; habere autem cum Christo perpetuam copulationem. Num igitur non duos Christos apertissime dicit? Nonne hominem una cum Deo adorandum nescio quomodo se colere profitetur? Numquid ista ita cognata vide-

E tur, quæ ab orientalibus sunt posita? Nonne sententiis pugnant? Ille namque duos Christos diserte ponit; illi vero unum tantum Christum & Filium & Deum & dominum se adorare confitentur: eumdem ex Patre secundum divinitatem, & ex sancta virgine secundum humanitatem. Nam etsi duarum naturarum unionem factam prædicemus; unum tamen Christum, & unum Filium, & unum dominum perspicue profitemur. Verbum enim factum est caro secundum scripturas, coitionemque dispensatoriam, & revera inefabilem,

bilem factam esse dissimilium rerum ad invicem unionem fatetur. Neque enim cum priscis quibusdam hæreticis Dei Verbum ex propria, hoc est, ex divina natura corpus sibi construxisse putabimus: sed divinis scripturis ubique adhærentes, ex sancta virgine carnem accepisse constanter affirmamus. Quapropter ea ex quibus est unus & solus Filius ac dominus Jesus Christus, dum cogitationibus apprehendimus, duas quidem naturas unitas esse dicimus; verum post hanc adunationem, tanquam sublata jam in duos sectione, unam esse credimus Filii naturam, tanquam unius, verum inhumanati & incarnati. Cum ergo Deus Verbum inhumanatum & incarnatum dicatur, procul facessat omnis conversionis suspicio (manet enim quod erat) & unio confusionis omnis plane expers a nobis agnoscatur. Verum dicent forte adversarii: En manifeste qui rectæ fidei confessionem edunt, duas naturas nominant, ac pro illarum discrimine, theologorum voces distingui asserunt. Quomodo autem hæc tuæ assertioni non adversantur? Neque enim pateris, ut duabus personis, hoc est, subsistentiis, illorum voces ascribantur. Sed bona vestra venia dicam, in duodecim capitibus hunc in modum scripsimus: Si quis duabus personis, id est subsistentiis voces distribuit; & alias quidem tanquam homini seorsum a Verbo, quod ex Deo Patre est, intellecto accommodat; alias vero, ut quæ Deum deceant, soli Dei Patris Verbo, adaptat, damnationi sit ille obnoxius. Quamvis ergo eos damnemus, qui voces ita secernunt, ut alias seorsim Dei Verbo ex Patre nato, alias rursum seorsim homini ex muliere orto adscribant: vocum tamen differentias nullatenus sustulimus. Unam enim Verbi naturam esse certissimum est; sed eam incarnatam & humanatam novimus, ut jam dixi. Quo autem modo incarnata sit & humanata, si quis curiosius inquirat, ei considerandum erit, Verbum quod ex Deo est, formam servilem accepisse, & in similitudinem hominum factum fuisse, sicut scriptum est. Atque secundum hoc unum intelligi licet naturarum sive substantiarum discrimen. Non enim idem sunt secundum naturalem qualitatem divinitas & humanitas. Alioqui quomodo Verbum, quod Deus erat, exinanitum est, seipsum ad minorationem demittens, hoc est, ad naturæ nostræ conditiones? Cum itaque incarnationis modus studiose inquiritur, duo prorsus ineffabiliter & citra confusionem inter se unita, mens humana considerat, attamen unita neutiquam disjungit; sed unum ex utroque & Deum & Filium & dominum existere credit, & convenienter admittit.

At vero Nestorii prava sententia ab hac doctrina est plane diversa. Nam etsi Deum Verbum incarnatum, hominemque factum confiteri simulet; attamen incarnationis virtutem ignorans, duas naturas nominat, eatque a se invicem divellit, Deum seorsum ponens, & itidem seorsum hominem habitudine quadam Deo conjunctum: per solam honoris æqualitatem, seu auctoritatem. Hæc enim sunt verba illius: Inseparabilis est Deus a visibili: unde honorem ejus qui non separatur, non separo: separo naturas, sed conjungo adorationem.) At vero Antiocheni fratres ea ex quibus Christus constitutus in-

Hoc ad textum Cyrilli Mariani explicatur in commonitorio ad Emilianum. Extat in Concilio Chalcedon. Act. 1.

Act. 4.

αἱρετικῶν, ἐξ ἰδίας λαβόντα φύσεως. τυπτέτω τῆς θείας, ἑαυτῷ κατασκευάσαι τὸ σῶμα τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ὑπονοήσομεν. ἑπόμενοι δὲ πανταχῇ τοῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου λαβεῖν αὐτὸν τὴν σάρκα διαβεβαιούμεθα. τούτῳ τοι τῷ, ἐξ ὧν ἐστιν ὁ εἷς, καὶ μόνος υἱός, καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστός, ὡς ἐν ἐννοίαις δεχόμενοι, δύο μὲν φύσεις ἡνῶθαι φαμεν, μιᾶς δέ γε τὴν ἕνωσιν, ὡς ἀνῃρημένης ἤδη τῆς εἰς δύο διατομῆς, μίαν εἶναι πιστεύομεν τὴν τοῦ υἱοῦ φύσιν ὡς ἑνός, πλὴν ἐνανθρωπήσαντος, καὶ σεσαρκωμένου. εἰ δὲ δὴ λέγοιτο σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι Θεὸς ὢν ὁ λόγος, διεῤῥίφθω πᾶν μακρὰν τροπῆς ὑποψία. μεμένηκε γὰρ ὅπερ ἦν. ὁμολογείσθω δὲ παρ' ἡμῶν καὶ ἀσύγχυτος παντελῶς ἡ ἕνωσις. ἀλλὰ γὰρ ἴσως φασὶν ἂν οἱ δὲ ἐναντίας. ἰδοὺ δὴ σαφῶς οἱ τῆς ὀρθῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν ποιούμενοι, δύο μὲν ὀνομάζουσι φύσεις, διῤῥῆσθαι δὲ τὰς τῷ θεηγόρῳ φωνὰς διατείνουσι κατά γε τὴν διαφορὰν αὐτῶν· εἶτα πῶς οὐκ ἐναντία πῶς τοῖς σοῖς; οὐδὲ γὰρ ἀνέχῃ προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, τὰς φωνὰς διανέμειν. ἀλλ' ὦ βέλτιστοι, φαίην ἂν, γεγράφαμεν ἐν τοῖς κεφαλαίοις· εἴ τις προσώποις δυσὶν, ἤγουν ὑποστάσεσι, διανέμει τὰς φωνὰς, καὶ τὰς μὲν, ὡς ἀνθρώπῳ παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον ἰδικῶς νοουμένῳ προσάπτει, τὰς * δὲ ὡς θεοπρεπεῖς μόνῳ τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγῳ, οὗτος ἔσται κατάκριτος. φωνῶν δὲ διαφορὰς κατ' ἐδένα τρόπον ἀνῃρήκαμεν. εἰ καὶ ἀπόβλητον πεποιήμεθα τὸ μερίζειν αὐτὰς, ὡς υἱὸν κατιμόνας τῷ ἐκ πατρὸς λόγῳ, καὶ ὡς ἀνθρώπῳ κατιμόνας πάλιν υἱὸν νοουμένῳ τῷ ἐκ γυναικός· μία γὰρ ὁμολογουμένως ἡ τοῦ λόγου φύσις. ἴσμεν δὲ, ὅτι σεσάρκωται τε, καὶ ἐνηνθρώπησε, καθάπερ ἤδη προεῖπον. τὸν δὲ τρόπον, ὃν ἐσαρκώθη τε, καὶ ἐνηνθρώπησεν, εἰ περιεργάζοιτό τις, κατιδήσεται ἂν τὸν ἐκ Θεοῦ Θεὸν λόγον δούλου τε λαβόντα μορφὴν, καὶ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γεγονότα, καθὰ γέγραπται* καὶ κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο ἔστιν νοηθῆναι ἂν ἡ τῶν φύσεων, ἤγουν ὑποστάσεων διαφορά. ὁ γάρ τοι τοιοῦτον ἐν ποιότητι φυσικῇ θειότης, καὶ ἀνθρωπότης. ἐπεί πῶς κεκένωται Θεὸς ὢν ὁ λόγος, καθεὶς ἑαυτὸν ἐν μειώσει, τοῦτ' ἔστιν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς; ὅταν τοίνυν ὁ τῆς σαρκώσεως πολυπραγμονῆται τρόπος, δύο τὰ ἀλλήλοις ἀπορρήτως τε, καὶ ἀσυγχύτως συνηνωμένα καθ' ἕνωσιν ὁρᾷ δὴ πάντως ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, ἑνωθέντα γε μὴν διίστησιν οὐδαμῶς. ἀλλ' ἕνα τὸν ἐξ ἀμφοῖν, καὶ Θεὸν, καὶ υἱὸν, καὶ Χριστὸν, καὶ κύριον * εἶναί τε, καὶ πιστεύει, καὶ * ἀναρρόπως εἰσδέχεται.

Ἑτέρα δὲ παντελῶς παρὰ ταύτην ἡ Νεστορίου * κακοδοξία. ὑποκρίνεται μὲν γὰρ ὁμολογεῖν, ὅτι καὶ ἐσαρκώθη, καὶ ἐνηνθρώπησε Θεὸς ὢν ὁ λόγος, τὴν δέ γε τοῦ σεσαρκῶσθαι δύναμιν οὐκ εἰδὼς, δύο μὲν ὀνομάζει φύσεις, * ἀποδιαιρεῖ δὲ ἀλλήλων αὐτὰς, Θεὸν ἰδίᾳ τιθεὶς, καὶ ὁμοίως ἄνθρωπον ἀπὸ μέρους, συναφθέντα Θεῷ σχετικῶς, κατὰ μόνην τὴν ἰσοτιμίαν, ἤγουν αὐθεντίαν. ἔφη γάρ ὅπως· ἀχωρίστως τοῦ φανεροῦ Θεοῦ. διὰ τοῦτο τοῦ μὴ χωριζομένου τὴν τιμὴν ὁ χωρίζω· χωρίζω τὰς φύσεις, ἀλλ' ἑνῶ τὴν προσκύνησιν. οἱ δέ γε κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἀδελφοὶ, τὰ μὲν ἐξ ὧν ἐστι Χριστὸς, ὡς ἐν ψιλαῖς

B

C

D

E

* δὲ θεοπρεπεῖς.

Φιλιππ. 2.

* ἀναρρόπως.

* ἀποδιαιρεῖ.

καὶ μόναις ἐννοίαις ἐνεχείρουν, φύσεων μὲν ἐφήκασι διαφορὰν, ὅτι μὴ πεπίστευν, ὡς ἔφην, ἐν θεότητι ἀνθρωπότης, καὶ ἀνθρωπότης. οὐκοῦν μίαν υἱόν, καὶ Χριστὸν, καὶ κύριον, καὶ ὡς υἱὸς ὄντος ἀληθῶς, ἐν αὐτῷ καὶ τὸ πρόσωπον εἶναι φασίν· μερίζεται δὲ κατ' ἐδόξα τρόπον τὰ λεγόμενα· ὅτε μὲν φυσικὴν παρεδέχοντο τῶν διαιρέσεων, καθὰ φρονεῖν ἐδόκουν τὸν τῆς ἀθλίων δόγματος εἰσηγητὴν· ὀχωρεῖσθαι δὲ μόνας διατείνουσι τὰς ἐπὶ τῷ κυρίῳ φωνάς· ἀνθρώπειν τίφησιν αὐτὰς, ἃ τὰς μὲν ὡς υἱῷ καταμόνας τῷ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγῳ, τὰς δὲ ὡς ἑτέρῳ πάλιν υἱῷ τῷ ἐκ γυναικός. ἀλλὰ τὰς μὲν τῇ θεότητι αὐτῷ, τὰς δὲ πάλιν τῇ ἀνθρωπότητι αὐτῷ. Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος· εἶναι δὲ φασι καὶ ἑτέρας κεκοινωνηθείσας τρόπον τινὰ, καὶ οἷον ἐπ' ἀμφοῖν βλεπούσας, θεότητι, καὶ ἀνθρωπότητι λέγω. οἷον δή τι φημί· αἱ μὲν γὰρ εἰσὶ τῶν φωνῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεῖς, αἱ δὲ ὅπερ πάλιν ἀνθρωποπρεπεῖς. αἱ δὲ ὅτι μάλιστα μέσιν τινὰ τάξιν ἐπέχουσιν, ἐμφανίζουσι τὸν υἱὸν Θεὸν ὄντα καὶ ἄνθρωπον ὁμοῦ τε, καὶ ἐν τούτῳ. ὅταν μὲν γὰρ τῷ Φιλίππῳ λέγῃ· τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἐγνωκάς* με Φίλιππε; ἢ πιστεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· θεοπρεπέστερον εἶναι διαβεβαιούμεθα τῷ φωνῷ. ὅταν δὲ τοῖς Ἰουδαίοις ἐπιπλήττῃ δήμοις ἐκεῖνο λέγων· εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν· νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησεν· ἀνθρωποπρεπῶς ἐρῆσθαι τοιαῦτα φαμὲν, πάλιν τοῦ εἷς υἱοῦ τοῦ θεοπρεπεῖς, καὶ μόνου τοῦ ἀνθρωπίνας· Θεὸς γὰρ ὢν γέγονεν ἄνθρωπος, οὐ τοῦ εἶναι Θεὸς ἀφεὶς, ἐν τοῖς φέρει δὲ μᾶλλον σαρκὸς, καὶ αἵματος γεγονώς· ἐπειδὴ δὲ εἷς ἐστιν υἱὸς, καὶ Θεὸς, καὶ κύριος, ἓν αὐτὸν καὶ πρόσωπον εἶναι φαμὲν ἡμεῖς τε, καὶ κἀκεῖνοι. μέσας δὲ εἶναι φωνὰς ἐκείνας διαβεβαιούμεθα. οἷον ὅταν ὁ μακάριος Παῦλος γράφῃ· Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς, καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. καὶ πάλιν· ὧν οἱ πατέρες εἰσὶ θεοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ εἴτε τοῦ οὐρανοῦ καὶ * ἐν τῇ γῇ. ἀλλ' ἡμῖν * εἷς Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ἐξ αὐτοῦ· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. καὶ πάλιν· εὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται, ὧν ἐστιν ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ διαθήκη, καὶ ἡ δόξα· ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν. ἰδοὺ γὰρ, ἰδοὺ Χριστὸν Ἰησοῦν ὀνομάσας, χθὲς, καὶ σήμερον τὸν αὐτὸν εἶναί φησι, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ δι' αὐτοῦ γεγονέναι τὰ πάντα· καὶ τὸν κατὰ σάρκα ἐξ Ἰουδαίων, ἐπὶ πάντων ὀνομάζει Θεόν· καὶ μόνον καὶ εὐλογητὸν εἶναί φησιν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Μὴ τοίνυν διέλης ἐν * τούτοις τοῖς ἐπὶ τῷ κυρίῳ φωνάς. ἔχουσι γὰρ ἐν τούτῳ τὸ θεοπρεπὲς, καὶ τὸ ἀνθρωπινον. ἐφάρμοσον δὲ μᾶλλον αὐτὰς, ὡς οἰκείᾳ τῷ υἱῷ, τουτέστι τῷ Θεῷ λόγῳ σεσαρκωμένῳ. ἕτερον τοίνυν ἐστὶ τὸ διαιρεῖν τὰς φύσεις, καὶ τοῦτο μὴ τοῦ ἑνὸς ἔνωσιν, καὶ κατὰ μόνην ἰσοτιμίαν σωνῆφθαι λέγειν

A telligitur, simplici solaque cogitatione complectentes, naturarum quidem differentiam dixerunt, (neque enim, ut supra dicebam, idem naturali qualitate sunt divinitas & humanitas) attamen unum Filium & Christum & dominum agnoscunt; & tanquam unus vere sit, unam quoque esse ejusdem personam dicunt: quæ vero inter se unita sunt, ea nullo pacto distrahunt. Sed neque ullam naturalem divisionem recipiunt; ut intellectum inventionum auctori tentire placuit: solas autem voces, quæ de Christo dicuntur, secernendas contendunt: competere autem eas asserunt, non alias quidem Dei Patris Verbo tanquam filio seorsim per se posito; B alias vero illi ex muliere genito, tanquam alteri rursus distincto filio; sed alias quidem divinitati illius, alias rursum humanitati. Unus enim idemque simul Deus & homo existit. Addunt nihilominus, quasdam esse quodammodo communes, & velut ad utramque naturam spectantes, divinitatem inquam & humanitatem. Quod dico, ejusmodi est. Voces quædam divinitati potissimum conveniunt; aliæ autem magis ad humanitatem pertinent: aliæ denique quasi mediæ Filium Deum & hominem simul & in eodem esse declarant. Etenim cum Philippo dicit: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovisti me Philippe? Non credis quia ego in Patre, & Pater* Joan. C *in me est? Qui videt me, videt & Patrem. Ego & Pater unum sumus*; vocem divinitatis maxime convenientem esse affirmamus. Cum vero Judæorum populum increpans ait: *Si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ facetis. Nunc* Joan. *autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum: hoc Abraham non fecit*: ejusmodi exponi dicimus, quæ homini proprie competunt. Verumtamen & illæ quæ divinitati conveniunt, & illæ rursum voces quæ ad humanitatem pertinent, uni tantum Filio adscribuntur. Cum enim Deus esset, homo factus est, divinitate non amissa, sed carne & sanguine assumptis. Quoniam vero unus est Filius & Deus & dominus, unam quoque tan- D tum personam, tam nos quam ipsi agnoscimus. Medias autem voces illas esse asseveramus, ut cum beatus Paulus scribit: *Jesus Christus heri & Hebr.* *hodie, idem & in sæcula*: & iterum: *Si quidem* 1. Cor. *sunt dii multi & domini multi in cœlo & in terra*; Rom. *nobis tamen unus est Deus Pater, ex quo omnia, & nos ex ipso: & unus dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum*: & alibi iterum: *Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum est adoptio filiorum, & legislatio, & testamentum, & gloria; quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen*. En Christum E Jesum nominans, heri & hodie & in sæcula eumdem esse asserit: & per ipsum omnia facta esse ait: & illum, qui secundum carnem ex Judæis est, Deum super omnia appellat, in sæcula esse benedictum affirmat.

In his igitur ejusmodi voces, quæ de domino prædicantur, ne dividas: simul enim in eodem complectuntur & quod Deo & quod homini convenit: sed adapta illas ut uni Filio, hoc est incarnato Dei Verbo. Aliud est ergo naturas ipsas dirimere, idque post adunationem, hominemque secundum solam honoris

aequalitatem Deo conjunctum esse asserere; aliud rursum, vocum differentiam agnoscere. Quomodo igitur illorum dicta Nestorianis * vocum novitatibus congruunt? Nam etiamsi dictionum structura; sententiarumque enunciatio ejusmodi sit, ut a subtiliore illa diligentia nonnihil recedere quibusdam videatur, non est valde mirum: etenim non parum difficile est hæc apte explicare. Nam & divinus Paulus sermonem a Deo in oris sui apertione quærit. Quod enim unum dominum Jesum Christum in duos non dividant, cum si voces illas quæ Deo conveniunt, divinitati ejus, alias rursum quæ homini competunt, humanitati illius aptandas esse dicant, quis dubitat? Affirmant enim, ut ante dixi, ipsum illud Dei Patris Verbum, quod ante sæcula genitum est, postremis temporibus ex sancta virgine secundum carnem natum esse. Addunt autem, propter inenarrabilem illam inconfusamque unionem etiam sanctam virginem deiparam esse se credere; nec non unum Filium & Christum & dominum aperte profitentur, Id autem omnino improbabile putare, eos, cum unum dicant, in duos nihilo minus illum unum dividere. Nec enim ita insaniunt, ut transgressores seipsos constituant, inconsulte ea reædificantes, quæ recte everterant. Si enim Nestorii opinionibus consentiunt, quomodo illas tanquam profanas & detestandas anathematizant? Arbitror autem causas quoque assignandas esse propter quas orientales ad eam dicendi subtilitatem devenerint. Quia enim Arianæ impietatis propugnatores, vim veritatis impie adulterantes, Dei Verbum hominem quidem factum fatentur; attamen inanime corpus sibi adjunxisse nugantur (faciunt hoc autem malitiose; ut duni voces humanæ naturæ convenientes illi tribuunt, iis quos in fraudem addunerant, infra Patris excellentiam constitutum, & non eumdem cum Patre substantiæ esse offendant ac persuadeant) eam ob cautam veriti orientales, ne qua ratione Verbi Dei gloria & natura propter ea quæ ob suscepiam cum carne dispensationem humano more de illo prædicantur, detrimentum acciperet, voce discernunt: non quidem unum Filium ac dominum in duos scindentes, ut dixi; sed alias quidem illius divinitati, alias vero eiusdem humanitati, omnes tamen uni eidemque personæ assignantes. Audivi autem reverendissimum, piissimumque Joannem Antiochenum episcopum familiaribus quibusdam scripsisse, me oportere docere, claraque voce profiteri quidem naturarum differentiam, sed voces pro naturarum convenientia dividere, & ob eam cautam nonnulli graviter offenduntur. Erat itaque necessarium, ut & de hac quoque re nonnulla exponerem. Novit integritas tua, eos qui Apollinarii dogmatis notam e, effolis meis inusserunt, opinatos esse, me sanctum Christi corpus inanime esse dicere: ex mixtionem, vel confusionem, vel concretionem, vel mutationem Dei Verbi in carnem fuisse factam; aut certe in divinitatis naturam transisse carnem, ita ut nihil jam permanserit purum & impermixtum, neque id ipsum sit quod est. Opinati sunt & Arii quoque blasphemiis me assentiri, propterea quod vocum differentiam nolim agnoscere, & alias divinitati, alias vero humanitati convenire (ut

A ἄνθρωπον Θεῷ, καὶ ὁμοίως ἕτερον τὸ φωνῶν εἰδέναι διαφοράν· πῶς τοιγαροῦν τοῖς Νεστοριανοῖς * καινοφωνίαις τὰ ἐκείνων * συμβέβηκε; εἰ γὰρ καὶ τισι δοκεῖ τῆς λέξεως ἡ συνθήκη, καὶ τῆς * νοημάτων ἡ φορὰ τῆς ἰσχυρᾶς ἄγαν ἀκριβείας * ἀπολιμπάνεσθαι, θαυμαστὸν οὐδέν. δυσκαφώνητα γὰρ τὰ τοιάδε λέγειν. τοιγαρτοῖ, καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐζήτει παρὰ Θεοῦ λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος αὐτοῦ. ὅτι γὰρ οὐ μερίζουσιν εἰς δύο τὸν ἕνα Ἰησοῦν Χριστὸν, χρῆναι λέγοντες ἁρμόζεσθαι τὰς φωνὰς, τῇ μὲν θεότητι αὐτοῦ τὰς θεοπρεπεῖς, τῇ δὲ ἀνθρωπότητι, πάλιν αὐτῇ τὰς ἀνθρωπίνας, πῶς οὐ πᾶσιν ἐναργές; διαβεβαιοῦνται γὰρ, ὡς ἔφην, ὅτι αὐτὸς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, γεννηθεὶς πρὸ αἰώνων, καὶ ἐν ἐσχάταις καιροῖς ἐγεννήθη κατὰ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, προσεπάγουσι δὲ, ὅτι διὰ τὴν ἄφραστον, καὶ ἀσύγχυτον ἕνωσιν καὶ θεοτόκον εἶναι πιστεύουσι τὴν ἁγίαν παρθένον· καὶ ἕνα υἱὸν, καὶ Χριστὸν, καὶ κύριον ὁμολογοῦσι σαφῶς. ἀπιθανὸν δὲ παντελῶς τὸ, καὶ ἕνα λέγειν, καὶ διαιρεῖν εἰς δύο τὸν ἕνα, νομίζειν αὐτοὺς. ὁ γὰρ * ἂν εἰς τοῦτο προέλθοι ἀπονοίας, ὡς παραβάτας ἑαυτοὺς συνιστᾶν, ἃ καταλυσαν ὀρθῶς, οἰκοδομοῦντες ἀβουλῶς. εἰ γὰρ τοῖς Νεστορίου συμφέρο τι δόξαις, πῶς αὐτὰς ἀναθεματίζουσι ἀναιδῶς, καὶ μυσαρῶς. Οἶμαι δεῖν καὶ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, δι' ἃς εἰς τοῦτο προέλθοι * ἰσχυροφωνίας. ἐπειδὴ γὰρ οἱ τῆς Ἀρείου δεισιδαιμονίας ἐπαιοῦσι, τῆς ἀληθείας τὴν δύναμιν ἀσεβῶς ἐκκαπηλεύοντες, τὸν ἐκ Θεοῦ φασι λόγον γεγενῆσθαι μὲν ἄνθρωπον; πλὴν ἄψυχον προσγεγενῆσθαι σώματι· πρᾶττουσι δὲ τοῦτο φιλοκακούργως, ἵνα τὰς ἀνθρωπίνας φωνὰς αὐτῷ προσνεμόντες, ὡς ἂν μὴ σὺν ὅτι τῆς τοῦ πατρὸς ὑπεροχῆς τοῖς παρ' αὐτῷ πλαττομένοις ἐπιδεικνύωσιν, ἑτεροφυᾶτε αὐτὸν εἶναι λέγουσι, τοιγαρτοῖ δεδιότες οἱ ἐκ τῆς ἀνατολῆς, μὴ ἁρπαγὴ τοῦ Θεοῦ λόγου * καταπεμπόμενοι δόξαν τε, καὶ φύσιν ἀπόγε τῆς ἀνθρωπίνης ἐνεργείας διὰ τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίαν, διαιροῦσι τὰς φωνὰς, οὐκ εἰς δύο τεμνόντες, ὡς ἔφην, τὸν ἕνα, καὶ κύριον, ἀλλὰ τὰς μὲν τῇ θεότητι αὐτοῦ προσνεμόντες, τὰς δὲ τῇ ἀνθρωπότητι πάλιν τῇ αὐτοῦ. πλὴν τὰς ἁπάσας ἑνί. ἐπιθυμῶ δὲ, ὅτι γεγράφασι τῆς ἐπιστολῆς ὁ ἀλαθέστατος, καὶ θεοσεβέστατος Ἰωάννης ἐπίσκοπος, ὡς ἀναγκαῖον ἐμοὶ σαφῶς διδάξαι, καὶ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ, ὁμολογεῖν μὲν τὴν φύσεων τὸ διάφορον, διαιρεῖν δὲ τὰς φωνὰς κατὰ λόγον τῆς φύσεως· καὶ ἔτ' αὐτὸ δὴ τοῦτο σκανδαλίζεσθαί τινες. ἦν οὖν ἀναγκαῖον καὶ περὶ τούτου ἡμᾶς εἰπεῖν. οὐκ ἠγνόησας ἡ σὴ τελειότης, ὅτι τῆς Ἀπολιναρίου δόξης τὸν μῶμον τῇ ἐμῇ κατηγορήσαντες ἐπιστολῇ, ᾠήθησαν, ὅτι καὶ ἄψυχον εἶναι φημι τὸ ἅγιον σῶμα Χριστοῦ· καὶ ὅτι κρᾶσις, ἢ συγχύσις, ἢ φύρμος, ἢ μεταβολὴ τοῦ Θεοῦ λόγου γεγένηται εἰς τὴν σάρκα, ἢ γοῦν τῆς σαρκὸς μετεφοίτησις εἰς φύσιν θεότητος, ὡς μηδὲν ἔτι σῴζεσθαι καθαρὸν, μήτε μὴν εἶναι ὃ ἐστιν. ᾠήθησαν δὲ πρὸς τούτῳ καὶ τοῖς Ἀρείοις συμφέρεσθαί δυσφημίαις, διὰ τοῖ τὸ μὴ ἐθέλειν διαφορὰν εἰδέναι φωνῶν, καὶ τὰς μὲν εἶναι λέγειν θεοπρεπεῖς, τὰς δὲ ἀνθρωπίνας, καὶ ἀνεπούσας

μάλ-

B

C

D

μᾶλλον τῇ οἰκονομίᾳ τῆς σαρκός. ἐγὼ δὲ ὅτι τῷ τοιούτῳ ἀπήλλαγμαι, μαρτυρήσειεν ἂν ἑπτοῖς ἡ τῆς πλειότης: ἀλλὰ δεῖ σκανδαλιζομένοις ἀπολογήσασθαι. πιστὴ τοι γέγραφα πρὸς τὰ θεοσεβείας αὐτῶν, ὡς ὅτε περφρονήσαί ποτε τοῦ Ἀρείου, καὶ Ἀπολιναρίου, ὅτι μὴ μεταποιεῖσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον εἰς σάρκα φημί, ἀλλ' οὐδὲ εἰς φύσιν θειότητος * μεταφυῶναι τὰ σάρκα, ὅθεν τὸ ἀξίωμα εἶναι, καὶ ἀναλλοίωτον τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον. ἀνέφικτον δὲ καὶ τὸ ἕτερον. ὅτι μὰ ἀνήρηκά ποτε φωνῶν διαφορὰς· ἀλλ' οἶδα τὸν κύριον θεοπρεπῶς τε, καὶ ἀνθρωπίνως ἅμα διαλεγόμενον. ἐπεὶ περ ἐστὶν ὁ τοῦτο Θεὸς, καὶ ἄνθρωπος. οὐκ ἐμὸν αὐτὸ δὴ τοῦτο καταστῆσαι θέλων, γέγραφεν· ὅτι * ἐδίδαξεν ὁμολογῶν ἐν φύσεσιν τὸ διάφορον, καὶ διαιρεῖ τὰς φωνὰς καταλλήλως τοῖς φύσεσιν. αἱ δὲ τοιαῦται διαλέξεις ἐμαὶ μὲν οὐκ εἰσίν, ἐξεφωνήθησαν δὲ παρ' αὐτοῦ.

Κἀκεῖνο δὲ εἶναι τοῖς εἰρηνικοῖς * προσεπεγνῶν ἀναγκαῖον. ἀφίκετο γὰρ πρός με ὁ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος Παῦλος τῆς Ἐμισηνῶν. εἶτα λόγοις κεκινημένοις περὶ τῆς ὀρθῆς, καὶ ἀμώμητος πίστεως, διεπυθάνετο με, εἰ μάλα ἐσπουδασμένως, εἰ * συναινῶ τοῖς γραφεῖσι παρὰ τοῦ τῆς ἀοιδίμου μνήμης, καὶ τεισμακαρίου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου πρὸς Ἐπίκτητον ἐπίσκοπον τῆς Κορινθίων. ἐγὼ δὲ ἔφην· ὅτι εἰ σώζεται παρ' ὑμῖν ὁ νοσοθέμενον τὸ γράμμα· παραπεποίηται γὰρ ἐν αὐτῷ πολλὰ παρὰ τῆς τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν. συναινέσαιμι ἂν πάντῃ τε, καὶ πάντως. ὁ δὲ πρὸς τοῦτο ἔφασκεν, ἔχειν μὲν καὶ αὐτὸς τὰ ἐπιστολίου, βέλεσθαι δὲ καὶ ἐκ τῆς παρ' ἡμῖν ἀντιγράφων πληροφορηθῆναι, καὶ μαθεῖν, πότερόν ποτε τὰ αὐτῷ βιβλία παρεποιήθη, ἢ μή. καὶ δὴ καὶ λαβὼν ἀντίγραφα παλαιὰ, καὶ οἷς ἐπεφέρετο συμβολῶν, ἔρεισκε τοῦτο νενοθεμένα· καὶ προέξειν ἐκ τῆς παρ' ἡμῖν βιβλίων ἴσα ποιῆσαι, πέμψαι τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ· ὃ δὴ καὶ γέγονε· καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ γέγραφεν ὁ Δαμασκηνὸς ἐπίσκοπος Ἰωάννης τῷ * Καρίῳ περὶ ἐμοῦ· ὅτι ἐξέθετο τὰ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως, συνυφάνας ἡμῖν καὶ τὰ παρ' ὧν παρέδοσιν, μικρὸν καὶ ἐξ ἀνθρώπων, ἵν' ὅπως εἴπω, γένοιτο * κινδυνεύσασαν. ἐὰν δὲ * περιχομίζωσί τινες ἐπιστολὴν, ὡς γραφεῖσαν παρὰ τοῦ Δαμασκηνοῦ πρεσβυτέρου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Φιλίππου, ὡσανεὶ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Ξύστου χαλεπήναντος ἐπὶ τῇ Νεστορίου καθαιρέσει, καὶ * ἀρήξαντος αὐτῷ, μὴ πιστεύετω τοῦτο ἡ σὴ ὁσιότης. σύμφωνα γὰρ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ γέγραφε, καὶ πάντα ἐβεβαίωσε τὰ παρ' αὐτῆς πραχθέντα, καὶ ἔστιν * ὁμόφρων ἡμῖν. εἰ δὲ δὴ καὶ ὡς παρ' ἐμὸν γραφεῖσα παρακομίζοιτο πρός τινων ἐπιστολὴ, ὡς μετανοοῦντος ἐφ' οἷς πεπραχαμεν κατὰ τὰ Ἐφεσίων πόλιν, γελάσθω καὶ τοῦτο· ἐσμὸν γὰρ διὰ τὴν τοῦ σωτῆρος χάριν σὺ καλῶ φρονοῦς, καὶ τοῦ εἰκότος οὐκ ἐκπεφορήμεθα λογισμοῦ. προσεμπε τὴν παρὰ σοῦ ἀδελφότητα, σὲ ἡ σὺν ἡμῖν σὲ κυρίῳ προσαγορεύει.

quæ dispensationi cum carne magis competant) nolim affirmare. Ego vero quod ab hujusmodi erroribus immunis sim, id tua integritas aliis facile testatum facere potest. Verumtamen opus erat ut illis quoque satisfieret, qui offensi fuerant. Scripsi itaque ad illius pietatem, me neque cum Ario, neque cum Apollinario sensisse unquam; neque Verbum Dei in carnem mutatum, aut e contra, carnem in divinam naturam transformatam dixisse aliquando, propterea quod Dei verbum immutabile & inalterabile sit; alterum vero impossibile: neque vocum differentias usquam negavisse, ut qui scirem dominum, modo ut Deum, modo ut hominem differere quandoquidem simul & Deus & homo est. Hoc ipsum itaque significare volens, scripsit quod docuerit confessim naturarum differentiam, vocesque pro naturarum inter se conditione distinguere. Hujusmodi autem sermones non mei sunt, sed ab ipso prolati.

Arbitror & illud quoque jam dictis addendum esse necessario. Venit ad me Paulus religiosissimus episcopus Emisenus: qui postquam de recta & inculpata fide aliquandiu sermonem contulissemus, rogavit ex me, & quidem festinanter, isne assentirer, quæ celebris memoriæ beatissimus pater noster Athanasius ad Epistetum Corinthiorum episcopum quondam scripserat. Ego vero respondi, prorsus & per omnia iis me assentiri; modo tamen scriptum illud apud vos extet incorruptum. Multa enim ab inimicis veritatis in eo depravata esse. Tum ille, se quoque epistolam illam apud se habere ajebat: velle autem ex iis quæ apud nos erant exemplaribus cognoscere, ipsorum libri corruptine sint, an secus. Porro autem cum vetusta exemplaria accepisset eaque cum illis quæ secum attulerat, contulisset, invenit illa esse adulterata; petiitque ex libris qui apud nos erant, exempla describere, ut ad Antiochenam ecclesiam transmitteret: quod & factum est. Et hoc est, quod reverendissimus ac pientissimus episcopus Joannes Careno de me scripsit; nempe quod quæ de incarnatione Christi sunt, exposuerit, patrumque una nobiscum contexuerit traditionem, quam propemodum, ut ita dicam, ex hominum animis expungi periculum erat. Quod si qui epistolam tanquam a Philippo reverendissimo Romanæ ecclesiæ presbytero scriptam attulerint perinde sonantem ac si sanctissimus episcopus Sixtus depositionem Nestorii molesse acceperit, eique opem tulerit; ne credat hoc sanctitas tua. Scripsit enim consona sanctæ synodo, omniaque illius gesta confirmavit, ac nobiscum sentit. Si qua vero etiam epistola a quibusdam circumferatur, tanquam a me de iis quæ Ephesi acta sunt, pœnitentiam agente, perscripta; & id quoque contemnatur. Nam per gratiam salvatoris nostri sana mente sumus, neque rationis usu excidimus. Fraternitatem quæ tecum est, saluta. Quæ nobiscum agit, in domino te salutat.

EXEMPLUM EPISTOLÆ SCRIPTÆ ab eodem Cyrillo ad Acacium episcopum de capro emissario.

PERLECTIS literis, quas sanctitas tua paulo ante ad me dederat, majorem in modum exhilaratus sum: ac propemodum complexus eas exosculatus sum. Eo namque mentis cogitatione ferebar, ut quodammodo coram adesse viderer: siquidem sincerorum amicorum salutationes ejus sunt efficaciæ, ut ejusmodi affectum facile pariant. Hic erat animi mei habitus: persuasum autem habeo tuam quoque pietatem non secus affectam esse. Quia vero indicandum putasti, ut non- B nulla de capro emissario edisseram, per quæ mysterium, quod in eo abditum latet, perspicuum evadat: illud præfari necesse est, cum prudentia tua satis polleat ingenio, & insignem admirandamque sacrarum literarum notitiam habeat, supervacaneum forsan esse, quemvis alium de hac quæstione verba facere. Attamen quia nihil prohibet ea dicere, quæ mihi quoque in mentem veniunt; scripsimus quidem (neque enim recusare licebat quod abs te esset injunctum;) verumtamen si ab exacta illa indagine nonnihil aberravero, veniam dabis. Nam quæ difficilia sunt ad contemplandum, difficulter explanantur, nec facile comprehenduntur. Bona nihilominus spe C tenemur fore ut per sanctitatis tuæ preces Christus hac etiam in re nos dirigat, qui profunda ex tenebris revelat, cæcosque * illuminat & verbum dat, sicut scriptum est.

Job. 12. * sapientes facit. Psal. 67.

Levit. 16. Scribitur itaque in Levitico de capro emissario hunc in modum: *Et sumet duos hircos, & statuet eos coram domino ad ostium tabernaculi testimonii: & imponet Aaron super duos hircos sortes, sortem unam domino, & sortem unam emissario, & adducet Aaron hircum, super quem supervenit sors super eum domino, & offeret pro peccato; & hircum, super quem superveniet super eum sors emissarii, statuet eum viventem coram domino, ad propitiandum super eum, ut emittat eum in emissionem: & dimittet* D *eum in desertum:* Et post alia: *Et jugulabit hircum qui pro peccato, eum qui pro populo, ante dominum, & inferet de sanguine ejus intra velum, & faciet sanguinem ejus quemadmodum fecit sanguinem vituli, & asperget sanguinem ejus super propitiatorium contra faciem propitiatorii, & expiabit sanctuarium ab immunditiis filiorum Israel, & ab injustitiis eorum pro omnibus peccatis: Et sic faciet tabernaculo testimonii, quod extructum est intra eos in medio immunditiæ eorum.*) Et hæc quidem de mactato capro sanguineque suo sanctum tabernaculum sanctificante. De vivente vero ac emissario rursum sic ait: *Et adducet caprum viventem; & im-* E *ponet Aaron manus suas super caput hirci viventis, & confitebitur super ipso omnes iniquitates filiorum Israel, & omnes injustitias eorum, & omnia peccata eorum, & imponet ea super caput hirci viventis, & emittet illum in manu hominis parati in desertum. Et tollet hircus super seipsum iniquitates eorum in terram inviam: & emittet hircum in desertum.*) Omnis igitur scriptura divinitus inspirata utilis est. Nam quodcumque Deus locutus fuerit, hoc totum non potest non utile ac

Ibid. (beside "Et jugulabit")

Ibid. (beside "Et adducet")

2 Tim. 3. (beside "Omnis igitur scriptura")

A ΊΣΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗ͂Σ ΓΡΑΦΕΙ΄ΣΗΣ παρὰ τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἀκάκιον ἐπίσκοπον, περὶ τοῦ ἀποπομπαίου.

ΤΟΙ͂Σ παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος ἀρτίως * ἀπεσταλμένοις ἐντυχὼν, ἥσθην ἄγαν. * μονονουχὶ καὶ περιφυεὶς ἠσπαζόμην. γνώμης γὰρ εἰς τοῦτο προῆλθον, ὡς τάχα που μηδὲ ἀπεῖναι δοκεῖν. αἱ γὰρ τῶν γνησίων προσρήσεις ἱκαναὶ τοιαύτην ἐμποιῆσαι διάθεσιν. τὰ ἐμὰ μὲν ἐν τούτοις· πέπεισμαι δὲ, ὅτι καὶ τὰ τῆς σῆς θεοσεβείας οὐχ ἑτεροτρόπως ἔχει. ἐπειδὴ δὲ μηνῦσαι κατηξίωσας, ὡς χρὴ παρ' ἐμοῦ γενέσθαι τινὰς λόγους περὶ τοῦ ἀ- B ποπομπαίου, δι' ὧν ἔσται καταφανὲς τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον, ἀναγκαίως ἐκεῖνο φημὶ, τῆς σοῦ ἀγχινοίας ἀποχρώντως ἐχούσης τὸ εὐμαθὲς, καὶ τῶν ἱερῶν γραμμάτων εἴδησιν, καὶ οὐκ ἀθαύμαστον ἐπιστήμην, περιττὸν μὲν ἴσως τὸ λέγεσθαί τι παρ' ἑτέρου περὶ τῶν ζητουμένων. ἐπειδὴ δὲ τὸ λυποῦν οὐδὲν καὶ τὰ εἰς νοῦν * ἰόντα καὶ τὸν ἐμὸν εἰπεῖν, γεγράφαμεν· οὐ γὰρ ἦν ἀνίνασθαι τὸ ἐπιταχθέν. εἰ δὲ δὴ τῆς εἰς λῆξιν ἀκριβείας βραχύ πως ἀφαμαρτεῖν ἡμᾶς συμβαίνει, συγγνώμων ἔσο. τὰ γάρ τοι δυσπρόσιτα τῶν θεωρημάτων δυσχερῆ πρὸς διασάφησιν, καὶ οὐ ῥᾳδίαν ἔλεῖν τὴν κατάληψιν ἔχει. πλὴν ἐλπίδος ἐσμὲν οὐ μακρὰν, ὡς διὰ C τῶν τῆς σῆς θεοσεβείας εὐχῶν, καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς κατευθυνεῖ Χριστὸς, ὁ ἀποκαλύπτων βαθέα ἐκ σκότους, καὶ σοφῶν τυφλοὺς, καὶ ῥῆμα διδοὺς, ὡς λόγος.

* ἐπεσταλμένοις. (margin)

* μόνον δὲ οὐχὶ καὶ περιφυείς. (margin)

* ἐσιόντα εἰς ἐμόν. (margin)

Ἰώβ 12. Ψαλ. 67. (margin)

Λευιτ. 16. Γέγραπται τοίνυν ἐν τῷ Λευιτικῷ περὶ τοῦ ἀποπομπαίου· καὶ λήψεται τοὺς δύο χιμάρους, καὶ στήσει αὐτοὺς ἔναντι κυρίου παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου· καὶ ἐπιθήσει Ἀαρὼν ἐπὶ τοὺς δύο χιμάρους κλήρους, κλῆρον ἕνα τῷ κυρίῳ, καὶ κλῆρον ἕνα τῷ ἀποπομπαίῳ· καὶ προσάξει Ἀαρὼν τὸν χίμαρον, ἐφ' ὃν ἐπῆλθεν ὁ κλῆρος ἐπ' αὐτὸν τῷ κυρίῳ, καὶ προσοίσει περὶ ἁμαρτίας· καὶ τὸν χίμαρον, ἐφ' ὃν ἐπῆλθεν ἐπ' αὐτὸν ὁ κλῆρος τοῦ ἀποπομ- D παίου, στήσει αὐτὸν ζῶντα ἔναντι κυρίου τοῦ * ἐξιλάσκεσθαι ἐπ' αὐτοῦ· ὥστε ἀποστεῖλαι αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπομπήν. ἀφήσει αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον. καὶ μεθ' ἕτερα· καὶ σφάξει τὸν χίμαρον τὸν περὶ τῆς ἁμαρτίας, τὸν * παρὰ τοῦ λαοῦ, ἔναντι κυρίου· καὶ εἰσοίσει τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐσώτερον τοῦ καταπετάσματος· καὶ ποιήσει τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὃν τρόπον ἐποίησε τὸ αἷμα τοῦ μόσχου· καὶ ῥανεῖ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ἱλαστήριον κατὰ πρόσωπον τοῦ ἱλαστηρίου, καὶ ἐξιλάσεται τὸ ἅγιον ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων αὐτῶν ἐπὶ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν. καὶ οὕτω ποιήσει τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, τῇ ἐκτισμένῃ ἐν αὐτοῖς ἐν μέσῳ τῆς ἀκαθαρσίας αὐτῶν. καὶ E ταῦτα μὲν περὶ τοῦ σφαζομένου χιμάρου, καὶ ἁγιάζοντος τῷ αἵματι τὴν ἁγίαν σκηνήν. περὶ δέ γε τοῦ ζῶντος, καὶ ἀφιεμένου πάλιν ὧδέ φησι· καὶ προσάξει τὸν χίμαρον τὸν ζῶντα, καὶ ἐπιθήσει Ἀαρὼν τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χιμάρου τοῦ ζῶντος, καὶ ἐξαγορεύσει ἐπ' αὐτοῦ πάσας τὰς ἀνομίας τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ πάσας τὰς ἀδικίας αὐτῶν, καὶ πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· καὶ ἐπιθήσει αὐτὰς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χιμάρου τοῦ ζῶντος, καὶ ἐξαποστελεῖ ἐν χειρὶ ἀνθρώπου ἑτοίμου εἰς τὴν ἔρημον· καὶ λήψεται ὁ χίμαρος

* ἐξιλάσασθαι. (margin)

* περί. (margin)

ἐφ'

ἐφ' ἑαυτῷ τὰς ἀδικίας αὐτῶν εἰς τὴν ἄβυσσον· καὶ ἐξαποστελεῖ τὸν χίμαρον εἰς τὴν ἔρημον. Πᾶσα μὲν οὖν
2. Timoth. 3. 16. γραφὴ θεόπνευστος, καὶ ὠφέλιμος· ὁ γὰρ ἂν φθεγξηται Θεὸς, τοῦτο δὴ πάντως ἐστὶ καὶ σωτήριον. καὶ τίς μὴ ἔστιν οἷός τε συνιδεῖν τῆς ἀληθείας τὸν δύναμιν, τὸ πιότης κάλλος ὑπαντᾷ, φωτὸς δίκην ἐκφαίνον τῶν ἐν τῷ κατὰ Χριστὸν μυστηρίῳ τελουμένων· τοῖς γε μὴν οὐκ ἔχουσιν εὐβεβηκότα τὸν νοῦν, ἀλλ' οἷον ἔτι σκάζοντά τε, καὶ νηπιάζοντα, τοιαῦτα εἶεν ἂν καὶ τὰ ἐξαίρετα τῶν θεωρημάτων ὑπὸ μωμον ἔνθ' ὅτε καὶ γραφαὶ. καὶ πιότατα ἔμοιγε, τίς παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας γραφεῖσιν οὐκ ἀβασανίστως ἐντυχών. ὠήθησαν γὰρ ἴσως τῶν αὐτόθι τινὲς, τὸν μὲν ἕνα τῶν χιμάρων, ἤτοι τῶν ἐξάγων, τῷ ἐπὶ πάντων ἐκνεμηθεῖσαι Θεῷ πρὸς καθιέρωσιν, καὶ θυσίαν· τὸν γε μὴν ἕτερον ἀποπομπαίῳ τινὶ, καὶ πονηρῷ, καὶ ἀκαθάρτῳ δαίμονι πεμφθεῖσαι κατὰ τὸν ἔρημον· καὶ τοῦτο διὰ χειρὸς ἱερᾶς, καὶ ἐκ νομικοῦ θεσπίσματος. αὐτόθεν μὲν οὖν τὸ χρῆμα ἐστὶν εὐήθες τε, καὶ καταγέλαστον. φαίη δ' ἄν τις τοῖς οὕτω πιοῦσι ἔχειν ὑπεκληφόσι· καὶ τοι πῶς οὐκ ἔδει μᾶλλον ἐκεῖνο περιγνοεῖν; ὁ γὰρ τοι τῶν ὅλων δημιουργὸς, ὁ καὶ παντὸς ἐπέκεινα, καὶ νοῦ, καὶ λόγου, καὶ μόνος ὢν φύσει Θεὸς, καὶ κύριος, πῶς ἂν ἐνοίχετο κοινωνὸν ὥσπερ τινὰ τῆς * αὐτοῦ βασιλείας, καὶ δόξης τὸν ἀποστάτην εἰσδέξασθαι σατανᾶν; καί τοι λέγοντος ἀκηκόαμεν σαφῶς δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· τὴν δόξαν μου ἕτερῳ οὐ δώσω. εἰ δὲ αὐτῷ καὶ μόνῳ τὸ χρῆναι καθιεροῦν, ἃ ἂν βούλοιτο τις, ὁ διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως προσέταξε νόμος, εἶτα αὐτὸς ὁ λαλήσας τὸν νόμον κατεχρησμῴδησε δεῖν καὶ πνεύμασι πονηροῖς τὴν αὐτῷ, καὶ μόνῳ, πρεπωδεστάτην ἀπονέμεσθαι δόξαν, πῶς οὐχὶ τοῖς ἰδίοις ἀντιτάξεται λόγοις; ὁ γὰρ ἀπέφησε δρᾶν, τοῦτο γίνεσθαι προσέταττεν. ἀλλ' ἔστι τῶν ἄγαν ἐκτοπωτάτων τὸ οἴεσθαι μὲν ἀλογεῖν τῆς ὀφειλομένης αὐτῷ τιμῆς τε, καὶ δόξης τὸν τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντα Θεὸν, ἀνάψαι δὲ καὶ ἑτέροις ἐθέλειν αὐτὴν, καί τοι σαφῶς λέγοντα διὰ Μωϋσέως· κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις· καί· οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεσπέσιος Μωϋσῆς τοῖς ἄνωθεν παρὰ Θεοῦ ψηφοις εὖ μάλα * συμπράττεται· καὶ δὴ καί φησι τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· καὶ τοῦτο τὸ προσάγματα, καὶ τὰ κρίματα, ἃ φυλάξεσθε ποιεῖν ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς κύριος ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν δίδωσιν ὑμῖν σὺν κληρῷ πάσας τὰς ἡμέρας, ἃς ὑμεῖς ζῆτε ἐπὶ τῆς γῆς· ἀπολείᾳ ἀπολεῖτε πάντας τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἐλάτρευσαν ἐκεῖ τὰ ἔθνη τοῖς θεοῖς αὐτῶν, οὓς ὑμεῖς κληρονομεῖτε αὐτὸς, ἐπὶ τῶν ὀρέων τῶν ὑψηλῶν, καὶ ἐπὶ τῶν βουνῶν, καὶ ὑποκάτω δένδρου δασέος. κατεσκάψετε τοὺς βωμοὺς αὐτῶν, καὶ συντρίψετε τὰς στήλας αὐτῶν. καὶ ἄλσεα αὐτῶν ἐκκόψετε, καὶ τὰ γλυπτὰ τῶν θεῶν αὐτῶν κατακαύσετε πυρὶ, καὶ ἀπολεῖτε τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐκ τοῦ τόπου ἐκείνου. εἶτα πῶς οὐ εἰκὸς, τὸν ἐξ ἁπάντων Ἑλληνικῆς πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας μεθορμίζεσθαι φῶς διὰ Μωϋσέως προσάττοντα, καὶ εἰδώλοις ὁμοῦ τὰ τεμένη καταπιμπρᾶν, καὶ ἀναβοθρίζειν βωμοὺς, ἄλσεσι τε ἐκκόπτειν, ὡς μηδὲν τῆς ἐκείνων βδελυρίας ἀπομεῖναι λείψανον, μερίζεσθαι πρὸς αὐτὰ τὴν δόξαν. καθάπερ ἤδη προεῖπον· καὶ εἰς τοῦτο γνώμης ἐλθεῖν, ὡσε καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐκνεμηθεῖσι αὐτῷ πρὸς ἱερουρ-

* ἑαυτοῦ.

Isai. 42. 8.

Deut. 6. 13. Matth. 4. Exod. 20.

Deut. 12.

* συμπλέκεται.

A salutare esse. Equidem his qui veritatis vim contemplari possunt, venustas ejus velut coruscum quoddam lumen sese offert, mentemque ad cognitionem mysterii Christi illustrat. Quorum vero mens non firmiter incedit, sed quodammodo claudicat adhuc, & puerili est sensu, talibus etiam præcipuæ scripturarum speculationes reprehensibiles nonnunquam & culpandæ videntur. Atque hæc dico, iis quæ pietas tua scripserat, non sine attentione lectis. Nam aliqui ex illis qui illic degunt, fortasse putarunt, alterum quidem caprum vel hircum Deo, qui est super omnia, ad sacrificium hostiamque deputari; alterum vero execran-
B do cuipiam & malo immundoque dæmoni in desertum fuisse amandatum; atque hoc ipsum per sacram manum, legisque decretum. Id autem ex se omnino stultum est & ridiculum: meritoque dixerit aliquis iis qui hujusmodi opinione tenentur: Cur non illud potius cogitatis? Nam quomodo universorum opifex, qui omnem mentem ac sermonem excedit, solusque est secundum naturam Deus & dominus, satanam apostatam, regni sui ac gloriæ veluti socium consortemque admisisset? cum per quemdam sanctorum prophetarum illum clare pronunciare audiamus: *Gloriam meam alteri non dabo*. Quod si lex per sapientis-
C simum Moysen præcipit, ut quæcumque offerre quis voluerit, ea soli Deo offerat: postea idem ipse qui legem hanc tulit, manifesto oraculo sanxerit, ut gloria quæ ipsi soli maxime convenit, immundis spiritibus deferatur; qui fieri potest, ut non suis ipse verbis contrarius manifeste deprehendatur, cum hoc ipsum quod inhibuerat, fieri jubeat? Verum longe absurdissimum fuerit, si existimes, Deum, qui universorum dominium obtinet, debiti sibi honoris & gloriæ nullam curam ducere, & aliis quoque eam velle impertiri; cum per Moysen manifeste denunciet: *Dominum Deum tuum adorabis; & illi soli servies*: rursum-
D que: *Non erunt tibi dii alii præter me*. Quapropter divinus quoque Moyses * supernæ divinæque sententiæ sese conformans, his qui ex Israelitico sanguine sunt, sic dixit: *Et hæc sunt præcepta & judicia quæ custodire debetis ut faciatis ea in terra, quam dominus Deus patrum nostrorum forte daturus est vobis in possessionem cunctis diebus, quibus vivetis super terram. Perditione perdetis omnia loca, quæ forte possidebitis, in quibus coluerunt gentes deos suos, super montes excelsos, & colles, & subter omne lignum frondosum: & destruetis aras eorum, & confringetis statuas eorum, & lucos eorum excidetis, & sculptilia deorum ipsorum igni comburetis,*
E *& disperdetis nomina eorum de loco illo*. Jam quomodo probabile sit, ut qui suos ex gentilitatis errore ad veritatis lumen per Moysen traduci, atque ut idola una cum illorum templis comburerentur, nec non aræ quoque eorum subverterentur, lucique excinderentur, ne ullæ abominationum istarum reliquiæ superessent præceperat; is gloriam suam illis, ut modo ajebam, voluerit impartiri, in eamque sententiam venerit, ut ipsa quoque animantia sibi in sacrificium destinata illis sacrificare juberet, & alte-

Isai. 42.

Deut. 6. & 10. & Matth. 4. Exod. 20.

* superna divinique decretis favens. Deut. 12.

& alterum hircum in desertum emittere? Enimvero Israelem, quod vitulum in deserto erexisset, gravissime accusavit, admirandoque Moysi dicebat: *Vade, descende cito: peccavit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti; fecerunteque sibi idolum*. Quin & illis quoque qui Beelphegor initiati fuerant, quando cum Moabitarum mulieribus miscebantur, formæ illarum venustate ad defectionem irretiti, non mediocrem intulit punitionem; nam ea de causa non pauci ex illis interierunt. Esset porro divina illa inculpataque voluntas haud mediocriter culpabilis, si posteaquam illos e medio sustulerat, qui deos alienos adoraverant, Deus ipse rursum, qui suis desertoribus succenfuerat, pravam illam adversariamque potestatem donis sacrificiisque honorari jussisset: quam quidem adversariam potestatem nonnulli fortasse divinarum scripturarum vim interno occultoque mentis oculo minime penetrantes, * emissarium nominatam esse dicent. Nos vero divinis oraculis animum neque negligentem, neque segnem adhibentes, sed diligentem, & quoad ejus fieri potuit vigilantem, admirandam veritatis pulchritudinem assequi enitemur.

Exod. 32.

Num. 25.

* id est, depulsorem malorum

Dicimus igitur, universorum Deum, cum ad evertendum gentilium errores, qui multos deos colebant, eorumque illuminationem qui in tenebris sedebant, priscis illis legem suam per Moysen tulisset, nunquam passurum fuisse, ut ipsemet via & ostium, imo vero etiam doctor ac magister ad hoc ut impuri dæmones honorarentur, existeret. Proinde si accuratius ea quæ in divinis literis abdita sunt, exquisierimus, latentem veritatem reperiemus. Ceterum inspectis legalibus umbris, id dicamus par est, quod per quemdam prophetarum recte dictum est: *Quis sapiens, & intelliget hæc? quis intelligens, & cognoscet ista? Umbram enim habet lex futurorum bonorum, & non ipsam imaginem rerum*, ut scriptum est: attamen umbræ veritatem pariunt, etsi ipsæ omnino veritas ipsa non sint. Quare divinus ille Moyses velamento super faciem suam posito filios Israel alloquebatur, tantum non ipso hoc facto clamans; Decretorum legalium venustatem non in exterioribus figuris, sed in interioribus occultisque speculationibus cerni posse. Agedum igitur velamine legis ablato, depositoque operimento quod Moysi faciem exterius adumbrat, ipsam nudam veritatem contemplemur. Duos hircos offerri, & duas sortes illis inscribi præcepit: voluit autem ut alter ex illis nominaretur dominus, alter vero emissarius. Nomina itaque capris imposita, dominus, & emissarius. Designatur autem per utrosque unus & solus Filius & dominus Jesus Christus. Quo autem modo id ita sit, speculationis subtilitati, quantum fieri poterit, animum adjicientes, indicabimus. Caper itaque, vel hircus, vel hœdus, erat pro peccato sacrificium, si legis statutum spectes; siquidem sacra scriptura justum ovi, capro vero peccatorem passim comparat. Cur ita? Quia cum justus virtutum gloria abundet, merito frugifer censetur: oves autem lanigeræ sunt: recte proinde illis comparan-

Osee 14.

Heb. 10.

1 Cor. 3.

Levit. 16.

γίαν, θύειν δὲ τοῖς ἐπιτίξαι, ἀφοσίοις εἰς τὸν ἔρημον τὸν ἕπρον τῆς χιμάρου; καὶ τοι μοχθηρίσας μὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸ Ἰσραὴλ κατηγόρει σφόδρα, τῇ θεσπεσίῳ λέγων Μωσῇ· βάδιζε, κατάβηθι τὸ τάχος ἐνπεῦθεν· λωόμησε γὰρ ὁ λαός σου, ὃς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ἐποίησαν ἑαυτοῖς εἴδωλον. καὶ μὴν καὶ τοῖς τελεθεῖσιν τῇ Βεελφεγὼρ, * ὅτι τοῖς Μωαβιτῶν συνεπλέκοντο γυναιξὶ, τοῖς τῆς σωμάτων ὥραις * σεσαγηνευμένοι πρὸς ἀπόσασιν, πικρὰν ἐπαρτήσας δόρατοι δίκην. ἀπωλώλασι γὰρ ἐκ ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν τούτης ἕνεκα τῆς αἰτίας. γένοιτο δ' ἂν ἡ μικρὰ κατὰ τῆς θείας τε, καὶ ἀκαταψήκτου βουλῆς κατόρρησις, εἰ πεπτώκασι μὴν, καὶ ἀπώλοντό τινες θεοῖς ἑτέροις προσκυνήσαντες, αὐτός γε μὴν ὁ τοῖς ἀποστάταις ἐπιμηνίσας Θεὸς γεροῦν ἀξιοῦσθαι, καὶ θυσιῶν προσέταχε πονηρὰν, καὶ ἀντικειμένην δυνάμιν, ἣν ἀποπομπαῖον ὠνομάσθαι, φαῖεν ἂν ἴσως τινὲς, τὴν τῆς ἱερῶν γραμμάτων δυνάμιν τοῖς εἰς νοῦν ἔσω κεκρυμμένοις ἐκ ὁρῶντες ὄμμασιν. ἡμεῖς δὲ τοῖς θείοις θεσπίσμασιν ἐπαφιέντες τὸν νοῦν, ἐκ ἀτημελῆ, καὶ ῥάθυμον, ἀκριβῆ δὲ μᾶλλον, καὶ καθ' ὅσον οἰόν τε, φιλογρήγορον, τῆς ἀληθείας τὸ ἀξιάγαστον κάλλος φιλοθηρεῖν δ' μάλα σπουδάσομεν.

Exod. 32.

Num. 25.

* σεσαγηνευμένοι

* id est, depulsorem malorum

Καὶ δὴ καὶ φαμὲν, ὡς ὁ τῆς ὅλων Θεὸς ἐπ' ἀναξοπῆ τῆς πολυθέου πλάνης, καὶ ἐπὶ φωτισμῷ τῆς ἐν σκότῳ, κατιχρησμῳδήσας τὸν νόμον τοῖς πάλαι διὰ Μωσέως, ἐωέκετο ἂν οὐδαμῶς, ὁδὸς γενέσθαι, καὶ θύρα, μᾶλλον δὲ καὶ διδάσκαλος τοῦ χρῆναι τιμᾶν τὰς ἀκαθάρτους δαίμονας. πολυπραγμονοῦντες δὲ τι ἐν τοῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς *, κεκρυμμένοις δρήσομεν τὴν ἀλήθειαν. φέρε τοι ὁ ἂν τοῖς τοῦ νόμου σκιαῖς ἐνορῶντες εἰπεῖν τὸ δὲ ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ὀρθῶς εἰρημένον· τίς σοφὸς, καὶ συνήσει ταῦτα; καὶ συνετὸς, καὶ ἐπιγνώσεται αὐτά; σκιὰν γὰρ ὁ νόμος ἔχει τῆς μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ ἐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων, ὡς γέγραπται· πλὴν ὀδίνουσιν αἱ σκιαὶ τὴν ἀλήθειαν, * εἰ μὴ αὐτὸ ἐ πάντως εἰσὶ τὸ ἀληθές. διὰ τοῦτο καὶ ὁ θεσπέσιος Μωϋσῆς κάλυμμα ἐτίθη ἐπὶ τὸ πρόσωπον * αὐτοῦ, * προσλαλεῖ τε ἐκεῖνος τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, μονονοὺ δὲ αὐτὸ πεπραγὼς τοῦ πράγματος· ὅτι τῶν δὲ αὐτοῦ θεσπισμάτων τὸ κάλλος κατίδοι τις ἂν, ἐκ ἐν γε τοῖς ἔξω φανεῖσι τύποις, ἀλλ' ἐν τοῖς ἔσω κεκρυμμένοις θεωρήμασι. φέρε δὴ οὖν περιελόντες τοῦ νόμου τὸ κατασκίασμα, καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιβλημάτων τὸ Μωϋσέως πρόσωπον ἀφαλλάττοντες, γυμνὴν ἴδωμεν τὴν ἀλήθειαν. δύο μὴν γὰρ χιμάρους προσκομισθῆναι προσέταχε, καὶ οὗν γραφεσθαι κλήρους ἐπ' αὐτοῖς· ὡς τὸν μὲν ἕνα τῶν χιμάρων ὀνομασθῆναι κύριον, * τὸν γε μὴν ἕτερον ἀποπομπαῖον. ἐκοῦν ὀνόματι τοῖς χιμάροις, κύριός τε, καὶ ἀποπομπαῖος. σημαίνεται δὲ δὶ ἀμφοῖν ὁ εἷς, καὶ μόνος υἱὸς, καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστός. καὶ τίνα τρόπον; ἐρῶμεν ὡς ἔνι, τῇ τῶν θεωρημάτων ἀκριβείᾳ * προσβάλλοντες. αἶξ τοίνυν, ἢ τράγος, ἤγουν ἔριφος, ἐν ὑπὲρ ἁμαρτίας τὸ θῦμα κατά γε τὸν νόμον δοκεῖν. προβάτῳ μὲν γὰρ ἀφομοιοῖ τὸν δίκαιον πλεοναχῶς ἡ θεόπνευστος γραφὴ. αἰγὶ δὲ τὸν φιλαμαρτήμονα. καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; πλήρης μὴν γὰρ ὁ δίκαιος αὐχημάτων τῶν εἰς ἀρετὴν· ἐγκαρπος δὲ διὰ τοῦτο

Osee 14.

Heb. 10.

2 Cor. 3.

Levit. 16.

* καὶ ἐκ αὐτὸ πάντως

2. Cor. 3.

* αὐτοῦ.

Ita omnes atque ita in mss. Sequentiano.

Ai. 16.

* τὸν δὲ γε ἕτερον

* προσβαλόντες.

vocit

τοιοῦτ' ἀν εἰκότως· ἐρεσχεμῶ δὲ τὸ πρόβατον· τοι-
τα τοι & μᾶλ' εἰκότως προβάτου παρωνυμάζεται. γυ-
μνὸν δὲ, καὶ ἄκαρπον, καὶ ἀγαθουργίας ἀπάτης ἐρή-
μιον τίνι τῷ πλημμελοῦντος ψυχῶν κατίδοι τις
ἄν. εἰς ἐκεῖ ἄρα τύπος αὐτῆς· ἄπρακτον δὲ τὸ
ζῶον καὶ τῆς τοῦ προβάτου τιμῆς κατέχειν ἔρχεται.
διὰ τοῦτο καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὅταν κα-
θίσῃ, φησὶν, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ θρόνου δόξης
αὐτοῦ, καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ,
τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ ἀριστερῶν. καὶ τοῖς μὲν ἐκ δεξιῶν,
ἅτε δὴ τὰς τῆς δικαιοσύνης ἔχουσι παρωνὰς, τὴν
ἡτοιμασμένην αὐτοῖς ἀποκαθίστησι βασιλείαν, τοῖς
δὲ ἐξ ἀριστερῶν πῦρ, καὶ κόλασιν, καὶ τὰς τῷ διαβόλῳ
παρεπόμενας ἐποίσει ποινάς. ἐσφάζετο τοίνυν ὑπὲρ
ἁμαρτίας ἔριφος· καὶ τοῦτο μαθήσῃ, τοῦ νόμου
λέγοντος σαφῶς· ἐὰν δὲ ὁ ἄρχων ἁμάρτῃ, καὶ
ποιήσῃ μίαν ἀπὸ πασῶν ὧν κωλύει κύριος τοῦ Θεοῦ
αὐτοῦ, ἢ ὁ ποιθήσεται ἀκουσίως, καὶ ἁμάρτῃ, καὶ
πλημμελήσῃ, καὶ γνωσθῇ αὐτῷ ἡ ἁμαρτία, καὶ ἥμαρ-
τον ὁ αὐτὸς, καὶ προσοίσει τὸ δῶρον αὐτοῦ χίμαρον ἐξ
αἰγῶν, ἄρρεν, ἄμωμον. ἔφη δέ τοι & αὐτὸς ὁ ἐπὶ
πάντων Θεὸς * περὶ τῶν ἱερᾶσθαι λαχόντων κατὰ τὸν
νόμον· ἁμαρτίας λαοῦ μου φάγονται· τουτέστι τὰ ὑπὲρ
ἁμαρτιῶν θύματα· μερὶς γὰρ καὶ κλῆρος τοῖς ἱερεῦ-
σι καρπωμα * κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον. γέ-
γονε τοίνυν σφάγιον ὁ Χριστὸς ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν
ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς· ταύτης τοι ἕνεκα τῆς αἰ-
τίας ἁμαρτίαν αὐτὸν ὠνομάσθαι φαμέν. γράφει
γοῦν ὁ πάνσοφος Παῦλος. ὅτι τὸν μὴ γνόντα
ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν ὁ Θεὸς
καὶ πατὴρ δηλονότι. ὁ γὰρ τοῦ φαμὲν ἁμαρτωλὸν γενέ-
σθαι Χριστὸν· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὄντα δίκαιον, μᾶλ-
λον δὲ αὐτοχρήματα δικαιοτάτιον, ὁ γὰρ οἶδε πλημ-
μελεῖν, σφάγιον ἐποίησεν ὁ πατὴρ ὑπὲρ τοῦ κόσμου
πλημμελημάτων· καὶ σὺν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη, ψη-
φον ὑπομένας τοῦ τοῖς ἀνόμοις παρεπωδεστάτου. καὶ
πιστώσεται λέγων ὁ θεσπέσιος προφήτης Ἠσαΐας·
ὅτι πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἕκαστος τῇ
ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ κύριος παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς
ἀνομίαις ἡμῶν· καὶ αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ
τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. γράφει δὲ καὶ
ὁ πάνσοφος Πέτρος. ὅτι τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀνέφερε
ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον. ἐκεῖνο ἐπε-
κρέμετο μὲν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ὁ κλῆρος, * τὸ χρεῶν
παθεῖν τὸν θάνατον, διά τοι τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν,
καὶ τὴν ἐξ ἐκείνου μέχρις ἡμῶν τυραννήσασαν
ἁμαρτίαν· ἀλλ' ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ὁ πο-
λὺς εἰς ἡμερότητα, καὶ φιλανθρωπίαν, γέγονε σάρξ,
τουτέστιν ἄνθρωπος, σύμμορφός τοι ἡμῖν τοῖς ὑφ' ἁμαρ-
τίαν, καὶ τὸν ἡμῶν ὑπέστη κλῆρον. ὡς γὰρ ὁ πανάγιος
γράφει Παῦλος· χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ παντὸς
ἐγεύσατο θανάτου, καὶ τῆς ἁπάντων ζωῆς ἀντήλλαγ-
μα τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐποιήσατο· εἷς ὑπὲρ πάντων
ἀπέθανεν, ἵνα οἱ πάντες Θεῷ * ζήσωμεν, ἁγιαζόμενοί τε, καὶ ζωοποιούμενοι διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, δικαιούμενοί τε δωρεὰν τῇ παρ' αὐτοῦ χάριτι. ὡς γὰρ
φησιν ὁ μακάριος Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, τὸ αἷμα
Ἰησοῦ Χριστοῦ καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας.
ὅνομα δὴ οὖν τῷ σφαζομένῳ χιμάρῳ κύριος. καὶ πλη-
ρωτικὴ ἐδείχετο τοῦ σφαγίου· ἅγιόν τε θῦμα, καὶ ἱε-
ρὸν ἦν εἰς τύπον Χριστοῦ, ὁ δὲ ἑαυτὸν ἀποθνήσκουσα,
ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς ἔφην, & ἁγιάζοντος τὴν

Matth. 25.

Luc. 4.

* ἐπὶ

Ὠσηέ. 4.

* κυρίου,

Deut. 18.

1. Κορ. 5.

Ἠσαΐ. 53. 12.

1. Πετρ. 2. 24.

* τὸ

Ἐφ. 2. 9.

Ρωμ. 5.

* ζήσωμεν,

1. Ἰωάν. 1. 7.

A tur justi. At vero scelerati animam nudam, sterilem omnique bonorum operum ornamento destitutam videas. Figura itaque ejus est caper. Est enim animal infructuosum ac sterile, ovisque pretio inferius. Et hanc ob causam dominus quoque noster Jesus Christus dicebat: *Quando sedebit filius hominis super sedem majestatis suæ, statuet oves quidem a dexteris, hœdos autem a sinistris.* Et his quidem, qui a dexteris illius erunt, tanquam qui justitiæ fructus possideant, assignaturus est paratum regnum: iis vero qui a sinistris erunt, ignem & supplicium, pœnamque diabolo dignam inferet. Immolabatur itaque hœdus pro B peccatis: quod aperte cognosces ex ipsa lege dicente: *Si peccaverit princeps, & fecerit involuntarie unum ex omnibus mandatis domini Dei sui quod fieri prohibetur, & peccaverit & deliquerit, & postea intellexerit peccatum suum; offeret hostiam coram domino hircum ex capris masculum immaculatum.* Dixit & ipse quoque universorum Deus alicubi de his qui legale sacerdotium fuerant sortiti: *Peccata populi mei comedent*; hoc est, sacrificia pro peccatis oblata. Pars enim & sors sacerdotum, ut ait lex, id erat quod domino offerebatur. Christus itaque secundum scripturas factus est hostia pro peccatis nostris: & hac etiam de cau- C sa peccatum ipse nominatur. Quare scribit sapientissimus Paulus: *Eum, qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit*: nimirum Deus & Pater. Neque enim dicimus Christum fuisse peccatorem: absit hoc: sed hunc justum, imo illam ipsam justitiam (peccare enim non novit) victimam fecit Pater pro mundi peccatis. *Et cum iniquis reputatus est*, cum sententiam sustinuit iniquis convenientissimam. Cui quidem rei fidem facit Isaias divinus propheta: *Omnes*, inquit ille, *quasi oves erravimus, unusquisque in via sua erravit: & dominus tradidit eum iniquitatibus nostris; & ipse pro nobis dolet, & livore ejus sanati sumus.* Scribit & sa- D pientissimus Petrus, dicens *Quod peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Iis ergo qui in terris erant, sors illa impendebat, ut mori necesse esset; idque tum propter transgressionem in Adam, tum propter peccatum, quod ab eo ad nos usque tyrannidem suam extendebat. Verum Dei Patris Verbum, largum ad benignitatem atque clementiam, factum est caro, hoc est, homo nobis peccato obnoxiis conformis; & sortem nostram subiit. Nam ut optimus Paulus scribit: *Gratia Dei pro omnibus gustavit mortem*; suamque animam pro omnium vita redemptionem dedit. Sed & unus quoque pro omnibus mortuus est, ut omnes E Deo vivamus, sanctificati & vivificati per sanguinem ejus; *justificati etiam gratis per gratiam ipsius.* Nam & beatus evangelista Joannes scribit: *Jesu Christi sanguis ab omnibus peccatis nos emundat.* Nomen itaque capro immolato erat, dominus; sorteque mactabatur, & sancta erat sacraque victima in typum Christi, qui non pro seipso, sed, ut dixi, pro nobis mortuus est, sanguineque suo ecclesiam sanctificavit. *Mactabit*, inquit, *hircum pro peccato, eum qui pro populo, ante dominum: & inferet de sangui-*

Matth. 25.

Levit. 4.

Osee. 4.

Deut. 18

2. Cor. 5.

Isai. 53.

Ibid.

1. Petr.

Rom. 5.

Rom. 5.

Rom. 5.

1. Joan. 1.

Levit. 16

guine ejus intra velum, & asperget sangui-
nem eius super propitiatorium, contra faciem
propitiatorii, & expiabit sanctuarium ab im-
munditiis filiorum Israel, & ab iniquitatis eo-
rum. Et sic faciet tabernaculo testimonii, quod
extructum est inter eos, in medio immunditi-
ae eorum. Ingressus est enim Christus in
sancta sanctorum non per sanguinem hir-
corum aut vitulorum, sed per proprium
sanguinem, æterna redemptione inventa,
& sanctificans, ut dixi, verius illud taber-
naculum, hoc est ecclesiam, & omnes
quotquot sunt in ipsa. Scribit igitur bea-
tus Paulus alicubi: *Propter quod & Jesus,*
ut sanctificaret per suum sanguinem populum,
extra portam passus est. Et alibi rursum:
Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi:
& ambulate in dilectione, sicut & Christus di-
lexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis
oblationem & hostiam in odorem suavitatis.
Considerandum est igitur in capro immo-
lato Emmanuelem subiisse mortem secun-
dum carnem, sed hoc ad mortis peccati-
que destructionem. Erat enim inter mor-
tuos liber, hoc est neque a peccato victus,
neque mortis sententiæ, sicut nos, obno-
xius. In altero quoque, hoc est, in vivo
ac dimisso hirco eumdem spectemus, dum
in eo quod secundum humanam naturam
patitur, non patitur secundum divinam;
& dum carne moritur, mortis victor eva-
dit: neque secundum Judæorum amentiam,
nobiscum in monumento remansit, neque
una cum aliis intra inferni portas deten-
tus fuit. Nam, ut discipulus illius asserit,
non derelicta est in inferno anima ejus, neque
caro ejus vidit corruptionem. Revixit enim
spoliatis inferis; & iis qui vincti detinebantur
dixit: Exite; & iis qui in tenebris e-
rant, Revelamini: & ad supernum cœle-
remque Patrem, locum utique hominibus
inaccessum, abscessit; peccatis nostris in se
susceptis, & propitiatio pro illis existens.
Scribit enim beatus Joannes his qui in il-
lum credebant: *Filioli mei hæc scribo vobis,*
ut non peccetis. Sed & si quis peccaverit,
advocatum habemus apud Patrem, Jesum Chri-
stum justum, & ipse est propitiatio pro pecca-
tis nostris: non pro nostris autem tantum,
sed etiam pro totius mundi. Arbitror autem
non abs re fore, si & de legalibus quoque
scripturis commonefaciendi auditoris gratia
nonnulla hic repetam. Habent autem ad
hunc modum: *Et adducet hircum viventem;*
& imponet Aaron manus suas super caput bir-
ci viventis, & confitebitur super ipso omnes
iniquitates filiorum Israel, & omnes injustitias
eorum, & omnia peccata eorum: & imponet ea
super caput hirci viventis, & emittet eum in
manu hominis ad hoc parati in solitudinem.
Vide igitur quo pacto etiam priore hirco ma-
dato, alterum subinde vivum appellet. Erat
enim, ut jam dixi, in utroque unus & so-
lus Filius & dominus Jesus Christus adum-
bratus; ut qui, licet secundum propriam
carnem pateretur, tamen extra omnem pas-
sionem ageret: ut morti subjectus, & supra
mortem. Vivebat enim Dei Verbum etiam
interea dum sancta illius caro mortem gusta-
bat: manebatque impatibile, quamvis pro-
prii corporis passionem propriam in se trans-
ferret. Vicere est autem magnum hoc pro-

A ἐκκλησίαν τῷ ἰδίῳ αἵματι. σφάζει γὰρ τὴν χίμαρον, φησίν, τὴν περὶ τῆς ἁμαρτίας, τὴν περὶ τὸ λαὸ, ἔξαντε κεφαλῆς· καὶ εἰσοίσει τὸ αἷμα αὐτοῦ εἴσω τοῦ καταπετάσματος, καὶ ῥανεῖ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ἱλαστήριον, κατὰ πρόσωπον τοῦ ἱλαστηρίου, καὶ ἐξιλάσεται τὸ ἅγιον ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων αὐτῶν περὶ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν· καὶ οὕτω ποιήσει τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, τῇ ἐκτισμένῃ ἐν αὐτοῖς, ἐν μέσῳ τῆς ἀκαθαρσίας αὐτῶν. εἰσῆλθε γὰρ ὁ Χριστὸς εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, οὐ δὶ αἵματος ἐξάγων καὶ μόχων, διὰ δὲ τοῦ ἰδίου αἵματος, αἰωνίαν λυτρωσάμενος λύτρωσιν, καὶ ἁγιάζων, ὡς ἔφην, τὴν ἀληθεστέραν σκηνὴν, τυπικὴν τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἅπαντας δὲ τοὺς ἐν αὐτῇ. γράφει οὖν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ποτὲ μὲν· ὅτι διὸ καὶ Ἰησοῦς, ἵνα ἁγιάσῃ τῷ ἰδίῳ αἵματι τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε. ποτὲ δὲ πάλιν· γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητὰ, καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἐαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν, καὶ θυσίαν, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. ἀθρητέον δὴ οὖν ἐν τῷ σφαγέντι χιμάρῳ γενόμενον μὲν ἐν θανάτῳ σαρκὸς τὸν Ἐμμανουὴλ. πλὴν ἐπὶ λύσει θανάτου, καὶ ἁμαρτίας. εἰ γὰρ ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. τυπικὸν, ἀνάλωτος ἁμαρτίας, καὶ οὐκ ἔνοχος μεθ' ἡμῶν τῇ τοῦ θανάτου δίκῃ. ἐδωμεν αὐτὸν ἐν τῷ ἑτέρῳ χιμάρῳ τῷ ζῶντι καὶ ἀφιεμένῳ, καὶ ἐν τῷ παθεῖν ἀνθρωπίνως, μὴ πάσχοντα θείκως· καὶ ἐν τῷ τεθνάναι σαρκὶ, θανάτου κρείττονα, καὶ ὁ κατὰ τὴν Ἰουδαίων * ἀπόνοιαν ἀπομείναντα μεθ' ἡμῶν ἐν μνήματι, καὶ κάτοχον γενόμενον τῆς ᾅδου πύλαις τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ. ὡς γὰρ ὁ αὐτοῦ φησι μαθητής· ὅτι ἐγκαταλειφθὴ εἰς ᾅδου ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, οὔτε ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθορὰν· ἀνεβίωσε γὰρ σκυλεύσας τὸν ᾅδην, καὶ τοῖς ἐν δεσμοῖς εἰπών. ἐξέλθετε· καὶ τοῖς ἐν τῷ σκότει· ἀνακαλύφθητε· καὶ πρὸς τὸν ἄνω καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα, καὶ εἰς * τὸν ἀνθρώποις ἄβατον * ἀνεκιδήσατε χῶρον, αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῷ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀναλαβὼν, καὶ ἱλασμὸς ὑπάρχων περὶ αὐτῶν. γράφει γοῦν ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι· τεκνία, ταῦτα γράφω ὑμῖν, ἵνα μὴ ἁμαρτάνητε· καὶ ἐάν τις δὲ ἁμάρτῃ, παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα Ἰησοῦν Χριστὸν δίκαιον· καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ὅλου κόσμου. οἶμαι δὲ δεῖν, καὶ αὐτὰ ποιήσασθαι τὴν παραθεσιν τῶν νομικῶν γραμμάτων εἰς ἀναμνησιν τοῖς ἀκροωμένοις. ἔχει δὲ οὕτω· καὶ προσάξει τὸν χίμαρον τὸν ζῶντα, καὶ ἐπιθήσει Ἀαρὼν τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χιμάρου τοῦ ζῶντος· καὶ ἐξαγορεύσει ἐπ' αὐτοῦ πάσας τὰς ἀνομίας τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ πάσας τὰς ἀδικίας αὐτῶν· καὶ πάσας τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν· καὶ ἐπιθήσει αὐτὰς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ χιμάρου τοῦ ζῶντος· καὶ ἐξαποστελεῖ ἐν χειρὶ ἀνθρώπου ἑτοίμου εἰς τὴν ἔρημον. ἄθρει δὴ οὖν, ὅπως καὶ περὶ τοῦ πρώτου σφαγέντος χιμάρου, ζῶντα πλειστάκις τὸν ἕτερον ὀνομάζει· ἰδοὺ γὰρ, ὡς ἔφην, ἐν ἀμφοῖν γραφόμενος εἷς, καὶ μόνος υἱὸς, καὶ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ἐν πάθει σαρκὸς ἰδίας, καὶ ἔξω παθὼν· ὡς ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὲρ θάνατον. ἔζη γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος καὶ γενόμενος θανάτου τῆς ἁγίας σαρκὸς αὐτοῦ, καὶ μεμένηκεν ἀπαθὴς· καὶ περὶ τοῦ ἰδίου σώματος τὸ πάθος οἰκειούμενος, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων αὐτό.

Lev. 16. 11.
Lev. 16. 12.
Lev. 16. 20.

Heb. 9.
Heb. 13.
Ephes. 5.
Psal. 87.
Act. 2. 27.
Psal. 15. 10.
Joan. 49.
1 Joan. 2.
Lev. 16.
Esp. 13. 1.
Esp. 13. 12.
Esp. 1.
Psal. 87. 6.
Psal. 15.
Hesai. 49.
Prax. 2. 27.
Hesai. 49. 9.
* ἀνείδμωτον
1. Ioan. 2.

αὐτό. ἴδοι δ' ἄν τις τοῦτο τοῦ βαθύ, καὶ μέγα μυστήριον καὶ ἐπροφήτευον ἡμῖν γραφόμενον ἐν τῷ Λευιτικῷ. μεμολυσμένον γὰρ ἀποφαίνει τὸν λεπρὸν ὁ δεῖ Μωϋσέως νόμος· ἐκπίμπτειν δὲ προστάττει τῆς παρεμβολῆς ὡς ἀκάθαρτον. εἰ δὲ συμβαίη καταλωφῆσαι τὸ πάθος, τότε δὴ τότε παραδέχεσθαι ἡμῖν κελεύει· καὶ δὴ καὶ φησίν· ἔτος ὁ νόμος τοῦ λεπροῦ, ἢν ἂν ἡμέρᾳ καθαρισθῇ, καὶ προσαχθήσεται πρὸς τὸν ἱερέα· καὶ ἐξελεύσεται ὁ ἱερεὺς ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ ὄψεται ὁ ἱερεὺς, καὶ ἰδοὺ ἰάται ἡ ἁφὴ τῆς λέπρας ἀπὸ τοῦ λεπροῦ· καὶ προσάξει ὁ ἱερεὺς, καὶ λήψονται τῷ * κεκαθαρμένῳ δύο ὀρνίθια ζῶντα καθαρά· καὶ προσάξει ὁ ἱερεὺς, καὶ σφάξουσι τὸ ὀρνίθιον τὸ ἓν εἰς ἀγγεῖον ὀστράκινον * ἐφ' ὕδατι ζῶντι· καὶ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν λήψεται αὐτὸ, καὶ βάψει εἰς τὸ αἷμα τοῦ ὀρνιθίου τοῦ σφαγέντος ἐφ' ὕδατι ζῶντι· καὶ περιῤῥανεῖ ἐπὶ τὸν καθαρισθέντα ἀπὸ τῆς λέπρας ἑπτάκις, καὶ καθαρὸς ἔσται. καὶ ἐξαποστελεῖ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν εἰς τὸ πεδίον. Δύο μὴ οὖν τὰ πτίλωα, καὶ ἀκίβδηλα. τυπεῖ καθαρὰ, καὶ μηδεμίαν ἔχοντα διαβολὴν, τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου φημί. καὶ τὸ μὲν ἐσφάζετο ἐφ' ὕδατι ζῶντι, τὸ γε μὴν ἕτερον ἔξω μένον σφαγῆς, εἶτα βαπτιζόμενον ἐν τῷ αἵματι τοῦ πεπληγμένου, καὶ ἐφ' ὕδατι ζῶντι, κατὰ τὸν ἴσον τῷ χιμάρῳ τρόπον εἰς τὴν ἔρημον ἐξεπέμπετο· ὑπεμφαίνει δ' ἄν ὁ τύπος ἡμῖν καὶ τοῦτο τὸ πάλιν τὸ μέγα μυστήριον, καὶ σεπτὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. ὧν μὲν γὰρ ἄνωθεν, τυπεῖν, ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐξ οὐρανῶν ὁ λόγος· ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως πτίλῳ παρεικάζεται. καταπεφοίτηκε δὲ οἰκονομικῶς εἰς ὁμοίωσιν τὴν πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἔλαβε δοῦλον μορφὴν. πλὴν καὶ ἄνωθεν * ὢν ἦν. καὶ γοῦν ἔφασκεν Σωτῆρος, Ἰουδαίοις προσλαλῶν. ὑμεῖς ἐκ τῆς κάτω ἐστέ, ἐγὼ ἐκ τῆς ἄνω εἰμί· ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. καὶ πάλιν· οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. ὡς γὰρ ἔφην ἄρτιος, καὶ σὰρξ γεγονὼς, ἤγουν * τέλειος ἄνθρωπος, οὐ γηΐνος ἦν, ἢ χοϊκὸς καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' οὐρανίος τε, καὶ ὑπερκόσμιος, καθὸ νοεῖται Θεός. πλὴν ἔστιν ἰδεῖν ἐν τοῖς ὀρνιθίοις καθὰ καὶ ἐν τοῖς χιμάροις, σαρκὶ μὲν παθόντα κατὰ τὰς γραφὰς, μείναντα δὲ καὶ ἐπέκεινα τοῦ παθεῖν· καὶ ἀποθανόντα μὲν ἀνθρωπίνως, ζῶντα δὲ θείκῶς· ζωὴ γὰρ ὁ λόγος ἦν. καὶ γοῦν ὁ πάνσοφος μαθητὴς θανατωθῆναι μὲν αὐτὸν ἔφη σαρκὶ, ζωοποιηθῆναι δὲ πνεύματι. πλὴν ὅτι κἂν εἰ τοῦ παθεῖν τὸν θάνατον εἰς ἰδίαν φύσιν ἄμοιρος ἦν ὁ λόγος, ἀλλ' οὖν οἰκειοῦται τὸ πάθος τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς, ὡς ἤδη προεῖπον. ἐβαπτίζετο γὰρ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν ἐν τῷ αἵματι τοῦ πεπληγμένου, πεφυραμένον δὲ τῷ αἵματι, μετουσιᾷ δὲ καὶ κοινωνήσαν τοῦ πάθους, εἰς τὴν ἔρημον ἐξεπέμπετο, ἀναπεφοίτηκε γὰρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ * λόγος μετὰ τῆς ἐνωθείσης αὐτῷ σαρκός· καὶ ξένον ἦν ἐν οὐρανοῖς τὸ θέαμα. κατεπλήττετο γὰρ ἡ τῶν ἁγίων ἀγγέλων πληθὺς, ἐν εἴδει βλέπουσα τῷ καθ' ἡμᾶς τὸν βασιλέα τῆς δόξης, καὶ τὸν τῆς δυνάμεως κύριον. καὶ δὴ ἔφασκον· τίς ἔτος ὁ παραγινόμενος ἐξ Εδὼμ, τυπεῖν ἐκ τῆς γῆς, ἐρύθημα ἱματίων ἐκ Βοσόρ; ἑρμηνεύεται δὲ τὸ Βοσὸρ σὰρξ, ἤτοι σωτηρία καὶ θλῖψις. εἶτα τοῦτο προσεπιφθέγγετο

Λευ. 14. 2.

* κεκαθαρμένῳ

* ἐν

* ὄντος

Ἰωάν. 8. 23.

Ἰωάν. 3. 13.

* τελείος

2. Πετρ. 3. 13.

* παῖς

Ἡσαΐ. 63.

A fundumque mysterium & al quoque figura in Levitico nobis delineatum. Lex enim per Moysen data leprosum esse immundum pronunciat: & tanquam pollutum a castris excludit. Quod si morbum cessare contigerit, tunc demum admitti jubet. Et quidem ait: *Lex leprosi sic habet: Quacumque die mundatus fuerit, adducetur ad sacerdotem, & egredietur sacerdos extra castra, & inspiciet eum, & ecce sanatur tactus lepræ a leproso, & præcipiet sacerdos & sument ei qui purificatur, duos passeres vivos mundos; & præcipiet sacerdos, & unum ex passeribus immolabunt in vase fictili super aquam viventem; alterum autem vivum sumet, ac tinget in sanguine passeris* Levit. 14.

B *immolati super aquam vivam; & asperget illum qui mundatus est a lepra, septies, & mundus erit. Et dimittet passerem vivum in agrum.*) Duæ itaque sunt aviculæ inculpatæ, hoc est mundæ, nullumque habentes reprehendendum vitium juxta inquam legis statuta; & altera quidem mactabatur super aquam vivam, altera vero a cæde libera, deinde tincta sanguine super aquam vivam occisæ, ad exemplum hirci in solitudinem dimittebatur. Et hic rursum typus magnum illud venerandumque salvatoris nostri mysterium nobis indicat. Venerat enim Verbum e supernis, hoc est, ex Patre & e cœlo: quare recte admodum volucri comparatur. Descen-

C dit autem per carnis dispensationem ad nostram similitudinem, & formam servi accepit: veruntamen & hoc quoque pacto e supernis est. Diserte namque ad Judæos dixit: *Vos de deorsum estis, ego de supernis sum, vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.* Et iterum: *Nemo ascendit in cœlum* Joan. 8. *nisi qui descendit de cœlo, filius hominis.* Sicut enim paulo ante dixi, etiam postequam caro, hoc est, perfectus homo factus est, non terrenus erat, aut e pulvere sicut nos, sed cœlestis ac supermundanus, quatenus animo concipitur ut Deus. Ceterum quod ante visum est in hircis, hoc ipsum & in passeribus ipsis observare

D licet, Verbum carne quidem passum esse secundum scripturas; sed tamen quavis perpessione majus extitisse: & humanitus quidem mortuum, divinitus vero vivum permansisse. Verbum namque vita erat. Quare 2. Petr. & sapientissimus discipulus ille, carne quidem mortificatum dicit, vivificatum autem spiritu. Verum enimvero licet Verbum secundum propriam naturam mortis expers permanserit, at suæ tamen carnis, ut jam dixi, passiones veluti proprias in se transtulit. Tingebatur enim passer vivus in sanguine occisi: & sanguine quidem illius cruentatus, passionisque propemodum particeps, in solitudinem dimittebatur. Ad cœ-

E lum enim unigenitum Dei Verbum una cum carne sibi unita abiit; eratque novum hoc in cœlis spectaculum. Obstupuit enim sanctorum angelorum multitudo, cum regem gloriæ, exercituumque dominum in forma humana cernerent. Ajebant enim: *Quis iste est qui venit ex Edom*; hoc est ex Isai terra; *& rubor vestimentorum ejus ex Bosor?* Bosor autem interpretatum significat carnem, vel angustiam & tribulationem. Deinde illud etiam percontabantur: *Quæ sunt Zach. plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Ille ve-

ro vicissim ad illos : *His percussus sum*, inquit, *in domo dilecti mei*. Quemadmodum enim Thomæ non absque singulari Dei dispensatione hæsitanti, post suam ex mortuis resurrectionem manus & in manibus clavorum figuras ostendit, jussitque etiam lateris vulnus palpare ; ita & in cœlis constitutus, sanctis angelis planum fecit, jure merito ex ipsorum amicitia prolapsum ejectumque esse dilectum Israelem. Unde & vestimentum sanguine rubricatum, & plagas in manibus ostendit : non quod illas abjicere non queat (ex mortuis enim excitatus corruptionem, & cetera omnia quæ ex illa erant, penitus exuit) sed ut, quemadmodum dixi, multiformis sapientia Dei, quam in Christo secundum æternum propositum exhibuit, per ecclesiam principatibus & potestatibus in supercœlestibus dispensatorie nunc patefieret. Ita enim sacratissimus Paulus quibusdam scribit. Sicut ergo in duobus hircis manifeste delineatum est Christi mysterium, ita & in duobus quoque passeribus. Dicit autem fortasse quispiam : Quomodo unum & eumdem dicis esse Filium & dominum Jesum Christum, cum duo hirci & duo passeres in medium adducti sint? Numquid lex per hoc clare ostendit duos omnino Filios & Christos esse ? Et in hanc quoque impietatem aliqui jam prolapsi sunt, ut alium seorsum & per se Christum esse dicant & sentiant Verbum, quod ex Patre est ; & alium rursus eum, qui ex semine David ortus est. Nos vero his, qui ex inscitia id ita habere suspicantur, dicimus, apud divinum Paulum scriptum extare, unum esse dominum, unam fidem, unum baptisma. Quapropter si duos Filios esse dixerint, duo etiam prorsus erunt domini, & duæ fides, & totidem baptismata : Mentietur is igitur, qui, ut ipsemet ait, Christum in se loquentem habebat. Sed absit ut horum aliquid sit. Unus itaque est dominus, una fides, unumque baptisma. Credimus enim in unum dominum Jesum Christum, hoc est, unigenitum Dei Verbum, hominem factum & incarnatum. Unde & in ejus quoque mortem baptizamur, & ipsum solum dominum, utpote Deum, agnoscimus : non separantes a se invicem hominem & Deum ; sed ipsum, ut dixi, Dei Patris Verbum, salva deitate (est enim secundum naturam suam immutabile & inalterabile) hominem factum confitentes. Etenim dicant nobis adversarii, si duos Filios asserunt, unum quidem seorsum, qui sit ex semine David ortus ; alterum rursum & separatim ipsum Verbum ex Deo Patre genitum ; an non Dei Patris Verbum suapte natura incomparabilibus * excellentiis præstantius sit illo qui ex semine David natus est ? Quid enim est hominis natura, si cum divina & suprema illa natura comparatur ? Arbitror autem, quod inviti etiam dicturi sint, Verbum quod ex Deo Patre est secundum naturam præstantius esse. Hoc autem posito, quid faciemus quod hircos videmus non diversæ inter se naturæ esse, sed unius ejusdemque speciei potius, nec ulla re inter se differre, in eo quod hirci sunt ? Eadem uti-

Joan. 20.

Ephes. 3

Ephes. 4.

1. Cor. 13.

Rom. 6.

* differentius.

γεγονότ· τί οὖν πάλιν αἱ πληγαὶ ἀνὰ μέσον τῆς χειρῶν σοῦ; ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς· ὡς ἐπλήγην ἐν τῇ οἰκῳ τοῦ ἠγαπημένου μου. ὥσπερ γὰρ ἀπιστήσαντι τῇ Θωμᾷ οἰκονομικώτατα λίαν καὶ μετὰ τινὰ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἐδείκνυ τοὺς χεῖρας, καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς τῆς πλευρᾶς τύπους, ἐκείνῳ δὲ ψηλαφᾶν καὶ τοὺς ἐν τῇ πλευρᾷ δοξατρήσεις, ἔτω καὶ ἐν οὐρανῷ γεγονὼς πεπληροφόρηκε τοὺς ἁγίους ἀγγέλους, ὅτι δικαίως τῆς πρὸς αὐτοὺς οἰκειότητος ἐκβέβληται, καὶ ἀπώλετο ὁ ἠγαπημένος Ἰσραήλ. δοξα τοῦτο περιρρμένον αἵματι τὸ ἄμφιον, καὶ τοὺς ἐν χερσὶν ἐπεδείκνυ πληγάς, οὐκ ἀναπεβλήτους ἔχων αὐτούς· ἐγηγερμένος γὰρ ἐκ νεκρῶν ἀπεδύσατο τὴν φθορὰν, καὶ σὺν αὐτῇ πάντα τὰ ἐξ αὐτῆς· ἀλλ' ἵνα, ὡς ἔφην, οἰκονομικῶς γνωσθῇ νῦν τοῖς ἀρχαῖς, καὶ τοῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις δοξα τῆς ἐκκλησίας, ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ, ἣν ἐποίησεν ἐν τῷ Χριστῷ κατὰ πρόθεσιν τῶν αἰώνων. γράφει γὰρ ὅπω τισὶν ὁ ἱεροπρεπὴς Παῦλος. ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς χιμάροις ἐγράφετο σαφῶς τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον, ὅπω καὶ ἐν τοῖς δυσὶν ὀρνιθίοις. ἀλλ' ἴσως τις ἐρεῖ· πῶς οὖν ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν φῆς εἶναι υἱὸν, καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καίτοι δύο χιμάρων παρειλημμένων, ὀρνιθίων τε δύο; ἢ τάχα τι καταδείξειν ἂν ὁ νόμος, ὡς δύο τε πάντως εἰσὶν υἱοὶ, καὶ Χριστοί; καὶ δυσεβείας μὴν εἰς τοῦτο καταβεβήκασιν ἤδη τινὲς, ὡς οἴεσθαι, καὶ λέγειν, ἕτερον μὴν εἶναι Χριστὸν ἰδικῶς τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἕτερον δ' αὖτον ἐκ σπέρματος Δαυίδ. ἡμεῖς δὲ φαμὴν τοῖς ὧδε πιστεύειν ἔχειν ἐξ ἀμαθίας ὑπειληφόσιν. ὡς ὁ θεσπέσιος γράφει Παῦλος. ὅτι εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. ἐκοινῶ εἰ δύο φασὶν υἱοὺς, δύο τε πάντως εἶεν ἂν οἱ κύριοι, δύο δὲ καὶ πίστεις, τοσαῦτα δὲ καὶ βαπτίσματα. ψεύσομεν δὴ οὖν ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα, καθάφησιν αὐτός. ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. μὴ γένοιτο. ἐκοινῶ εἷς κύριος, καὶ μία πίστις, ἓν βάπτισμα. πιστεύομεν γὰρ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τυπτέν τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ λόγον ἀνανθρωπήσαντα, καὶ σεσαρκωμένον. δοξα τοῦτο καὶ εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ βαπτιζόμεθα, καὶ μόνον ἐσμὴν αὐτὸν κύριον ὡς Θεόν. οὐκ ἀνὰ μέρος τιθέντες ἄνθρωπον, καὶ Θεόν, ἀλλ' αὐτὸν, ὡς ἔφην, τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον ἄνθρωπον γενέσθαι δοξαβεβαιούμενοι μὴν τοῦ μένειν Θεόν· ἄτρεπτος γὰρ, καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ φύσιν ἐστίν. ἐπεὶ φραζέτωσαν οἱ δὲ ἀναντίας, εἰ δύο φασὶν υἱοὺς, ἕνα μὴν ἰδικῶς τὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυίδ, ἕτερον δ' αὖ, καὶ ἀνὰ μέρος τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον. ἆρ' οὐκ ἀμείνων κατὰ φύσιν ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, τοῦ ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυίδ, καὶ ἀσυγκρίτοις δοξαφορᾶς; τί γὰρ ἀνθρώπου φύσις, ὡς πρός γε τὴν θείαν, καὶ ὑπερτάτην; ἀλλ' οἶμαι, καὶ οὐχ ἑκόντες ἐρεῖν, ὡς ἀμείνων ἐστὶ κατὰ φύσιν ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος. εἶπε τί δράσομεν, τοὺς χιμάρους ὁρῶντες οὐχ ἑτεροφυεῖς ὄντας ἀλλήλοις, ὁμοειδεῖς δὲ μᾶλλον, καὶ κατ' οὐδὲν ἀλλήλων δοξαφέροντας, κατά γε τὸ εἶναι τοιοῦτ' ὅπερ εἰσίν; ὁ αὐτὸς δ' ἂν γένοιτο λόγος, καὶ ἐπὶ τοῖς δυσὶν ὀρνιθίοις. οὐκοῦν συγχωρήσωσιν διὰ τὸ τῆς χιμάρων, ἢ γὰν ὀρνιθίων ὁμοειδεῖς, μηδὲν ἀνθρώπου δοξαφέρειν τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον· ἀλλ' οὐκ ἀνεξονται, καθάπερ ἐγὼ φαμαι,

Joan. 20. 27.

Isai. 3. 10.

Ephes. 4. 5.

1. Cor. 13.

Rom. 6.

φῆμαι, τοῦ τοιοῦδε λόγου· πλεῖστον γὰρ ὅσον τὸ μετέχει θεότητός τε, καὶ ἀνθρωπότητος. ἐφαρμόζει δὴ ἐν τοῖς παραδείγμασι κατὰ τὸν αὐτοῖς πρέποντα ποιεῖσθαι λόγον· ἐπιτάττει γὰρ λίαν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ μεγαλοῖς ἔοικε· ὅτι τοιοῦτοι τῇ σημαινομένῳ τὴν ἔνδειξιν. φαμὲν δὲ, ἔτυπωσε, καὶ τύπος ὁ τοιοῦτος, καὶ οἷόν τις γραφὴ παραπεθεῖσα πρὸς θέαν τοῖς ὁρῶσι τὰ πράγματα· αἱ δὲ σκιαὶ τῆς τῇ γραφόντων ἐν πίνακι τέχνης τὰ πρῶτα τῇ χαραγμάτων εἰσίν· αἷς εἴπερ ἐπενεχθεῖεν τῇ χρωμάτων τὶ ἄνθη, τότε δὴ τοτε τῆς γραφῆς ἀπαστράπτει τὸ κάλλος. ἔδει δὲ οὖν, τὸν διὰ Μωσέως νόμον καταγράψαι σαφῶς ἐθέλοντα τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον, οὐχ ἑνὶ τῷ χιμάρῳ, * ἤτοι τῷ ὀρνιθίῳ, ἀποθνήσκοντά τε ὁμοῦ, καὶ ζῶντα καταδεικνύειν αὐτὸν, ἵνα μὴ τερατοποιία σκηνικὴ δόξῃ πως εἶναι τὸ δρώμενον· ἀλλ' ἐδέχετο μὲν ὡς ἐν ἑνὶ παθόντα τῷ σφαγίῳ, καταδείκνυ δὲ τὸν αὐτὸν ἐν ἑτέρῳ ζῶντά τε, καὶ ἀφιέμενον. ἀποφῆναι δὲ τὸν ἐπὶ τῷ δὲ λόγῳ οὐκ ἔξω βαίνοντα τοῦ εἰκότος· οἰήσομαι δεῖν, καὶ ἑτέραν οἷς ἔφην * ἐπεισφρήσας εἰκόνα. γεγράπται τοίνυν ἐν τῷ τῆς κοσμοποιίας βιβλίῳ· Καὶ ἐγένετο μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, ὁ Θεὸς ἐπείραζε τὸν Αβραὰμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Αβραὰμ, Αβραάμ· ὁ δὲ εἶπεν· ἰδοὺ ἐγώ. καὶ εἶπε· λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, ὃν ἠγάπησας, τὸν Ισαὰκ· καὶ πορεύθητι εἰς τὴν γῆν τὴν ὑψηλὴν, καὶ ἀνένεγκε αὐτὸν ἐκεῖ εἰς ὁλοκάρπωσιν, ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων, ὧν ἂν σοι δείξω. ἀναστὰς δὲ πρωὶ, ἐπέσαξε τὸν ὄνον αὐτοῦ· παρέλαβε δὲ μεθ' ἑαυτοῦ δύο παῖδας, καὶ Ισαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ σχίσας ξύλα εἰς ὁλοκάρπωσιν, ἀναστὰς ἐπορεύθη· καὶ ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, ὃν εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ· καὶ ἀναβλέψας Αβραὰμ τοῖς ὀφθαλμοῖς, εἶδε τὸν τόπον μακρόθεν, καὶ εἶπεν Αβραὰμ τοῖς παισὶν αὐτοῦ· καθίσατε αὐτοῦ μετὰ τοῦ ὄνου, ἐγὼ δὲ καὶ τὸ παιδάριον διελεύσομεθα ἕως ὧδε, καὶ προσκυνήσαντες ἀνασταφέντες πρὸς ὑμᾶς. ἔλαβε δὲ τὰ ξύλα τῆς ὁλοκαρπώσεως, καὶ ἐπέθηκεν Ισαὰκ τῷ υἱῷ αὐτοῦ· ἔλαβε δὲ μετὰ χεῖρας τὸ πῦρ, καὶ τὴν μάχαιραν· καὶ ἐπορεύθησαν οἱ δύο ἅμα. καὶ μεθ' ἑαυτοῦ· καὶ ᾠκοδόμησεν Αβραὰμ ἐκεῖσε θυσιαστήριον, καὶ ἐπέθηκε τὰ ξύλα· καὶ συμποδίσας Ισαὰκ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἐπέθηκεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἐπάνω τῶν ξύλων· καὶ ἐξέτεινεν Αβραὰμ τὴν χεῖρα αὐτοῦ λαβεῖν τὴν μάχαιραν τοῦ σφάξαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ. ἆρ' οὖν, εἴπερ τις τῇ καθ' ἡμᾶς ἐπεθύμησεν ἰδεῖν καταγεγραμμένῳ ἐν πίνακι τὸν ἐπὶ τῷ Αβραὰμ ἐρεῖν, πῶς αὐτὸ ἐχάραξεν ὁ ζωγράφος; ἆρα ἐν ἑνὶ πάντα δρῶντα τὰ εἰρημένα, ἢ ἀνὰ μέρος, καὶ ἑτεροίως, ἤγουν ἑτεροειδῶς, πλεισχοῦ τὸν αὐτόν; οἷον τί φημι, ποτὲ μὲν ἐφιππεύσαντα τῇ ὄνῳ, συμπαραληφθέντος τοῦ παιδαρίου, καὶ ἑπομένων τῶν οἰκετῶν· ποτὲ δ' αὖ πάλιν ἀπομεινάσης τῆς ὄνου κάτω τοῖς οἰκέταις ὁμοῦ, καταφορτίσαντα μὲν τοῖς ξύλοις τὸν Ισαὰκ, ἔχοντα δὲ μετὰ χεῖρας τὴν μάχαιραν καὶ τὸ πῦρ· καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι τὸν αὐτὸν ἐν εἴδει πάλιν ἑτέρῳ συμποδίσαντα μὲν τὸ παιδάριον ἐπὶ τὰ ξύλα, ὁπλίσαντα δὲ τὴν μάχαιραν τῇ δεξιᾷ, ἵνα ἐπαγάγῃ τὴν σφαγήν; ἀλλ' ἦν οὐ ἕτερος, καὶ ἕτερος Αβραὰμ, πλεισχοῦ τῆς γραφῆς ὁρωμένος ἑτεροίως.

Εβρ. 10.

* ἢ τῶν

* ἐπεισφρήσας.

Genes. 22.

A que ratio est & duorum passerum. Concedant ergo propter eamdem hircorum vel passerum speciem, Deum Verbum nihil differre ab homine. Sed non concedent, ut ego puto, hanc doctrinam. Est enim plurimum omnino discriminis inter divinitatem & humanitatem. Sunt igitur exempla secundum rationem quæ ipsis conveniat, accipienda. Multum enim veris rebus inferiora sunt, & aliquam tantum partem eorum designant, quorum typi sunt. Legem autem umbram ac typum extitisse asserimus, & veluti quamdam picturam ad spectandum propositam aspicientibus res ipsas. Umbræ autem sunt prima in pictorum tabulis delineamenta: quibus si colorum flosculi accesserint, illustris picturæ venustas mox exoritur. Oportebat itaque, ut lex per Moysen data cum Christi mysterium perspicue delineare vellet, non in uno hirco vel passere simul illum vivum & mortuum spectandum proponeret, ne scenica quædam portenta proponi viderentur. sed illum cædem perpessum in uno admisit, eumdemque viventem ac demissum ostendit in altero. Ut vero hujus rei declarationem non excedere consentaneam rationem demonstrem, arbitror aliam quoque imaginem iis, de quibus locutus sum hactenus, adjiciendam esse. Scriptum est igitur in libro de origine mundi: *Et factum est post hæc verba, tentavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham Abraham. At ille respondit: Ecce ego. Et dixit: Tolle filium tuum dilectum quem dilexisti Isaac, & vade in terram sublimem, atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstravero tibi. Surgens itaque mane, strazvit asinam suam; sumpsitque secum duos famulos, & Isaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum, surgens abiit ad locum, quem dixerat ei Deus, die tertia. Et respiciens Abraham oculis suis, vidit locum a longe: dixitque Abraham ad pueros suos: Sedete hic cum asina: ego autem & puer transibimus usque illuc, & cum adoraverimus, revertemur ad vos. Tulit autem ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum. Sumpsit vero in manibus & ignem & gladium; & perrexerunt ambo simul.* Et post alia: *Et ædificavit Abraham in eo loco altare, & imposuit ligna. Cumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altari super struem lignorum. Et extendit Abraham manum suam ut arriperet gladium, ut immolaret filium suum.* Jam si quispiam ex nobis hanc Abrahæ historiam in tabella quadam depictam cernere velit, quo quæso modo pictor depingeret illum? Numquid simul delineabit facientem ea omnia quæ jam dicta sunt; an vero per partes aliter & aliter, hoc est, alia & alia forma eumdem sæpenumero depinget? Exempli causa: modo quidem asinæ, puero assumpto, famulisque sequentibus, insidentem; modo rursum, asina cum famulis infra in campestribus relictis, ligna Isaac imponentem, manibusque gladium & ignem gestantem: modo tandem eumdem illum Abraham alia rursum figura adolescentulum supra lignorum struem ligantem, gladioque dexteram ad mactandum armantem? Atqui non erat alius atque alius Abraham, licet alia & alia effigie & schemate subin-

Mich.

Gen. 22.

de ſpectetur; ſed ubique idem, pictoris arte rerum uſibus ubique ſe accommodante. Neque enim par erat, aut fieri poterat, ut omnia hæc quæ dicta ſunt, ſimul obire oſtenderetur. Erat itaque lex pictura quædam, ac rerum typis veritatem utero geſtans. Quamvis ergo uſus poſtulabat, ut duo hirci, ac duo itidem paſſeres ad exprimendum Chriſti myſterium inducerentur: unus tamen in utriſque Chriſtus continebatur, hinc quidem ut paſſioni obſtrictus, inde vero ut extra paſſionem conſtitutus: hinc rurſum morti ſubjectus, inde vero morte ſuperior cæloſque conſcendens, veluti ſecundæ quædam humanitatis primitiæ ad incorruptionem inſtauratæ. Nam ipſe nobis viam ad cœleſtia innovavit, & cum tempus erit, illum ſequemur. *Vado*, inquit, *paratre vobis locum: & iterum veniam, & accipiam vos ad meipſum; ut ubi ſum ego, & vos mecum ſitis*. Et hanc veram ſpem habemus. Hactenus quidem quæ ſciebam ſcripſi: pietatis vero tuæ fuerit, exactius ſcripta iſta examinare, ut ſi quid melius invenire contigerit, id & nobis, & ceteris quoque qui iſtic ſunt proſit. Chriſtus enim eſt qui & profunda & abſcondita revelat, & intelligentiam cordi inſerit. In ipſo namque & ab ipſo omnes ſunt thesauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. Per ipſum & cum ipſo ſit Deo ac Patri & ſancto Spiritui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Joan. 14.

Matth. 11.

Coloſſ. 2.

A ἀλλ' ὁ αὐτὸς πάντα χῶ, τοῖς τῶν πραγμάτων χρείαις συγκαθιστάμενος ἀεὶ τῆς τοῦ γράφοντος τέχνης· ὁ γὰρ ἦν εἰκὸς, * ἤγων τῷ ἐνδεχομένων, ἐν ἑνὶ κατιδεῖν αὐτὸν πάντα δρῶντα τὰ εἰρημένα. γραφὴ τοίνυν ὁ νόμος ἦν, καὶ τύποι * πραγμάτων, ὠδίνοντες τὴν ἀλήθειαν. ὥστε κἂν * εἰ δύο χιμάρους παρεκόμισεν ἡ χρεία πρὸς παράδειξιν τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου, κἂν εἰ δυὰς ὀρνιθίων ἦν, ἀλλ' εἷς ἦν ὁ ἐν ἀμφοῖν, καὶ ὡς ἐν πάθει, καὶ ἔξω πάθους, καὶ ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὲρ θάνατον, καὶ ἀναβαίνων εἰς οὐρανὸς, ἀπαρχή τις ὥσπερ δευτέρας τῆς ἀνθρωπότητος ἀνανεωθείσης εἰς ἀφθαρσίαν. αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἀνεκαίνισε τὴν εἰς τὰ ἄνω ὁδὸν, καὶ ἐρχόμεθα κατὰ καιρὸς αὐτῷ· * πορευόμεθα γὰρ, φησὶν, ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν, καὶ πάλιν ἔρχομαι, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς μετ' ἐμαυτοῦ. ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κὰ ὑμεῖς μετ' ἐμοῦ ἦτε. τοιοῦτος ἔχομεν τὰς ἀληθεῖς ἐλπίδας. Ἐγὼ μὲν οὖν ἅπερ ἤδειν γέγραφα, τῆς δὲ σῆς θεοσεβείας ἐστὶν, ἀκριβεστέραν τοῖς γεγραμμένοις ἐπενεγκεῖν τὴν βάσανον· ἵνα εἴπερ τι τῷ ἀμείνονος ἐφεύρεθῆναι συμβῇ, ἡμᾶς τε, καὶ τοὺς αὐτόθι λαοὺς ὠφελῇ. Χριστὸς γὰρ ἐστιν ὁ ἀποκαλύπτων βαθέα, καὶ ἀπόκρυφα, καὶ σωφίσιν * καρδίαις ἐνιείς· ἐν αὐτῷ γὰρ, καὶ παρ' αὐτοῦ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας, καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι· δι' αὐτοῦ τε, καὶ σὺν αὐτῷ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ δόξα, καὶ κράτος, σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

ὁ γὰρ

γραμμάτων,

δύο

πορεύομαι

Ματθ. 11.

Κολοσσ. 2.

COMMONITORIUM AB ARCHIEPISCOPO Cyrillo ad Eulogium presbyterum Conſtantinopoli agentem miſſum.

Cyrillus Alexandrinus Eulogio ſalutem.

EXPOSITIONEM, quam orientales fecerunt, reprehendunt nonnulli, ac dicunt: Quam ob rem epiſcopus Alexandrinus illos toleravit, ac laudavit etiam, cum duas naturas nominarent? Qui autem Neſtorium ſectantur, eadem & ipſum ſentire contendunt; eaque ratione illos, qui minus accurate rem percipiunt, in ſuam ſententiam abripiunt. Verum iis qui hoc nomine nos accuſant, reſpondendum eſt, non omnia quæ hæretici dicunt, ſtatim fugienda ac repudianda eſſe. Multa enim confitentur ex iis, quæ nos quoque aſſerimus. Exempli cauſa, cum Ariani Deum Patrem omnium conditorem ac dominum eſſe dicunt, num ideo conſequens eſt, ut eiuſmodi confeſſiones averſemur? Sic & de Neſtorio quoque, licet duas naturas eſſe dicat, carnis & Verbi Dei differentiam ſignificans, (eſt enim alia Verbi, alia carnis natura) attamen unionem una nobiſcum non confitetur. Nos enim illas adunantes, unum Chriſtum, unum eumdem Filium, unum dominum confitemur, & unam propterea * Dei naturam incarnatam dicimus. Simile quid & de quovis homine dici poteſt. Nam & ille ex diverſis naturis conſtat, ex corpore nimirum & anima. Quamvis enim ratio & contemplatio horum diſcrimen non ignorent; tamen poſteaquam illas unierimus, unam hominis naturam faci-

* Filii

ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ ΕΥΛΟΓΙΩ πρεσβυτέρῳ, παραμένοντι ἐν Κωνσταντινουπόλει, παρὰ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κυρίλλου.

Κύριλλος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας Εὐλογίῳ χαίρειν.

ΕΠΙΛΑΜΒΑΝΟΝΤΑΙ τινες τῆς ἐκθέσεως, ἣν πεποίηνται οἱ ἀνατολικοὶ, καὶ φασὶ· διὰ τί δύο φύσεις ὀνομαζόντων αὐτῷ ἠνέσχετο, ἢ καὶ ἐπῄνεσε ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας; οἱ δὲ τὰ Νεστορίου φρονοῦντες λέγουσι κἀκεῖνον οὕτω φρονεῖν, συναρπάζοντες τοὺς οὐκ εἰδότας τὸ ἀκριβές. χρὴ δὲ πρὸς μεμφομένοις ἐκεῖνο λέγειν· ὅτι οὐ πάντα, ὅσα λέγουσιν οἱ αἱρετικοὶ, φεύγειν, καὶ παραιτεῖσθαι χρή· πολλὰ γὰρ ὁμολογοῦσιν ὧν καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν. οἷον οἱ Ἀρειανοὶ ὅτιν λέγωσι τὸν πατέρα, ὅτι δημιουργός ἐστι τῶν ὅλων, καὶ κύριος, μὴ διὰ τοῦτο φεύγειν ἡμᾶς ἀκόλουθον τοιούτοις τοῖς ὁμολογίαις; ὅπου καὶ ἐπὶ Νεστορίου· κἂν λέγῃ δύο φύσεις, τὴν διαφορὰν σημαίνων τῆς σαρκὸς, καὶ τοῦ Θεοῦ λόγου· ἑτέρα γὰρ ἡ τοῦ λόγου φύσις, καὶ ἑτέρα ἡ τῆς σαρκός. οὐκέτι τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖ μεθ' ἡμῶν. ἡμεῖς γὰρ ἑνώσαντες ταύτας, ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν τὸν αὐτὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν. καὶ λοιπὸν μίαν τὴν τοῦ * Θεοῦ φύσιν σεσαρκωμένην. ὁποῖόν ἐστι καὶ ἐπὶ τοῦ κοινοῦ εἰπεῖν ἀνθρώπου· ἔστι μὲν γὰρ ἐκ διαφόρων φύσεων, ἀπό τε σωματικῆς φημι, καὶ ψυχικῆς· καὶ ὁ μὲν λόγος, καὶ ἡ θεωρία, οἶδε τὴν διαφορὰν. ἑνώσαντες δὲ, τότε ποιοῦμεν μίαν ἀνθρώπου φύσιν. οὐκοῦν ὁ τὸ εἰδέναι τῶν φύσεων τὴν διαφορὰν, διαπέμενεν ἐστὶν εἰς δύο τὸν ἕνα

καὶ

* Θεοῦ

Χρι-

Χριστόν. Ἐπειδὴ δὲ πάντες οἱ ἐκ τῆς ἀνατολῆς νομίζουσιν ἡμᾶς τοὺς ὀρθοδόξους τοῖς Ἀπολιναρίου δόξαις ἀκολουθεῖν, καὶ φρονεῖν ὅτι σύγκρασις ἐγένετο, ἢ σύγχυσις· τοιαύταις γὰρ καὶ αὐτοὶ κέχρηνται φωναῖς, ὡς τοῦ Θεοῦ λόγου * μεταβεβληκότος εἰς φύσιν σαρκὸς, καὶ τῆς σαρκὸς ἐξαπείσης εἰς φύσιν θεότητος, συγχωρήσαμεν * αὐτοῖς, καὶ διελεῖν εἰς δύο τὸν Σῶν Χριστόν· μὴ γένοιτο· ἀλλ' ὁμολογῆσαι μόνον, ὅτι οὔτε σύγχυσις ἐγένετο, οὔτε σύγκρασις, ἀλλ' ἡ μὲν σὰρξ, σὰρξ ἦν, ὡς ἐκ γυναικὸς ληφθεῖσα, ὁ δὲ λόγος ὡς ἐκ πατρὸς γεννηθεὶς, λόγος ἦν· πλὴν εἷς ὁ Χριστὸς, καὶ υἱὸς, καὶ κύριος κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνὴν, ὡς γεγονότος σαρκὸς τοῦ λόγου. * παρεσκεύασθαι δὲ αὐτὸς προσέχειν τῇ ἀναγνώσει τῆς ἐπιστολῆς τοῦ μακαρίου πάπα Ἀθανασίου· ὅτι ἐκεῖ φιλονεικούντων τινῶν, καὶ λεγόντων· ὅτι ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως ὁ Θεὸς λόγος μετεποίησε ἑαυτῷ σῶμα, ἄνω, καὶ κάτω ἰσχυρίζεται, ὅτι οὐχ ὁμοούσιον ἦν τῷ λόγῳ τὸ σῶμα. εἰ δὲ οὐχ ὁμοούσιον, ἑτέρα πάντως καὶ ἑτέρα φύσις, ἐξ ὧν ὁ εἷς, καὶ μόνος νοεῖται * Χριστός· κἀκεῖνο δὲ * μὴ ἀγνοείτωσαν· ὅτε γὰρ σύωσις ὀνομάζεται, οὐχ σύος πράγματος σημαίνεται σωμάτος, ἀλλ' ἡ δύο, ἢ πλειόνων, καὶ διαφόρων * ἀλλήλοις κατὰ τὴν φύσιν. εἰ τοίνυν λέγομεν σύωσιν, ὁμολογοῦμεν ἔτι σαρκὸς ἐμψυχωμένης νοερᾶς, καὶ λογικῆς· καὶ οἱ δύο λέγοντες φύσεις, οὕτω νοοῦσι. πλὴν τῆς σύωσεως ὁμολογουμένης, οὐκέτι διίστανται ἀλλήλων τὰ ἑνωθέντα, ἀλλ' εἷς λοιπὸν υἱὸς, μία φύσις αὐτοῦ, ὡς σαρκωθέντος τοῦ λόγου. τοῦτο ὡμολόγησαν οἱ ἐκ τῆς ἀνατολῆς. εἰ καὶ περὶ τὴν λέξιν ὀλίγον ἐσκοτίσθησαν. οἱ γὰρ ὁμολογοῦντες, ὅτι ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς γεννηθεὶς μονογενὴς λόγος, ἐγεννήθη ὁ αὐτὸς καὶ κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς, καὶ ὅτι θεοτόκος ἐστὶν ἡ ἁγία παρθένος, καὶ ὅτι σὺν αὐτῷ τὸ πρόσωπον, καὶ ὅτι οὐ δύο υἱοὶ, οὐ δύο Χριστοὶ, ἀλλ' εἷς, πῶς τοῖς Νεστορίου συμφέρονται δόξαις; Νεστόριος μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ἐξηγήσεσι προσποιεῖται λέγειν, ὅτι υἱὸς εἷς, καὶ εἷς κύριος· ἀλλὰ ἀναφέρει τὴν υἱότητα, καὶ τὴν κυριότητα ἐπὶ μόνον τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον· ὅταν δὲ ἔλθῃ εἰς τὴν οἰκονομίαν, πάλιν ὡς ἕτερον κύριον τὸν ἐκ γυναικὸς ἰδίᾳ ἀνθρωπόφυτον συναφθέντα τῇ ἀξίᾳ τῆς ἰσοτιμίας. τὸ γὰρ λέγειν· ὅτι διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς λόγος Χριστὸς ὀνομάζεται, ὅτι ἔχει τὴν συνάφειαν τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν, πῶς οὐκ σιαφανές ἐστι δύο λέγειν Χριστοὺς, εἰ Χριστὸς πρὸς Χριστὸν ἔχει συνάφειαν, ὡς ἄλλος πρὸς ἄλλον; οἱ δὲ ἐκ τῆς ἀνατολῆς οὐδὲν εἰρήκασι τοιοῦτον. τὰς δὲ φωνὰς διαιροῦσι * μόνας. διαιροῦσι δὲ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον, ὡς τὰς μὲν θεοπρεπεῖς εἶναι λέγειν, τὰς δὲ ἀνθρωπίνας, τὰς δὲ κοινοποιηθείσας, ὡς ἐχούσας ὁμοῦ καὶ τὸ θεοπρεπὲς, καὶ τὸ ἀνθρώπινον, πλὴν εἰρημένας περὶ ἑνὸς, καὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ οὐχ ὡς Νεστόριος τὰς μὲν τῷ Θεῷ λόγῳ ἰδικῶς ἀπονέμει, τὰς δὲ τῷ ἐκ γυναικὸς ὡς ἑτέρῳ υἱῷ. ἕτερον δέ ἐστι τὸ φωνῶν εἰδέναι διαφοράν, καὶ ἕτερον τὸ μερίζειν δύο προσώποις, ὡς ἑτέρῳ, καὶ ἑτέρῳ. ἡ δὲ ἐπιστολὴ ἡ πρὸς Ἀκα-

* μεταβεβληκότος.
* αὐτοῖς.
Joan. 1.
* παρεσκευάζει.
* παρεσκευάζεθαι δὲ αὐτὸς προσέχειν.
* υἱὸς.
* μανθανέτωσαν.
* ἀλλήλων
* μόνον.

mus. Quamobrem naturarum differentiam agnoscere, non est unum Christum in duos dividere. Quia vero omnes orientales putant, nos orthodoxos Apollinarii opiniones sequi, sentireque naturarum commixtionem vel confusionem factam esse, (ejusmodi enim vocibus ipsi utuntur) quasi Deus Verbum in carnis naturam transierit, & caro in divinitatis naturam conversa sit: concessimus ipsis, non ut unum Christum in duos dividant (absit) sed ut tantum fateantur, neque confusionem factam esse, neque commixtionem; sed carnem fuisse carnem, ut ex muliere sumptam; ac Verbum ut ex Patre genitum, fuisse Verbum: verumtamen unum esse Christum, unum Filium, ac dominum unum. *Verbum* enim, juxta Joannis vocem, *factum est caro*: sic autem paratos esse, ut lectioni epistolæ beati papæ Athanasii attendant. Cum enim * suo tempore nonnulli contenderent ac dicerent, Deum Verbum ex propria natura corpus sibi transformasse; omni ratione confirmare conatus est, Christi corpus non esse Verbo consubstantiale. Quod si Verbo consubstantiale non est, alia omnino atque alia natura sit oportet, ex quibus unus ac solus Christus constitutus intelligitur. Nec illud ignorent; ubicumque unio nominatur, ibi non unius tantum rei conjunctionem significari, sed vel duarum, vel plurium, earumque secundum naturam inter se differentium. Si igitur unionem dicimus, carnis procul dubio intelligente anima præditæ ac Verbi eam esse unionem fatemur. Atque ita intelligunt qui duas naturas dicunt. Attamen unione semel jam asserta, non amplius a se separantur quæ sunt unita; sed unus jam existit Christus, unaque ipsius natura, ut Verbi nimirum incarnati. Hæc confessi sunt orientales, quamvis verbis aliquanto obscurioribus usi. Qui enim confitentur, illud ex Deo Patre natum unigenitum Verbum, idem etiam secundum carnem ex muliere natum esse; & sanctam virginem Dei genitricem, & unam esse Christi personam, & non duos Filios, nec duos Christos, sed unum tantum: quomodo Nestorii opinionibus consentiunt? Nestorius enim in suis expositionibus simulat se dicere unum tantum. Filium, & unum solum dominum esse; sed filiationem ac dominationem ad solum Dei Verbum refert. At ubi ad dispensationis mysterium ventum est, rursus ut alium dominum seorsim hominem dicit ex muliere natum, qui æqualis honoris dignitate conjunctus sit Verbo. Quandoquidem dicere, Dei Verbum ob id Christum nominari, quod cum Christo conjunctionem habeat; quid aliud est quam clare asserere duos esse Christos, si Christus cum Christo conjunctionem habet ut alius nimirum cum alio? At vero orientales nihil ejusmodi dicunt, solum autem voces discernunt. Discernunt autem ad eum modum, ut alias quidem divinitati, alias vero humanitati, alias autem utrique communiter convenire dicant, quod simul habeant quod Deo & homini conveniat; ita tamen, ut omnes de una eademque persona dicantur. At non ita Nestorius, qui alias Verbo Dei seorsim, alias vero illi adscribit ex muliere nato, tanquam alte-

* illic nonnulli.

alteri filio. Aliud autem est vocum agnoscere differentiam; aliud rursum duabus personis, tanquam alteri & alteri, differentes accommodare voces. Epistola vero ad Acacium præcipue, cujus initium est: Res sane dulcis & commendabilis est fratribus amica salutatio; plene de his omnibus satisfacit. Habes & plurimas quoque epistolas in capsula, quas studiose tradere debes: offer etiam magnificentissimo præposito & duos libellos, quos ad illum misi; alterum contra Nestorii blasphemias scriptum, alterum acta synodi contra Nestorium, ejusdemque assecias, complectentem, & refutationes, quas contra Andream & Theodoretum episcopos, qui adversus capita scripserunt, edidi. Complectitur autem idem libellus sub finem breves quasdam de Christi dispensatione expositiones, eaque pulchras admodum & utiles. Offer ei similiter ex illis quæ corio obductæ sunt, quinque epistolas: unam beati papæ Athanasii ad Epictetum; alteram meam, illam videlicet, quam ad Joannem perscripsi; rursum duas meas, quas ad Nestorium misi; exiguam unam, prolixam alteram; denique illam, quæ est ad Acacium. Nam illas omnes a nobis petiit.

A χιον μάλιστα, ἧς ἡ ἀρχή· χρῆμα μὴν ἀδελφοῖς ἡ φιλόφρησις γλυκύ τι, καὶ ἀξιάγαστον, καὶ λίαν ἀπολογίαν ἔχει περὶ πάντων. ἔχεις δὲ πλείστας ἐπιστολὰς * ἐν τῇ γλωσσοκόμῳ, ἃς ὀφείλεις σπουδαίως ἐπιδοῦναι *. προσάγαγε δὲ τῷ μεγαλοφυεστάτῳ πρεσβυτέρῳ, καὶ τὰ ἀπεσταλέντα παρ' ἐμοῦ δύο βιβλία, ἓν μὲν κατὰ τῆς Νεστορίου δυσφημιῶν, ἕτερον δὲ ἔχον τὰ ἐν τῇ συνόδῳ πεπραγμένα κατὰ Νεστορίου, καὶ τῆς τοῦ αὐτοῦ φρενοκίνων, καὶ ἀντιρρήσεις παρ' ἐμοῦ * γεγραμμένας πρὸς τὰς γράψαντας κατὰ τῆς κεφαλαίων· δύο δὲ εἰσιν ἐπίσκοποι, Ἀνδρέας καὶ * Θεοδώρητος. ἔχει δὲ ἐπὶ τέλει τὸ αὐτὸ βιβλίον, καὶ σωτήρια ἐκθέσεις περὶ τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας, σφόδρα καλὰς, καὶ ὠφελῆσαι δυναμένας. προσάγαγε δὲ ὁμοίως αὐτῷ ἐκ τῆς ἐχόντων δέρμα ἐπιστολὰς πέντε, μίαν μὲν τοῦ μακαρίου πάπα Ἀθανασίου πρὸς Ἐπίκτητον, καὶ ἄλλην πρὸς Ἰωάννην παρ' ἡμῶν, καὶ πρὸς Νεστόριον δύο, μίαν τὴν μικρὰν, καὶ μίαν τὴν μεγάλην, καὶ τὴν πρὸς Ἀκάκιον. * αὐτὰς γὰρ ἐζήτησε παρ' ἡμῶν.

* γλυκυτάτου ἐν τῷ μεγαλοφυεστάτου βιβ.

* γεγραμμένων

* Θεοδωρ.

EJUSDEM CYRILLI EPISTOLA ad Donatum Nicopolis veteris Epiri episcopum.

Domino meo dilecto fratri & comministro Donato, Cyrillus in domino salutem.

OPERÆ pretium duxi pietatem tuam de iis rebus certiorem facere, quæ super ecclesiarum pace acta sunt. Venit itaque dominus meus præclarissimus tribunus & notarius Aristolaus Antiochiam, literas regias secum deferens, quibus Joanni piissimo ecclesiæ Antiochenæ episcopo mandabatur, ut scelerata Nestorii dogmata anathematizare, nec non una cum sancta synodo depositionis sententiam contra illum ferret, atque ita nostram communionem peteret. Et hæc quidem continebant illæ literæ. Quidam autem ex orientalibus episcopis, qui Nestorium forte necdum condemnarunt, aut etiam illi favent, rectam nostram fidem offendunt, & Christi omnium nostrum salvatoris gloriam haud mediocriter oppugnant, atque ita sanctissimum piissimumque Acacium Berrhœensem episcopum, ut ad me absurda quædam scriberet, induxerunt, quod ipsi postularent, oportere ut omnia quæ adversus Nestorium scripsimus, abolerentur, & velut irrita rejicerentur, solumque symbolum a sanctis patribus in civitate Nicæa congregatis expositum admitteremus. Meminit sanctitas tua nuper Ephesi quoque ejusmodi ab illis propositas fuisse conditiones. Ego vero ad hæc rescripsi, rem illos postulare quæ fieri plane non possit, eo quod quæcumque scripsimus, recte scripserimus, utpote rectæ integræque fidei patrocinantes; nihilque prorsus ex iis quæ a nobis scripta essent, negare nos posse. Neque enim quidquam omnino temere dictum est, ut ipsi dicunt; sed ea quæ plane cum fidei rectitudine ubique cohærent, veritatique consentiunt æquiusque multo es-

C

D

E

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ * ΔΟΝΑΤΟΝ, ἐπίσκοπον Νικοπόλεως παλαιᾶς Ἠπείρου ἐπιστολή.

Τῷ κυρίῳ μου ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ * Δονάτῳ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΔΕΙΝ φήθην τῇ σῇ θεοσεβείᾳ τὰ παρακολουθήσαντα ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ τῆς ἐκκλησιῶν κατατεθῆναι γνώσεμα. ἀφίκετο τοίνυν ὁ κύριός μου ὁ θαυμασιωτάτου τριβούνου, καὶ νοτάριος, Ἀριστόλαος εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, ἐπιφερόμενος καὶ βασιλικὰς συλλαβὰς· αἱ παρεκελεύοντο τὸν ἀλαβάστατον τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἐπίσκοπον Ἰωάννην ἀναθεματίσαι μὲν τὰ μιαρὰ τοῦ Νεστορίου δόγματα· καταψηφίσασθαι δὲ καὶ τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ καθ' ὁμοιότητα τῆς ἁγίας συνόδου, ζητῆσαί τε ὅπως τὴν παρ' ἡμῶν κοινωνίαν. καὶ ἡ μὲν διάμις τῆς γεγραμμένων αὐτῆ. τινὲς δὲ τῆς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐπισκόπων, * ὅπως τύχα Νεστορίου καταγινώσκοντες, ἢ καὶ προσασίαν αὐτοῦ νέμοντες, τὴν ὀρθὴν ἡμῶν λυποῦσι πίστιν. καὶ τῇ δόξῃ τοῦ παντὸς ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ προσκρούουσιν οὐ μετρίως· παρεσκεύασάν τε γράψαι πρός με τὸν θεοσεβέστατον, καὶ ὁσιώτατον τῆς Βερροιαίων ἐπίσκοπον Ἀκάκιον * εἰκαινά τινα, ὡς αὐτῶν αὐτῶν, χρῆναι μὲν ἅπαντα τὰ παρ' ἡμῶν γραφέντα κατὰ Νεστορίου παραλυθῆναι, ὡς ἄκυρα ῥιπτεῖσθαι· συνθεῖσθαι δὲ μόνῳ τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως τῆς ὁριοθείσης παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων ἐν τῇ Νικαέων πόλει. οἶδε δὲ καὶ ἡ σὴ ὁσιότης, ὅτι τοιαῦτα πάλαι αὐτῶν αἱ προτάσεις ἦσαν κατὰ τὴν τῶν Ἐφεσίων πόλιν. ἐγὼ δὲ πρὸς ταῦτα γέγραφα, ὅτι πρᾶγμα αἰτοῦσιν οὐκ ἐδεχόμεθον. γεγράφαμεν γὰρ ὀρθῶς, ἃ γεγράφαμεν, τῇ ὀρθῇ καὶ ἀμωμήτῳ συναγορεύοντες πίστει· καὶ οὐδὲν τὸ παράπαν τῶν ἰδίων ἀρνούμεθα. οὐ γὰρ * ἔρριπτί τι, καθάπερ αὐτοί φασιν, ἀτημελῶς, ἀλλὰ τὴν ὀρθότητος ἐχόμενα παντελῶς, καὶ παντοχοῦ, καὶ τῇ τῆς ἀληθείας δυνάμει συνέχοντα· χρῆναι δὲ μᾶλλον αὐτοὺς μὴ περιδρομαῖς τισι, καὶ ἀνησυχίαις;

* Δονάτ.

* L. οὕτω atque ita legitur in mf. Seg.

* ἀ καὶ ἄτινα

* ἔρριπται

κε-

κεχρῆσθαι τοιαύταις, μήτε μὴν ἔξω φέρεσθαι τῆς ἀναγκαίας, ἀλλὰ κατὰ τὸ δέον καὶ ἔχειν καὶ αὖθις τῆς θεοσεβεστάτης, καὶ θεοφιλεστάτου βασιλέως, καὶ τῆς ἁγίας συνόδου, τὰς Νεστορίου φλυαρίας, καὶ τὰς κατὰ Χριστοῦ βλασφημίας δυσφημίας ἀναθεματίσαι, ὁμολογῆσαί τε τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ, καὶ συνθέσθαι τῇ χειροτονίᾳ τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ. τούτων τοίνυν παρ' ἐμοῦ δεξαμένοι τῶν αὐτοῖς τῆς γραμμάτων, συνωμοσκότες, ὅτι οὐκ ἂν λάβοιεν τὴν κοινωνίαν, μὴ εἰς πέρας τελουμένων ὧν ἔδει ποιεῖν αὐτοὺς, ἀποστέλλουσι εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τῆς Ἐμεσηνῶν Παῦλον, ἐπικομιζόμενον πρός με γράμματα, κοινωνικὰ μὲν, ὑπαγορευόντα δὲ σφόδρα καθηκόντως. προσεποιοῦντο γὰρ καὶ μίμησεις προσάγειν, ὡς ἐκ ὀρθῶς ἰδίων εἰρημένων, καὶ πεπραγμένων ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ. καὶ τὰς μὲν τοιαύτας ἐπιστολὰς οὐ προσηκάμεθα, ἀλλ' ἔφην· ὅλως καὶ συγγνώμην αὐτῶν ὀφείλοντες ἐπὶ τοῖς φθάσασι, πῶς καὶ θράσους ἐπάγουσιν ὕβρεις; ἀπολογουμένου δὲ τοῦ μνημονευθέντος θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου, ὀμνύντος τε διαβεβαιουμένου, μὴ τοιοῦτον ἐσκεφθαι σκοπὸν αὐτὸς, ἐξ ἁπλότητος δὲ μᾶλλον ἐπὶ τὸ γράμμα ἐλθεῖν, * παρηκάμην, καὶ τοῦτο διὰ τὴν ἀγάπην. οὐ πρότερον δὲ συναχθῆναι αὐτῷ συγκεχώρηκα, εἰ μὴ βιβλίον * δοὺς ἐγγράφως ἀναθεματίσει τὰ Νεστορίου δόγματα, καὶ ὁμολογήσοι ἔχειν αὐτὰ καθηρημένα, καὶ συντίθεσθαι τῇ χειροτονίᾳ τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ. καὶ νῦν μοι, ὡς ὑπὲρ πάντων τῶν κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὄντων θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων τὰ τοιαῦτα βιβλία δοῦναι, μηδὲν ἕτερον ἡμᾶς προσαιτῆσαι. ἠρκούμην δὲ οὐδαμῶς. ἀλλὰ γὰρ συνεξέπεμψα τῷ κυρίῳ μου τῷ θαυμασιωτάτῳ τριβούνῳ, καὶ νοτερίῳ, Ἀριστολάῳ δύο τῶν ἡμετέρων κληρικῶν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, ἐγχειρίσας, χάρτην, καὶ εἰπών· ὅτι ἐὰν ὑπογράψῃ ὁ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας Ἰωάννης, καὶ δέξηται τοῦτον, τότε ἀποδοῦναι τὰ κοινωνικά. ἐδυσχέραινε * γὰρ ἐπὶ τῷ βραδεῖ ὁ μνημονευθεὶς θαυμασιώτατος τριβοῦνος Ἀριστολάος. ὑπογραψαντος τοίνυν τοῦ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Ἰωάννου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐπιφανεστέρων, ἀναθεματισάντων * δὲ αὐτῶν τὰ Νεστορίου δόγματα, καὶ ὁμολογησάντων ἔχειν αὐτὰ καθηρημένα, συνθεμένων τε τῇ χειροτονίᾳ τοῦ εὐλαβεστάτου, καὶ θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ, ἀποδεδώκαμεν τὴν κοινωνίαν. ταῦτα γὰρ αὐτοῖς καὶ κατὰ τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν προετείνετο παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου. ἴσω δὲ κἀκεῖνο ἡ σὴ ὁσιότης· οὐδὲν μὲν γὰρ ἐν ἀρχαῖς πλεῖστα παρακαλῶν ὁ εὐλαβέστατος, καὶ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Παῦλος τῆς καθηρημένων εἶκα, * Παλλαδίου τε, καὶ Εὐθηρίου, καὶ Ἡμερίου, καὶ Δωροθέου, καὶ ἑξῆς, τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἀρχῆσαι, διατεινόμενος, μὴ ἕτερος δύνασθαι τὴν εἰρήνην τῆς ἐκκλησιῶν συνεχθῆναι πρὸς πέρας, εἰ μὴ προστεθείη καὶ τοῦτο. ἐγὼ δὲ ἔφην, ἀδύνατον πράγματι ἐπιχειρῶν αὐτὸν· καὶ τοῦτο ἐκ ἔσεσθαι ποτε παρ' ἡμῶν. μεμνήκασι τοίνυν ἐν ᾧ καὶ εἰσι * χίσματι· καὶ εἰδυλία γίνεται αὐτῷ μνήμη ἐν ταῖς συνθήκαις ταῖς περὶ τῆς εἰρήνης τῆς ἁγίων ἐκκλησιῶν. γεγράφασι δὲ τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴν, ἣν ἔπεμψαν πρός με, καὶ πρὸς τοὺς θεοσεβεστάτους, καὶ ἑσπουδαστοὺς ἐπισκόπους,

* δι' ου οὐ

* προσηκάμην.

* ἑνιδυο.

* δι'.

* παρ'.

* Ἐλλαδίου φησι, καὶ

* χισματι.

se, ut ipsi ambagibus illis ac dilationibus, quibus utebantur, missis, & quæ minus necessaria sunt prætermissis, piissimi Deoque dilectissimi imperatoris, sacræque synodi placitis acquiescerent, Nestorii nugas & blasphemias contra Christum dictas anathematizarent, nec non & depositionem illius contentirent, atque ordinationem sanctissimi pientissimique episcopi Maximiani comprobarent. Cum itaque has ad illos literas misissem, animadvertentes se communionem recipere non posse, nisi ea quæ facere debebant, prius perfecissent; miserunt Alexandriam Paulum reverendissimum religiosissimumque Emisenum episcopum, qui ad me literas afferret, communionis quidem instaurationem concernentes, parum tamen recte dictatas. Præ se ferebant enim quasdam querelas adversus nos habere, quasi quædam in sacro concilio neque recte dicta, neque recte facta essent. Verum hujusmodi quidem epistolas non admisi, sed respondi: Quin de prioribus veniam petere deberent, quomodo novas iterum contumelias inferre audent? Cum autem memoratus piissimus episcopus factum excusaret, juramentoque affirmaret, non esse hoc illorum propositum, sed ex mera animi simplicitate ad id scribendum progressos esse: caritatis causa purgationem admisi. Ceterum non prius illum ad synaxim recepi, quam dato libello, Nestorii dogmata suo scripto anathematizasset, seque illum pro deposito habere confessus esset, & ordinationi religiosissimi episcopi Maximiani assensisset. Petiit autem, ut illis a se omnium religiosissimorum orientalium episcoporum loco oblatis libellis, nihil amplius exigerem: quod nulla ratione fieri sum passus; sed una cum domino meo præclarissimo tribuno ac notario Aristolao duos e nostris clericis misi Antiochiam, chartamque tradidi mandans ut si Joannes reverendissimus ecclesiæ Antiochenæ episcopus subscripserit, & illam acceperit, tunc demum literas de communione redderent. Ægre enim moram ferebat memoratus clarissimus tribunus Aristolaus. Cum igitur piissimus Joannes subscripsisset, ceterique qui cum ipso illustriores erant, cumque Nestorii doctrinam anathematizassent, & quod ipsum pro deposito haberent, professi essent, ac Maximiani religiosissimi pientissimique episcopi ordinationem approbassent, communionem illis restituimus. Hæc enim etiam Ephesi sancta synodus ab ipsis exigebat. Sciat & hoc quoque tua sanctitas, religiosissimum pientissimumque episcopum Paulum initio plurimum institisse Helladii, Eutherii, Himerii, & Dorothei depositorum causa, obnixeque rogasse ut quæ contra ipsos decreta erant abrogarentur. Affirmabat enim, pacem ecclesiarum aliter perfici non posse, nisi id quoque fuisset adjectum. Ego vero respondebam, rem ipsum impossibilem conari, eo quod nos istud nunquam essemus permissuri. Manserunt itaque in eodem schismate, in quo etiam nunc perseverant; neque ulla eorum in conditionibus de pace sanctarum ecclesiarum propositis facta est mentio. Miserunt autem eamdem illam epistolam, quam ad me scripserunt, ad piissimos quoque sanctissimosque Sixtum magnæ Romæ, & Ma-

Maximianum sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ episcopos; id quod integritatem tuam perspicue nosse necessarium fuit, ne forte aliqui, qui alia pro aliis sæpe nugari solent, nonnullos ex fratribus conturbent, perinde ac si nos quæ contra Nestorii blasphemias scripsimus, iterum retractaverimus. Misi autem exempla epistolarum, tum ejus, quam ad Joannem religiosissimum Antiochiæ episcopum scripsi, tum illius rursum, quæ de anathematismo blasphemiarum Nestorii, deque ejusdem depositione ipse ad me misit: ut integritas tua hæc omnia quam exactissime pernoscat; nec ullas alias literas præter has quispiam proferat. Saluta quæ tecum est fraternitatem. Te nostra in domino salutat.

A τόν τε τῆς μεγάλης Ῥώμης Ξύστον, καὶ τὸν τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας Μαξιμιανόν. καὶ ἦν ἀναγκαῖον ἀκριβῶς διδαχθῆναι σὲ τοῦτο τὸν σὸν τελειότητα· ὡς ἂν μή τινες ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων φλυαρεῖν εἰωθότες, πταίσωσί τινας τῶν ἀδελφῶν ὡς ἡμῶν ἀρνησαμένων ἃ γεγράφαμεν κατὰ τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν. ἀπέστειλα δὲ καὶ τὰ ἴσα τῶν ἐπιστολῶν, τῆς τε παρ' ἐμοῦ γραφείσης πρὸς τὸν ἐλλαβέστατον τῆς Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον Ἰωάννην, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ γραφείσης πρός με ἐπὶ τῷ ἀναθεματισμῷ τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν, καὶ τῇ καθαιρέσει αὐτοῦ, πρὸς ἐμὲ θεῖαν ἀκριβῶς τῆς σῆς τελειότητος. καὶ ἑτέρας ἐπιστολὰς παρὰ τούτοις προκομιζέτω μηδείς. προσείπε τὴν σὺν σοι ἀδελφότητα. B σὲ ἡ σὺν ἡμῖν σὸ * Χριστῷ προσαγορεύει.

* πυρίῳ.

CYRILLI EPISCOPI ALEXANDRINI ad Maximianum episcopum Constantinopolitanum epistola.

Religiosissimo sanctissimoque domino meo Maximiano archiepiscopo & patri, Cyrillus in domino salutem.

DUbium plane nullum erat, quin sanctitatis tuæ preces omnino efficaces essent: quandoquidem salvator omnium prompte alacriterque eorum votis annuere solet, qui ipsum diligunt, ita ut eam ob rem quilibet cum lætitia & exultatione dicere queat: *Exaudivit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu ejus introivit in aures ejus.* Ecce enim, ecce divulsa ecclesiastici corporis membra rursum inter se coadunata sunt, & jam nihil reliquum est, quod ministros evangelii Christi per discordiam sejungat. Omnes autem una fide ornamur, cum Nestorium impietatum inventorem e sacris septis expulimus, & falsum pastorem a nobili grege seclusimus. Et hoc quoque præclarum opus tuis precibus perfectum est. Cum ergo piissimi imperatores de pace ecclesiarum curam pernecessariam susceperint, nosque ipsi ut id e medio facesseret, quod nos dividebat, ac in discordia detinebat, & pax Deo gratissima lucis instar effulgeret, summis votis expeteremus; cumque sanctissimus Deoque dilectissimus Joannes Antiochiæ episcopus, & ceteri qui cum ipso sunt reverendissimi episcopi scripto contesti essent, se Nestorii depositionem ratam habere, impiasque illius blasphemias anathematizare; literas communionis tum ad ipsius pietatem, tum ad ceteros quoque episcopos misi: atque ita sanctitate tua, reliquisque omnibus, ex quibus perfectum sanctæ synodi corpus constitutum est, ad hoc annuentibus & concurrentibus, reducti sumus ad concordiam. Non enim apud nos contentio aut concertatio regnat; sed unum omnes scopum ad pacem E spectantem propositum habuimus. Et si quidem voluissent illi, qui initio per discordiam a nobis desciverunt, seque a nobis separarunt, nulla unquam contentio ac discordia ecclesiarum extitisset. Verumtamen benedictus salvator noster, qui hanc tempestatem sedavit, concordiæque tranquillitatem restituit, idque per preces & intercessiones sanctitatis tuæ & aliorum omnium, qui rectam sinceramque fidem habentes, in spiritu & veritate adorationem ac servitutem ipsi deferunt.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς Μαξιμιανὸν ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως ἐπιστολή.

Τῷ ὁσιωτάτῳ, καὶ ἁγιωτάτῳ δεσπότῃ ἐμοῦ, ἀρχιεπισκόπῳ, πατρὶ Μαξιμιανῷ, Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΟΥΚ' ἦν ἀμφίβολον, ὅτι πάντῃ τε, καὶ πάντως αἱ τῆς σῆς ὁσιότητος ἰσχύουσι προσδεχαί· κατευδεῖ γὰρ ἑτοίμως τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ὁ πάντων ἡμῶν σωτήρ· ὥστε ἔκαστον καὶ ἐπὶ τούτῳ χαίρουτά τε, καὶ ἀνασκιρτῶντα λέγειν· ἤκουσεν ἐκ τοῦ ἁγίου αὐτοῦ φωνῆς μου· καὶ ἡ κραυγή μου ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσελεύσεται εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ. ἰδὲ γὰρ, ἰδὲ τὰ διεσπασμένα μέλη τοῦ τῆς ἐκκλησίας σώματος συνήφθη πάλιν ἀλλήλοις· καὶ διατέμνει μὲν οὐδὲν εἰς διχόνοιαν τοὺς ἱερουργοῦντας τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. μιᾷ δὲ οἱ πάντες κεφανύμεθα πίστει, τὸν τῶν ἀνοσίων εἰρετὴν Νεστόριον ἔξω τῶν ἱερῶν * ἐλάσαντες περιβόλων, καὶ ἀγέλης εὐγενοῦς * ἀποσήσαντες τὸν ψευδοποιμένα. γέγονε δὲ καὶ * τοῦτο ἐν τῶν σῶν κατόρθωμα προσδεχῶν. ἐπεὶ τοίνυν φρουτὶς ἀναγκαία γέγονε καὶ τοῖς εὐσεβεστάτοις βασιλεῦσιν ἡ περὶ τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνη, ἐζητοῦμεν δὲ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ γενέσθαι μὲν ἐκ μέσου τὸ διατεμνόν, καὶ διαστῆμον ἡμᾶς εἰς διαφορὰν, ἀναλάμψαι δὲ φωτὶς δίκην θεῖον φιλτάτην εἰρήνην, ὁμολογησάντων ἐγγράφως, τοῦ θεοφιλεστάτου, καὶ θεοσεβεστάτου τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Ἰωάννου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐλλαβεστάτων ἐπισκόπων, ὅτι καθῃρημένον ἔχουσι Νεστόριον, καὶ ἀναθεματίζουσι τὰς ἀνοσίους αὐτοῦ δυσφημίας, πέπομφα γράμματα πρός τε τὴν θεοσέβειαν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους, κοινωνικά· καὶ συνήφθημεν εἰς ὁμόνοιαν, συνδρεχούσης πρὸς τοῦτο, καὶ τῆς σῆς ὁσιότητος, καὶ ἁπάντων τῶν ἄλλων, ἐξ ὧν τὸ τῆς ἁγίας συνόδου γέγονε πλήρωμα. οὐ γὰρ ἔρις, καὶ φιλονεικία κρατεῖ παρ' ἡμῖν, ἀλλ' ἕνα σκοπὸν ἅπαντες ἐκκεκαμμένον πρὸς εἰρήνην βλέπομεν. εἰ μὲν ἠθέλησαν οἱ ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν διχονοήσαντες, καὶ ἑαυτοὺς ἡμῶν ἀποτεμόντες, οὐδ' ἂν ὅλως γέγονέ τις ἔρις, καὶ διαφορὰ τῶν ἐκκλησιῶν. πλὴν εὐλογητὸς ὁ σωτὴρ, ὁ τὸν χειμῶνα καταπαύσας, καὶ τὴν τῆς ὁμοψυχίας ἡμῖν ἀπλώσας γαλήνην δεήσεσι, καὶ προσβείαις τῆς σῆς ὁσιότητος, καὶ τῶν ἄλλων δὲ πάντων, ὅσοι πίστιν ἔχοντες ὀρθὴν, καὶ εἰλικρινῆ τὴν ἐν πνεύματι, καὶ ἀληθείᾳ προσκύνησιν, καὶ λατρείαν πελοῦσιν αὐτῷ.

* ἐλάσαντες. ἀποστήσαντες. τοῦτο ἐν.

ΚΟΥ

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΝ ἐπίσκοπον, κατὰ τῆς τὰ Νεστορίου φρονούντων.

ΑΠΟΧΡΗ μὲν, ὡς δοκεῖμοι, μᾶλλον δὲ καὶ ὡς ἔχει φύσεως τὸ ἀληθὲς, καὶ ἡ νῆψις τῆς σῆς ὁσιότητος, εἴς γε τὸ δυνασθαι καὶ μάλα νεανικῶς, ἀντικρουσῆναι τὸ ἀκριβὲς ταῖς τινων εἰκῇ μυθολογίαις. ψυχρολογοῦσι γὰρ γραοφρεπῶς, ἄγω τε, καὶ κάτω πάντα κυκῶντες, καὶ προσποιοῦμεν μὲν περιεργάζεσθαι λεπτῶς τῆς ἀνθρωπήσεως τὸ μονογενὲς, καὶ κυρίου, τὸ μυστήριον, ὑ μὲν ἔτι καὶ σωφρόνως αὐτὸ, παραξεπόμενοι δὲ, καὶ τοῦτο ἀκόλουθον, ὅπερ ἂ μὴ θέμις, καὶ φρονοῦντες τὰ διεστραμμένα. τὸ δέ γε παγχάλεπον ἐκεῖνό ἐστιν ἐν τούτοις· ὑποκλέπτουσι μὲν γὰρ τὰ ὀρθὰ βέλεσθαι φρονεῖν, καὶ δόκησιν ἐκπεσεῖν τῆς εἰς τοῦτο ῥοπῆς, καθάπερ τι προσωπεῖον ἐναρμόσαντες, τὸν τῆς Νεστορίου δυσσεβείας ἰὸν ἐκχέουσι ταῖς τῆδε ἀπαλωτέρων ψυχαῖς. ἐοίκασι δέ πως τοῖς τῆδε ἀνθρωπίνων σωμάτων ἀκεσταῖς, ἤγουν ἰατροῖς, οἱ τοῖς τῆδε φαρμάκων οὐκ ἡδέσι τὸ γλυκὺ προσπλέκουσι μέλι, τῇ τοῦ χρηστοῦ ποιότητι, τοῦ πεφυκότος λυπεῖν τὴν αἴσθησιν ὑποκλέπτοντες. ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτῆδε τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν, νῦν ἔχοντες Χριστοῦ, κατὰ τὸν σοφώτατον εἰπόντα πάνσοφον Παῦλον. εἰ μὴ γὰρ λῦτις ὁ λέγων· ὡς ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἀπορρήτως γεννηθεὶς μονογενὴς Θεὸς λόγος, ὁ καὶ αὐτῆδε τῆδε αἰώνων ποιητὴς, ἀρχὴν ὑπάρξεως ἔχοι ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου. ἐδόξει ἂν αὐτοῖς οὐκ ἔξω φέρεσθαι σκοποῦ τὸ χρῆναι λέγειν· εἰ πνεῦμα κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, πῶς ἂν ἀπὸ σαρκὸς ἐγεννήθη, τοῦ κυρίου λέγοντος· τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστιν; ἐπειδὴ δὲ ὁ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου λόγος ἑτέραν οἶμαι, ἤ τοι ὁδὸν, ἔρχεται τῷ εἰς ἀθυτε, καὶ ἀπλανῆ, καὶ οὐδὲν ἔχουσαν τὸ διάστροφον, ἀνθ' ὅτου βασκανολογοῦσιν εἰκῇ, μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται; Φαμὲν γὰρ, ὅτι ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, πνεῦμα ὢν ὡς Θεὸς, κατὰ τὰς γραφὰς, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς * ἀνθρώπων ἐσαρκώθη τε, καὶ ἐνανθρώπησε, οὐκ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως αὐτὸς ἑαυτῷ σῶμα * μεταλαβὼν, ἀλλ' οὐδὲ ἐκστὰς τοῦ εἶναι ὅ ἐστι, ἢ τροπῆς, ἢ ἀλλοίωσιν ὑπομείνας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου τὸ ἄχραντον σῶμα λαβὼν ἐψυχωμένον νοερῶς, ἴδιον ἀποφήνας αὐτὸ καθ' ὑπόστασιν ἀπερινόητον, καὶ ἀσύγχυτον, καὶ ἄφραστον παντελῶς, ὡς μὴ ἕτερον τινὸς, ἀλλ' ἴδιον αὐτοῦ τοῦτο νοεῖσθαι. ὅπως εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον ὁ μονογενὴς, ὡς πρωτότοκος· καὶ ἐν πολλοῖς γέγονεν ἀδελφοῖς, ὁ ἀσώματος τῇ κτίσει, καθὸ νοεῖται Θεός. ὅταν τοίνυν γεγεννῆσθαι λέγεται, καὶ ἐκ γυναικὸς, ἀναγκαίως τὸ κατὰ σάρκα προσεπιφέρεται· ἵνα μὴ ὑπάρξεως ἀρχὴν νοεῖτο λαβὼν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου· καίτοι πρὸ πάντων ὑπάρχων αἰώνων ὁ συναΐδιος, καὶ ἀεὶ συνυφεστηκὼς τῷ ἰδίῳ πατρὶ Θεὸς λόγος· ἀλλ' ὅτε κατ' εὐδοκίαν τοῦ πατρὸς τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἠθέλησε λαβεῖν, τότε καὶ ἀκόπως τὴν ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα μεθ' ἡμῶν ὑπομεῖναι λέγεται. οὐκοῦν ὁμολογούμενον μὲν τὸ ἀπὸ σαρκὸς σάρξ ἐστι, τὸ δὲ ἐκ Θεοῦ Θεός. * ἐστὶ δὲ κατὰ

1. Κορ. 2. 16.

2. Κορ. 5. 11.

Ιωάν. 3.

2. Τιμ. 1.

Ιωάν. 4.

* ἀνθρ.

* μεταλαβὼν.

* ἐστὶ, κατὰ.

EJUSDEM BEATI CYRILLI ad Valerianum episcopum reverendissimum, adversus eos qui justa Nestorii dogmata sentiunt.

SATIS quidem habet virium, ut puto, imo vero ut natura etiam veritatis habet, vel ipsa tuæ sanctitatis vigilantia atque prudentia in hoc, ut viriliter admodum vanis quorumdam nugamentis certam veritatem objicere queat. Nugantur enim aniliter nonnulli, omniaque sursum ac deorsum permiscentes, incarnati unigeniti mysterium acute subtiliterque exquirere se simulant: non tamen illud intelligunt, sed in id facile deflectunt quod non licet, ac perversa sentiunt. Ceterum quod hac in re periculosissimum est, dum se recte sentire velle fingunt, dumque opinionem, quasi in eam rem sint propensi, velut personam quamdam sibi circumponendo conciliant, Nestorianæ impietatis venenum simplicium animis infundunt. Sunt autem homines istiusmodi humanorum corporum medicis non absimiles. Hi enim pharmacis insuavibus mel immiscere solent, ut dulcedinis qualitate eorum fallant perceptionem, quæ suapte natura tristitiam nauseamque inducunt. At nos Christi sensum, juxta sapientis Pauli sapientissimam sententiam, habentes, eorum cogitationes non ignoramus. Si quispiam enim unigenitum Dei Verbum, quod arcano inexplicabilique modo ex Deo & Patre genitum est, ipsorumque sæculorum conditor, ex sacra virgine subsistentiæ initium habuisse diceret, videretur non extra scopum tendere quod asserunt. Si Dei Verbum suapte natura spiritus est, quomodo ex carne natum est, quod dominus dicat: *Quod natum est ex carne, caro est?* At quia doctrina de Christi mysterio alia incedit via, nimirum recta & erroris experte, & nihil perversitatis habente; cur illi temere frustraque nugantur, *non intelligentes neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant?* Nos igitur illud ipsum unigenitum Dei Verbum, quod spiritus est, utpote Deus, secundum scripturas, hominum salutis causa incarnatum & hominem factum asserimus: non quod ex propria natura corpus sibi transmutaverit, aut ab eo quod erat, abscesserit, aut conversionem alterationemve sustinuerit; sed quod ex sancta virgine corpus immaculatum assumpserit intelligenti anima præditum, & illud incomprehensibili & inconfusa ac ineffabili prorsus unione suum effecerit, ut non alterius cujuspiam, sed suum ipsius proprium esse intelligatur. Ad hunc itaque modum unigenitus Dei Filius in orbem terrarum ingressus, tanquam primogenitus & in multis fratribus fuit; qui tamen qua Deus intelligitur inter creaturas minime censetur. Quare cum dicitur natus & ex muliere, necessario secundum carnem simul infertur, ne a sancta virgine subsistendi initium accepisse quispiam putet. Quamvis enim ante omne sæculum existat ille Deus Verbum Patri suo coæternus, semper cum illo simul subsistens: attamen quando ejusdem Dei Patris beneplacito servilem formam assumere voluit, tunc nativitatem quoque secundum carnem ex muliere nobiscum subiisse dicitur. Quamobrem quod ex carne prodiit, id citra omnem controversiam caro est; & quod ex Deo,

Joan. 3. 6.

Joan. 1. 14.

Deo, Deus. Est autem simul ambo Christus, cum unus sit Filius & dominus una cum sua carne, non inanimi, ut dixi, sed anima intelligente prædita. Ne ergo nobis unum Filium dividant, seorsum Verbum statuentes, & alterum rursus filium seorsim, hominem illum qui ex muliere natus est, ut ipsi ajunt: sed cogitent Deum Verbum non homini conjunctum esse, sed ipsum dici hominem esse factum, semine Abrahæ, juxta scripturas, apprehenso, fratribusque, solo peccato excepto, per omnia assimilatum. Hæc autem per omnia assimilatio consequens est ut habeat, & quidem præ ceteris, partum ex muliere: qui partus in nobis quidem humano more cogitatur, & secundum nos; at in unigenito, supra nostrum modum. Deus namque est incarnatus, Quare etiam Dei genitrix vocatur sancta virgo. Quod si dixerint, Deum & hominem simul coeuntes unum constituisse Christum, utriusque hypostasi inconfuse servata, quæ tamen secundum rationem dividatur: facile videas nihil illos hac in re quod verum certumque sit sentire aut loqui. Neque enim, ut ipsi ajunt, Deus & homo simul concurrentes unum Christum constituerunt; sed, ut modo dixi, Deus Verbum perinde atque nos carnis & sanguinis particeps effectum est, ita ut Deus homo factus esse, & carnem nostram sumpsisse, eamque sibi propriam fecisse intelligatur: ut quemadmodum quivis nostræ conditionis homo ex anima & corpore constatus unus est, ita & ipsum quoque unum esse & Filium & dominum fateamur. Una namque hominis est natura, & una hypostasis, etiam si ex rebus diversis specieque differentibus constituatur. Palam est enim corpus esse quiddam ab anima diversum, sed tamen proprium ipsius, & una cum ipsa unius hominis hypostasin plene constituere. Et quamvis secundum mentem & cogitationem, prædictorum discrimen non sit obscurum: attamen coitio, seu concursio, cum sit indivisa, unum animal hominem ipsum efficiunt. Itaque unigenitum Dei Verbum non homine assumpto prodiit homo; sed quamvis ineffabilem ex Deo Patre generationem haberet, templo per Spiritum sanctum sibi consubstantialem constructo, homo factum est. Unus proinde intelligitur, etiam si corpus quod assumpsit, ipsa rationis contemplatione diversæ sit ab ipso naturæ. Ubique vero fateamur non inanime fuisse, sed anima intelligente præditum.

Audio nihilominus quosdam in eam vesaniam prolapsos esse, ut dicere non vereantur Deum Verbum in illo homine ex virgine nato perinde ac in quodam filio inhabitasse, eumdemque deificasse. Sed, o boni viri, non hoc est, inquam, Dei Verbum incarnatum vel hominem factum esse; sed potius in homine non secus ac in aliquo sanctorum prophetarum habitasse. Enimvero admirabilis secundum nos mysterii ratio, ut paulo superius monuimus, illud ipsum Dei Patris Verbum carnem, secundum scripturas, factum docet: non quod naturalem aliquam mutationem aut alterationem sustinuerit, ut in carnem versum sit: sed quod carnem anima rationali vegetatam sibi adsciverit, homoque processerit, non quod homini sit conjunctum, aut in homine inhabitaverit, ut ipsi

Matth. 2.

CAP. XLI. *Luc. 1.* MAGNA sumus lætitia alacritatis impleti, *postquam*, sicut legimus, *ex alto nos oriens visitavit*. Ecce enim sollicitis nobis, quia neminem perire volumus, sanctitas tua redintegratum corpus ecclesiæ suis epistolis indicavit, redeuntibus ejus in sua membra compagibus: neminem foris jam videmus errare, quia intus omnes positos fides una testatur. Lætamur e medio nostrum qui hoc opus fecit ablatum: soli sibi nunc non credenti, quod sensit intelligit obfuisse, qui contra hunc nixus, quem profitemur omnibus profuisse. Sed *2. Cor. 5.* convenit a tristibus nos ad læta transire, quia ipse, cui quæstio mota fuerat, de ecclesia universali mœrore sublato, tempus nobis præstitit gaudiorum. Christus denique Deus noster quam vera sit sua causa monstravit, quando ita res dignatus est gubernare, ut tantæ rei & talis judicium servaret suorum conventui sacerdotum. In unum congregati apostoli de fide sæpe tractarunt: in unum nunc convenientes apostolici de ejus victoria gratulantur. O relatio digna mittente, digna conventu! Gaudii cœlestis judicium tales habere debuit cognitores, & quia res & causa deposcit, locum quoque convenit * non taceri. Ad beatum apostolum Petrum fraternitas universa convenit. Ecce auditorium congruens, auditoribus conveniens audiendis. Habuerunt coepiscopi nostri illum congratulationis testem, quem habemus honoris exordium. Sanctæ namque & venerabili synodo, quam natalis mihi dies favente domino congregarat, quia sic credendum est, ipse præsedit; quandoquidem probatur nec spiritu, nec corpore defuisse. Adfuit palmæ, qui contentioni non defuit; juvit animorum vota nostrorum, qui videt symbolo primum inter apostolos tradito derogari: non passus est nefandum caput gaudere solatiis, nec turbari diu sivit lutulento gurgite fontis illius perspicuitatem puritatem. Ad nos reversi fratres, ad nos inquam, qui morbum communi studio persequentes, animarum curavimus sanitatem.

Non

* Nestorio.

Non se exuli * vestro sanctus frater noster Joannes addiderat, non ejus est blasphema prædicatione deceptus: nam quantum rerum exitus docet, suspendit suam sententiam, non negavit. Nam quid in inventorem malorum posset aliud judicare, nisi quod probatur ipse per sacerdotes suos, cujus agebatur causa, sentire? Statuerat hoc nimirum de nostrorum desertore castrorum, quod a ducibus fidei * suaderet perfidia judicari. Nunquam se a nostro numero separasset, in quem potuit & reverti. Exulta, frater carissime, & ad nos recollectis fratribus victor exulta. Quærebat ecclesia quos recepit. Nam si neminem perire volumus de pusillis, quanto magis gaudendum nobis est sanitate rectorum? Legimus una ovis quantum gaudii reportata præstiterit: & idcirco intelligendum est quid laudis habeat tantos revocasse pastores. Greges aspiciuntur in singulis; nec unius hic causa tractatur, quoties agitur de sanitate * multorum. Lætamur hic nihil egisse nos præcoquum, quando fructu nostræ sententiæ gratulamur. Sustinuimus, fratres, certi eos non spinas, sed uvas esse * facturos. In evidenti est nostrorum vindemia gaudiorum, quæ sanctam synodum largitate gratulationis implevit. Vineam suam custos ille curavit, quem ad custodiendam domum Israel nec dormitare, nec obdormire David propheta testatur? infæcundum illud Christo nostro, nec afferens fructum, suscepit flamma sarmentum. Sed ut hoc videmus convenire damnato, ita de reversis ad nos fratribus convenit dicere, quia non potuit a diabolo eradicari plantatio, quam plantaverat Pater. Illum ergo sibi ignis æternus, hos possessoris æterni vinea vindicavit, in tantum ut Antiochenæ ecclesiæ sacerdotem vocari a sanctitate tua jam nunc venerabilem virum & domnum gaudeamus. Et merito vocatur domnus, qui communem dominum recognovit, qui incarnationis ejus mysterium voce catholica nobiscum confitetur. Bene nobis breviter tua fraternitas quæ sunt super eodem negotio gesta narravit: sed mirati non sumus, quod a dissentientibus in te compositam legimus * dejectionis injuriam. Novimus frequenter patere calumniis veritatem, nec tamen unquam posse falsitate superari: votivæ sunt semper molestiæ fidem prædicanti: his namque cum beatitudine copiosa merces paratur in cœlo, quibus propter justitiam maledictiones, persecutiones, & omne malum præcipitur sustinere. Passus es falsitatem, ut victricem faceres veritatem: & ideo nunc insultandum est falsitati, quia nullus perire potuit veritati. Expectamus igitur memorati fratris nostri Joannis clericos, & optamus venire: scimus ei & pro honore & pro labore tuo dare responsum. Non est, sicut fratri & coepiscopo nostro Maximiano sæpe jam scripsimus, etiam ipse redeuntibus difficilis aperire januam: ut vere, nisi perditionis filius, nemo sit perditus; sitque ei major causa lugendi, quod meruit solus excludi. Hæc ad venerationem tuam fraternitas mecum sancta scribit, probans tuos in omnibus & confirmans labores; qui tamen graves aut amari esse non potuerunt, quia huic impensi sunt, cujus onus leve, & jugum suave portamus. Datum xv. Kalendas Octobris Theodosio XIII. & Maximo consulibus.

* f. sua debet

* f. rectorum.

* laturos

Luc. 15.

Matth. 9.

Psal. 120.

Joan. 15.

Matth. 15.

Matth.

Joan. 11

Matth.

Ξύστου Πάπα πρὸς Κύριλλον.

Ἡσθὴν ἐπὶ τοῖς δηλωθεῖσί μοι δι' ἐπιστολῆς παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος περὶ τῆς ἁγίων, καὶ συνεπισκόπων μου, ὃς ὀλίγη χρῆσις, καὶ συντυχία οἷοί τε, καὶ ὅσοι εἰσὶν ἀπέδειξε. καὶ τάχα ἤτην ἂν τοῖς περὶ αὐτῶν γράμμασιν ἐπισείσαμεν, εἰ μὴ τὴν παρ' αὐτῆς μαρτυρίαν ἐνίκησεν ἑαυτῇ ματυρεῦσα ἡ τῆς ἀνδρείας πυρκαϊά. εἴδομεν ἀληθῶς τοὺς κυρίου ἱερείας. εἴδομεν ἄνδρας μεστοὺς χάριτος πνευματικῆς, ἥ τις ἐν τοῖς πρὸ ἡμῶν παρ' αὐτοῦ δίδοται τοῦ θεοῦ. ἔτι μὴν αὐτὸς χαρμόσυνος ἡμῖν ἡ τοῦ θεοῦ περὶ ἡμᾶς κρίσις ἀπέδειξεν. ἔχει γὰρ αὐτὸς παρόντας ἡ ἡμετέρα χειροτονία. καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἀποπλεῖσιν ἱερεῖα κεκοσμημένοι, αὐτὴν ἡμῖν τὴν παρουσίαν ἐνέδειξαν τῆς σῆς ἁγιότητος, διὰ οὐ ἄνευ πολλῆς τῆς ἀξίας, ἀδελφικῇ διαθέσει περιπλεκόμεθα. τοσοῦτον γάρ σοι ὀφείλει ἡ κοσμικὴ ἐκκλησία, ὅσον σοι πάντες εἰσὶν ὑποχείριοι, ὅς γε παντοῖος πάντας νενίκηκας. ἐπιμένοντος τοίνυν καὶ ὑγιῶς πάντα ὑποβάλλοντος τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Θεμίσωνος τοῦ ἀρχιδιακόνου, τὰ πρέποντα δεδώκαμεν γράμματα πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν, πρὸς οὓς ἤτησαν οἱ προειρημένοι συνιερεῖς ἡμῶν. ἤρκει μὲν γὰρ κἀκεῖνα, ἃ πρὸ τούτου διὰ τῆς τοῦ κατὰ Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίας κληρικῶς, καὶ ὕστερον διὰ τῆς διακόνων τῆς σῆς ἁγιότητος ἐμπλεῶ πάντων ἀναγκαίων ἀπέστελλα· ἑπόμενος δὲ τὸ νοῦ τῇ τε ὑπομονῇ τῆς τῶν ἀδελφότητος, καὶ τῷ ἡμετέρῳ ἔθει, καὶ παρέλειψα τὰ εἴθισμένα μοι, ὑποβληθέντα· χάριν ὁμολογῶν, καὶ ἐν εὐχαριστίαις τιθέμενος τοῦτο, ὃ πέπεισμαί μοι ἄνωθεν δεδωρῆσθαι, ἵνα περὶ τε τῆς ἐμῆς χειροτο-

Xysti Papæ ad Cyrillum.

Lætatus sum in iis quæ per epistolam a sanctitate tua indicata sunt mihi de sanctis & [a] coepiscopis meis, quos brevis usus & congressio quales quantique essent ostendit. Et forsan minus literis quas de iis scripsisti credidissemus, nisi earum testimonium vicisset sibi ipsi attestans hominum præsentia. Vidimus vere Domini sacerdotes. Vidimus viros plenos gratia spirituali, quæ in primis ab ipso conceditur Deo. Sed & ipsos gratiores nobis Dei circa nos judicium effecit. Habuit enim illos præsentes nostra ordinatio. Et in cunctis quæ sacerdotem perficiunt ornati, ipsam nobis præsentiam exhibuerunt sanctitatis tuæ, quam non sine multo merito, fraterno affectu complectimur. Tantum enim tibi debet orbis Ecclesia quantum tibi omnes sunt subjecti, qui utique ubique omnes vicisti. Insistente igitur & salubriter cuncta suggerente filio nostro Themisone Archidiacono, congruas dedimus literas ad fratres & coepiscopos nostros, ad quos postularunt prædicti consacerdotes nostri. Sufficiebant equidem & illæ quas antea & per Ecclesiæ Constantinopolitanæ Clericos & postea per Diaconos tuæ sanctitatis plenas omnibus necessariis misi. Sequens vero nunc tum patientiam fraternitatis tuæ, tum nostram consuetudinem, non dereliqui quæ salubriter mihi suggesta sunt, gratiam habens & in beneficiis ponens hoc quod persuasus sum mihi cœlitus donatum fuisse ut de mea ordinatione ac fide eadem ad unita-

Ex B. Nova C. Concil. interpret.

a Coepiscopis) Hermogene Rhinocurorum & Lamperio Cassii, quos sequens epistola docet ad sedem apostolicam missos esse ab Episcopis qui synodum Ephesinam celebraverant. Balnzius.

tem tuam conseramus verba. De Antiocheno autem & reliquis qui cum eo sectatores fieri Nestorii voluerunt, & de cunctis vero qui contra ecclesiasticam disciplinam Ecclesias regunt, accipientes, hoc definivimus custodiendum; ut si resipuerint & cum suo duce rejecerint omnia quæcunque sancta synodus nobis confirmantibus rejecit, redeant in sacerdotum consessum. Sicut enim persistentes prioribus non potuerunt in nostra esse communione, sic volumus eos propter unitatem ac pacem Ecclesiarum satisfacientes, ut diximus, suscipi. Ipsi vero in seipsos invenientur aequam sententiam protulisse, si extra manentes ostenderint se cum dejecto & expulso tantæ impietatis socios atque participes.

νίας, καὶ τῆς πίστεως, τὰ αὐτὰ πρὸς τὴν σὴν ὁμόνοιαν μέξομεν ῥήματα.

Περὶ δὲ τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ τῶν λοιπῶν, οἵ τινες μετ' αὐτοῦ ἀπόλωθαι βούλοντο Νεστορίου ἠθέλησαν, καὶ περὶ πάντων δὲ τῶν παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἐπιτίμην ἐκκλησίας διοικούντων κατειληφότες, τοῦτο ὡρίσαμεν φυλακτέον· ἵνα εἰ ἀνανήψειαν, καὶ μετὰ τοῦ ἰδίου ἡγεμόνος ἀθετήσειαν ἅπαντα ἅ περ ἡ ἁγία σύνοδος ἡμῶν ἐπιβεβαιούντων ἠθέτησεν, ἐπανέλθοιεν εἰς τὸ τῶν ἱερέων συνέδριον. ὥσπερ γὰρ ἐπιμένοντες τοῖς προτέροις οὐκ ἠδυνήθησαν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ εἶναι κοινωνίᾳ, οὕτως βουλόμεθα αὐτοὺς διὰ τὴν ἑνότητα, καὶ εἰρήνην τῶν ἐκκλησιῶν, ἀπολογουμένους ὡς εἰρήκαμεν ὑποδέχεσθαι. αὐτοὶ δὲ καθ' ἑαυτῶν ἀρεθήσονται τὴν ἴσην ἀπόφασιν ἐξενεγκάμενοι, εἰ ἔξω μένοντες δείξειαν ἑαυτοὺς πρὸς τὸν καταβληθέντα, καὶ ἐξωθηθέντα τοσαύτης ἀσεβείας κοινωνοὺς, καὶ μετόχους.

Xysti beatissimi Papæ Romæ successoris Cælestini ad Cyrillum.

Eodem interpiete.

GRatiam habentes Dei nostri circa nos humanitati, quod eo tempore in quo nos ad supremum sacerdotii apicem vocare dignatus est, concessit nobis secundum pietatem suam, præsentiam sanctorum fratrum & coepiscoporum nostrorum Hermogenis & Lampetii, necessario ad vestram fraternitatem per eos has litteras testes ordinationis nostræ dedimus. In his enim omnes vos, a quibus illi missi fuerunt, adstitisse credidimus; quandoquidem nullatenus intervallo separantur quos connectit gratia spiritualis. Cum quali autem cunctorum concordia, per divinæ providentiæ dispensationem, hæc nostra facta fuerit ordinatio, discens & vestra sanctitas ex nostris literis & ex relatione fratrum, omnino gratiam præbenti Domino pro nobis habitura est, dilectissime frater, ut proprii doni custos ecclesiasticam pacem conservare dignetur. Deus noster, qui cuncta ad se pertinentia ita dispensat ut ne unum quidem deficere permittat, beneficium mihi in occasione fraternitatis dedit. Nam per sanctos consacerdotes nostros Hermogenem & Lampetium adsistentes nostræ ordinationi has literas visum est mittere ad religionem tuam, quales utique ad sanctam synodum misimus, de sectatoribus Nestorii. Fateor igitur, valde lætati sumus, quia contigit nobis per unam & eamdem opportunitatem quæ fidei sunt quæque ad nos ipsos pertinent communicare. Cunctos quippe habuit fratres præsentes ordinatio nostra. Cui enim visum non adesse, quando oriens per suos Presbyteros aderat, & spectarunt unum omnium cor & unam in cunctis animam agnoverunt consonamque divinæ multitudinis vocem? Sic Romana Ecclesia unum suffragium servavit in constitutione fidei præconis, ut in ipso fidei præconio unam semper sententiam servavit. Quoniam ergo sufficit per pauca significatam esse ordinationem meam, loquendum superest nobis de iis quæ sanctus frater noster Cyril-

Ξύστου τοῦ μακαριωτάτου Πάπα Ῥώμης διαδόχου Κελεστίνου, πρὸς Κύριλλον.

ΧΑριν ὁμολογοῦντες τῇ περὶ ἡμᾶς τοῦ θεοῦ ἡμῶν φιλανθρωπίᾳ, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν ἐν ᾧ ἡμᾶς εἰς τὸ ὑπερέχον τῆς ἱερωσύνης ἄκρον καλέσαι κατηξίωσεν, ἐδώρησατο ἡμῖν κατὰ τὴν ἰδίαν εὐσέβειαν, τὴν παρουσίαν τῶν ἁγίων ἀδελφῶν, καὶ συλλειτουργῶν ἡμῶν, Ἑρμογένους, καὶ Λαμπετίου, ἀναγκαίως πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀδελφότητα δι' αὐτῶν τούτων τὰ γράμματα μαρτυρόντων ἡμῶν τῇ χειροτονίᾳ, δεδώκαμεν. ἐν τούτοις γὰρ πάντας ὑμᾶς, παρ' ὧν ἐκεῖνοι ἀπεσάλησαν παραγεγενῆσθαι πεπιστεύκαμεν· ἐπειδὴ οὐδαμῶς διαστήματι χωρίζονται, οὓς συνδεσμεῖ πνευματικὴ χάρις. μεθ' οἵας δὲ πάντων ὁμονοίας κατὰ οἰκονομίαν θείας προνοίας αὕτη ἡ ἡμετέρα γεγένηται χειροτονία, μαθοῦσα καὶ ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη ἐκ τῶν ἡμετέρων γραμμάτων, νῦν ἐκ τῆς ἀναφορᾶς τῶν ἀδελφῶν, πάντως τὸ δῶρον τῷ παραχόντι κυρίῳ ὑπὲρ ἡμῶν ὁμολογήσει, ἀδελφὸς ἀγαπητότατος· ἵνα τῆς ἰδίας ὧν δωρεᾶς φύλαξ, τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην τηρῆσαι κατηξιώσει. ὁ θεὸς ἡμῶν, ὁ πάντα, εἰς αὐτὸν τὰ ἀνήκοντα ὅπως διοικῶν, ἵνα μηδὲ ἓν λεῖψαι συγχωρήσῃ, εὐεργεσίαν μοι ἐν τῇ ἀφορμῇ τῆς ἀδελφότητος δέδωκε. διὰ γὰρ τῶν ἁγίων συλλειτουργῶν ἡμῶν, Ἑρμογένους, καὶ Λαμπετίου, παραγενομένων τῇ ἡμετέρᾳ χειροτονίᾳ, τούτοις τοῖς γράμμασι ἔδοξεν ἀποσαλῆναι πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν, οἷα δὴ πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον ἀπεστείλαμεν, περὶ τῶν ἐπομένων Νεστορίῳ. ὁμολογῶ τοίνυν, σφόδρα ἠθύμεν ὅτι συνέβη ἡμῖν διὰ μιᾶς, καὶ τῆς αὐτῆς διαφορᾶς, τόνδε περὶ τῆς πίστεως, καὶ τὰ περὶ ἡμῶν αὐτῶν ἀνακοινώσασθαι. ἅπαντας γὰρ ἔχει τοὺς ἀδελφοὺς παρόντας ἡ χειροτονία ἡμῶν. τίς γὰρ ἂν ἔδοξε μὴ παραγενέσθαι, ὁπότε ἡ ἀνατολὴ διὰ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων παρεγένετο, καὶ ἐθεάσαντο μίαν πάντων καρδίαν, καὶ μίαν ἐν πᾶσι ψυχὴν ἔγνωσαν, ὁμόφωνόν τε τοῦ θεοῦ πλήθους φωνήν; οὕτως ἡ κατὰ Ῥώμην ἐκκλησία μίαν ψῆφον ἐφύλαξε τῇ καταστάσει τοῦ τῆς πίστεως κήρυκος, ὥσπερ ἐν αὐτῷ τῷ τῆς πίστεως κηρύγματι μίαν ἀεὶ γνώμην ἐτήρησαν. ἐπειδὴ τοίνυν ἀρκεῖ διὰ βραχέων δεδηλῶσθαί με τὴν χειροτονίαν, λαλητέον λοιπὸν ἡμῖν, περὶ ὧν ὁ ἅγιος ἡμῶν ἀδελφὸς Κύριλλος ἀμνημονεῖν τῆς

* f. ἐτήρ.

Xysti) Quamvis hac epistola soli Cyrillo inscripta sit, ex contextu tamen apparet eam fuisse encyclicam, ut teste monuit clarissimus illius editor. *Balizius.*

τῆς ἰδίας ὕβρεως, καὶ τῆς καμάτων αὐτοῦ. ἀρκεῖ μὲν γὰρ τὰ ἤδη γραφόντα παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης τοῦ ἐμοῦ προηγησαμένου, περὶ τῆς πίστεως, ὑπὲρ οὗ χαίρομεν θειαμβεύοντες κατὰ βοήθειαν τοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καθ' ὃν ἡ ζήτησις ἐκινήθη. ὅμως ἐπειδὴ οὐκ ἀκριβῶν ἀναλαμβάνειν πολλάκις τὰ ὑγιῶς ὁρισθέντα, ἀναγκαῖον ἡγησάμην γράφων νῦν πρὸς πίστιν ἀδελφότητι σῇ διὰ τῶν ἁγίων ἀδελφῶν, καὶ συλλειτουργῶν ἡμῶν Ἑρμογένους, καὶ Λαμπετίου, πῶς τα δηλῶν σῇ βραχέων, ἅπερ πολλῷ ἤδη τῷ λόγῳ πάλαι ἡ ἀπόφασις τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ὁρίσει. καὶ μὴ ἀποκάμῃς ἀκούων, ἀλλὰ καὶ ἡδέως ἀκούῃς, ὅτι καὶ ἐκάμετο. εἰ γὰρ Νεστόριος ὁ τῆς ἀνοσίων διδασκαλος βιβλία ἐκδέδωκε, κηρύττων τὴν καθαιρετέα, πόσῳ μᾶλλον ἡμᾶς δεῖ φαίνεσθαι τῆς πατρικῆς πίστεως φύλακας, πάντα ἀναιροῦντας τὰ καθηρημένα; ὁ δὲ ἅγιος, καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν ἀδελφός, ὁ προστάτης τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας, δεικνύων ὅπως καὶ ὅσον * φροντίζων τῆς πίστεως, καταφρονῶν τε τῆς ὕβρεων, ἃς εὐδόξως κατὰ τὸν ἀπόστολον πέπονθε, μᾶλλον διοικηθῆναι τὰς ἐκκλησίας, ἢ ἑαυτὸν ἐκδικηθῆναι ἐπιθυμεῖ. αὐτίκα δὲ τοῖς ἐν ναυαγίῳ καμοῦσιν αἰτεῖ ἀνοιχθῆναι λιμένα· ἐκείνῳ μόνῳ ἀρκεσθεὶς τῷ θανάτῳ, ὃς δοκῶν εἶναι ἐν ἀπαιδευσίᾳ διδάσκαλος, ἐξεδείκνυ ἑαυτῷ τὴν δεσποτικοῦ φόβου παιδαγωγίαν· ἀλλ' ἐπιμένειν τῷ θρόνῳ οὐκ ἠδυνήθη, διδάσκειν οὐκ εἰδώς. μόνος οὖν ἐν ναυαγήσας αὐτὸς, ὃν ἐν τοσαύτῃ ὁμίχλῃ τῆς ἰδίων διδαγμάτων μηδὲν ὁρῶντα, τὸ τῆς ἀσεβείας κῦμα προσέρρηξε τῷ σκοπέλῳ καὶ καθαιρέσεως. ἔχε μὲν οὖν πάντας χειμῶν εἷς. ἀλλὰ βουλευθέντος τοῦ τοῦτο ἐπινοήσαντος, ὑγιαθῆναι βάλεται τοὺς λοιποὺς· ἔστι τοίνυν καὶ ἐν ἡμῖν ἡ αὐτὴ ψῆφος. ἀσεβεῖν γὰρ περὶ τούτους βέλτιον, εἰς θεὸν ἀσεβεῖν παυσαμένους. ὅθεν δεχθῶσιν οἱ βουλόμενοι εἰς τὴν ἀλήθειαν ἐπανελθεῖν. περὶ ὧν πολυλογεῖν οὐ χρή, τούτων τῆς ἐλίγων ἀρκούντων. γινωσκέτωσαν γὰρ ἔσεσθαι φροντίδα περὶ τῶν καταληφθείσας παρ' αὐτῶν ἐκκλησίας, εἰ μὴ αὐτοὶ ἑαυτοῖς βοηθήσουσι, τὰ αὐτὰ ἡμῖν φρονεῖν ἐθελήσαντες.

Περὶ δὲ τοῦ Ἀντιοχείας Ἰωάννου πῶς δεῖ ἡμᾶς ὀφείλειν φυλάττεσθαι, ἅπερ ἐγκεῖται τοῖς προσπεσαλμῴαις ἐπιστολαῖς· ἵνα γνῷ ἐσόμενος εἰς τὴν καθολικῶν, εἰ πάντα παρὰ τῆς συνόδου καθαιρεθέντα καθαιρῶν, ἀποδείξειεν ἑαυτὸν καθολικὸν ἱερέα. κάτεχε οὖν ἐχυρῶς τοῦτο συνοδικά, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ὡρισμένα, ἀδελφὲ ἀγαπητόπατε. ἀφήσειν ὁ ἀδελφὸς τὰς ὕβρεις, αἵ τινες αὐτῷ χρησιμεύουσιν εἰς ἀγώνιον τοῦ κοινοῦ δεσπότου. ἡ γὰρ τοιαύτη ὕβρις νίκη ἐστίν. ὅθεν ἐπιεικῶς λύουσι πάντων τῆς κέντρων τὰς πληγὰς, οὐδὲ ἐκεῖνα αὐτὸν ἐλύπησαν, ἐφ' οἷς νῦν ἥδεται, μεμνημένος ὅτι ἠγωνίσατο διὰ στέφανον. οὐδὲ γὰρ ἅπερ μένει νικητήρια τοὺς τοιαῦτα νικῶντας. ἀγαλλιάσθω ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ τοιούτου θεάμβου, πᾶς ὁ παρακινούμενος, τῇ δὲ ψυχῇ συναινέσας· τοῦτο δὲ εἰς τὴν τῆς γειτνιόντων ἀδελφῶν γνῶσιν βούλομαι πεμφθῆναι διὰ τῆς σῆς ἀλαβείας, ἵνα μάθωσι περὶ τοῦ τηλικούτου πράγματος· εἰ καὶ πάλαι πληρέσαται πάντα ὡρισαντο, μὴ ἀργεῖν ὅμως τὸν ἀποστολικὸν θρόνον. οὐ γὰρ ἐπιτρέπει ἡμᾶς ἠρεμεῖν ἀπὸ τῆς τοιούτων φροντίδων ἡ ὑπὲρ πασῶν τῆς ἐκκλησιῶν μέριμνα.

* f. φροντίζω.

A lus immemor propriæ contumeliæ & laborum postulat. Etenim sufficiunt quæ jam scripta fuerunt a beatæ memoriæ prædecessore meo de fide, pro qua gaudemus triumphantes juxta auxilium Christi Dei nostri, in quem quæstio mota fuerat. Attamen quoniam pigere non debet resumere sæpe quæ salubriter fuerunt definita, necessarium duxi, scribens nunc ad fraternitatem tuam per sanctos fratres & coepiscopos nostros Hermogenem & Lampetium, hæc paucis declarare quæ multo jam sermone olim sententia apostolicæ sedis definivit. Et ne fatiscat audiens, sed & libenter audiat, quia vicit. Si enim Nestorius impiæ scholæ magister libros edidit, prædicans subvertenda, quanto B magis nos oportet apparere paternæ fidei custodes, omnino evertentes subvertenda? Sanctus autem & coepiscopus noster frater antistes Alexandrinorum Ecclesiæ, ostendens quomodo & quantum de fide sollicitus sit, contemnensque contumelias quas gloriose secundum Apostolum passus est, magis ordinari Ecclesias quam se vindicari desiderat. Confestim autem in naufragio laborantibus petit aperiri portum, illius solius contentus morte qui visus esse in imperitia doctor, vindicavit sibi dominicæ religionis gubernacula; sed persistere in sede non potuit, docere nesciens. Solus ergo sit naufragus is C quem in tanta caligine propriorum documentorum nihil cernentem impietatis fluctus allisit scopulo depositionis. Habuit equidem cunctos una tempestas; verum immerso qui ista excogitavit, sanari vult ceteros. Est itaque & in nobis eadem sententia: Pie enim agere circa illos melius, dum in Deum impie se gerere cessant. Unde recipiantur qui voluerint ad rectam viam reverti. De quibus multa differere non oportet, his paucis sufficientibus. Sciant enim fore curam circa derelictas ab iis Ecclesias, nisi ipsi sibi succurrerint, eadem nobiscum sentire volentes

D

De Johanne autem Antiochiæ hæc definimus debere servari quæ posita sunt in ante missis literis; ut noverit futurum se unum catholicorum, si cuncta per synodum eversa subvertens, ostenderit se ipsum catholicum sacerdotem. Retine igitur fortiter cum synodica, tum a nobis definita, frater dilectissime. Dimittit enim frater contumelias quæ ei utiles sunt coram communi Domino. Hæc namque contumelia, victoria est. Unde mansuete tulit omnium aculeorum plagas; neque illa eum contristarunt de quibus nunc lætatur, memor quod certaverit propter coronam. Novit enim qua- E lia maneant præmia eos qui talia vicerunt. Exsultet de societate hujusmodi triumphi omnis assistens, animo autem consentiens. Hæc vero ad vicinorum fratrum notitiam volo mitti per pietatem tuam, ut discant de tanta re, etsi olim plenissime cuncta definita fuerint, non cessare tamen apostolicam sedem. Neque enim permittit nos quietos esse ab ejusmodi curis, pro omnibus Ecclesiis sollicitudo.

SIXTUS EPISCOPUS, JOANNI episcopo Antiocheno.

Respondet epistolæ Joannis, quæ habetur supra

SI ecclesiastici corporis gloriam, si ejus integritatem dilectio tua considerare dignetur; profecto lætitiæ nostræ non quærat interpretem. Ipsæ namque res evidentissime loquuntur, mœrorem nostrum repentino sancti fratris nostri Cyrilli sermone in gaudium esse conversum. Tantam hanc ergo solicitudinem nostram nos evasisse delectat, postquam * reo nostræ fidei tua fuit * sanctitas plenitudo. Nunc vere se exulem, nunc se sentit ejectum. Abundant ei in deserto spinæ, quia deest uva quam colligat. Hos habet fructus, qui erga vineam domini * nostri noluit exercere culturam. Credo ad dilectionem tuam rerum cursus & ordo pervenerit, qualiter ei voluimus nostra admonitione succurrere. Retinuimus in præceps euntem, qui erat blasphemiarum pondere in profunda mergendus. Si negotii qualitatem justa lance pensemus, nulli non videbitur Nestorius sero * damnatus. Hic fuerit debitus sermo præteritus. Fruamur nunc præsentibus bonis, nec diu hæreamus in tristibus, quibus dominus gaudere concessit. Audivit universa fraternitas, quæ ad natalis mei convenerat diem, qualiter bono humani generis, apostolicæ sedis me præside, sis gratulatus. Excedant licet meritum meum, & extra me hæc esse cognoscam: exordium tamen sui sermonis gratus accipio, quia non est tibi controversia perferenda, qui * Christum dominum nostrum bono humani generis, ita ut natus est, confiteris: subsequenter ecclesiæ addis luciferum, & ubique lucentem; sed & nunc vos, imo omnes qui lucis illius signum fronte gestamus, luciferos confitemur. Sint ergo omnes fidem prædicantes domini sacerdotes luciferi, & ubique lucentes: sit & Nestorius ille lucifer, de quo scriptum est: *Cecidit lucifer, qui mane oriebatur*: cecidit, sed superbiens cecidit, sed elisus, cum ascendere disponit in cœlum, & ponere super cœli sidera sedem suam, & promittit altissimo similem se futurum. Ille ad similitudinem se aptabat altissimi: iste in suam similitudinem vocabat altissimum: hominem namque natum eum tantummodo prædicabat, auferens incarnationis mysterium, & illud evacuans, imo illud impugnans, quo secundum symbolum fides & salus nostra subsistit. Non est certandi jam tempus hoste prostrato: transeundum nobis ab his est quæ bella moverunt: importunum est victoriæ tempore adhuc de præliis disputare. Quæ hic evidentior rerum fides, quæ ratio major potest esse, quam palma? Fruamur auctore domino, bono atque jucundo, quia in unum fratres rursus cœpimus habitare. Hæc sanctitatem tuam volumus prædicare, quæ scribis. Expertus es negotii præsentis eventu, quid sit sentire nobiscum. Beatus Petrus apostolus in successoribus suis, quod accepit, hoc tradidit. Quis ab ejus se velit separare doctrina, quem ipse inter apostolos primum magister edocuit? Non hunc auditus per alterum, non sermo lectus instruxit: doctus est cum aliis ore doctoris: non scripturæ, non scriptorum passus est quæstionem: absolutam & simplicem fidem, & quæ controversiam non haberet, accepit; quam utique meditari semper, & in qua manere debemus; ut sensu puro sequentes apostolos, inter apostolicos esse mereamur. Non parum nobis oneris, non parum laboris incumbit, ut ecclesiæ domini macula desit & ruga. Quam super hoc esse soliciti nos debeamus, clementissimorum & Christianissimorum regum cura testatur. Aspice, frater carissime, cœlesti negotio quam se vigilanter impenderint. Cogitationum ferias nesciverunt: nec dignati sunt terrena curare, nisi cœlestibus paruissent. Quoties apostolicam sedem, quoties diversos fratres eorum sermo commovit? Impenderunt se ejus negotio, qui se eorum nunquam negavit imperio. Sciunt se illi fænerare solicitudinem suam, qui eam cum grandi reddat usura. De qua re nos convenit gloriari, quia cœlestem regem videmus fœderatos reges habere terrarum. *Intelligunt*, sicut ait David, & *eruditi sunt, qui judicant terram*; quando, sicut dicit alibi, *ipsi & omnes populi laudant nomen domini*. * Ergo quia, sicut dicit apostolus, *Fides una est*, * *& vincentes obtinuit*, dicenda credamus, & tenenda dicamus. Nihil ultra liceat novitati, quia nihil adjici convenit vetustati. Dilucida & perspicua majorum credulitas nulla cœni permixtione turbetur. Habet probatum nobis virum fratrem & coepiscopum nostrum Maximianum Constantinopolitanæ ecclesiæ sacerdotem, divino illic judicio consecratum; ut ægritudinis morbum, quem astutiæ venena * solius infuderant, superet simplicitatis dulcedo succedens: qui non illic aliud quam credimus poterit prædicare, nisi quod a decessoribus meis nobiscum positus frequenter audivit. Datum XV. Kalendas Octobris, Theodosio XIV. & Maximo consulibus. *

* Nestorio.
* sanctitas plenitudo.
Matth. 7.
* nostram.
* damnatus, cui non prodest.
* Forte, aut anathematizatus.
Isai. 14
Psal. 118.
Psal. 2.
Psal. 148.
Ephes. 4.
* Citat hunc locum Vincentius Lirinensis adversus hæres. in fine
* quæ evicerunt obtinuit.
* sopitis.
* An Chr. 433.

[1] *Joannes Antiochenus & synodus, Cyrillo Alexandrino.*

Deo amabili & sanctissimo episcopo Cyrillo, Joannes Antiochiæ, & cum eo Deo amabiles episcopi convenientes ex unaquaque provincia quæ in Oriente est, Dei gratia in civitatem amabilem Christo Antiochiam, propter literas sanctissimi Procli.

Deest initium.

NUnc autem iidem ipsi velut ex somno exsurgentes, perrexerunt ad regiam civitatem; & eam perturbantes, ecclesiasticam pacem quantum in ipsis est, turbaverunt. Sanctissimo enim episcopo Proclo tomum recte revera & pie habentem, quem ad Armenios scripsit, nobis destinante, & nostrum quærente consensum, omnia facta sunt a nobis, & in nullo minus fecimus. Erat autem & hoc in præsenti tempore supervacuum, propterea quod jam Dei gratia omnes ubique unum & eumdem custodiunt pium intellectum. Solent enim aliquoties res, quæ quasi necessariæ videntur, nisi opportune fiant, augumentum perturbationis accipere. Aliud etiam malum in istorum festinatione manibus extensis *, & alter Tomus excerpta quædam habens Theodori, qui fuit Mopsuestiæ episcopus; * & ea quæ ille in diversis libris dixisse videtur, volentes anathema inferre. Propter hoc petimus, ut mentem tuam nobis applices studiosius, quam in aliis rebus; & dignate considerare malum opus hoc esse, nisi ex communi sententia illud extinguere labores. Dedit enim tibi Deus super velle, etiam posse, ut in commune omnes juves. Sunt in illo Tomo quædam incerta, & aliter quam dicta sunt intelligi valentia. con-

* Videtur hic aliquid deesse.
* Forte, & in ea.

1 Ex Facundo edidit Harduinus. Græce non extat. Nos ex pervetusto Veronensis capituli codice emendatiorem damus.

confitemur hoc etiam nos: plurima vero eorum aperta videmus, & sine aliqua ambiguitate recta. Sed illis quæ putantur obscura, similia multa & a plurimis anterioribus ejus, & gloriosis Patribus dicta invenimus. Et periculum hinc pendet non leve, ne in istis etiam quæ illorum solvamus ejus viri reprobantes dicta, qui in episcopatu quidem defunctus, agonibus autem adversus Arianos, & Eunomianos & alios hæreticos decem millibus, per omnem suam vitam ubique decoratus est. Quod si fiat, multa etiam ab aliis sanctis Patribus aperte dicta retractaturi sumus, & reprobaturi. Excerptis enim istis similia quædam invenimus apud ter beatum & nobilem Athanasium: quædam etiam apud beatum Basilium: quædam apud Gregorium utrumque: multa vero & apud Amphilochium sæpius dicta: non parva vero & apud communem patrem beatum Theophilum. Sunt enim quæ etiam tua sanctitas ita confitetur: & eumdem de illis habet intellectum. Quædam etiam ab ipso amabili Deo Proclo, in eodem ipso Tomo, quem ad Armenios misit, quo multis sensibus istis decerptis concurrit. Et dies nos deficiet, percurrentes beatum Eustathium Antiochenæ civitatis episcopum, qui fuit pro recta fide in Nicæno Concilio; & magnæ famæ Alexandrum vestrum. Sed etiam post illos sanctissimos episcopos Meletium, Flavianum, a quibus plura istis concordantia dicta sunt. Quid jam dicam de his, qui in Occidente secundum eamdem doctrinam & eamdem confessionem decorati sunt, quos etiam tua sanctitas melius novit? Intende itaque, rogo, ad quod præcipitium nos compellant, qui ad nullam utilitatem verbis contendunt. Quid non hinc læsionis, vel corruptionis, & confusionis plenum generetur, si aperiatur janua his, qui volunt dicta transeuntium Patrum evertere? Quale damnum non apertum erit, dicta non solum refutare, sed etiam anathematizare? Ut enim aliud alicui placeat, aliud non, in aliquorum dictis, sive antiquorum, sive posteriorum, sive non nostrorum, alia ratio est. Ut autem & anathema eis imponatur, arbitramur audax & asperum apparere, etsi personæ cum dictis non anathematizentur. Quis enim nunc nostrorum speret non defungi, aut a quo non dictum est aliquid quod alium possit movere; aut quid horum non præbeat occasionem semper ut populi perturbentur? Et hoc quidem & viventibus & transeuntibus contingere solet. Quod non scienti tantum hæc dicimus, sed etiam plus omnibus nobis considerare valenti magnitudinem hujus absurditatis. Quid autem non præbeamus ex hoc desiderabile Nestorii defensoribus? Quis enim eum non honorabit, si cum isto & aliis, qui in episcopatu vitam deposuerunt, simul anathematizaretur? Aut ubi ejus opinio per hoc non accipiat incrementum? Quis autem deceptorum hominum, de istis occasionem assumens, non confessorem vocaverit, veluti propter illos passum quæ passus est; quæ etiam illi, qui in ecclesia fulserunt, passi sunt? Quis autem mentem habentium nescit, quia ea quæ dure a Theodoro dicta sunt, necessitate compulsus dixit? Proponebat enim eum totus in communi Oriens inter eos, qui ante nos fuerunt, sicut virtutem multam doctrinæ habentem adversus hæreses: contra quas pugnans & dimicans, multa quadam divisione usus est; non ex pravo intellectu veniens, sed efficacius adversus hæreticos illo modo uti judicans: neque veritatem summam ignorans, vel negans: absit: Pleni enim hujusmodi sunt omnes ejus libri: sed naturarum proprietates amplius dividens, sicut ei pugna, quam adversus hæreticos habuit, faciendum dictabat. Hoc & tua religiositas dispensavit aperte in anterioribus literis vestris, ad satisfactionem, quorumdam venerabilium coepiscoporum nostrorum. Quod & ipsum tuæ virtutis, tuæque sapientiæ proprium est.

His literis respondit Cyrillus per epistolam, quæ recitatur in Collat. V. Concilii V. & ibi sapientiæ arguitur. Quædam tamen ex ea fragmenta refert Facundus, libro III. *cap.* VI. *& lib.* VIII. *cap.* V.

Ex ejusdem synodi Antiochenæ epistolis ad Theodosium Imp. & ad Proclum episcopum Constantinopolitanum, in quibus Theodorus Mopsuestenus impense laudatur, fragmenta quædam recitat idem Facundus lib. 2. *cap.* 2. *lib.* III. *cap.* VI. *lib.* VIII. *cap.* III. *& v. & libro* XI. *cap.* IV. *Concilio Chalcedonensi probatam fuisse hanc synodum narrant Facundus & Liberatus.*

Θεοδωρήτου πρὸς Ἰωάννην Ἀντιοχείας.

Theodoriti ad Joannem Anticchenum.

Ὁ Πάντι σοφῶς πρυτανεύων Θεός, καὶ τῆς ἡμετέρας προμηθούμενος ὁμονοίας, καὶ τῆς τοῦ λαοῦ κηδόμενος σωτηρίας, συναθροιζούσας ἡμᾶς κατὰ ταυτὸν παρεσκεύασε, καὶ συμφώνους ἀλλήλοις τοὺς ἁπάντων ἔδειξε γνώμας. Ἐν κοινῷ γὰρ ἀναγινόντες τὰ Αἰγύπτια γράμματα, καὶ ἐξετάσαντες αὐτῶν ἀκριβῶς τὴν διάνοιαν, ἁρμόζειν σύμφωνα τοῖς εἰρημένοις (ἀφ' ἡμῶν) τὰ ἐκεῖθεν ἀπεσταλμένα, καὶ ἄντικρυς ἐναντία τοῖς δώδεκα κεφαλαίοις, οἷς μέχρι τοῦ παρόντος ὡς ἀλλοτρίοις τῆς εὐσεβείας πολεμοῦντες διετελέσαμεν. ἐκεῖνα μὲν γὰρ εἶχε, σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ λόγον, καὶ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, καὶ συνοδον τὴν καθ' ἕνωσιν φυσικήν, καὶ τὸν θεὸν λόγον πρωτότοκον γεγενημένον ἐκ νεκρῶν· ἀπηγόρευε δὲ καὶ τοῦ περὶ τοῦ κυρίου φωνῶν τὴν διαίρεσιν. καὶ ἕτερα δὲ πρὸς τούτοις εἶχε, τοῦ μὲν ἀποστολικῶν σπερμάτων ἀλλοτρίωσιν, τοῦ δὲ αἱ-

D

Deus qui cuncta sapienter moderatur, & nostræ prospicit concordiæ, necnon curam gerit de salute populorum, congregari nos in eumdem locum procuravit, invicemque consentientes effecit cunctorum sententias. In conventu enim cum legissemus Ægyptiacas literas, & diligenter earum sensum expendissemus, invenimus consonare cum illis quæ a nobis dicta fuerant ea quæ illinc missa sunt, atque plane contraria esse duodecim capitulis quæ ad præsens usque tempus tanquam aliena a pietate impugnare non destitimus. Illa enim continebant, carnaliter carnem factum Dei verbum, ac unionem secundum hypostasim, & conventum secundum unionem naturalem, itemque Deum verbum factum esse primogenitum ex mortuis; abnegabant autem & vocum de Domino prolatarum divisionem; insuperque alia com-

Ex Bibl. Nova Cotelerianæ

Theodoriti) Priorem partem hujus epistolæ habebamus in collatione quinta Concilii quinti, sed Latine tantum. Græce ediderunt viri doctissimi Leo Allatius in vindiciis synodi Ephesinæ pag. 137. & Jeannes Bapt. de la Cotelerius in tomo primo Monumentorum Ecclesiæ Græcæ pag. 48. Integram se dare putavit Allatius. Verum multa in ejus editione desunt quæ edita sunt infra in capite 95. synodici adversus Tragœdiam Irenæi. *Baluzius*.

complectebantur, ab apostolicis quidem seminibus diversa, hæreticorum vero zizaniorum germina: At quæ nunc missæ sunt literæ, evangelica nobilitate decorantur. In iis enim Deus perfectus & homo perfectus Dominus noster Jesus Christus prædicatur. Ad hæc, duæ naturæ, earumque unio inconfusa, non per temperaturam & mistionem, sed ineffabiliter ac prout Deum decet facta, tum naturarum proprietates impermiste conservans. Et passionis quidem ac mutationis expers Deus verbum, passibile vero templum, morti tempore brevi traditum, rursusque uniti Dei potentia suscitatum. Præterea spiritus sanctus, non ex filio aut per filium exsistentiam habens, sed a patre procedens, proprius autem filii nominatus, ut consubstantialis. Hanc rectitudinem in literis intuiti, nactique ex diametro contrariam jam prius scriptis, hymnos cecinimus ei qui linguis balbutientibus medetur, & ingratum auribus sonum in sonitum blandum transmutat.

A ρετικῶν ζιζανίων βλαστήματα. τὰ δὲ νῦν ἐπεσταλμένα, τῇ εὐαγγελικῇ εὐγενείᾳ καλλωπίζεται. Θεὸς γὰρ τέλειος, καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν αὐτοῖς ἀναγορεύεται. καὶ φύσεις δύο, καὶ τόπων, καὶ σύνωσις ἀσύγχυτος· οὐ κατὰ κρᾶσιν, καὶ φυρμόν, ἀλλ' ἀπορρήτως, καὶ θεοπρεπῶς γενομένη, καὶ τῶν φύσεων τὰς ἰδιότητας ἀκρατῶς διαφυλάξασα. καὶ ἀπαθὴς μὲν ὁ Θεὸς λόγος, καὶ ἄτρεπτος· παθητὸς δὲ ὁ ναὸς, καὶ τῷ θανάτῳ πρὸς ὀλίγον παραδοθεὶς, καὶ πάλιν τῇ δυνάμει τοῦ συνῳκοδομήσαντος Θεοῦ ἐγερθεὶς· καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἐξ υἱοῦ, οὐδὲ δι' υἱοῦ τὴν ὑπαρξιν ἔχον, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἴδιον δὲ υἱοῦ ὡς ὁμοούσιον ὀνομαζόμενον. ταύτην τὴν ὀρθότητα ἐν τοῖς γράμμασι θεασάμενοι, καὶ εὐτάξιαν ἐκ διαμέτρου τοῖς πρὸ τοῦ γραφεῖσιν ἀντιτείνοντες, ὑμνήσαμεν τὸν τὰς ψελλιζούσας γλώσσας ἰασάμενον, καὶ τὸν ἀπηχῆ φθόγγον εἰς ἠχὼ εὐφωνίας μεταρρυθμίζοντα.

CYRILLI ARCHIEPISCOPI *Alexandrini in sanctum symbolum.*

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ Ἀλεξανδρείας εἰς τὸ ἅγιον σύμβολον.

Dilectis & amantissimis Anastasio, Alexandro, Martiniano, Joanni, Paregorio presbytero, & Maximo diacono, ceterisque orthodoxæ fidei patribus monachorum, & vobiscum monasticam vitam agentibus, ac in fide Dei solidatis, Cyrillus in domino salutem.

Τοῖς ἀγαπητοῖς, καὶ ποθεινοτάτοις, Ἀνασταστίῳ, Ἀλεξάνδρῳ, Μαρτινιανῷ, Ἰωάννῃ, Παρηγορίῳ πρεσβυτέρῳ, καὶ Μαξίμῳ διακόνῳ, καὶ λοιποῖς ὀρθοδόξοις πατράσι μοναχῶν, καὶ τοῖς σὺν ὑμῖν τὸν μονήρη βίον ἀσκοῦσι, καὶ ἐν πίστει Θεοῦ ἱδρυμένοις, Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

STUDIUM ac diligentiam vestræ caritatis nunc quoque haud mediocriter commendare possum, & maximi faciendam esse dico. Etenim divinas doctrinas desiderare, & sacrorum dogmatum rectitudinem studiose persequi, quis non valde admiretur? Hæc enim res vitam fine termino ac beatam conciliat, neque irremuneratum erit iis in rebus impensum studium. Dicit enim ad cœlestem Patrem & Deum dominus noster Jesus Christus: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum.* Recta sane & irreprehensibilis fides, quam fulgor ex bonis operibus comitatur, omni bono nos implet, & præclaram nactos gloriam ostendit. At operum fulgor, si expers videatur esse rectorum dogmatum, inculpatæque fidei, humanæ animæ nullo modo, ut arbitror, utilis fuerit. Nam sicut fides absque operibus mortua est; ita quod e contrario convertitur, verum est. Igitur simul fulgeat cum honestæ vitæ gloria etiam integritas fidei. Ita enim erimus perfecti, juxta sapientissimi Moysis legem: *Perfectus enim*, inquit, *eris coram Domino Deo tuo.* Qui vero ex stultitia contempserunt rectam habere fidem, quamvis honesta vita se ornent, comparantur quodammodo viris ingenua quidem faciei forma, oculis vero errantibus ac distortis: atque adeo competit in eos, quod a domino per Jeremiæ vocem ad Jerusalem Judæorum matrem dictum est: *Ecce non sunt oculi tui recti, neque cor tuum bonum.* Oportet igitur, ut ante alia sanam in vobis mentem possideatis, & sanctæ scripturæ memores sitis alloquentis & dicentis: *Oculi tui recta videant.* Visus autem rectus oculorum intus absconditorum est, posse

Joan. 17.

Joan. 1.

Deut. 18.

Jerem. 22.

Prov. 4.

Τὸ φιλομαθὲς, καὶ φιλόπονον τῆς ὑμετέρας ἀγάπης καὶ νῦν ὑμετέρως ἐπαινέσαι ἔχω, καὶ ἄξιον εἶναι φημι τοῦ παντὸς λόγου. τὸ γάρ τοι θείων ἐφίεσθαι μαθημάτων, καὶ τῆς τῶν ἱερῶν δογμάτων ὀρθότητος μετποιεῖσθαι φιλεῖν, πῶς οὐκ ἂν ὑπεραγασαίτο τις; καὶ γάρ ἐστι ζωῆς τῆς ἀπεράντου, καὶ μακαρίας τὸ χρῆμα πρόξενον, καὶ οὐκ ἄμισθος ἡ σπουδή. φησὶ γάρ που πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα, καὶ θεὸν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· αὕτη δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. ὀρθὴ γὰρ πίστις, καὶ ἀκατάσκωπτος. σύνδρομον ἔχουσα τῶν ἐξ ἔργων ἀγαθῶν φαιδρότητα, παντὸς ἡμᾶς ἐμπίπλησιν ἀγαθοῦ, καὶ διαπρεπῆ λαχόντας τῶν δόξαν ἀποφαίνει. πρόξεων δὲ λαμπρότης, εἰ ἀμοιροῦσα φαίνοιτο δογμάτων ὀρθῶν, ἢ ἀδιαβλήτου πίστεως, οὐήσειεν ἄν, ὥς γε οἶμαι, κατ' οὐδένα τρόπον τῶν τοῦ ἀνθρώπου ψυχῶν, ὥσπερ γὰρ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστιν, ὅπερ εἶναι φαμὲν ἀληθὲς, καὶ τὸ ἔμπαλιν. ἐκεῖνο συναναλαμπέτω τοῖς τῆς ἀρετῆς αὐχήμασι, καὶ τὸ ἀμώμητον ἐν πίστει· ἄρτιοι γὰρ οὕτως ἐσόμεθα, κατὰ τὸν τοῦ πανσόφου Μωϋσέως νόμον· τέλειος γὰρ ἔσῃ, φησὶν, ἐναντι κυρίου *. οἱ δὲ τὴν πίστιν ἔχειν ὀρθὴν ἐξ ἀμαθίας ὀλιγωρήσαντες, ἐπὶ τοῖς ἐπιεικείαις τὸν ἑαυτῶν ἐπισεμνύνοντες βίον, ἐοίκασί πως ἀνδράσιν ἀφυᾶ μὲν λαχοῦσι τὸν προσωπικὸν χαρακτῆρα, πεπλανημένοις δὲ καὶ διάστροφον τῶν ὀμμάτων τὸν βολιν· ὥστε καὶ πρέπειν αὐτοῖς τὸ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου πρὸς τὸν τῶν Ἰουδαίων μητέρα, φησὶ δὴ τὴν Ἱερουσαλὴμ, εἰρημένον παρὰ τοῦ Θεοῦ· ἰδοὺ οὐκ εἰσὶν οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθοὶ, καὶ ἡ καρδία σου καλή. χρὴ τοίνυν ὑμᾶς ὑγιᾶ καὶ πρόσθεν τῶν ἄλλων ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς τὸν νοῦν, καὶ διαμεμνῆσθαι γράμματος

Δευτ. 18. 13. * τοῦ Θεοῦ σου.

Ἱερεμ. 22.

Παρομ. κ. 2. τος ἱερῶν προσφωνοῦντος, καὶ λέγοντος· οἱ ὀφθαλμοί σου ὁρῶσι βλεπέτωσαν· ὀρθὴ δὲ βλέψις ὀμμάτων τῶν ἔσω κεκρυμμένων τὸ ἰσχυρῶς, καὶ ἀπιξεσμένως περιαθρεῖν δύνασθαι, κατάγει τὸ ἐγχωρεῖν, τοῖς * εἴπερ ἂν χρήζοιντο, περὶ Θεοῦ λόγοις. βλέπομεν γὰρ ἐν ἐσόπτρῳ, καὶ αἰνίγματι, καὶ γινώσκομεν ἐκ μέρους. ὅταν μὲν ἐκ σκότους ἀποκαλύπτων βαθέα, τὸ τῆς ἀληθείας εἰσιν φῶς τοῖς ἐθέλουσιν ὀρθῶς τὰ περὶ αὐτοῦ γνῶσιν ἐλεῖν. χρὴ τοιγαροῦν ἡμᾶς Θεῷ προσπίπτειν, λέγοντας· φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μή ποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον· τὸ γὰρ τῆς ὀρθότητος τῶν ἱερῶν δογμάτων ἀπολιθεῖν εἴη ἂν ἕτερον οὐδὲν, πλὴν ὅτι σαφῶς τὸ ὑπνοῦν εἰς θάνατον. ἐκπίπτομεν δὲ τῆς ὀρθότητος, ὅτε μὴ τοῖς θεοπνεύστοις ἑπόμεθα γραφαῖς, ἀλλ' ἢ προλήψεσιν οὐκ ἐπαινουμέναις, ἢ κατὰ πρόσκλισιν τινὶ πρός γέ τινας οὐκ ὀρθοδοξοῦντας περὶ τὴν πίστιν, τοὺς τῆς ἑαυτῶν διανοίας ἀπονέμοντες ῥοπάς, καὶ πρός γε τῶν ἄλλων τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἀδικοῦντες ἀλισκόμεθα. πειστέον δὴ οὖν τοῖς τῆς ὀρθότητος ἐπιμελητοῖς πρὸς τὸ τοῖς ἱεροῖς κηρύγμασι δοκοῦν· ἃ καὶ διὰ πνεύματος ἁγίου παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται, καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου· ὧν τοῖς ἴχνεσιν ἀκολουθεῖν ἐσπούδασαν καὶ οἱ πανεύφημοι πατέρες ἡμῶν, οἱ τὸ σεπτόν τε, καὶ οἰκουμενικὸν τῆς πίστεως ὁριταμένοι σύμβολον, ἐν τῇ Νικαέων συναγηγερμένοι κατὰ καιρὸς· οἷς δὴ καὶ αὐτὸς σύνεδρος ἦν ὁ Χριστός· ἔφη γάρ· ὅτι ὅπου ἐὰν ὦσι, δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ὄνομα ἐμὸν, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν· ὅτι γὰρ πρόεδρος ἦν ἀόρατος τῆς ἁγίας, καὶ μεγάλης ἐκείνης συνόδου ὁ Χριστὸς, πῶς ἐστιν ἀμφιβάλλειν; κρηπὶς οἷά τις, καὶ θεμέλιος ἀρραγὴς, καὶ ἀκράδαντος τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν ἀνεβάλλετο, μᾶλλον δὲ κατεβάλλετο, τῆς ἀκραιφνοῦς, καὶ ἀμωμήτου πίστεως ἡ ὁμολογία. εἶτα πῶς ἀπιστεῖ ὁ Χριστὸς, εἴπερ ἦν αὐτὸς ὁ θεμέλιος, κατὰ τὴν τοῦ σοφωτάτου Παῦλου φωνὴν; θεμέλιον γὰρ ἄλλον, φησὶν, οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον. ὃς ἐστὶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός. τὴν τοίνυν ἐκτεθεῖσαν παρ' ἐκείνων, καὶ ὁριοθεῖσαν πίστιν τετηρήκασιν ἀδιαβλήτως καὶ οἱ μετ' αὐτοὺς γεγονότες ἅγιοι πατέρες, καὶ ποιμένες λαῶν, καὶ φωστῆρες ἐκκλησιῶν, καὶ διδασκάλοι μυσταγωγοί. ἐλλειπὸς δὲ ὅλως οὐδὲν, ἢ ἐνὸν παρεωραμμένον τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄψιν κατιδοῖτο ἂν ἐν τοῖς τῶν πατέρων ὁμολογίαις, ἢ ὅσον ἐκθέσεσιν. ἃς πεποίηται περὶ τῆς ὀρθῆς, καὶ ἀκαπηλεύτου πίστεως, εἰς ἔλεγχον μὲν, καὶ ἀναῤῥοπὴν αἱρέσεως ἁπάσης, καὶ δὴ εὐσεβοῦς ἀθυροστομίας, εἰς βεβαίωσιν δὲ, καὶ ἀσφάλειαν τοῖς ὀρθοδοξοῦσι περὶ τὴν πίστιν· οἷς ὁ λαμπρὸς ἀνατείλας ἑωσφόρος, καὶ διηύγασεν ἡ ἡμέρα κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας εἰσιν φῶς ἡ διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος χάρις.

Ἐπειδὴ δὲ γεγράφαμεν ἡμῶν ἡ ἀλάβεια, ὡς παροχεθεῖσί τινες ἐφ' ἃ μὴ προσῆκε τὴν τοῦ συμβόλου, τῶν ἐν αὐτοῦ ῥημάτων τὴν δύναμιν ἢ ὁ συνιστῶντες ὀρθῶς, ἢ καὶ ἐκ τοῦ προσκεκλίσθαι τῶν τινων συγγραφαῖς εἰς ἀδόκιμον ἀποφερόμενα νῦν, εἶπεν χρῆναι κἀμὲ τὰς περὶ τούτων αὐτῶν πρὸς ἡμᾶς ποιήσασθαι λόγους, καὶ διερμηνεῦσαι σαφῶς τὴν τῆς ἐκθέσεως δύναμιν, δεῖν ὡήθην, ἅπερ εἰς νῦν ἥκει τὸν ἐμὸν, ἐπιδρομάδην εἰπεῖν. ἑψόμεθα δὲ παντοιχῶς τῆς ἁγίων πατέρων ὁμολογίαις τε, καὶ δόξαις, ὀρ-

Ἰσ. ιθ. 17.

1. Κορ. 13.

Ἰωβ. 12. 22.

Ψαλ. 12.

Δευτ. 4.

Ματθ. 18. 20.

1. Κορ. 3.

2. Πέτρ. 1. 19.

A sermones, qualescumque de Deo fiant, pro eo atque concessum est, videre subtiliter & exacte. Videmus enim in speculo & ænigmate, & cognoscimus ex parte: sed qui ex tenebris profunda revelat, lumen veritatis infundit his, qui ipsius cognitionem rectam capere volunt. Oportet igitur, ut coram Deo procumbentes dicamus: *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte*: quandoquidem a rectitudine sacrorum dogmatum excidere nihil aliud est, quam manifeste in morte obdormire: a qua rectitudine excidimus, quando scripturas divinitus inspiratas non sequimur; sed vel præsumptis minime laudatis opinionibus, vel B studio & propensione in eos qui circa fidem non recte incedunt, mentis nostræ momenta inclinare, & nostras in primis animas lædere convincimur. Assentiendum igitur iis est qui rectam fidem ad sacrarum prædicationum sententiam diligenter examinant, quas & per Spiritum sanctum tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: quorum vestigia sequi studuerunt etiam celeberrimi patres nostri, qui venerabile & universale fidei definierunt symbolum in Nicæa olim congregati: cum quibus sane & ipse Christus C consedit, qui dixit: *Ubi fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, illic sum in medio eorum*. Nam quod Christus præsederit invisibiliter sanctæ & magnæ illi synodo, quomodo licet ambigere? Basis etenim quædam & fundamentum firmum & inconcussum per universum orbem imponebatur, imo vero jaciebatur, illa nimirum sinceræ ac irreprehensibilis confessio. Quod si ita est, quo pacto aberat Christus, cum ipse sit, juxta sapientissimi Pauli vocem, fundamentum? *Fundamentum enim aliud*, inquit, *nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus*. Quapropter expositam ab illis & determinatam fidem probe servarunt etiam hi, qui secuti sunt eos, sancti patres, populorumque pastores, & ecclesiarum luminaria, ac solertissimi mysteriorum doctores. Nihil autem omnino prætermissum vel contemptum ex his, quæ sint ad utilitatem afferendam necessaria, viderit qui in patrum confessionibus, hoc est, expositionibus, quas de recta & minime adulterata fide ediderunt ad coarguendas & subvertendas universas hæreses, impiaque blasphemias, & ad eos solidandos atque confirmandos, qui in fide recte incedunt, & quibus fulgidus ortus est lucifer, diesque, ut scripturæ dicunt, illuxit, sanctique baptismatis gratia veritatis lumen immittit.

Quoniam autem vestra pietas scripsit, quod nonnulli quæ in symbolo continentur eo detorquent quo non oportet, verborum symboli vim vel non intelligentes recte, vel etiam ex eo quod quorumdam scriptis dediti sunt, in sensum reprobum delati, itaque opus esse ut ego quoque de his ipsis rebus vobis disseram, & expositionis vim perspicue interpreter; censui, ea quæ nunc animo occurrunt, cursim dicenda. Sequentes autem in omnibus sanctorum patrum confessionem & sententiam, recte & animo

Ἰωβ. 12.

Ψαλ. 12.

Ματθ. 18.

1. Κορ. 3.

2. Πετρ. 1.

nuscrum inclinato quæ ab illis dicta sunt examinabimus. Jam enim & sancta synodus, illa inquam in Epheso iuxta voluntatem Dei congregata, cum adversus Nestorii perversam opinionem sententiam tulit & sanctam & accuratam, simul quoque pari sententia & pœna condemnavit vocum novitates aliorum, quotquot vel post illum forent, vel ante illum fuerunt, qui eadem cum illo saperent, dicereque vel scribere auderent. Etenim consentaneum erat, condemnato semel ob tam profanas vocum novitates viro; ut non unus dumtaxat feriretur, sed, ut sic dicam, universa illorum hæresis atque calumnia, quam contra pia ecclesiæ dogmata fingunt, dum prædicant duos filios, & impartibilem dividunt, cœlumque ac terram quod hominem latria colant, crimine denotant. Unum enim dominum Jesum Christum & superiorum spirituum sancta multitudo nobiscum adorat. Ne autem a quibusdam ignoretur vis symboli, quod in omnibus ecclesiis Dei auctoritatem obtinet & prædicatum est, sanctorum patrum sententias, hoc est, expositiones in commentarios illic factos retuli; ut scirent hi qui eas legunt, quomodo sanctorum patrum expositionem, hoc est, sincerum rectæ fidei symbolum intelligi conveniat. Opinor autem & vestram caritatem in eum libellum incidisse, quem de his rebus conscripsimus. Ipso nunc quoque, ut dixi, ad verbum proposito symbolo, illico Dei ope ad singula quæ in eo traduntur, perspicue interpretanda convertar. Scio enim beatissimum Petrum scripsisse: *Paratis semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est spe.*

1 Petr. 3.

Symbolum Nicænum.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum dominum Jesum Christum, Filium Dei natum ex Patre, unigenitum, hoc est, ex eius substantia; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum vero de Deo vero; genitum, non factum, consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt & quæ in cœlo & quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos; & venturus est iudicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat aliquando, quando non erat; &, antequam nasceretur non erat; & quod factus est ex non existentibus, aut ex alia substantia vel essentia; aut qui Filium Dei mutabilem vel convertibilem esse dicunt, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

Credere se dixerunt in unum Deum, ut funditus quodammodo ipsorum gentilium opiniones everterent: *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volatilium, & quadrupedum, & reptilium.* Coluerunt autem & creaturam potius quam creatorem, elementisque mundi hujus servierunt, multos & innumerabiles esse deos existimantes. Igitur ab subvertendum errorem, qui multos deos tradit, unum Deum nominant,

Rom. 8.

A θεὸς, καὶ ἀπροσκλίνως βασανίζοντες τὰ παρ' αὐτῶν εἰρημένα· ἤδη μὲν γὰρ καὶ ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ κατὰ Ἔφεσον, φημὶ, τὴν Ἐφεσίων συνελεγμένη κατὰ βούλησιν Θεοῦ, τῆς Νεστορίου κακοδοξίας ὁσίαν, καὶ ἀκριβῆ κατεψηφίσατο τὴν ψῆφον, καὶ τοὺς τῶν ἑτέρων * καινοφωνίας, ὅσοι ἂν ἢ γένοιντο μετ' αὐτὸν, ἢ καὶ πρὸ αὐτοῦ γεγόνασι, τὰ ἴσα φρονοῦντες αὐτῷ, καὶ εἰπεῖν, ἢ γράψαι τολμήσαντες, συγκατέκρινε ἐκείνῳ, τὴν ἴσην αὐτοῖς ἐπιθεῖσα δίκην. καὶ γὰρ οὐ ἀκόλουθον, εἰς ἅπαξ ἐπὶ τοῖς οὕτω βεβήλοις καινοφωνίαις καταγνωσθέντα, μὴ καθ' ἕνα μᾶλλον ἐλθεῖν, ἀλλ' ἵν' οὕτως εἴπω, κατὰ πάσης αὐτῶν τῆς αἱρέσεως, ἤτοι τῆς συκοφαντίας. ἧς ἐποίουν κατὰ τῶν εὐσεβῶν

B τῆς ἐκκλησίας δογμάτων, δύο προσβάλλοντες υἱοὺς, καὶ διαιρεμένοι τὸν οὐρανὸν, καὶ ἀνθρωπολατρείας ἔγκλημα καταγράφοντες οὐρανοῦ τε, καὶ γῆς. προσκυνεῖ γὰρ μεθ' ἡμῶν ἡ τῶν ἄνω πνευμάτων ἁγία πληθὺς τὸν εἷς κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ ἀγνοεῖσθαι παρά τισι τοῦ συμβόλου τὴν δύναμιν, ὃ καὶ ἐν ἁπάσαις ταῖς ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις κρατεῖ, καὶ κεκήρυκται, πατέρων ἁγίων δόξας, ἤγουν ἐκθέσεις, ἐνέτυχα τοῖς αὐτόθι πεπραγμένοις ὑπομνήμασιν· ἵν' εἰδεῖεν οἱ ἐντυγχάνοντες αὐτοῖς, τίνα προσήκει νοεῖσθαι ἔχειν τῶν ἁγίων πατέρων τὴν ἔκθεσιν, ἤτοι τὸ ἀκραιφνὲς τῆς ὀρθῆς πίστεως σύμβολον. οἶμαι δὲ τὴν ἀγάπην ὑμῶν καὶ ἐντυχεῖν τῷ βιβλίῳ,

C ὃ περὶ τούτων αὐτῶν συγγεγράφαμεν. αὐτὰ δὲ καὶ νῦν, ὡς ἔφην, ἐπὶ λέξεως αὐτῆς παραθεὶς τὸ σύμβολον, πειράσομαι σὺν Θεῷ πρός γε τὸ δεῖν ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῷ κειμένων διερμηνεῦσαι σαφῶς. γέγραπται γὰρ οἶδα τὸν πανσοφώτατον Πέτρον· ἕτοιμοι ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ὄσης ἐλπίδος.

1 Πετρ. 3.

Τὸ σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ πατέρων.

Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε, καὶ ἀοράτων ποιητήν· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς τὸν μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. Θεὸν, ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν, ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ. γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς· καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας, καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. τοὺς δὲ λέγοντας· ὅτι ἦν ποτε, ὅτι οὐκ ἦν· καὶ πρὶν γεννηθῆναι, οὐκ ἦν· καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ ἐξ ἐπῶν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἀποστολικὴ, καθολικὴ ἐκκλησία.

D

E

Πιστεύειν ἔφασαν εἰς ἕνα Θεὸν, ἐκβάθρων ὥσπερ αὐτῶν καταστρέψοντες τὰς Ἑλλήνων δόξας· οἱ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἠλλάξαντο τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν· προσεκύνησαν δὲ, καὶ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα· καὶ τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις δεδουλώκασι, πολλοὺς καὶ ἀνάριθμητοι * ὑποτιθέντες εἶναι θεοὺς. εὐκοῦν εἰς ἀναίρεσιν τῆς πολυθέου πλάνης ἕνα Θεὸν ὀνομάζουσιν, ἐπόμενοι παντοχοῦ τοῖς ἱεροῖς

Rom. 1. 22.

ἱεροῖς

ἱεροῖς γράμμασι, καὶ τὴν ἀληθείας τὸ κάλλος τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τῶν ὑφ' ἥλιον κατασημαίνοντες. τοῦτο καὶ ὁ πάνσοφος ἔδρα Μωϋσῆς, σαφέστατα λέγων· ἄκουε Ἰσραὴλ· κύριος ὁ Θεός σου κύριος εἷς ἐστί. καὶ αὖτις δὲ πάλιν φησὶν ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, καὶ δεσπότης, οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. καὶ μὴν καὶ δι' φωνῆς τῶν ἁγίων προφητῶν· ἐγὼ κύριος πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ οὐκ ἔστι πάρεξ ἐμοῦ. ἄρτι δὴ οὖν οἱ πανεύφημοι πατέρες κρηπῖδα τῇ πίστει καταβαλλόμενοι τὸ χρῆναι φρονεῖν, καὶ λέγειν, ὡς εἷς, καὶ μόνος ἐστὶ φύσει, καὶ ἀληθείᾳ θεὸς, πιστεύειν ἔφασαν εἰς ἕνα θεόν. Προσονομάζουσι δὲ αὐτὸν καὶ πατέρα παντοκράτορα, ἵνα συνεισφέρηται τῷ τάχει δήλωσις υἱοῦ, δι' ὃν ἐστι πατὴρ, συνυφεστῶτός τε, καὶ συνυπάρχοντος ἀεί. οὐδὲ γὰρ γέγονεν ἐν χρόνῳ πατὴρ, ἀλλ' ἦν ὅ ἐστιν ἀεὶ, τοῦτ' ἐστὶ πατὴρ, παντὸς ὑπάρχων ἐπέκεινα γνώσεως, καὶ ἐν ὑπερτάτοις ὑψώμασι. τὸν γὰρ τοι κρατεῖν, καὶ κυριεύειν τῶν ὅλων, λαμπρὰν οὕτω, καὶ ἀπαράβλητον αὐτῷ προσιέμεν τὴν δόξαν. παρ' αὐτοῦ δέ φασι δεδημιουργῆσθαι τὰ πάντα, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· ἵνα κἀντεῦθα τὸ ἀσύμφυες αὐτοῦ πρὸς πᾶσαν κτίσιν νοοῖτο· ἀσύγκριτος γὰρ ἡ διαφορὰ ποιητοῦ, καὶ ποιήματος, ἀγενήτου, καὶ γενητοῦ, φύσεώς τε τῆς ὑπὸ ζυγὰ, καὶ δουλείας, καὶ τῆς τοῖς δεσποτικοῖς ἀξιώμασιν ἐξωραϊσμένης, θεοπρεπῆ τε, καὶ ὑπερκόσμιον λαχούσης τὴν δόξαν.

Τοῦ γε μὴν διαμνημονεύσαντες· ἵνα μὴ δοκοῖεν ὄνομα κοινὸν προσνέμειν αὐτῷ, ὅπερ ἂν ἴσως πιστοῖτο καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν. κεκλήμεθα γὰρ καὶ ἡμεῖς υἱοί· νοηνεχέστατα προσεπάγουσι τὰ, δι' ὧν ἔστιν ἰδεῖν τῆς ἐνούσης αὐτῷ φαιδρότητος φυσικῆς τὸ ὑπὲρ κτίσιν ἀξίωμα. γεγενῆσθαι γὰρ, καὶ οὐ πεποιῆσθαί φασιν, ἀσύγκριτον μὴν αὐσιωδῶς τῇ κτίσει διὰ τὸ μὴ πεποιῆσθαι νοοῦντες αὐτὸν. ἐκφῦναι δὲ μᾶλλον διϊσχυριζόμενοι τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς ἀχρόνως τε, καὶ ἀπερινοήτως· ἦν γὰρ ὁ λόγος ἐν ἀρχῇ. εἶτα τῆς ὠδῖνος τὸ γνήσιον· ἀνθρωπίνως δὲ καὶ τοῦτο εἰρήσθω, διὰ τὸ χρήσιμον· εὖ μάλα κατασημαίνοντες, Θεὸν ἔφασαν ἐκ Θεοῦ γεγεννῆσθαι τὸν υἱόν. ἔνθα γὰρ ὅλως γνώσεις ἀληθεῖς, ἐκεῖ πω πάντως ἔποιτο ἂν τοῦ χρῆναι νοεῖν, καὶ λέγειν οὐκ ἀλλοτριον τῆς οὐσίας τοῦ τεκόντος τὸ τεχθέν, ἀλλ' ἴδιον αὐτῆς. ὅτι καὶ ἐξ αὐτῆς κατὰ τὸν αὐτῆς πρέποντά τε, καὶ ἐοικότα λόγον. οὐ γὰρ κατὰ σῶμα τέξεται τὸ ἀσώματον. ὅπου δὲ μᾶλλον, ὡς φῶς ἐκ φωτὸς, ἵνα ἐν τῷ ἀπαστράψαντι φωτὶ τὸ ἀπαυγάσθεν εἴθε νοοῖτο φῶς, καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ πρόοδον ἀπορρηθέν τε, καὶ ἄφρασον, καὶ ἐν αὐτῷ καθ' εἷωσιν, καὶ πιστότητα φυσικῶς. ὅπου γὰρ εἶναι φαμὲν ἐν μόνῳ τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, ἐν δὲ τῷ υἱῷ τὸν πατέρα· ὑπογράφει γὰρ ὁ υἱὸς ἐν ἰδίᾳ φύσει τε, καὶ δόξῃ τὸν ἑαυτοῦ γεννήτορα. καὶ γὰν ἔφη σαφῶς πρὸς τοὺς τῶν ἁγίων μαθητάς. Φίλιππος δὲ ἔτος ἦν· οὐ πιστεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. ὁμοῦ ὁμοούσιος ὁ υἱὸς τῷ πατρί. τοιοῦτος τοι, καὶ Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ γεγεννῆσθαι πιστεύεται. καὶ τὸ μὴν τῆς γεννήσεως ὄνομα τοῦ δρησόμεν, καὶ ἐπὶ τῶν κτισμάτων, κατά γε, φημὶ, τὸ· υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, περὶ τῶν ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ εἰρημένον παρὰ Θεοῦ· ἀλλ' ἐν χαίρεσι τέξει τῷ τοιάνδε λη-

Δευτ. 6. 4.
Ἠσαΐ. 10. 3.
Ἠσαΐ. 44. 6.
Ἰωάν. 1.
Ἰωάν. 14.
Ἰωάν. 10.
Ἠσαΐ. 1.

A ut sacris literis omnino consentiant, & veritatis speciem universis qui in toto mundo sunt, indicent. Hoc ipsum & sapientissimus Moyses fecit, cum apertissime dixit: *Audi Israel: Dominus Deus tuus, dominus unus est.* Et idem ipse profecto omnium nativitatis auctor ac dominus inquit: *Non erunt tibi dii alii præter me.* Præterea & per vocem sanctorum prophetarum: *Ego dominus primus, & ego postbac; & non est extra me.* Optime igitur celeberrimi patres, cum fidei fundamentum hoc ipsum jacerent, nempe sentiendum & asserendum esse quod unus & solus sit natura vereque Deus, dixerunt credere se in unum Deum. Eumdem & agnominaverunt Patrem omnipotentem, ut cum Patre simul etiam Filii significatio inferretur, ob quem B est Pater, simul subsistentis, & semper coexistentis. Neque enim in tempore factus est Pater, sed quod est, semper fuit, hoc est Pater, ultra omne existens quod factum est, & summa celsitudine sublimis. Nam esse omnium potentem ac dominum, illustrem adeo & incomparabilem ei dat gloriam. Ab ipso autem condita esse dicunt omnia quæ in cœlis & quæ in terris, ut hinc quoque nullam ei cum aliqua creatura naturæ cognationem esse cognoscatur. Incomparabile enim discrimen est factoris & facturæ, ingeniti & geniti, naturæque sub jugo ac servitute positæ, & illius quæ dominii dignitate decoratur, & divinam, omnique mundo excel- C siorem gloriam sortita est.

Porro cum Filii mentionem fecissent, ne viderentur nomen commune ipsi attribuere, quod forte & nobis quoque accommodari posset, (vocati enim sumus & nos filii) prudentissime adjiciunt ea, per quæ videre licet dignitatem naturalis gloriæ, quæ in ipso est, supra omnem creaturam. Genitum enim, & non factum esse dicunt: in eo quod non est factus, intelligentes, eum secundum essentiam in creaturarum ordine minime censeri, sed extitisse illum affirmantes ex ipsa Dei & Patris essentia, sine tempore, & incomprehensibiliter. Erat enim Joan. 1. Verbum in principio. Postea vero, ut na- D turalem esse partum significanter exprimerent, (dicatur enim id quoque, quia sic oportet, humano more) ipsum Filium, Deum dixerunt de Deo natum. Ubi enim omnino vera nativitas, illic omnino sequitur ut intelligendum & dicendum sit, id ipsum quod genitum est, ab ejus, qui genuit, substantia non esse alienum, sed ejus proprium, quia & ex ipsa est juxta rationem ipsi convenientem atque congruentem. Incorporeum enim non gignit ut corpus, sed magis sicut lumen ex lumine; ut in coruscante lumine inde resplendens lumen intelligatur, & ex illo esse secundum ineffabilem & indicibilem processionem, & in ipso se- E cundum unionem & identitatem naturalem. Sic enim esse dicimus in Patre quidem Filium, in Filio autem Patrem. Nam Filius in propria natura & gloria Patrem suum describit. Proinde aperte dicit ad unum sanctorum discipulorum, (Philippus is erat:) *Non credis quod ego in Patre, & Pater in me est? Qui vidit me, vidit & Patrem. Ego & Pater unum sumus.* Igitur consubstantialis est Filius Patri. Proinde hac ratione Deus verus ex Deo vero natus esse creditur. Et generationis quidem nomen etiam in creaturis positum

Deut. 6.
Exod. 20.
Isa. 44.
Joan. 14.
Joan. 10.

inveniemus, juxta id quod de his qui erant ex sanguine Israel a Deo dictum est: *Filios genui & exaltavi*. Sed appellationem hanc gratiæ loco creatura lucratur. At de naturali Filio nihil tale per abusionem dictum est, sed omnia vera; & propter hoc solus ex omnibus dicit: *Ego sum veritas*. Quapropter sive generationem, sive filiationem de ipso quis dicat, nequaquam mentietur: ipse enim est veritas. Itaque muniunt animas nostras celeberrimi illi sacri doctores, Patrem & Filium ubique ac generationem nominantes, & Deum verum ex Deo vero, lumenque ex lumine effulsisse dicentes, ut illa generatio & incorporea sit & simplex, & notionem ex ipso procedentis, & in ipso manentis habeat, & uterque existere in propria persona intelligatur. Pater enim est pater, & non Filius; & Filius est ille natus, & non pater; & in identitate naturæ proprium est utriusque id esse quod est.

Isa. 1. Joan. 14.

Ceterum cum omnium tam visibilium quam invisibilium Patrem esse factorem pronunciassent, per Filium omnia facta esse dicunt, non ut minorem gloriam, quasi sortem quamdam ipsi convenientem tribuerent; minime quidem: ubi enim omnino minus, vel etiam majus in identitate substantiæ videri potest? sed quod Deo & Patri natura sit insitum, non alio modo aliquid operari & vocare ut sit, quam per Filium in Spiritu, tanquam per virtutem ac sapientiam suam. Scriptum est enim: *Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Ad hæc sapientissimus Joannes cum dixisset: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*; adjecit necessario: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*.

Psal. 32. Joan. 1.

Igitur postquam demonstrarunt consubstantialem, ejusdemque gloriæ, & ejusdem in operando efficatiæ cum Patre filium; opportune commemorant ipsum hominem factum, & illius cum carne dispensationis sacramentum declarant, rectissime animadvertentes, hanc fore absolutissimam fidei traditionem. Non enim in ipsum credentibus satis est solum id persuasum habere ac sentire, quod Deus de Deo Patre sit natus, & illi consubstantialis, & character substantiæ ejus sit: sed etiam necessarium est ad hæc scire, quod propter salutem ac vitam omnium demiserit se ad exinanitionem, sumpta servi forma, & processerit homo natus secundum carnem ex muliere, propter hoc dicunt: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, incarnatus, & homo factus est. Vide quam debita dispositione, & quam convenienti ordine sermo illorum progreditur. Descendisse enim dixerunt, ut per hoc super omnia dominum intelligamus esse & natura & gloria; eumdemque rursus propter nos homines descendisse, ut volens, inquam, nostram similitudinem subiret, & cum carne mundo affulgeret. Scriptum est enim in libro psalmorum: *Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit*. Intelligi autem poterit descensus, si quis voluerit, etiam alio modo, nempe ex cœlo superne, vel etiam ab ipso Patre. Solet enim sancta scriptura etiam illa quæ intelligentiam superant, verbis quæ nobis congruunt, significi-

Heb. 1. Psal. 49.

A σιν ἀποκερδόσει τὸ ποιηθέν. ἐπὶ δίγε τῶ κατὰ φύσιν υἱῶ καταχρηστικῶς μὴ τῆς τοιούτων οὐδεὶς, ἀληθῆ δὲ πάντα· καὶ δία τοῦτο μόνος ἐκ πάντων, ἐγώ εἰμι, φησὶν ἡ ἀλήθεια. ὥστε κἂν γεννήσειν, κἂν υἱότητά τις ἐπ' αὐτῶ λέγῃ, ψεῦδος ποιήσειεν ἂν ὐδαμῶς· αὐτὸς γὰρ ἐστιν ἡ ἀλήθεια. ἀσφαλίζοντα τοίνυν τὰς ἡμετέρας ψυχὰς οἱ πανεύφημοι μυσταγωγοὶ, πατέρα, καὶ υἱὸν παντεχῶ, καὶ γέννησιν ὀνομάζοντες· καὶ Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεῦ ἀληθινοῦ, καὶ φῶς ἐκ φωτὸς ἀπαστράψαι λέγοντες· ἵνα καὶ τὸ ἀσώματον, καὶ τὸ ἁπλοῦν ἡ γέννησις ἔχῃ, καὶ τὸ ἐξ αὐτῦ γε, καὶ ἐν αὐτῶ, καὶ ἑκάτερος ὑπάρχων ἰδιοπροσώπως νοῆται. πατὴρ γὰρ ἐστιν ὁ πατὴρ, καὶ ὐχ υἱός· καὶ υἱὸς ὁ τεχθεὶς, καὶ ὐ πατὴρ· καὶ ἐν ταυτότητι φύσεως ἴδιον ἑκατέρου τὸ εἶναι, ὅ ἐστιν.

Joan. 14. 6.

B

Α' πάντων δὲ ποιητὴν ὁρατῶν τε, καὶ ἀοράτων ἀποφαίνοντες τὸν πατέρα, δι' υἱῦ τὰ πάντα δεδημιουργῆθαί φασιν, ὐ τὸ μεῖον ἐν δόξῃ, καθάπερ τινὰ κλῆρον αὐτῶ πρέποντα προσνεμηκότες, πολλοῦ γε, καὶ δεῖ· πῦ γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ ἔλαττον, * ἢ γὲ τὸ μεῖζον ὁρᾶν ἐν ταυτότητι τῆς ὐσίας; ἀλλ' ὡς τῦ Θεῦ, καὶ πατρὸς ὐ πεφυκότος ἑτέρως ἐργάζεσθαί τε, καὶ εἰς τὸ εἶναι καλεῖν, πλὴν ὅτι δι' υἱῦ ἐν πνεύματι, ὡς δία δυνάμεως, καὶ σοφίας τῆς ἑαυτῦ. γέγραπται γὰρ· ὅτι τῶ λόγῳ κυρίῦ οἱ ὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῶ πνεύματι τῦ σόματος αὐτῦ πᾶσα ἡ δυνάμις αὐτῶν. ναὶ μὴν, ἐν ὁ πάνσοφος Ἰωάννης, ἐν ἀρχῇ λῶ ὁ λόγος, εἰπὼν, καὶ ὁ λόγος λῶ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς λῶ ὁ λόγος, προσεπλήρωσεν ἀναγκαίως· πάντα δι' αὐτῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτῦ ἐγένετο ὐδέν.

C

Ὁμόσιον τοίνυν, ἰσοκλεᾶ τε, καὶ ἰσοργὸν τῶ πατρὶ τὸν υἱὸν ἀποδεδειχότες, δυναμέμνωται χρησίμως τῆς ἐνανθρωπήσεως αὐτῦ. καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας διαφανῶσι τὸ μυστήριον, τελεωτάτῳ ἕσεσθαι, ἐν ἀπροσδεᾶ δια' τύτῦ τῆς πίστεως τῶ παράδοσιν εὖ μάλα διεγνωκότες. ὐ γάρ τοι μόνον ἀπόχρη τοῖς πιστεύσιν εἰς αὐτὸν τὸ διακεῖσθαι, καὶ φρονεῖν, ὡς Θεὸς ἐκ Θεῦ γεγέννηται τὸ πατρὸς, ὁμοούσιός τε αὐτῶ, καὶ χαρακτὴρ ὑπάρχων τῆς ὑποστάσεως αὐτῦ· ἀλλ' λῶ ἀναγκαῖον εἰδέναι πρὸς τύτοις, ὡς τῆς ἁπάντων ἕνεκα σωτηρίας, καὶ ζωῆς καθεὶς ἑαυτὸν εἰς κένωσιν, ἔλαβε δέλῦ μορφῶ, καὶ προῆλθεν ἄνθρωπος, γνωνθεὶς κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός. δια' τῦτο φασί· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ δια' τῶ ἡμετέραν σωτηρίαν καταλθόντα, σαρκωθέντα, ἐνανθρωπήσαντα. ἄθρει δὴ, ὅπως ἐν κόσμῳ τῷ δέοντι, καὶ ἐν τάξει τῇ πρεπωδεστάτῃ φέρεσιν ὁ λόγος αὐτοῖς. κατελθεῖν γὰρ ἔφασαν· ἵνα δια' τύτῦ τὸν ἐπάνω πάντων κύριον ἐνοῶμεν φύσεί τε, καὶ δόξῃ, καὶ πάλιν τοῦτον καταφοιτήσαντα δι' ἡμᾶς, εἰς τὸ ἐθελῆσαι, φημὶ, τῶ πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν * ἐπελθεῖν, καὶ ἐπιλάμψαι τῷ κόσμῳ μετὰ σαρκός· γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν· ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ὐ παρασιωπήσεται. νοηθεῖη δ' ἄν, εἴπερ ἐλοιτό τις, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἡ κάθοδος· οἷον, ἐξ ὐρανῦ, καὶ ἄνωθεν, ἢ καὶ ἀπ' αὐτῦ τῦ πατρός. φωνῆς γὰρ τοῖς καθ' ἡμᾶς καὶ τὰ

Isa. 1. Joan. 14. 6. Psal. 32. Joan. 1. Heb. 1. Psal. 49. 3.

* ἤγουν.

* ἐν ἐπιλθεῖν

τὰ ὑπὲρ νῶν κατιδηλῶν, ἔθος τοῖς ἱεροῖς γράμμασι. καὶ γὰρ ἔφη, τοῖς ἁγίοις προσδιαλεγόμενος μαθηταῖς· ἐξῆλθον ἀπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα· καὶ πάλιν· ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί. ἔτι τε πρὸς τούτοις· ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. γράφει δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Ἰωάννης· ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστί. καί τοι γὰρ ὑπάρχων ἐν ὑπερτάτοις ὑπεροχαῖς, καὶ ἐπάνω πάντων ὑστεροῦς μὴ τῷ ἰδίῳ πατρὶ, ἀπὸ δὴ καὶ ἐν πιότητι φύσεως τῆς πρὸς αὐτὸν κεφανόμενος, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτόν. ἐπειδὴ γὰρ Θεὸς ὢν ὁ λόγος τῷ ἡμῶν ἠμπέχετο σάρκα, μεμένηκε δὲ καὶ οὕτω Θεὸς, ταύτῃ τοι Θεὸν ὁ ἱερώτατος Παῦλος ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενέσθαι φησὶν, εὑρεθῆναί τε ὡς ἄνθρωπον σχήματι. Θεὸς γὰρ ἦν, ὡς ἔφην, ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἄψυχόν γε τὴν σάρκα λαβὼν, καθὰ φρονεῖν ἔδοξέ τισι τῶν αἱρετικῶν. ἐψυχωμένῳ δὲ μᾶλλον ψυχῇ νοερᾷ. αὐτὸν οὖν ἄρα τὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς προελθόντα λόγον, καὶ υἱὸν μονογενῆ, τὸν θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, τὸ φῶς τὸ ἐκ τοῦ φωτὸς, τὸν δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, κατελθεῖν ἔφασαν οἱ πατέρες, σαρκωθῆναί τε, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, τουτέστιν ὑπομεῖναι γένεσιν τὴν κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς, καὶ προελθεῖν ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς· τοῦτο γὰρ τὸ ἐνανθρωπῆσαι ἐστίν.

Εἷς οὖν ἄρα κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, αὐτὸς ὁ μονογενὴς τοῦ πατρὸς λόγος γενόμενος ἄνθρωπος, οὐκ ἀποβεβληκὼς τὸ εἶναι ὃ ἦν· ἀπομεμένηκε γὰρ καὶ ἐν ἀνθρωπότητι Θεὸς, καὶ ἐν μορφῇ δούλου δεσπότης, καὶ ἐν κενώσει τῇ καθ' ἡμᾶς τὸ πλήρες ἔχων θείως, καὶ ἐν ἀσθενείᾳ σαρκὸς τῶν δυνάμεων κύριος, καὶ ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις ἴδιον ἔχων τὸ ὑπὲρ πᾶσαν τὴν κτίσιν. ἃ μὴ γὰρ ἦν πρὸ σαρκὸς, ἀναποβλήτως ἔχει. Θεὸς γὰρ ἦν, καὶ υἱὸς ἀληθινὸς, μονογενής τε, καὶ φῶς, ζωὴ, καὶ δυνάμεις· ἃ δὲ οὐκ ἦν, ταῦτα προσεληφώς ὁρᾶται διὰ τὴν οἰκονομίαν· ἴδια γὰρ ἐποιήσατο τὰ τῆς σαρκός· οὐ γὰρ ἦν ἑτέρου τινὸς, αὐτοῦ δὲ μᾶλλον οὐ ἀφράστως αὐτῷ, καὶ ἀπορρήτως ἑνωθῆσα σάρξ. ὅπου καὶ ὁ σοφὸς Ἰωάννης σάρκα φησὶ γενέσθαι τὸν λόγον. γέγονε δὲ σὰρξ οὐ κατὰ μετάστασιν, οὐ τροπὴν, οὐ ἀλλοίωσιν εἰς τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν μεταβαλών· οὔτε μὴν φυρμὸν, οὐ σύγκρισιν, οὐ τινὰ θρυλλουμένῳ παρά τισι συνουσίωσιν ὑπομείνας· ἀμήχανον γὰρ. ἐπεὶ περ ἔστι κατὰ φύσιν ἀτρεπτος τε, καὶ ἀναλλοιώτως ἔχων· σὰρκα δὲ μᾶλλον ἐψυχωμένῳ ψυχῇ νοερᾷ παρθενικῇ, καὶ ἀχράντῳ σώματος λαβὼν, καὶ ἰδίαν αὐτῷ ποιησάμενος. ἔθος δὲ τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ, καὶ ἀπὸ μόνης ἔθ' ὅτε τῆς σαρκὸς ὅλον ἄνθρωπον ὑποδηλοῦν. ἐκχεῶ γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. οὐ γάρ τι σαρξὶν ἐν ἐψυχωμένοις ψυχῇ νοερᾷ ἐνήσειν Θεὸς ἐπηγγέλετο, ἀνθρώποις δὲ μᾶλλον τοῖς σωτεροῦσιν ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος. οὐκοῦν οὐκ ἀποδραμὼν ὁ λόγος τοῦ εἶναι, ὃ ἦν, γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς πεφυκὼς, ἀπομεμένηκε λόγος· καὶ οὐ πρότερον ἄνθρωπος νοεῖται Χριστὸς, εἶθ' ὅτε προελθὼν εἰς τὸ εἶναι Θεός. ἀλλὰ Θεὸς ὢν ὁ λόγος γέγο-

A care: unde cum sanctos discipulos suos alloqueretur, dixit: *Exivi a Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem*. Et iterum: *Vos de deorsum estis, ego de supernis sum*. Ad hæc præterea: *Ego a Patre exivi, & veni*. Scribit etiam sanctus Joannes: *Qui de sursum venit, supra omnes est*. Nam cum in summa celsitudine esset, & cum Patre suo secundum substantiam super omnia, utpote identitate unius cum ipso naturæ clarus; non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed seipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo, humiliavit seipsum. Enimvero quoniam Verbum, quod Deus erat, quamvis nostram carnem induisset, mansit tamen sic quoque Deus; propterea sacratissimus Paulus Deum in similitudinem hominum factum esse dicit, & habitu inventum ut hominem. Erat enim, ut dixi, Deus in nostra specie: non sumens sicut, hæreticis quibusdam sentire placuit, inanimatam carnem, sed anima intelligente præditam. Ipsum igitur ex substantia Patris progressum Verbum & Filium unigenitum, illum Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, ipsum per quem omnia facta sunt, descendisse dixerunt patres, incarnatumque esse & hominem factum, hoc est, subiisse generationem secundum carnem ex muliere, & processisse in specie simili nobis: hoc enim est hominem esse factum.

Unus est igitur dominus Jesus Christus, ipsum unigenitum Dei Patris Verbum, homo factum; non relinquens esse quod erat: mansit enim etiam in humanitate Deus, & in servi forma dominus, & in exinanitione nostra plenitudinem habens divinitatis, & in infirmitate carnis virtutum dominus, & in mensuris humanitatis proprium habens, quod super omnem est creaturam. Etenim quæ is ante carnem erat, inamissibiliter habet, ut quod Deus erat, & Filius verus & unigenitus, & lux, & vita, & virtus. Quæ vero non erat, ea propter dispensationem assumpsisse cernitur. Nam quæ carnis erant, sibi propria fecit. Non enim caro ipsi ineffabiliter & inenarrabiliter unita, alterius cujuspiam erat, sed ipsius ejusdem. Ita & sapiens Joannes: *Verbum*, inquit, *caro factum est*. Factum autem est caro, non quod secundum transitionem, vel conversionem, vel commutationem, in carnis naturam transmutatum sit; neque quod commixtionem, aut concretionem, aut illam quorumdam sermone decantatam consubstantiationem subierit, (id enim est impossibile, quoniam secundum naturam incommutabiliter & inconvertibiliter se habet) sed quod ex virgineo & illibato corpore carnem anima intelligente animatam assumpserit, & suam fecerit. Ceterum mos est scripturæ divinitus inspiratæ a sola carne aliquando totum hominem significare: *Effundam* enim, inquit, *de spiritu meo super omnem carnem*. Neque enim promisit Deus carnibus anima intelligente non animatis se immissurum, sed hominibus ex corpore & anima constitutis. Itaque Verbum non refugit esse quod erat cum factum est homo, sed in specie simili nobis apparens mansit Verbum. Neque prius homo intelligitur Christus, deinde sic progressus, ita ut esset Deus: sed Deus existens Verbum factum est homo, ut in eodem

Joan. 16. Joan. 8. Joan. 3. Philipp. 2. Joan. 1. Joan. 2.

dem Deus simul & homo intelligatur idem. Qui autem ipsum in duos dividunt filios, & audent dicere, quod ex semine Abrahæ hominem sibi ipsi conjunxerit Deus, & communicarit illi dignitatem & honorem, ac filiationis excellentiam, & præpararit illum ut ferret crucem, moreretur & reviviscerèt, ac in cœlum ascenderet, & ad dexteram sederet Patris, ut ab omni creatura adoretur, & honorem relatione ad Deum habita sortiatur; primum quidem duos filios prædicant, deinde sacramenti vim imperite retorquent. Non enim ex homine Deus factus est Christus, ut dixi; sed Deus existens Verbum factum est caro, hoc est homo. Exinanitus vero esse dicitur, eo quod ante exinanitionem plenitudinem habuit in propria natura, quatenus intelligitur Deus. Non enim ex eo quod inanis esset, ad plenitudinem pervenit; sed magis ex divina celsitudine & inefsabili gloria humiliavit semetipsum; non, humilis homo existens, gloria accepta exaltatus est. Servi præterea formam sumpsit, ut liber; non cum servus esset ad libertatis gloriam ascendit. In similitudinem hominum factus est, qui in forma & æqualitate Patris erat; non homo existens, secundum participationem consecutus est ut fieret in similitudinem Dei.

Quid igitur retorquent dispensationis sermones, & veritatem adulterant, contra omnes divinitus inspiratas scripturas insurgentes quæ Deum esse sciunt etiam hominem factum Filium, unumque ipsum ubique nominant? Unde & in libro creationis mundi scripsit Moyses, quod trajecit quidem divinus Jacob trans torrentem Jaboc pueros suos, & mansit solus, luctatusque est homo cum eo usque mane: & vocavit Jacob nomen loci ejus, Species Dei. *Vidi enim*, inquit, *Deum facie ad faciem, & salvata est anima mea. Ortus est autem ei sol quando transit species Dei: Jacob vero claudicabat femore suo.* Nam patriarchæ Deus portendebat, quod homo futurus esset aliquando unigenitum ejus Verbum, & obluctantem habiturus esset Israelem, & quod circa illum non essent recte incessuri, sed claudicaturi quodammodo, sicut ipse inquit per psallentis lyram: *Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt, & claudicaverunt a semitis suis.* Hoc enim opinor significare, quod Jacob femore suo claudicarit. Verumtamen illud considera, quod cum homo luctatus sit cum eo, vidisse se dicit Deum facie ad faciem, ipsumque speciem Dei vocat. Mansit enim Verbum Dei, etiam homo factum, in forma Patris, secundum spiritalem inquam imaginem, & secundum naturam omni ex parte incommutabilem. Proinde dicebat ad Philippum, characterem substantiæ Patris seipsum ostendens etiam cum carne: *Qui vidit me, vidit & Patrem.* Cum autem quemdam cæcum a nativitate, quem curaverat, invenisset in templo: *Tu credis*, inquit, *in Filium Dei?* Illo autem ad hoc dicente: *Quis est, Domine, ut credam in eum?* Respondit dicens: *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ille est.* Vidit autem ipsum

A νος ἄνθρωπος, ἵνα ἐν αὐτῷ νοῆται Θεὸς ὑπάρχων ὁμοῦ, καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. οἵγε μὲν αὐτὸν εἰς υἱοὺς μερίζοντες δύο, καὶ τολμῶντες λέγειν ὅτι τὸν ἐκ σπέρματος τοῦ Δαυὶδ ἄνθρωπον ἑαυτῷ συνῆψεν ὁ Θεὸς λόγος, καὶ μετέδωκεν αὐτῷ τῆς ἀξίας, καὶ τῆς τιμῆς, καὶ τοῦ τῆς υἱότητος ἀξιώματος. καὶ παρεσκεύασεν αὐτὸν ὑπομεῖναι σταυρόν, ἀποθανεῖν, καὶ ἀναβιῶναι, καὶ ἀνελθεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ καθίσαι ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς. ἵνα προσκυνῆται παρὰ πάσης τῆς κτίσεως, ἀναφορᾷ Θεοῦ δεχόμενος τὰς τιμὰς, πρῶτον μὲν υἱὸς προσβάλουσι δύο, εἶτα τοῦ μυστηρίου τὴν δυνάμιν ἀντιστρέφουσιν ἀμαθῶς. ὁ γὰρ ἐξ ἀνθρώπου Θεὸς γέγονεν ὁ Χριστὸς, ὡς ἔφην, ἀλλὰ Θεὸς ὢν ὁ λόγος γέγονε σὰρξ, τουτέστιν ἄνθρωπος. κενοῦσθαι δὲ λέγεται, ὡς πρὸ τῆς κενώσεως τὸ πλῆρες ἔχων ἐν ἰδίᾳ φύσει, καθὸ νοεῖται Θεός. ὁ γὰρ ἐκ τοῦ κενὸς εἶναί τις εἰς τὸ πλῆρες ἀνέβη. ἐταπείνωσε δὲ μᾶλλον ἑαυτὸν ἐξ ὑψωμάτων θειοτέρων, καὶ ἀρρήτου δόξης, ὁ ταπεινὸς ὢν ἄνθρωπος, ὑψωθὴ δεδοξασμένος. ἔλαβε δὲ δοῦλον μορφὴν ὡς ἐλεύθερος, οὐχὶ δοῦλος ὢν εἰς τὴν τῆς ἐλευθερίας ἀνεπήδησε δόξαν. ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γέγονεν ὁ ἐν μορφῇ, καὶ ἰσότητι τοῦ πατρὸς, οὐκ ἄνθρωπος ὤν, τὸ ἐν ὁμοιώματι Θεοῦ γενέσθαι πεπλούτηκε μεθεκτῶς.

C Τί οὖν ἀντιστρέφουσι τῆς οἰκονομίας τοὺς λόγους, καὶ παρασημαίνουσι τὴν ἀλήθειαν, ἀπάντασις ἀντιστρατεύμενοι ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, αἳ Θεὸν ὄντα γινώσκουσι, καὶ ἀνθρωπήσαντα τὸν υἱὸν, ὅν τε ὀνομάζουσι παντοχοῦ; καὶ γοῦν ἐν τῷ τῆς κοσμοποιΐας βιβλίῳ γέγραφεν ὁ Μωϋσῆς, ὡς διεβίβασε μὲν ὁ θεσπέσιος Ἰακὼβ τὸν χειμάῤῥουν Ἰαβὼκ τοὺς παιδία αὐτοῦ, καὶ ἀπέμεινε μόνος· ἐπάλαιε δὲ μετ' αὐτοῦ ἄνθρωπος ἕως πρωΐ· καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, εἶδος Θεοῦ· εἶδον γάρ, φησὶ, Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. ἀνέτειλε δὲ αὐτῷ ἥλιος, ἡνίκα παρῆλθε τὸ εἶδος τοῦ Θεοῦ. Ἰακὼβ δὲ ἐκώλαζε τῷ μηρῷ αὐτοῦ. προαναδείκνυ γὰρ τῷ πατριάρχῃ Θεὸς, ὅτι καὶ ἀνθρωπήσει κατὰ καιροὺς ὁ μονογενὴς αὐτοῦ λόγος, καὶ ἀντίπαλον ἕξει τὸν Ἰσραὴλ· καὶ ὅτι περὶ αὐτὸν ἐκ ὀρθοποδήσουσι· χωλανοῦσι δὲ ὥσπερ, καθάφησιν αὐτὸς δι' τῆς τοῦ ψάλλοντος λύρας· υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν, καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῆς τρίβων αὐτῆς. τοῦτο γάρ οἶμαι καταδηλοῦν τὸ ἐπισκάσαι τὸν Ἰακὼβ τῷ μηρῷ αὐτοῦ. πλὴν ἐκεῖνο ἄθρει· ἀνθρώπου παλαίοντος πρὸς αὐτὸν, ἑωρακέναι φησὶ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· καὶ εἶδος αὐτὸν ὀνομάζει Θεοῦ. ἀπομεμένηκε γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς, ἐν μορφῇ τοῦ πατρὸς, κατά γε, φημὶ, τὴν νοητὴν εἰκόνα, καὶ τὸ κατὰ πανοτιοῦν ἀπαραλλάκτως ἔχον. καὶ γοῦν ἔφη πρὸς Φίλιππον, χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρὸς ἑαυτὸν ἀποφαίνων, καὶ μετὰ σαρκός· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. ἐπειδὴ δέ τινα τῶν ἐκ γενετῆς πεθεραπεύκει τυφλὸν, εὑρὼν αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ· σὺ πιστεύεις, ἔφασκεν, εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ; ἐκεῖνος μὲν πρὸς τοῦτο λέγοντος· τίς ἐστι, κύριε, ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; καὶ ἀπεκρίνατο

νατο λέγων· καὶ ἑώρακας αὐτὸν, καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ ἐκεῖνός ἐστι. πυθέσθαι δὲ ὁ τυφλὸς ὁ γυμνὸν, ἢ ἄσαρκον αὐτὸν, ἀλλ' ὡς εἶδεν μᾶλλον τῷ καθ' ἡμᾶς· καὶ πεπίστευκεν εἰς τὸν ἑωραμένον, οὐχ ὡς υἱὸν υἱῷ συνημμένον ἑτέρῳ, ἀλλ' ὡς εἰς ἕνα τὸν φύσει τε, καὶ ἀληθῶς ὁ δίχα σαρκὸς ἐπιλάμψαντα τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς. Μωσῆς γε μὴν ὁ θεσπέσιος ἐν εὐλογίαις φησί. δοτε Λευὶ τὴν δήλωσιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ τῷ ἀνδρὶ τῷ ὁσίῳ· ὃν ἐξεπείρασαν ἐν πείρᾳ· ἐλοιδόρησαν αὐτὸν ἐφ' ὕδατος ἀντιλογίας. ὁ λέγων τῷ πατρὶ, καὶ τῇ μητρὶ, οὐχ ἑώρακα σε· καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ οὐκ ἐπέγνω. προσέταξε μὴν γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸν ποδήρη φορεῖν τῷ Ἀαρὼν ποικίλως ἐξυφασμένον· φόρημα δὲ τοῦτο μόνῳ τῇ ἀρχιερωσύνῃ πρέπον, καὶ ἐκνεμηθεὶς αὐτῇ. πρὸς δὲ τῷ στήθει τοῦ ἀρχιερέως λίθοι τινὲς ἦσαν ἀπηρτημένοι, τὸν ἀριθμὸν δώδεκα. ὧν τὸ μέσῳ πεπίστευτο δήλωσίς τε, καὶ ἀλήθεια, δύο πάλιν ἕτεροι λίθοι. αἰνιγματωδῶς δὲ διὰ τούτων ὁ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διεδείκνυτο χορὸς, οἷον ἐν κύκλῳ περιέχων τὸν Ἐμμανουὴλ, ὃς ἐστι δήλωσις, καὶ ἀλήθεια· δεδήλωκε γὰρ ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν, τὴν ἐν σκιαῖς, καὶ τύποις ἀποσκήσας λαβεῖαν. ὅτι δὲ γέγονεν ἡμῖν ἀρχιερεὺς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ὅτε καὶ ἄνθρωπος γέγονε, πῶς ἔστιν ἀμφιβάλλειν, γεγραφότος ὧδε τοῦ θεσπεσίου Παύλου· κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν; τε γὰρ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις οὐκ ἀπεοικὸς νοεῖτ' ἂν εἰκότως, καὶ μεῖον μὴν, ἢ κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου φύσιν τε, καὶ δόξαν, οὐκ ἀνάρμοστον δὲ τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ. γεγόνασι γὰρ αὐτοῦ τὰ ἀνθρώπινα· δότε τοίνυν, φησὶ, Λευὶ, τουτέστι, τῷ ἱερεῖ, τὴν δήλωσιν, καὶ τὴν ἀλήθειαν. ποίῳ δὲ ἄρα φησὶ Λευὶ, ἤγουν ἱερεῖ, διεσάφησεν εἰπών· τῷ ἀνδρὶ τῷ ὁσίῳ· ὁ γὰρ ἐποίησεν ἁμαρτίαν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός γράφει γὰρ ὁ Παῦλος περὶ αὐτοῦ· τοιοῦτος ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεὺς, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος. τοῦτον ἐξεπείρασαν ἐν πείρᾳ· ἐλοιδόρησαν αὐτὸν ἐφ' ὕδατος ἀντιλογίας. ὦ παραδόξου πράγματος. ἄνδρα λέγων αὐτὸν, θεὸν ἀνεφίλουν εὐθύς· ὃν δὴ παροξυνόντες, ἐξεπείρασεν ὁ Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας. καὶ πιστώσεται λέγων ὁ ψαλμῳδός· διέρρηξεν ἐν ἐρήμῳ πέτραν, καὶ ἐπότισεν αὐτοὺς ὡς ἐν ἀβύσσῳ πολλῇ· καὶ ἐξήγαγεν ὕδωρ ἐκ πέτρας, καὶ κατήγαγεν ὡς ποταμοὺς ὕδατι. καὶ τί μετὰ τοῦτο; καὶ ἐξεπείρασαν, φησὶν, αὐτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν· καὶ κατελάλησαν τοῦ θεοῦ, καὶ εἶπον· μὴ δυνήσεται ὁ θεὸς ἑτοιμάσαι τράπεζαν ἐν ἐρήμῳ, ὅτι ἐπάταξε πέτραν, καὶ ἐρρύησαν ὕδατα, καὶ χείμαρροι κατεκλύσθησαν; μὴ καὶ ἄρτον * δυνήσεται δοῦναι, ἢ ἑτοιμάσαι τράπεζαν τῷ λαῷ αὐτοῦ; σωιὰς οὖν, ὅπως ὀξυλαλοδόρυιται θαυματουργοῦντα τὸν θεόν. ὃν δὴ ἄνδρα φησὶν ὁ Μωσῆς. σωιὰς γὰρ ὄτω, καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, γράφει· ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. ὑποιοῦ ὁ λοιδορηθεὶς ἀνὴρ, οὐκ ἦν ἐκεῖνος, ὃς ὄπω σεσαρκωμένος ἐπειράζετο παρὰ τοῦ ἐξ Ἰσραήλ. ὅτι γὰρ ἐν ἕτερος ἦν υἱὸς ὁ ἄνευ σαρκὸς, ἕτερος δὲ παρ' αὐτὸν ὁ ἐκ σπέρματος τοῦ

Λευ. 33. 8.

Ἐξοδ. 28.

Γένεσ. 14.

Ἑβρ. 1.

Δευ. 33.

2. Πετρ. 2.

Ἑβρ. 7. 26.

Ἀριθμ. 20. 13.

Ψαλμ. 77. 15.

* δύνασται.

2 Κορ. 10. 4.

A cæcus non nudum, vel sine carne, sed in specie simili nobis; & credidit in eum quem vidit, non tanquam in eum quem vidit, non tanquam in Filium cum altero filio conjunctum, sed tanquam in unum, qui natura & vere non absque carne iis qui erant in terra affulsisset. Porro beatus Moyses in benedictionibus inquit: *Date Levi manifestationem eius, & veritatem eius viro sancto, quem tentaverunt tentatione; & ei convitiati sunt apud aquam contradictionis. Qui dicit patri & matri. Non vidi te; & fratres suos non agnovit.* Ordinaverat quidem universorum Deus ipsi Aaron, ut poderem faceret varie contextum: B habitus is erat soli summo sacerdoti conveniens, ipsique attributus. In pectore autem summi sacerdotis fuere lapides quidam pendentes numero duodecim, in quorum medio disposita erat manifestatio & veritas, duo item alii lapides. Ceterum per hos duodecim apostolorum chorus ænigmatice demonstrabatur quasi in orbem cingens Emmanuelem, qui est manifestatio & veritas. Manifestavit enim nobis veritatem, cultui illi qui in umbris & figuris erat finem imponens. Quod autem pontifex factum sit nobis unigenitum Dei Verbum, quando & homo factum est, quomodo dubitari potest, cum divinus Paulus in hunc C modum scribat: *Considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Jesum, qui fidelis est ei qui fecit ipsum?* Nam sacerdotii dignitas humanitatis mensuris convenire recte intelligitur; & minor quidem quam ut Dei Verbi naturæ ac gloriæ competat, non tamen ipsi cum carne dispensationi indecens: humana enim ejus fuerunt. Igitur, *date*, inquit, *Levi*, hoc est sacerdoti, *manifestationem & veritatem*. Quasi autem dicit Levi, seu sacerdoti, declaravit dicens: *Viro sancto*. Non enim fecit peccatum dominus noster Jesus Christus. Unde Paulus de eo scribit: *Talis enim decebat ut esset nobis pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus. Illum tentaverunt in tentatione; jurgati sunt contra eum apud aquas contradictionis.* O rem admirabilem! Virum dicens eum, statim Deum declaravit, quem exacerbavit & tentavit Israel & in eremo, & ad aquam contradictionis: ejusque rei fidem faciet Psaltes dicens: *Dirupit petram in eremo, & potavit eos velut in abysso multa: & eduxit aquam de petra, & deduxit quasi flumina aquas.* Et quid post hoc? *Et tentaverunt*, inquit, *eum in corde suo, & male locuti sunt de Deo, & dixerunt: Numquid poterit Deus præparare mensam in deserto, quoniam percussit petram, & fluxerunt E aquæ, & torrentes inundaverunt? Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?* Intelligi igitur quomodo jurgati fuerint adversus Deum miracula facientem, quem sane appellat virum Moyses. Nam & divinus Paulus sic intelligens scribit: *Bibebant enim ex spiritali sequente petra: petra autem erat Christus.* Vir igitur, contra quem jurgabantur, ipse erat ille, qui nondum incarnatus tentabatur ab Israelitis. Non enim alium fuisse Filium ante carnem, alium vero ab ipso diversum ex semi-

Deut. 33.

Gen. 28.

Gen. 14.

Heb. 1.

Deut. 33.

1. Petr. 2.

Heb. 7.

Num. 20.

Psal. 77.

Idem.

1. Cor. 10.

semine David, sicut audent quidam dicere; sed unum & eumdem, ante incarnationem quidem nudum adhuc Verbum, post partum autem ex sancta virgine incarnatum & hominem factum, sicut scripserunt sancti illi ac divini patres, alio quoque signo comprobavit Moyses. Nam quasi interrogaret quispiam, & discere cuperet, de quonam viro mentionem fecisset, quem sane & tentatum fuisse & objurgatum ab Israelitis diceret, tantumnon intento digito Jesum demonstrat, & inquit: *Qui dicit patri & matri: Non vidi te; & fratres suos non agnovit.* Meminimus autem unum sanctorum evangelistarum scripsisse, quod docente aliquando & quosdam erudiente Christo, adstiterunt mater ejus & fratres; deinde accurrente quodam ex discipulis, & dicente: *Ecce mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre*; extensa manu sua in discipulos suos dixit: *Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt. Qui enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, hic frater meus, & soror, & mater est.* Hoc, opinor, est id, quod Moyses dixit: *Qui dicit patri & matri: Non vidi te; & fratres suos non agnovit.* Præterea sapientissimus quoque Daniel in specie nostræ simili se vidisse dicit unigenitum Dei Verbum. Vidisse enim se dixit antiquum dierum sedentem super thronum, & decies millies centena millia assistentium: & millia millium ministrantium: & quibusdam interpositis hæc addit: *Videbam ego in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniens, & usque ad antiquum dierum pervenit: & coram ipso adductus est, & ei datus honor & regnum: & omnes tribus & linguæ servient ei.* Ecce jam iterum manifeste & evidenter vidit Emmanuelem ascendentem ad eum, qui in cœlis est, Patrem & Deum. Nubes enim suscepit eum, quem præterea non hominem simpliciter, sed tanquam filium hominis dicit. Deus enim erat Verbum in nostra similitudine factum. In hunc modum etiam sapientissimus Paulus intelligens, in similitudine hominum ipsum factum esse dicit; inventum autem ut hominem habitu, & in similitudine carnis peccati visum his qui erant super terram. Si autem homo fuisset, ob copulationem cum Deo tanquam Deus honoratus, dixisset propheta, quasi Deum, vel quasi Filium Dei, eum qui cum nubibus venit, se vidisse: sed hoc non dicit, illud vero potius dicit, *Sicut filium hominis.* Novit ergo ipsum Filium Deum esse, & hominem factum, hoc est, in similitudine hominum factum, juxta Pauli vocem. Verumtamen, quamvis in carne apparuerit, *usque ad antiquum dierum pervenit*, hoc est, ad æterni Patris ascendit thronum. Id nimirum erat illud ab ipso dictum: *Pater, clarifica me claritate, quam habui antequam mundus esset, apud te.* Quod autem incarnatum Dei Verbum consedit, & æqualis gloriæ sit cum Deo & Patre etiam cum carne, tanquam unus existens filius etiam quando factum est homo, manifestat sapientissimus Paulus, scribens: *Talem habemus pontificem, qui sedet in dextera throni magnitudinis in ex-*

Joan. 1.

Deut. 33. 9

Luc. 11.

Matth. 12.

Deut. 33. 9

Dan. 7. 9.

Dan. 7. 13.

Joan. 1.

Dan. 7.

Joan. 1.

Heb. 8.

Δαυὶδ, καθὰ φαίαι τολμῶσί τινες, ἀλλ' εἷς τε, καὶ ὁ αὐτὸς, πρὸ μὲν τῆς σαρκώσεως γυμνὸς ἔτι λόγος, μετὰ δὲ γε τοῦ ἀπόπτξιν τοῦ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου σεσαρκωμένος, καὶ ἀνθρωπήσας, καθὰ γεγράφασιν οἱ ἅγιοι, καὶ θεοπέσιοι πατέρες, σημείῳ πάλιν ἑτέρῳ πεπληροφόρηκεν ὁ Μωϋσῆς. ὥσπερ γὰρ ἐρομένου τινὸς, καὶ ἀναμαθεῖν ἐθέλοντος, περὶ ποίου γέγονεν ἀνδρὸς ὁ λόγος αὐτῷ.—οὐ δὴ καὶ ἐκπειρᾶσθαι, καὶ λελοιδορῆσθαι φησὶ παρὰ τοῦ ἐξ Ἰσραὴλ, μοιονοχῇ, καὶ χεῖρα προτείνων κατὰ δείκνυσι τὸν Ἰησοῦν, καὶ φησὶν· ὁ λέγων τῷ πατρὶ, καὶ τῇ μητρὶ, οὐκ ἑώρακα σέ. καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ οὐκ ἐπέγνω. μεμνήμεθα γὰρ γέγραφότες ἑνὸς τοῦ ἁγίων μαθητῶν, ὡς διδάσκοντός ποτε τοῦ Χριστοῦ, καὶ μυσταγωγοῦντος τινὰς, ἐπέστησαν ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ, εἶτα προσδραμόντες τινὸς τοῦ μαθητῶν, καὶ λέγοντος· ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω, ἰδεῖν σε θέλοντες, ἐκτείνας τοῦ χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς, εἶπε· μήτηρ μου, καὶ ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν, οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ ποιοῦντες. ὃς γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οὗτος ἀδελφός μου, καὶ ἀδελφὴ, καὶ μήτηρ ἐστί. τοῦτο, εἴμαι, ἐστὶν, ὅπερ ἔφη Μωϋσῆς· ὁ λέγων τῷ πατρὶ, καὶ τῇ μητρὶ· οὐκ ἑώρακα σέ· καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ οὐκ ἐπέγνω. * καὶ μὴν, καὶ ὁ πανσοφὸς Δανιὴλ ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς τεθεᾶσθαι φησὶ τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ λόγον. ἰδεῖν μὴν γὰρ ἔφη παλαιὸν ἡμερῶν, καθήμενον ἐπὶ θρόνου, μυρίας τε μυριάδας τοῦ παρεστώτων, καὶ χιλίας χιλιάδας τοῦ λειτουργῶν· καὶ διὰ μέσου τινὰ παρεσθεὶς, ἕτερα τοιοῦτος ἐπάγει· ἐθεώρουν γὰρ ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδὲ μετὰ τοῦ νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τοῦ ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προσλύεχθη, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία. καὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύσουσιν. ἰδὲ δὴ πάλιν σαφῶς τε, καὶ σαφῶς ἀναβαίνοντα πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα, καὶ Θεὸν, τεθεᾶται τὸν Ἐμμανουήλ. νεφέλη γὰρ ὑπέλαβε αὐτὸν· ἐν δὴ, καὶ οὐκ ἄνθρωπον ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς υἱὸν ἀνθρώπου φησὶ. Θεὸς γὰρ ἦν ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς γεγονὼς ὁ λόγος. ὅπερ σωφρονῶν, καὶ ὁ πανσοφὸς Παῦλος ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενέσθαι φησὶν αὐτὸν, εὑρεθῆναι δὲ ὡς ἄνθρωπον ἐν σχήματι, καὶ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας ὤφθαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς. εἰ δὲ ἄνθρωπος ἦν, συναφείᾳ τῇ πρὸς τὸν Θεὸν, ὡς Θεὸς, τιμώμενος, ἔφη δ' ἂν ὁ προφήτης, ὡς Θεὸν, ἢ ὡς υἱὸν Θεοῦ τεθεᾶσθαι τὸν μετὰ τῶν νεφελῶν ἐρχόμενον. ἀλλ' οὐ τοῦτο φησὶν, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον τὸ, ὡς υἱὸν ἀνθρώπου. οἶδεν ἄρα Θεὸν ὄντα, καὶ ἀνθρωπήσαντα τὸν υἱὸν, ἤγουν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενόμενον, κατὰ τὸν τοῦ Παύλου φωνήν. πλὴν καὶ ἐν σαρκὶ πεφηνὼς, ἕως τοῦ παλαιοῦ τοῦ ἡμερῶν ἔφθασε. τοῦτέστιν, εἰς τὴν τοῦ ἀϊδίου πατρὸς ἀναπεφεύγει θρόνον· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία. καὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύσουσι. καὶ τοῦτο δὴ ἄρα τὸ εἰρημένον παρ' αὐτοῦ· πάτερ δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί. ὅτι δὲ σαρκωθεὶς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος σωιέδρος ἐστὶ, καὶ ἰσοκλεὴς τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ, καὶ μετὰ σαρκὸς, ὡς εἷς ὑπάρχων υἱὸς, καὶ ὅτε γέγονε ἄνθρωπος, σαφηνεῖ γράφων ὁ πανσοφος Παῦλος, τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς· καὶ μὴν αὐτὸς

Joan. 1.

Deut. 33. 9

Luc. 11.

Matth. 12.

Dan. 7. 9.

Dan. 7. 13.

Joan. 1.

Dan. 7.

Philipp. 2.

Rom. 8. 3

Dan. 7.

Philipp. 2.

Dan. 7.

Heb. 8.

αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐρωτῶν αὐ-
Act. 25. 67. τὸν τοὺς Ἰουδαίους, εἴπερ ἐστὶν αὐτὸς ἀληθῶς ὁ Χρι-
στὸς, ἐὰν εἴπω, φησὶν, ὑμῖν, οὐ μὴ πιστεύσητε· καὶ
ἐὰν ἐπερωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτε. ἀπὸ τοῦ νῦν
δὲ ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου καθήμενος ἐκ δεξιῶν
τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ· ἐκεῖ ἐν τοῖς τῆς θεότη-
τος θρόνοις, καὶ σταυρωθήσεται τὸν υἱὸν ὁ τῶν ἁγίων
προφητῶν ἐθεάτο χορός. ἴδωμεν δὲ καὶ τοὺς τῆς κτίσε-
ως διαθήκης κήρυκας, τοὺς τῆς ὑφ' ἥλιον οἰκουμένης,
Matth. 10. 20. οἷς αὐτὸς ἔφη ὁ Χριστός. οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦν-
τες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν
ἐν ἡμῖν. εἰρήσομεν τοίνυν λέγοντα τὸν θεσπέ-
Joan. 1. 30. σιον Βαπτιστήν· ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμ-
προσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. εἶτα πῶς
ὁ μετ' αὐτὸν ὤν, πρῶτος αὐτοῦ ἦν; ὅτι γὰρ ἐπεί-
νει κατὰ τὸν τῆς σαρκὸς χρόνον Ἰωάννου ὁ Χριστὸς,
πῶς οὐχ ἅπασιν σαφές; τί οὖν πρὸς ταῦτα φαίη
τις ἄν; ἔλυσεν ἡμῖν αὐτὸς ὁ σωτὴρ τὸ ζητούμενον.
ἔφη γὰρ Ἰουδαίοις προσλαλῶν· (ἀμὴν, ἀμὴν λέ-
Joan. 8. 58. γω ὑμῖν,) πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγὼ εἰμί. ἦν
μὴν γὰρ, καὶ πρὸ Ἀβραὰμ θείως, νοεῖται δὲ μετ'
αὐτὸν, καθὸ πέφυκεν ἄνθρωπος. εἶτα τοῦ θεοῦ,
καὶ πατρὸς βοῶντος ἀναφανδὸν· τὴν δόξαν μου ἑτέρῳ οὐ
δώσω· Θεὸς γὰρ ἕτερος παρ' αὐτὸν οὐδεὶς, ἔφη πρὸς
Isai. 42. 8. Isai. 45. ἡμᾶς ὁ Χριστός· ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου
Matth. 8. 38. σὺν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων.
υἱὸν δὲ ἀνθρώπου προσδοκωμεν καταβαίνειν ἐξ οὐρα-
νῶν, γράφει πάλιν ὁ πάνσοφος Παῦλος. ἐπεφά-
Tit. 2. 11. νη γὰρ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις·
ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπι-
θυμίας, σωφρόνως, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσω-
μεν σὺν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν
ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ,
καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἔφη δὲ καὶ περὶ τῶν
Rom. 9. 4. ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ τοὺς λόγους ποιούμενος· ὅτι αὐτῶν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ ἡ νομοθε-
σία, καὶ ἡ διαθήκη, καὶ ἐξ αὐτῶν τὸ κατὰ σάρκα
Χριστὸς, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς
αἰῶνας. ἀμήν.

Οὐκοῦν κατ' ἴχνη ὄντες ἀπροσκλινῶς τῆς
τῶν πατέρων ὁμολογίας, αὐτὸν φαμὲν τὸν ἐκ τοῦ
Θεοῦ πατρὸς λόγον γνωνῆναι υἱὸν μονογενῆ,
σαρκωθῆναί τε, καὶ σταυρωθῆναι, παθεῖν,
ἀποθανεῖν, ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέ-
ρᾳ. ἀπαθὴς μὲν γὰρ ὁμολογουμένως τότε ἦν
εἰς ἰδίαν φύσιν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος· καὶ οὐδεὶς
οὕτως ἐμβρόντητος, ὡς νομίσαι δύνασθαι παθὸς
εἶναι δεκτικὸν τὴν ὑπὲρ πάντα φύσιν. ἐπειδὴ δὲ
γέγονεν ἄνθρωπος, ἰδίαν ποιησάμενος σάρκα
τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, πιστὴν τοι τοῖς τῆς
οἰκονομίας ἑπόμενοι λόγοις, σαρκὶ τῇ ἰδίᾳ πα-
θεῖν ἀνθρωπίνως βεβαιοῦμεθα τὸν ἐπέκεινα
τοῦ παθεῖν ὡς Θεόν. εἰ γὰρ Θεὸς ὑπάρχων γέ-
Galat. 4. γονεν ἄνθρωπος, ἀποπεφοίτηκε δὲ οὐδαμῶς τοῦ
εἶναι Θεὸς, εἰ γέγονε τῆς κτίσεως μέρος, καὶ μεμέ-
νηκεν ὑπὲρ τὴν κτίσιν· εἰ νομοθέτης ὢν ὡς Θεὸς,
γέγονεν ὑπὸ νόμον, καὶ νομοθέτης ἦν ἔτι· καὶ δεσπό-
της ὢν θείως, δούλου μορφὴν ὑπέδυ, καὶ ἀναπόβλη-
τον ἔχει τὸ τῆς δεσποτείας ἀξίωμα· εἰ μονογενὴς
Rom. 8. ὑπάρχων γέγονε πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς,
καὶ ἔτι μονογενὴς, τί τὸ παράδοξον, εἰ σαρκὶ παθὼν
ἀνθρωπίνως, ἀπαθὴς καὶ οὔπω νοεῖται θείως; εἰ γὰρ

celsis. Præterea & ipse dominus noster Jesus Christus, interrogantibus ipsum Judæis, num ipse esset vere Christus: *Si dixero vobis*, inquit, *non creditis: & si interrogavero, non respondebitis. Amodo erit filius hominis sedens a dexteris virtutis Dei.* Igitur etiam incarnatum Filium in divinitatis solio sanctorum prophetarum chorus contemplatus est. Videamus autem & novi testamenti præcones, totius orbis doctores, quibus ipse Christus dicebat: *Non vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Matth. 10. Inveniemus, igitur dicentem divinum Baptistam: *Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat.* Joan. 1. Atqui quomodo qui post ipsum ibat prior ipso fuit? nam Christum certe secundum tempus carnis Joanne posteriorem fuisse, quomodo non sit omnibus manifestum? Quid igitur ad hæc dicere quisquam poterit? Solvit nobis ipse salvator quod quæritur. Dicebat enim, Judæos alloquens: *Priusquam Abraham fieret, ego sum.* Joan. 8. Nam erat quidem & ante Abraham secundum divinitatem: intelligitur post ipsum secundum quod homo apparuit. Deinde Deo & Patre clamante manifeste: *Gloriam meam alteri non dabo:* Isai. 42. 8. Isai. 45. (Deus enim alius præter ipsum nullus est) dixit nobis Christus: *Cum venerit filius hominis in gloria Patris sui cum angelis sanctis.* Matth. 8. Præterea cum expectemus filium hominis de cœlis descensurum, scribit iterum sapientissimus Paulus: *Apparuit enim gratia Dei salutaris omnibus hominibus, ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobrie & juste & pie vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem & adventum gloriæ magni Dei & salvatoris nostri Jesu Christi.* Tit. 2. Dixit etiam alibi, loquens de iis qui e sanguine sunt Israel, quod *ipsorum sunt promissiones, & legislatio, & testamentum, & ex ipsis secundum carnem Christus, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.* Rom. 9.

Igitur confessionis patrum vestigia sequentes, & non deflectentes, ipsum dicimus Verbum ex Deo Patre natum unigenitum Filium Dei incarnatum esse & hominem factum, passum, mortuum, tertia die resurrexisse ex mortuis: nam citra controversiam impassibile est, quantum ad suam naturam attinet, Verbum Dei; & nullus tam attonitus est, qui putare possit, naturam quæ est super omnia, passionis esse capacem. Sed quia factus est homo, & carnem ex sancta virgine sumptam, propriam fecit; propterea, ut dispensationis rationem sequamur, in carne propria passum esse ex humanitate asserimus eum, qui extra omnem passionem est, utpote Deus. Nam si Deus existens factus est homo, & minime destitit esse Deus; si factus est creaturæ portio, & mansit tamen supra creaturam; si legislator existens, utpote Deus, factus est sub lege, & erat adhuc legislator; si item cum dominus esset ex divinitate, servi formam induit, & inseparabilem obtinet dominii dignitatem; si unigenitus existens, factus est primogenitus in multis fratribus, & est etiam unigenitus; cur miramur, si carne passus ex hu- Galat. 4. Rom. 8.

A ὁ πάνσοφος Παῦλος, τὸν ὢν μορφῇ, καὶ ἰσότητι τοῦ θεοῦ, καὶ παῖς ὑπάρχων τοῦ λόγου, τὸν αὐτὸν ὑπὲρ πάντων γενέσθαι φησὶ, καὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. ἐν ἑτέρᾳ δὲ τῇ ἰδίᾳ ἐπιστολῇ περὶ αὐτοῦ φησίν· ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων· καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε· καὶ αὐτὸν δεδόσθαι φησὶ κεφαλὴν τῇ ἐκκλησίᾳ, γρηγόρσθαι δὲ, καὶ ἀπαρχὴν τῶν κεκοιμημένων, καὶ πρωτότοκον τῶν νεκρῶν· καί τοι ζωὴ, καὶ ζωοποιὸς ὁ ἐκ θεοῦ παῖς ἐστι λόγος, ἄρα δὴ καὶ ἐκ ζωῆς ἀναρτὰς, τὸν τεκόντος αὐτὸν· εἶτα πῶς γέγονε πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων; ἐπειδὴ γὰρ τῷ τῶν θανάτου δεκτικῷ ἰδίαν ἐκτήσατο σάρκα, χάριτι θεοῦ, καθὰ φησιν ὁ πάνσοφος Παῦλος, ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου τῇ παθεῖν αὐτὸν δυναμένῃ σαρκὶ, ἐκ ἀποβαλὼν αὐτὸς τὸ εἶναι ζωή. οὐκοῦν κἂν εἰ λέγοιτο σαρκὶ παθεῖν, ἡ φύσει θεότητος εἰσδέξεται τὸ παθεῖν, ἀλλ' ὡς ἔφην ἀρτίως, ἰδίᾳ σαρκὶ τῇ τῶν παθῶν δεκτικῇ. καὶ γοῦν ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας ἐνανθρωπήσαντα θεὸν τὸν σαρκὶ παθόντα γινώσκων, ἔφη που περὶ αὐτοῦ· ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἄκακος ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ· ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἦρθη· τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. καίτοι εἴπερ τις ἦν ἄνθρωπος, καὶ ἰδικῶς νόμιμος υἱὸς, συγγενὴς δὲ θεῷ, καθάφασιν οἱ τῆς ἀνοσίων δογμάτων εἰσηγηταὶ, πῶς ἔτι δυσείρετος ὁ τὴν γενεὰν αὐτοῦ διηγήσασθαι δυνάμενος; γέγονε γὰρ ἐκ σπέρματος Ἰεσσαὶ, καὶ Δαυίδ. τὴν δέ γε τοῦ θεοῦ λόγου γένεσιν, ἤτοι τὸν τῆς γεννήσεως τρόπον, τίς ὁ φάναι δυνάμενος; αἴρεται γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. τουτέστιν ἡ ὕπαξις· τέθεικε γὰρ ἀντὶ τῆς ὑπάρξεως τὴν ζωήν. ὑψοῦ δὲ διάκειται, καὶ ὑπερνήχεται τοῦς ἐπὶ τῆς γῆς. ἀπερινόητος γὰρ, καὶ ἀπροσβλητος παντελῶς τοῖς ἀνθρώπων διανοίαις ὁ περὶ τῆς ἀρρήτου φύσεως λόγος. προσεποίσω τοῖς εἰρημένοις, καὶ τόδε. εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, καθάφησιν ὁ ἱερώτατος Παῦλος· ἑνὸς οὖν ὄντος κυρίου, πίστεώς τε μιᾶς, καὶ ἑνὸς βαπτίσματος, τίς ὁ κύριος, καὶ εἰς τίνα πεπιστεύκαμέν τε, καὶ βεβαπτίσμεθα; ἀλλ' ἴσως ἀρέσκει ὅτι μάλιστα φαίη τις ἄν, τὸ ἐκ θεοῦ πατρὸς ὄντι λόγῳ τὴν τε κυριότητα, καὶ τὴν πίστιν τὴν πρὸς ἡμῶν, ἐπ' αὐτῷ δὲ τελεῖσθαι, καὶ τὸ σωτήριον βάπτισμα. οὕτω γὰρ πω τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐνετείλατο λέγων· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὅγε μὴν θεσπέσιος Παῦλος τὴν τῆς κυριότητος δόξαν, καὶ τῆς πίστεως τὴν ὁμολογίαν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος δυνάμιν ἐμφανῆ καθίστησι, λέγων· μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν, τουτέστι Χριστὸν καταγαγεῖν· ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι Χριστὸν ἀναγαγεῖν ἐκ νεκρῶν. ἀλλὰ τί λέγει ἡ γραφή; ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· ὅτι ἐὰν εἴπῃς· κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ θεὸς ἤγειρεν αὐτὸν

manitate impassibilis etiam sic intelligitur ex divinitate? Itaque sapientissimus Paulus Verbum quod in forma & æqualitate Dei & Patris erat, idem ipsum subditum factum esse dicit & usque ad mortem, mortem autem crucis. In alia autem epistola sua de eodem dicit: *Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quia in ipso condita sunt omnia quæ in cœlo & quæ in terra; & ipse est ante omnia, & omnia in ipso constant*: & ipsum datum esse ait caput ecclesiæ, factumque esse primitias dormientium, & primogenitum ex mortuis. Atqui vita & vivificans est illud ex Deo Patre Verbum, utpote ex vita natum, ex eo nempe qui genuit eum. Quod si ita est, quemodo factum est primogenitus ex mortuis, & primitiæ dormientium? Nimirum quia posteaquam mortis susceptivam carnem propriam fecit, *gratia Dei*, sicut dicit sapientissimus Paulus, *pro omnibus gustavit mortem* per carnem, quæ mortem pati potuit, non ipsum amittens quominus esset vita. Itaque etiamsi dicatur carne passum esse, non natura deitatis suscipiet passionem, sed, ut jam dixi, propria carne, quæ passiones capit. Unde & beatus Isaias, illum carne passum agnoscens Deum esse humanatum, de illo dixit: *Sicut ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus innocens coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate ipsius judicium ejus sublatum est: & generationem ejus quis enarrabit? quia tollitur de terra vita ejus*. Atqui si aliquis fuisset homo, & secundum intelligeretur filius, sed conjunctus Deo; sicut dicunt impiorum dogmatum auctores; quomodo jam difficile invenietur, qui generationem ejus enarrare possit? Factus enim est ex semine Jessæ & David. Dei autem Verbi generationem, sive generationis modum, quis dicere poterit? *Tollitur* enim *a terra vita ejus*, hoc est existentia. Posuit enim pro existentia vitam. In sublime autem tollitur & superfertur, eminetque omnibus qui sunt in terra: nam humanæ menti neque comprehensibilis est, neque prorsus accessibilis, illa ineffabilis naturæ ratio. Quin etiam illud jam dictis adjiciam: *Unus dominus, una fides, unum baptisma*; sicut dicit sacratissimus Paulus. Itaque cum unus sit dominus, & unum baptisma; quis ille est dominus, & in quem credidimus, & baptizati sumus? Atqui maxime convenire dixerit quispiam illi ex Deo Patre Verbo tum dominationem, tum fidem a nobis præstitam, in ipso etiam peragi salutare baptisma: sic enim sanctis apostolis præcepit dicens: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Ceterum divinus Paulus dominationis gloriam & fidei confessionem, & sancti baptismi virtutem perspicuam facit, dicens: *Ne dixeris in corde: Quis ascendet in cœlum? hoc est Christum deducere, aut: Quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere. Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Quod si dixeris: Dominus Jesus; & credideris in corde tuo quod Deus ipsum excitavit ex mortuis, salvus eris*. Scribit etiam iterum: *Nescitis quod quicumque baptizati sumus in Christum Jesum, in mortem ejus baptizati sumus?* Ecce jam manifeste tum dominatio-

Philipp. 2.
Colos. 1
1. Cor. 15.
Colos. 1
Hebr. 2.
Isai. 53.
Act. 8.
Ephes. 4.
Ibid.
Ephes. 4.
Matth. 28.
Rom. 10.
Deut. 30.
Rom. 6.

VETUS jam inde a paganismi temporibus consuetudo, naturalitque legis sanctio pietatis causa obtinuit, ut apud omnes nationes, publicæ administrationes, humanæque functiones a religione sacrique ceremoniis semper secernerentur; sacraque non solum in summo rerum fastigio, sed velut in quodam posito in terris cœlo collocarentur, quo accedere solis puris sanctisque fas esset. Hinc & illud quoque consequitur, ut omnium mentibus natura insitum sit, nullo modo quæ Deo dedicata sunt pollui posse, neque hominum insolentiam adversus vim divinam progredi. Quo enim pacto fieri queat, ut ea polluantur, quæ semper munda esse necesse est? Aut qua ratione ea poterunt contaminari, quæ semel sanctificata, nunquam talia esse desinunt? Quapropter licet pro certo habeamus, ab iis quæ paulo ante barbarica vesania contra divinum altare nefarie perpetrare ausa est, neque quod mundum erat pollui, neque quod natura sanctum contaminari potuisse: tamen quia id factum est, quod nullo modo futurum sperabamus, & usque ad religionem illa sceleratorum hominum pervenit audacia; ne vel impiis profana esse videantur ea quæ divina sunt, neque in sacratis Deoque dicatis locis liceat ea facere, quæ ne in aliis quidem passim * impune fieri permittendum est; & ut religio pervigili etiam pietatis custodia illæsa castaque permaneat; omnem violentiam, quæ vel per audaciam, vel præter voluntatem inferatur, ab omnipotentis Dei ecclesia arcemus. Etenim si veterum Paganorum religio, quæ error erat, & cui quod libitum fuisset deus erat, adeo superstitionis suæ observans fuit, ut altaria non quibusvis, sed certis sacerdotibus dumtaxat committeret, & fana sua perinde ac si ipsius quoque terræ situ extollerentur in arcibus ac munitioribus urbium locis dicaret, atque idola fabrefacta adoraret, maxima-

* φυσικῶ. * τῶν θρησκείαν. * νόμοις. * διαμένειν. * τῶ τῶ. * ἐκκλησίᾳ. * iniqua.

que cum veneratione ac vanitate coleret: quanto magis par est, ut nos religionem nostram omni cum observantia custodiamus, ad quos Deus ipse cum veræ religionis cultu, cœlum non deserens descendit, & tanquam cessione quadam inter Deum & homines facta, homo Deum in terram suscepit hominemque Deus in cœlum sustulit? Ante alia autem hac re illi Deum placant penes quos rerum summa est, cum scilicet salutis & vitæ ac securitatis hominum curam habent: quæ, ut nostra natura fert, nullo modo alterum cum altero sine alterius detrimento conjungimus, ut nec ecclesiasticis ædibus sacrisque altaribus ex nimia confugientium desperatione vel confidentia, contemptu vel temeritate, audacia vel insania, injuria aliqua, præterquam deceat, inferatur; & unicus extremusque miserorum, opeque destitutorum portus patentiore aperto sinu hujuscemodi confugientes excipiat. Nemini qui maris fluctus & scopulos declinat, convenit terræ adimere tranquillitatem: bellum, in quem steterit acies, adversus eum sese dedentem minas deponit. Asylum olim defendit variis criminibus obstrictos, legum aspernans auctoritatem: majores etiam nostri, ne aliquo modo timore perculsis humanitas denegata videretur, in nostris quoque statuis aram salutis constituerunt; ita ut si qui vel extrema imagi-num nostrarum vestigia forte contigerint, hi ab omnibus minis adversæ fortunæ liberati ac securi gaudeant. Jam si statuæ complexus propter regiam majestatem tantum præsidii miseris conciliat: quantum opus illis debet esse paratum, qui salutis causa ad sacrosancta altaria confugiunt?

Pateant proinde trepidis magni Dei templa; supplices fugientes communis suscipiat ara; nec ulla veluti superior comminatio divinum auxilium, quod omnibus ex æquo sese offert, ab ejus ædibus audeat propulsare. Qualis enim naufragorum in suis calamitatibus misericordia reliqua erit, si littus præcludas, & fontem siti laborantibus perturbes? aut quænam humanis calamitatibus medicina supererit, si calamitosis Deus ipse denegetur? Nostris igitur temporibus non solum sacrosancta altaria, & quadratum * populi oratorium murorum ambitu circumseptum, confugentium securitati conferre sancimus: sed quidquid præterea inde est loci usque ad ecclesiæ fores extremas, per quas preces fiduri primum ingrediuntur, hoc totum confugientibus * misericordiæ aram esse definimus & constituimus. Itaque medium templi spatium * in prædicto loco positum, perfugium esse decrevimus: atque etiam reliqua omnia loca primis sanctæ ecclesiæ foribus post publica per circuitum cohærentia, sive domus, aut hortuli, sive atria, aut balnea, aut etiam porticus sint, ingressos profugos volumus ut perinde ac intimum templum jus custodiendi habeant. Quamvis autem, si religionis atque pietatis ratio spectetur, quæ exiguo loco distant, non parva observantiæ ratione disjuncta sint; tamen ut securitatem confugientibus latius extendamus, & formidantibus auxilium porri-

* templi.

* quadriam.

* quod prædicto modo circumseptum esse decrevimus.

A * φυλάττειν παρατηρήσεως· πρὸς ὃς ὁ Θεὸς μὴ τῆς ἀληθοῦς θρησκείας, οὐρανὸς μὴ ἀπολιπών, κατεβέβηκε, καὶ ὥσπερ τινὸς μεταξὺ θεοῦ τε, καὶ ἀνθρώπων ἀντιδόσεως γενομένης, ἄνθρωπος θεὸν εἰς γῆν ὑπεδέξατο, καὶ θεὸς εἰς οὐρανὸς ἀνήγαγεν ἄνθρωπον. * πρὸ δέ γε τῶν ἄλλων καὶ τούτῳ μάλιστα ἐξιλεοῦνται θεὸν οἱ τῆς τῆς ἄκρας οὐσίας πραγμάτων ἐπειλημμένοι, τῶν σωτηρίας, ζωῆς τε καὶ ἀμεριμνίας φροντίζειν ἀνθρώπων· ἅπερ κατὰ τὸ ἡμῖν ἔμφυτον ὁδαμῶς θάτερον τῶν * ἑτέρων δίχα τῆς ἑκατέρου βλάβης σωώσομεν. ὥστε * μήτε πεῖς ἐκκλησιαστικοῖς οἴκοις, ἢ τοῖς ἁγίοις θυσιαστηρίοις, ἐκ τῆς πολλῆς τῶν προσφεύγοντων ἀπαγορεύσεώς τε, καὶ * ἀθεμιτείας. προπετείας τε, καὶ καταφρονήσεως, τύλμης, ἢ καὶ μανίας, ὕβριν παρὰ τὸ πρέπον γενέσθαι τινά, καὶ τὴν τῶν ἀθλίων τε καὶ ἀβοηθήτων * μόνον ἔχατόν γε λιμένα * ἀνυπόπτοις τοῖς πεποιημένοις ὑποδέχεσθαι κόλποις. οὐδεὶς * τὸν τὴν κλύδωνα τῆς θαλάττης, καὶ τὰς σκοπέλους * ἐκκλίνοντι προσήκει τινὶ τῆς γῆς ἀφαιρεῖσθαι γαλήνην. πόλεμος καθ' ὃ συνέστη * παράταξις, τινὶ κατὰ τὸ * προσφεύγοντος ἀπειλὴν ἀποτίθεται. τὸ ἄσυλόν ποτε ὑπερήσπισε τῶν διαφόρους σύνοχον ἐγκλήμασι, τινὶ τῶν νόμων παρωθούμενον * αὐθαιρεσίᾳ· καὶ ὥστε μηδαμῶς τοῖς δεχομένοις ἀναιρεθῆναι φιλανθρωπίαν, βωμὸν σωτηρίας καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀφιδρύμασιν ἡ ἀρχαιότης ἀνέθηκε· καὶ οἱ τὰ ἴχνη τῶν ἡμετέρων χαρακτήρων καταλαμβάνοντες, τῶν ἀπειλῶν τῆς σημάς τύχης ἐλευθεροῦσθέτες τε, καὶ ἀμεριμνοῦντες γενήσεται. * τοσαύτης τοιγαροῦν τῆς ἀφῆς τὸ ἱδρύματος ὄφελος τὸ βασιλικὸν σέβας τοῖς δεομένοις ἐπικουρίαν διδόσης, πόσιν χρὴ τοῖς εἰς τὰ ἁγιώτατα καταφεύγουσι θυσιαστήρια ὑπάρχειν βοήθειαν; * Ἀνεῴχθησαν τοίνυν τοῖς δεδιόσιν οἱ ναοὶ τοῦ μεγάλου θεοῦ, καὶ τοὺς προσφεύγοντας ἱκέτας ὁ κοινὸς ὑποδεχέσθω βωμός· καὶ τινὶ θείαν βοήθειαν, τινὶ κοινῇ προσκομιζομένῳ ἅπασιν, ἐκ τῆς ταύτης οἴκων μηδεμία ὡς ὑπερτέρα διωθείτω ἀπειλή. ποῖος γὰρ τῶν συμφοραῖς οἰκτοῖς ὑπολειφθήσεται ἐν τοῖς ναυαγοῦσιν, εἰ τὸν αἰγιαλὸν ἀποκλείσεις, καὶ τινὶ πηγὴ τοῖς διψῶσι θολώσεις; ἢ ποία τῶν ἀνθρωπίνων πεῖρεσι συμφοραῖς θεραπεία, ἐὰν αὐτῶν ὁ θεὸς ἀρνηθείη; ἐπὶ γὰρ τῶν ἡμετέρων καιρῶν ὁ μόνον τὰ θεῖα θυσιαστήρια, καὶ τὸ δίκτυον τοῦ * λαοῦ, τὸ τετραγώνων τοίχων περιβολῇ τειχιζόμενον, εἰς ἀσφάλειαν συντελεῖν τῶν προσφεύγοντων θεσπίζομεν, ἀλλ' εἴτι καὶ περαιτέρω τούτου τυγχάνει, ἄχρι τῶν τελευταίων θυρῶν τῆς ἐκκλησίας. ὧν τοῖς εὐξασθαι προπεμπομένοις πρῶτον ἐπιβαίνειν συμβαίνει, * ἑλεὸν βωμὸν τοῖς προσφεύγουσιν εἶναι προστάττομεν. ὥστε μεταξὺ τοῦ ναοῦ * ἐν τῷ προειρημένῳ τόπῳ προσφυγὲς διεγράψαμεν, καὶ τῶν * πρώτων μὲν τοῦ * δημοσίου τόπους τῆς ἁγίας ἐκκλησίας θυρῶν τὰ περιεχόμενα, εἴτε ἐν οἰκίαις, ἢ ἐν κήποις, εἴ τε ἐν αὐλαῖς, ἢ λουτροῖς, ἢ ἐν στοαῖς τυγχάνει, τοὺς εἰσδυομένους πρόσφυγας καθ' ὁμοιότητα τοῦ ἐνδοτάτου ναοῦ φυλάττειν. καὶ εἰ καὶ τὰ μάλιστα θρησκείας τε, καὶ εὐλαβείας λόγῳ τὰ μικρὰ * λόγων διεστῶτα τῷ τόπῳ ὄμμικρῷ τῷ τῆς παρατηρήσεως * τόπῳ διώρισται. ὅμως ὑπὲρ τοῦ τὴν ἀμεριμνίαν πλατύνειν τοῖς προσφεύγουσι, καὶ τοῖς δεδιοῦσι βοή-

* φυλάττειν.

* ἀνθρώπων τῶν ἄλλων, καὶ τοῦ ἐξιλεοῦσθαι τὸν θεόν.

* ἑκατέρας.

* μηδὲ τοῖς.

* ἀθλίων.

* ἔχατον λιμένα.

* ἀφρόβοις.

* ἐκκλινόντων.

* παράταξιν τινὶ.

* προσφεύγοντος ἀποτίθεται.

* βίᾳ.

* τοσαυτῶν.

* ἀνοιχθῶσι, ἢ ἀνοιχθέντων.

* ναοῦ.

* τετράγωνον τοίχων.

* τετάρτων τῶν τοιχῶν περιβόλῳ.

* ἵλεω.

* ἐν τῷ προειρημένῳ τόπῳ περιεγράψαμεν, διεγράψαμεν.

* πρῶτον.

* δημόσιον.

* ἀλλήλων.

* ἐν τῷ τόπῳ.

βοή-

βοήθειαν ἐκπεῖναι, πᾶσαν τὴν προδηλωμένην περίοδον ἀδειάζειν εἶναι λιμένα τῆς ἡσυχίας προστάττομεν· καὶ μηδένα εἰς τὸ ἐξωθεῖσθαι* τούτους ἱεροσύλους ἐπιβάλλειν χεῖρας. μὴ τοίγαρτοῦτο τολμῶν, ὁ συμφορᾶς ἑαυτὸν ἰδὼν, καὶ αὐτὸς ἐξαιτῆσθαι βοήθειαν καταφύγῃ. τὸ δὲ τοιοῦτον τῆς δυσημάτων πλάτος ὁ καιρὸς τοῦ φόβου εἰς ἄδειαν τοῦ διαιτᾶν, μᾶλλον δὲ τοῦ περιοικεῖν, φιλανθρώπως συνεχωρήσαμεν. ἵνα μή τινι τῆς * προσπεφυγότων ὁ τῆς τοῦ Θεοῦ ναοῦ, ἢ ὁ τοῖς ἁγίοις θυσιαστηρίοις μένειν, ἢ ἐσθίειν, ἢ καθεύδειν, ἢ παννυχίζεσθαι ἐξῇ. τὸ τε τῆς μὴ κληρικῶν τῆς θρησκείας χάριν κωλυόντων, καὶ τῆς προσφύγων τῆς δεισιδαιμονίας ἕνεκα φυλαττόντων· ἵνα μήτε οἱ προσφεύγοντες ὡς βεβήλῳ γνώμῃ προσφεύγειν δοκοῖεν, τῇ θρησκείᾳ καταμιγνύντες τὰς οἰκείας χρείας· μήτε οἱ τοιοῦτοι αἰσχρὰ διωκόμενοι τοῦ θείου ἀπείργειν οἴκου, δόξωσι. τῷ δεισιδαιμονίᾳ, ἧς ὑποφεύγοντες * τυγχάνουσι, καταβλάπτειν. προκειμένου δὲ τοῦ θατέρου πάντως προσκρούσαι, αἱρετώτερον τοὺς κληρικοὺς τοῖς ἀνθρωπίνοις, καὶ φυσικοῖς τῆς ἁγίων θυσιαστηρίων ἀπωθουμένους ὕβρεις, θρασεῖς μᾶλλον, ἢ ἀσεβεῖς νομίζεσθαι, καὶ περὶ ἄνθρωπον, ἢ περὶ Θεὸν ἁμαρτάνειν· ὁπότε τούτῳ τεθεῖσθαι τοῦ νόμου, μήτε ἀπανθρωπίας τινὶ ὑπόνοια δικαίως ἂν φθάσειεν εἰς τοὺς κληρικούς· ἐπειδὴ πολλὴ τοῦ τε φόβου, καὶ τῆς ἀμελείας τῆς προσφεύγοντων πρόνοια γίγνοιτο. καὶ γὰρ καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ * φύσει τε, καὶ ἀνάγκῃ ῥυπωθεῖσθαι τὸν τοῦ Θεοῦ ναὸν, καὶ τὸ θεῖον μυστήριον τῇ ἐφυβείσῃ ἀδενείᾳ καταμιγνύσθαι, τὰ θεῖα ὑπὸ βεβήλων χραίνεσθαι, τὰ ἱερὰ ὑπὸ τῆς σαθρῶν μολύνεσθαι μὴ βουλόμενοι, τοῦ αἰτεῖν βοήθειαν τοῖς προσφεύγουσιν οὐκ ἀπεκλείσαμεν· ἀλλὰ προσέτι καὶ πλατυτέροις δυσημάσι, μακροτέροις τε χωρήμασιν ἀσφαλεσθαῖ * τούτοις ἐψηφισάμεθα. τοῦ πρέποντος τῇ τε θειότητι, καὶ τῇ ἀνθρωπότητι φυλαχθεῖτο.

Ὅπλα δὲ ὁ σιδηρῶν, ἢ ὁ ἑτέρου εἴδους * ἀμυντήρια τοῖς προσφεύγοντας ὁδαμῶς ἔχειν, ἢ ἐπιφέρεσθαι σφοῖν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας προστάττομεν. ταῦτα οὐ μόνον ἐκ τῆς θείων ναῶν τε, καὶ θυσιαστηρίων, ὡς τὰ λοιπὰ, κωλύοντες, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκημάτων, καὶ * ἑλῶν, καὶ κήπων, καὶ λαβρῶν, καὶ αὐλῶν, καὶ στοῶν. ἅπερ κατὰ τὸν προειρημένον λόγον ὑπεραστίζειν τῆς προσφεύγοντων ἐδηλώσαμεν. ὅτε γὰρ θέμις, τοῖς ἁγιωτάτοις ναοῖς, ἢ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς τόποις κατὰ περιεργίαν, δεχουσίας, ἢ πολέμων ὕλας ἐπιφέρεσθαι. ἀρκείτω τοῖς προσφεύγουσιν ἡ τοῦ Θεοῦ βοήθεια. ὦ τά τε ὅπλα, καὶ οἱ νόμοι, καὶ ἡ βασιλεία ὑποπίπτουσι. καὶ γὰρ ἡμεῖς, ὃς ἀεὶ τῷ δικαίῳ τῆς ἡγεμονίας περιστοιχίζει τὰ ὅπλα, καὶ ὃς ἀεὶ πρέπει δίχα δορυφόρων εἶναι, τῷ τοῦ Θεοῦ ναῷ προσιόντες, ἔξω τὰ ὅπλα καταλιμπάνομεν ἀποτιθέμενοι τὸ διάδημα· καὶ * τῇ τῆς βασιλείας ἐλαττώσει εἰκόνι μᾶλλον ἡμῖν τὸ τῆς βασιλείας σέβας ἐπαγγέλλεται. τοῦ ἁγιωτάτου δὲ θυσιαστηρίου διὰ μόνην τὴν τῆς δωρεῶν προσφορὰν ἐφαπτόμεθα. καὶ εἰς τὴν τῆς θείου * κύκλῳ περιστοχουμένην ἔπαυλιν ἅμα τῷ εἰσελθεῖν ὑπεκβαίνομεν· καὶ οὐδὲν ἐκ τῆς ἀγχιστεύσης θειότητος ἑαυτοῖς ἀπονέμομεν. ὅθεν τοὺς δίχα ὅπλων τῷ ἁγίῳ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς τὸ ἁγιωτάτου θυσιαστήριον ὁ οἱῳδήποτε ἔθνει, ἢ * κατὰ ταύτην τὴν πόλιν προσφεύγοντας,

* οὐ τοὺς ἱεροσυλίας

* προσπεφυγότων

* τῆς θρησκείας τοῦ οἰκείας καταλαμπτοντες χρείας·

* γιγνόμενοι,

* χρόνοι τε

* τούτοις

* ἀμυντηρίου

* deest vox ista in mi. Seg.

* διαιτᾶν,

* In Graeco deest,

* τοῦ τῆς βασιλείας σέβας ἐπ.

* κύκλῳ

* καὶ κατὰ

A gamus, omnem supradictum ambitum sine ullo discrimine portum esse quietis jubemus, ac neminem ad eos expellendos, sacrilegas manus injicere, ne forte ille ipse qui id ausus fuerit, se in calamitates incidisse videns, auxilium expetens confugiat. Hoc autem spatium adeo latum, urgente formidine, secure degendi, imo vero exspatiandi clementer concessimus; ita tamen, ut nemini confugientium in Dei templo, aut apud sacras aras manere, aut cibum sumere, aut dormire, aut etiam pernoctare liceat; idque non modo clericis propter religionem fieri prohibentibus, sed ipsis quoque confugientibus B facere pietatis causa detrectantibus: ne & qui confugiunt, dum usus proprios sacris rebus admiscent, impuro animo confugere videantur; & qui hujusmodi turpitudinem a sacris ædibus arcere possunt, pietatem, cui deserviunt, violare videantur. Ceterum si quando usu veniat, ut alterutrum omnino offendendum sit; satius est, clericos amolientes a sacris altaribus eas injurias, quæ ab humana conditione & a natura oriuntur, audaces potius quam impios haberi, ac in hominem potius quam in Deum peccare: quandoquidem hac posita lege, nulla inhumanitatis suspicio clericos jure attigerit; cum timori ac securitati confugientium sit valde prospectum. Nam etsi C Dei templum humana naturalique necessitate fœdari, & sacrosancta mysteria infami infirmitate misceri, ac divina a profanis contaminari, sacra denique ab impuris inquinari nequaquam patimur; non tamen confugientibus, quo minus opem implorarent, præsidii ostium præclusimus; sed amplioribus quoque longioribusque spatiis illorum securitati consulendum existimavimus, & quod divinitati, & quod humanitati debetur, solicite religioseque observantes.

Ferrea autem, vel alterius generis arma ad defensionem comparata, ne confugientes habeant, neve intra sanctam ecclesiam inferant, omnino prohibemus. Hæc D namque, ut reliqua omnia ejusmodi, non modo a sacris templis & aris abesse volumus, sed a reliquis quoque omnibus * ecclesiasticis habitationibus, mansionibus, hortis, balneis, atriis, ac porticibus, quæ præsidio esse fugientibus superiori sermone declaravimus. Etenim fas non est, sanctissimis templis, aliisve ecclesiæ locis ex nimia solicitudine, discordiæ ac bellorum materiam inferre. Sufficiat profugis istis Dei auxilium, cui & arma & leges & ipsa etiam regia majestas subjecta est. Nam & nos, qui semper jure imperii armis circumdamur, quoque sine armatis stipatoribus esse, non E convenit, Dei templum ingressuri, foris arma relinquimus; & ipsum etiam diadema deponimus; & quo submissioris imperii speciem præferimus, eo magis imperii nobis majestas promittitur. Ad sacra quoque altaria munerum tantum offerendorum causa accedimus: & cum circumseptum sacrorum adytum ingressi sumus, statim egredimur; nec quidquam ex propinqua divinitate nobis arrogamus. Quamobrem qui sine armis ad sanctum Dei templum, vel ad sanctum altare, in quacumque illi gente, vel

vel in hac civitate confugerint, in templo dormire, aut etiam in altari, vel in ipsis locis cibum sumere, citra ullam injuriam a clericis prohiberi debent. Et ita res hæc erga eos gerenda est, ut non a prohibente injuria inferri, sed religionis ratio rem quæ geritur, exigere videatur. Proinde illos paventes, de sanctitate ac puritate loci commoneant; religioni cum humanis necessitatibus nihil commune esse doceant: intervalla intra septa ecclesiastica, ad ipsorum tranquillitatem securitatemque constituta sigillatim commonstrent: capitale supplicium contra temere irruentes statutum indicent: intelligant religionem humanis sordibus, naturalisque necessitatis injuria contaminandam aut profanandam non esse ei, qui per eam ipsam religionem tueri se ab injuria velit. Quod si quispiam nihil his omnibus annuerit, aut assensus fuerit, tum demum religio mansuetudini anteferatur, & ex divinis locis ad ea quæ superius dicta sunt, * eum propulset audacia. Qui enim in magno metu est, periculum effugiet, nec propterea sacra religio humanarum necessitatum admixtione contaminabitur. Porro si qui divinam opem expetentes, sanctissima Dei templa cum armis ingredientur, aut cum apparatu qui naturæ & gentium jure a religione arcetur, non modo illa inferre sacratis locis, verum etiam confligere conabuntur (quod ut adjuventur, vel audiantur, vel quia sævitiam videant, tolerandum esset) plenissima severitatis jussione & horrendis comminationibus præcipue ne id faciant admonebis. Nam qualem ille spem in religione collocat, qui in religionis contumeliam armis accinctus ingreditur?

Quod si quisquam furiis * actus aliquod istorum nostrorum decretorum in quocumque ecclesiastico loco violaverit, sive id fiat extra templum, sive intra templum, sive etiam circa templum; jubemus ut confestim episcopi auctoritate a solis clericis arma deponere compellatur, & severius etiam pro sua salute, spe illi data atque fiducia, quod religione ac pietate securius munietur, quam armorum præsidio. Quod si legis nostræ auctoritate, voceque ecclesiastica commonefacti in vesania sua perseverent, neque arma, quæ præter fas, non salutis, sed tyrannidis & sacrilegii audacia ceperant, reliquerint; sciant quod tot tantisque denunciationibus ac præceptis placata religione, & a nostra serenitate, & ab episcopis excusatione facti Deo reddita, pro sui sceleris ratione etiam per armatorum ingredientium vim abstrahentur, & omnium calamitatum generi subjicientur, & ea pie adversus eos gerentur, quæ geri æquum est, pro eo quod gravia & tragica scelera admiserint. Quid enim ex his quæ nuper summa cum audacia adversus religionem ac divinitatem patrata sunt * ab his quibuscum admodum clementer actum est, non metuendum sit nobis ac formidandum, ita ut omnem insaniæ viam atque occasionem adimamus, ne, quod primum in exemplum tragica perpetravit insania, idem quoque denuo (quod absit) sacrilego more admittatur? Sed neque absque sententia ac jussione episcopi, vel etiam * nostra, & judi-

* repellatur audacia

Locus confugiendi

* excitatus

* a miseris mis hominibus, non

* vestra

ὑπῶν ἐν τῷ ναῷ, ἢ καὶ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ * ἐπ' αὐτοῖς μεταλαμβάνειν, ἐκτός τινος ὕβρεως παρὰ τῶν κληρικῶν προσήκει κωλύεσθαι. καὶ ὅπω τοῦτο τυτοῦσθαι χρὴ πρὸς αὐτὸς, ὥστε μὴ δοκεῖν ὕβριν εἶναι τὸ κωλύοντος, ἀλλὰ γὰρ τὸν λόγον τῆς θρησκείας ἀπαιτεῖν τὸ γινόμενον. τῆς ἁγιωσύνης, καὶ τῆς καθαρότητος τῶ τόπω τὸς ἐλαβεμένος ὑπομιμνησκέτωσαν, καὶ μηδὲν πῶς θρησκείας μετὰ τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων εἶναι κοινὸν διδασκέτωσαν· τὰ διαστήματα, τὰ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς περιβόλοις, τῇ αὐτῶν ἀσφαλείᾳ ἡσυχίᾳ τε ἀφορισθέντα, κατὰ μέρος δεικνυέτωσαν, * τιμωρίαν κεφαλικὴν κατὰ τῶν προπετῶς ἐπόντων αὐτοῖς ὡρίσθαι. γνώτωσαν, ὡς ὁ χρὴ τὴν θρησκείαν τοῖς ἀνθρωπίνοις ῥύποις μιαίνειν, ἢ τῇ ὕβρει τῆς φυσικῆς ἀνάγκης χραίνειν, τὴν διὰ τῆς αὐτῆς θρησκείας ἀνύβριστον εἶναι βουλόμενον. εἰ τύπις πᾶσί τις μὴ * ἐπινεύοι, μήτε πείθοιτο, προτιμάσθω τῆς πραότητος ἡ θρησκεία, καὶ ἐκ τῶν θείων εἰς τὰς πολεμεῖσθαι τύπτας * διωκέτω ἡ θρασύτης. * ἔσω γὰρ καὶ ὁ σφόδρα φοβηθεὶς ἐκτὸς κινδύνου, καὶ ἔτι ἡ θρησκεία τῇ τῶν ἀνθρωπίνων χρήσεων ἐπιμιξία μολυνθήσεται. τὰς δὲ βοηθείαν ἐξαιτουῦτις παρὰ τῶ μεγίστω Θεῶ, καὶ μετ' ὅπλων εἰσιόντις εἰς τὰς ἁγιωτάτας ναὰς, ἢ καὶ * παρασκευῆς, ἢ τις φυσικῶ, ἢ ἐθνικῶ νομίμῳ τῆς θρησκείας ἀπείργεται, μὴ μόνον ἐπιφέρειν τῇ τυτῆς δυνάμει, ἀλλὰ γὰρ καὶ συμπλέκειν ἐπιχειρεῦντις, ὅπερ * βοηθηθεῖναι, ἢ ἀκεσθῆναι, ἢ * ἀγελότητι ἰδεῖν, φοβηθῶν, πληρεσάτω αὐστηρείας προσάγματι, καὶ φοβεραῖς ἀπειλαῖς, συνοικονομίας μὴ * τῶτο μὴ ποιεῖν παραινέσεις. ποίαν γὰρ ἐλπίδα ἐν τῇ θρησκείᾳ ἐνίθεται, ὃς ἐφ' ὕβρει τυτῆς ὅπλα περικείμενος εἰσεισιν;

Ἐὰν δέ τινα μανία * τυφλώττουσα παροξυνῇ τῶν ἡμετέρων * θεσπισμάτων ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἐκκλησίας, ἢ ἐντὸς τῶ ναῶ, ἢ περὶ τὸν ναὸν, ἢ καὶ ἐκτὸς τῶτο τυγχάνοντι, παραχρῆμα τῶτον τὰ ὅπλα αὐθεντίᾳ τῶ ἐπισκόπω παρὰ μόνων τῶν κληρικῶν, καὶ αὐστηρότερα ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας, ἀποτίθεσθαι καταναγκασθῆναι προσάττομεν. δεδομένης αὐτῆς ἐλπίδος καὶ * θάρσους, ὡς τῇ θρησκείᾳ μᾶλλον ἢ τῇ τῶν ὅπλων ἐπικειρείᾳ ὀχυρωθήσοντι. ἐὰν δὲ τῇ τῶ ἡμέρω νόμε αὐθεντίᾳ, καὶ τῇ ἐκκλησιαστικῇ φωνῇ ὑπομνησθέντες, τῷ τόνῳ τῆς οἰκείας ἀγνοίας * ἐμμένωσι, καὶ ὅπλα μὴ ἀποθῶνται, ἅπερ παρὰ τὸ θεμιτὸν * σωτηρίας χάριν, ἀλλὰ τυραννίδος, καὶ ἱεροσυλίας θρασύτητι * ἐλαβέσθαι, γινωσκέτωσαν, ὡς διὰ πεσσῶν, καὶ τηλικῶν * παραγγελμάτων ἐξαμυνθείσης τῆς θρησκείας, παρά τε τῆς ἡμέρας γαλήνωτος, καὶ τῶν ἐπισκόπων Θεῷ τῆς ἀπολογίας δοθείσης, κατὰ τὸ οἰκεῖον πταῖσμα, καὶ παρ' ἐνόπλων εἰσχωρεμένων ἀποσπασθήσονται. καὶ πάσαις τῶν συμφοραῖς βληθήσονται· ἀσεβῶς τε τῶτα εἰς αὐτὸς χρήσεται, ἅπερ χρὴ χρῆσθαι ὑπὲρ τῶ χαλεπᾶ, καὶ τραγῳδίας ἄξια ἐξαμαρτάνειν αὐτός. τί γὰρ ἐκ τῶν τολμηθέντων ἔναγχος κατὰ τῆς θρησκείας, καὶ τῆς θειότητος παρὰ τῶν σφόδρα ἐλευμένων ἐλαβεῖσθαι, ἢ ὑποπτεῦειν ἡμᾶς, καὶ διὰ τῶτο πᾶσαν ὁδὸν ἀφορμῶν τε ἀποκινῆσαι μανίας ὁ προσήκει; ἵνα μὴ, ὅπερ ἐξ ὑποδείγματος * ἡ τραγικὴ μανία πρῶτος ἐξήμαρτε, τὸ αὐτὸ καὶ αὖθις, ὅπερ ἀπεὴ, ἱεροσυλίας ἕνεκα τολμηθεὴ. ἀλλ' ὅτε δίχα γνώμης, ἢ κελεύσεως

* aut autem transit metalambanein,

* καὶ διδασκέτωσαν τιμωρίαν

* ἐπινεύοι,

* χωρεῖσθαι

* ἔσ. ἔστι

* παρασκευῆς

* βοηθηθεῖναι

* ἀγελότητι

* τῶτο μὴ, τῶτο μὴ

* τυφλόττουσα

* θεσπισμάτων

* ἔθνικῶ,

* θάρσος,

* ἐμμένωσι,

* σωτηρίας χάριν,

* ἀντὶ ἐλαβέσθαι.

* παραγγελμάτων

σεως τὸ ἐπισκόπῳ, ἢ καὶ * ὑμῶν τῶν δικαίων τῷ κατὰ τήνδε τὴν πόλιν, οὐκ ὀπεδήποτε τυγχανόντων, τὸν ὁπλισμένον ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν χρὴ παραδίδοσθαι· ἵνα μὴ, ἐὰν κατὰ τὴν ἀθλίων πολλοῖς τοῦτο καὶ * διαφόροις ὦσιν, συγχύσεις ἐκ τούτου ἐγγένηται. δίκαιον γὰρ τοὺς μετ' ὅπλων φεύγοντας πρὸς διόρθωσιν βουλόμεθα, ἀφαιρεῖσθαι * τὰ ὅπλα, καὶ ἔτι σωτηρίαν ἐν * κεφαλαίῳ. καὶ τοῦτο μᾶλλον δὲ * προστάττομεν διὰ τοῦ νόμου τούτου θεσπίζομεν· εἴ τι αἱ τοιαῦται ἀθέμιστοί τε, καὶ ἱεροσυλοῦσαι κινήσεις, ἢ ἅμα τῷ ἄρξασθαι, ἐν αὐτοῖς τοῖς προοιμίοις τῶν ὅπλων ἀποτεθέντων, τῇ καλλίστῃ νουθεσίᾳ ἡσυχάσωσιν, ἢ τῷ φυλοπίτῳ πόνῳ ἐμμένοντες, τῶν προειρημένων ἐπιχειρῶσι λόγῳ τῆς ὑπερλάμπουσης ἐξουσίας, διὰ τῆς * κοσμιότητος, δικαιοσύνης τε, καὶ ἀκειβοῦς * εὐσεβείας. πιθὼ δ' ἅπερ περὶ τῆς θρησκείας σεβασμίως, καὶ μετὰ πάσης παρατηρήσεως, εὐλαβείας, τιμῆς, καθαρότητος, ἁγιωσύνης, αἰδοῦς, εὐσεβείας, καὶ μάλιστα παρὰ τῶν προσφεύγοντων φυλάττεσθαι, μήτε διὰ τὴν θρησκείαν τῆς φιλανθρωπίας ἀποκλειομένης, μήτε μὴν διὰ φιλανθρωπίαν τῆς θρησκείας παροραμένης, προσεπιξάμεν, τῷ πρέποντι ὁμῶς τῇ * θεότητι, καὶ τῇ ἀνθρωπότητι ἀφορισθέντος, δόγματιγμάτων * προσαχθέντων, εἰς πάντας κόσμον, καὶ γνῶσιν πάντων περιελθεῖν * φροντίσει· ὥστε καὶ τοὺς προσφεύγοντας διὰ τῆς τῶν θεσθέντων φιλανθρωπίας ἀμεριμνοῦν τυγχάνειν, καὶ μηδενὸς προπετείᾳ τὰ εἰς τιμὴν τῆς θρησκείας τυπωθέντα διακρατεῖν.

Νόμος προετέθη * ἰνδικτιῶνος τεσσαρεσκαιδεκάτης, μηνὶ Φαρμουθὶ ιβ'.

* ὑμῶν, τῶν δικαίων

* διαφόροις

* τὰ

* κεφαλαίῳ

* προστάττομεν δὲ

* κοσμιότητος

* εὐσεβείας, καὶ ἀκειβοῦς.

* θεότητι,

* προσαχθέντων, τοῦ,

* φροντίσει.

* ἰνδικτιῶνος.

A cum qui in hac urbe, aut etiam eorum qui in quovis alio loco sunt, armatum hominem ex ecclesiis abstractum tradere oportet; ne, si id multis * atque diversis contra illos miseros liceat, ex ea re confusio oriatur. Nam ejusmodi cum armis confugientes metuere volumus ut corrigantur, auferri item eis arma, ne salutem in galea & clypeo quærunt. Illud etiam, imo vero præcipue, hac lege sancimus, ut nefariæ sacrilegæque hujusmodi tumultuationes vel in ipsis initiis per armorum amolitionem, honestamque admonitionem sedentur, vel certe si in improba obstinatione permanent, metu illustrissimæ potestatis per moderatio-
B nem & justitiam & præstantem pietatem a prædictis rebus compescantur. Hæc ipsa, quæ pro veneranda religione, & cum omni observantia, veneratione, honore, pietate, puritate, sanctitate ac reverentia vel maxime a fugitivis observari jussimus; neque humanitatem propter religionem abjiciendo, neque rursum religionem propter humanitatem contemnendo, eo quod decet tum divinitati, tum humanitati attributo: propositis edictis in totum orbem, ut ad omnium notitiam perveniant, curabis: ut & confugientes per decreti clementiam securi sint, & nullius hominis temeritate quæ ad honorem religionis sancita sunt intercidant.

* & pomorum

C Lex hæc proposita fuit indictione decimaquarta, duodecimo die mensis Pharmuthi. (hoc est septimo Aprilis.)

IN *a* CONCILIUM *b* EPHESINUM

c OEcumenicum *d* approbatum, *e* plurium, quam ducentorum episcoporum, *f* contra Nestorium, ejusque hæresin, sub pontificatu Cælestini, anno Christi CCCCXXXI. *g* Basso & Antiocho consulibus celebratum.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Concilium Ephesinum Cælestini auctoritate indictum, Theodosii auxilio & consilio congregatum.

a Concilium) Sacrosancta synodus Ephesina, auctoritate Cælestini pontificis indicta, consilio, opera, & auxilio Theodosii imperatoris congregata fuit. Id non tantum ex vita Petronii Bononiensis, quam Surius & Sigonius descripserunt; verum etiam ex epistola Cælestini ad synodum Ephesinam data apertissime constat. Hac enim fatetur ibidem sua voluntate concilium coactum esse. Ab eodem pontifice eadem epistola certam normam ac judicandi regulam præscriptam esse, Firmus Cæsareæ Cappadociæ, cum Prospero, aliisve episcopis, in ipsa synodo actione I. supra attestantur. Sanctus Prosper in chronicis hanc synodum Cyrilli industria, & Cælestini auctoritate factam esse scribit. Ex Evagrio lib. 1. cap. 4. & ex epistola Cælestini ad Cyrillum patet, ipsum Cyrillum tanquam apostolicæ sedis legatum, ad hanc synodum profectum esse. Unde satis evidenter colligere licet, eam non sine consensu pontificis coactam fuisse. Ipsius autem Theodosii junioris consilio & auxilio patres concilii convenisse, Evagrius lib. 1. cap. 2. Liberatus in breviario cap. 4. ejusdemque Theodosii epistola (quæ extat supra ad Cyrillum scripta) attestantur. Hæc confirmantur iisdem auctoritatibus & rationibus, quibus supra in notis *f* epistolæ Marcelli, probavimus, absque auctoritate Romani pontificis non licuisse ullam universalem synodum congregare. Nestorianorum bino judicio synodali condemnatorum calumnia Cyrillo objecta, quasi ille Apollinaris hæresim fateretur & defenderet, huic synodo convocanda, quod supra in notis Alexandrini concilii sub Cælestino habiti diximus, occasionem dedit: Baronius anno 430. num. 61. 62. & 63. Bellarminus lib. 1. de conciliis cap. 13.

Qua occasione indictum?

D *b Ephesinum*.) Sic dictum ab Epheso, quæ est celeberrima totius Asiæ minoris metropolis, Eusebio & Justino attestantibus, ab Amazonibus tempore Davidis extructa. Præclarum est ibi emporium & portus inclytus, ut propterea Plinius lib. 5. cap. 29. in fine, eam alterum Asiæ lumen appellaverit. Progressu temporis varia nomina sortita fuit. Alopes dicta, cum apud Trojam pugnatum fuit: mox Ortygia & Morges vocata est, & Smyrna cognomine Trachea. Inter urbes Asiæ duodecim, quæ tempore passionis Christi terræmotu concussæ fuerunt, primo loco a Plinio libro secundo, cap. 84. enumeratur Ephesus: *Maximus terræ motus*, inquit, *memoria mortalium extitit motus Tiberii Cæsaris principatu, duodecim urbibus Asiæ una nocte prostratis: quarum nomina sunt Ephesus, Magnesia*, &c. In ea extructum fuit templum magnificentissimum, Dianæ Multimammiæ dicatum: quod propter admirabilem magnificentiam, ornatum, & artificium inter septem orbis miracula relatum fuit. Huic uni templo post omnia Asiatica exusta Xerxes rex Persarum pepercit. Herostratus, ut nominis immortalitatem consequeretur, incendit eo die quo magnus Alexander in hunc mundum editus fuit. Obliterato nomine exurentis Herostrati, restauratum est, ac deinceps, teste Julio Capitolino, usque ad Gallieni imperatoris tempora integrum permansit, quando a Gothis est expilatum & concremato. In hac urbe dæmonum cultui & superstitionibus dedita, vanisque philosophorum opinionibus imbuta prædicavit Paulus apostolus ultra biennium, eaque miracula, quæ act. 19. describuntur, ibidem edidit. Nicephorus lib. 2. cap. 25. scribit, Paulum Ephesi liberius prædicantem eo tempore quo Hieronymus principalem locum obtinebat, a plebe per insolentiam injectis et compedibus carceri inclusum fuisse, ut leonibus devorandus objiceretur, Eubulam & Artemillam clarissimas feminas a Paulo in fide edoctas, ab eodem vinculis soluto in litore maris baptizatas esse: leones aliasque feras bestias corpori ejusdem pepercisse: grandinem de cœlo immissam plurimorum virorum & bestiarum capita comminuisse, ipsique Hieronymo principi auriculam amputasse. Cujus occasione ille Deo per Paulum recognitus, baptismum susceperit. Hanc non tantum Paulus, sed etiam Joannes evangelista, & Timotheus Pauli discipulus, vitæ sanctitate & doctrina pariter illustrarunt. Sanctissimam Dei genitricem Mariam virginem, cum sancto Joanne apostolo Ephesi habitasse, non obscure

Locus urbis.

Ephesus quot nomina sortita.

Templum Ephesinum magnificentissimum, unum e septem miraculis mundi.

Paulus Ephesi evangelium prædicat.

Quæ fuerit Ephesi passus?

Quibus miraculis a vinculis liberatus?

Joannes & Timotheus Ephesi docuerunt.

An beata Maria virgo Ephesi habitarit?

scure indicat synodica epistola concilii Ephesini ad clerum Constantinopolitanum data, quæ habetur supra in actis hujus concilii parte 2. artic. 1. Ubi post alia dicitur: *In Ephesiorum civitate, quam Joannes theologus & sacra virgo deipara Maria [illegible]*, &c. Ecclesiam Ephesinam a Paulo fundatam, a Joanne curatam esse, auctor est Irenæus libro 3. cap. 3. in fine. De eadem urbe hæc Philostratus lib. 8. in Apollonio: *Abundat bonarum artium studiis, philosophis, oratoribusque redundat, ut vere dici possit, eam civitatem non equitum robore, sed clarorum hominum multitudine ceteras superare, in ea, ut plurimum degere sapientiam*. In hac proconsul Asiæ agere consuevit. De templo magnæ Dianæ plura vide apud Baronium tom. 1. an. 57. num. 175. & sequentibus. Ad hanc urbem toto orbe celeberrimam, totius orbis episcopi convocati, in ecclesia quadam, quæ sancta Maria dicitur, convenerunt; ut deiparæ virginis honorem in ecclesia suo nomini dedicata, adversus calumniantium hæreticorum furorem tuerentur. Ita ex Cyrilli apolog. ad Theodotum, Baron. anno 431. num. 4[illegible].

Cur Ephesi in templo Dei genitricis concilium habitum sit?

c *Oecumenicum*) Oecumenicum concilium fuisse oportet, ad quod ex toto orbe metropolitani per literas convocati sunt, cuique Romanus pontifex per Cyrillum legationis munere fungentem præsedit. *De inclyta autem sanctissima synodo*, scribit Theodosius epistola ad singulos metropolitanos transmissa (extat supra parte 1. cap. 32.) *nostra serenitas ad omnes ubique Deo dilectos ejus [illegible] metropolitanos literas [illegible], quo nimirum hac tandem ratione turba, quæ ex [illegible] a fidei, & concertationibus hinc inde nata sunt, [illegible] secundum ecclesiasticos canones consopiantur*, &c. Paulo supra ajebat: *Tua pietas Deo bene propitio operam dabit, ut sacrosancto tempore, quod tam in foribus urget, [illegible] sacrum pentecostes diem ad Ephesiorum Asiæ civitatem accurrat, nonnullisque quos nimirum [illegible] sanctissimos provincia sua episcopos simul eodem secum adducat; ita ut neque necessariis sanctissimæ ejusdem provinciæ ecclesiis desint: neque ex rursum, qui ad eam rem apti censeantur in sacra synodo desiderentur*, &c. Hoc idem refert Philippus presbyter parte 2. artic. 3. apostolicæ sedis legatus his verbis: *Omnes namque orientales vel per se, vel certe per suos legatos [illegible] sacerdotali huic consessui intersunt*. Hac ratione omnes episcopi totius orbis sunt convocati. Imperatorem Theodosium juniorem, vel ejus nomine Candidianum comitem, præsidem concilii egisse, suo more calumniantur heretici. Ipse enim imperator Theodosius epist. quam ad synodum scripsit, quæque supra in actis conc. Ephesini, parte 1. cap. 35. habetur, fatetur se Candidianum comitem misisse ad concilium, non ut se ecclesiasticis quæstionibus immisceret, sed potius omnem injuriam, vim & seditionem, omneque impedimentum a synodo propulsaret. *Candidianum*, inquit, *præclarissimum religiosissimorum domesticorum comitem ad hanc sacram vestram synodum abire jussimus; sed ea lege & conditione, ut cum quæstionibus & controversiis, quæ circa fidei dogmata incidunt, nihil quicquam commune habeat (nefas est enim qui sanctissimorum episcoporum catalogo adscriptus non est, illum ecclesiasticis negotiis & consultationibus sese immiscere) verum ut monachos & seculares ac ceteros denique omnes, qui hujus spectaculi causa vel eo nunc confluxerunt, vel in posterum forte confluent, ab eadem illa civitate omnibus modis submoveat*, &c. Idem asseritur in epistola Nicolai I. ad Michaelem imperatorem. Quod autem Cælestinus pontifex per Cyrillum legatum suum huic synodo præsederit, testantur omnes historici. Evagr. l. 1. cap. 4. Photius in lib. de VII. synodis, Prosper in chro. Niceph. l. 14. cap. 34. Liberatus diaconus in breviario cap. 15. Denique Justin. imp. in edicto. Nicolaus I. in ep. ad Michaelem. Cælest. 1. ep. quam ad Cyrillum scripsit, quaque illi in prosequenda causa Nestorii vicariam præfecturam, legationemque a latere delegavit: *Quamobrem*, inquit, *nostræ sedis auctoritate [illegible] cum potestate usus, ejusmodi non absque exquisita severitate sententiam exequeris*, &c. Theod. Balsamon in Nomocan. Photii tit. 8. cap. 1. tradit ad Cyrillum ab ipso Cælestino missum fuisse phrygium seu pallium, quo plena apostolicæ sedis potestas significatur, eoque deinceps, more pontificis Rom. non tantum in Ephesino concilio, sed etiam in sacris solennibus usum esse. Damnatæ memoriæ hæresiarcha Calvinus respondet, Cælestinum cum rem habere non posset, aliquo saltem artificio nomen præsidentiæ sibi acquisivisse, ideoque cum illuc suos mitteret, Cyrillo, qui alioqui præfuturus erat, vices suas delegasse, ut per legatum commentitium præsidere videretur, cui in propria persona obire non liceret. Sed calumniam & figmentum impostoris facile advertet, quisquis prædictorum auctorum testimonia accuratius discusserit. Sanctus Prosper in chron. ait, Nestorio præcipue restitisse Cyrilli industriam, & Cælestini auctoritatem, sine dubio illam quam per epistolam multo ante quam legati mitteren-

Oecumenicum concilium fuisse probatur.

Præses concilii non fuit imperator.

Cælestinus pont. per Cyrillum Alexandrinum concilio præest.

Phrygii usus.

Refellitur Calvinus.

tur, pontifex [illegible]. Nestorius [illegible], eidem Cyrillo [illegible] Romanum pontificem [illegible] esse, [illegible] ut universo orbe [illegible]. Hoc est, quod pronuntiarunt in Nestorium damnatoriam sententiam. (extat supra par. 1. act. [illegible]) [illegible] ecclesiæ canonibus, tum præcipue literis [illegible] Cælestini ad tam sacram sententiam [illegible] esse. Denique quod patres concilii [illegible] Joannem Antiochenum episcopum, Cælestino [illegible] ep. synodali ad eumdem scripta referebant, nihil aliud eo ipso [illegible] videtur, quam quod [illegible] a pontifice [illegible] Nestorii potestatem [illegible] Joanne [illegible] causa a [illegible] abstinuerant, ne [illegible] transgressi viderentur. Hæc ex [illegible] can. 19. Baronius anno 430. num. 13. & 14. & ann. 431. num. 3[illegible]

d *Approbatum*) Constat id ex epist. Cælestini ad synodum Ephesinam scripta, & ex actis [illegible] Nestorii Romæ habitis. Utrobique enim ob [illegible] causam hæresiarcha condemnatus [illegible] orientales [illegible] hanc synodum, teste Gennadio [illegible] omnibus stabilem reddidit. Unde Gregorius [illegible] lib. 1. [illegible] hoc concilium non minus quam [illegible] venerari affirmat. [illegible] temporibus [illegible] sanctum concilium, beatam synodum frequentissime appellat. Hoc unum est ex illis octo conciliis, [illegible] canone, [illegible] octo D. 16. ab ecclesia universali recepta esse enumerantur. Hanc tandem synodum cum duabus præcedentibus & [illegible] a Græcis receptam fuisse patet ex conc. Floren. sess. 5. & 6. Lutheranos eamdem recepisse, testantur Magdeburgenses [illegible] & [illegible] cap. 9. Codex hujus concilii [illegible] Constantinopoli Romam [illegible], quomodo falsatus fuerit [illegible] lib. 5. epist. 14. indict. 14. Hoc concilium ex bibliotheca Antonii Contii primo prodierat. Sed id quod Peltanus e Bavarica bibliotheca acceptum vertit, Contianam illam editionem omnino superavit. Græce editum est primo Heidelbergæ in Germania ab Hieronymo Commelino e bibliotheca Reuchliniana [illegible] ne a catholicis rejiceretur, ideo quod in loco de fide fuisset lo excusum fuisset, nomen urbis suppressit. Utinam hunc titulum *Ex sanctione Augustorum Theodosii & Valentiniani adversus Nestorium hæreticum*, in ipsa fronte editionis suæ non præfixisset. Cum enim ex præcedentibus verbo, *concilium*, & verbo, *oecumenicum* planissime constet, in hac synodo non imperatorem, neque etiam Candidianum comitem, sed per Cyrillum aliosque legatos, Romanum pontificem præsedisse; potestatem pascendi oves, soli Christi vicario concessam, laicis dedisse non debebat, maxime cum non Græci tantum, sed etiam omnes hæretici nostrates potestatem Romano pontifici concessam, pro virili adimere, sibique eam attribuere non semel conati fuerint. Vide Bellarm. l. 1. de concil. cap. 5. Possevinum in apparatu sacro, verbo *Ephesinum primum*. Post Contianam & Peltanam editionem novissime editum est hoc concilium Græcolatinum ex typographia Vaticana. Hanc tanquam emendatiorem secuti, duas alias, alteram Contii, alteram Peltani omisimus.

Concilium hoc a pontifice approbatum.

Receptum est ab ecclesia.

[illegible] Græcis, a Latinis. Quo modo editiones concilii.

Commelinus editionis [illegible] reprehenditur.

Regius editor non immerito prætermisit additam hoc loco a Binio tabellam, qua Peltana hujusce Ephesini concilii editionis singula capita cum Romana comparavit, quæ anno 1608. G. L. prodiit, & ceteris omnibus jure quam meritissimo anteponi debet. Nos pro more lectorem hac de re commonefaciendum censuimus.

e *Plurium quam ducentorum episcoporum.*) Hoc multis in locis acta concilii Ephesini apertis verbis declarant. In fine epistolæ synodalis ad clerum Constantinopolitanum (extat parte 2. act. 3.) dicitur: *Cum episcopi supra ducentos extiterint, qui Nestorium deposuerunt, horum subscriptionibus contenti fuimus*. Item epistola Cyrilli ad clerum populumque Constantinopolitanum parte 2. act. 1. *Episcopi autem, qui hanc in illum sententiam [illegible], amplius ducenti eramus*. Cyrillus ep. 34. ad Alexandrinos: *Sumus*, inquit, *hic congregati episcopi ultra ducentos fere, plus minus trecenti*. Unde nequaquam curandum est, quod, qui hodie in ejusdem synodi actis subscripti inveniuntur, centum quinquaginta trium episcoporum numerum tantum expleant. Nam quamplurimos in iis desiderari redarguit Cresconiana collectio, in qua numerantur & nominantur qui huic synodo interfuerunt episcopi centum nonaginta. Vide acta concilii sup. part. 2. act. 1. & seqq. Baron. anno 431. num. 42. Ex his patriarchæ fuerunt Cyrillus Alexandrinus, qui etiam locum Romani pontificis obtinuit; Juvenalis Hierosolymitanus, & Joannes Antiochenus, de quo plura infra dicemus. Cælestinus pontifex decreto Romanæ synodi tres legatos qui ejusdem synodi constitutiones patribus Ephesi congregatis significarent & executioni mandarent, ablegavit hosce, Arcadium, Projectum & Philippum, quorum duo priores episcopi, posterior tantum presbyter erat. Capreolus Carthaginensis episcopus ex Africa ab hosti-
bus

Numerus episcoporum.

Non omnium episcoporum nomina subscripta sunt.

Qui quatuor patriarchæ interfuerint?

Ex Africa quis adfuerit?

bus mirum in modum divexata legatum misit Bassulam diaconum communicatis illi literis act. 1. parte 2. extantibus, quibus suam absentiam excusat. Aliam quamdam epistolam ejusdem Capreoli ac in oratione Veris hactenus nondum excusam, a Petro Pithœo acceptam refert Baron. anno 431. num. 18. Ex oriente præter Cyrillum Alexandrinum affuerunt Acacius Melitenæ civitatis episcopus, magnique illius Euthymii archimandritæ institutor celeberrimus, Cyrus Aphrodisiæ in Caria episcopus, Petrus Saracenorum antistes vir egregiæ sanctitatis.

Ex oriente qui & quales interfuerint.

Nestorius hæresiarcha impiissimus, omnium episcoporum adventum prævenerat eo fine, ut intrantes episcopos quacumque posset arte in suum dogma pelliceret. Industria autem sancti Cyrilli Alexandrini, qui diem ab imperatore præstitutum ante verterat, effectum est, ut nemo præter Pelagianos, qui a Cælestino Romæ damnati ad eum confugerant, impietatem hominis impressam sectaretur. Joannes Antiochenus cum aliis Syriæ episcopis clam Nestorio faventibus, de industria in itinere moras trahebat: timebat enim, ne aut ipse Nestorium condemnare, aut certe cum Nestorio condemnari cogeretur. Ut fraudem occultaret, ad Cyrillum epist. supra par. 1 c. 38. extantem scripsit, itineris difficultates, episcoporum labores, ac jumentorum defectum accusans. Cum autem ex episcopis, qui advenerant, alii senio confecti, alii diversa vivendi consuetudine ægrotarent, nonnulli etiam Ephesi mortui essent, patres urgere cœperunt, Joannis Antiocheni contumaciter sese absentantis adventum nequaquam expectandum esse. Postquam itaque quindecim dies a præscripto termino inchoandi concilii, illius adventum frustra præstolati fuissent, citato per quatuor episcopos Nestorio, decimo Kalend. Julias, primam sessionem inchoarunt. Juxta ordinem dignitatis subsellia episcoporum in ecclesia sanctæ Mariæ disposita fuerunt. Cyrillus Romani pontificis præfectura vicaria functus, primo loco consedit. Post eum, ut ex Cresconiana collectione patet, Arcadius ejusdem Romani pontificis legatus: patroni hujus concilii, Juvenalis Hierosolymitanus, & Theodotus Ancyranus, episcopi tertio & quarto ordine sederunt, deinceps alii apostolicæ sedis legati, Projectus episcopus, & Philippus presbyter. Demum post illos, alii secundum dignitatis ordinem. In medio patrum consessu sedem cum evangelio collocarunt, cujus intuitu omnes admonerentur, Christum omnium inspectorem & judicem adesse, synodique præsidem agere. Ex magistratibus imperatoris aderant duo comites Irenæus & Candidianus, uterque Nestorianus. Imperator per epist. ad synodum transmissam (quæ extat supra par. 1. c. 35.) præmonuit Irenæum nihil commissionis accepisse, sed tantum amicitiæ causa cum Nestorio advenisse. Candidianum a se missum esse scribit, non ut synodi disputationibus arbiter aut consultor accedat, cum id episcoporum tantum esset officii; sed ut auctoritate sua, laicorum aliorumve extraneorum illuc confluentium tumultus prohiberet: ante controversiam definitam neminem episcoporum discedere, causamque aliam proponi non permitteret, quam illam, cujus causa episcopi convocati fuerant: civiles etiam & criminales causas Constantinopoli cognoscendas reservaret. Hæc ex Cyrillo, Liberato, & actis concilii, Baron. ann. 431. num. 7. usque ad 50.

Nestorius cur omnium patrum adventum prævenerit. Joannes Antiochenus cur tardius ad synodum venerit.

De consessu patrum, qui fuerint? Patroni hujus concilii qui fuerint?

Evangelium in medio consessu collocatum fuit. Irenæus & Candidianus comites qua auctoritate synodo interfuerint.

(*Contra Nestorium, ejusque hæresin.*) Nestorius ex Germanicia oriundus, Pauli Samosateni nepos & sectarius, usus est Theodoro Mopsuesteno & Tarsensi præceptoribus. Sisinnio Constantinopolitano episcopo defuncto, anno Christi CCCCXXVIII. ex monacho monasterii sancti Euprepii, & presbytero Antiocheno, auctoritate Theodosii imperatoris factus est Constantinopoli episcopus, ea spe, quod qui haberet vocem sonoram, linguamque disertam, & ad docendum populum accommodatam, ex Antiochena ecclesia adscitus, Joanni Chrysostomo Antiochiam etiam in episcopum Constantinopolitanum postulato similis fore expectaretur. Quarto Idus Aprilis consecratus Arianos & Novatianos hæreticos insectari cœpit. Teste Socrate lib. 7. capite vigesimonono, hæc de se ad imperatorem ait. *Mihi, o imperator, terram hæreticis expurgatam tribue, & ego tibi cælum tribuam. Tu mihi in profligandis hæreticis subveni, & ego tibi in profligandis Persis subveniam.* Hac alacritate insectandi hostes ecclesiæ ad famam bonæ vitæ superaddita, initio sedis a Cælestino pontifice & Cyrillo Alexandrino jure meritoque laudatus fuit. Sed postquam paucis mensibus post initium sedis se Pelagianorum fautorem prodidisset, suamque a Samosateno, Mopsuesteno, & Tarsensi acceptam hæresin promulgasset, Cælestinus cum Cyrillo eidem fortissime restiterunt. *Nestorium* (inquit sanctus Prosper in chronico, anno 431.) *Constantinopolitanus episcopus novum ecclesiis molitur errorem inducere, prædicans Christum ex Maria hominem tantum, & non Deum natum, eique divinitatem collatam esse pro merito. Huic impietati præcipue Cyrilli Alexandrini episcopi industria, & papæ Cælestini repugnat au-*

Nestorius quis & qualis?

Qua spe & auctoritate factus fuerit episcopus.

Nestorius initio sedis hæreticorum hostis.

Nestorianæ hæreses recensentur. A quibus impugnatæ.

A *ctoritas*. Sanctus Cyrillus de incarnatione unigeniti, & in epist. ad Successum de Diodoro Tarsensi ait: *Sensit quod alter sit filius seorsum, qui de semine David & sancta virgine natus, & alter proprie Filius Dei Patris existat*, &c. Et paulo infra: *Hujus discipulus Nestorius fuit, & ex librorum ejus eloquiis obscuratus, simulat quidem se unum Christum etiam Filium & dominum confiteri: veruntamen & ipse duos in unum individuumque partitur, dicens hominem Deo Verbo æquivoca nuncupatione & honore & æqualitate atque dignitate conjunctum.* De eodem hæc Evagrius libro primo, capite secundo: *Anastasius* (presbyter & & Nestorii fautor) *in disputatione apud populum Christum sancte colentem in ecclesia Constantinopolitana habita, palam ausus est dicere: Nemo Mariam deiparam vocet. Nam Maria, inquit, homo erat, atque ab homine nasci Deus non potest. Quæ quidem verba cum populus Christo consecratus gravius & acerbe ferret, & disputationem illam non sine causa haberet pro blasphemia: Nestorius illius blasphemiæ auctor & dux, non solum non prohibuit* B *illum, neque rectam sanamque doctrinam tutatus est; verumetiam verba imprimis roborare contendit, & in iisdem defendendis acrius institit: atque sua ipsius opinione hisce adjuncta, atque adeo adscripta venenoque animi sui in ecclesiam effuso atque ejecto, multo majorem blasphemiam docere conatus est, adeo ut ad sui ipsius capitis perniciem hanc impiam sententiam, (nimirum: Ego eum, qui spatiis menstruis, hoc est, bimestri & trimestri, & ita deinceps adoleverit, Deum certe non appellavero,) proferre non dubitaret.* Theodoretus qui ipsi Nestorio amicitia intime junctus fuit, eidemque aliquando favisse visus est, post patriam illius & mores recensitos, in epistola ad Sporadium, ait: *Excogitatur ab illo primum novitatis facinus & exordium: quod non oporteat videlicet sanctam virginem Dei Verbi secundum carnem genitricem, Dei matrem confiteri; sed Christi tantum matrem: licet jam diu & diutissime orthodoxæ fidei præcones juxta apostolorum traditionem Dei genitricem illam ore confiteri atque corde credere nos docuerint* C *domini matrem.*

Nestorii blasphemiæ.

Theodoretus Nestorio aliquando familiaris fuit.

Vincentius Lirinensis contra hæreses, capite 17. *Nestorius*, inquit, *dum se duas in Christo substantias distinguere simulat, duas introducit repente personas, & inaudito scelere duos vult esse Filios Dei, duos Christos, unum Deum, alterum hominem; unum qui ex Patre, alterum qui sit generatus ex matre.* Hæ sunt illæ blasphemiæ Nestorii, de quibus sancti concilii patres, parte 2. initio actionis.

Non est dicendum Deum factum esse hominem propter nos. Item illud: *Ego bimestrem & trimestrem Deum non dico.*

Vide Baronium an. 428. num. 19. & sequentibus: item notas concilii Romani & Alexandrini supra.

ACTIONIS PRIMÆ SESS. I.

In hac controversia dijudicanda septem actiones, primaque actione tres sessiones celebratæ fuerunt. Prima D habita est 22. Junii, in qua cum Nestorius prima vice per quatuor episcopos citatus, his verbis: *Considerabo & videbo*, fastuose respondisset, Petrus Alexandrinus presbyter tribunus & notarius ea quæ a Cælestino pontifice, & Cyrillo contra Nestorium superioribus temporibus & conciliis gesta erant, legit. Postea & suggestione Juvenalis Hierosolymitani episcopi literæ Theodosii de synodo indicta recitatæ fuerunt. Cumque inde cognitum esset, terminum cogendæ synodi præscriptum jam diu interlapsum esse, pluresque episcopi mala valetudine laborarent, omnibus placuit synodum inchoare. Exposcente Cyrillo, Theodosii epistola, quam ad synodum scripsit, edita fuit. Theodotus Ancyranus episcopus putavit initium synodi usque ad Nestorii adventum differendum esse. Cum episcopi quatuor, qui pridie hujus diei Nestorium citaverant, ejus responsum tumore & superbia plenissimum in consessu patrum retulissent, placuit alios quatuor antistites mittere, qui contumaciter absentem secundo citarent. Qui cum ne E quidem ad aspectum vel colloquium Nestorii admissi fuissent, re infecta discesserunt, remque prout gesta erat synodo renunciarunt. Tandem ne qua judiciarii ordinis solemnitas desiderari posset: per alios demum episcopos eumdem Nestorium tertio & quidem per scriptum peremptorie citarunt. Episcop. ad hanc functionem obeundam ablegati, non modo non ad Nestorium admissi sunt, verum etiam satellitibus introitum custodientibus & obnitentibus male habiti fuerunt, act. 1. supr. Quæ cum ipsi ad synodum retulissent, causa Nestorii sese contumaciter absentantis inchoata est, hoc modo & ordine. Principio lecta est per Candidianum epistola illa, quam imperator de commissione Candidiani comitis ad concilium scripsit. Deinde post recitatum sacrosanctum Nicænum fidei symbolum ad demonstrandum quas blasphemias os diaboli Nestorius in Christum ejusque geni-

Quot sessiones habitæ? Primæ sessionis acta. Nestorius primo citatus fastuose respondet.

Nestorius secundo citatus.

Nestorii tertia citatio.

Quo ordine causa Nestorii discussa fuerit?

genitricem beatam Mariam effutiviset, quidve Romanum & Alexandrinum concilium in causa Nestorii egissent, catholica epistola Cyrilli ad Nestorium, Nestorii ad Cyrillum blasphemis plenissima, item Cælestini & concilii Alexandrini lecta fuerunt. Ad epistolarum lectionem additæ sunt recitationes horrendarum blasphemiarum, quas Theodotus Ancyranus, & Acacius Melitenus, aliique episcopi Constantinopoli ex ore Nestorii ipsi audiverunt cap. 2. his auditis, ex suggestione Flaviani Philippensis episcopi, multis testimoniis ex scriptura ac patribus allatis, demonstratum est, incarnationem Verbi divini indivise & inconfuse in utero beatæ Mariæ virginis factam esse: duasque naturas, divinam scilicet & humanam, in una persona conjunctas & unitas fuisse. Ab hac orthodoxa patrum & ecclesiæ doctrina, scripta Nestorii discrepare & multum abhorrere, ex eiusdem quaternionibus in synodo legi iussis, universis est manifestatum. Lectis postea & approbatis Capreoli Carthaginensis episcopi literis, sententia damnationis in eum lata est ejusmodi: *Dominum nostrum Jesum Christum, quem fuit ille* (Nestorius) *blasphemis vocibus impetivit, per sacram hanc synodum eumdem Nestorium omni pietatis dogmate privatum & ab universo mihi cum sacerdotum consortio & cœtu alienum esse decrevit.* Hanc subscriptione episcoporum omnium approbatam additis literis Nestorio insinuarunt.

Sententia damnationis in Nestorium.

In laudem Cælestini pontificis, qui antea Nestorium damnarat, variæ acclamationes subsecutæ sunt. Post hæc catholicæ fidei decretum firmatum est. Repetito enim Nicæno symbolo sub anathemate præceptum fuit, ne quis aliquid præter id, quod per Nicænum definitum esset, ad fidem adhibere ullo modo tentaret. Circa vesperam istius diei, *cum Ephesini audiissent* (inquit Cyrillus epist. 34. ad Alexandrinos) *infelicem illum esse depositum, cœperunt omnes una voce prædicare synodum, & Deum glorificare, quod cecidisset fidei inimicus. Egredientes vero nos, ab ecclesia deduxerunt cum lampadibus usque ad diversorium nostrum* (*erat enim jam vespera*) *& facta est multa lætitia, & luminaria in civitate posita, ita ut & mulieres, quæ adsunt thymiamata cum thuribulis nos præcederent.* Per publicos præcones damnationem Nestorii Ephesi promulgatam & proclamatam fuisse testatus est in conciliabulo Ephesino Candidianus comes.

Nicænæ fidei nihil adiciendum.

Ephesii ob condemnatum Nestorium lætantur.

Actionis Primæ Sess. II.

Sequenti die, vicesima tertia Junii, Cyrillus, cum in unum convenissent episcopi, ad populum homiliam habuit. Post hæc vero tertia est ad Theodosium epistola synodalis, in qua, *vobiscum*, inquiunt, *enarrationem iterum legatam cognovimus, ut universum illum doctrinam Nestorii e sanctis ecclesiis eliminaremus, eiusdemque libros ubique locorum reperiri vetaremus flammis ipsorum.* Ad clerum Constantinopolitanum duæ aliæ additæ. Candidianus vero, qui ex officio sibi demandato omnem vim & injuriam coercere debebat, Nestorii partionus factus, matris terræque ablitus omnes præcluit, ne rei gestæ narratio ad imperatorem perferretur, idque ideo, ut suis ad imperatorem missis epistolis calumniarum & mendaciorum plenissimis, catholicos anteverteret, animumque imperatoris præoccuparet, scribebat per summam calumniam, Joannem Antiochenum non fuisse expectatum: convocatos episcopos non omnes convenisse eos qui convenerant inter se non consensisse. Nestorius suas addidit, quibus postulavit aliam synodum, a qua omnes Ægypti abesent, eique duo tantum ex unaquaque provincia interessent, indici; reditumque ad episcopatum suum, a quo per synodalem sententiam amotus erat, sibi concedi. Ad fidem majorem epistolæ suæ conciliandam, novem episcoporum suæ factionis sectariorum subscriptionem, & approbationem impetravit.

Acta synodi II.

Epistola synodalis ad Theodosium.

Cyrillus epistolas a Constantino interceptas.

Candidianus calumniæ synodo objectæ.

Nestorius synodum aliam indici ab imperatore petit.

Actionis Primæ Sess. III.

Die quinto a damnatione Nestorii (teste Evagrio lib. 1. cap. 4.) qui est vigesimus septimus Junii, episcopi illi, qui a sancta synodo Joanni Antiocheno episcopo adventanti officii causa obviam missi fuerant; mandato ejusdem Joannis, per milites contempti, ab ejus aspectu amoti, plagisque gravioribus affecti, injuriam sibi illatam in concilio retulerunt. Patres concilii hanc ob rem justa indignatione commoti, Joannem Antiochenum excommunicarunt. Hæc ex epistola Memnonis Ephesini episcopi ad clerum Constantinopolitanum, Joannes episcopus vix urbem ingressus, ante pulverem excussum & pallium depositum, procurante Candidiano comite, conciliabulum ex Nestorianis & Pelagianis triginta congestum celebravit; in quo postposita orthodoxæ fidei doctrina, Memnon Ephesinus episcopus, velut turbulentus, & Cyrillus tanquam hæreticus condemnantur, & deponuntur. Commenti sunt epistolam ad episcopos synodi, miseruntque eam ad imperatorem & clerum Constantinopolitanum cum tali inscriptione, quasi ad synodum missa fuisset. Ita factum, ut in remotioribus civitatibus, sacrosancta synodus facti hujus plane ignara, commentitiis epistolis conciliabuli, magnopere infamaretur. His necdum contenti, in gratiam Pelagianorum eorum, qui satanæ conventiculo, & crabronum turmæ intererant, Pelagianam hæresim saepius ante damnatam restituunt, & confirmant. Hæc acta Pseudosynodi Ephesinæ, quæ vel dolo malo, vel saltem librariorum incuria, actis hujus orthodoxi & legitimi concilii admixta fuerunt. Nam cum Gregorius pontifex suo tempore Romanum codicem cum reliquis contulisset, nihil eorum, quæ in conciliabulo Ephesino gesta sunt, in prædicto Romano codice invenit, ut testatur ipse lib. 6. epistola trigesimaprima ad Eulogium Alexandrinum, & libro septimo epistola quadragesimaseptima ad Anastasium episcopum Antiochenum, & libro quinto epistola decimaquarta ad Narsenium comitem. Numerus episcoporum variatur: alibi quadraginta tres Nestoriani episcopi numerantur: alibi triginta tantum & octo: alibi triginta tantum & unus recensentur: quia nimirum aliqui ipsorum, (ut testatur synodica per Palladium & Theodosium missa,) paulo post sanioris mentis effecti, a scelleratorum militia deficientes, ad catholicæ ecclesiæ castra se receperunt. Hæc ex actis concilii Ephesini Baronius anno 431. numero septuagesimo primo, usque ad 80.

Quid in eo gestum fuerit?

Pelagiana hæresis restituitur & confirmatur.

Acta concilii Ephesini, œcumenici concilii actis male admixta.

Quot episcopi conciliabulo Ephesino interfuerint?

Actio II.

Secunda actio concilii orthodoxi decima Julii inchoata est, in qua post duodecim dies habiti conciliabuli, legati sedis apostolicæ eodem die, quo Ephesum appulerant, in synodum introducti, obtulerunt literas Cælestini pontificis, ob dignitatem apostolicæ sedis Latine scribentis, Latine recitatas. Quas cum patres velut catholicas & orthodoxas prædicassent, & faustis acclamationibus accepissent, iisdem legatis acta synodi, prout petierant, prælecta fuerunt, eo consilio, ut latam contra Nestorium sententiam suo suffragio etiam confirmarent. Ex actis concilii Ephesini Baronius num. 80. & 81.

Actio III.

Undecima Julii, tertia actione patribus concilii convenientibus: legati sedis apostolicæ in damnationem Nestorii suum calculum adjecere. Quorum primo loco Philippus presbyter post sententiam, de primatu sedis apostolicæ quædam prælocutus est, quæ sanctum concilium approbavit. Post Philippum cardinalem presbyterum, proximiore connexione capiti ecclesiæ conjunctum, duo reliqui sententiam pronunciarunt, & subscripserunt, quantumvis episcopali dignitate præminerent. Quod hæc damnatio Nestorii non tantum per legatos Cælestini pontificis, verumetiam omnium occidentalium episcoporum vicem agentes, confirmata fuerit, duabus synodicis epistolis ad imperatorem Theodosium & clerum Constantinopolitanum, nulla rerum in conciliabulo gestarum mentione facta, perscripserunt. Nestoriani interim ut eas, quas Cyrillus de damnato Nestorio in Ægyptum scripserat literas anteverterent, suis illuc transmissis, significarunt Cyrillum eodem animo in Nestorium commotum esse, quo Theophilus Chrysostomum antehac infectatus fuit, & ut eum Ægyptis odiosum redderent, addiderunt eumdem sua meritissima culpa absque perendina dilatione excommunicatum esse. Quæ res piorum multorum animos exulceravit. Inter alios Isidorus Pelusiota, commentis hæreticorum fidem adhibens, per epistolam cum Cyrillo expostulavit; monens ne qui nepos esset Theophili, mores sævitiamque ejusdem imitetur. Victorem sanctissimum monachum per calumnias eo infamiæ adegerunt, ut mandato concilii se per juramentum ab objectis hæreseos calumniis purgare debuerit. Ex Cyrillo & actis concilii Ephesini, Baronius anno 431. num. 82. usque ad 87.

Legati sedis apostolicæ Nestorii condemnationem approbant.

Isidorus Pelusiota cum Cyrillo expostulat.

Actio IV.

Quarta actione, post intervallum aliquot dierum decimasexta Julii, in eamdem Dei genitricis basilicam patres concilii convenerunt, acturi de modo & ratione, qua injuriam Cyrillo, Memnoni, aliisve orthodoxis episcopis a conciliabulo Nestorianorum irrogatam, eluerent. Nam ante undecimum diem Julii de rebus in conventu malignantium gestis nihil resciverant. Cum post omnium injuriarum enarrationem, & libelli, quem de injusto Nestorianorum judicio Cyrillus & Memnon obtulerant, recitationem, magnus ille Achatius Melitenus episcopus, ea quæ Joannes Antiochenus adversus syno-

Cyrillus & Memnon de injuria a conciliabulo sibi illata conqueruntur.

synodum nullo juris ordine servato fecisset, plane irrita nulliterque acta esse declarasset; utpote, quod is auctoritatem judicandi non habebat, officium judicis sibi assumpsisset, factoque clandestino improborum & ejectorum episcoporum conventu, absque ulla citatione aut admonitione praevia, sententiam condemnatoriam pronunciasset: placuit tamen omnibus, ut qui auctor omnium seditionum fuerat, Joannes Antiochenus, insuper audiretur, eamque ob causam judiciali ordine citaretur. Duabus itaque vicibus successivis tres episcopi missi fuerunt qui ipsum Joannem nomine totius synodi ad concilium invitarent. Primi praeter minas, jurgia & blasphemias militum in fidem catholicam objectas nihil responsi retulerunt. Secundi evaginatis gladiis ab accessu Joannis prohibiti, hoc a Joanne per milites responsum acceperunt: *Episcopus Joannes ait: Nos homines per nos gradu motos & excommunicationis vinculo innodatos responso non dignamur*. Quae cum episcopi ad concilium retulissent, Juvenalis Hierosolymitanus episcopus dixit, ob legatos saltem apostolicae sedis Roma missos, eum parere debuisse: *Cum praesertim*, inquit, *apostolica ordinatione & antiqua traditione in consuetudinem abierit, ut Antiochena sedes perpetuo a Romana dirigeretur, judicareturque*. Joannes vero malum malo, crimen crimini adjiciens, chartas publice affigi jussit, quibus Cyrillus Apollinaristarum haereticorum sectarius esse declarabatur. Continebat eadem scheda, omnia de Cyrilli haeresi imperatori jam nunciata esse. Ex actis concil. Ephes. Baron. an. 431. num. 87. & sequentibus.

Decreto synodali Joannes Antiochenus citari jubetur.

Joannes Antiochen. Cyrillum publico scripto de Apollinaristarum haeresi infamat.

ACTIO V.

Decimoseptimo die Julii episcopis orthodoxis in eadem deiparae virginis ecclesia congregatis, Cyrillus de charta publice affixa conquestus, rogavit, ut ad reddendam de irrogata contumelia rationem Joannes citetur. Apollinari eiusque sententiae anathema dixit, ut haereseos suspicionem Nestorianorum conatu inustam tolleret & exploderet. His acceptis placuit sanctae synodo Joannem per tres episcopos tertio citari. Qui cum se ad Joannis habitationem contulissent, & a clericis ejusdem male excepti fuissent, ab iis qui aderant militibus commiserationis causa ex eorum manibus liberati per archidiaconum illius hoc tandem responsum acceperunt. *Neque vos ad nos mittatis, neque in posterum quicquam ad vos mittemus*, &c. Cognita itaque Joannis contumacia, oecumenica catholicorum synodus in ipsum, & qui cum eo erant episcopos triginta sex (inter quos etiam Theodoretus reperitur) anathematis sententiam tulit, nisi quamprimum ab eo recederent. Insuper universa acta, quae contra Cyrillum, & Memnonem egerant, nulla & irrita esse pronunciavit. De his omnibus duas synodales Epistolas, unam ad imperatorem, alteram ad universos Christi fideles, additis sex canonibus, perscripsit. Vide post acta concilii Ephesini, Baronium anno 431. num. 90. & sequentibus.

Cyrillus de infamia sibi a Joanne illata conqueritur, & Apollinari anathema dicit.

Decernitur 3 citatio contra Joannem.

Reproducta citatione Joannes cum reliquis 36. episcopis excommunicatur.

Acta conciliabuli Ephesini reprobantur

ACTIONIS VI. SESS. I.

Cum diebus quinque, quibus Cyrillus ad populum diversas homilias recitavit, a sacris comitiis cessatum fuisset, die vigesimasecunda Julii octavus congressus in loco solito, ipsa deiparae Mariae ecclesia, habitus est; ea nimirum causa, quod Nestoriani a se scriptam novam fidei confessionem, quasi Nicaenum symbolum sit, simplicioribus exhibendo, illos decipere solerent. Fraudem detexit Charisius ecclesiae Philadelphiae oeconomus. Huic Nestoriani confessionem a se compilatam obtulerunt eo fine ut reciperet: Cum eam respuisset, ipsorumque propterea judicio condemnatus esset, haereticam confessionem fidei, una cum adjuncto libello, concilio obtulit. Quam cum patres concilii legissent, communi sententia eam statim reprobarunt & condemnarunt, & ne in posterum simpliciores & incauti fideles facile decipi possent, canonem addiderunt, ut sub gravibus poenis nemo aliam quam Nicaenam absque ullo additamento fidei professionem subscribendam offerret. Vide act. concil. & Baron anno 431. num. 97.

Causam habitae sessionis 8. Nestoriani dederunt.

Nestoriani ad decipiendos simpliciores haereticam fidei confessionem ediderant.

ACTIONIS VI. SESS. II.

Vigesima tertia Julii actum est de damnatione haeresis Pelagianae. Lectis itaque commentariis sub Caelestino pontifice Romae adversus Pelagianos haereticos conscriptis, cum Pelagio & Caelestio haereseos auctoribus, omnes eorumdem sectarii condemnati fuerunt; ut constat ex synodali epistola ad Caelestinum scripta. Cives Ephesini ardore catholicae fidei aestuantes, omnes Pelagianos populari vi atque tumultu, protinus urbe expulerunt. Sanctus Prosper in chron. Post haec diversas alias causas in synodum productas esse, certum est: quibus autem, quotve actionibus, incertum. Nam suggestione episcoporum Valeriani & Amphilochii Massalianos, Euchitas, & Enthusiastas, in hac eadem synodo condemnatos ferunt. Eustachius metropolitanus Pamphyliae, jam senio confectus, episcopatus curae nuncium remittens, ut episcopatus nomen & honorem dumtaxat retineret, a synodo petiit & impetravit. Oblatus insuper fuit libellus ab Euprepio & Cyrillo episcopis, ut secundum antiquum morem illius provinciae, unus episcopus jure metropolitano duobus episcopis praeesset: quod sancta synodus ex prisca ejus regionis consuetudine ratum habuit. Cum frequentes ex toto Christiano orbe peregrinationes Hierosolymam versus susciperentur, eoque magis Hierosolymorum, quam Caesareensis episcopus honoraretur & observaretur, totius Syriae primatum, ex traditione & concilii Nicaeni decreto Caesareensi debitum, Juvenalis episcopus Hierosolymitanus sibi magno cum praejudicio Caesareensis arrogare studebat: Episcopis ferme omnibus in suam sententiam pertractis, controversiam in judicium hoc synodale deduxit. Quantumvis Juvenali plures episcopi faverent, Cyrillus tamen apostolicae sedis praefectura vicaria functus, restitit, atque unicuique sua jura ex Nicaenorum canonum praescripto illibata conservavit, ut constat ex epistola Leonis 62. ad Maximum Antiochenum episcopum. Baronius an. 431. n. 98. & seq.

Pelagiana haeresis condemnata.

Pelagiani urbe exacti.

Massaliani, Euchitae & Enthusiastae condemnati.

Jura metropolitani confirmantur.

Juvenalis Hierosolymorum episcopus, cur & quo eventu jus metropolitani sibi vendicare studuerit?

ACTIO VII.

Pridie Kalendas Septembris discussa est controversia inter Rheginum episcopum Constantiae Cypri, & Joannem Antiochenum, qui sibi Cyprias ecclesias subdere moliebatur. Decretum fuit, ne Joannes Cyprias, neve alii episcopi alias invaderent ecclesias. Omnibus illis, quae ad Nestorii causam spectare videbantur plane absolutis, sacrosancta synodus per literas rogavit, ut episcopis jam mala valetudine & inopia laborantibus redeundi ad propria facultas concederetur.

Controversia inter Cypri & Antiochiae episcopos sopita.

Verum dolo Candidiani comitis omnia ad nutum Nestorii agentis, hae, aliaeque plures sacrosancti concilii epistolae Constantinopolim missae, interceptae sunt. Cum vero eas dumtaxat epistolas imperator accepisset, quas Nestoriani transmiserant, ex silentio orthodoxae synodi, aequitatem causae Nestorianae suspicatus, per Palladium Magistrianum 3. Kalendas Augusti ad praesides scripsit, ne quemquam episcoporum ad ecclesiam suam redire permittant. Palladius ad studia Candidiani, Joannis & Nestorii abreptus, post traditas imperatoris literas tantam redeundi celeritatem prae se tulit, ut literas oecumenicae synodi ad Theodosium imperatorem scriptas, donec ab omnibus subscriberentur, expectare non posset. Cum itaque per Palladium suas literas mittere non potuissent, nec haberent cui tuto confiderent, commentum excogitarunt, ut tum has, tum aliarum omnium exemplaria in arundinem inserta, mitterent, per fidum hominem, in mendicum ipso corporis habitu transformatum, & arundine, loco baculi utentem. Hac ratione dum literae orthodoxorum Constantinopolim delatae essent, Dalmatius archimandrita, nulla fere de causa, etiam gravissima, pedem e cella efferre solitus, voce divina commonitus, monachorum agminibus psalmos & hymnos concinentibus se ducem praebuit, profectusque magna cum fiducia ad imperatorem, literas, quas acceperat, legit: mox ad populum & monachos in ecclesia res quae Ephesi gerebantur aperuit. His auditis imperator concessit, ut a synodo Constantinopolim destinarentur episcopi, a quibus de rebus in synodo gestis certior redderetur. Deputantur a synodo episcopi, qui synodalia acta imperatori recenserent. Verum imperator mendaciis ac fraudibus Irenaei comitis, & Acacii Beroeensis episcopi centesimum ac decimum annum agentis auctoritate, in Cyrillum & Memnonem tanquam haereticos & seditiosos concitatus, per Joannem comitem scripto nunciat, ut cum Nestorio Cyrillus ac Memnon pari judicio condemnati carceribus mancipentur. Quod cum Joannes magno cum dolore orthodoxorum executus fuisset, accidit interea, ut justo Dei judicio Romanorum exercitus in Africa sub Bonifacio & Aspare ducibus a Wandalis aliisve barbaris trucidaretur, qua occasione Alypius Constantinopolitanae ecclesiae clericus libellum offerens, ostendit imperatorem Cyrilli damnationem a schismaticis per odium & summam injuriam pronunciatam confirmando; gravissime non tantum peccare, divinum numen hactenus sibi propitium offendere, verum etiam totum imperium in summum discrimen pacis ac religionis propterea inducere. Imperator igitur acerrimo illo orthodoxorum libello expergefactus, & amissi in Africa exercitus numero perterrefactus, jussit septem ex utraque parte episcopos Constantinopolim convenire. Nestorio autem Ephesi quo vellet, sine spe redeundi ad sedem Constantinopolitanam, abire permisit. Designati utrimque de his, qui coram imperatore tractarent, commonitoria certa acce-

Epistolae synodalis intercepta.

Imperator quid ad praesides scripserit? Palladius literas synodicas ad imperat. ferre recusat.

Mendicus quidam epistolas synodi arundini insertas Constantinopolim defert.

Acta concilii imperatori significantur per Dalmatium.

Cyrillus & Memnon jussu imperatoris incarcerantur.

Clades imperii Theodosio accepta refertur.

Causa Nestorii Constantinopoli agitata.

acceperunt. Orthodoxis a concilio legitimo mandatum fuit, primo, ut pro Cyrilli & Memnonis liberatione instarent. Secundo, ut quæ pro recta fide adversus Nestorii impietatem statuta essent, enarrarent. Tertio, ne cum Joanne Antiocheno, ejusque sequacibus prius communicarent quam Nestorio anathema dixissent. Contra adversariis, & schismaticis a suo conciliabulo commissum fuit, primo, ut coram imperatore & consistorio res fidei pertractent. Secundo, ut Cyrillum ex propriis scriptis de hæresi convincant. Ad urbem cum venissent, favore & studio Pulcheriæ sororis Augustæ, tasse Leone epist. 39. & 45. contigit, ut catholicis in urbem intromissis, adversarii, actis eorum contra Cyrillum & Memnonem, universamque synodum annullatis, ad propria redire jussi fuerint. Post libellos supplices ter quaterve ingeminatos obtinuerunt, ut Constantinopolim ingressi ad conflictandum cum legatis synodi œcumenicæ de duodecim Cyrilli capitibus, quos ipsi hæretica esse proclamabant, admitterentur. Singulis congressibus convictos, tandem cum amplius impii detegerentur, imperator dimisit, & ad propria reverti mandavit, illo decreto addito, ut quod sacrosancta synodus œcumenica contra Nestorium pronunciasset, vim obtineret: quodque in causa Joannis Antiocheni constituisset, ne cum eo totius Syriæ episcopi a catholica ecclesia alienarentur, spe redintegrandæ pacis & concordiæ, (quæ auctore Sixto pontifice, ut infra dicemus, obtenta est) suspenderetur. Cum itaque hæreticorum & schismaticorum factiosa quadrimestris rebellio hunc finem accepisset, jussu imperatoris, legati synodi œcumenicæ, quinto mense post damnationem Nestorii, 8. die Novembris, Maximianum vita monachum & ordine presbyterum, ecclesiæ Constantinopolitanæ episcopum ordinarunt. De quo postea, quæ sunt apud acta concilii Ephesini edita, & Liberatum in breviario cap. 7. ex cod. Antonii Augustini hæc extant apud Baron. num. 174. *Jussit autem his, qui de sancto & magno universali concilio erant*, (nempe octo legatis missis) *ingredi in ecclesiam & ordinare episcopum sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ: quod etiam factum est. Ingressi autem ordinaverunt Maximianum episcopum. Et post hæc jussit imperator, omnes episcopos abire unumquemque in propriam regionem: & abierunt. Mansit hic Joannes Antiochenus episcopus, & qui cum eo erant, insegregati existentes. Ingressus autem est Cyrillus episcopus Alexandriæ Athyr tertia, & suscepit eum civitas cum multa excellentia gloria.*

Decreta synodi Ephesina confirmata.

Maximianus Constantinopoli subrogatur Nestorio.

Cyrillus vero 3. Kalend. Novembris Alexandriam reversus, audita Maximiani ordinatione, ad legatos synodi adhuc Constantinopoli commorantes gratulatoriam epistolam supra extantem scripsit.

A Patres concilii Ephesini cum imperatore & Maximiano, recens creato episcopo, Cælestino pontifice, tanquam prostratæ hæreseos auctori per legationem deputatam plurimum gratulati fuerunt. Tunc salutatio angelica hoc additamentum, *Sancta Maria mater Dei ora pro nobis*, &c. accepisse creditur. Pulcheria vero Augusta templum insigne ad litus maris in honorem Dei genitricis extruxit. Nicephorus lib. 15. cap. 2. Sicque augustissima illa virgo, cui draco deterrimus laudes debitas invidebat, amplioribus postmodum vocibus celebrata fuit. Theodosius cum se ab Irenæo illusum comperisset, exauctoratum in ordinem redegit. Eadem pœna exauctorationis Candidianum, Palladium & Joannem plexos fuisse, admodum est verisimile. Nestorius cum quibusdam suæ factionis sectatis, cum suis peccata deflere, & tandem resipiscere debuisset, adversus veritatem catholicam, & Cyrilli capitula calamum armavit; sed frustra. Nam ea volumina, quæ in monasterio sancti Euprepii apud Antiochiam relegatus maledice & contumeliose scripserat, jussu imperatoris ignibus tradita fuerunt. Hæc summatim ex actis concilii Baron. an. 431. n. 179. usque ad 184.

De profitentibus Nestoriana, Cælestino pontifici gratulatum est.

Salutatio angelica additamentum quando acceperit?

Irenæus & Candidianus exauctoratur.

Nestorii scripta comburuntur.

Tempus hujus concilii

B *Basso & Antiocho consulibus.*) Hoc concilium celebratum fuisse anno post consulatum Theodosii XIII. & Valentiniani III. pluribus in locis acta concilii testantur. Vincentius Lirinensis in libro de profanis vocum novitatibus, qui hac ætate vixit, de tempore hujus synodi ita scribit: *Ante triennium ferme in Asia apud Ephesum celebratum est concilium viris clarissimis Basso Antiochoque consulibus*. Idem sanctus Prosper in chronico, & Socrates lib. 7. cap. 34. indicarunt. Prædictus autem consulatus in annum domini 431. qui est

C primus post consulatum Theodosii XIII. & Valentiniani III. coincidit. Psellus, qui ponit solum intervallum annorum quadraginta inter secundam & tertiam synodum; & Onuphrius qui annotavit hanc synodum celebratam anno domini 430. Theodosio XIII. & Valentiniano III. consulibus, quid secuti fuerint, non possum dicere, præsertim cum part. 3. actionis 1. initio, disertis verbis legamus, synodum inchoatam post consulatum Theodosii XIII. & Valentin. III. nisi dicamus eum putasse, synodum eodem anno, quo indicta fuit, celebratam esse. Quo tempore autem synodus indicta, quis terminus inchoandæ synodi præfixus fuerit, indicat epistola Theodosii & Valentiniani ad Cyrillum. De hac synodo vide Liberati breviarium a c. 1. usque ad 10. inclusive; Socratem lib. 1. Evagrium lib. 2. Bellarmin. lib. 1. de conc. cap. 5. Possevinum in apparatu sacro, verbo *Ephesinum*.

Psellus & Onuphrius redarguuntur.



SY-

SYNODUS EPHESINA.

GENERALIS III.

Ex Photii P. CP. libello de synodis.

Ἡ δὲ ἁγία, καὶ οἰκουμενικὴ τρίτη σύνοδος ἐν μὲν τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἐφέσῳ συνεκροτήθη, εἰς ἑξακοσίους δὲ ἐπληθύνετο. ἐν οἷς ἡγεμόνες ἐγνωρίζοντο Κύριλλός τε ὁ ἐν πᾶσι περιώνυμος, ὃς δὲ ἀρετῇ, καὶ σοφίας πλούτῳ τῆς Ἀλεξάνδρου μεγαλοπόλεως ἐθύνων τὸν θρόνον, καὶ τὸ Ῥώμης Κελεστίνου ἐπλήρου τὴν καθέδραν, καὶ τὸ πρόσωπον, μεθ' ὧν καὶ Μέμνων ὁ τῆς ἐκκλησίας Ἐφεσίων ἐμπεπιστευμένος τὰς οἰήκας, καὶ δὴ καὶ ὁ τῆς Ἱεροσολύμων Ἰουβενάλιος, οἵ τινες σὺν παντὶ τῷ τῆς συνόδου πληρώματι τὸν δυσσεβῆ Νεστόριον, ὧν ἠσέβει, δίκας εἰσεπράττοντο. ὃς ἐκ τῆς Ἀντιόχου τῆς πρὸς τῷ Ὀρόντῃ ὁρμώμενος τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον οὐκ ἀκόντως ἐπεδεξιώσατο. ἀλλὰ γε τυλαίπωρος ὅπερ ἐκ τῆς Διοδώρου, καὶ Θεοδώρου θολερῶν τῆς ἀσεβείας ἐκροφήσας ναμάτων, καὶ εἰς φρενῶν μέθην ἐμπεσὼν ἀπηχεῖς, καὶ ἐκτόπους φωνὰς ἐπὶ λύμῃ τοῦ πολλοῦ πολλῶν ἀκοαῖς ἐναπηρείξατο. Χριστὸν γὰρ τὸν ἕνα υἱὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, ὃς δὶ ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκὸς ἡμῖν παραπλησίως κοινωνήσας, καὶ αἵματος, καὶ εἰς ἑαυτὸν τὸ ἡμέτερον ὑποστησάμενος φύραμα, εἷς ἐκ δύο ἐκρηματίσε τῷ ὀνάντιον, Θεὸς ὁ αὐτὸς ὑπάρχων, καὶ ἄνθρωπος, εἷς Χριστὸς, εἷς υἱὸς, ὁ αὐτὸς ἄνω ἐκ πατρὸς ἀμήτωρ, καὶ κάτω ἐκ μητρὸς ἀπάτωρ, ὁ αὐτὸς καὶ οὐκ ἄλλος, ἓν πρόσωπον, μία ὑπόστασις. τοῦτον δὴ τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς δύο τέμνειν, καὶ διαιρεῖν ὑποστάσεις ὁ θρασύθυμος ἐκεῖνος ὁ περφρικώς, τὸν μὲν ψιλὸν ἄνθρωπον καὶ χωρὶς τοῦ προσλαβόντος λόγου κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν ἐπλάττε. τὸν δὲ Θεὸν ἀνὰ μέρος καὶ γυμνὸν τοῦ προσλήμματος· ὥσπερ δεδοικὼς ὁ ἀνόητος, μήτι Θεὸς πάθοι, τὸ οἰκεῖον πλάσμα δὶ' ἄφατον φιλανθρωπίαν εἰς θεραπείαν, καὶ ἀνάπλασιν ὑποδυόμενος. οὐδὲ τοῦτο συνιδὼν, ὡς οἷς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τὴν τοῦ λόγου ἰδιοποιεῖσθαι ὑπόστασεως, ἀνίατον αὐτὴν καὶ ἀθεράπευτον ἀνεκήρυττε, καὶ τῆς ἰδίας ἔξαρνος σωτηρίας ἐγίνετο. ἀλλὰ γὰρ τὸς λογισμὸς ὅλως ἐκ τῶν ὀρθογραφεῖς, οὐδὲ τὴν αὐτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα τὴν παναγίαν παρθένον τὴν κυρίως ἀληθῶς τὸν Θεὸν λόγον σεσαρκωμένον πεποίηκε, οὐδὲ τοῦτον καλεῖν θεοτόκον ἠνέσχετο. ἀλλὰ ὥσπερ τὸν υἱὸν ἀπεστέρει τῆς θεότητος, ὅτι τὴν ἠλλοῖωσε καὶ τὴν γεννησαμένην τῆς θεοτόκου κλήσεως. διὸ τοῦτον ἀξίως τῆς τηλικαύτης ἀπονοίας, καὶ τῆς βλασφήμου γλώσσης τῷ μακαρίων πατέρων ὁ σύλλογος πάσης τε τῆς ἱερωσύνης ἐγύμνωσε, καὶ σὺν τῷ οἰκείῳ, καὶ βδελυρωτάτῳ φρονήματι τῷ αἰωνίῳ παρέπεμψεν ἀναθέματι, τὸν δὲ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν μιᾷ, καὶ τῇ αὐτῇ ὑποστάσει παραδοθέντος, καὶ ὁποσοῦν πρὸς προσκυνεῖσθαι, καὶ κηρύττεσθαι δογματίσαντες, ἀκολούθως καὶ τὴν παναχράντον αὐτοῦ, καὶ ἀειπάρθενον μητέρα κυρίως, καὶ ἀληθῶς, καλεῖσθαι καὶ θεοτόκον παραδε-

A EPHESI, quod oppidum est in Asia, sanctum atque œcumenicum concilium tertium, celebratum est ducentorum episcoporum. Ex quibus erant præsides, Cyrillus ille celebertimus inter patres, qui propter virtutem sapientiæque divitias, magnæ civitatis Alexandriæ sedem obtinebat, & Cœlestini Romani pontificis implebat sedem, atque personam gerebat, & Memno cui ecclesiæ Ephesiorum commissa erant gubernacula, & Juvenalis episcopus Hierosolymorum, qui cum universo concilio nefarium Nestorium, ob ea quæ impie com-
B miserat, pœnis meritis affecerunt. Hic ex Antiochia quæ apud Orontem est, profectus Constantinopolis sedem haud sancte tractavit; sed cum turbida Diodori & Theodori fluenta exsorbuisset, & in mentis ebrietatem inçidisset, absurda & inepta verba ad gregis perniciem in multorum aures effudit. Christum enim filium unum verum Deum nostrum, qui propter nos & propter nostram salutem carnis & sanguinis, quemadmodum nos; particeps esse voluit, & massam nostram in seipsum suscipiens, unus ex duobus contrariis declaratus est,
C Deus idem existens atque homo, unus Christus, unus filius, idem sursum ex patre sine matre, idem deorsum ex matre sine patre, idem ipse & non alius, una persona atque una hypostasis: hunc, inquam, unum dominum nostrum Jesum Christum, in duas secare atque dividere personas, miserrimus ille non veritus, alium quidem nudum hominem, & sine Verbo humanitatem suscipiente, in propriam personam confinxit, alium Deum separatim, & a suscepta nudum humanitate. Metuebat enim
D homo stultus, ne quid Deus pateretur, si incredibili adductus benignitate, figmentum suum, ut illud curaret atque refingeret, induisset. Neque illud animadvertebat, quod si naturam humanam a Verbi persona separaret, eam propriis morbis laborantem ac minime curatam, & salutis expertem reliquisset. Quid? quod ab his penitus digrediens ne matrem quidem ipsius quantum ad carnem pertinet, sanctissimam virginem, quæ proprie & vere Deum Verbum carnem indutum peperit, vocandam
E Dei genitricem censebat: sed quemadmodum divinitate filium, sic matrem ejus hac Dei genitricis appellatione spoliabat. Itaque meritas tantæ dementiæ & maledicæ linguæ pœnas luit. Nam ab illo beatorum patrum cœtu sacerdotii spoliatus dignitate, una cum execranda sententia sua anathemati traditus est sempiterno. Declaratum est autem dominum nostrum Jesum Christum in una eademque persona, ut vere ac pie a patribus traditum est, adorandum ac prædicandum: & immaculatam ejus, semperque virginem matrem, proprie & vere appel-

appellandam summis cum laudibus Dei genitricem. Quæ enim Deum Verbum, cum in carne nasci vellet, genuit, jure Dei genitrix vocata, celebrataque est. Atque hunc quidem finem & hoc tertium concilium habuit, cum Theodosium juniorem Romana Respublica tranquillis oculis cerneret, paternum & regium imperium a tertia usque progenie gubernantem.

A δώκασιν· οἷς γὰρ τὸν Θεὸν λόγον σαρκὶ, γενν-
ηθῆναι καταδεξάμενον, τέτοκε, θεοτόκος εὐδί-
κως δοξολογεῖσθαι, καὶ ὀνομάζεσθαι ἐξωσίωται.
ἀλλ' ἐπὶ τόποις μὲν καὶ αὕτη τὸ τέλος ἔσχηκεν,
ἡνίκα τὸν Θεοδόσιον ἡ Ρωμαϊκὴ πολιτεία γαλη-
νοῖς εἶδε ὀφθαλμοῖς, τὸν πατρῷαν, καὶ βασίλειον
ἀρχὴν ἐκδιγενίας διανύοντα.

EADEM EX NILI LIBELLO.

SANCTA & œcumenica tertia synodus Ephesi habita est, imperante Theodosio juniore, congregata a ducentis sanctis patribus, adversus Nestorium Patriarcham Constantinopolitanum. Huic præerant Cælestinus Romæ, Cyrillus Alexandriæ, Juvenalis Hierosolymorum, Memnon Ephesi episcopi. Erat annus mundi 5913. Christi vero 431. A tertia usque ad quartam sunt anni triginta. Nos accepimus & credimus dominum nostrum Jesum Christum esse filium Dei viventis. Sic enim Petrus dixit interrogatus a domino de ipso, & laudatus est ab illo qui est ipsa veritas, ac testimonio confirmatum est cognitionem hanc a Deo & patre revelatam. Quapropter ei, qui sic non sentit, anathema.

B Ἁγία, καὶ οἰκουμενικὴ τρίτη σύνοδος ἡ ἐν Ἐφέσῳ γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ συγκροτηθεῖσα ὑπὸ διακοσίων ἁγίων πατέρων κατὰ Νεστορίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως· ἡγοῦντο δὲ αὐτοῖς Κελεστῖνος Ρώμης, Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, Ἰουβενάλιος Ἱεροσολύμων, Μέμνων Ἐφέσου. ἐν δὲ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη 5913. ἀπὸ δὲ Χριστοῦ 431. ἀπὸ δὲ τῆς τρίτης ἕως τῆς τετάρτης ἔτη τριάκοντα. ἡμεῖς παρειλάβομεν, καὶ πιστεύομεν ὅτι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· οὕτω γὰρ ὁ Πέτρος
C εἶπεν, ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ κυρίου περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐπηνέθη παρὰ τῆς αὐτοαληθείας, καὶ ἐμαρτυρήθη, ὡς αὐτὴ ἡ γνῶσις ἐκ τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὸς ἀπεκαλύφθη. τῷ οὖν μὴ οὕτω φρονοῦντι, ἀνάθεμα.

EADEM EX LIBELLO ANONYMI.

Distat tertia synodus a secunda annis viginti novem & mensibus tribus.

TERTIA sancta & œcumenica synodus habita est Ephesi; est, inquam, Ephesina prima sub imperatore Theodosio juniore congregata a sanctis patribus ducentis, adversus Nestorium hominis adoratorem & impium; qui fuerat quidem patriarcha Constantinopolitanus, sed Christum dividebat ac discerpebat. Dicebat enim illum esse simpliciter hominem, non autem Deum incarnatum. Quamobrem sanctam virginem Mariam, quæ dominum nostrum Jesum Christum peperit, non deiparam, sed Christiparam vocabat. Hanc ob causam cum Cælestino papa Romæ, & pietatis propugnatore Cyrillo papa Alexandriæ hæc sancta synodus submovit Nestorium in blasphemia sua permanentem, ut Judaismo faventem & hominis adoratorem. Demonstravit autem proprie ac vere deiparam dici sanctam Mariam, ac pronunciavit dominum nostrum Jesum Christum, qui ex illa sine semine incarnatus est, esse Dei filium & Deum verum. Nam synodus illa, quæ in eadem urbe Ephesо habita est sub eodem imperatore Theodosio juniore, plane rejecta est a sancta catholica & apostolica ecclesia, ut quæ prædatoria fuerit, & quæ comperta sit sentire cum impio Dioscoro & temerario Eutyche.

Ἀπέχει ἡ γ'. σύνοδος ἀπὸ τῆς β'. ἔτη κθ'. μῆνας γ'.

H Δὲ τρίτη ἁγία, καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐν Ἐφέσῳ, ἡ πρότερον ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως τοῦ μικροῦ συναθροισθεῖσα σ'. ἁγίων πατέρων ὑπάρχουσα κατὰ Νεστορίου τοῦ ἀνθρωπολάτρου, καὶ ἀσεβοῦς, πατριάρχου μὲν γενομένου Κωνσταντινουπόλεως, τὸν Χριστὸν δὲ διαιροῦντος καὶ κατατεμνοντος· ψιλὸν μὲν γὰρ ἄνθρωπον εἶναι ἔλεγε, καὶ οὐ Θεὸν σεσαρκωμένον. ὅθεν οὐδὲ θεοτόκον, ἀλλὰ χριστοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν τὴν τεκοῦσαν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὠνόμαζε. τούτου χάριν σὺν Κελεστίνῳ τῷ πάπᾳ Ρώμης, καὶ τῷ προμάχῳ τῆς εὐσεβείας Κυρίλλῳ τῷ πάπᾳ Ἀλεξανδρείας ἡ ἁγία αὐτὴ σύνοδος ἐμμένοντα τῇ τοιαύτῃ βλασφημίᾳ καθεῖλεν ὡς ἰουδαιόφρονα τὸν ἀνθρωπολάτρην Νεστόριον. κυρίως δὲ καὶ ἀληθῶς θεοτόκον τὴν ἁγίαν Μαρίαν ἀπέδειξεν, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς ἀσπόρως σαρκωθέντα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν ἀνεκήρυξεν. ἡ γὰρ ἐν αὐτῇ τῇ Ἐφέσῳ γενομένη σύνοδος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, ὡς ληστρικὴ ὑπάρχουσα, καὶ τὰ τοῦ κακόφρονος Διοσκόρου, καὶ τοῦ ματαιόφρονος Εὐτυχοῦς φωραθεῖσα κρατεῖν, τελείως ἐκ τῆς ἁγίας καθολικῆς, καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἐκβέβληται.

EA-

EADEM ALIÆQUE IN CAUSA NESTORII.

Ex libello Synodico.

ALEXANDRINA [1] CYRILLI.

ΚΑΙ Νεσόριος ἐξ Αντιοχείας ὁ φρενοβλαβὴς προσβύτερος, ὑποδέχεται τὸν Σισίνιον. Ὃς τῆς ἀληθείας τὸν λόγον παρέδυνε, θεοτόκον λέγειν τὴν παναγίαν παρθένον μὴ προσιέμενος. καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν τοῦ σωτῆρος τῶν ὅλων Χριστοῦ δοξάζειν οὐκ ἀνεχόμενος. καθ' ὃ Κύριλλος ὁ μέγας ἀγωνισάμενος συνόδου θείαν, καὶ ἱερὰν ἐν Αλεξανδρείᾳ συνήθροισεν. Ἧτις ὅρον κεφαλαίων δύο καὶ δέκα ἐκθεμένη, τῷ Νεστορίῳ ἀπέστειλεν. ὅντινα μᾶλλον ἀποστεισάμενος τῇ κιβδήλῳ ἑαυτὸν δόξῃ προσέθηκε, τῆς ἐκκλησίας παραίτων τὸ σύστημα.

SISINNIO autem insanus ille Nestorius ab Antiochia successit: qui sermonem veritatis corrupit, cum non sustineret, ut beata virgo θεοτόκος, id est deipara diceretur: neque concederet, ut hypostatica Christi servatoris omnium unio prædicaretur. Contra eum Cyrillus ille magnus depugnans, synodum divinam & sacram Alexandriæ congregavit: quæ decretum capitum duodecim edidit, Nestorioque transmisit. Sed hoc ille aversatus, adulterinæ sese opinioni adjunxit, & ecclesiæ compagem turbavit.

EPHESINA, OECUMENICA III.

Contra Nestorium.

ΟΠΕΡ θεωρῶν βασιλεὺς ὁ μικρὸς Θεοδόσιος, ἐν Εφέσῳ τῷ διακοσίων μακαρίων πατέρων, τρίτην οἰκουμενικὴν σύνοδον συγκροτηθῆναι ἐκέλευσεν. Ἧς ἐξῆρχε Κύριλλος ὁ τῶν ἀποστόλων συνήγορος. Ἰωάννης δὲ ὁ Αντιοχείας Συρίας, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, Νεστορίῳ χαριζόμενοι. Ἡ δὲ ἁγία σύνοδος χρονοτριβοῦσα, καὶ λιμῷ νοσούσῃ καταβρῶμα, τέλος Νεστόριον ἀπεκήρυξεν· ἀναθέματι καθυποβαλοῦσα τῷ πρέποντι· θεοτόκον τε τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν κηρύξασα, καὶ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ τῶν ὅλων, καὶ Θεοῦ ἡμῶν.

QUOD animadvertens Theodosius minor imperator, Ephesi beatorum patrum ducentorum tertiam œcumenicam synodum congregari jussit: cui Cyrillus præfuit, apostolorum astipulator. Joannes autem Antiochiæ Syriæ, & qui cum eo erant, Nestorio gratificabantur. Sancta autem synodus, cum multum absumpsisset temporis, & a pestilentia ipsa absumeretur, tandem Nestorium deposuit, convenienti eum anathemati subjiciens: deiparam vero beatam virginem prædicans, & hypostaticam unionem servatoris omnium & Dei nostri Christi.

ANTIOCHENA, JOANNIS.

ΙΩΑΝΝΗΣ γοῦν μετὰ τοῦτο, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν, ὁ μεθ' ἡμῶν πρὸς τὴν ἁγίαν στασιάσαντες σύνοδον, ἐν Αντιοχείᾳ συνέδραμον ἅπαντες· καὶ θείαν, καὶ ἱερὰν ποιησάμενοι σύνοδον, ἀπεκήρυξαν τὸν Νεστόριον· καὶ δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ ἀσυγχύτους, ἀδιαιρέτους, θεοφρόνως διανοήσαντες, τὸν ὅρον αὐτῶν πρὸς τὸν μέγαν Κύριλλον ἐξαπέστειλαν· Ὃν δεξάμενος, Εὐφρανέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, ἀνεβόησε.

JOANNES igitur posthæc, & qui ab ipso erant, non mediocri adversus sanctam synodum concitata seditione, Antiochiam concurrerunt omnes, & divina & sancta instituta synodo Nestorium deposuerunt: & duas in Christo incommixtas, indivisasque naturas divine docentes, decretum suum ad magnum Cyrillum miserunt. Quod ille amplexus, *Lætentur cœli & exultet terra*, exclamavit.

CONSTANTINOPOLITANA, [2] PROCLI.

ΝΕΣΤΟΡΙΟΥ τοίνυν καθαιρεθέντος, Μαξιμῖνος ἐν τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως ἐμβιβάζεται· καὶ τούτον Πρόκλος δεξάμενος, θείαν, καὶ ἱερὰν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνήθροισε σύνοδον. καὶ ὅλους τοὺς ἀνθισταμένους τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, καθυπέβαλεν ἀναθέματι.

NESTORIO igitur deposito, * Maximinus in thronum Constantinopolitanum intruditur. Cui succedens Proclus, divinam & sanctam Constantinopoli congregavit synodum: & omnes, qui sacræ Dei ecclesiæ sese opponerent, anathemati subjecit.

* Maximianus.

AN-

1 Hæc pertinet ad an. 430. de qua supra.
2 Hæc habita anno 432. de qua infra.
3 Hæc, & sequens Antiochena synodus habitæ sunt an. 435. de quibus infra.

ANTIOCHENA, JOANNIS.

AD hæc pii quidam ex Armenia monachi Constantinopolim appulerunt, qui referebant, Theodori Mopsuasteni libros blasphemiarum plenos, ab orientalibus, qui Nestorium defenderent, in pretio magno haberi. Quapropter Proclus, & Imp. Theodosius ad Joannem Antiochiæ scribunt, ut synodo convocata, contra impium Theodorum definiat. Is vero synedrio frequente congregato, sine ulla inquisitione libros Theodori nihil reprehendendum habere, Theodosio & Proclo rescripsit.

A ΠΡΟΣ τούτοις ἐξ Ἀρμενίας ἐλαβεῖς τινὲς μοναχοὶ, τὴν βασιλίδα κατέλαβον· ἀπαγγέλλοντες, ὡς Θεοδώρου βιβλία τοῦ Μοψουεστίας, βλασφημιῶν ὄντα ἀνάμεστα, οἱ ἐν τῇ ἀνατολῇ σεμνύνουσιν, ἀντὶ Νεστορίου κατέχοντες. Διὸ Πρόκλος Ἰωάννῃ τῷ Ἀντιοχείας, καὶ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος γράφουσι κατὰ Θεοδώρου τοῦ μιαροῦ συνοδικῶς ἀποφήνασθαι. ὁ δὲ συνέδριον ἀσφαλὲς ποιησάμενος, ἀνεξετάστως μηδόλα μῶμον ἔχειν τὰ Θεοδώρου βιβλία, Θεοδοσίῳ, καὶ Πρόκλῳ ἀντέγραψεν.

Supersunt & nonnulla alia ad hanc Ephesinam generalem synodum spectantia, de quibus plura dicemus in appendice hujus tomi.

CONCILIABULUM EPHESINUM I.

Acta Conciliabuli Ephesini.

HUJUS Conciliabuli acta ponuntur parte 2. actio. I. orthodoxæ synodi Ephesinæ, IV. tomo Conciliorum superiori.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Conciliabulum. In hoc conciliabulo, Cyrillum velut Apollinaristarum sectatorem, Memnonem Ephesinum episcopum, velut turbarum & seditionum omnium auctorem excommunicatum & depositum: Nestorianam & Pelagianam hæresin jam ante condemnatam, perverso judicio approbatam esse, & confirmatam, diximus supra in notis concilii, sessione tertia actionis primæ.

JOAN-

JOANNIS DOMINICI MANSI
IN VETEREM
CONCILII EPHESINI

Latinam versionem hic iterum excusam.

PRÆMONITIO.

V. Cl. Stephanus Baluzius assumpto semel consilio typis evulgandi veterem Concilii Ephesini latinam interpretationem simul etiam sibi proposuerat vetusti Bellovacensis Codicis, quem omnium vetustissimus arbitratus est, lectionem, monumenta, & ordinem sectari. Verum mutilum illum, mancum, & mendosum tandem deprehendens opem sibi auxiliumque ab aliis vetustis Codicibus conquirere coactus est; ex quo factum, ajunt Ballerini fratres, ut Baluziana editio monumentis quidem ditissima, sed confusa admodum & indigesta evaserit. Est autem malum hoc quamvis non per se magnum legentibus tamen incommodum, & historicæ perspicuitatis amantibus ingratum, cum illum quo singula referenda sint locum indagare operosum sit maxime, nec facile nisi per conjecturas a longe repetitas certa monumentorum sedes possit assignari. Ea de causa Ballerini fratres rem utilem publico præstituri sibi visi sunt, si ejus quam offenderunt in vetusto Veronensis capituli Codice signato N. 56. Bellovacensi persimilem collectionis, sed integræ & accuratæ diligentem indicem retexendum susciperent, quem publico communicarunt in dissertatione de *Antiq. Canon. collection.* par. 2. cap. XI. Verum nec ita beatiores efficimur, cum aliæ in MSS. Codd. collectiones occurrant, in quibus ea ipsa documenta alio sunt ordine disposita, aliamque præferunt lectionem, ut dubii adhuc versari cogamur num Veronensis Codicis ea in re sinceritas tanta sit, quanta apud omnes prædicatur. Quod ajo de aliarum collectionum discrepantia id liquido probat Casinensis Codex ille, unde tam multa ad Concilium Ephesinum spectantia P. Christianus Lupus olim primus eruit, & ex eo Baluzius dein reproduxit. Horum indicem diligentem a se dudum confectum mecum, qua est humanitate, communicavit Emin. S. R. E. Card D. Fortunatus Tamburinus, Casinensis Congregationis decus eximium. Adjecit & pauculas hinc inde a se animadversas variantes, quas ego suis locis adnotabo.

Alteram documentorum seriem reperi in codice Vaticano signato num. 1319. in quo collectionem illi persimilem, quæ est in Casinensi Codice contineri vulgo eruditis persuasum est. Ac revera priora capita collectionis a P. Lupo ex Casinensi vulgatæ quærenti mihi ibidem occurrerunt cum epistolis S. Isidori Pelusiotæ translationis vetustæ, quas in Casinensi Lupus offendit. Reliqua vero frustra quæsita sunt nam Codex ille acta Ephesina ex improviso abrumpit, & nova pagella succedente acta Chalcedonensia veteris interpretationis incipit, quæ pariter acta in Casinensi non desunt. Ex hoc Vaticano Codice seriem nunc exibeo documentorum illorum, quibus vetus Ephesinorum actorum interpretatio constat. Reliqua quæ nubi ex eo codice usui fuerunt in præfatione ad synodicon adversus tragediam Irenæi indicabo. Atque ita tandem tres horum documentorum series diversæ hic subjiciendæ conflatæ sunt, quarum alteram dat Codex Veronensis, alteram Casinensis, tertiam Vaticanus.

COD. VERONENSIS.	COD. CASINENSIS.	COD. VATICANUS.
I. Cælestini Papæ ad Cyrillum epist. *Tristitia nostra &c.* est in cap. VIII. edit. Baluz.	I. Cyrilli epist. ad Monachos. *Venerunt quidem &c.* in cap. I. edit. Baluz.	I. Cyrilli ad Monachos &c. *Venerunt quidem &c.* in c. I. edit. Baluz.
II. Ejusdem ad Nestorium. *Aliquantis &c.* ib. sed superiori præponitur.	II. Ejusdem Nestorio. *Viri reverendi &c.* (modesti habet Codex) ib. cap. II.	II. Ejusdem ad Nestorium. *Viri reverendi &c.* (in edit. est modesti) ib. cap. II.
III. Nestorii ad Cælestinum. *Fraternas &c.*	III. Nestorius Cyrillo. *Nihil mansuetudine &c.* ib. cap. III.	III. Nestorii ad eundem.
IV. Altera ejusdem ad eundem. *Sæpe scriptis &c.* ib.	IV. Cyrilli ad reprehensores suos. *Quia mihi &c.* c. IV.	IV. Cyrilli ad accusatores suos. *Quia mihi &c.* ib. c. IV.
V. Cælestini ad CPtanos. *Ad eos &c.* ib.	V. Contestatio. *Conjuro &c.* ib. cap. V.	V. Contestatio. *Conjuro accipientes &c.* (in edit. accipientem) ib. c. V.
VI. Ejusdem ad Joannem. *Optaremus &c.* ib. c. XV.	VI. Cyrilli ad Nestor. *Obloquuntur &c.* ib. c. VI.	VI. Cyrillus Nestorio. *Obloquuntur quidem &c.* ib. c. VII.
VII. Cælestini ad Synodum. *Spiritus Sancti &c.* c. XXXVII.	VII. Nestorius Cyrillo. *Injurias quidem &c.* ib. c. VII.	VII. Hystoria ad Cyrillum. *Injurias quidem &c.* ib. c. VII.
VIII. Cælestini commonitorium. *Cum Deo &c.* extat in actis Græco Latin.	VIII. Cyrillus Nestorio. *Salvatore &c.* ib. c. VIII.	VIII. Cyrillus Nestorio. *Salvatore nostro &c.* ib. c. VIII.
IX. Cælestini ad Theodo-	IX. Ejusdem ad CPtanos. *Vix*	IX. Cyrilli ad CPtanos. *Vix*

Cod. Veronensis.	Cod. Casinensis.	Cod. Vaticanus.
sium Imp. *Cum Deo &c.* extat ib.	*quidem &c.* c. IX. Post hanc epistolam est ibi sicut in editis *Suscipiens &c.*	*quidem & aliquando &c.* (in edit. deest &) ib. cap. IX.
X. Ejusdem ad Cyrillum. *Intelligo &c.* ib.	X. Cælestinus Nestorio *Aliquantis &c.* ib. c. X.	X. Cælestinus Nestorio. *Aliquantis &c.* ib. c. X.
XI. Exemplar monumentorum Baluz. cap. XXIV.	XI. Ejusdem ad CPtanos. *Ad eos mihi &c.* ib. c. XIII.	XI. Ejusdem ad CPtanos. *Ad eos mihi &c.* ib. c. XIII.
XII. Theodosii ad Cyrillum. *Imperatores &c.* ib.	XII. Ejusdem ad Cyrillum. *Tristitia &c.* ib. c. XIV.	XII. Ejusdem ad Cyrillum *Tristitia nostra &c.* ib. c. XIV.
XIII. Cyrilli ad Nestorium. *Viri modesti &c.* ib. cap. II.	XIII. Ejusdem ad Joannem. *Optaremus &c.* ib. c. XV.	XIII. Ejusdem ad Joannem Antiochenum. *Optaremus &c.* ib. cap. XV.
XIV. Altera ejusdem ad eumdem. *Obloquuntur &c.* ibid. cap. VI.	XIV. Cyrilli ad Acacium. *Domino meo &c.* ib. XVI.	XIV. Cyrilli ad Acacium. *Vehementer &c.* ib. c. XVI.
XV. Nestorii ad Cyrillum. *Injurias &c.* ib. c. VII.	XV. Acacii ad Cyrillum. *Lege literas &c.* ib. c. XVII.	XV. Acacii ad eundem. *Legi literas &c.* ib. c. XVII.
XVI. Cælestini ad Nestor. *Aliquantis &c.* ib. c. X.	XVI. Cyrillus Joanni. *Cognovi &c.* ib. XVIII.	XVI. Cyrillus Joanni. *Cognovi omnino &c.* ib. c. XVIII.
XVII. Cyrilli ad Nestorium. *Salvatore &c.* ib. c. VIII.	XVII. Cyrillus Juvenali. *Optabam &c.* ib. c. XIX.	XVII. Ex dictis perversi Nestorii. *Domino meo &c.*
XVIII. Capreoli ad synodum. *Orabam &c.* ib. inter acta deposit. Nestorii, quibus etiam inseruntur epistolæ præcedentes a num. XII. succedit dein sententia deposit. in Nestorium, statimque attexitur actio de Carisio.	XVIII. Cyrilli ad quemdam. *Novimus &c.* ib. c. XX.	XVIII. Cyrillus Flaviano Juvenali. *Optabam &c.* ib. cap. XIX.
XIX. Symbolum transformatum Nestorii. *Qui vel nunc &c.* extat post confessionem Carisii.	XIX. Joannes Nestorio. *Meam intentionem &c.* ib. c. XXI.	XIX. Cyrillus ad quemdam. *Novimus &c.* ib. c. XX.
XX. Acta excommunicationis Joannis Antiocheni. *Post consulatum &c.* ib. c. XLIII.	XX. Sacra imperatorum. *Cura multa &c.* ib. c. XXII.	XX. Joannis Antiocheni ad Nestorium. *Meam intentionem &c.* ib. c. XXI.
XXI. Relatio synodi. *Piissimis est a Deo &c.* ib. c. XLV. usque ad Exemplar sacrorum.	XXI. Joannes Cyrillo. *Neque mediocriter &c.* ib. c. XXIII.	XXI. Sacra imperatorum ad Cyrillum. *Cura multa &c.* ib. c. XXII.
XXII. Exemplar epistolæ synodi ad Cælestin. *Tua quidem &c.* ib. c. XLIV.	XXII. Exemplar monumentorum quæ gesta sunt in Ephesо a S. Concilio de depositione impii Nestorii.	XXII. Joannis Antiocheni ad Cyrillum. *Neque me mediocriter &c.* ib. c. XXIII.
XXIII. Cælestini ad Theodos. jun. *Causis suis &c.* in actis Græc. Latin.	XXIII. Impp. Cæsares. *Pendet in Dei cultura &c.* est in edit. c. XXIV. Deinde in codice sequitur pagina eadem. „ Postquam „ sacram quæ uniformiter „ directa episcopis, universa- „ lem synodum congregari „ jubet, altera est directa „ per magnificentissimum & „ gloriosissimum Candidia- „ num comitem quæ jam „ congressa est ..... „ Domesticorum, quem tunc „ pro disciplina proposuerat „ imperator præcipiens quod „ debet ordinare audientiam „ celebrare. „ Hæc autem non est in gestis inserta, eo quod Candidianus noluisset dare hujus exemplar, qui contradicebat ne ante religiosissimi episcopi Antiochiæ Joannis adventum synodus fieret „ Dicentibus vero „ episcopis, quia nos secun-	XXIII. Sacra imperatorum ad Cyrillum. *Pendet in Dei cultura &c.* ib. c. XXV.

„ dum

Cod. Veronensis.	Cod. Casinensis.	Cod. Vaticanus.
	„ dum jussionem principii ad „ directa sacrum concilium „ celebramus, alias vel re- „ cedere permittamur; le- „ git eis Candidianus secun- „ da sacra veritus ne ali- „ quis recederet a poenen- „ tia metropoli. Hanc no- „ vam sacram &c. Cyrillus „ Alexandriæ episcopus in „ sessione prima sanctæ sy- „ nodi, & interlocutione sic „ dicens: maxime quia & „ secundum decretum Deo „ amantissimorum & aman- „ tium Christum imperato- „ rum relectum est synodo „ per magnificentissimum co- „ mitem devotissimorum do- „ mesticorum Candidianum, „ quod (quo) præcipit ea „ quæ ad fidem pertinent „ perscrutanda atque decer- „ nenda absque omni dila- „ tione. Hic ergo in suo „ est ordine posita gestorum „ consequentia nihil impe- „ diens, in quibus priori „ præcepti locus, & post hæc „ evidentius legitur: „ Impp. Cæsares Theodosius, & Valentinianus, victores triumphatores maximi semper colendi sanctæ synodo in Ephesiorum &c. collectæ. *Omnium quidem &c.* extat inter acta græco-latina.	
XXIV. Eiusdem ad Maximianum. *Vidimus &c.* ib.	XXIV. Exemplar gestorum (in editis *est monumentorum*) *Post consulatum Dominorum &c.* ib. c. XXIV.	XXIV. Gesta synodi Ephesinæ de recta fide. *Post consulatum Dominorum nostrorum &c.* ib. c. XXIV.
XXV. Ejusdem clero CPtano. *Exultatio &c.* ib.	XXV. Impp. Cæsares &c. est constitutio superius indicata.	XXV. Synodi ad imperatorem. *A progenitoribus &c.* ib. c. XXXI.
XXVI. Ejusdem ad synodum. *Tandem &c.* ib.	XXVI. *Petrus presbyter Alexandriæ &c.* dantur hic excerpta ex Nestorio.	XXVI. Ejusdem ad Archimandritas. *Sperabamus &c.* ib. c. XXXII.
XXVII. Sacra ad Joannem Antiochenum. *Intentio nostra &c.* ib. c. LXXVI.	XXVII. Sententia prolata a concilio. *S. Synodus &c.* ib. c. XXVI.	XXVII. Ejusdem ad Patres Monachorum. *Dominus Jesus &c.* ib. c. XXXIII.
XXVIII. Epist. Joannis ad Cyrillum. *Ante hoc &c.* ib. c. LXXVIII.	XXVIII. Damnatio missa in faciem &c. ib. c. XXVII.	XXVIII. Episcoporum commonitorium. *Congregata &c.* ib. c. XXXIV.
XXIX. Cyrilli ad Joannem. *Exultent &c.* ib. c. LXXIX.	XXIX. Petrus presbyt. Alexandriæ &c. ib. c. XXVIII.	XXIX. Et deinceps usque ad cap. XXXVII. congruit cum editis.
XXX. Xixti ad Cyrillum. *Magna sunus &c.* inter acta Græco-Latin.	XXX. Epistola destinata ad clericos &c. ib. c. XXIX.	XXX. Loco capitis XXXVII. est epistola CPtani cleri ad Concilium. *Semper & a juventute &c.* (sic) Reliqua cum editis concordant, excepto quod caput LXI. deest. Post caput LXIV. epistolæ Cælestini ad Theodosium & ad synodum Ephesinam, quas reperiisse se in Codice Bellov. Baluzius admonet, desunt in Vaticano, sed statim sequitur man-

COD. VERONENSIS.

XXXI. Ejusdem ad Joannem. *Si ecclesiastica &c.* ib.

Explicit S. Synodus Ephesina cum epistolis ad se pertinentibus.

COD. CASINENSIS.

XXXI. Cyrillus episcopus licet latius &c. ib. c. XXX.

XXXII. Relatio ad impp. *Piissimis &c.* ib. c. XXXI.

XXXIII. Cyrilli ad quosdam e clero CPtano. *Sperabamus &c.* ib. c. XXXII.

XXXIV. Cyrilli ad Patres Monachorum. *Dominus Jesus &c.* ib. c. XXXIII.

XXXV. Episcoporum commonitorium. *Congregata S. Synodus &c.* ib. c. XXXIV.

XXXVI. Rescriptum imperiale. *Impp. Cæsares &c.* ib. c. XXXV.

XXXVII. Monumenta. *Post consulatum &c.* ib. c. XXXVI.

XXXVIII. Cælestini epistola ad synodum. *Spiritus S. &c.* ib. c. XXXVII.

XXXIX. Concilii epistola ad Constantinopolitanos. *Venimus &c.* ib. c. XL.

XL. Cleri Constantinopolitani ad Concilium. *Semper &c.* ib. c. XLI.

XLI. Concilia ad Augustos. *Vestra quidem &c.* ib. c. XLII.

XLII. Libelli oblati. *Post consulatum &c.* ib. c. XLIII.

XLIII. Relatio concilii ad imperatores. *Quæ quidem &c.* ib. c. XLV.

XLIV. Exemplar sacrorum. *Quantum circa &c.* ib. c. XLVI.

COD. VATICANUS.

mandatum datum a synodo legatis juxta lectionem Cod. Bellov. Tum subjungitur relatio a synodo missa imperatoribus *Omnia quidem* juxta veterem editionem, & est caput LXVI. edit. Baluz.

Deest, quod statim datur in Baluzio, mandatum, datum legatis suis ab Orientalibus, sicut & epistola universalis concilii ad Augustos *circa pietatem &c.*

Tum reditur ad documenta, quæ etiam sunt in editis incipiendo a commonitorio *Necamur æstibus &c.*, quod est in cap. LXIX. editorum.

In fine vero post epistolam Cyrilli ad Acacium *Causa quidem &c.* apparent geminæ epistolæ, altera quidem Joannis Antiocheni ad Orientales. *Obtinuit pietas &c.* altera vero Nestorii ad eumdem Joannem. *Omni de re &c.* (in editis *Omnem rem*) quæ ambæ recitantur in Synodico adversus tragœdiam Irenei cap. II. & III.

XLV. Exem-

Cod. Veronensis.	Cod. Casinensis.	Cod. Vaticanus.
	XLV. Exemplar relationis concilii sacra relecta &c. *Piissimis &c.* ib. c. XLVII.	
	XLVI. Succedunt tunc ordine documenta omnia, quæ in editis comparent a cap. XLVII usque ad cap. LI.	
	XLVII. *Sessio sexta*. Hæc tamen verba non sunt in Codice. *Post consulatum &c.* ib. c. LII.	
	XLVIII. Epistola Constantinopolitanorum ad concilium. *Oportebat quidem &c.* ib. c. LIII.	
	XLIX. Preces. *Scientes &c.* ib. c. LIV.	
	L. Cyrilli ad Constantinopolitanos. Cyrillus Theopempto &c. ib. c. LV.	
	Reliqua usque in finem actionis ordine conveniunt cum editis.	

Juvat hic animadvertere in prioribus conciliorum editionibus referri inter acta Ephesina epistolam G. L. Cyrilli, & Memnonis ad Clerum constantinopolitanum, eamque pariter legi in vita S. Dalmatii a P. Bandulio in comment. ad antiquit. Constantinopolitanas lib. 3. pag. 514. Ven. edit. vulgatam, sed Dalmatio inscriptam, cui forte missa ad clerum epistola transmitti etiam potuit. In hac vero ad Dalmatium periodus est quædam, quæ non legitur in eadem epistola ad clerum Constantinopolitanum inscripta. Hæc vero inserta est post illa verba: *aut dicat, aut doceat*. Est autem ista τοῦτο δὲ σαφῶς ἐπιστάμεθα, ὅτι οὐδεὶς ἄλλο τοῦτο ποιῆσαι ἀλλ' ἡμετέρα μόνη ἀγιωσύνη, ὡς πρωτείων πάντων τῶν ἐναγῶν μοναστηρίων. Id autem, optime scimus, nempe nullum alium id præter vestram sanctitatem facere posse, quippe qui omnium monasteriorum sis princeps. P. Garnerius S. J. in præfatione ad 2. part. Marii mercatoris addititia hæc censet, cum nimis ambitiosum, novumque titulum hunc monacho censeat; sed animadvertisse potuit Egumenis monasterii Dalmatii id solemne fuisse, ut monasteriorum Regiæ Urbis Exarchi, quod perinde valet ac principes, seu præfecti, appellarentur. Eo titulo paret Marianus in subscriptionibus Concilii Constantinopolitani sub Menna act. 1. Eo etiam effertur Timotheus ejusdem monasterii Archimandrita ævo Justiniani: dicitur enim Exarchus monasteriorum Regiæ Urbis.

VER-

VERSIO ANTIQUA

Ex Nova Baluzii Collectione.

CONCILII EPHESINI PRIMI

Habiti anno CCCCXXXI.

PRÆFATIO

STEPHANI BALUZII.

Sæpenumero mecum admiratus sum, quid causæ esse potuerit, quod cum Conciliorum generalium collectionibus, quæ ad hunc usque diem vulgata sunt, per typographos insertæ fuerint antiquiores versiones Latinæ Concilii Chalcedonensis, septimi œcumenici, quod apud Nicæam habitum est, & octavi, quod apud Constantinopolim, omissa sit Ephesinæ synodi œcumenicæ vetus interpretatio, qua occidentalis Ecclesia utebatur. Neque enim viris clarissimis, qui collectiones illas adornarunt, ignota esse potuit vetus illa interpretatio, cum edita pridem sit ab Antonio Contio, & præterea laudata ab iis, qui Romæ Gratiani collectioni recognoscendæ recensendæque præfuerunt, tum etiam a Theodoro Peltano, Hieronymo Commelino, Antonio Possevino, & ab illustrissimo Cardinale Baronio. Quin & idem aliquoties commemorat duo antiqua ejusdem synodi Ephesinæ Latina exemplaria, unum ex bibliotheca Vaticana, quo etiam usos se esse testantur iidem Correctores Romani, & qui anno MDCVIII. *præfuerunt editioni Conciliorum, quæ Romæ facta est, aliud ex bibliotheca Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis. Ac mihi quidem in hanc rem curiosus intuenti nihil probabilius occurrit, quam offensos fuisse viros doctissimos mendis, & lacunis, quæ extant in editione Contii, & fortean incidisse in codices nihilo meliores. Utcumque se res habeat, ad institutum meum pertinere putavi, ut in collectionem meam referrem antiquam illam versionem, quæ & in Concilio V. laudata est, & Liberato Carthaginensi Archidiacono, ac Gregorio magno Papæ nota fuit, præsertim cum eam daturus sim multo meliorem factam ope trium vetustissimorum exemplarium, quorum duo antiquiora exstant in bibliotheca Colbertina, tertium, quod fuit olim monasterii sancti Juliani Turonensis, nobis suppeditavit humanitas eruditissimi viri Joannis Mabillonii monachi Benedictini. Omnium antiquissimum est Colbertinum, ex quo descriptum puto fuisse Turonense illud. Utrumque enim ex urbe Turonensi huc pervenit. Aliud fuit olim insignis Ecclesiæ Bellovacensis; & a celeberrimo viro Nicolao Fabro relictum Bibliothecæ Thuanæ, demum in Colbertinam translatum est. Animus fuerat huic exemplari insistere, quod mihi constet Concilium V. simili usum fuisse, adeoque hinc confirmetur istius versionis auctoritas. Verum quia is codex est valde mutilus, & imperfectus, reliqui vero sunt integri, & sani, si primam paginam Colbertini excipias, quæ propter vetustatem fere obliterata est, conatus sum eos sequi qui sani, & integri sunt, licet interdum dissentiant a Bellovacensi. Quamvis enim persuasum habeam unam eandemque versionem esse eam, quæ in tribus illis antiquis exemplaribus continetur, verum tamen est permulta illic esse dissimilia, nimirum mutata ab iis, qui offendebantur fortasis obscuritate veteris translationis. Ceterum variantes lectiones adnotavimus in singulis paginis, ut lector eam præferre possit, quam meliorem esse putaverit. Antequam vero huic præfationi finem imponam, illud quoque admonendos esse putavi lectores, nescire me quas antiquas hujus Concilii versiones Latinas curatoribus Conciliorum editionis Romanæ, quos redarguit, objiciat Hieronymus Alexander in capite quarto secundæ dissertationis de regionibus suburbicariis. Etenim omnes, quæ ante illam Romanam prodierunt, si Contianam excipias, quæ est hæc nostra, non habuerunt actionem in qua Cyrillus Episcopus Alexandrinus, & Memnon Ephesinus libellos obtulerunt adversus Nestorium, a quo damnati ac depositi fuerant. Itaque editiones illæ docere non poterant viros doctissimos, quid emendandum esset in libellis istis. Multo minus Contiana illis dux esse potuit ad constituendam diversam lectionem ab ea quæ negotium facessere visa est hominibus eruditis, cum ea illic lectio verbis conceptis habeatur, cui emendandæ frustra hactenus insudatum est, quemadmodum nos ibi dicemus.*

S. Gregor. lib. 6. epist. 31.

Theodorus Peltanus in præfatione ad acta Concilii Ephesini.

Neque tamen mihi tantum arrogo, ut me hoc assecutum dicam; ut assequerer, omni ope contendi. Id aperte constabit, si qui nostra cum appendicibus quæ quinque postremis tomis accesserunt, vel cum Contiana editione comparare voluerit. Constat enim pleraque usque adeo inculte, horride, atque obscure decurrere, ut sæpe quid dicatur intelligi non queat. *Et paulo post.* Usus sum item editione Contiana. Qui liber, quamquam imperfectus, & ad verbum de Græco expressus est, (unde frequenter multa obscurissima sunt, ut Oedipo quoddam opus esse videatur) tamen ab homine Græcis literis imbuto non difficulter quid Græcum exemplar habuerit intelligi potest.

Correctores Romani in indice librorum quibus usi sunt in emendando Decreto Gratiani.

Ephesini Concilii primi antiqua versio, ex Vaticana.

Idem in annotationibus ad cap. De illicita. 24 q. 3.

In Concilio Ephesino bibliothecæ Vaticanæ & Lutetiæ impresso, in epistola ipsa Cœlestini ad Nestorium hæc leguntur ad hoc caput pertinentia. *Scias volo post primam & secundam &c.* ut infra in gestis Concilii cap. x.

Possevinus in Apparatu sacro.

Ephesinum Concilium, ex quatuor primis generalibus Conciliis ordine tertium, e bibliotheca Antonii Contii primo prodierat; sed quod Peltanus e bibliotheca Bavarica vertit, superavit omnino illam priorem editionem.

ANTI-

ANNO CHRISTI 431.

ANTIQUA VERSIO

CONCILII EPHESINI PRIMI

Habiti anno CCCCXXXI. (a)

Tractatus primus beati Cyrilli Alexandrini Episcopi de incarnatione Domini ad totius Ægypti monachos contra Nestorium Constantinopolitanum Episcopum.

CAP. I.

CYrillus Presbyteris & Diaconibus patribus monachorum, & qui vobiscum solitariam vitam adepti & in Dei fide stant collocati, dilectissimis & desiderabilibus in Domino salutem. Venerunt quidem aliqui eorum qui vobiscum sunt secundum consuetudinem in Alexandrinam civitatem. Me vero requirente & vehementer scisciante si per vestigia paternæ [a] mansuetudinis ambularent, & vos ipsi in fide recta & immaculata clarere festinantes, [b] conversatione præcipua, nobilitate abstinentiæ, laboribus regeremini, vera arbitrantes pascua propter bonitatem eligere decertari, nuntiaverunt illi hæc quidem apud vos sic se habere, adijcientes quia priscas virtutes munificentius augeatis. Necessario itaque ego gaudebam, mensque mea magnanimiter lætabatur, suas faciens filiorum virtutes. Et merito. Est enim incongruum nutritores quidem puerorum virtutibus juvenum congaudere, & si quid ab eis agatur arte laudabili, hoc velut quandam coronam suis capitibus applicare, illorumque fortitudine participare decorem. Nos autem cum simus patres spiritales, & vos doctrinis ad bona certamina [c] perurgeamus, ut motum corporis evincentes, & respuentes in peccatum incidere & a satana tentatore devinci, palmam percipiatis; non potiore quam illi Deo amabili magnanimitate [d] lætari. Quapropter, sicut ait discipulus Salvatoris, omne studium conferentes ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia vero continentiam, in continentia vero patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate vero fraternam dilectionem, in fraterna dilectione caritatem. Hæc enim dum vobis præsentia sunt & abundant, non segnes nec infructuosos vos facient in cognitione Jesu Christi. Ego namque reor oportere eos qui eligunt intelligibilem in Christo vitæ gloriam & sacram perambulare viam, primum quidem simplici & inviolata nobilitari fide, deinde eis augendam esse virtutem, quo facto studere ditari Christianæ scientiæ sacramentis & ad perfectam scientiam valde consurgere. Hoc arbitror esse quod dictum est in virum venire perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis ejus. Prudentia itaque monachis conveniente vestros [e] accingite lumbos, dimicate contra passiones animarum simul & corporum. Sic enim eritis clari atque probabiles & in [f] spe bona quæ sanctis est præparata. Sit autem in vobis præ omnibus aliis recta fides, & quæ omnino reprehendi non possit. Si enim vos ipsi pietatis sanctorum patrum vestigia sequentes, commorabimini cum eis in mansionibus supernis, & in tabernaculis cœlestibus habitabitis; de quibus sacratissimus Esaias meminit dicens: *Oculi tui videbunt Hierusalem. [g] Civitas dives, tabernacula quæ [h] non movebuntur.* Conturbatus enim non mediocriter sum audiens quia tumultus quidam ad vos pessimi pervenerunt, & circumeunt aliqui simplicem vestram solventes fidem, ac verbis inanibus [i] excitant populum, interrogantes atque dicentes sanctam virginem utrum Dei genitricem an non oporteat nominare. [k] Erat quidem melius a talibus quæstionibus vos modis omnibus abstinere, & quæ vix possunt velut in speculo & in ænigmate contemplari, [l] sapientia perfectos & mente præcipuos omnino nec tangere. Subtiliores namque contemplationes etiam perfectorum transcendunt sensum. Sed quia jam semel hi sermones ad vestrum pervenisse probantur auditum, & forsitan nituntur aliqui contendere & eis qui non sunt mente robusti [m] hoc ipso inserere velati quodam aculeo læsionem, oportere necessarium judicavi pauca, carissimi, apud vos de his verba proferre, non ut contendatis, sed potius ut si qui contra vos insurgunt, illorum vanitatibus veritatem objicientes, ipsi erroris dispendia declinetis, & aliis sermonibus competentibus prodesse valeatis, tamquam fratribus suadentes ut antiquam fidem Ecclesiis a sanctis Apostolis traditam in suis animabus habeant sicuti quandam pretiosissimam margaritam. Miratus itaque sum si omnino quidam dubitant utrum Dei genitrix an non dicenda sit sancta virgo. Si enim est Deus Dominus noster Jesus Christus, quomodo non Dei genitrix, quæ peperit, virgo? Hanc nobis tradiderunt fidem sacri discipuli, licet sermonis memoriam non fecerunt. Sic quoque sapere didicimus a patribus sanctis. Denique laudandæ memoriæ pater no-

(a) Casinensis Codex hunc titulum præfert: *In nomine Domini Jesu Christi incipit translatio primi Ephesini Concilii contra prava dogmata Nestorii, alme con... li.* (*sic*). *Lege feliciter.*

a *Mansuetudinis*) Hæc est lectio codicis Turonensis. Contius habet *consuetudinis*. Codex Colbertinus mutilus est in hoc loco. b *Conversatione*) Apud Contium legitur, *conversatione & præcipua nobilitate abstinentia laboribus*. Sed nos secuti sumus consensum veterum exemplarium. c *Perurgeamus*) Codex Colbertinus & Turonensis habent *perungamus*. d *Lætari*) Codex Bellovac. *lætantes simplici*. Voces autem *Deo amabili* hoc additæ sunt ex eodem libro. e *Accingite*) Ita codex Turonensis. At Bellovacensis & Colbertinus, tum etiam Contius habent *accingentes*. f *Spe bona*) Codex Bellovac. *spei bono quod sanctis est preparatum*. g *Civitas dives*) Retinimus lectionem codicis Bellovacensis, quæ melius congruit cum vulgatis translationibus & cum textu Græco. In codice Colbertino & in Turonensi & apud Contium legitur, *civitas viventi*. h *Non movebuntur*) Codex Bellovac. *non commovebuntur. Unde vero non nosse conturbatus vero non mediocriter*. i *Excitant*) Idem codex, *exercitant*. k *Erat*) Ibid. *Et erat equidem*. l *Sapientia perf.*) Hanc lectionem exhibent codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis habet *a sapientia perfectos & me. præcipuos*. Contius, *sapientia perfectis & mente præcipui*. m *Hoc ipso*) Codex Bellovacensis, *quod attinet ad ipsos inserere*.

noster Athanasius exornans Alexandrinæ Ecclesiæ sedem in [a] cunctis quadraginta & sex annis, & contra nefaudissimorum hæreticorum adinventiones inexpugnabilem quendam & apostolicum objiciens intellectum, & velut odorifero unguento suis conscriptionibus omnem fatians mundum, cui pro rectitudine & integritate dogmatum omnes pariter attestantur, de sancta & consubstantiali trinitate nobis componens librum, in tertio sermone superius & inferius Dei genitricem vocat virginem sanctam. Necessario namque utar ejus voce ipsis sermonibus sic habente. *Intentio igitur hæc est & figuratio divinæ scripturæ, sicuti sæpe diximus, duplicem in ea esse de Salvatore promissionem, & quia Deus semper fuit, & est filius, verbum existens, & splendor, & sapientia patris, & quia novissime propter nos carnem adsumens ex virgine Dei genitrice Maria homo factus est.* Et post alia rursus. *Plurimi siquidem sancti fuerunt, & omni peccato puri. Hieremias autem, & ex ventre sanctificatus est.* [b] *Johannes adhuc in utero exultavit in voce Dei genitricis Mariæ.* Dignus itaque vir, & fiducia pollens non diceret ea quæ sacris non conveniunt libris. Quomodo enim a veritate frustraretur ita clarus, & famosissimus, & [c] in ipso sancto magnoque Concilio, id est, Nicæno, per tempora congregato coram omnibus admirabilis, nondum quidem episcopatus sede percepta, sed magis inter Clericos constitutus, attamen propter sapientiam altamque mansuetudinem, & subtili valde incomparabilique prudentia tunc quidem adsumptus est a beatæ memoriæ Alexandro Episcopo; eratque cum sene velut filius, patri ducatum ad utilia quæque præbens, & ad singula viam quæ erant agenda demonstrans. [d] Sed quia verisimile est quosdam se putare ex ipsa scriptura divinitus inspirata refellere, & super hæc sanctum illum magnumque Concilium videre neque Dei genitricem dixisse Domini matrem neque omnino tale aliquid definisse, age nunc, age, & velut sub uno monstremus de intelligendo dispensationis Christi mysterio quomodo a divina scriptura nobis sit prædicatum, & quid ipsi dixerint patres immaculatæ fidei definitionem proferentes, inspirante scilicet eis sancti spiritus veritate. Non enim erant qui loquebantur ipsi secundum Salvatoris vocem, sed spiritus Dei, & patris qui loquebatur in eis. Cum enim ita probatur quia Deus secundum naturam est qui ex sancta virgine natus est, nullum reor omnino segnem, ut intelligere dubitet aut loqui quia genitrix Dei sit dicenda, sed aperte profiteri, [e] & nimium consequenter. Sic enim se habet nostræ fidei symbolum. *Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium invisibiliumque factorem, & in unum Dominum Jesum Christum filium Dei, natum ex patre unigenitum, hoc est, ex substantia ejus, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo, & quæ in terra, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est* [f] *& homo factus, passus, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, venturus judicare vivos, & mortuos. Et in spiritum sanctum.* Hæreseon igitur inventores perditionis sibimetipsis, & aliis foveam fodientes, in tantam sensuum vanitatem lapsi sunt, ut putent & dicant recentem esse filium, & sub æqualitate creaturarum, ut subsisteret, esse productum a Deo & patre, & eum qui est ante omne seculum, & tempus, magis autem ante secula, & factorem [g] principio circumscribentes, fatui non erubescunt, minorantes autem secundum, quod eis videtur æqualitatem ejus & gloriam a patre, eminere eum aliis vix concedunt, mediatorem esse dicentes Dei, & hominum, neque summitatem eminentis gloriæ sortitum, neque creaturarum præsidentem mensuris. Quis etenim est qui, & divina excellentia minor: & creatura mensuris præest? Inconsiderata omnino res est, & locus aut ratio nulla conspicitur inter creatorem, & creaturam. Abstrahentes igitur eum, quantum ad ipsos est, a sede divinitatis, filium, & Deum nominant, & adorandum existimant, palam clamante lege, *Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies*; & per vocem quoque David Deo dicente Israelitis: *Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.* Sed illi quidem tamquam planum iter tritumque veritatis relinquentes, ad foveas petrasque [h] procedunt, & sicut ait Salomon, axibus agri sui erraverunt, & coacervant pannibus sterilitatem. Nos autem, quibus divinum lumen in mente coruscavit, ab illorum stultitia recedentes, & eligentes sapere incomparabiliter meliora, & sanctorum patrum sequentes fidem, natum dicimus vere ex Dei patris substantia filium Deo decibiliter & ineffabiliter, & [i] in subsistentia quidem intelligi propria, eademque substantia unitum genitori, & esse quidem in eo, habere vero rursus in semetipso patrem. Confitemur autem esse lumen ex lumine, Deum ex Deo, secundum naturam æquæ gloriæ & [k] æquæ operationis, figuramque & splendorem, & per omnia [l] æqualiter habentem & nullo modo imminuendum. Sic etiam annumerato spiritu sancto, sancta & consubstantialis trinitas in una unitur natura divinitatis. Sed scriptura quidem divinitus inspirata carnem dicit [m] factum Deum verbum, hoc est, unitum carni animam habenti rationalem. Sequens autem evangelicas prædicationes sancta & magna synodus dixit ipsum unigenitum, qui ex substantia Dei & patris natus est, per quem omnia & in quo omnia, propter nos homines & no-

Athanas. Orat. 4 contra Arian. pag. 481.

a *Cunctis quadrag.*) Ita Contius & codices Turonensis & Colbertinus. In Bellovacensi legitur, *cunctis numero quadraginta.* b *Joannes adhuc*) Codex Bellovac. *Et Joannes dum adhuc in utero portaretur, exultavit in gaudio super voce Dei genitricis Mariæ.* c *In ipso sancto*) Idem codex: *in ipsa sancta magnaque synodo id est Nicæna per tempus congregata.* d *Sed quia*) Codex Turonensis & Colbertinus habent: *Et quia.* Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Itaque secuti sumus editionem Contii, quæ propius accedit ad textum Græcum.

e *Et nim. conseq.*) Hæc addita sunt ex codice Bellovacensi. Non habentur enim in Colbertino, neque in Turonensi, neque in editione Contii. Non habentur etiam in contextu Graeco. f *Et homo factus*) Codex Bellovac. *inhumanatus est.* g *Principio circumscrib.*) Idem codex, *principio temporis circumscrib.* h *Procedunt*) Contius, *confugiunt.* i *In subsistentia*) Hæc est lectio veterum exemplarium Colbertini & Turonensis. At Bellovacensis habet *substantia.* k *Æqua operationis*) Codex Bellovac. *æqua pulchritudinis & æqua operationis.* In Græco est ἰσοκλίδιον καὶ ἰσοτροφίας, quod Peltanus vertit, *ejusdem cum patre potentiæ & gloriæ.*

l *Æqualiter hab.*) Codex Bellovac. *æqualis mensura habendum.* m *Factum Deum*) Ita codex Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis habet *factum ex Deo.* In Græco est ἐκ θεοῦ, Et paulo post scriptum est in omnibus antiquis exemplaribus *Nominaverunt autem ex Deo verbum.*

& nostram salutem advenisse quidem de cœlis, & incarnatum, & [a] hominem factum, passum & resurrexisse, & quia secundum tempora veniet judex. Nominaverunt autem ex Deo Verbum unum Dominum Jesum Christum. Contemplandum itaque quomodo unum dicentes filium, Dominumque eum & Christum Jesum nominantes, ex Deo & patre natum dicunt, & esse unigenitum & Deum ex Deo, & lumen ex lumine, natum, & non factum, & consubstantialem patri, cum utique possit dicere quilibet, quia Christi nomen aptetur non solum Emmanuel, sed etiam in aliis hoc positum inveniamus. Ait enim alicubi Deus de electis & sanctificatis in spiritu: *Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari*. Sed etiam sacratissimus David unctum in Regem a Deo per manum Samuel Christum Domini Saul appellat. Et quid hoc dicam, cum facile sit considerare volentibus inspicere eos qui in fide Christi justificati sunt & sanctificati in spiritu honoratos ista vocatione. [b] Abaduc denique Propheta Christi sacramentum, & per eum salutem præconatus est dicens. *Egressus es ad salutem populi tui ut salvos facias Christos tuos*. Ergo Christus nomen convenit non [c] solum & specialiter, sicut dixi, Emmanuel, sed etiam aliis omnibus quicunque sancti spiritus gratia fuerint muncti. Factus namque est ex re sermo, & ab unguento uncti, id est, a chrismate Christi vocantur. Quia vero etiam nos ipsi hujusmodi gloria dignaque vere gratia ditati sumus, adfirmat dicens sapientissimus Johannes: *Et vos unctionem habetis a sancto*. Et iterum: *Non opus habetis ut doceat vos aliquis aliter, sed sicut ejus unctio docet vos*. Scriptum vero est etiam de Emmanuel: *Jesum a Nazareth, quia unxit eum Deus spiritu sancto & virtute*. Sed etiam sacratissimus David ad eum alicubi dicit: *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem. Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*. Quid ergo videbit aliquis amplius in sancta virgine præter alias, licet peperisse eam dicat Emmanuel? Nihil enim absurdum est etiamsi voluerit quispiam matrem uniuscujusque unctorum Christi nominare genitricem. Immo multum interest & incomparabilibus differentiis gloriæ & eminentiæ Salvatoris nostri [e] munientis ea quæ nostra sunt. Nos enim famuli sumus; ille vero naturaliter Dominus & Deus, licet factus sit nobiscum & in his quæ sunt nostra dispensative. Propterea & Beatus Paulus Christum eum nominavit & Deum, ita dicens: *Hoc enim estote cognoscentes, quia omnis fornicator aut immundus aut avarus, quod est idolorum cultor, non habet hereditatem in regno Christi & Dei*. Ergo alii quidem omnes, sicuti dixi, erunt utique, [f] & nimis consequenter, propter quod uncti sunt, Christi. Solus autem Christus etiam Deus vere, qui Emmanuel est.

Neque veritate frustrabitur si quis voluerit dicere quoniam aliorum matres Christi quidem genitrices, non tamen Dei genitrices, sola vero præter illas sancta virgo & Christi genitrix simul & Dei genitrix intelligitur ac profertur. Genuit enim non purum hominem secundum nos, sed incarnatum potius & hominem factum [g] ex Deo Patre verbum. Nuncupamur etenim & nos ipsi per gratiam Dei. Verumtamen non ita Deus filius, sed natura magis, & veritate, licet caro sit factus. Sed forsitan illud ais: Dic mihi, putasne divinitatis mater facta est virgo? Ad hæc quoque dicimus, quia natum quidem est indubitanter ex ipsa substantia Dei & patris vivens atque subsistens eis verbum & sine principio in tempore existentiam habet, semper coexistens genitori & in eo & cum eo existens est intelligendus, in novissimis autem seculi temporibus, quoniam caro factum est, hoc est, unitum carni animam habenti rationalem, natum dicitur etiam carnaliter per mulierem. Assimilatur autem quodammodo nativitati secundum nos sacramentum ejus. Matres etenim terrenorum ministrantes naturæ ad nascendum, habent quidem in vulva coagulatam paulatim carnem, & ineffabilibus quibusdam Dei operationibus procedentem & perfectam in specie humana, immittit autem animali spiritum Deus quo novit modo. Format namque spiritum hominis in eo secundum Prophetæ vocem. Altera ergo carnis, & altera similiter animæ ratio est. Sed licet sint istæ solummodo [h] terrenorum corporum matres, attamen totum parientes animal, quod ex anima constat & corpore, non partem peperisse dicuntur. Neque dicere [i] potest aliquis Elisabeth carnis quidem genitricem, non tamen jam & animæ genitricem. Peperit namque animatum Baptistam, & tamquam unum ex ambobus hominem, anima dico & corpore. Tale aliquid gestum percipimus & in generatione Emmanuel. Natum etenim est, sicuti dixi, ex Dei patris substantia unigenitum ejus verbum. Quia vero carnem adsumens, & propriam eam faciens, appellatus est etiam filius hominis & factus secundum [illegible], nihil reor absurdum dicere, magis autem [illegible] necessarium confiteri quia natus est secundum carnem per mulierem, sicuti denique & hominis anima cum proprio corpore nascitur, & tamquam unum reputatur ad illud, licet altera natura præter illam intelligatur, & sit secundum propriam rationem. Et si voluerit quispiam cujusdam matrem dicere quia est quidem carnis, non tamen etiam animæ genitrix, nimis superflue loquitur. Peperit enim, sicut dixi, bona arte compositum ex dissimilibus animal & ex duobus quidem, verumtamen hominem unum, manente quidem utroque hoc quod est, concurrentibus autem velut ad unitatem naturalem & quasi contemperantibus ad in-

a *Hominem factum*, Codex Bellovac. *innumanatum*. b *Abaduc*) Secuti sumus editionem Contii, quæ juvatur auctoritate Bellovacensis exemplaris. Admonendum est tamen in aliis exemplaribus legi *Ambucum*. Quo etiam modo nomen istius prophetæ scriptum vidi in multis antiquis libris. c *Solum*) Ita editio Contii & vetusti codices Colbertinus & Turonensis. At in Bellovacensi scriptum est *solo*, quod eodem recidit. Scriptum est autem *solo* pro *soli*. Quare Peltanus vocem ὁσῳ vertit *soli*. d *Dixit*) Si veterum librorum auctoritatem heic sequeremur, legendum esset *dicit*, cum omnes ita habeant. Sed retinuimus lectionem Contii, quæ magis congruit cum Græco textu. e *Muniens*.) Codex Bellovacensis, *excludens*. f *Et nimis conseq.*) Hæc addita sunt ex eodem codice Bellovacensi. g *Ex Deo Patre Verbum*) Ita vetera exemplaria. In editione vero Contii legitur, *& hominem factum Dei verbum*. h *Terrenorum*) Codex Bellovacensis, *ex terra*. i *Potest aliquis*) Ita vetera exemplaria. Contius pro his legit *possit*. Codex Bellovacensis postea addit, *ut puta si dicamus*.

invicem quod velut proprium utriusque est. Quia vero necessaria nimis est unitas in Christo considerare facile & omnino sine labore est etiam ex aliis multis. Si tamen videtur, age, beati Pauli perscrutemur voces perfectum sensum, sicuti possibile est, subtiliter attendentes. Ait enim de unigenito: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi suscipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo, humiliavit semetipsum*. Quis igitur [a] ille est qui cum in forma Dei esset, rapinam non arbitratus est esse æqualis Deo? Aut quomodo exinanitus & descendit ad humilitatem & formam servilem? Siquidem in duos dividentes unum Dominum Jesum Christum, id est, in hominem & verbum ex Deo patre, eum qui ex sancta virgine natus est dicunt substinuisse exinanitionem, separantes ab eo Dei verbum, [b] præostendendum est quia & in forma & æqualitate intelligitur & [c] fuit, ut etiam exinanitionis sustineret modum, in hoc quod non fuit descendens. Sed nihil creaturarum est si secundum propriam intelligatur naturam in patris æqualitate. Quomodo ergo exinanitus dicitur si natura homo existens natus est secundum nos ex muliere? Dic mihi ex qua seniori [d] eminentia homine potiore, ut esset homo, descendit, aut quomodo intelligitur adsumpsisse, tamquam non habens in principio, servi formam, qui naturaliter conversatus est inter homines & sub jugo servitutis est positus. Sed ajunt: Utique qui naturaliter & vere & liber filius ex Deo patre verbum in forma genitoris, & ei æqualis existit, inhabitavit in homine nato per mulierem; & hoc est exinanitio, & humilitatis causa, & in servi forma inhabitasse: Ita, o boni viri, habitare solum in homine Dei Verbum sufficit ei ad exinanitionem, & cautum est dicere quia ita suscepit servi formam; & iste ejus erit humilitatis modus; cum audiam quippe dicentem sanctis Apostolis: *Si quis me diligit, verbum meum custodiat, & pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, & mansionem apud eum facemus*. Audis quomodo diligentibus se cohabitare sibi & ipsum dixit Deum & patrem? Putas ergo ipsum vacuatum dabimus & similem sustinuisse humilitatem filio & servi formam suscepisse, quia diligentium se animas sanctas [e] facit solas? Quid autem spiritus habitans in nobis? Putas & ipse inhumanationis dispensationem adimplet, an certe per solum filium gestum dicimus causa salutis omnium atque vitæ? Amove sic superfluam & vanam omnino sententiam. Humiliavit igitur [f] semetipsum verbum in forma Dei & patris existens, quando factum caro, sicuti Johannes ait, natum est per mulierem; & qui nativitatem habet ex Deo patre, etiam secundum nos sustinuit pati propter nos. Nam doceant ipsi quomodo ex Deo patre verbum Christus intelligatur atque dicatur a nobis, si ab unguendo Christus nominatur, quem unxit pater oleo exultationis aut sancto spiritu. Siquidem proprie eum qui ex eo & solo natus est Deum verbum & hoc esse dicunt quod verum ignorant, quomodo & unigeniti naturæ contumelias inferunt, & dispensationis cum carne sacramenta corrumpunt? Si enim unctus est sancto spiritu Deus existens verbum, eguisse eum sanctificatione etiam nolentes [g] confitentur secundum superiora adhuc tempora quibus nondum unctus sine participio erat donationis postea ei donatæ. Quicquid vero sanctificatione privatur, nutat per naturam, neque intelligitur omnino inexpertum peccato, aut certe non posse delinquere. Sustinuit ergo & mutationem ad meliora forsitan verbum? Quomodo ergo idem ipse adhuc & non est mutatus, si Deus existens verbum & in forma & æqualitate patris ungebatur, & sanctificabatur? Dicet quilibet forsan, vel ex causa ad obscuros intellectus perductus, quia forte & ipse pater eguit sanctificatione. Magis autem jam etiam major ipse apparuit filius, si sanctificatus est quidem ipse æqualis existens ei & in forma ante sanctificationem. At ille permansit in quibus fuit semper est, nequaquam ad meliora sumens crementum per sanctificationem secundum similitudinem filii. Major autem jam etiam ambobus videtur spiritus sanctificans eos, si est indubitatum quia absque ulla contradictione quod minus est a meliore benedicitur. [h] Sed hæc sunt inania & horribilia & magnæ anxietatis crimina. Sancta enim est per naturam consubstantialis trinitas. Sanctus pater, sanctus autem & filius substantialiter æquali modo, similiter autem & spiritus. Ergo quantum ad propriam naturam non est sanctificatum solitarie ex patre verbum. Si quis autem putet eum qui ex sancta virgine natus est unctum & sanctificatum solum, & ideo nominatum Christum, dicat transiens si sufficit unctio ad monstrandum eum qui unctus est æquæ gloriæ & æquæ sedis Deo, qui super omnia. Et siquidem sufficit, & hoc dicunt quia est verum, uncti sumus & nos, & testabitur dicens sanctus Johannes: *Et vos unctionem habetis a sancto*. [i] Erimus ergo sub æqualitate forsitan & nos ipsi Deo, prohibebitque reor penitus nihil etiam adsidere ei sicuti denique & ipsi Emmanueli. Dictum est enim ad eum: *sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Adoret etiam nos supernorum spirituum sancta multitudo. Quando enim, inquit, introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: *Et adorent eum omnes angeli Dei*. Sed nos quidem, etsi sancto uncti sumus spiritu, adoptionis quidem ditamur gratia, vocamurque etiam Dei. Nostræ vero naturæ mensuram non ignoremus. Sumus enim ex terra, & [k] habitamus inter servos. At ille est, non in quibus nos, sed natura & vere filius & omnium Dominus & de

a *Ille est qui cum in f.*) Codex Bellovac. *ille est qui est in forma Dei & rap.* b *Præostendendum*) Ita vetera exemplaria. Sed Contius habet *præostentum*. c *Fuit ut etiam*) Codex Bellovac. *fuit patris sui, ut etiam*. d *Eminentia*) Codex Turon. *obedientia*. Sed hæc lectio non potest esse bona. e *Facit solos*) Id est, *sedes*, metaphora ducta ab infima parte calceorum. f *Semetipsum verbum*) Codex Bellovac. *semetipsum illud verbum, quod in forma Dei & patris existit*. g *Confitentur*) Codex Bellovac. *Confitebuntur omni modo secundum superiora adhuc tempora quibus nondum unctus sine participatione erat adhuc donationis quæ postea ei donata est. Quod vero &c.* h *Sed hæc sunt inania*) Codices Turonensis & Colbertinus habent: *Si hæc sunt inania &c.* (*sancta &c. spiritus*) *ergo quantum ad*. Et hæc quidem lectio bona esse potest. Sed nos præstulimus eam quæ habetur in exemplari Bellovacensi, quæ magis congruit cum Græco textu. Multa porro hic desunt in editione Coniana. i *Erimus*) Codex Bellovac. *Erimus autem*. k *Habitamus*) Idem codex, *argimus*.

& de cœlis. Et nequeaquam dicimus recte sapere diligentes carnis sustinuit patrem Deum, neque ipsum delentis naturam natam per mulierem nondum assumentem humanitatem, copulantes autem magis ad unitatem, & ex Deo natum verbum & ex sancta virgine perfecte hominem unum Christum Jesum & Dominum adoremus, neque divinitatis terminis foris ponentes propter carnem, neque in humanitatem puram proponentes propter similitudinem nostram, & intelligentes ex Deo natum verbum spontaneum sustinuisse exinanitionem. Sic humiliavit semetipsum, formam servi suscipiens, secundum naturam propriam liber. Sic semen Abrahæ adprehendit, & communicavit sanguini & carni. Nam si homo intelligatur purus [a] secundum nos, quomodo aliud præter se naturaliter adprehendit semen Abrahæ? Quomodo autem propriæ carni communicasse dicitur, ut per omnia fratribus similis sit? Quod enim aliquibus adsimilari dicitur, ex dissimili quodam ad hoc quod oporteat assimilari [b] currit. Adprehendit igitur semen Abrahæ, & communicavit sanguini, & carni Dei verbum proprium faciens corpus quod ex muliere est, ut non solum existens Deus, sed etiam & homo factus secundum nos intelligatur propter [c] unitionem. Quocirca ex duabus quidem rebus indubitanter, divinitate & humanitate, Emmanuel est. Veruntamen unus Dominus Jesus Christus, unusque, & verus filius Deus simul & homo. Et non homo Deus factus sub æqualitate horum qui per gratiam, sed Deus potius verus in humana forma apparens propter nos. Dat nobis autem fidem ad hoc eloquius Paulus dicens: *Cum autem venisset plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem reciperemus nos*. Proinde qui est qui missus est, sub lege & ex muliere, sicuti dixit, factus, nisi quia [d] rursus ipse qui supra leges quidem est sicut Deus, quia vero etiam vocatus est homo, factus & sub lege, ut per omnia fratribus similis esset. Denique tributum quidem reddebat simul cum Petro didragmon secundum Moysi legem. Quia vero est liber sicut filius, & lege superior sicut Deus, [e] licet factus sit sicut homo, docebat dicens: *Reges terræ a quibus accipiunt censum aut tributum, a filiis suis, an ab alienis?* Petro autem dicente, *ab alienis*, intulit ipse: *Ergo liberi sunt filii*. Vere itaque palam est quia non dicitur Christus & extra carnem existens & velut solitarie ex Deo verbum, cum deceat potius eum hujusmodi appellatio quando factus est homo. Age nunc, age, monstremus ex ipsis ostendentes fidem sacris litteris quia Deus secundum naturam est & adunitatem copulavit, dico propriam carnem. Quo vere probato, Dei genitrix dicetur

a nobis, & satis merito, sancta virgo. Quapropter Propheta Esaias solus, quia non etiam inhumanatum filium, & cum adhuc nondum adesset, prædicebat dicens: *Confortamini manus remissæ, & genua dissoluta. Consolamini pusillanimes mente, confortamini. Nolite timere. Ecce Deus noster judicium reddit & retribuit. Ipse veniet & salvabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc* [f] *exiliet claudus sicut cervus, & clara erit lingua mutorum*. Contemplare igitur quomodo & Dominum vocat & Deum nominat, cum utique loqueretur in spiritu, quia non hominem simpliciter deiphorum sciebat Emmanuel, neque tamquam instrumenti officio assumptum, sed Deum [g] vere inhumanatum. [h] Etenim tunc aperti quidem sunt oculi cæcorum, audierunt vero & aures surdorum. Tunc etiam instar cervi [i] claudus exilivit. Facta autem est etiam plana vox mutorum. Sic cum sanctis evangelistis prædicare jubebat spiritus dicens: *Super montem excelsum ascende qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam* [k] *qui evangelizas Hierusalem*. [l] *Exalta, noli timere*. [m] *Dic civitatibus Juda: Ecce Deus noster, ecce Dominus cum virtute venit, & brachium cum dominatione. Ecce merces cum ipso, & opus in conspectu ejus. Sicut pastor pascet gregem suum, & brachio suo congregabit agnos*. Apparuit enim nobis Dominus noster Jesus Christus fortitudinem habens Deo decibilem & brachium cum dominio, hoc est, [n] cum potestate & dominatione. Denique etiam dicebat leproso quidem: *Volo mundare*. Tetigit autem lectum, & suscitavit mortuum viduæ filium. Congregavit etiam agnos. Pastor enim est bonus, animam suam ponens pro ovibus. Unde etiam dicebat: *Sicut cognoscit me pater, & ego cognosco patrem, & animam meam pono pro ovibus; & alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ovile, & illas oportet adducere, & vocem meam audient, & fiet unus grex & unus pastor*. Inchoans autem prædicationes ejus etiam sanctissimus Baptista, neque divinitatis instrumentum, neque hominem simpliciter deiphorum secundum quosdam, sed Deum potius cum carne seu inhumanatum omnibus in Judæa evangelizabat dicens: *Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri*. Cujus itaque præcepit parare vias nisi Christi, hoc est, in humana forma apparentis verbi? Sufficit, arbitror, ad fidem etiam sanctissimus Paulus, qui testatur dicens: *Quid ergo dicemus? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cum ipso omnia nobis donavit*. Proinde dicito mihi quomodo intelligatur Dei proprius filius qui ex sancta virgine. Sicut enim proprium hominis necnon & uniuscujusque aliorum animalium quod ex eo [o] proprium generatur, ita pro-

a *Secundum nos*) Hæc non habentur in libro Bellovacensi. b *Currit*) Ita codices Colbertinus & Bellovacensis. Turonensis habet *dicitur*. In Græco est τρέχει. c *Unitionem*) Codex Turon. *veritatem*, Colbertinus *unitatem*. d *Rursus*) Hæc est lectio veterum exemplarium bibliothecæ Colbertinæ. Turonense habet *versus*.
e *Licet factus*) Codex Bellovac. *cum factus est sicut homo docebat*. f *Exiliet Claudus*) Hæc est lectio codicis Bellovacensis. Turonensis & Colbertinus legunt: *Tunc exiliet sicut cervus claudus*. g *Vere*) Ita Colbertinus & Bellovacensis, Turonensis habet *verum*. h *Etenim tunc*) Ita codex Bellovacensis. Turonensis & Colbertinus habent: *Tunc etiam*. i *Claudus*) Sic habet exemplar Bellovacense. At in Colbertino scriptum est *claudus*. Locus hic vacuus relictus est in Turonensi. k *Qui evangelizas Hierus.*) Secuti sumus hoc loco auctoritatem codicis Bellovacensis, cui convenit cum vulgata versione. In Colbertino & in Turonensi legitur simpliciter *evangelizans*. l *Exalta*) In Turonensi & Colbertino scriptum est *Exalta te*. In Græco etiam, prout hic refertur a sancto Cyrillo, legitur, ὑψώσον, μὴ φοβοῦ, *exaltare, nolite timere*. m *Dic civitatibus*) Ita codex Bellovacensis & in vulgata editione Isaiæ. At vetera exemplaria Colbertinum & Turonense habent *Dicite*.
n *Cum potest*. Eadem vetera exemplaria legunt *in potestate*, cum in Bellovacensi scriptum sit ut nos edidimus.
o *Proprium*) Codex Bellovac. *secundum naturam*.

Primum Dei quod ex substantia ejus est, intelligitur atque dicitur. Quomodo ergo proprius Dei filius nominatus est Christus, qui etiam traditus est a Deo & patre causa omnium salutis & vitæ. Traditus est enim propter peccata nostra, & ipse iniquitates multorum portavit in corpore suo, in ligno, secundum Prophetæ vocem. Palam ergo est quia unitatis res assumpta necessario proprium filium declaravit Dei qui ex sancta virgine est. Corpus enim non alterius cujuspiam secundum nos, sed magis proprium ex parte existentis verbi quod est natum ex ea. Si vero puram & solam attribuit aliquis ei instrumenti ministrationem, negabit etiam invitus [a] esse verum filium. [b] Ponatur enim quis verbi gratia homo, [c] sitque ei & puer ad lyram artifex & ad psallendum optime meditatus. Putasne iste talis reputabitur quantum ad lyram, & cantilenæ instrumentum in filii loco cum filio? Quomodo ergo non est valde levis hæc res? Lyra siquidem assumpta est ad ostensionem artis. Ille autem & præter instrumentum filius genitoris. Si vero dixerint quia adsumptus est ad ministrandum qui ex muliere est, ut per eum fierent miracula & evangelicarum sanctionum prædicatio resplenderet, dicatur etiam unusquisque sanctorum Prophetarum deitatis instrumentum, & ante alios sacratissimus Moyses, qui extendens virgam, mutavit quidem in sanguinem flumina, dividens autem etiam ipsum mare, per medios ire fluctus jussit filios Israel, inferens quoque eam petris aquarum, eas fecit matres, & fontem ostendit lapidem, & mediator factus est Dei, & hominum, & legis minister fuit, ac populum præcedebat. Nihil ergo plus in Christo, & superior in nullo fuit præcedentium qui velut instrumentorum opere & officio æquali modo assumpti sunt; inaniterque [d] locutus est forte sanctissimus David illud dicens: *Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, aut quis similis erit Deo inter filios Dei?* Sed sapientissimus Paulus constitutum quidem inter famulos ostendit Moysen, Deum vero & Dominum vocat eum qui ex muliere dispensative factus est, hoc est, Christum. Sic enim scripsit. *Id-eoque fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Jesum fidelem existentem ei qui fecit eum, sicut & Moyses in domo ejus.* [e] *Ampliori enim iste gloria quam Moyses honoratus est, secundum quod majorem honorem habet domus qui ædificavit eam. Omnis enim domus fabricatur ab aliquo. Qui autem fecit omnia, Deus est. Et Moyses quidem fidelis in tota domo ejus sicut minister ad testimonium horum quæ dicenda erant. Christus autem tamquam filius in domo sua; cujus domus sumus nos.* Contemplare igitur quomodo & humanitatis ei servavit mensuram, & supernæ gloriæ & Deo decibilis dignitatis attribuit celsitudinem. Pontificem enim & Apostolum dicens, necnon & factum fidelem ei qui fecit eum, & valde bene confirmans honoratum potius quam Moysen, ait: *Secundum quod majorem honorem habet domus qui fabricavit eam.* Deinde infert: *Omnis enim domus fabricatur ab aliquo. Qui vero omnia fabricavit, Deus est.* Ergo fructus quidem est inter fidelem & inter ea quæ fabricata sunt sanctissimus Moyses, fabricator autem omnium effectus est Christus, cum utique Deus dicatur fabricare omnia. Deus igitur & verus indubitanter est. Et Moyses quidem tamquam minister in tota domo fidelis. Christus autem tamquam filius in domo sua, cujus domus sumus nos. Deo quippe dicente per vocem Prophetæ: *Quia ego inhabitabo in eis, & inambulabo; & ero eorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Sed dicet aliquis forsitan. Quæ differentia Christi & Moysi intelligenda est, si ambo facti sunt per mulieres? Quomodo iste quidem famulus & tamquam in domo fidelis, hic autem etiam naturaliter dominus tamquam filius in domo sua, hoc est nos? Arbitror ego rem omni homini esse claram, si tamen boni sensus est & mentem habet Christi secundum beatum Paulum. Ille siquidem erat homo & [f] subjugatus servituti; hic autem naturaliter liber tamquam Deus & creator omnium, & exinanitionem [g] passus voluntariam propter nos; sed non hoc cum Deo decibili gloria segregabit, neque ex sublimissima [h] super omnes celsitudine removebit aliquando. Sicut enim nos eodem spiritu ditati, (Nam inhabitavit in cordibus nostris) constituti quidem sumus inter filios Dei, esse tamen hoc quod sumus non desistimus, (sumus enim homines [i] naturaliter dicentes utique Deo, *Abba Pater*) sic & ipse, qui ex Dei & patris substantia ineffabiliter apparuit Deus verbum, assumens [k] humanitatem, honoravit quidem naturam, non tamen foris propriam excellentiam factus est, mansit autem & in humanitate Deus. Ergo non instrumenti officio adsumptus esse [l] dicimus e virgine templum; sed sequentes magis fidem sacrarum literarum sanctionumque voces, caro factum verbum adseveramus secundum eos qui jam sæpius a nobis approbati sunt, modos. Sic etiam posuit pro nobis suam animam. Quia enim erat mors ejus mundo salutaris, sustinuit crucem, confusionem contemnens, cum vita naturaliter, existeret tanquam Deus. Quomodo ergo vita mortua fuisse dicetur propria carne patiens mortem ut appareret vita vivificans rursus eam? Age enim, etiamsi in nobis ipsis mortis perscrutetur modus, nonne omnis quilibet bene sapientium dicit cum terrenis corporibus animas non perire? Et arbitror hoc esse nulli existentium dubium. Tamen hominis mors hoc quod accidit nominatur. Sic intelliges & in ipso Emmanuel. Erat siquidem verbum tamquam in proprio corpore quod ex muliere est, tradebatque illud morti secundum tempus, patiens quidem nihil in propria ipsa natura; vita namque est & vivificator, sed propria faciens quæ carnis sunt, ut etiam ipsius passio diceretur, & unus omnium dignus mortuus pro omnibus redimeret proprio sanguine quicquid sub cœlo

a *Esse verum filium*) Secuti hic sumus consensum veterum exemplarium Turonensis & Colbertini. Nam Bellovacensis habet: *tantum & esse secundum veritatem filium.* b *Ponatur*) In libro Turonensi & in Colbertino scriptum est *Vocatur*. Sed nos sequi malimus auctoritatem codicis Bellovacensis, quod in Graeco legitur ἐνοικήσω quod Poltanus rotte vertit *Proponatur*. c *Sitque ei & puer*) Codex Bellovac. *sitque ei & filius circa ea quæ pertinent ad lyram artifex*: d *Locutus*) Bellovac. *verbosus*. e *Ampliori*) Idem codex. *Ampliori enim ipse gloria quam Moyses dignatus est pro quanto majorem honorem*. f *Subjugatus servitutis*) Codex Turon. & Colbertinus, *sub jugo servitutis*. g *Passus*) Bellovac. *propassus*. h *Super omnes*) Idem codex, & *super omnia*.
i *Naturaliter*) Item idem, *naturaliter & vere Deo*. k *Humanitate*) Idem, *quod est hominis*.
l *Dicimus e virg.*) Idem codex, *dicimus illum ex virgine*.

cuio est, & offerret Deo & patri eos qui in omni terra confitentur. Et hoc tamquam verum hoc ita Propheta Isaias praecinatur dicens in spiritu: *Propterea ipse hereditate possidebit multos, & fortium dividet spolia, pro eo quod tradita est ad mortem anima ejus, & inter iniquos reputatus est, & ipse peccata multorum portavit, & propter iniquitates eorum traditus est.* Unus ergo omnium dignior, solus pro omnibus posuit animam. Et permittebat quidem dispensative deposita[a] breviter carnem morte. Destruxit vero rursus eam, sicut vita pati non ferens contra naturam propriam, ut & in omnium corporibus deficeret corruptio, & mortis destrueretur imperium. Sicut enim in Adam omnes morimur, sic & in Christo omnes vivificabimur. Si enim non poteretur humane pro nobis, neque operaretur divine quæ ad salutem sunt nostram. Dicitur enim prius quidem mori ut homo, reviviscere autem postea eo quod sit naturaliter Deus. Si igitur non est passus mori carne secundum scripturas, neque vivificatur spiritu, hoc est, non revixit. Et si hoc est verum, vana est fides nostra, adhuc sumus in peccatis nostris. Baptizati enim sumus in mortem ejus secundum beati Pauli vocem, & remissionem peccatorum habuimus per sanguinem ejus. Sed si est Christus neque filius vere, neque naturaliter Deus, sed homo purus secundum nos, & divinitatis organum, salvati quidem sumus, non in Deo quodam modo, sed in uno magis secundum nos moriente pro nobis & virtutibus alienis resuscitato. Quomodo ergo destructa est mors per Christum, cum utique audiam dicentem palam de propria anima: *Nemo auferet eam a me, sed ego pono eam a memetipso: potestatem habeo ponere eam, & potestatem habeo rursus sumere eam.* Descendit namque nobiscum in mortem per propriam carnem qui mortem nescit, ut nos resurgeremus cum eo ad vitam. Revixit enim depopulatus infernum, non tamquam homo secundum nos, sed sicut Deus in carne nobiscum & ultra nos. Ditata est autem natura tamquam in eo, & primo per incorruptionem, & mors vitæ corporis hostis instar congressa contrita est. Sicut enim vicit in Adam, ita cecidit in Christo. Ascendenti quoque propter nos & pro nobis ad patrem & Deum qui in cœlis est, ut eis qui in terra sunt adibile demonstraret cœlum, victricia cantica consecravit dicens sanctissimus decantator: *Ascendit Deus in jubilatione & Dominus in voce tuba. Psallite Deo nostro, psallite. Psallite Regi nostro, psallite; psallite sapienter. Regnavit Deus super gentes.* Dixit vero alicubi etiam Paulus de eo: *Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super cœlos ut impleret omnia.* Quando igitur & Deus est vere & Rex naturaliter, dictus est autem & Dominus gloria crucifixus, quomodo dubitabit quispiam Dei genitricem dicere sanctam virginem, [b] adorans tamquam unum, non dividens in duos post unitatem? Tunc ridebit frustra insipiens Judæus? Tunc Dominicida erit secundum veritatem. Capiatur autem delinquens, non in unum secundum nos, sed in ipsum omnium salvatorem Deum, & audiat: *Va gens peccatrix; populus plenus delictis, semen malignum. Filii iniqui, reliquistis Dominum, & ad iracundiam provocastis sanctum Israel.* Paganorum vero filii nullo modo Christianorum abominabuntur fidem. Colimus autem, non hominem purum, absit, sed Deum potius naturaliter, non ignorantes ejus gloriam, licet factus sit secundum nos, permanens hoc quod erat, hoc est, Deus. Per ipsum & cum ipso Deo & patri gloria cum sancto spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

Epistola sancti Cyrilli ad Nestorium.

CAP. II

Reverentissimo & Dei cultori consacerdoti Nestorio Cyrillus in Domino salutem. [c] Viri modesti & fide digni pervenerunt in Alexandriam; deinde retulerunt nobis quasi quod tua reverentia indignetur satis & omnia commoveat, [d] provocans nos ad tristitiam. Volenti vero mihi tuæ reverentiæ tristitiam agnoscere, dixerunt quia epistolam quæ facta est ad sanctos monachos, circumferunt quidam Alexandrinorum, & odii occasio & [e] ægrimonia hæc facta sit. Miratus sum igitur si non illud magis tua reverentia apud se cogitavit. Non enim primum ex mea scripta epistola de fide facta est perturbatio, sed de dictis quibusdam a tua reverentia [f] sive non dictis. [g] Quod etsi non tamen chartis vel expositionibus, quæ circumferebantur laboramus nos volentes corrigere [h] eversos. Juxta enim facti sunt quidam non pati jam confiteri quia Deus est Christus, sed magis instrumentum deitatis & homo Deum ferens. Et quid enim non ultra talia? Nostrum igitur erat sævire de quibus dixit vel non dixit tua reverentia. Circumlatis enim chartis non valde credo. Quomodo igitur erat tacendum cum fides laditur & tanti evertuntur? Annon adiabimus tribunali Christi, & non satisfaciemus pro importuna taciturnitate, qui ordinati sumus ab ipso ad dicenda quæ oportet? Quid faciam nunc, (oportet enim me consultare cum tua reverentia) nuntiante reverentissimo & beatissimo Romanorum Episcopo Cœlestino & reverentissimis cum eo Episcopis de allatis sibi nescio quomodo chartis prius tua reverentiæ. Scribunt enim utpote valde scandalizati: Quomodo autem ab orientis omnibus Ecclesiis venientes curabimus & chartas reprehendentibus? An forte arbitratur tua reverentia quia modica Ecclesiis [i] facta est perturbatio ex hujusmodi sermonibus? Omnes sumus

a *Breviter*) Codex Bellovac. *ad modicum.* b *Adorans*) Ita codices Colbertinus & Turonensis. At Bellovacensis habet: *Adora tamquam unum.* c *Viri modesti*) Hanc epistolam citat Liberatus ex alia versione, quæ sic incipit: *Venerabiles filii ac fide digni.* d *Provocans nos ad tristandum nos.*) Codex Bellovac. *ad contristandum nos.*
e *Ægrimonia*) Idem codex Bellovac. *molestia.* f *Sive non dicti:*) Id est, ex non dicto a tua reverentia, sed conjectura elicuisse. Hæc autem verba, quæ non extant in codice Turonensi neque in Colbertino, addita sunt ex Bellovacensi. g *Quod etsi*) Codex Bellovac. *Verumtamen chartis.* h *Eversos*) Item vetus exemplar, *perversos.* *Propter enim ad hoc quidem venimus ut non patiamur jam confiteri quia Deus est Christus, sed magis instrumentum deitatis & homo Deum ferens. Et quid amplius quam hoc? Erat ergo tristis nostrum pro his quæ dicta sunt non dicta tua reverentia. Chartis enim quæ circumferuntur non nimis credo. Quomodo igitur tacendum est fide injuriam perferente & tanti perversi? An non adiabimus ante tribunal Christi, & non satisfaciemus pro tanta taciturnitate, dum ordinati sumus ab ipso ad dicenda quæ oportet? Quid autem faciam nunc (oportet enim dicere cum tua reverentia) nunc. rev. & beat. Romano Ecclesiæ Episcopo Cel. & rev. episcopis, de quibusdam allatis quomodo chartis ante tua reverentia? Scribunt enim tamquam facti scandalizati: Quomodo autem ab orientalibus omnibus Ecclesiis venientes curabimus & contra chartas murmurantes?*
i *Facta est*) Codex Bellovac. *exorta est.*

sumus in certamine & laboribus, eos qui alia A
[a] sapere nescio quomodo suasi sunt transferentes ad verum. [b] Cum igitur quæ necessitatem omnibus murmurandi intulerit tua reverentia est, quomodo accusat justa? Quomodo autem odit & inaniter [c] proclamat, & non magis emendat suum sermonem, ut compescat [d] scandalum mundi? Si enim [e] defluxit sermo, utpote in populo currens, [f] sed emendetur per circumspectionem., & dignare donare verbum scandalizatis Dei genitricem nominans sanctam virginem; ut sanantes contristatos, & rectam apud omnes sententiam habentes, in pace & unanimitate populorum collectiones celebremus. Quoniam autem pro fide quæ in Christo est omnia parati sumus pati & ad vin- B
culorum experientiam venire & ipsius mortis, non ambigat tua reverentia. Coram veritate autem dico quia & superstite adhuc beatæ memoriæ Attico conscriptus est a me codex de sancta & consubstantiali trinitate, in quo & liber est de incarnatione unigeniti. Quibus nunc scripsi consonans. Et relegimus ea & Episcopis & clero & amorem habentibus audiendi laicis, edidi vero adhuc nulli. Congruum igitur est libro edito rursus argui, quia ante ordinationem reverentiæ tuæ composui librum.

g Istam primam epistolam misit sanctissimus Archiepiscopus Cyrillus impio Nestorio, cum agnosceret eum male sapere.

Nestorii epistola ad Cyrillum.

CAP. III. DOmino meo Deo amantissimo & sanctissimo comministro Cyrillo Nestorius in Domino salutem. Nihil mansuetudine Christiana suavius. Ab hac itaque nunc per reverentissimum Presbyterum Lamponem ad præsentes compulsi litteras sumus, multa quidem dicente nobis de tua reverentia, plurima autem audiente, novissime vero non sinente nos donec præsentes a nobis exigeret litteras; & hac viri violentia victi sumus. Timorem namque profiteor habere me multum circa omnem totius viri Christianam mansuetudinem, tamquam in- D
sidentem ei Deum possidentem. Hæc itaque sint a nobis, licet plurima a tua reverentia non secundum fraternam caritatem, oportet enim dicere clarius, facta sint, in longanimitate & litterarum [h] caritatis eloquio. Monstrabit autem experimentum, quantus nobis a reverentissimo Presbytero Lampone violentiæ fructus erit. Omnem, quæ tecum est, fraternitatem & ego & qui mecum sunt, salutamus.

Incipit epistola sancti Cyrilli Episcopi Alexandriæ ad eos, qui in scripto eum accusaverant, quia non tacuit ex audita agnoscens repere in pejus impium Nestorii doctrinam.

QUia mihi scripsit reverentia vestra tanquam CAP. IV
contristato [i] Dei cultore Nestorio, quia ad monachos feci epistolam commonere volens eos, [k] qui super fama scandalizati sunt, necessario hoc dico, quia non tantum factum est a me, quantum ab ejus [l] reverentia. Ego namque, scandalizatis [m] hominibus propter expositiones ejus, rectæ fidei expofui rationem. Ipse vero [n] quievit in Ecclesia catholica & or- B
thodoxorum, bono [o] Dorotheo Episcopo aperte dicente: Anathema si qui esse dicit Dei genitricem Mariam. Et non solum hoc audiens tacuit illo dicente, sed etiam in communionem eum mysticam repente suscepit & communicatorem fecit. Ecce igitur anathematizati sumus coram eo, ut interim non dicam ab eo. Non enim ille coram Ecclesia dixisset talia præter ipsius voluntatem. Itaque & nos vivi & per totum orbem terrarum Episcopi, & qui ad Deum profecti sunt patres nostri, anathematizati sumus. Quid ergo prohibebat, & nos illius vocibus scribere contraria & dicere anathema, si quis non dicit Dei genitricem esse Mariam? Sed non feci hoc propter eum interim, C
ne qui dicerent, quia anathematizavit eum Alexandrinus Episcopus, sive synodus Ægyptiaca. Si autem cognoverint & qui in occidente & qui in oriente sunt Dei cultores Episcopi quia anathematizati sunt, (Nam & dicunt omnes & confitentur quia Dei genitrix est sanctissima Maria) quomodo putas afficientur, aut quomodo non omnes contristabuntur, etsi non propter se, sed tamen propter sanctos patres in quorum conscriptionibus invenimus semper Dei genitricem nominatam sanctam virginem Mariam? Si vero non videretur onerosum fore, multos direxissem libros plurimorum sanctorum patrum, in quibus potest inveniri non semel, sed [p] frequenter vocem positam, in qua confi- D
tentur esse Dei genitricem sanctam virginem Mariam.

[q] *Contestatio proposita in publico [r] contra Clericos Constantinopolitanos & in Ecclesia insinuata, quia sectator esset Nestorius Pauli Samosateni anathematizati ante annos* (a) CLX. *ab orthodoxis Episcopis.*

CONjuro accipientem hanc chartam per san- CAP. V
ctam trinitatem ut eam palam faciat Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, Lectoribus, laicis habitantibus Constantinopolim, insuper etiam exemplar eis præbeat ad increpationem hæ-

a *Sapere*) Codex Bellov. *sapiunt nescio quom. suasos.* b *Cum ig. quæ necessit.*) Idem codex: *Cum igitur necessitatem omn. murmur. tua rev. intulerit, quom. justo accusat.* c *Proclamat*) Codex Bellovac. *acclamat.*
d *Scandalum mundi*) Idem codex, *scandalum universale.* e *Defluxit*) Item idem, *præterfluxit.*
f *Sed emendetur*) Idem: *sed retractionibus corrigatur, & dignare.* g *Istam pr. epist.*) Hæc addita sunt ex codice Bellovacensi. h *Caritatis eloquio*) Hanc lectionem præferunt vetera exemplaria Colbertinum & Turonense. In Bellovacensi scriptum est *caritate allocutaria.* i *Dei cultore*) Codex Bellovac. *reverentissime.*
k *Qui super fama*) Ita codex Bellovacensis. Turonensis non habet vocem *super.* l *Reverentia*) Codex Bellovac. *religiositas.* m *Hominibus*) Idem codex, *omnibus.* n *Quievit*) Idem codex, *sustinuit.*
o *Dorotheo episcopo*) Marcianopolis Mysiæ, qui depositioni Cyrilli & Memnonis a Conciliabulo Ephesino factæ subscriptus reperitur inter Metropolitanos. p *Frequenter*) Codex Turonensis & Comitius habent *plerumque.* Ita etiam codex Colbertinus. q *Contestatio*) Expressimus titulum horum capitulorum qualis reperitur in tribus antiquis exemplaribus, quibus utimur. In editione Contii sic scriptum est: *Contestatio publice proposita. Missa Constantinopolim a Cyrillo Alexandrino Episcopo contra Nestorium.* r *Contra Clericos*) In Græco scriptum est κατὰ τῶν κληρικῶν. Quod in editione Romana ita versum est, *a Clericis.* Atque eadem sane mens Peltano fuit. Verum ego verterem puto sententiam istius nostri veteris interpretis. (a) Cafinen. CXX.

haeretici Nestorii, quia similia sapit anathematizato Paulo Samosateno ante annos CLX. ab orthodoxis Episcopis. Sunt autem quæ ab utroque dicta sunt, hæc.

I. Paulus dixit: *Maria verbum non genuit.*

II. Nestorius consone dixit: *Non genuit, o optime, Maria divinitatem.*

III. Paulus dixit: *Nec enim fuit ante sæcula.*

IV. Nestorius dixit: *Et matrem temporalem opifici temporum assignant divinitati.*

V. Paulus dixit: *Maria verbum suscepit, & non est senior verbo:*

VI. Nestorius dixit: *Quomodo ergo Maria se antiquiorem peperit?*

VII. Paulus dixit: *Maria peperit hominem nobis æqualem.*

VIII. Nestorius dixit: *Homo qui natus est ex virgine.*

IX. Paulus dixit: *Meliorem vero per omnia, quoniam ex Spiritu sancto & ex promissionibus & ex scripturis in eo gratia.*

X. Nestorius dixit: *Vidi enim*, inquit, *spiritum descendentem quasi columbam & manentem super eum illum qui ascensionem ei donavit, mandans*, inquit, *Apostolis quos elegit per spiritum sanctum, assumptus est, qui videlicet tantam Christo donavit gloriam.*

XI. Paulus dixit: *Ut neque qui ex David* [a] *unctus est alienus sit sapientia, neque sapientia in alio sic inhabitet. Etenim in Prophetis erat, magis autem in Moyse & in multis dominis, potius autem in Christo tanquam in templo.* Et alibi dixit alium esse Jesum Christum [1] & aliud verbum.

(1) Lege, *alium.* Hard.

XII. Nestorius dixit: *Numquid possibile est eum qui ante omnia sæcula natus est, aliud semel nasci, & hoc divinitate?*

Ecce probatus est transgressor aperte dicens: *Non est natus de Maria qui natus est ex patre.* Ecce consentit hæretico Paulo dicenti alium esse verbum & alium Jesum Christum, & non esse unum, sicut recta prædicat fides. Propterea designavi tibi, o zelota sanctæ fidei, & partem [b] mathematis [2] Ecclesiæ Antiochenæ, ex qua etiam Christianorum vocabulum in primis habuimus, quia non novit alium & alium filium Dei, sed unum, quia ante omnia sæcula natus est, Deum ex Deo patre, consubstantialem patri, & eundem sub Augusto Cæsare ex Maria natum. Habet enim expressim Deum verum ex Deo vero, consubstantialem patri, per quem & sæcula creata sunt & omnia facta, qui propter nos venit & natus est ex Maria sancta virgine, & crucifixus sub Pontio Pilato; & reliqua symboli. Concordat autem his & beatus Eustathius, qui fuit Episcopus Antiochiæ, unus existens ex trecentis decem & octo Episcopis in sancto magnoque Concilio, dicens: *Itaque non solum homo, sed etiam Deus est, sicut & Hieremias Propheta dicit: Hic Deus noster, non reputabitur alter præter eum? Adinvenit omnem viam disciplinæ, & dedit eam Jacob puero suo & Israel dilecto suo. Post hoc & in terra apparuit, & cum hominibus conversatus est.* Quando igitur conversatus est cum hominibus nisi quando natus est cum eis ex virgine, & cum his infans, & concrevit & concomedit & combibit, & alia? Si quis ergo præsumpserit dicere alium esse filium ante sæcula unigenitum qui de patre natus est, & alium ex Maria virgine natum, non eundem Dominum Jesum Christum, sit anathema.

(2) Hoc est *symboli fidei* Harduinus.

Baruch. 3.

Hæc contestatio posita est 3 Constantinopolim in publico, adhuc tenente Nestorio sede ejusdem Constantinopolis & male docente.

(3) Adnota hæc est vetusta interpretatio. *Quære apud Constantinopolim.* Hard.

Altera Cyrilli epistola ad Nestorium.

CAP. VI.

[c] Reverendissimo & Dei cultori comministro Nestorio Cyrillus in Domino salutem. Obloquuntur quidem, ut disco, quidam de mea opinione apud (a) tuam reverentiam, & hoc frequentius, [d] synodos quæ in fine sunt tempore custodientes magis, puto & delectare æstimantes tuum auditum, & inconsultas emittunt voces, læsi quidem nihil, [e] increpati autem, & hoc utiliter, [f] alius quidem quia cœcos lædebat & pauperes, alius autem tanquam qui in matre gladium extenderit, alius vero cum ancilla furatus aurum alienum, & hujusmodi semper habens opinionem quam non [g] oravit aliquis contingere aliquibus etiam valde inimicis. [h] Attamen non mihi multus hujusmodi sermo est, ut non super dominum & doctorem, neque quidem super patres, existentis in me brevitatis extendam mensuram. Non enim possibile est [i] pravorum evitare sævitates, si quo modo quis eligat vivere. Sed illi quidem maledictione & amaritudine plenum habentes os, omnium judici reddent rationem. Con-

---

a *Unctus*) Ita vetera exemplaria Colbertinum & Turonense. Bellovacense mutilum est in hoc loco. Male apud Contium *ortus*. Vide Græca verba. b *Mathematis*) Ita rectissime codex Colbertinus. Nam reliqua exemplaria & editio Contii male habent *anathematis*. Nihil vulgatius in antiquis libris quam commutatio vocabulorum mathematis & anathematis, ut alibi dicemus. Interim consule quæ de hoc argumento scripsit vir doctissimus Henricus Valesius ad librum 1. cap. 8. historiæ eccles. Socratis. c *Reverendissimo*) Hanc epistolam laudat Liberatus ex alia versione. Ex alia rursum interpretatione extat in actione prima synodi Chalcedonensis, & in collatione sexta Concilii Quinti. Denique diversam ab illis omnibus interpretationem ejusdem epistolæ exhibent Crabbus in eadem actione prima synodi Chalcedonensis & Quesnellus in collectione canonum quæ edita est cum epistolis sancti Leonis. d *Synodos quæ in fine*) Ita codex Colbertinus, a quo non dissepat Turonensis. Interpres iste Græca verba secutus est. Editio Crabbi habet: *& maxime tunc cum virorum illustrium atque prudentium præsto esse plurimos videmus.* In Concilio Chalcedonensi: *tempora maxime observantes cum magistratus convenerunt*: Codex Bellovacensis & Concilium Quintum: *convenerunt maxime nobilium observantes, utpote delectare tuum æstimantes auditum.* Verba Theodori Peltani: *idque cum alias crebro, tum maxime quando magistratus convenerunt.* Omnium, ut arbitror, optime sensum illius loci cepit in cujus versione extare diximus apud Crabbum & Quesnellum. e *Increpati*) In codice Bellovacensi, cui & Concilium quintum & editio Crabbi consentiunt, legitur *convulsi*. Sed melior est lectio quam nos recipimus. f *Alius quidem*) Codex Bellovacensis: *Unus quidem quia cœcos lædebat & pauperes, alter vero quod semper matrem secundis gladium, alius autem quod cum ancilla aurum furatus sit alienum.* Ita etiam in Concilio Quinto. g *Oravit*) Ita codices Colbertinus & Turonensis, & Contius. Sed in codice Bellovacensi & in Concilio V. legitur *optet*, quam lectionem confirmant etiam aliæ interpretationes. h *Attamen non mihi*) Codex Bellovac. & Concilium V. *Verumtamen non mihi multum de talibus curæ est.* In Concilio Chalcedonensi: *Verum non multa mihi de talibus cura est.* Crabbus: *Cæterum talium hominum nullam omnino habeo curam.* i *Pravorum evitare sævitates.*) Ita Contius & exemplar Colbertinum. Codex Turonensis, *pravorum evitare ultatos*. In Bellovacensi & in Concilio V. *pravorum imperversitatem evitare*. Concilium Chalcedonense: *maledictorum hominum improbitatem vitare.*

(a) Collatio. *Religiositatem, & hoc frequentius plenantes synodos capientes, & præcipue, ut magis puto, delectare &c.*

Convertar autem rursus ego ad hoc quod me magis condecet, & [a] commemorabo & nunc ut fratrem in Christo doctrinæ verbum & fidei sensum cum omni cautela facere ad populos, cogitare etiam qui scandalizare unum solum ex pusillis credentibus in Christum intolerabilem habet indignationem. Si autem multitudo sit tanta mœrentium, quomodo non [b] in omni bona arte necessario constituamus ut oporteat prudentius auferre scandala & sanum fidei dirigere sermonem quærentibus veritatem? Erit autem hoc & valde recte si sanctorum patrum legentes libros, pro magno eos facere festinemus, probantes nosmetipsos si sumus in fide, secundum quod scriptum est, illorum rectis & inreprehensibilibus [c] dogmatibus nostros intellectus bene valde conformemus. Ait igitur sancta & magna synodus ipsum ex Deo patre genitum filium unigenitum ex Deo vero Deum verum, lumen de lumine, per quem omnia fecit pater, descendisse inhumanari, carnari, pati, resurgere tertia die, & ascendere ad cœlos. [d] Hæc & nos sequi oportet verba & dogmata, cogitantes quid incarnari & humanari significetur ex Deo verbum. Non enim dicimus quia verbi natura translata facta est caro, [e] neque quia in totum hominem translata est ex anima & corpore, illud autem magis, quia carnem animatam animæ rationabili uniens verbum sibi secundum subsistentiam ineffabiliter & [f] inintelligibiliter factus est homo & appellatus est filius hominis, non secundum [g] voluntatem solum aut complacitum, sed neque ut in adsumptione personæ solius, [h] sed quia diversæ quidem [i] adunationem collatæ naturæ, unus autem ex utrisque Christus & filius, non quasi differentia naturarum oblata propter adunationem, perfecerunt autem magis nobis [k] unum Christum & filium & Dominum deitatis & humanitatis per ineffabilem & arcanum adunationis concursum. [l] Sic dicitur, licet ante sæcula habens essentiam & genitus sit ex patre, nasci & secundum carnem ex muliere, non quasi quod divina ejus natura initium ut esset acceperit in sancta virgine, neque quidem quod indiguerit necessario propter se secunda nativitate post eam quæ ex patre est. Est enim fatuum etiam simul & indoctum existentem ante omnia sæcula & consempiternum patri [m] indigere dicere initio ut sit secundo. Quoniam autem propter nos & propter nostram salutem uniens sibi secundum subsistentiam [n] humanum corpus processit ex muliere, ob hoc dicitur nasci carnaliter. Non enim primum homo natus est communis de sancta virgine, deinde sic descendit in eum verbum; sed ex ipsa vulva adunitam sustinuisse dicitur nativitatem carnalem, utpote suæ carnis nativitatem propriam faciens. Sic dicimus eum & pati & resurgere, non quasi quod [o] Dei verbum passum sit in sua natura aut plagas aut [p] fixuras clavorum aut altera vulnera, (impassibilis enim est deitas, [q] quia & incorporea est) sed quoniam quod factum est ejus proprium corpus passum est, hæc iterum ipse dicitur pati pro nobis. Erat enim impassibilis in corpore passibili. [r] Secundum parem autem modum & in moriendo [s] intelligimus. Immortalis etenim secundum naturam & incorruptibilis & vita & vivificator est Dei verbum. [t] Quoniam autem iterum ejus corpus gratia Dei, secundum quod ait Paulus, pro omnibus gustavit mortem, dicitur ipse pati pro nobis mortem; non quasi quod in experientiam mortis venerit, quantum attinet ad ejus naturam, ([u] Perculsio etenim est hoc dicere vel sentire) sed sicut [x] diximus nuper, caro ejus

a *Commemorabo*) Ita codices Turonensis & Colbertinus, tum etiam Contlus. Ita etiam Concilium Quintum, non quidem in vulgatis editionibus, sed in antiquis exemplaribus manuscriptis, ut illic monebitur. Codex Bellovacensis habet: *& commonebo etiam nunc fratrem*. Itaque commemorare hoc loco significat commonere, ut in libro D. de contrah. empt. *Si cum servitus venditis prædiis deberetur, nec commemoravit venditor, sed sciens esse retecuerit &c.* Vide Glossarium Dufresnii. b *In omni bona*) Hæc est lectio veterum exemplarium Turonensis & Colbertini. Bellovacense habet: *quomodo non omni arte necesse est ut*.

c *Dogmatibus*) Concilium V. *sectis*; Codex Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Quesnelli editio, *constitutis*. Concilium Chalcedonense, *institutis*. d *Hæc & nos*) Segmentum hoc retulit integrum Rusticus Diaconus in libro contra Acephalos, sed ex alia versione. e *Neque quia in totum*) Codex Bellovacensis: *neque quia in totum hominem, qui est ex anima & corpore, translata est, illud autem magis*. Ita etiam in Concilio Quinto. Concilium Chalcedonense & editio Quesnelli: *nec quod in totum hominem, qui est ex anima & corpore, transformata sit*. Crabbus: *commutata*. f *Inintelligibiliter*) Codex Bellovac. *incomprehensibiliter*. Sic etiam in Concilio Quinto. Rusticus, *inexplicabiliter*. Crabbus habet, *inscrutabiliter*; editio Quesnelli *irreprehensibiliter*. Sed recte in margine admonuit vir clarissimus legendum hic esse *incomprehensibiliter*, ut habent aliquot manuscripti codices. g *Voluntat. solum*) Ita codex Turonensis & Contlus. Bellovacensis & Concilium V. *solam*. Editio Quesnelli, *non nuda tantummodo voluntate*. Ita etiam in Concilio Chalcedonensi.

h *Sed quia diversa*) Codex Bellovac. & Concilium V. *& quia differant quidem quæ ad unitatem sunt veram collata natura*. i *Adunationem*) Ita codices Colbertinus & Turonensis & Contlus. Ita etiam in Concilii V. vulgatis editionibus. Sed in antiquis libris illic legitur: *adunitionem*, ut & apud Rusticum. Codex Bellovac. habet *adunitatem*. Sic etiam Crabbus. Item paulo post in eodem codice Bellovacensi scriptum est *adunitionis* pro *adunationis*. k *Unum Christum & filium*) Codex Bellovacensis: *unum Deum & Christum & filium*. Rusticus, *unum Dominum & Christum & filium*. l *Sic dicitur*) Idem vetus exemplar: *Sic etiam dicitur, cum ante sæcula habeat essentiam, & gen. sit ex patre, nasci etiam secundum*: Ita etiam in Concilio Quinto.

m *Indigere dicere*) Codex Bellovacensis & Concilium V. *dicere opus habere ut esset secundum initium*.

n *Humanum corpus*) Ita codex Colbertinus & Contlus. Codex Turonensis habet *humanam*. Bellovacensis, *quod est humanum*. Rusticus, *quod humanum est*. Vox *corpus* illic deest, uti & in Concilio V. ubi legitur simpliciter *humanitatem*. Sic etiam apud Crabbum. At in Concilio Chalcedonensi & apud Quesnellum legitur *naturam humanam*. Quæ omnia in eundem sane sensum recidunt. o *Dei verbum*) In antiquis exemplaribus Turonensi & Colbertino scriptum est *Deum verbum passum*.

p *Fixuras*) Codex Bellovacensis & Concilium V. *perforaturas clavorum aut quacumque alia vulnera*. Crabbus. *perforationes clavorum aut reliqua vulnera*. Concilium Chalcedonense & Rusticus, *clavorum transfixiones aut alia vulnera*. Sic etiam apud Quesnellum: q *Quia & incorp.*) Hæc est lectio Bellovacensis exemplaris & Rustici Diaconi. Colbertinum & Turonense habent, *quia incorporea*. r *Secundum parem*) Codex Bellovacensis: *Secundum eundem autem modum*. Ita etiam in Concilio V. non quidem in vulgatis editionibus, sed in libris manuscriptis. Vide Rusticum. s *Intelligimus immort.*) In codice Bellovacensi & in Concilio V. ista sic distinguuntur *intelligimus immortalem. Etenim secundum naturam & incorruptibile & vita & vivificans est Dei verbum*. Sic etiam ferme Rusticus. t *Quoniam autem*) Codex Bellovac. & Concilium V. *Quoniam autem proprium ejus corpus*. Sic etiam Crabbus & Quesnellus. Sic denique in Concilio Chalcedonensi. Et tamen vox *proprium* neque in codice Turonensi exstat neque in Colbertino, neque in editione Contli. u *Perculsio*) Codex Bellovacensis & Concilium V. *Stupore enim est illud dicere aut sentire*. Rusticus: *Dementia est enim hoc dicere*. Crabbus: *Summa enim dementia est hoc dicere vel sentire*. Quesnellus: *Insania enim est hoc sentire vel dicere*. Ita etiam in Concilio Chalcedonensi. x *Diximus nuper*) Codex Bellovac. & Concilium V. *nuper dixi*. Ita etiam Crabbus. Apud Quesnellum legitur, *ut supra diximus*. In Concilio Chalcedonensi, *ut modo diximus*. Rusticus, *ut dixi nuper*.

ejus gustavit mortem, sic & resurgente carne iterum resurrectio ejus dicitur; non quasi quod ceciderit in corruptionem, absit, sed quia [a] suum iterum resuscitavit corpus. [b] Sic Christum unum & Dominum confitemur, non quasi hominem coadorantes verbo, ut non sectionis phantasia introducatur, cum dicitur [c] cum, sed ut unum & eundem adorantes, quia non alienum est a verbo corpus ejus, cum quo & ipse considet patri, non ut [d] duobus considentibus filiis, sed ut uno secundum [e] adunationem cum carne. Si autem secundum subsistentiam adunationem, vel quasi impossibilem vel quasi indecoram recusamus, incidimus ut duos dicamus filios. [f] Necesse est enim omnino dividere & dicere hominem quidem specialiter filii vocatione honoratum, specialiter autem iterum Deum verbum filiationis nomen & appellationem habentem naturaliter. Non ergo dividendus est in duos filios unus Dominus Jesus Christus. Proderit autem nullo modo rectæ fidei rationi ita dicere, licet personarum unitionem divulgent quidam. Non enim dicit scriptura quia verbum hominis personam adunivit sibi, sed quia factum est verbum. [g] Quod vero caro factum est verbum, nihil aliud est nisi quia similiter nobis [h] participatus est sanguinis & carnis, suum etiam corpus nostrum fecit, & processit homo ex muliere, non abjiciens esse Deus & ex Deo nasci patre, sed in assumptione carnis permanens quod erat. [i] Hoc allegat ubique integræ fidei ratio, ita reperimus sanctos sapuisse patres. Sic præsumpserunt Dei genitricem dicere sanctam virginem, [k] non non quasi natura aut deitate ejus initium, ut esset, accipiente a sancta virgine, sed ut nato ex ipsa sancto corpore animato etiam rationabiliter, cui & secundum subsistentiam adunitum verbum nasci dicitur secundum carnem. Hæc & nunc ex dilectione, quæ in Christo est, scribo petens ut fratrem & contestans coram Deo & electis angelis hæc nobiscum & sapere & docere, ut custodiatur Ecclesiarum pax & concordia, & dilectionis vinculum indisruptum permaneat sacerdotibus Dei. [l] Allo-

A quere apud te fraternitatem. Te, quæ nobiscum est in Christo salutat.

Incipit Epistola Nestorii Archiepiscopi ad sanctum Cyrillum Episcopum, in qua confitetur non esse Dei genitricem sanctam Virginem Mariam, adversatur autem & litteris sancti Archiepiscopi Cyrilli, tamquam male ei scripserit. (a)

[m] REverentissimo & Deo amabili comministro Cyrillo Nestorius in Domino salutem. [n] Injurias quidem quæ contra nos sunt mirandarum tuarum litterarum dimitto, utpote medicinali patientia dignas, [o] dilata rerum ipsarum responsione usque ad tempus idoneum. CAP. VII.

B Quod vero taciturnitatem non patitur, quasi magnum ferat, si taceatur, periculum hoc, [p] secundum quod possibile est, non ad multiloquium tendens, facere tentabo narrationem compendiosam, [q] obscuri & indigestibilis longi sermonis vomitum cavens. Incipiam autem a sapientissimis tuæ dilectionis vocibus, ipsas hisdem sermonibus apponens. Quæ sunt igitur admirandæ tuarum litterarum doctrinæ voces? *Sancta*, inquit, *& magna synodus ipsum ex Deo & patre secundum naturam genitum filium unigenitum ex Deo vero Deum verum, lumen de lumine, per quem omnia fecit pater, descendisse incarnari, humanari, pati, resurgere.* Hæc sunt tuæ reverentiæ verba, & cognosci forte quia

C tua. Audi vero & a nobis fraternam pro pietate admonitionem, quam & magnus ille Paulus amato a se Timotheo contestatus est. *Attende lectioni, consolationi, doctrinæ. Hoc enim faciens, & tibi proles & audientibus te.* [r] Quid autem mihi in hoc attendere vult, quia sanctorum illorum ex superficie legens traditionem, venia dignam ignorasti ignorantiam, passibilem eos dixisse arbitratus patri consempiternum verbum. Inspice autem, si placet, dicta diligentius, & [s] sanctum reperies patrum chorum non

D consubstantialem patri deitatem passibilem dicentes, [t] nec recentem nativitatem patri consubstantialem, nec resurgentem eam quæ solutum templum suscitavit. Et si mihi aures in

a *Suum iterum*) Codex Bellovac. & Concilium V. *sed quia ejus iterum resurrexit corpus*. Crabbus, *sed quia ejus iterum corpus surrexit*. Quesnellus, *sed quia ejus resurrexit corpus*. Ita etiam in Concilio Chalcedonensi.

b *Sic Christum unum*) Hæc addita sunt ex codice Bellovacensi. Non extant enim in Colbertino, neque in Turonensi, neque in editione Contiana. Habentur tamen in Concilio Chalcedonensi, in Quinto, apud Crabbum & Quesnellum. Habentur etiam in Græco textu istius epistolæ. c *Cum*) Hanc vocem hic transtulimus ex contextu Græco, cum in duobus antiquis exemplaribus Colbertino & Turonensi legatur *cum*, in Bellovacensi vero *co*. Male autem Contius edidit *corpus*. d *Duob. consid.*) Codex Bellovac. & Concilium V. *duobus iterum considentibus*. e *Adunationem*) Codex Bellovac. & Concilium V. *unitionem cum propria carne*. Ita etiam Crabbus. Et paulo post pro *adunationem* legitur in eodem libro Bellovacensi & in Concilio V. *unitionem*. f *Necesse est enim*) Codex Bellovac. & Concilium V. *Omnino eatem necesse est distinguere & dicere hominem quidem specialiter filii vocatione honoratum, specialiter autem iterum Dei verbum filiationis nomen & rem naturaliter*. g *Quod v. c. f. e. verbum*) Hæc non extant in codice Colbertino neque Turonensi neque in editione Contiana. Extant tamen in Bellovacensi & in omnibus aliis exemplaribus, præterquam in collectione Quesnelli. h *Participatus est*) activa significatione. In libro Bellovacensi & in Concilio V. legitur *participavit sanguinem & carnem*. i *Hoc allegat*) Crabbus: *Ipsud allegat ubique subtilis fidei ratio*. Codex Bellovac. & Concilium V. *Hoc adunitas ubique integra fidei ratio*. Concilium Chalcedonense: *Hoc ubique tenet fidei ratio protestatur*. Ita etiam editio Quesnelli. k *Non quasi natura*) Codex Bellovac. & Concilium V. in codice Joliano: *non quod verbi natura aut deitatis ejus initium ut esset accepit*. Crabbus: *non quia natura verbi vel deitas ejus ex sancta virgine initium ut esset accepit*. l *Allequere*) Hæc non extant in codice Bellovacensi neque in Concilio V. neque in Chalcedonensi. Desunt etiam in editionibus quæ habentur apud Crabbum & Quesnellum. Non dubito tamen quin vere sint hujus loci, præsertim cum sint in Græco textu.

m *Reverent.*) Codex Bellovac. *Venerando & reverentissimo comministratori Cyrillo Nestorius*. n *Injurias*) Hanc Nestorii epistolam ex ista versione citat Liberatus, & ex eadem extat in collatione sexta Concilii Quinti. Extat porro etiam ex interpretatione Marii Mercatoris. o *Dilata rer.*) Ita codex Bellovacensis & Concilium Quintum. Colbertinus & Turonensis & editio Contii habent, *set per ipsas litteras tunc tempore ad eas responsionem. Hic vero tacit.* p *Secundum quod poss.*) Codex Bellovac. & Concilium V. *ut possibile est*.

q *Obscuri*) Concilium V. *obscura & indigesta loquacitatis cavens fastidium*. Multa hic desunt in codice Bellovacensi. r *Quid autem mihi*) Concilium V. *Quid autem vel. hoc quod dico, Attende*.

s *Sanctum reperies*) Codex Bellovacensis & Concilium V. *distinum filium reperies*. t *Nec recentem*) Idem codex & Concilium V. *nec recent natum patri consempiternum, nec resurrexisse eam*.

(a) In Cassinen. additus veteri sed forte alia manu: In acymitentium XV. jacet.

fraternam medelam adhibueris, ipsas tibi sanctorum illorum voces apponens, a calumnia quæ contra illos est liberabo & ab illa quæ contra divinas scripturas per illos est. *Credo igitur & in Dominum nostrum Jesum Christum filium ejus unigenitum*. Considera quomodo [a] Dominus & Jesus Christus unigenitus filius, primum ponentes communia deitatis & humanitatis, ut fundamenta, nomina, tunc humanationis & [b] passionis, resurrectioni superædificant traditionem, ut nominibus naturæ utriusque communibus quibusdam significativis propositis, neque quod filiationis & proprietatis est secetur; [c] neque ea quæ naturarum sunt in filiationis singularitate confusionis exterminatione periclitentur. In hoc enim eis eruditor Paulus factus est, qui humanationis divinæ [d] memoriam faciens & futurus inferre quæ passionis sunt, prius ponens *Christus* commune, sicut paulo ante dixi, naturarum nomen, infert [e] sermonem utrasque condecentem naturas. Quid enim dixit? *Hoc sapiatur in vobis quod & in Christo Jesu; qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est* [f] *esse æqualis Deo*; sed ne per singula [g] dicam, *obediens factus est usque ad mortem, mortem autem crucis*. Quoniam enim memoriam mortis facturus erat, ut ne verbum Deum [h] hinc aliquis æstimet passibilem, ponit *Christus* impassibilis & passibilis substantiæ in singulari persona appellationem significativam, quatenus impassibilis Christus & passibilis sine periculo [i] vocetur, impassibilis quidem deitate, passibilis autem corporis natura. [k] Multa dicere de hoc valens, & primum quidem neque nativitatis in dispensatione sed humanationis sanctos illos memoriam fecisse patres, brevis sermonis in initiis pollicitationem sentio refrænare sermonem & ad secundum tuæ dilectionis movere capitulum, in quo naturarum quidem laudabam divisionem secundum humanationis & deitatis rationem & earum in unius personæ conjunctionem, [l] & cum Deum verbum secunda ex muliere non eguisse dicitur nativitate, & passionis incapabilem profiteri deitatem. Orthodoxa enim, sicut vere est, hujusmodi sunt & hæresium omnium [m] pravis sensibus circa dominicas naturas contraria. Reliqua autem, siquidem aliquam sapientiam occultam inserebant legentium auribus incomprehensibilem, tuæ est diligentiæ scire. [n] Mihi ergo prima pervertere videbantur. In primis enim impassibilem prædicatum & secundæ nativitatis incapabilem, iterum passibilem & [o] in recenti iterum creatum nescio quomodo [p] intulit, [q] quasi hæc quæ secundum naturam Dei verbi sunt, templi copulatione corrupta sint, aut parum aliquid hominibus putetur quod sine peccato templum & a divina inseparabile natura pro peccatoribus nativitatem & mortem sustinuisset, aut non credi debeat dominica vox ad Judæos clamans: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud:* non: *Solvite meam divinitatem, & in tribus diebus* [r] *suscitabitur*. Rursus dilatare hic volens, a tuæ [s] promissionis re colligor memoria. Dicendum tamen est, brevi sermone me utente. Ubique divina scriptura, [t] quandoque memoriam facit dominicæ [u] disputationis, nativitatem nobis aut passionem non deitatis sed humanationis Christi tradidit, ut vocetur secundum [x] integram appellationem sancta virgo Christi genitrix, non Dei genitrix. Et audi hæc evangeliis clamantibus. *Liber*, inquit, *generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham*. Et certum est quia David filius Deus verbum non erat. Accipe & aliud, si placet, testimonium. *Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, ex qua natus est Jesus qui dicitur Christus*. Considera iterum alteram adtestantem nobis vocem: *Jesu vero generatio ita est. Desponsata enim matre ejus Maria Joseph, inventa est in utero habens de spiritu sancto*. Creaturam vero spiritus quis utique unigeniti æstimabit deitatem? [y] Quid oportet dicere, & quod ait quia *mater Jesu erat ibi*; & rursus, *cum Maria matre Jesu, & quod in ea natum est, de spiritu sancto est, & accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum*: & de filio ejus qui factus est ei ex semine David secundum carnem, & de passione rursus, quia Deus filium suum misit in similitudine carnis peccati, & de peccato condemnavit peccatum in carne. Et iterum. *Christus mortuus est pro peccatis nostris, & Christo passo carne*. Et hoc est, non deitas, sed corpus meum, quod pro vobis frangitur; & mille aliis vocibus [z] protestantibus hominum genus non filii putare deitatem recentem, aut passionis corpo-re æ

a *Dominus & Jesus*) Item codex & Concilium V. *Dominus & Jesus & Christus & unigenitus & filius*.
b *Passionis Resurr.*) Ibidem: *& resurrectionis & passionis*.
c *Neque ea quæ nat.*) Ibidem: *neque naturarum in filiationis singularitate conf. ext. periclitetur*.
d *Memoriam*) Ibidem, *mentionem, & ea quæ passionis sunt inlatuous*.
e *Sermonem*) Ibidem: *dictum utrisque condecens naturis*. f *Esse æqualis*) Ita codices Colbertinus & Turonensis, quibus Concilium V. concordat. Bellovacensis habet, *esse se æqualem Deo*.
g *Dicam*) Codex Bellovac. & Concilium V. *discurram*. h *Hinc aliquis*) Ibidem: *ne Deum verbum ex hoc quisquam possibile suspicetur, ponit*. i *Vocetur*) Contius, *nominetur*.
k *Multa dicere*) Codex Bellovac. & Concilium V. *Multa de hoc potens dicere, & primum quidem quod non nativitatem in disp. sed humanationem sanctos illos patres commemorasse*.
l *Et cum Deum*) Codex Bellovac. *& quod Deum verbum*. Concilium V. *& Deum verbum secunda*.
m *Pravis sensibus*) Codex Bellovac. & Concilium V. *malis sectis*.
n *Mihi ergo*) Ibidem: *Mihi enim*. o *In recenti*) Ibidem, *recens*.
p *Intulit*) Contius, *intulisti*, quam lectionem in margine adnotarunt editores Romani.
q *Quasi hæc*) Codex Bellovacensis & Concilium V. *quasi secundum naturam Deo verbo accidentibus templi copulatione corrupta, aut parum putatur quod sine*.
r *Suscitabitur*) Codex Bellovac. *resurget. Iterum & hic lastus volens dicere, promissionis meæ memoria contrahe. Dicendum est tamen*. Concilium V. in antiqua exemplaribus ita etiam habet; nisi quod in uno scriptum est *contrahar*, in alio *consicear*. s *Tuæ promissionis*) Hanc lectionem, quæ primo statim intuitu falsa esse videtur, exhibent veteres codices Colbertinus & Turonensis, cum in Bellovacensi legatur *meæ*. Sed hoc loco vox *tuæ* sic intelligenda est quasi diceret, promissionis a me tibi facta, adeoque tuæ.
t *Quandoque*) Ita omnia vetera exemplaria. Sed legendum est *Quandocunque*. Contii editio habet *quando*.
u *Disputationis*) Quamvis ita habeant omnia exemplaria Concilii Ephesini, legendum tamen *dispensationis*, & sensus ostendit, & probat versio antiqua quæ extat infra in cap. 201. synodici.
x *Integram*) Codex Bellovac. & Concilium V. *scrupulosam*. y *Quid oportet*) Codex Bellovac. & Concilium V. *Quid oportet dicere quia mater Jesu erat ibi*.
z *Protestantib.*) Codex Bellovac. & Concilium V. *attestantibus*.

rem capabilem, sed conjunctam naturæ deitatis carnem. Unde & Dominum David Christus semetipsum & filium nominat. *Quid enim*, ait, *vobis videtur de Christo, cujus est filius? Dicunt ei: David. Respondit Jesus, & dixit eis: Quomodo ergo David in spiritu Dominum eum vocat dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis*, utpote filius existens omnino David secundum carnem, secundum deitatem autem Dominus. [a] Esse enim filii deitatis corpus templum, & templum secundum summam quandam & divinam unitum conjunctionem, quatenus propria ducat quæ ejus sunt divina natura, confiteri bonum est & dignum evangelicarum traditionum. Nomini vero propriæ factæ carnis atterere etiam carnis proprietates, nativitatem dico & passionem & mortem, aut [b] errantis est secundum paganos, frater, intelligentiæ, aut læsæ mentis Apollinaris & Arii & quæ sunt aliarum ægrotantium hæreseon, [c] magis vero illis aliquid gravius. Necessitas enim est ad proprietatem hujusmodi substractos nominis & lactis nutrimenti socium propter proprietatem Deum verbum facere & paulatim incrementi participem, & in tempore passionis, pavoris etiam, & auxilio angelico egulisse. Et taceo circumcisionem & sacrificium & sudores [d] & esuriem, quæ tamquam propter nos carni quidem contigerunt, [e] adoranda coaptanda. In deitate vero hæc mendacia sunt, cum suscipiuntur & a nobis calumniæ blasphemiæ condemnationis causa. Hæ sunt sanctorum patrum traditiones, hæc divinarum scripturarum præcepta. Sic aliquis & quæ sunt misericordiæ divinæ & quæ sunt auctoritatis deificæ loquitur. *Hæc meditare, in his esto, ut tuus profectus manifestus sit omnibus*, [a] Paulus ad omnes dicit. Quod vero pro scandalizatis curam geris, bene facis solicitus. Et gratulamur divinorum curam gerenti animæ tuæ & de nobis solicitæ. Cognosce autem deceptum esse temetipsum [f] ab eis qui hic a sancta synodo depositi sunt, [g] utpote quæ sunt Manichæorum sapientes, aut forte a clericis qui sunt tuæ caritatis. Quæ sunt enim Ecclesiæ, quotidie proficiunt, & [h] populi in augmentum per gratiam Dei sunt; ut videntes multitudines quæ sunt Prophetæ clament: *Impleòtur terra ad cognoscendum Dominum quasi aqua multa cooperire maria*. [i] Etiam quæ regni sunt, in supereminenti lætitia sunt, inluminato dogmate. Et ut colligens scribam, illam in omnibus hæresibus quæ [k] contra Deum reluctantur Ecclesiæ rectis dogmatibus quotidie quis reperiet apud nos impleri: *Domus Saul ibat & infirmabatur, & domus David ibat & firmabatur*. Hæc a nobis, utpote fratribus, ad fratrem suasiones sunt. Si vero aliquis contendit, [l] præconabitur & per nos ad hujusmodi Paulus: *Nos talem consuetudinem non habemus, nec ecclesia Dei*. Omnem quæ tecum est in Christo fraternitatem & ego & qui mecum sunt plurimum salutamus. [m] Incolumis orans pro nobis permaneas, Domine honoratissime & Deo (*a*) amabilis.

(1) Melius, *Et ad omnes, ut Paulus dicit*. Hard.

Isa. 11.

Incipit epistola synodica Cyrilli Alexandrini Episcopi ad Nestorium Constantinopolitanum Episcopum. (*b*)

CAP VIII.

REverentissimo & Deo amantissimo comministro Nestorio [n] Cyrillus & quæ convenit synodus in Alexandria ex Ægyptiaca diœcese in Domino salutem. [o] Salvatore nostro dicente aperte, *Qui* [p] *amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus, & qui amat filium vel filiam super me, non est me dignus*, quid patiamur nos, qui a tua reverentia exigimur te diligere super omnium nostrum salvatorem Christum? Quis nos in die judicii [q] juvare poterit, aut quam reperiemus excusationem, qui silentium ita longum dileximus in factis a te contra ipsum blasphemiis? Etsi quidem temetipsum solum læderes talia sapiens & docens, minus utique curæ esset. Quoniam vero omnem scandalizasti Ecclesiam, & fermentum insolitæ hæreseos & [r] peregrinæ injecisti populis, & non ibidem solummodo constitutis, sed enim & his qui ubique

sunt,

---

a *Esse enim*) Codex Bellovac. *Esse quidem deitatis filii corpus templum, & templum summa quadam & divina unitum conjunctione, quatenus propria dicat deitatis natura bonum est confiteri & evangelicis traditionibus dignum. Nominis vero proprietatem atterere*. Concilium V. *Esse quidem deitatis filii cor. tem. & tem. secundum summam quandam, & divinam unitum conjunctionem, ut quæ sunt corporis, deitas propria ducat, bon. e. conf. & ev. trad. dignum. Nomini vero proprietatis adscribere & carnis proprietates*.

b *Errantis*) Codex Bellovac. *errantis est, frater, intelligentia secundum paganos, aut desipientis Apollinaris*. Ita etiam in Concilio V. c *Magis vero*) Codex Bellovac. & Concilium V. *Magis autem si quid est illis gravius. Necesse est enim hujusmodi, qui proprietatis nomine attribuuntur, & lactationis consortem propter proprietatem Deum verbum facere, & paulatim nutrimenti* (Concilium V. *incrementi*) *participem, & pavoris tempore passionis auxilio etiam angelico indigentem*. d *Et esuriem*) Hæc non extant in codice Colbertino neque in Turonensi neque demum apud Concilium. Addita autem sunt ex Bellovacensi. In Concilio V. legitur *esurisionem*. In Græco est [illegible] *dicitur, famem & sitim*. e *Adoranda coaptanda*) Codex Bellovacensis & Concilium V. *adorabilia contingentia. In deitate vero hæc falsa suscepta, & nobis tanquam calumnia justa condemnationis causa sunt*. f *Ab eis*) Id est, a Philippo Presbytero Constantinopolitano. Vide supra in commonitorio Cyrilli. g *Utpote quæ*) Codex Bellovacensis: *utpote sapientes ea quæ Manichæorum sunt, aut certe forsitan dilectionis tuæ Clericis*. h *Populi in augm.*) Ibidem: *populorum sancta multitudo crescit per gratiam Christi*. i *Etiam quæ regni*) Ibidem: *Principes vero incredibile gaudium habent, etiam quæ regni sunt inluminato dogmate. Et ut compendiose dicam*.

k *Contra Deum rel.*) Ibidem: *contra Deum certant & contra Ecclesiæ recta dogmata, quotidie quis reperies apud nos impleri*. l *Præconabitur*) Ibidem, *clamabit*.

m *Incolumis*) Concilium V. *Salvus & pro nobis orans permaneas, Domine honoratissime & Dei cultor*.

n *Cyrillus*) Contius: *Cyrillus Episcopus & synodus quæ convenit*. o *Salvatore*) Hanc epistolam ex alia versione citat Liberatus. Ex alia item versione, sed quæ multa habet communia cum ista, extat in collatione sexta Quintæ synodi. Eandem paucis admodum mutatis edidit Christianus Lupus in collectione veterum epistolarum. Aliam quoque versionem antiquam reperire licet supra.

p *Amat*) Concilium V. *diligit*. q *Juvare*) Ita codices Bellovacensis & Colbertinus, Concilium V. & Contius. Codex Turonensis habet *adjuvare*. r *Peregrinæ*) Concilium V. *extraneæ*.

(*a*) Casin. *colentissime*. Tum additur manu æque vetusta, sed minutiori charactere: *scripta est mense Junio, indictione IIIdecima*.

(*b*) Cod. Vatican. addit. *Scripta mense Junio Indictione XI*.

sunt, [a] (Delati namque sunt tuorum expositorum codices) [b] qualis jam nostra taciturnitatis sufficiet sermo, aut quomodo non necessarium est meminisse, dicentes Christo: *Non putetis quia veni mittere pacem super terram. Non veni mittere pacem, sed gladium. Veni enim dividere hominem contra patrem suum & filium contra matrem suam.* Cum enim [c] fideles laduntur, rumpitur quidem ut irrita & vitiosa parentum reverentia, quiescat quoque & quæ in filios est [illegible], & jam melior sit mors quam vita, ut melioremresurrectionem mereamur, secundum quod scriptum est. [d] Ecce igitur simul præsidente sanctæ synodo quæ in magna Roma congregata est sanctissimo & reverentissimo fratre & commministro nostro Cælestino Episcopo tertia hac contestamur scriptura, ne [e] vanissimis & distortis dogmatibus quæ & sapis & doces, [f] adprehendere autem rectam fidem quæ Ecclesiis ab initio tradita est per sanctos Apostolos & Evangelistas, qui & perspectores & [g] ministri facti sunt. Aut si hoc non egerit tua reverentia secundum definitas induciias in literis memorati sanctissimi & reverentissimi Episcopi & commministri nostri [h] Romanorum Cælestini, cognosce te ipsum nullam [i] sortem habentem nobiscum, neque locum in sacerdotibus Dei & Episcopis. Non enim possibile est præterimittere nos Ecclesias sic perturbatas & scandalizatos populos & rectam fidem injurias sustinentem & dissipatos a te greges, qui salvare debueras, siquidem esses secundum nos rectæ gloriæ amator, sanctorum patrum [k] investigatus pietatem. [l] Omnibus autem qui a tua reverentia separati sunt propter fidem vel [m] depositionem, tam laicis, quam clericis, communicatores sumus omnes. [n] Nec enim æquum est rectum sapere cognoscentes tuis condemnare sententiis, quia tibi bene facientes contradixerunt. Hoc enim [o] ipsum indicasti in epistola quæ scripta est a te ad magnæ Romæ sanctissimum [p] coepiscopum nostrum Cælestinum. Non sufficiet autem tuæ reverentiæ confiteri solum fidei symbolum, quod expositum est [q] in tempore per spiritum A sanctum a sancta & magna synodo tunc in tempore congregata in Nicæa. Intellexisti enim & interpretatus es hoc non recte, distorte autem magis, quamvis confitearis voce [r] sermonem. Sed hæc consequens est scripto & cum juresjurando confiteri quia & anathematizas quidem tua [s] prava & profana dogmata, sapis autem & docebis quæ & nos omnes & [t] qui in occidente & oriente Episcopi & doctores populorum præpositi. Consensit autem & Romana sancta synodus & nos omnes recte habentibus & inreprehensibiliter epistolis ad tuam reverentiam scriptis ab [u] Alexandrinorum Ecclesia. [x] Subdidimus autem his nostris literis quæ te oporteat sapere & docere, & a B quibus abstinere convenit. Hæc enim catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ fides est; cui consentiunt omnes quique in occidente sunt & qui in oriente orthodoxi Episcopi. *Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium invisibiliumque factorem, & in unum Dominum Jesum Christum filium Dei, natum de patre unigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & in terra, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit & incarnatus est & [y] humanatus, passus, & resurrexit tertia die; ascendit in cœlos, venturus judicare vivos & mortuos, & in* C *Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, & prius quam nasceretur non erat, & quia ex non extantibus factus est, aut ex alia [z] subsistentia vel substantia, dicentes esse aut convertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.* Sequentes autem ubique sanctorum patrum confessiones, quas fecerunt loquente in eis sancto spiritu, [aa] & intelligentiæ quæ in eis est investigantes intentionem, [bb] per regiam viam incidentes, dicimus quia [cc] ipsum unigenitum Dei verbum, [dd] quod ex ipsa natum patris substantia est, quod ex Deo vero Deus verus, lumen de lumine, quod est, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & in terra, propter salutem nostram descendens, semetipsum de-

a *Delati*) Concilium V. *circumducti sunt etenim.* b *Qualis jam*) Codex Bellovac. *quis jam nostra.* Concilium V. *quæ jam pro nostra taciturnitate sufficiet ratio.* c *Fideles laduntur.*) Codex Bellovac. & Concilium V. *fides laditur, valeat quidem ut irrita & vitiosa* (Concilium V. *infirma*) *circa parentes reverentia.*

d *Ecce igitur*) Concilium V. *Ecce igitur una cum synodo quæ in magna Roma congregata est, præsidente sanctissimo &c.* e *Vanissimis*) Codex Bellovac. *vanis sic.* Concilium V. *pravis sic.*

f *Adprehendere*) Concilium V. *pro his autem eligere rectam fidem.* g *Ministri*) Concilium V. *Ministri Verbi.* h *Romanorum*) Idem Concilium: *Romanæ urbis Episcopi.* i *Sortem habent.*) Idem Concilium, *communionem habere nobiscum, neque locum aut verbum inter sacerdotes Dei & Episcopos. Nec enim possibile est deserere nos Ecclesias sic perturbatas & scan. pop. & rec. fidem disperatam & dissipatos.* Codex Bellovacensis mutilus est in hoc loco. k *Investigatus*) Concilium V. *investigans.*

l *Omnib. aut.*) Idem Concilium. *Omnibus autem a tua reverentia separatis propter fidem vel depositis.*

m *Depositionem*) Hæc lectio codicum Turonensis & Colbertini, itemque Bellovacensis. Contius habet *depositi*, Concilium V. *depositis.* n *Nec enim æquum*) Concilium V. *Nec enim justum est illos qui recte sapere cognoverunt tuis condemnari.* Codex Bellovacensis & Contius: *Nec enim æquum est recte sapere cognoscentes tuis condemnare* (Codex Bellovac. *condemnari.*) Colbertinus. *Nec enim æquum est sapere.*

o *Ipsum*) In codicibus Colbertino & Turonensi, *epsud.* p *Coepiscopum*) Ita scriptum est in codice Turonensi & in Colbertino & in editione Contiana. Verum in codice Bellovacensi & in Concilio V. legitur *Episcopum.* q *In tempore*) Ita codex Colbertinus & Turonensis & Contius. Bellovacensis: *in tempore in spiritu sancto & a sancta & commagna synodo tunc temporis cong. in Nicanorum.* Concilium V. *illo tempore in sancto spiritu a sancta & magna synodo tunc temporis cong. in Nicanorum civitate.*

r *Sermonem*) Concilium V. *distonem. Sed enim consequent.*

s *Prava & profana*) Idem Concilium *scelerata & abominanda.*

t *Qui in occid.*) Concilium V. *qui per occidentem & orientem Episcopi & doctores & populis præsidentes sumus.* Contius, *& populorum præpositi.* Codex Bellovac. *populis præditi.* u *Alexandrin.*) Ita vetusta exemplaria & Contius. Concilium V. legit *Alexandrina.* x *Subdidimus*) Idem Concilium: *Subjecimus.*

y *Humanatus*) Idem Concilium: *homo factus.*

z *Subsistit. vel subst.*) Idem Concilium: *aut ex alia substantia aut essentia.* Codex Bellovacensis mutilus est in hoc loco. aa *Et intellig. q. in eis est.*) Idem Concilium: *& sensuum qui in eis sunt.*

bb *Per Regiam*) Idem Concilium: *tamquam regalem semitam ambulantes.*

cc *Ipsum unigenitum.*) Idem Concilium: *ipse unigenitus.* In his omnibus locis mutilus est codex Bellovacensis.

dd *Quod e. i. natum*) Idem Concilium: *qui ex ipsa natus est.*

deponens in exinanitionem, [a] incarnatum & humanatum est, hoc est, carnem accipiens de sancta virgine, & suam eam faciens, ex vulva secundum nos pertulit nativitatem, & processit homo ex muliere, non hoc quod erat amittens, sed licet factus sit in assumptione carnis & sanguinis, [b] etiam ita permanens quod erat, Deus videlicet natura & veritate. [c] Sed neque carnem dicimus in deitatis verti naturam, neque quidem in naturam carnis ineffabilem Dei verbi translatam naturam. Inconvertibilis etenim est & immutabilis omnino, idem ipse semper manens secundum scripturas. [d] Cum videretur autem & puer & in pannis existens, & in sinu matris virginis, omnem implebat creaturam ut Deus, & confessor erat genitori. Divinitas etenim sine quantitate & magnitudine est, & circumterminationem non sustinet. Uniri autem carni secundum subsistentiam confitentes verbum, unum adoramus filium & Dominum Jesum Christum, neque [e] seorsum ponentes & dividentes hominem & Deum [f] quasi conjunctos ad invicem dignitatis & auctoritatis unitione, (Novitas enim vocis est hoc, & aliud nihil) [g] neque quidem Christum specialiter [h] nominantes & Deum verbum, similiter nec specialiter Christum alterum eum qui ex muliere, sed unum solum scientes Christum ex Deo patre verbum [i] cum sua carne. Tunc enim humane unitus est nobis cum utique his qui digni erant accipere spiritum daret ipse, & non in mensuram, sicut dicit beatus evangelista Joannes. Sed neque illud dicimus, quia habitavit quod ex Deo verbum est quasi in homine communi de sancta virgine nato, ut non [k] Deum ferens homo intelligatur Christus. Etsi enim dicitur, habitavit in nobis verbum, & in Christo habitare omnis plenitudo deitatis corporaliter, sed tamen sentimus quia factum est caro. Nec sicut in sanctis habitare dicitur, secundum parem modum fieri definimus habitationem; sed unitum secundum naturam, & non in carnem versum, talem fecit habitationem qualem utique [l] habitare dicitur & hominis anima ad proprium suum corpus. Unus igitur Christus & filius & Dominus, non ut conjunctionem simpliciter in unitione dignitatis vel etiam auctoritatis habente homine ad Deum. Non enim unit naturas par honor. Etenim Petrus & Joannes pares honore sunt quidem ad invicem secundum quod & apostoli & sancti discipuli, [m] attamen non unus sunt duo. Neque quidem secundum appositionem conjunctionis intelligimus modum. Non sufficit enim hoc ad unitionem naturalem. Neque quidem quasi secundum participationem affectualem, sicut & nos adhaerentes Domino, secundum quod scriptum est: *Unus spiritus sumus ad eum*. Magis autem conjunctionis nomen recusamus, utpote non idoneum existens significare unitionem. Sed nec Deum nec Dominum Christi ex Deo patre verbum nominamus, ne rursus aperte secemus in duo unum Christum filium & Dominum, & blasphemiae crimen incurramus, Deum suum & dominum facientes eum. Unitum enim, sicut praediximus, Dei verbum carni secundum subsistentiam, Deus quidem est omnium, dominatur autem universitati: [n] Neque enim ipse sibi servus est aut dominus. Fatuum enim est, magis autem & impium, ita sapere vel dicere. Ait enim Deum suum patrem, cum sit Deus natura & ex substantia ejus. Sed non ignoravimus quia cum sit Deus, & homo factus est sub Deo secundum legem quae condecet humanam naturam. Ipse vero sibi quomodo fiet Deus aut dominus? [o] Ergo ut homo, & quantum attinet & decet exinanitionis mensura, sub Deo nobiscum semetipsum esse dicit. Sic factus est & sub lege, cum locutus ipse sit legem, & legislator existens ut Deus. Recusamus autem [p] dicere. Propter indutum indumentum veneros, propter invisibilem adoro quod videtur. Pavore plenum est super hoc etiam illud dicere. Assumptus assumenti coappellatur Deus. Qui enim haec dicit, secat iterum in duo Christum, & hominem statuit [q] per partem specialiter & Deum similiter. Denegat enim evidenter unitionem secundum quam non ut alter alteri coadoratur quispiam. Neque quidem coappellatur Deus, sed unus intelligitur Christus Jesus filius unigenitus una [r] adoratione honorandus cum sua carne. Confitemur autem quia ipse ex Deo patre natus filius [s] & Deus unigenitus, [t] licet secundum naturam suam existens impassibilis; carne passus est pro nobis secundum scripturas, & erat in crucifixo corpore suae carnis impassibiliter [u] proprias faciens passiones. Gratia autem Dei pro omnibus gustavit mortem, dans ei suum cor-

a *Incarnatum*.) Codex Bellovac. & Concilium V. *& incarnatus est & humanatus, hoc est, carnem accipiens de sancta virgine, & suam eam faciens de vulva* (Concilium V. *factis ex vero, & sic.*) *secundum nos pertulit nativitatem, & processit homo ex muliere, non hoc quod erat amittens, sed quamvis factus in adsumptione.*

b *Etiam ita perm.* Codex Bellovac. *& sic permansit*. Concilium V, *& sic mansit*.

c *Sed neque carnem.*) Codex Bellovacensis: *Neque carnem autem dicimus*.

d *Cum videretur.*) Concilium V. *Cum videretur autem & infans & pannis involutus adhuc & in sinu genitricis virginis, & tunc omnem implebat creaturam ut Deus, & confidebat genitori, Divinitas etenim sine quantitate & sine mensura est, & circumterminationem non suscipit. Unitum autem esse verbum carni secundum substantiam confitentes, unum adoramus.* e *Seorsum*.) Codex Bellovac. & Concilium V. *per partem*.

f *Quasi*) Concilium V. *utpote conj. sibi invicem*. g *Neque quidem*.) Idem Concilium: *neque Verbum quod ex Deo est, specialiter Christum nominantes, & similiter modo specialiter quasi Christum, alterum eum qui ex muliere est*. Vide ibi reliqua. h *Nominantes*) Codex Bellovacensis: *nominantes ex Deo verbum, & similiter specialiter*. i *Cum sua carne*.) Idem codex: *cum propria carne. Tunc enim humane conversatus est nobiscum, cum his utique qui digni erant accipere spiritum sanctum*.

k *Deum ferens*.) Ita vetera exemplaria. Concilium V. habet *deifer*. Male apud Contium, *Dominum ferens*.

l *Habitare dicitur*.) Legendum isthic esse *habere* certum est. Et sic editum infra in interpretatione Marii Mercatoris, & in synodico. m *Attamen*.) Codex Bellovac. *verumtamen*.

n *Neque enim*.) Codex Bellovac. *Neque vero*. Ita etiam in Concilio V. o *Ergo ut homo*.) Codex Bellovacensis. *Ergo ut homo quantum attinet ad quod decet exinanitionis mensura sub Deo nobis semetipsum esse dicit*. p *Dicere*.) Codex Bellovacensis & Concilium V. addunt *de Christo*.

q *Per partem*.) Id est, seorsum, ut supra. Unde in Concilio V. scriptum est *separatim*.

r *Adoratione honorandus*.) Codex Bellovac. *adoratione adorandus*. Concilium V. *adoratione venerandus*.

s *Et Deus unigenitus*.) Ita vetera exemplaria & Concilium quintum. Contius habet, *unigenitus & Deus*.

t *Licet secundum*.) Codex Bellovac. *cum utique secundum naturam suam existens impassibilis*. Concilium V. *cum utique secundum suam naturam impassibilis esset*. u *Proprias*.) Codex Bellovac. *suas proprias*.

corpus, quamvis secundum naturam existens vita, & ipse sit resurrectio. Ut enim per inefsabilem naturam conculcans mortem, ut primum quidem per suam carnem fiat primogenitus ex mortuis & primitias dormientium, iter faciat etiam humanæ naturæ ad incorruptionis recursum, gratia Dei, sicut diximus super, pro omnibus gustavit mortem; triduatus etiam revixit, expolians infernum. Unde sicut dicatur per hominem facta resurrectio mortuorum; sed intelligimus hominem factum ex Deo patre verbum & solutam esse per eum mortis potestatem. Veniet autem in tempore ut unus filius & Dominus in gloria patris, ut judicet mundum [a] in justitia, sicut scriptum est. Necessario vero & illud adjiciemus. Adnuentiantes enim secundum carnem mortem unigeniti filii Dei, hoc est Jesu Christi, & ex mortuis resurrectionem & ad cœlos ascensionem confitentes, [b] sine sanguine in Ecclesiis celebramus sacrificium. Accedimus etiam ita ad mysticas benedictiones, & sanctificamur, participes [c] effecti sanctæ carnis & pretiosi sanguinis omnium nostrum salvatoris Christi; & non ut carnem communem [d] accipimus, absit, neque quidem ut viri sanctificati & conjuncti verbo secundum unitionem dignitatis, vel etiam quasi inhabitationem divinam habentis, sed ut vivificatoriam vere & [e] propriam ipsius verbi. [f] Vita enim est secundum naturam ut Deus. Quoniam autem fecit suam carnem, vivificatoriam eam ostendit. Quare licet ad nos dicat. *Amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis ejus sanguinem*, [g] non ut hominis communis secundum nos uniuscujuslibet hanc esse æstimamus, (Quomodo enim hominis caro vivificatoria erit secundum naturam suam?) sed ut propriam vere factam ejus qui propter nos & filius hominis factus est & appellatus. Evangelicas autem salvatoris nostri voces nec subsistentiis duabus neque quidem personis dividimus. Nec enim est duplex unus & solus Christus, licet ex duabus intelligatur & diversis rebus in unitionem [h] indivisibilem introductis; sicut certe homo ex anima intelligitur & corpore, & non duplex magis, sed unus ex utroque. [i] Humanas etiam ad hoc & deificas voces ab uno di-

ci certi sumus, sapientes vobis. Quando enim Deo decibiliter dicit de semetipso, *Qui vidit me, vidit patrem, & ego & pater unum sumus*, divinam ejus & inefsabilem [k] sentimus naturam, secundum quam & unum est ad suum patrem, [l] propter id quod ejusdem substantiæ imago & figura & splendor gloriæ ejus sit. Quando autem humanitatis mensuram non [m] exhonorans Judæos alloquitur, *Modo me quæritis* [n] *occidere, hominem qui veritatem vobis locutus sum*, iterum nihilominus [o] eundem qui in æqualitate & similitudine est patris Deum verbum, & ex humanitatis ejus mensuris agnoscimus. Si enim est necessarium credere quia Deus existens natura, factus est caro vel homo animatus anima rationali, qualem utique habebit rationem [p] vereri quempiam in vocibus ejus, si factæ sunt hominem condecentes? Si enim recuset hominem decentia verba, quis est qui coegit eum fieri secundum nos hominem? [q] Qui deposuit semetipsum in spontaneam exinanitionem, ob quam causam recusavit exinanitioni convenientes sermones? Uni igitur personæ in evangeliis quæ sunt omnes applicentur voces subsistentiæ unius verbi incarnati. Unus enim Jesus Christus secundum scripturas. Si autem vocatur & Apostolus & Pontifex confessionis nostræ, ut sacrificans Deo & patri quæ ex nobis est suam & per se Deo patri oblatam fidei confessionem, necnon sancto spiritui, iterum ipsum esse dicemus ex Deo secundum naturam [r] unigenitum, & non homini impertiemus quidem præter ipsum alteri sacerdotii nomen; & ipsa vero re. Factus est enim mediator Dei & hominum & conciliator pacis, semetipsum consecrans in odorem suavitatis Deo & patri. Nam & dicebat: *Sacrificium & oblationem noluisti, holocaustomata & de peccato non* [s] *placuisti, corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me* [t] *facere voluntatem tuam.* Obtulit enim pro nobis in odorem suavitatis suum corpus, & non magis pro se, [u] potior existens omni peccato ut Deus. Si enim omnes peccaverunt & egent [x] gloria Dei, secundum quod facti sumus nos prompti ad transgressionem, & infirmata est [y] & ægrotavit humana natura in peccato, ipse vero non ita, [z] & egui-

a *In Justitia.*) Codex Bellovac. & Concilium V. *secundum justitiam.*
b *Sine sanguine.*) Codex Bellovac. *mundum*, id est, incruentum.
c *Effecti sancta.*) Ita Contius, & exemplaria Colbertinum ac Turonense. Bellovacense & Concilium V. *effecti tam sanctæ carnis quam pretiosi sanguinis.*
d *Accipimus.*) Idem exemplar Bellovac. & Concilium V. *accipiemus.*
e *Propriam.*) Idem exemplar & Concilium, *suam.*
f *Vita enim est.*) Idem codex Bellovacensis: *Vita enim existens secundum naturam ut Deus, quoniam factus est ad suam carnem, vivificatoriam eam ostendit.* Concilium V. *Vita enim existens secundum naturam ut Deus, quoniam factus est unum cum sua carne, vivificam eam ostendit.*
g *Non ut hominis.*) Hæc est lectio codicis Turonensis & Colbertini, tum etiam editionis Contiana. Codex Bellovacensis habet *non ut hominis secundum nos unius & hanc esse æstimamus.* Ita etiam in Concilio V.
h *Indivisibili introductis.*) Hæc addita sunt ex codice Bellovacensi, quæ neque extant apud Contium neque in aliis antiquis exemplaribus. In Concilio V legitur, *in unitionem individuam coadunatus.*
i *Humanas etiam.*) Codex Bellovac. & Concilium V. *sed humanas etiam & super hoc divinas ab uno dictas esse recte sentimus. Quando enim Deo condecenter dicit de semetipso* Concilium V. *divine dicitur de ipso.*
k *Sentimus.*) Codex Bellovac. & Concilium V. *intelligimus.*
l *Propter id.*) Idem codex & Concilium V. *propter identitatem substantiæ, imago etiam & figura & splendor gloriæ ejus. Quando.*
m *Exhonorans.*) Concilium V. *dedignans.*
n *Occidere.*) Concilium V *interficere.*
o *Eundem.*) Idem Concilium, *ipsum.*
p *Vereri quempiam.*) Concilium V. *erubescere quosdam.*
q *Qui deposuit.*) Idem Concilium: *Qui vero descendit propter nos in spont. exin. ob q. ca. recusavit exinanitioni convenientia verba?* Vide reliqua ibi.
r *Unigenitum.*) Codex Bellovac. *filium unigenitum.* Ita etiam in Concilio V.
s *Placuisti.*) Codex Bellovac. *complacuisti.* Concilium V. *complacuit*, ut quidem legitur in antiquis codicibus: sed editiones vulgatæ habent *complacuerunt.* Contius, *placuerunt.*
t *Facere voluit.*) Codex Bellovac. & Concilium V. *facere Deus voluntatem.*
u *Potior existens.*) Codex Bellovacensis: *Quali enim indigebat oblatione vel sacrificio pro se extra omne peccatum existens ut Deus?* Concilium V. *Qua enim indigeret oblatione vel sacrificio pro se, superior omni peccato existens ut Deus?*
x *Gloria Dei.*) Ita vetera exemplaria omnia. Ita etiam Concilium Quintum. Contius habet *gratia.* Quo malo legendum esse admonuerunt editores Romani in margine Concilii V.
y *Et ægrotavit.*) Hæc desunt in codice Bellovacensi & in Concilio V.
z *Et egutinn.*) Codex Bellovac. & *indigemus.* In Concilio V. & *eluctimur.*

& equidem ab hac gloria ejus, quam-do jam ipse ambiguum quia [a] mactatus est propter nos & pro nobis agnus Dei servus, & dicere quia abluit semetipsum pro se & pro nobis, cultum ejus nullo modo ab impietatis criminibus. Deliquit enim nullo modo, neque fecit peccatum. [b] Qua ergo equit oblatione, peccato non existente pro quo utique fieret? Et valde congruum esset. Cum autem dicit de spiritu, *illi me glorificavit*, intelligentes recte, non ut gloria indigentem alterius, dicimus unum Christum & filium a sancto spiritu gloriam accipere, quia nec potior eo est, [c] & super eum ejus spiritus est. Quoniam autem ad demonstrationem suæ divinitatis utebatur suo spiritu ad magnas operationes, glorificari se ab eo dicebat; [d] veluti si quispiam dicat eorum qui secundum nos sunt de insita sibi fortitudine forsitan vel disciplina vel de quolibet, quia glorificabunt me. Quamvis enim est in subsistentia spiritus speciali, (Nam & intelligitur per se secundum quod spiritus est & non filius) sed tamen non est alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur, & est Christus veritas, & profluit ab eo, sicuti denique & ex Deo patre. Operatus est enim spiritus, & per manum sanctorum Apostolorum mirabilia post ascensum Domini nostri Jesu Christi ad cœlos, glorificavit eum. Creditus est enim, quia Deus secundum naturam est, iterum ipse operans per suum spiritum. Propter hoc & dicebat: *De meo accipiet, & nuntiabit vobis*. Et non uspiam dicimus, quasi ex participatione spiritus est sapiens & potens. Undique enim perfectus est, & non indiget omni bono. Quoniam autem patris virtutis & sapientiæ, hoc est, filii, spiritus est, ipsa re sapientia est & virtus. Quoniam vero Deum adunitum carni secundum subsistentiam sancta virgo genuit carnaliter, hinc & Dei genitricem esse dicimus eam, non quasi Dei verbi natura essentiæ initium habente de carne, (Erat enim in principio, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum, & ipse est [e] sæculorum factor, consempiternus patri, & omnium opifex) sed sicut jam prædiximus, quoniam secundum subsistentiam unicus sibi humanitatem, & ex vulva ejus nativitatem sustinuit carnalem, [f] Non ut indigens necessario sui propter suam naturam etiam in tempore & in ultimis saeculi momentis nativitate, sed ut ipsum silentium nostrum benedicat [g] initium, & parienti muliere cum adunitum carni, quiescat jam quæ contra omne humanum genus erat maledictio transmittens ad mortem [h] terrena nostra corpora, & illud, quod in tristitia paries filios, per ipsum [i] destructum, verum offenderet quod prophetæ voce dictum est: *Absorbuit mors prævalens*. Et iterum: *Abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie*. Propter hanc enim causam dicimus eum dispensative & ipsas benedixisse nuptias, [k] & pertexisse vocatum in Chana Galilææ simul cum sanctis Apostolis. Hæc sapere edocti sumus tam a sanctis Apostolis quam Evangelistis & omni a Deo inspirata scriptura & ex beatissimorum patrum vera confessione. His omnibus & tuam reverentiam consentire oportet & [l] polliceri sine dolo aliquo. Quæ vero sunt [m] necessario anathematizare tuam reverentiam, subjecta sunt huic nostræ epistolæ.

Anathematismus primus.

I. Si quis non confitetur Deum esse secundum veritatem Emmanuel, & propter hoc Dei genitricem sanctam virginem, (genuit enim carnaliter carnem [n] factum ex Deo verbum) anathema sit. Concili cum MS. Cod. Lucensi signato num. 49.

II. Si quis non confitetur carni secundum (*a*) subsistentiam [o] unitum ex Deo patre Verbum, unumque esse Christum cum (*b*) sua carne, [p] eundem videlicet Deum simul & hominem, anathema sit.

III. Si quis in uno Christo dividit subsistentias post (*c*) adunitionem, sola [q] copulans eas conjunctione quæ secundum dignitatem vel [r] auctoritatem (*d*) est, & non magis concursu secundum [s] (*e*) adunitionem naturalem, anathema sit.

IV. Si quis personis duabus vel subsistentiis (*f*) quæ sunt in evangelicis vel apostolicis scripturis (*g*) impertit voces aut de Christo a sanctis dictas aut ab ipso de (*b*) se, & quasdam velut homini præter ex Deo verbo specialiter intellecto applicat, quasdam vero velut Deo [t] de-

---

a *Mactatus*) Codex Bellovac. & Concilium V. *immolatus*. b *Qua ergo equit*.) Codex Bellovac. *Qua ergo opus habuit oblatione, dum peccatum non esset pro quo fieret?* Concilium V. *Qua ergo opus habuit oblatione, dum peccatum non esset pro quo merito fieret?* Contius: *Qua igitur equis oblationis, peccato non existente pro quo utique fieret.* c *Et super eum*.) Concilium V. *nec supra eum spiritus ipsius*. Codex Bellovac. *nec ultra eum spiritus ejus est*. d *Veluti si quispiam*.) Concilium V. *veluti si quidam homo dicat de insita sibi fortitudine forsan vel disciplina qualibet, quia glorificabunt me*. e *Sæculorum*.) In vulgatis editionibus Concilii V. legitur *cælorum*, ut in exemplari Bellovacensi eiusdem Concilii. Sed in Joliano scriptum est *sæculorum*.

f *Non ut indigens*.) Codex Bellovac. *non quia ..... necessario aut propter propriam naturam & ejus quæ in tempore & in ultimis sæculi momentis nativitatis*. Concilium V. *non quia indigebat necessario propter propriam naturam & generationem temporalem & in ultimis sæculi temporibus*.

g *Initium, & parienti*.) Codex Bellovac. *initium. Cum eum pariuerit mulier adunitum carni*.

h *Terrena nostra*.) Hoc est lectio codicis Bellovacensis. Nam Colbertinus & Turonensis, tum etiam Contius, habent *de terra nostra corpo*. i *Destructum*.) Idem Codex, *destruendum*. k *Et pertexisse*.) Codex Bellov. *& ipsum vocatum*. Conc. V. *& venisse vocatum*. l *Polliceri*) Codex Bellovac. *promittere sine omni dolo*. Concilium V. *consentire oportet sine omni dolo*. m *Necessario*.) Ita omnia vetera exemplaria. Surius edidit in Concilio V. *Quæ vero necessario oportet anathematizare*: ubi valde puto additam ab eo fuisse vocem *oportet*, quia putabat hic aliquid deesse. Codex Bellovacensis eiusdem Concilii habet: *Quæ vero sunt necessaria anathematizare*. Codex Julianus: *Quæ vero sunt necessaria anathematizare*. n *Factum ex Deo*.) Codex Bellovac. *factum, qui est ex Deo verbo*. Concilium V. *factum verbum quod est ex Deo*. o *Unitum*) Codex Bellovac. *adunitum*.

p *Eundem videlicet*.) Idem Codex & Concilium V. *eundem ipsum videlicet*.

q *Copulans*. Concilium V. *jungens*. Hic deficit exemplar Bellovacense. r *Auctoritatem*.) In Concilio V. additur, *aut potestatem*. s *Adunit. natur*.) Idem Concilium, *naturalem unitionem*.

t *Dicibiliter*.) Codex Bellovacensis & Concilium V. *dicentes soli ex Deo patre verbo*.

(*a*) Cod. Luc. *subsistentiam unigenitum*. (*b*) *Propria*. (*c*) *Adunationem solvat*.

(*d*) *Ad vel potestatem*. (*e*) *Adunationem*. (*f*) Ad ea (*g*) *Sancti dividit*.

(*b*) *Semetipso; & alias quidem tamquam homini citra quod ex Deo est Verbum seorsum intelligendo coepit; alias vero velut Deo dicibiliter soli ex Deo Patre &c.*

decibiliter fuit ex Deo verbo, anathema sit.

V. Si quis audet dicere [a] (a) Deum ferentem hominem Christum, & non magis Deum esse secundum veritatem ut filium unum & natura secundum quod factum est caro verbum, & communicavit similiter nobis sanguine & carne, anathema sit.

VI. Si quis (b) dicit [b] Dominum esse Christi ex Deo patre verbum, & non magis eundem confitetur Deum simul & hominem, utpote facto carne verbo secundum scripturas, anathema sit.

VII. [c] Si quis dicit sicut hominem operatum esse [d] (c) cura Dei verbum Jesum (d) & unigenitum, & unigeniti gloriam adhibitam esse tanquam alteri praeter (e) eum existenti, anathema sit.

VIII. Si quis audet dicere adsumptum hominem coadorari oportere Deo verbo & conglorificari (f) & coappellari [e] Deum quasi alterum in altero (g) & non magis una adoratione honorificat Emmanuel, & unam ei glorificationem [f] (h) adhibet secundum quod factum est caro verbum, anathema sit.

IX. Si quis dicit unum Dominum Jesum Christum [g] glorificari a spiritu quasi aliena virtute quam per eum est [h] utentem & (i) accipientem operari posse, & contra spiritus immundos, & adimplere in homines [i] Dei miracula, & non magis [k] proprium ejus dicit spiritum per quem & operatus est dantis (k) signa, anathema sit.

X. [l] Pontificem & Apostolum confitionis nostrum Christum [m] dicit scriptura, (l) obtulisse enim pro nobis semetipsum in odorem suavitatis (m) Domino. Si quis ergo Pontificem dicit & Apostolum nostrum (n) fieri, non ipsum ex Deo verbum, quando factum est caro & secundum nos homo, (o) sed [n] quasi alterum praeter ipsum specialiter hominem ex muliere, (p) aut si quis dicit & pro se [o] obtulisse eum sacrificium, & (q) non magis pro nobis ipsis, nec enim indiguit sacrificio qui nescit peccatum, anathema sit.

XI. Si quis non confitetur Domini carnem [p] (r) vivificatoriam esse & propriam ejus verbi quod ex Deo patre est, sed velut alterius praeter ipsum (s) copulati quidem ei secundum dignitatem, aut quasi solummodo divinam [q] inhabitationem habenti, & non magis (t) vivificatoriam, sicut diximus, quia facta est propria verbi omnia vivificare valentis, anathema sit.

XII. Si quis non confitetur Dei verbum passum carne & crucifixum (u) carne [r] & quod mortem gustavit carne, factum etiam primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est [s] a patre & vivificans ut Deus, anathema sit.

Data mensis Novembris [t] die XXX. Indictione XIV.

Ejus-

---

a *Deum ferentem.*) Codex Bellovac. *deiferum hominem Christum.* Concilium V. *hominem deiferum esse Christum.* Contius, *Theophorum idem Deum ferentem hominem hominem theophorum, id est Deum ferentem, et Et.* Codex Colbertinus paulo post laudatus: *Christum.* b *Dominum esse.*) Concilium V. *Si quis dicit Deum aut Dominum Christum esse verbum quod ex Deo patre est, & non magis eum conf.* Codex Bellovacensis: *Si quis dicit Deum aut Deum non esse Christi ex Deo patre verbum, & non magis eundem.*

c *Si quis dicit ut hom.*) Codex Bellovacensis. *Si quis ait ut hominem operationem suscepisse ex Deo verbum Jesum & unigeniti gloriam oppositam esse.* Vide Concilium V. d *Cura.*) Codex Turon. *cythara*, Colbertinus *citera.* In alio vetustissimo codice MS. bibliothecae Colbertinae totus hic locus sic expressus est: *Si quis velut hominem Jesum operante Dei verbo dicit advenisse, & unigeniti gloriam tamquam alteri praeter ipsum existenti tribuit, anathema sit.* e *Deum quasi alterum.*) Codex Bellovac. *Deo ut alter alteri, eo enim semper adfuisse hoc intelligi cogit, & non magis una adoratione.* Vide Concilium V.

f *Adhibet.*) Idem Codex & Concilium V. *refert.* g *Glorificari.*) Codex Bellovac. *glorificatum ab spiritu.* Concilium V. *glorificatum esse ab spiritu.* h *Utentem.*) Idem Codex Bellovac. *utens, & ab ipso accepisse operari posse contra.* Concilium V. *utentem, & ab ipso accepisse ut possit operari.*

i *Dei miracula.*) Idem Codex & Concilium V. *dantis miracula.* k *Proprium ejus.*) Idem codex Bellovac. *proprium ejus esse spiritum dicit, per quem.* Concilium V. *& non magis ejus esse spiritum dicit, per quem.*

l *Pontificem.*) Concilium V. *Principem sacerdotum.* Item paulo post.

m *Dicit scriptura.*) Codex Bellovac. & Concilium V. *divina dicit scriptura. Obtulit etiam semetipsum* (Concilium V. addit *pro nobis*) *in odorem suavitatis Deo & patri.* n *Quasi*) Codex Bellovac. *ut si.* Concilium V. *ut.* o *Obtulisse eum.*) Idem codex Bellovacensis: *obtulisse semetipsum sacrificium & non magis pro nobis tantum.* Concilium V. *pro se ipso obtulisse semetipsum oblationem, & non magis pro nobis solis.*

p *Vivificatoriam.*) Ita codex Colbertinus & Turonensis & Contius. Bellovacensis, alter Colbertinus, & Concilium V. habent *vivificam.* q *Propriam ejus.*) Codex Bellovac. *propriam ipsius ex Deo patre verbi, sed velut alt.* Concilium V. *propriam ipsius verbi quod est ex Deo patre.* r *Et quod mortem.*) Concilium V. *& mortem gustasse.* Codex Bellovacensis mutilus est in hoc loco.

s *A patre.*) Ita codex Turonensis & Contius. Sed haec non extant in Concilio V. neque in textu Graeco, neque in codice Colbertino. Bellovacensis hic deficit. t *Die XXX.*) Ita omnia vetera exemplaria. Laborat autem hic locus insigni difficultate; quam primus animadvertit vir doctissimus Joannes Garnerius, Christianus Lupus expedire, sed frustra, tentavit: Data dicitur epistola isthaec die trigesima Novembris; apud Marium vero Mercatorem parte 2. pag. 84. scriptum est eam accepisse esse Constantinopoli a Nestorio VII. Idus Decembris. Certum est epistolam quae Alexandriae data est die ultima Novembris, Constantinopolim pervenire non potuisse intra spatium septem dierum. Itaque quaerenda est via aliqua qua haec aetas possimus. Puto autem eam inveniri facile posse si verba Mercatoris paululum emendentur & recte distinguantur. Ea in antiquis codicibus Vaticano & Bellovacensi ita disposita sunt. *Item ejusdem sermo in Ecclesia habitus postquam literas Caelestini Romani Episcopi & Cyrilli Alexandrini denuntiationis accepit*, VIII. *Idus Decembris, Conf. Theodosii XIII & Valentiniani III. Aug. post sextum diem quam eisdem literas sumpsit.* Ex his verbis colligo, non epistolas acceptas a Nestorio VIII. Idus Decembris, sed sermonem habitum eo die, post sextum nimirum diem quam epistolas Caelestini & Cyrilli acceperat. Sextus porro dies ante octavum Iduum Decembrium fuit ultimus mensis Novembris. Unde concludi debet, non quidem epistolam Cyrilli datam Alexandriae illo die, sed Nestorio datam tum sive traditam apud Constantinopolim. Et post sextum diem quam illam accepit, id est, die sexta mensis Decembris, habuit hunc sermonem in Ecclesia. Itaque haec homilia non est habita a Nestorio die XIII. Decembris, id est, sexto die post acceptas epistolas Caelestini & Cyrilli, ut putavit Garnerius, sed die sexta Decembris, quae eadem est sexta postquam easdem epistolas accepit.

(a) *De inferiorem hominem.* (b) *Dicit Deum aut Dominum.* (c) *Citra.*
(d) *Jesum unigenitum*, deest Jesum & legitur *unigeniti.* (e) *unigenita.* (f) Deest *& coappellari.* (g) Addit. *syllaba enim eo superadjecta hoc intelligi cogit, non magis Et.*
(h) *Adjuvat.* (i) Ad. *ab eo.* (k) *Signum.* (l) *Obtulit.*
(m) *Deo & Patri.* (n) *Factum.* (o) *Et.* (p) Deest *aut.* (q) Deest *non.*
(r) *Vivificatricem.* (s) *Copulatum.* (t) *Vivificatricem.* (u) Deest *carne.*

Ejusdem Cyrilli epistola scripta ad clerum & populum Constantinopolitanum; in qua similia ut ante respiciebant impiam doctrinam hæretici Nestorii, neque communicaturos ei si permaneret lupus pro pastore, sed magis confortaverunt in Domino & suam fidem servaverunt inconcussibilem. Super hac scribit communicatores esse eos qui expulsi sunt a Nestorio restitutos ejus doctrinæ.

CAP. IX. DIlectissimis & desiderabilibus Presbyteris & Diaconibus & populo Constantinopoleos Cyrillus Episcopus & synodus quæ convenit in Alexandria ex Ægyptiaca diœcesi in Domino salutem. Vix quidem aliquando pervenimus ad quod fuerat melius ab initio venire, [a] ut curam haberemus, hoc est, omnium vestrum salutis, & ut non oporteret pati super fide tumultum. Satisfacimus autem omnium vestrorum propter hoc contristationibus. [b] Protraximus enim non sine lacrymis præteritum tempus. Sperabamus autem quia consiliis & monitionibus ecclesiasticis & omnium vestrum increpationibus [c] mutaret quidem semetipsum a discordantibus dogmatibus reverentissimus Episcopus Nestorius, honoraret autem nobiscum fidem traditam Ecclesiis & a sanctis Apostolis & Evangelistis & ab omnibus [d] sacris literis & [e] vocibus sanctorum prophetarum pro habenda rectitudine obsignatam. Quia vero & ex his quæ apud vos [f] in Ecclesia loqui non cessat & ex scriptis expositionibus ejus errantem invenimus & non mediocriter impium circa fidem, jam necessarie [g] venimus ut oporteat per synodicas literas eum contestari quia nisi abstinuerit velociter a suis novitatibus & secundum definitas inducias a sanctissimo & [h] Dei cultore Romanæ Ecclesiæ Pontifice Cœlestino [i] anathemaverit quidem illa [k] in scriptis quæ dixit apud vos & libris interposuit aut interponi præparavit, quæ etiam apud nos sunt, nullum communicationis locum habebit cum sacerdotibus Dei, sed erit omnium alienus. Nullus autem accuset segnitiem. Non enim dormitavimus sic magno grege turbato, magis autem & ubique populis & Ecclesiis; sed imitati sumus eos qui medicinale habent experimentum, quique passionibus quæ in corporibus fiunt non continuo ferri & ignis inferunt necessitates, sed mitioribus in principio medicamentis maturant, expectantes conveniens incisionibus tempus. Viriliter itaque agite in Domino, & [l] vestram fidem servantes immutilatam, bene complacere festinate Christo uni & soli & vere filio Dei, memores etiam sanctorum vestrum patrum qui sacerdotium tenuerunt recte & sancte apud vos, quique adhuc viventes Dei genitricem nominabant sanctam virginem. Peperit enim Emmanuel, [m] quod est Deus vere. Passum est enim caro verbum, & natum est carnaliter ex muliere, ut nos inveniremur fratres ejus qui ultra omnem creaturam est. Prædicabant autem non duos apud vos Christos, sed unum eundemque Deum verbum & hominem secundum carnem ex muliere, non copulatione pura & tanquam sub æqualitate sola dignitatum compactum hominem Deo. Hæc enim illius sunt tepida & inutilia & [n] senilia dogmata. Eundem vero & passum dicebant carnaliter pro nobis mortem, & resurrexisse divine, & conculcasse mortis imperium, & venturum dicebant omnium judicem. Hanc vobis [o] accendentes semper fidem, puros & immaculatos vos metipsos conservate, neque communicantes memorate, neque tamquam doctorem respicientes, si lupus pro pastore remanserit & post hanc nostram admonitionem ad eum factam [p] sapere voluerit quæ perversa sunt. His autem Clericis sive laicis qui propter rectam fidem separati sunt aut depositi ab eo communicamus nos, [q] non illius confirmantes injustam sententiam, sed laudantes potius eos qui passi sunt, & illud dicentes eis: *Si exprobramini in Domino, beati estis, quia virtutis & Dei spiritus in vobis requiescit.*

Suscipiens autem & Archiepiscopus Romæ Cœlestinus quaterniones expositionum ipsius Nestorii per Antiochum, & inveniens vos plenos blasphemiis, insuper etiam admonitus ab Archiepiscopo Cyrillo quia non receperit Nestorius consilium aut admonitionem ad recte sapiendum & non contrarie, scripsit ei & ipse Cœlestinus excommunicationis epistolam, definiens etiam decem dierum inducias. Est enim hæc.

Epistola Cœlestini Papæ ad Nestorium. (*a*)

DIlectissimo fratri Nestorio Cœlestinus; Aliquantis diebus vitæ nostræ, post nefandum, &c. *Extat tom.* superiori. CAP. X.

Incipit Epistola Nestorii ad Cœlestinum Papam urbis Romæ.

FRaternas nobis invicem debemus conlocutiones, &c. *Extat tom.* superiori. CAP. XI.

a *Ut curam.*) Codex Bellovacensis: *Dicimus vero ut curam haberemus omnium vestrum salutis.* Codex Turonensis & Colbertinus & Contius habent *nostrum*.

b *Protraximus*) Codex Bellovacensis. *Permansimus enim non sine lacrymis præterito tempore.*

c *Mutaret.*) Idem codex, *transmutaret.* d *Sacris literis*) In Græco est, ἐκ τῶν ἁγίων γραμμάτων. Quod & veteres vertunt *ab omnibus sacris literis*, & Peltanus *ab universa scriptura sacra*. Vir tamen illustrissimus & doctissimus Carolus de Montchal Archiepiscopus Tolosanus emendans versionem Peltani, mavult legere, *ab universo sacerdotum ordine*.

e *Vocibus sanctor.*) Codex Bellovac. *vocibus quæ per sanctos Prophetas adhibentur recte obsignatam.*

f *In Ecclesia.*) Idem codex, *in Ecclesiis*. Sed lectio quam nos retinuimus melius convenit cum textu Græco. Peltanus vertit, *pro concione*. g *Venimus ut oport.*) Codex Bellovac. *venimus ad hos ut deberet per synodicas literas.* h *Dei cultore.*) Idem codex, *Dei colentissimo.* i *Anathemaverit*) Idem codex, *anathematizaverit*. Contius, *anathematizavit*. k *In scriptis*) Idem codex, *in scripto quæ vel dixit apud vos vel codicibus interposuit sive interponi præparavit*, id est, curavit. l *Vestram fidem*) Codex Bellovac. *vestram ipsorum fidem.* m *Quod est Deus vere*) Hæc est lectio veterum exemplarium, quæ etiam congruit cum textu Græco. Apud Contium legitur: *quod est nobiscum Deus. Vere enim factum caro.*

n *Senilia*) Ita codex Colbertinus & Turonensis & Contius Bellovacensis habet *anilia*. o *Accendentes.*) Codex Bellovac. *reaccendentes.* p *Sapere voluerit.*) Idem codex, *sapere elegerit.* q *Non illius confir.*) Codex Bellovac. *qui illius infirmamus injustam sententiam.*

(*a*) Cod. Veron. addit. *ante synodum.*

Incipit Nestorii Epistola secunda.

CAP. XII. SÆpe scripsi beatitudini tuæ propter Julianum, Orontium, &c. *Extat tom.* superiori.

Cœlestini Papæ Epistola scripta ad clerum & populum Constantinopolitanum, in qua eos monet ut non respiciant pravam Nestorii doctrinam, sed magis ad orthodoxam fidem, quam ab initio perceperunt a sanctis Apostolis & Evangelistis. Insuper scribit communicatores esse omnes contradicentes Nestorio & expulsos ab eo.

CAP. XIII. CÆlestinus Episcopus Presbyteris & Diaconibus & Clericis, [a] Dei servis, & catholico populo degentibus [b] Constantinopolim, dilectissimis fratribus, in Domino salutem. Ad eos mihi qui faciunt, &c. *Extat tom.* superiori.

Ejusdem Cœlestini epistola scripta ad Archiepiscopum Cyrillum, in qua scribit ut obtineret ejus locum in sancto Concilio, eo quod maris & longa spatia ipse refutaverit.

CAP. XIV. [c] CArissimo Cyrillo Cœlestinus. [d] Tristitiæ nostræ sanctitatis tuæ litteræ missæ per filium nostrum Possidonium Diaconum lætitiam reddiderunt, & gaudium alternavimus cum merore. Cum enim respicimus & quæ dixerat recensemus is qui Constantinopolitanam perversis prædicationibus turbare conatur Ecclesiam, non parvo animus noster dolore concussus, diversis cogitationum stimulis vexabatur qualiter populis possit, ut in fide persisterent, subveniri. Dum vero mentem nostram ad tuæ fraternitatis scripta convertimus, paratum jam remedium quo pestifer morbus salubri remedio vitaretur invenimus, puri fontis liquorem de tuæ caritatis sermone manantem qui cœnum omne male fluentis rivi detergeret, & omnibus, quid de fide nostra sentire debeant, aperiret. Ut illum ergo reprehendimus & notamus, ita sanctitatem tuam velut præsentem in literis suis dominica sumus caritate complexi, cum unum idemque nos senture de Domino videremus. Nec mirum est providentissimum Domini sacerdotem pro fidei amore ac virtute pugnare, ut adversorum improbæ resistat audaciæ, & sibi creditos hac admonitione confirmet. Quam ergo nobis illa fuerant amara, tam ista sunt dulcia · quam illa cœnulenta, tam ista sunt pura. Gratulamur tantam inesse sanctitati tuæ vigilantiam ut decessorum tuorum, qui & ipsi semper defensores orthodoxi dogmatis extiterunt, exempla jam viceris. Vere tibi evangelicum potest testimonium convenire quo dicitur: *Pastor bonus ponit animam suam pro ovibus suis*. Sed ut tu bonus pastor, ita ille nec tamquam malus potest mercenarius accusari; qui non ideo quod oves relinquat arguitur, sed quod eas ipse laniet invenitur. Adderemus aliquid frater carissime, si non te eadem sentire quæ sentimus omnia videremus, & in ipsa adsertione fidei defensorem fortissimum probassemus. Ingesta vero nobis sunt cuncta per ordinem a filio nostro Possidonio Diacono quæcumque de hac re tua sanctitas scripsit. Omnes tendiculas prædicationis callidæ detexisti, & fidem taliter, ne Christo Deo nostro credentium cor in alteram partem trahi valeat, communiisti. Magnus fidei nostræ triumphus est & adseruisse nostra tam fortiter & adversa sanctarum scripturarum testimoniis devicisse. Quid agat jam, quo se ille circumferat, qui amator impiæ novitatis, dum suo voluit potius ingenio servire quam Christo, sibi creditam plebem veneno voluit suæ prædicationis inficere; cum & legere debuerit & tenere pravas quæstiones, & quæ non proficiant ad salutem, sed ad perditionem animarum nitantur, vitandas potius quam sequendas? Sed ad præcipitia festinantem, imo jam in præcipiti, unde corruat, constitutum, si prosumus, revocare debemus, ne ruinam ejus, si non succurrimus, urgeamus. Christus Deus noster, cui suæ quæstio nativitatis infertur, pro una ove laborare nos docuit, volens eam suis quoque humeris revocari, ne rapaci lupo pateret in prædam; & qui pro unius ovis curare salute nos docuit, qualiter nos vult pro ipsarum ovium laborare pastore, qui officii & nominis ejus oblitus in rapacitatem lupi se ipse convertit, gregem cupiens perdere quem debuerat custodire; quem nos a septis agnorum removere debemus, si non ita ut volumus corrigamus, sit spes veniæ corrigenti. Malumus enim ut revertatur & vivat, l. vitam sibi commissorum ipse non perdat. Sit certa sententia perduranti. Abscindendum enim est tale vulnus, quo non unum membrum læditur, sed totum corpus Ecclesiæ sauciatur. Quid enim eum consentientibus faciat qui solus sibi sapiens a nostra credulitate dissentit? Sint in communione quos ipse resistentes sibi a communione summovit; nostramque communionem habere se non posse noverit si in hoc perversitatis suæ tramite apostolicæ doctrinæ contrarius perdurarit. Auctoritate igitur tecum nostræ sedis adscita, vice nostra usus, hanc exsequeris districto vigore sententiam, ut aut infra decem dies ab hujus conventionis die numerandos pravas prædicationes suas scripta professione condemnet, & hanc se de nativitate Christi Dei nostri fidem tenere confirmet, quam & Romana & tuæ sanctitatis Ecclesia & universalis devotio tenet. Aut nisi hoc fecerit, mox sanctitas tua illi Ecclesiæ provisura, a nostro eum corpore modis omnibus sciat esse removendum, qui nec in se medentium curam voluit admittere, & in perditionem tam suam quam omnium sibi creditorum male pestifer festinavit. Eadem autem scripsimus & ad sanctos fratres & coepiscopos nostros Johannem, Rufum, Juvenalem, & Flavianum, ut nota sit de eo nostra, imo Christi nostri divina sententia. Data [e] IV. Idus Augusti Theodosio XIII. & Valentiniano III. Consulibus

Epi-

a *Dei servis*) Id est, monachis. Verum hæc duo vocabula desunt in codice Bellovacensi.

b *Constantinopolim*) Ita omnia vetera exemplaria. Antiqui enim illi dicebant Constantinopolim per omnes casus ut manifestum est iis qui libros manu exaratos tractant.

c *Carissimo Cyrillo*) Codex Bellovacensis: *Cælestinus Episcopus Cyrillo & Episcopo & Alexandrino.*

d *Tristitiæ*) Hanc epistolam ex ista versione laudare videtur Liberatus.

e IV. *Idus Aug.*) Ita vetera exemplaria Colbertinum, Turonense, & Bellovacense. Ita etiam in superiori epistola. At in editione Romana legitur: *Datæ III. Idus Augusti.*

Epistola Papæ Cælestini ad Joannem Antiochenum, Juvenalem Hierosolymitanum, Rufum Thessalonicensem, & Flavianum Philippensium Episcopos per orientem, a pari.

CAP. XV. [a] CÆlestinus Episcopus Johanni, Juvenali, Rufo, & Flaviano Episcopis per orientem, [b] a pari. Optaremus quidem &c. *Extat* superiori volumine.

Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini epistola scripta ad Acacium Episcopum Beroeæ de haretico Nestorio.

CAP. XVI. DOmino meo dilectissimo fratri & comministro Acacio Cyrillus in Domino salutem. [c] Vehementer & contristatum & vulneratum sollicitudine cor habentes, non parvam consolationem habent dum aliquibus concordantibus ea pro quibus contristantur aperiunt. Hujusmodi factus sum etiam ego. Et propterea tuæ perfectioni scribendas esse curavi causas pro quibus rite, ut arbitror, contristatus sum, magis autem etiam nunc contristor. Non satis fuit reverentissimo & Dei cultori Episcopo Nestorio coram Ecclesia dicere quæ coram Ecclesia scandalizaverunt & destruxerunt fidem quæ est in omnium salvatore Christo; sed etiam passus est [d] Dorotheum quemdam Episcopum præsumere coram Ecclesiæ collecta dicere palam: *Si quis dicit Dei genitricem Mariam, anathema sit*. Quid igitur faciamus in Ecclesia orthodoxi anathematizati cum sanctis patribus? Invenio namque in conscriptionibus & famosissimæ memoriæ Episcopum Athanasium frequenter eam nominasse Dei genitricem, sed & beatum patrem nostrum Theophilum & alios plurimos sanctorum & per tempora Episcoporum, tam Basilium quam Gregorium & ipsum beatum Atticum. Nullus autem, arbitror, orthodoxorum Dei genitricem eam dicere formidatus est, si est verum quia Deus est Emmanuel. Facti sunt igitur anathema [e] qui ad Deum sunt sancti patres. Sed & omnes quicumque recta veritatis dogmata sequuntur, [f] Deum confitentur Christum. Et non usque ad hæc rei damnum existit, sed etiam conversæ sunt sententiæ populorum. Lamentatus enim sum audiens alios quidem in talem jam incidisse perfidiam & ignorantiam, ut neque Deum confiteantur Christum, alios autem vel si voluerint confiteri eum omnino Deum, nihil tamen super eum salubre sectantur, sed [g] placite & per gratiam nobiscum vocatum ad hoc dicentes. Hæc lamentatione & gemitu digna sunt. Quæ enim omnino utilitas etiam ad medium deducere quæ ita subtilia & occulta sunt? Cur autem non potius moralibus expositionibus profumus populis, si non vehementer sumus eruditi ad [h] subtilitatem dogmatum? Quia vero monachis per Ægyptum & in Alexandria conturbatis ex hujusmodi lectionibus seu expositionibus rectam fidei exposuimus rationem, [i] debellat & factus est inimicus, & congregat quosdam aleatores & desperatos, & præparat ut mentiantur adversum me quædam coram multis; & puto juste. Nam si habuissemus zelum Dei & in amore divino patrum essemus imitatores, olim adversus eos, qui præsumunt obloqui contra Christum & anathematizare nosque vivos & qui jam ad Deum sunt sanctos patres sententiam sanctam proferentes, erat possibile mederi ab his qui perquam in fide vexati sunt.

Acacii Episcopi Beroeæ epistola scripta ad Cyrillum Episcopum Alexandriæ de turba Ecclesiarum quam intulit eis impius Nestorius male decens.

CAP. XVII. DOmino meo per omnia sancto & [l] amabili Episcopo Cyrillo Acacius in Domino salutem. Legi literas tuæ reverentiæ [m] proxime nobis datas, non optandis lacrymis & lamentatione plenas. Nam causa horum quæ Constantinopolim divulgata sunt, & tenent profunditatem fidei Christianæ secundum quod participantur, quoniam superfluum fuit hoc ab initio ad medium deduci. Quid enim profuit Apollinaris Laodicenus unus existens in prioribus magnus decertator pro recta fide, qui fortiter contra inimicos dimicavit, præsumens de propria sapientia, & volens introducere [n] ex operibus quæstus quosdam pure & sine dolo fidei Christi, nonne præparavit inter schismaticos semetipsum apud catholicam Ecclesiam reputari? Nonne dictum est a quodam præcedentium nos Episcoporum reprimere volente, ut ea quæ ultra hominem sunt non perscrutentur, bene cogitante sano sensu & perfecta sapientia hanc erumpente vocem, *Quomodo pater unigenitum genuit taciturnitate honoretur*; & procedente sermone dinumeravit quomodo lateat hæc perscrutatio paulatim omnes simul cœlestes virtutes, quanto magis homines & sensum humanum? Quomodo autem non est necessaria atque decens præsens admonitio divina-

a *Cælestinus*) In veteri codice Turonensi & in Colbertino ista adnotatio posita est ab eadem manu quæ scripsit reliqua. *Hujus epistola locus sextus decimus est apud Græcos. Observa ergo ut ibi transcribatur.* Diversa ergo fuerunt antiquæ collectiones Græcæ ab iis quæ reperiuntur hodie in codicibus manuscriptis, in quibus hæc epistola duodecimum locum obtinet. b *A pari*) sive *pariter*, ut hic alit Liberatus, hoc est, eodem exemplo, iisdem verbis, in eumdem modum, uti pluribus dictum est a nobis in Notis ad Gratianum Quare mirum est hominem multæ lectionis Christianum Lupum tom. 1. pag. 177. suorum scholiorum ad Concilia generalia hinc collegisse Thessalonicensem Metropolitanum nullam potestatem habuisse in Philippensem, cum is illi fuerit a pari. Et tamen videre potuit in Græco contextu epistolæ quam Cyrillus scripsit ad Joannem Antiochenum, pro eo quod in ista versione antiqua legitur, *Scribserunt enim a pari*, scriptum esse, γεγράφασι γὰρ ἐν ἴσῳ: id est, paria, similia. Videre etiam potuit in epistola Theodosii imperatoris ad Cyrillum, qua eum evocat ad synodum in Ephesina urbe celebrandam, scripta ab eo fuisse ἐν ἴσῳ ad omnes Metropolitanos: quod vetus noster interpres infra cap. XXIV. recte vertit *a pari*. c *Vehem. & contrist.*) Codex Bellovacensis: *Vehementer contristantur & vulner.* d *Dorotheum Episc.*) Marcianopolitanum. e *Qui ad Deum sunt*) Codex Turon. & Colbertinus, *ad Deum existentes sancti patres*. Contius, *ad Dominum existentes*. f *Deum confitentur*) In codice Colbertino & in Turonensi deest vox *Deum*. Deest etiam apud Contium; ubi etiam pro *confitentur* legitur *confitentes*. g *Placite & per gratiam*) Codex Bellovac. *benignitate & gratia*. h *Subtilitatem*.) Ita omnia exemplaria vetera. Contiana editio habet *sublimitatem*. Veteres libri sæpe habent subtilitatem pro sublimitate, & sublimitatem pro subtilitate. i *Debellat*) Id est, rebellat, bellum infert. Vide glossarium Dufresnii. k *Acacii*) Hujus epistolæ mentio extat infra cap. 46. l *Amabili*) Codex Bellovac. *amantissimo*. m *Prox. reb. datas*) Idem codex, *quæ proxime nobis data sunt*. n *Ex operib. quæstus*) Codex Bellovac. *ex incomprehensibilibus comprehensiones quasdam*

vinarum scripturarum docens. *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne perscrutatus fueris. Quæ tibi præcepta sunt, ea cogita. Non enim tibi opus sunt quæ abscondita sunt.* Qui vero satisfacere volent pro his qui hæc cogitare & dicere conantur, simile quiddam dicuntur pati horum quæ sustinuit beatus [a] Paulinus Episcopus, qui refutabat tres subsistentias dicere [b] expressim virtute & vere hæc ipsa sapiens, hæc ipsa metitus. Secutus autem est occidentales Deo amabiles Episcopos, eo quod angusta sit Latina vox & non possit ad nostram Græcorum elocutionem tres subsistentias dicere. Tamen opus est omnes nos, qui possumus condolere & compati Ecclesiæ Dei, plurimum laborare & reprimere enuntiatam vocem, ne occasio detur scindere & dividere Dei Ecclesiam præparatis. Quapropter convenit tuam integram perfectamque sapientiam, [c] licet aliquid tale a principio dictum sit quod contristare & perturbare plurimos venerabilium & Christo amabilium possit, reprimere quod commotum est, [d] licet maxime, sicuti prædixi, plurimi de Constantinopoli ad Antiochiam venientium necnon & ad nos tam Clericorum quam etiam laicorum, defendere videantur prolatum sermonem non contrarie habentem secundum sensum ad apostolicam fidem insuper & sanctorum patrum in Nicæa convenientium de consubstantialitate sancitam & traditam in omnem catholicam Ecclesiam. Sapientiam igitur & compassionem & perfectionem tui sacerdotii tempore vocante demonstrare dignare mediante tua sanctitate prolato sermone apud eos qui audierunt & disrupti sunt, ut tua sanctitas illa sapiat [e] atque conscribat, quæ possint fluctuantem in præsenti catholicam Ecclesiam magis ac magis ad altitudinem [f] destinare, dominica quadam voce utens, & cogitans illam quando mare etiam in præsenti videtur turbari, [g] qua dixit: *Quiesce, obmutesce*. Feci vero legi epistolam tuæ sanctitatis per omnia sanctissimo & Deo amabili Joanni Antiochenorum Episcopo; & audiens cum multa [h] gratulatione & compassione eadem ipsa nobiscum senilem agentibus ætatem, nuper ad episcopatum veniens & Dei gratia florens in triumphis, qui inesse debent episcopatui, ita ut magne super eo sapiant atque glorientur omnes orientalis diœcesis Deo amabiles Episcopi, rogare tuam venerationem dinoscitur ut tua sanctitas inserta sibimet sapientia utens mitiget quod emersit importabile verbum, quatenus per ea quæ loqueris, per ea quæ agis, illud apostolicum tempore vocante demonstres quo ait: *Si enim voluero uti potestate quam dedit nobis Deus ad ædificandum, & non ad destruendum, non confundar.* Desiderantissimum autem virum nostras literas deferentem, fidelem existentem & Christianum a progenitoribus, dignare inserta & coherenti tibi bonitate suscipere & in quibuscunque opus habuerit, ejus habere providentiam [i] te decentem. Omnem tecum fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimum salutamus.

Epistola Cyrilli ad Joannem Episcopum Antiochenum.

CAP. XVIII.

Domino meo dilectissimo fratri & comministro Joanni Cyrillus in Domino salutem. Cognovit omnino & per multos tua reverentia sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ statum nunc existentem, quia valde turbatus est, & absque collecta manserunt plurimi etiam nimis religiosi atque maturi, non fortuitum tumultum in ipsa subsistentes fide ex his quæ dicuntur coram ipsa Ecclesia a reverentissimo Episcopo Nestorio, cui etiam suasi per literas, ut abstineret se ab hujusmodi pravis ac perversis quæstionibus & patrum sequeretur fidem. Sed me quidem arbitratus est hæc scribentem inimicum, & in tanto despexit considerare quia ex caritate illa conscripta [k] apud ejus reverentiam ut etiam æstimaret talia sapiens atque dicens Romanorum quoque posse se auditus abripere. Scripsit enim illic ita quædam [l] proponens in epistola longa Domino meo Dei cultori Episcopo Romanorum Ecclesiæ Cælestino: & in suis hæc interposuit literis adversus eos qui ei contraria sapiunt, quia sanctam virginem Dei genitricem dicentes non contremiscunt. Proinde etiam quaterniones suarum expositionum direxit: quos etiam legentes in maxima Roma comperti Dei [m] cultores Episcopi & Conciliis plurimis [n] celebrantes clamaverunt adversus eum, dicentes aperte hæresim eum [o] novare valde pessimam, quæ a nullo antiquorum noscitur adinventa. Quia vero necessarium fuit mihi, scribente illius reverentia illic hæc quæ facta sunt, dicere omnia & destinare etiam exemplaria literarum a me ad eum scriptarum, profectus est necessario Clericus Alexandrinorum dilectissimus Diaconus Posidonius. Lectis igitur in Concilio [p] & expositionibus ejus & epistolis, maxime in quibus est calumniæ locus, (habent enim ejus [q] subscriptionem) aperte disposuit sancta Romanorum synodus quin & scripsit ad tuam reverentiam quibus est necessarium obedire [r] retinentibus totius occidentis communionem. Scripserunt enim [s] a pari & ad Dei cultorem Episcopum Thessalonicæ Rufum & ad alios quosdam per Macedoniam Dei cultores Episcopos, qui

a *Paulinus Episcopus*) Antiochenus. Vide Hieronymum epist. 57. & 58. Ad eum extat insignis & dogmatica epistola Damasi Papæ. b *Expressim*) In codice Bellovacensi & in editione Contiana legitur: *Expressi in virtutem, & vere hæc ipse sapiens, hæc ipse metitus.* c *Licet aliquid*) Codex Bellovac. *esset aliquid*. d *Licet maxime*) Idem codex, *quamvis, sicuti prædixi.*

e *Atque conscribat*) Codex Bellovac. *atque agat.* f *Destinare*) Idem codex, *elevare.*

g *Quæ dixit*) Idem codex: *turbari, & adjiciens illud quod ait: Quiesce.*

h *Gratulatione*) Item idem, *consensione.* i *Te decentem*) Ita Contius & codex Turonensis & Colbertinus. In Bellovacensi ita scriptum est: *providentiam. Degentem omnem tecum &c.*

k *Apud ejus*) Codex Bellovac. *ad ejus.* l *Proponens*) Idem codex, *componens.*

m *Cultores*) In eodem codice, post vocem *Dei*, legitur *optimi*, & mox nonnulla desunt. Sed ex epistola quæ sequitur constat legendum esse *optimi cultores.* n *Celebrantes*) Idem codex, *celebratis.*

o *Novare*) Idem codex, *novam inventisse valde.* p *Et expositionib.*) Codex Bellovac. *tam expositionibus ejus quam epistolis.* q *Subscriptionem*) Idem codex addit vocem *quædam.*

r *Retinentibus*) Idem codex, *retinentes.* s *A pari*) Ita codex Turonensis. Bellovacensis habet *parte*, Contius *exemplaria*. Vide quæ supra dicta sunt ad caput xv.

qui etiam super concurrunt decretis ejus. Scripserunt nihilominus & ad Heliorum Dei cultorem Episcopum Juvenalem. Tua igitur est reverentia considerare quod utile est. Non enim sequimur quæ ab eo sunt judicata, formidantes ne tantorum communione labefactemus, non pro aliis quibuslibet rebus indignantibus, neque pro paucis facientibus motum, sed pro ipsa fide & ubique positis Ecclesiis & ædificatione populorum. Saluta quæ apud te est fraternitatem. Quæ nobiscum est, in Domino salutat.

Epistola Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Juvenalem Episcopum Hierosolymitanum.

CAP. XIX. DOmino meo desiderantissimo fratri & comministro (a) Juvenali Cyrillus in Domino salutem. Optabam quidem probatissimorum vestigia rectamque fidem sequi reverentissimum Episcopum Nestorium. Quis enim bene sapientium non optet probatissimos esse eos, qui regimen sunt sortiti ovilium salvatoris? Quia vero præter spem rerum natura nobis egressa est, (quem enim futurum expectabamus pastorem verum, hunc rectæ fidei persecutorem invenimus) oportet jam reminisci dicentem omnium nostrum salvatorem Christum: *Non veni mittere pacem in terra, sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum*: Si vero & contra parentes nobis bellum sine crimine & inreprehensibile est, magis autem etiam omni laude plenissimum, quando Christi gloriæ concertare dinoscimur; quomodo non omnis necessitas est, licet flentes tanquam fratrem lapsum Deo amabilem, accingi zelum & per omnem terram quasi illud dicere: *Si quis Domini est, veniat ad me*. Ergo siquidem & per unam & per secundam epistolam tanquam fratrem rogavi ut non suos sequeretur intellectus, sed rectam apostolicamque fidem traditam Ecclesiis, æstimans amovere eum suorum pravitate scriptorum. Sed nihil profuit effectus medicamentum, consilium effectum non habuit, & in tantum recessit velle veritatis dogmata sequi, ut etiam epistolam mitteret ad me cum subscriptione sua, in qua redarguit quidem tanquam contristatus, professus autem aperte est Dei genitricem non esse sanctam virginem, quod est aperte dicere non esse Deum vere Emmanuel, in quo salutis habemus [a] expectationem. Arbitratus autem quia etiam Romanorum Ecclesiæ posset subripere, scripsit ad Dominum meum reverentissimum & [b] Dei cultorem fratrem & comministrum Cœlestinum Ecclesiæ Romanorum Episcopum, interponens epistolis suorum dogmatum pravitatem. Destinavit quoque plurimas expositiones, ex quibus est sapere perversa convictus, & reprehensus [c] indubitate velut hæreticus. Quia igitur memoratus reverentissimus & Dei cultor Romanorum Ecclesiæ Episcopus Cœlestinus certa scripsit de eo, & misit ad me epistolas, oportere credidi eas destinare & exercitatam ex propriis ad pietatis zelum tuam reverentiam excitare per literas quatenus ex una anima & [d] forti alacritate, caritate quæ in Christo est accingamur, & salvos faciamus populos [e] periculum sustinentes, & statuamus Ecclesiam, quæ sic est clara, concordes utique facti singulis universi, & secundum determinatam formam scribentes ei & populis. Siquidem profuerimus & converterimus pro veritate eum ab his quæ sapuit, lucrati sumus fratrem & salvificamus pastorem. Si vero sine effectu fuerit nostrum consilium, ipse sibimet adscribens quod evenit ei, suorum laborum comedet fructus. Oportet autem nos necessario & Christo amabili ac piissimo Imperatori & omnibus proceribus scribere & suadere, ne præponant Christi pietati hominem, sed præbeatur orbi terrarum firmitas in fide, & pastore nequissimo liberentur oves, si non omnium sequatur suasiones. Saluta apud te fraternitatem. Te quæ nobiscum est in Domino salutat.

Hæc epistola, antequam fieret synodus, missa est a Cyrillo Juvenali.

Epistola Cyrilli Episcopi Alexandrini scripta [f] ad quendam zelotem.

CAP. XX. NOvimus tuæ dilectionis sinceritatem, & non ignoro studium. Et siquidem scriberem ad aliquos meum nescientes modum, multis uterer verbis, suadens quia nimis pacificus sum, & neque contentiosus, nec amator litigii, sed optans & amare cunctos & ab omnibus amari. Quia vero scienti scribo, breviter locutus illud edoceo, quia si rerum imminet aut pecuniarum privationem pati [g] & fratris amovere tristitiam, feceram libenter, ne videretur aliquid caritati præponi. Quia vero fidei ratio est, & scandalizatæ sunt etiam Ecclesiæ in universo Romanorum, ut ita dixerim, principatu, (Non enim est aliquis ex quacunque civitate seu provincia veniens & non dicens quia hæc divulgata sunt & vana doctrina inferatur Ecclesiis) ad hæc quid agamus quibus commissa est a Deo ratio sacramenti, cum quibus in die judicii examinabuntur modis omnibus quos imbuimus. Dicent enim sic se reservasse fidem, sicut imbuti sunt a nobis. Et siquidem recte hoc agimus, recipiemus quoque mercedem, impetrabimus autem & laudem. Si autem aliter & perverse, quæ nobis flammæ sufficient? Audiemus enim, *Quia terram perdidisti, & populum meum occidisti*, secundum quod scriptum est. Et singuli quidem qui in ordine laicorum sunt pro sua vita satisfacient. Nos autem, qui sacerdotii ministerio [h] functi sumus, non pro nobis solummodo, sed pro omnibus credentibus in Christum rationem reddemus. Mihi igitur sermo nullus est nec tristitiæ nec injuriarum nec obloquii sic plurimi quem fecerunt adversum me quidam turpes. Sed abscedant hæc omnia in obliviо-

a *Expectationem*) Codex Bellovac. *habemus spem*. b *Dei Cultorem*) Idem codex, *Dei optimum cultorem*. c *Indubitate*) Idem codex, *in dubitate*. Contius, *in pravitate*.
d *Forti alacritate*) Idem codex, *valide favore*. e *Periculum sustin.*) Idem codex, *periclitantes*.
f *Ad quendam zelotem*) sive Nestorii studiosum, ut est in Græco contextu.
g *Et fratris amovere*) Ita vetera exemplaria. Contius edidit, *ut fratris amoverem tristitiam*.
h *Functi*) Codex Bellovac. *honorati*.
(a) Cod. Vatic. Flaviano Juvenali.

livionem. Judicabit autem in his [a] locutionibus Deus solus. Serventur quæ fidei sunt, & amicus & carus sum, & nulli cedo ut illum oporteat majus amari quam Deo amabilem [b] Nestorium, quem, coram Deo dico, & probabilem esse in Christo volo, & in his quæ transacta sunt aboleri risum, & ostendere calumniam & non omnino veritatem ea quæ ab aliquibus in fide divulgantur. Nam si jussi sumus a Christo etiam odientes nos diligere, quanto magis consequens est fratribus & consacerdotibus hoc præbere? Quia enim si solvatur ab aliquibus fides, nostras animas non prodemus; [c] licet contingat pati etiam ipsam mortem, dubium non est. Si enim metuimus pro gloria Dei dicere veritatem, ne in molestias incurramus, qua de cetero facie sanctorum martyrum præconia celebrabimus coram populis, quos laudamus quia servaverunt quod dictum est usque ad mortem certare pro veritate.

Exemplar epistolæ scriptæ ad Nestorium per Joannem Episcopum Antiochiæ, in qua ei suadet recte sapere & non ea quæ repugnant orthodoxæ fidei.

CAP. XXI. [d] DOmino meo amabili & sanctissimo Episcopo Nestorio Joannes in Domino salutem. Meam intentionem circa tuam reverentiam cum omni veritate per Dominum meum magnificentissimum Irenæum Comitem tuo affectui declaravi. Et quia, sicut æstimo, omni jam sum suspicione extraneus veritque satisfactionibus usus, fiduciali jam utor ad tuam germanitatem suasione. Licebit itaque tibi ex his ipsis quæ [e] suademus pignora nostra sumere quam circa te germanitatem habeamus, & quia cura nobis est non parva [f] secundum Deum caritatis, quam participantes divinas implebunt leges, negligentes autem & callide semetipsos membris propriis offerentes, primitus ibi nocent quam etiam illis, contra quos intuntur. Quia vero hæc a me bene in proœmio dicta sunt, sicut ego puto, suscipe me rogo bonum tibi futurum consiliarium, non rebellens in his [g] quæ a me dicuntur utilitatem, & quod cum omni secundum Deum profertur affectu. Oportebat itaque nos de optimis rebus consultationes ad invicem facere. Sed quia peccata nostra multam potestatem ecclesiasticis turbis [h] præbuerunt, hac causa coactus sum quæ nuper nobis scripta sunt & a Roma & Alexandria tuæ sanctitati significare. Nuper enim Alexandrini Clerici venientes epistolas nobis dederunt diversas de tua reverentia missas, alias quidem sanctissimi Episcopi Cælestini, alias autem Deo amabilis Episcopi Cyrilli: quarum exemplaria dirigens, rogo tuum affectum sic eas legere, ut neque turbam quandam mente patiaris, ex qua forte contentiones & obstinatio noxia proveniat, neque contemnas causam, [i] sciens diabolum per superbiam multas [k] inutiles causas ad culmen evehere & ad celsitudinem elevare, ita ut eas inemendabiles faciat, sed diligenter eas legere & adsumere quosdam concordes tibi ad tractatum præsentium, & dare eis etiam potestatem, ut quod utile & non quod delectat insinuent. Modis omnibus enim, si habuerint licentiam plurimi existentes [l] & germanæ causæ communicantes, facile ad suasionem descendimus, & quod esse putatur [m] obscurum, erit repente clarum. Nam licet inducias angustissimas interposuerit literis Dominus meus Deo amabilis Episcopus Cælestinus decem solummodo diebus, sicut ejus literæ continent, determinans responsum, attamen licebit hoc opus facere & [n] die solummodo uno, forsitan autem etiam parvis horis. Nam congruo nomine uti in dispensatione pro nobis facta secundum omnium Regem Christum, frequentato quidem a plurimis patribus, veraci autem & salutari ex virgine nativitatis, hoc facile est. [o] Quod vero periculosum, oportet evitare tuam sanctitatem, nec illud minus cogitare, quia non decet tibimetipsi contraria exponere. Nam si mens tua eundem sensum tenet, quem patres & Ecclesiæ doctores, (Hoc enim per multos & communes amicos de te, Domine, didicimus) quia contristat pium sensum congruo nomine publicare. & hoc tanta instante turba & ex te quæstione? Hoc enim bene scitote, Deo amabilis, motum est capitulum & ab his qui longe sunt & qui proxime, & vehementer hoc divulgaverunt, plurimaque ob hoc tempestas inopinabiliter Ecclesias comprehendit, undique fidelibus pro hac causa alterutris per singulos sibimet infestantibus dies; & quia hoc verum est, ex ipsis rebus [p] scies aperte. Occidens enim & Ægyptus, puto autem & Macedonia, definivit scindere se ab unitate, quam sudoribus plurimis & laboribus sanctorum & insignium Episcoporum & maxime per omnia sanctissimi communisque nostri patris & magni [q] Acacii Dei gratia omnibus Ecclesiis condonavit. Quis enim causabitur si videaris dicere quæ sapis? Magis autem quis non approbabit si susceperis appellationem, cujus sensum, sicut agnovimus, tua reverentia possidet, & hoc pro quiete & pace terrarum orbis? Si autem videtur, boni exempli pro tempore memorabo te, quod etiam te reminisci volo. Non enim tempus multum est ex quo apud nos evenit ut etiam tradatur, obliviо-

---

a *Locutionib.*) Codex Colbert. *accusationibus*.
b *Nestorium*) Codex Bellovac. *Episcopum Nestorium*.
c *Licet contingat*) Idem codex, *esset propinquum sit*.
d *Domino meo*) Codex Bellovacensis. *Domino meo & Deo amabilissimo & sanctissimo Episcopo Nestorio*. Ceterum responsoria Nestorii extat infra in Synodico adversus Tragœdiam Irenæi cap. 118.
e *Suademus pignora*) Idem codex, *suadeo pignora*.
f *Secund. d. caritatis*) Ibidem, *ejus quæ secundum Deum est caritatis*.
g *Quæ a me dicuntur*) Idem codex, *quæ habere dicuntur utilitatem*.
h *Præbuerunt*) Ita Contius. Codex Turonens. & Colbert. *perhibuerunt*. Bellovacensis mutilus est in hoc loco.
i *Sciens diabolum*) Hæc est lectio Contianæ editionis. Codex Turonensis habet, *sciente diabulum*, Colbertin. *sciente diabolum*, Bellovac. *sciente diabolo*.
k *Inutiles*) Ita emendavimus ope libri Bellovacensis. Nam in Turonensi & in Colbertino & apud Contium legitur *intulisse*.
l *Et germanæ causæ*) Codex Bellovac. *& familiares causæ*.
m *Obscurum*) Idem codex, *tristis, erit repente festivum*. Atque hæc lectio melius convenit cum textu Græco.
n *Die solummodo*) Item idem codex, *diei solummodo unius, forsan aut etiam parvarum horarum*.
o *Quod vero pericul.*) Idem codex, *quod neque quasi periculosum oportet evitare tuam sanctitatem, nec illud suspicare quia non decet*.
p *Scies*) Codex Turonen. *scibis*. Ita etiam Colbertinus.
q *Acacii*) Episcopi Beroeæ, cujus magna tum auctoritas erat propter senectutem. Habebat enim centum & decem annos ætatis, ut docet Joannes Antiochenus ad Imperatorem Theodosium scribens. Vide infra cap. 46.

livioni. Meministi enim omnino beatum [a] Theodorum Episcopum in expositione dixisse quiddam horum quæ non videbantur, primo quidem tibi, qui etiam fiduciam habuisti illo tempore, deinde & omnibus audientibus, dicta bene, & quomodo ille sentiens læsionem & tumultum quem parva fecisset murmuratio, & considerans quia tumultus faceret divisionem, magis autem etiam seditionem, (Amantibus quippe hominibus, si hujusmodi accipiant occasionem, huc illucque dividi & augere seditionem scandali scintilla quæ videretur esse parvissima; quod utique nunc opus apud nos factum est) quemadmodum fortissimus ille surgens non post plurimos dies quod ab eo dictum fuerat sine confusione ad utilitatem Ecclesiæ correxit, & corrigens factam contra se oblocutionem repente detersit, cogitans aliquid rectum esse correctionem, & hoc omnibus scientibus quidem quoniam [b] debiliter ab eo prolatum erat hoc quod dictum est, approbantibus autem eum repentina [c] conversione. Ego vero tuam reverentiam non ad derogandam verbi mutationem invito, neque ad contrarietatem infantilem, ut ita quis dixerit; sed quoniam a te sæpe plurimis dictum est, sicuti didicimus, quia non declinas pium hunc sensum, sed solummodo nomen refutas. Si autem tibi quidam horum qui in Ecclesia sunt insignium etiam hoc imponant, non refutes indubitanter etiam Dei genitricem dicere sanctam virginem. Hac gratia [d] ad tuam te invito proferre provocans quod dicimus, non fallite sapientem, sed adjicere verba causæ & nomenta multis patribus & compositum & dictum atque conscriptum, & non refutare omnino verbum quod ostendit pium secundum animam intellectum. Hoc namque nomen nullus ecclesiasticorum doctorum refutat. Namque usi sunt eo plurimi & insignes; & qui non usi sunt, utentes non reprehenderunt. Et inaniter nos, ut videtur, quasi scrupulositatis superfluæ causa ad hæreticam sectam solummodo respiciente conscientias fratrum pro nulla utilitate percutimus, quas despicimus, nomen refutantes cujus intellectum bene optimeque suscipimus. Nam si quod ex eo significatur non suscipimus, superest circa plurimos nos falli, magis autem [e] periculum pati circa ineffabilem dispensationem unigeniti filii Dei. Sequitur enim mox nimis hujus peremptionem, aut certe quod ex eo significatur neque Deum esse eum, qui ineffabilem dispensationem pro nobis suscepit, neque Deum verbum exinanisse semetipsum in servi formam, & ineffabilem quandam circa nos ostendisse clementiæ magnitudinem, cum sacræ scripturæ hinc maxime confirment in nos clementiam quando ante secula & coæternum & unigenitum Dei filium ad nativitatem ex virgine impassibiliter [f] ratione deponunt, secundum quod dictum est [g] a divino Apostolo, *Misit Deus filium suum factum ex muliere*, ostendente palam unigeniti ex virgine, sicuti prædixi, ineffabilem nativitatem. Ex qua nativitate [h] si appellatur virgo a patribus, sicut etiam appellatur hoc nomine, nescio qua causa non necessariam hanc quæstionem (& mihi ignosce) contra nos & ecclesiasticam pacem, sicuti vides, suscipimus. Periculum enim nullum est [i] hæc dicere & sapere de doctoribus in Dei Ecclesia approbatis, quorum nomina superfluum quidem est enumerare. Nosti enim eos [k] nihilominus [l] quoniam esse eorum discipulos & ipse & omnes nos gloriamur. Hæc a nobis persuadentur tibi. Rogo hæc agere exorate; ne dederis locum & [l] nutrimentum discordiæ quæ serpit. Cogita enim quia si ante directas nuper literas plurimi infrænati fuerunt contra nos, nunc sumentes ex literis istis fiduciam quid non erunt, & qua contra nos fiducia non utentur? Hæc ego multos Deo amabilium Episcoporum & tuæ reverentiæ amatorum apud metipsum habens, quos contigit adesse apud nos literis istis inoptabilibus datis, putans etiam germani opus facere secundum meas promissiones & fraterno consilio corrigere laborantem tuam in præsenti opinionem scripsi, optans tuam reverentiam non contentiosa voluntate suscipere quod cum timore Dei & amore circa te & cautelæ ecclesiasticæ causa persuasi, non solus existens, sicuti dixi, sed præsentibus mihi qui circa Dominum meum Deo amabilem Episcopum Archelaum, Apringium, Theodoritum, Heliadem, Melitium, & qui nuper Dei gratia ordinatus est Laodicenium Dei Ecclesiæ Episcopus Macarius, qui & dogmatum scitis subsistunt, & circa te nobiscum ferventissime sunt amici, optantes te nobiscum, Domine, sensu bene suasibili utentem figere literarum harum veluti tempestatis vehementissimæ [m] fluctum, qui poterit, siquidem consentiamus, non confundere, neque turbare, si vero obstinati sumus, contristare. Hæc facientes nostra quæ tua sunt, nos quidem indicavimus; ipse vero suscipere & libenter habere dignare. Nisi forte quisquam non diligens nos in lætione sua & communiter omnium hanc causam contemni procuret. Quod videtur rogo repente rescribere dignare, magis autem non quod videtur, sed quod est utile.

Agno-

a *Theodorum Episcopum*) Mopsuestenum in Cilicia, ut docet Liberatus hanc epistolam commemorans. *In qua ipsa epistola*, inquit, *meminit Theodori Mopsuestieni, ostendens ei contradictionem exemplum*.

b *Debiliter*) Ita codex Turonensis & Colbertinus & Contius. Bellovacensis habet *negligenter*.

c *Conversione*) Ita etiam codices Colbertinus & Turonensis. Contius habet *repentinam conversationem*. Bellovacen. *repentina correctione*. d *Ad tuam*) Codex Colbertinus & Contius, *ad suum*. Codex Bellovacensis mutilus est in hoc loco. e *Periculum pati*) Ita codices Colbertinus & Turonensis & editio Contiana. Codex Bellovacensis habet *periclitari*. f *Ratione*) Hæc vox addita est ex libro Bellovacensi. Non extat enim in Turonensi, in Colbertino, neque in editione Contiana. g *Divino Apostolo*) Ita recte codex Bellovacensis. In Turonensi & in Colbertino scriptum est *divino populo*, apud Contium *ad divinum populum*. Sic ex errores nos emendavimus olim apud Salvianum & Agobardum & in libris Capitularium. Vide notas ad Capitularia. h *Si appellatur*) Codex Bellovac. *si appellaretur*.

i *Hæc dicere*) Idem codex, *eadem dicere*. k *Nihilominus*) Liber Turonen. & Colbert. *nulla minus*.

l *Nutrimentum*) Præstulimus lectionem quam exhibet exemplar Bellovacense. Nam Colbertinus, Turonense, & Contius legunt *divisionem*.

m *Fluctum qui poterit*. Ita codex Turonensis & Contius. Ita etiam codex Colbertinus. In Bellovacensi scriptum est, *fluctum sufficientem, siquidem consent*.

(1) Adnotatio hæc est veteris Interpretis.

[a] 1 Agnoscens blasphemus Nestorius quia non patitur Archiepiscopus Cyrillus sic esse conturbatas Ecclesias & scandalizari populos ex hujusmodi sermonibus, præparavit piissimum Imperatorem, ejus potestati subripiens, sibi destinare sacram stigmatibus plenam, credens per eam sanctitatem ejus taciturnitati contradare quæ secundum ipsum hæreticum sunt Nestorium. Est autem sacra sequens, sicuti subjectum est.

Theodosii Imperatoris epistola ad Cyrillum Alexandrinum.

CAP. XXII

IMperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores maximi, semper augusti, Cyrillo Episcopo. Curæ multæ est Dei cultura nobis, propter quam delinquentes venia potiuntur. [b] Quod non tamen approbabile est in his qui laudari a nobis debent & maxime propter religionem honorari. Sacerdotes autem decet & ex morum benignitate & ex subtilitate circa fidem esse mirandos & simplicitatem semper ostendere vitæ & agnoscere quia uniuscujusque causæ naturam & circa pietatem maxime rationes magis invenit [c] inquæstio quam [d] potestas. [e] Scilicet ab initio nobis eas non interminatio uniuscujusque potentis, aut qui posse putaretur, sed sanctorum patrum & sacri Concilii decretum constituit; & omnibus palam est quia religio firmitatem non ex jussione habet potius quam consensu. Nunc itaque nos tua reverentia doceat cur nos, quibus nosti tantam quidem semper inesse pietatem, contemnens simul & undique sacerdotes, quibus collectis esset melius solvere dubitationem, tumultum, [f] quantum ad te, & divisionem Ecclesiis intulisti, tanquam audaciæ vehementia in rationibus pietatis plus valeat quam subtilitatis, & apud nos ipsos non amplius [g] mensura quam audacia locum obtineat atque [h] varietas, & potius hæc nobis placeant quam simplicitas, [i] tum non ita nostrum plurimum honorem a tua suscipi reverentia crederemus, [k] sicut nec indignari novimus, quia universa pariter conturbantur. Nunc autem cura nobis [l] est sacræ tranquillitatis. Omnia vero scito te commovisse [m] non oportebat. Et nihil mirabile est excedentem mensuram non usque ad ecclesiasticos & consacerdotes figere conamen, sed etiam de nobis ipsis credere nostræ aliquid pietatis indignum. Aut quam habuit rationem alia quidem ad nos & piissimam augustam Eudociam meam conjugem scribere, alia vero ad A meam sororem [n] reverentissimam augustam Pulcheriam? Aut discordare nos æstimasti, aut discordaturos speraſti ex tua reverentia literis. Hoc autem etiamsi factum sic se habuisset, sua [o] curiosa perscrutatione nosse eum qui sic procul existit omnino reprehensibile est, & non factum facere velle [p] cujuslibet potius quam sacerdotis, unius tamen conaminis ejusdemque propositi & Ecclesiarum simul & Imperatorum velle membra secernere, tanquam non esset occasio altera probitatis. Ut autem scias qualia sint quæ nostra sunt, & Ecclesias noveris & imperium munitum & adhuc amplius etiam dicentibus nobis muniendum salvatoris providentia Dei, data tuæ reverentiæ B venia, ut non occasionem sumas, neque dicere possis quia propter sermones pietatis excluderis, exerceri enim eos coram sacro Concilio volumus & teneri, quomodo visum fuerit bene, sive [q] impetrent veniam sive non a patribus qui vincentur. Nos igitur conturbari civitates & Ecclesias non patiemur, sed neque inexaminatos nobis sermones, quorum oportet judices præsidere undique præsules sacerdotii, per quos nos firmiores [s] vere recte sumus & erimus. Omnino autem nullus ita vel si parum participatus republica dignus licentiam habebit secundum talem confidentiam declinare velle judicium, quando hoc neque volenti licebit nostra [t] divinitate laudante quidem necessario eos qui cum devotionis confidentia veniunt ad hujusmodi discussionem, non sinente vero si quis jubere magis vult quam suadere aut suaderi de talibus. Quapropter venire oportet tuam reverentiam secundum tempus, quod aliæ significant literæ ad omnes directæ metropolitanos Episcopos, & nostrum [u] affectum non aliter reparandum sperare nisi omnem quidem tristitiam turbamque compescas & ad perscrutationem quæstionum sponte convenias. Sic enim [f] putaberis neque propria offensione perculsus, nec alicui contra quod convenit indignatus, & quæ jam facta sunt dure quidem & extra rationem, omnino tamen pro [t] gloria fecisse, & de cetero quæ justa sunt velle. D Non enim volentem aliter sustinemus

(2) Forte, in veritate sumus, &c. Hard.

(3) Hoc est nostram amicitiam. Hard.

4 Inter hæc u directa est alia sacra in omnem orbem terrarum Dei cultoribus Episcopis, jubens convenire eos in Ephesinam metropolim & celebrare Concilium quod sedaret omnem turbam, quam injecerat in Ecclesias contra gloriam Christi hæreticus Nestorius. Convenientibus igitur universis, & tardante reverentissimo Episcopo Joanne occurrere ad Concilium, cognoscens idem Joannes

(4) Adnotatio veteris interpretis. Hard.

a *Agnoscens blasphemus*) Liberatus cap. 4. *Cognoscens itaque Nestorius quod Cyrillus non poterotur Ecclesiam sic esse in perturbatione & populos in scandalo, subripuit pio Principi Theodosio ut sacram ad eum dirigeret & a sua eum persecutione compesceret.* b *Quod non tamen*) Codex Bellovacensis: *Non tamen laudabile est indigere venia.* c *Inquæstio*) Ita codex Turonensis & Colbertinus, Bellovacensis & Contius, *quæstio*. In Græco est ζητησις. d *Potestas*) Codex Bellovac. *pertinacia*: quod melius est. e *Scilicet ab initio*) Idem codex. *Ab initio etenim.* f *Quantum ad te*) Codex Bellovac. *quantum ad te attinet, divisi.*

g *Mensura*) Idem codex habet *honestas*. h *Varietas*) Item idem codex, *versutia*.

i *Cum non ita*) Idem codex: *Et certe non ita nostrum*. Totum vero hunc locum, rejecta Peltani versione, sic reddi debere putabat vir illustrissimus Carolus de Montchal Archiepiscopus Tolosanus. *Certe summum honorem, in que apud nos erat, non ita accepturam pietatem tuam existimabamus, aut omnia turbaturam esse, cum nos indignari etiam sciamus. Verum cura nobis erit Ecclesiæ tranquillitas.* k *Sicut nec indignari*) Codex Bellovac. *nec tamquam si indignari nosceremur.* l *Est sacra*) Idem codex, *erit sacra*.

m *Non oportebat*) Codex Colbert. *non ut oportebat*. n *Reverentissimam*) Codex Bellovac. *piissimam*.

o *Curiosa*) Hæc vox addita est ex libro Bellovacensi. Deest enim in Turonensi, Colbertino, & apud Contium. p *Cujuslibet potius*) Hæc etiam, usque ad vocem *tanquam*, addita sunt ex libro Bellovacensi, cum desint in Turonensi & in Colbertino & in editione Contiana. Habentur enim in textu Græco.

q *Impetrent*) Codex Turon. & Colbertinus, *impertiantur*. r *Divinitate laudante*) Hæc, usque ad voces *non sinente*, addita sunt ex codice Bellovacensi. Extant etiam in Græco contextu.

f *Putaberis*) Ita Contius. Codex Turon. & Colbert. *putaveris*. Bellovac. *fortasse placaberis*.

t *Gloria*) Ita codex Colbertinus & Turonensis & Contius. In Bellovacensi legitur *glorificatione*.

u *Directa est alia*) Liberatus: *Et post hæc scripsit aliam sacram ad universos Episcopos ut Ephesum convenirent & conferrent de libris Nestorii & Cyrilli judicium*.

nos quia tardavit in itinere, misit epistolam sanctissimo Episcopo Cyrillo per Dei cultores Episcopos nuntiantem tarditatis causam. Est enim hæc.

Epistola Joannis Antiocheni Episcopi ad Cyrillum Episcopum, cum jam sacrum Concilium Ephesi convenisset.

CAP XXIII. DOmino meo amabili & sanctissimo comministro Cyrillo Joannes in Domino salutem. Neque me mediocriter mordet quod omnino vestra sanctitate in Ephesum veniente, paucis his defui diebus. Ipso enim opere desiderium circa tuam sanctitatem plus mihi inest velocius iter arripere. Sum enim orationibus tuæ sanctitatis ad januas, jam multum passus itineris laborem. Dies enim habeo triginta tantum. Namque [a] circulus itineris habet iter faciens, [a] nusquam penitus parcens mihi, nec aliquibus Dominorum Deo amabilium Episcoporum inæqualitatem pariter habentibus, animalibus autem plurimis conruentibus pro assiduitate viæ. Ora ergo Domine, & has quinque aut sex mansiones sine tristitia nos iter agere & concurrere & amplecti sacrum nobis sanctumque caput. [b] Qui circa me sunt Deo amabiles Episcopi Joannes, Paulus, Macarius, [a] alloquuntur tuam sanctitatem. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimum salutamus. Incolumis orans pro nobis perseveres, Domino Deo amabilis & sanctissime.

a. Porro: Namque hic circulus. Hard.

a. Melius, salutant. Hard.

EXEMPLAR MONUMENTORUM QUÆ GESTA SUNT IN EPHESO A SANCTO CONCILIO DE DEPOSITIONE IMPII NESTORII.

CAP. XXIV. *POst consulatu Dominorum nostrorum Flavii Theodosii XIII. & Flavii Valentiniani III. PP. Augustorum,* [c] *(a) X. Kal. Julias, synodo celebrata in Ephesinorum metropoli ex decreto religiosissimorum & Christianissimorum Imperatorum, residentibus in sancta Ecclesia quæ vocatur Maria reverentissimis & sanctissimis Episcopis Cyrillo Alexandriæ obtinente & locum sanctissimi Archiepiscopi Romanorum Ecclesiæ Cælestini, & Juvenali Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum, & Flaviano Philippensium obtinente locum Rufi reverentissimi Episcopi Thessalonicensium, & Theodoto Ancyræ Galatiæ primæ, & Firmo Cæsareæ Cappadociæ primæ, & Acacio Melitinæ Armeniæ, & Iconio Gortynæ Cretæ, & Perigene Corinthi Helladæ, & Cyro Aphrodisiadis Cariæ, & Valeriano Iconii, & Hesychio Parii, & Hellanico Rhodi, & Donato Nicopoleos Epiri veteris, & Euchario Dyrrachii Epiri novæ, & Perretio Farmaiti, & Eudoxio Chomatis Lyciæ, & Silvano Chæretaporum Phrygiæ, & Berniano Pergæ Pamphyliæ, & Amphilochio Sidæ Pamphyliæ, & Epiphanio Cratiæ Honoriadis, & Gregorio Cerasuntis Ponti Polemoniaci, & Prothymio Co-*

A *mæna, & Palladio Amasiæ Helespenti, & Senecione Cedrorum, & Acacio Arcæ, & Decimasio Maroniæ Thraciæ, & Joanne Proconnesi, & Daniele Coloniæ secundæ Cappadociæ, & Romano Raphiæ, & Pauliniano Majumæ Gazæ, & Paulo Anthedonis, & Fido Joppe, & Johanne Sicamazonis, & Theodoro Gadarorum, & Letojo Libyadis, & Abdella Eleusi, & Theodoro Aribdila, & Petro Parembolorum, & Joanne Augustopoleos, & Saida Phaenusi, & Rufino Taborum, & Anysio Thebarum, & Callicrate Naupacti, & Domnino Opuntis, & Nicio Megarensium, & Agathocle Coloniæ, & Felice Apolloniæ & Belliadæ, & Theodoro Dodonis, & Anderio Chersonesi Cretæ, & Cyrillo Cylonceronensi, & Paulo Lampæ, & Zenobio Guasi, & Luciano* [d] *Toperi Thraciæ, & Ennepio Maximianopoleos, & Secundiano Lamiæ, & Dione Thebarum Thessaliæ, & Theodoro Echinei, & Martyrio Helistrorum, & Thoma Zerbæ, & Athanasio Parositi, & Themistio Jassi, & Aphtonito Heracleæ, & Phileto Amazonis, & Apella Cybiræ, & Spudasio Ceramorum, & Archesao Myndi, & [e] Finia Arpasorum, & Promachio Alindorum, & Philippo Pergamorum Asiæ, & Maximo Cymæ, & Dorotheo Mirinæ, & Maximo Assi, & Eupero Hypaporum, & Alexandro Arcadiopoleos, & Euthyco Theodosiopoleos, & Rhodone Paleasipoleos, & Eutropio Evazorum, & Asobio Coloe, & Nestorio Sion, & Heracleone Thralleorum,*

C *& Theodoto Mysæ, & Theodoro Aninetis, & Timotheo Briulorum, & Theodosio Majorum, & Tychico Cytherorum, & Eusebio Calzomensiorum, & Euthalio Colophonis, & Modesto Anceorum; & Theodosio Prinæ, & Eusebio Magnesiæ Sipil., & Sapricio Paphi Cypri, & Zenone Cyri Cypri, & Rhegino Constantiæ, & Evagrio* [f] *Solorum, & Cæsario Chorepiscopo, & Triboniano Aspendi Pamphyliæ, & Nunechrio Selgæ, & Solone Carallia, & Acacio Cotenorum, & Nesio Corybrassi, & Matidiano Coracensiorum, & Nectario Neorum, & Eutropio Etennorum, & Tarsiano Lyrbæ, & Eusebio Asponorum Galatiæ, & Philumeno Cynnæ, & [g] Strategio & Eusebio Heracleæ Honoriadis, & Paralio Andraporum Helespenti, & Silvano Cerataporum, & Hermogene Rhinocurorum, & Evoptio Ptolomaidis Pentapoleos, & Eusebio Pelusii, & Eulogio Terenuthidos, & Adelphio Hanupheos, & Paulo Fragoneos, & Phibammone Coptæ, & Theopempto Cabasorum, & Macario Meleos, & Adelphio Seos, & Macedonio Xoeos, & Marino Heliopolitarum, & Metrodoro Leontorum, & Macario Antoeorum, & Pabisco Apollonis, & Petro Oxyrinci, & Strategio Athribidis, & Athanasio Paralis, & Silvano Copristhidis, & Joanne Ephesi, & Aristobolo* [h] *Thumueos, & Theone Sithrisi, & Lampetio Casii, & Cyro Achæorum, & Publio Olbiæ, & Samuele Dystheorum, & Zenobio Barcæ, & Zenone Theuchirorum, & Daniele Dardaneorum,*

b *Nusquam penitus parcens*) Liberatus: *Scripserat enim ipse Joannes de itinere Cyrillo, pedibus in sexta mansione, festinationem suam, & itineris laborem, animalium quoque ruinas, & Episcoporum qui secum erant necessitatem insinuans.* b *Qui circa me sunt*) Secuti hic sumus editionem Contianam. Nam codex Turonensis & Colbertinus habent: *Qui circa Dominum meum Deo amabilem Episcopum Joannem, Paulum Macarium.* Deest autem hæc epistola in Exemplari Bellovacen. c *x. Kal. Julias*) Ita codices Ephesinæ synodi tam Græci quam Latini. At in actione prima Concilii Chalcedonensis, ubi ista descripta sunt, legitur, *sub die undecimo Kalendarum Augustarum.* d *Toperi*) Codices Colbertinus & Turon. *Poteri.*

e *Finia*) Codex Colbert. *Fania.* f *Solorum*) Idem codices, *Solonorum.* g *Strategio*) Post hanc vocem locus vacuus relictus est in codice Colbertino, velut si nomen sedis Strategii hic ponendum esset.

h *Thumueos*) Ita codices Turonensis & Colbertinus: Bellovac. *Thimueos.* Contius edidit *Thumneos.* Sed haud dubie in exemplari quoque quo is usus est scriptum erat *Thumueos.*

(a) Ballerinis testibus in Dissert. præmissa Appendicis ad Opera S. Leonis magni fol. CXI. in Cod. vetustissimo Veronensi hic legitur *XI. Kal.* ut in actione I. Conc. Calched.

rum, & Sopatro Septimiacæ, & Eusebio Nilopoleos, & Heraclide Heracliæ, & Chrysorio Aphroditæ, & Andrea Hermopoleos, & Sabino Panos, & Abraham Ostracenæ, & Hierace Aphnaei, & Alypio Selæ, & Alexandro Cleopatridis, & Isaac Tavæ, & Ammone Buti, & Heracleo [a] *Thyneos, & Isaac Elearchiæ, & Heraclio Tamiathidis, & Theona Phsinchi, & Ammonio Panephysi, & Bessula Diacono Carthaginis,* PETRUS PRESBYTER ALEXANDRIÆ ET PRIMICERIUS NOTARIORUM DIXIT.

Adhuc initio reverentissimo Nestorio ordinato Episcopo in sancta Constantinopolitanorum Ecclesia, & quibusdam non multis discurrentibus diebus, prolatæ sunt de Constantinopoli [b] a quibusdam expositiones ejus quæ turbabant legentes, ut multa ex hac causa in Ecclesiis fieret perturbatio. Hoc ediscens reverentissimus Episcopus Alexandriæ Cyrillus scripsit primam & secundam epistolam ad reverentiam ejus suasionis & [c] commonitionis plenas. Ad has rescripsit renuens & adversatus destinatis super his epistolis. Adhuc ediscens idem reverentissimus Cyrillus quia & Romam destinatæ sunt ab eo epistolæ & codices expositionum ejus, scripsit & ipse ad reverentissimum Episcopum Romæ Cælestinum [d] per Possidonium Diaconum, demandans ei quia si inventi fuerint reddit [e] ipsi codices expositionum ejus & epistolæ, redde & meas epistolas; sive non, affer eas huc non redditas. Ille inveniens expositiones & epistolas ei redditas, necessario & ipse reddidit & scripta sunt quæ competunt a sanctissimo & reverentissimo Romanorum Ecclesiæ Episcopo Cælestino, formam certam continentia. Quoniam igitur ex imperiali & religioso nutu sancta vestra celebratur synodus, hic rursus edocemus necessario quoniam & has chartas præ manibus habemus ad id quod placuerit vestræ reverentiæ.

Juvenalis Episcopus Hierosolymorum dixit. Legatur religiosissimorum & amatorum Christi nostrorum Imperatorum scriptum ad singulos Metropolitanorum destinatum, & præfulgeat nunc celebrandis gestis. *Quod prolatum per religiosum Petrum Presbyterum Alexandriæ lectum est ita.*

Theodosii Imperatoris epistola ad Cyrillum Episcopum Alexandrinum.

Cum Carineo Cos. consulatu Caro Iuniori CAP. XXV

IMperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores maximi, semper augusti, Cyrillo Episcopo. Pendet in Dei cultura nostræ vitæ status, & multa his inest cognatio & insertio. Complectuntur enim alterutra, & utraque altero projectu concrescit; ut vera quidem religio per justitiam, res autem publica, dum per utraque continetur, refulgeat. Imperatores siquidem constituti a Deo & conjuncti subjectorum pietate & securitate consistentes inrumpibilem semper copulationem horum servamus, providentiæ & hominibus mediantes. Illi namque ministramus ad reipublicæ crementum. Per omnia vero, ut ita dicamus, subjectorum curam habentes, hos pie agere & conversari secundum quod pios decet procuramus, utriusque convenienter diligentiam habentes. Non enim possibile est, qui alterius solicitus est, non similiter & pro altero cogitare. Studium ergo ponimus præ omnibus ecclesiasticum statum Deo decentem & nostris temporibus congruum permanere & habere ex omnium unanimitate tranquillitatem, & per pacem ecclesiasticarum rerum quietem existere pia religioni inreprehensibilem, & eos qui in clero magnoque sacerdotio constituti sunt omni conversationis querela privari. Hæc conspicientes per caritatem in Deum & voluntatem alterni amoris pie viventium roborari, sæpe quidem jam propter hæc quæ per tempus incidunt, necessariam undique sanctissimorum Episcoporum Deo amabilem synodum judicavimus, pigriores tamen circa fatigationem eorum reverentiæ facti sumus. Sed moderna necessariarum ecclesiasticarum & his conjunctarum publicarum utilitatum quæstio utilissimam & inevitabilem hanc ostendit. Unde ne præsentis sic utilis quæstionis negligentia ad pejus sumat auxilium, quod est pietatis nostrorum temporum alienum, cogitet tua reverentia post celebrationem, quod Deo commante dicendum est, sancti Paschæ ad Ephesiorum Asiæ convenire in ipso sancto Pentecostes die, paucos quos adprobaveris sub tua constitutos provincia sanctissimos Episcopos ad eam concurrere procurans, quatenus & sufficientes in ipsa provincia sanctissimis Ecclesiis & synodo opportuni non desint. Scriptum namque est a pari a nostra majestate de prædicta sancta synodo Deo amabilibus Episcopis ubique Metropolitanis, quatenus hoc factum & turba quæ ex dubitationibus provenit secundum ecclesiasticas regulas dissolvatur, & in his quæ non decenter facta sunt detur correctio, & circa Deum reverentia & publicorum utilitas firma consistat. Nulla quippe ante sanctissimam synodum & futura ab ea communi decreto ab omnibus dari forma novitate seorsum ab aliquibus facienda. Et confidimus quidem unumquemque Deo amabilium sacerdotum scientem ecclesiasticarum & totius orbis gratia causarum sanctissimam synodum hac nostra sanctione cogi, concurrere festinanter, & his quæ ita necessarie ad Dei placitum pertingunt, quantum poterit subvenire. Et nos quoque horum multam habentes solicitudinem, deesse nullum libenter patimur, nec nullam habebit ad Deum nec ad nos satisfactionem qui non repente secundum prædictum tempus ad definitum locum festinanter advenerit. Nam qui vocatus ad sacerdotale Concilium alacriter non occurrerit, non bonæ esse conscientiæ demonstratur. Data XIII. *Kal. Decemb. Constantinopoli, consulatu Dominorum nostrorum Theodosii XIII. & Valentiniani III. PP. Augustorum.*

Firmus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit. Hoc nobis testimonium exhibeatur a reverentissimo & sanctissimo Episcopo civitatis Ephesi Memnone, quantus numerus dierum præteriit post adventum nostrum.

Memnon Episcopus Ephesi dixit. A definita dila-

a *Thyneos*) Hæc est scriptura Bellovacensis exemplaris. Turonense & Colbertinum habent *Chyneos*, Contius *Cyneos*. b *A quibusdam*) Præcipue vero, ut arbitror, a Philippo presbytero Cp. quem graveni adversarium expertus est Nestorius, ut vidimus supra in narratione de Concilio CP. habito anno CCCXXVIII.

c *Commonit.*) Ita Contius & codex Bellovacensis. Colbertinus & Turon habent *ammonitionis*.

d *Per Possidonium*) Commonitorium ei pro hac causa datum a Cyrillo editum est supra cum Concilio Romano anni CCCCXXX.

e *Ipsi*) Hæc est lectio libri Bellovacensis. Ceteri & Contius, *ei*.

dilatione pii & Deo amabilis rescripti transierunt dies sedecim.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Sufficienter sancta & magna synodus sustinuit expectans adventum eorum qui venire expectabantur reverentissimorum Episcoporum. Quoniam vero multi Episcoporum, alii quidem in ægritudinem inciderunt, defuncti sunt autem & alii, consequens est hoc [a] (*a*) quod decretum est agi, & quæ de fide sunt comprehendere ad utilitatem totius Ecclesiæ quæ sub cœlo est. Unde legantur in ordine quæ ad causam conveniunt chartæ (*b*) præcipuæ; maxime quia & secundum decretum piissimorum & amatorum Christi Imperatorum lectum est huic synodo per magnificum & gloriosum Comitem devotissimorum Domesticorum Candidianum, quod præcipit quæ fidei sunt inquiri & disponi sine aliqua dilatione.

Theodotus Episcopus Ancyræ dixit. Chartarum quidem lectio erit secundum opportunum tempus. Nunc autem consequens est in his quæ geruntur simul esse & Deo amabilem Episcopum Nestorium, ut ea quæ de pietate sunt stent ex communi sententia atque consensu.

Hermogenes Episcopus Rhinocurorum dixit. Destinati sumus hesterno die a vestra reverentia (*c*) [b] commonere reverentissimum Nestorium quia debet consedere in synodo, & non ignoravit diem hujus sanctæ synodi, & dixit: Interea video; & si oportuerit me venire, venio.

Athanasius Episcopus a Parali dixit. Missus sum a vestra reverentia hesterno die quatenus commonerem reverentissimum Nestorium consedere in sancta synodo. Advenimus vero ad eum, commonentes eum de hoc. Ille autem adfirmavit dicens. Quia video; & si oportuerit me venire, venio.

Petrus Episcopus Parembolorum dixit. Hesterno die destinati sumus a vestra reverentia ad reverentissimum Episcopum Nestorium commonere eum quia in hac die consessura esset synodus, & respondit dicens: Quia video; & si oportuerit me venire, venio. Commoniti sunt autem & qui cum eo erant reverentissimi & Dei amatores Episcopi existentes minus plus sex aut septem, & dixerunt: Et ipsi videmus; & si probaverimus, crastino veniemus.

Paulus Episcopus a Lampe dixit. Sancta vestra & beata synodo præcipiente ire nos ad reverentissimum Nestorium & commonere eum ut in hodierna die adveniret in sanctam vestram & beatam synodum; & adveniens & ego cum aliis sanctis patribus qui jam deposuerunt, commonui eum quatenus in hodiernum diem adveniret in sancta vestra synodo, & consederet. Qui vero dixit: Si probavero, ait, tunc venio. Non solum vero ipsum admonuimus, sed & hos qui inventi sunt cum eo reverentissimos Episcopos. Existentes erant autem cum eo plus minus sex vel septem Episcopi.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Transientes aliqui reverentissimorum Episcoporum commoneant & rursus advenire eum & consedere in sancta synodo.

Et destinati sunt a sancta synodo Theodolus Episcopus Eleusiæ Palæstinæ, Anderius Episcopus Cheronesi Cretæ, Theopemptus Episcopus Cabasorum Ægypti, & Epaphroditus lector, & notarius reverendissimi Episcopi Hellanici Rhodiorum civitatis, portantes [c] *anagnosticum sanctæ synodi ad ipsum reverentissimum Episcopum continens sta.*

Oportebat quidem admonitam vestram reverentiam hesterna die per reverentissimos & sanctissimos Episcopos ut conveniat ad sanctam synodum quæ in hodierno die celebratur in sancta & catholica Ecclesia, non deesse ab ea. Quoniam autem congregatæ synodo deest tua sanctitas, necessario iterum per Theopemptum & Theodolum & Andream reverentissimos & venerabiles Episcopos & Epaphroditum lectorem & notarium civitatis Rhodi rogamus te convenire & non deesse his quæ geruntur, cum præcipue piissimi & Dei amatores Imperatores præceperint omnia prætermittentes nos (*d*) firmationem fidei facere.

Et cum (*e*) *resedissent, Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit*. Quoniam advenerunt qui destinati sunt a sancta synodo reverentissimi & venerabiles Episcopi, postulamus eos deponere quale responsum acceperint.

Theopemptus Episcopus [d] *Cabasorum dixit*. Destinati ab hac sancta & magna synodo ad reverentissimum Nestorium, venimus in ejus domum; & videntes multitudinem militum cum fustibus, petivimus nuntiari. Isti autem prohibuerunt nos dicentes: Secretum habet, & requiescit; & jussi sumus nemini concedere ingredi & colloqui ei. Nobis autem dicentibus impossibile esse nos desistere nisi accipiamus responsum, transmisit enim ad eum sancta synodus anagnosticum legendum, supplicans simul cum eis consedere, exeuntes Clerici ejus similia militibus nobis responderunt. Cum autem insisteremus responsum quærentes accipere, exiens devotissimus Tribunus Florentius, qui cum Candidiano simul & magnificentissimo & gloriosissimo Comite devotissimorum Domesticorum, præparavit nos manere, utique responsum nobis allaturus; & expectavimus. Postea exiens cum clericis ejus, dixit ad nos: Ego quidem nec videre eum potui. Mandavit vero mihi ut dicam reverentiæ vestræ quia postquam convenerint omnes Episcopi, convenimus nos ad invicem. Nos vero contestati & ipsum & omnes præsentes milites & Clericos ejus recessimus.

Theodolus Episcopus Eleusiæ dixit. Et ego eadem audivi, & eadem depono.

Anderius Episcopus Chersonensis Cretæ dixit. Et ego secundum definitionem sanctæ vestræ & bea-

a *Quod decretum*) Ita codex Bellovacensis. Ceteri & Contius, *quod competit decretis agi*.

b *Commonere*) Ita Contius & exemplar Bellovacense. At Colbertinum & Turonense habent *commemorare*, a paulo post *commemoraverem* pro *commonerem*, & *commemorantes* pro *commonentes*, quod idem est. Vide glossarium Dufresnii. c *Anagnosticum*) sive syngrapha, ut Peltanus vertit, hoc est, epistolam citatoriam. Anagnosticon vetus interpres aliter vertit in actione XII. Concilii sexti. Apud sanctum Gregorium lib. 7. Indict. 2. epist. 127. anagnosticum significat idem quod embolum in codice Carolino. Quidam vocant Postscriptum, Gallice *apostille*. d *Cabasorum*) Hæc est vera lectio, quam & textus Græcus exhibet & editio Contii. Confirmatur autem etiam ex codice Bellovacensi, ubi scriptum est *a Cauasorum*. In Colbertino & in Turonensi, *Abasorum*.

(*a*) Cod. Casin. *quod competit decretis agi*. (*b*) *Charta, præcipue quia &*.

(*c*) *Commemorare*; & inferius est *ad commemorandum, commonentes*.

(*d*) *Firmitatem circa fidem*. (*e*) *Redissent*.

beatæ synodi adveniens ibi, dixi & audivi quæ sine prætermissione deposuerunt qui mecum fuerunt reverentissimi Episcopi.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Quoniam nihil convenit prætermittere pertinentium ad consequentiam ecclesiasticam, cum certum existat quoniam heri & hodie secundo admonitus reverentissimus Nestorius non occurrit, & tertio iterum anagnostico admonebitur, transeuntibus videlicet Anysio (*a*) Episcopo Thebarum Helladis & Domno Episcopo ejusdem Helladis & Joanne Episcopo Ephesti Augustamnicæ, & Daniele Episcopo Dardaniæ Libyæ reverentissimis comministris nostris tertio commonentibus eum.

Et serunt cum Anysio (*a*) *lectore & notario Firmi Episcopi Cappadociæ portantes anagnosticum continens ita*.

Tertia hac evocatione reverentiam tuam convocat sanctissima synodus, & obediens regulæ, & impertiens tibi inducias & patientiam, Dignare ergo vel nunc occurrens satisfacere de his quæ dicunt te dixisse hæreticis dogmatibus in communi Ecclesia, sciens quia si non occurrens satisfeceris ad ea quæ scripto vel sine scripto contra te dicuntur, necesse habebit sanctissima synodus quæ placent sanctissimorum patrum regulis in te definire.

Quibus reversis, Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Quoniam & nunc reversi sunt qui destinati fuerant reverentissimi Episcopi, petimus & ipsos deponere quale responsum impetraverint,

Joannes Episcopus Ephesti dixit. Destinati a sancta hac & Dei amatrice synodo quatenus per anagnosticum tertio commoneremus reverentissimum Nestorium concurrere ad sanctam synodum, ut præsente sanctitate ejus libri fidei discuterentur, consequenter præceptis nobis a vestra reverentia advenimus ad ejus diversorium; & ante januas constituti, invenimus multitudinem militum cum fustibus stantium ante ipsas januas. Petivimus eos ut [a] permitterent nobis ad januas advenire domus in quibus erat ipse reverentissimus Nestorius, vel ipsos nos nuntiare destinatos a sancta synodo cum anagnostico tertio, quod mitius eum & cum omni lenitate vocaret ad sanctam synodum. Et [b] multum commorati sumus, neque juxta umbram stare permissi a militibus repellentibus nos atrociter & removentibus nos a locis & nullum nobis humanum responsum præbentibus. Cum vero diu permansissemus petentes & dicentes quia quatuor sumus numero Episcopi, non injuriæ causa destinati, nec injuriosum quiddam [c] agere quod non competit, sed ut cum consequentia & nunc admoneremus ad sanctam hanc Ecclesiam advenire & consedere huic sanctæ synodo. Postea milites repulerunt nos dicentes nullum aliud responsum nos accipere, licet usque ad vesperam expectaremus ante januas domus. Adjecerunt vero & hoc dicentes propter hoc stare ante januas ut non permittant alicui de synodo ingredi, [d] & hæc ab ipso accepisse mandata.

Anysius Episcopus Thebarum dixit: Quæ deposuit sanctissimus frater & comminister Joannes vera sunt. [e] Plurimum enim stantibus nobis ante januas reverentissimi Nestorii, hæc vidimus & audivimus.

Dominus Episcopus Oponti Heliadis dixit. Quæ deposuerunt sanctissimi & reverentissimi fratres & comministri Joannes & Anysius, hæc & ego vidi & audivi.

(*b*) *Joannes Episcopus Augustopoleos dixit*. Quæ deposuerunt reverentissimi Episcopi, hæc audivi & depono.

Daniel Episcopus Dardani dixit. Quæ deposuerunt Dei cultores Episcopi, hæc audivi & vera sunt.

Juvenalis Episcopus Hierosolymorum dixit. [f] Ecclesiasticis legibus contentos esse jubentibus tertia evocatione ad satisfactionem vocatos de quibus accusantur, parati eramus ex superfluo & per quartum anagnosticum per reverentissimos Episcopos iterum evocare eundem reverentissimum Nestorium. Quoniam vero (*c*) collegium militum circumponens suæ domui, sicut qui ibi missi sunt reverentissimi Episcopi deposuerunt, non concessit accedere, manifestus est non bona conscientia ad sanctam synodum adventum recusans. Unde agantur reliqua secundum regularem ordinem, & quanta conveniunt ad statum rectæ nostræ, & piæ fidei. Legatur autem in primis exposita fides a sanctis patribus & Episcopis qui in Nicæa convenerunt CCCXVIII. quatenus huic expositioni collatis de fide sermonibus consonantes quidem confirmentur, discrepantes autem ejiciantur. *Et lectum est symbolum ita*.

Nicæna synodus fidem exposuit hanc.

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, [g] factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, [h] filium Dei unigenitum, natum ex patre ante omnia sæcula, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit & incarnatus est [i] de spiritu sancto & Maria virgine, & humanatus est, & passus, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, venturus judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Dicentes autem: Erat quando non erat, & prius quam nasceretur non erat, & quia de non extantibus factus est, vel ex altera subsistentia [k] vel substantia, dicentes esse aut convertibilem

a *Permitterent*) Hanc lectionem accepimus ex editione Contil. Nam omnia vetera exemplaria habent *practoeerent*. b *Mult. commorati*) Ita codices Colbertinus & Turonensis; quam lectionem habet etiam editio Contiana. Liber Bellovac. *multa commemorati sumus*.

c *Agere*) Ita Contius. Exemplaria Colbertinum & Turon. habent *cogere*. Sed neutra harum vocum extat in Bellovacensi. d *Et hæc*) Hæc est lectio libri Bellovacensis. Ceteri & Contius, *ipsa accipiente ab eo mandata*. e *Plurimum*) Codex Bellovac. *diu*. f *Ecclesiasticis*) Codex Bellovacensis. *Dum ecclesiastica leges sufficere dicant tertiam evocationem ad satisfactionem evocatorum de quibus accusantur &c.*

g *Factorem*) Codex Bellovac. *visibilium & invisibilium creatorem*. h *Filium*) Idem codex *filium Dei, natum ex patre unicum, id est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, consubstantialem &c.* i *De Spir. S. & Mar. Virg.*) Hæc omittuntur in eodem veteri exemplari.

k *Vel substantia*) Idem codex, *vel essentia*.

(*a*) *Episcopo lectore*. (*b*) Deest tota hæc periocha in cod. Casin. (*c*) *Cuneum*.

lem vel mirabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.

Quo lecto Petrus Presbyter Alexandriæ, & primicerius Notariorum dixit. Habemus præ manibus sanctissimi & reverentissimi Cyrilli Archiepiscopi epistolam scriptam ad reverentissimum Nestorium suasionis & admonitionis plenam, utpote non recte sapiente eo, quam si jusserit vestra sanctitas, legam.

Acacius Episcopus Melitinæ dixit. Quoniam religiosissimus Presbyter Petrus, [a] qui principium narrationis fecit, dixit scripta esse quædam a reverentissimo & sanctissimo Episcopo Cyrillo ad reverentissimum Nestorium, utpote non recta doctrina utentem, consequens est & hæc legi. *Et lecta est, & posita in præcedentibus.*

Et postquam lecta est epistola, Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Audivit sancta & magna hæc synodus quæ scripsi reverentissimo Nestorio, asserens pro recta fide. Certus autem sum quia nullo modo egressus [b] invenior a recta fidei ratione aut prætergressus expositum a sancta & magna synodo quæ tunc temporibus in Nicæorum urbe congregata est symbolum; & peto vestram sanctitatem dicere utrum recte & inreprehensibiliter & consone sanctæ illi synodo talia scripserim, an non.

Juvenalis Episcopus Hierosolymorum dixit. Perlecta sancta fide quæ in Nicæa & epistola sanctissimi & reverentissimi Episcopi Cyrilli, idem & quæ a sancta synodo exposita sunt consona inveniuntur, & his piis dogmatibus concordo & consentio.

Firmus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit. Compendiose & [c] in capitulo quæ dicta sunt a sancta synodo quæ in Nicæa est expohens tua reverentia subtiliter & [d] consequenter manifestiorem nobis & liquidiorem comprehensionem expositæ fidei fecit, ut nihil sit in dictis ambiguum, omnibus invicem sibi consonantibus & fide firmata. His igitur integre se habentibus & inconvertibiliter & nullam innovationem inferentibus & ego consentio, eandem gloriam a sanctissimis Episcopis meis patribus suscipiens.

Memnon Episcopus Ephesi metropoleos dixit. Fidei expositæ a sanctis patribus CCCXVIII. Nicæa congregatis consona & epistola quæ lecta est sanctissimi & reverentissimi patris Cyrilli continet; quibus consentimus & concordamus, nihil minus invenientes neque dissonans.

Theodotus Episcopus Ancyræ dixit: Mirabilem existentem & piam & rectam expositionem sanctæ fidei quæ facta est a sanctis patribus CCCXVIII. Nicæa congregatis demonstravit manifestius & certius epistola reverentissimi & sanctissimi Episcopi Cyrilli, in nullo dissonans ab expositione fidei illius; quæ vero compendiosius dicta sunt latius exposuit. Unde consonantia cognoscentes epistolæ & fidei trecentorum decem & octo patrum, concordamus & consentimus sicut illis, sic & patri nostro, qui per epistolam quæ illorum sunt nota fecit, & hæc credimus quæ & ipsi exposuerent & epistola memorati sanctissimi Cyrilli apertissime exposuit.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Lecta nobis fides quæ Nicæa exposita est a congregatis in illa civitate sanctis patribus trecentis decem & octo Episcopis, lecta etiam epistola sanctissimi patris & Episcopi Cyrilli quæ scripta est ad reverentissimum Nestorium de fide, reperimus eam convenientem apertius & manifestius Nicæa expositæ fidei & multam lucem præbentem ad comprehensionem intelligentiæ dictorum. Unde consentio & ego epistolæ scriptæ a sanctissimo & reverentissimo Episcopo Cyrillo nullo modo dissentienti a recta fide & consonanti apostolicæ prædicationi & expositæ Nicæa a sanctis patribus [e] fide orthodoxis. Consentire vero his adfirmo & sanctissimum patrem nostrum [f] Rufum Thessalonicensem Metropolitanum. Hæc enim mihi advenienti in hanc sanctam & magnam synodum dedit mandata, propter ægritudinem [g] ipse excusans hic adventum suum. Et omnes autem qui sunt de Illyrico eadem sapere & in nullo ambigere de his quæ lecta sunt.

Acacius Episcopus Melitinæ dixit. Omni pietate & consonantia ad patres trecentos decem & octo qui Nicæa fuerunt plenam epistolam reverentissimi & sanctissimi Episcopi Cyrilli videns, suscipio ejus intellectum, & eadem sapere confiteor. Olim & a principio Ecclesiam hæc habere, hæc sapere, & ex laboribus sanctissimorum patrum & ex sanctissimis scripturis & ex traditione fidei novi.

Iconius Episcopus Gortynæ dixit. Fide & expositione sanctissimorum patrum in Nicæa convenientium, lecta etiam epistola sanctissimi patris & Episcopi Cyrilli, cognoscens concordem existere illis hanc expositionem, concordo & consentio similiter sicut illi, credens in nomine patris & filii & spiritus sancti. Eos autem qui non ita sapiunt abjicere novit sanctum Concilium.

Hellanicus Episcopus Rhodi dixit. Expositionem orthodoxæ fidei Nicænæ sequor & epistolam sanctissimi & Deo amabilis Episcopi Cyrilli concordem existentem, & hanc servo fidem veram & rectam, & his qui huic contraria sapiunt etiam Deus ipse resistit; & anathema sit qui non credit Dei genitricem esse sanctam virginem Mariam.

Palladius Episcopus Amasiæ dixit. Lecta epistola Deo amabilis & sanctissimi patris nostri & Episcopi Cyrilli concordans per omnia est expositæ fidei a sanctis patribus congregatis in Nicæa. [h] Recte igitur eam habentem, &, quod dixi, expositioni sanctorum patrum congruam amplector, & consentio ei, & similiter sapio ipsi

a *Qui principium*) Codex Bellovac. *principium sermonis fecit*: quam lectionem exhibet etiam actio sexta Concilii Quinti. b *Inveniar*) Ita Concilium V. & codex Bellovacensis. Reliqui habent *capitur*.

c *In Capitulo*) Codex Bellovac. & Concilium V. *capitulariter*, id est, *summatim ac breviter*, ut vertit Peltanus. d *Consequenter*) Idem codex Bellovac. & Concilium V. *ante pedes*, ex Græco κατὰ πόδας.

e *Fide orthod.*) Secuti hic sumus auctoritatem libri Bellovacensis. Contius legit *orthodoxæ fidei* Codex Colbertinus & Turonensis, *orthodoxorum fidei*.

f *Rufum*) Codices Turon. & Colbert. *Rufinum Thessalonicensium metropoleos*.

g *Ipse excusans*) Codex Bellovac. *suam recusans hic adventu*. *Et omnes quidem credo qui de Illyrico sunt eadem quæ ego sapere & nihil ambigere de his quæ lecta sunt*.

h *Recte*) Codex Bellovacensis. *Rectam igitur habere hanc, &, sicut dixi, consonare expositioni sanctorum patrum & congaudeo, & consentio ei, & similiter glorifico sicut ipse sanctis patribus, qui, sicut dixi, in Nicæa urbe congregati sunt*.

ipsi & sanctis patribus, qui, sicut dixi, in Nicæa civitate collecti sunt.

Cyrus Episcopus Aphrodisiadis regionis Cariæ dixit. [a] Concordem ejusdemque virtutis expositionis fidei a sanctis patribus congregatis in Nicæna civitate & ego epistolam videns sanctissimi & Deo amabilis Episcopi Cyrilli scriptam reverentissimo Nestorio, eadem quæ præcedentes patres deponio.

Et omnes qui suprascripti sunt in principio actionis Episcopi hæc eadem deposuerunt, & ita credunt sicut & patres exposuerunt & epistola sanctissimi Archiepiscopi Cyrilli ad Nestorium Episcopum declaravit.

Palladius Episcopus Amasiæ dixit. Consequens est & epistolam reverentissimi Nestorii relegi, cujus mentionem fecit in initio religiosissimus Presbyter Petrus, ut cognoscamus si & illa consonans est his quæ a sanctis patribus in Nicæa exposita sunt.

Et lecta est sicuti supra scripta est, cujus initium est: [b] Venerabili & Deo amabili comministratori Cyrillo Nestorius. Injurias quidem quæ contra nos sunt mirandarum tuarum literarum dimitto, utpote medicinali patientia dignus.

Et postquam lecta est epistola, Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Quid videtur sanctæ huic & magnæ synodo de nuper lecta epistola? Putas & ipsa videtur consona esse definitæ fidei in synodo sanctorum patrum qui per tempora congregati sunt in Nicænorum civitate, an non?

Juvenalis Episcopus Hierosolymorum dixit. Nullo modo consona existit piæ fidei expositæ a sanctis patribus qui in Nicæa fuerunt, & anathematizo ita credentes. Etenim aliena omnino hæc existunt ab orthodoxa fide.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Quæ jacent in lecta epistola, omnia repugnantia existunt omnino & aliena [c] semel fidei expositæ in Nicæa a sanctis patribus, & alienos esse a recta fide ita credentes judicamus.

Firmus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit. Formam pietatis apponens in [d] primordiis epistolæ præcedente sermonem, nullo modo suum sensum obumbrare valens, nudum a velamine suum apposuit sensum dissentientem a fide sanctorum patrum trecentorum decem & octo & ab epistola sanctissimi Episcopi Cyrilli contrarie habentem.

Valerianus episcopus Iconii dixit. Omnibus conspicua est epistolæ [e] adversitas reverentissimi Nestorii, non solum fidei sanctorum patrum Nicææ & epistolæ reverentissimi & sanctissimi Archiepiscopi Cyrilli dissonans, sed nec sibi conveniens.

Iconius Episcopus Gortynæ dixit. Epistola reverentissimi Nestorii, quæ nunc lecta est, nec unam consonantiam habet ad expositionem patrum Nicæa congregatorum, neque quidem ad epistolam sanctissimi patris nostri & Episcopi Cyrilli. Unde huic abrenuntians & anathematizans ita sapientes, consentio expositioni sanctorum patrum Nicææ & epistolæ sanctissimi patris & Archiepiscopi Cyrilli.

Hellanicus Episcopus Rhodi dixit. Et jam deposui quia expositionem rectæ fidei trecentorum decem & octo patrum qui Nicæa fuerunt sequor, & sanctam virginem Mariam Dei genitricem confiteor. Anathema vero sit qui non credit sic.

Acacius Episcopus Melitinæ dixit. Ostendit & [g] lecta epistola reverentissimi Episcopi Nestorii quoniam non inanem sustinuit timorem in hanc sanctam & magnam convenire synodum. [h] Consequens enim erat conscium sibi & divinas mutilantem scripturas & sanctorum patrum labefactantem dogmata tanto teneri timore ut militum multitudine suam circumdaret domum. Manifestissime enim & lecta ejus significavit epistola quia de unigenito filio Dei positas fidei sanctorum patrum trecentorum decem & octo Episcoporum voces auferens, [i] solum carni quæ sunt salutaris dispensationis adhibuit, purum templum Dei & nativitatem & mortem sustinuisse dicens. Et mentitus est contra scripturam, quasi & ipsa nativitatem & passionem non deitatis sed humanitatis docente. Calumniam etiam intulit sanctissimi & reverentissimi Episcopi Cyrilli scriptis, quasi passibilem dicentibus deitatem. Quod nec ipse nec alter quis recte sapientium vel cogitavit vel dicere ausus est. Per omnia autem ostendit semetipsum nomine solo unitatem Dei ad carnem confiteri, re autem ubique eam denegans. Arguit autem semetipsum & peregrina doctrina usum, cum nunc illuminari per se dogmata dicat. Quibus omnibus extraneis existentibus a veritate & multam impietatem habentibus abrenuntio, alienum me ipsum ab horum qui hujusmodi loquantur communione faciens.

Memnon Episcopus Ephesi dixit. Non calumnia solum, sed & blasphemia plena est lecta epistola. Unde omnis contraria est fidei expositæ a sanctis patribus qui in Nicæa convenerunt trecentis decem & octo.

Theodotus Episcopus Ancyræ dixit. In nullo consonantem epistolam reverentissimi Nestorii cognovimus expositioni sanctorum patrum Nicæa congregatorum trecentorum decem & octo. Unde expositioni quidem obedimus; epistolam autem Nestorii alienam a recta fide ponimus, & eos qui hæc sapiunt alienos a recta fide judicamus.

Pal-

a *Concordem*) Idem codex. *Consonam & similem virtutem habere fidei expositæ ea a sanctis patribus qui congregati sunt in Nicæa urbe & ego epistolam respiciens sanctissimi & reverentissimi Episcopi Cyrilli, quæ scripta est reverentissimo Nestorio, idem depono quod sanctis patres qui præcesserunt.*

b *Venerabili*) Codex Bellovacensis. *Venerando & reverentissimo comministratori Cyrillo Nestorius.*

c *Semel*) In Concilio V. *simul.* Codex Bellovac. mutilus est in hoc loco.

d *Primordiis*) Idem codex & Concilium V. *principiis.*

e *Adversitas*) Ita omnia vetera exemplaria & Contius. In Concilio V. habetur *diversitas.*

f *Nec unam*) Hanc lectionem exhibent codices Colbertinus & Turonensis & Contius. Bellovacensis habet, *nullam consonantiam.*

g *Lecta Epist.*) Hanc nobis lectionem, quæ cum textu etiam Graco concordat, exhibuit codex Bellovacensis. Nam in Colbertino & Turonensi & apud Contium male hoc loco interponitur vox *est*, hoc modo: *lecta est epistola.*

h *Consequens*) Secuti hic sumus exemplar Bellovacense. Nam reliqua & Contius habent: *Consequens enim est & divinas præscribentem scripturas & sanctorum patrum removentem dogmata &c.*

i *Solum carni*) Ita Contius & duo vetera exemplaria. Bellovacense ita scriptum habet: *soli carni applicavit salutaria dispensationis, purum &c.*

Palladius Episcopus Amasiæ dixit. Ego quidem propter inscriptam epistolæ blasphemiam etiam aures obstruere non morabor, & pene lapideus factus sum præ æstuatione, ut non possim vocem emittere, tanta æstuatione detentus. Credo autem omnem Deo amabilem sanctam synodum eandem mecum habere sententiam in epistola nuper lecta. Tantum vero dico quia vehementer dissonans lecta epistola videtur a fidei expositione sanctorum patrum congregatorum in Nicæa optima civitate.

Omnes Episcopi simul exclamaverunt. Qui non anathematizat Nestorium, anathema sit. Hunc recta fides anathematizat, hunc sancta synodus anathematizat. Qui communicat Nestorio, anathema sit. Omnes anathematizamus epistolam & dogmata Nestorii. Hæreticum Nestorium omnes anathematizamus, communicantes Nestorio omnes anathematizamus. Impiam fidem Nestorii omnes anathematizamus. Impia dogmata Nestorii omnes anathematizamus. Impium Nestorium omnes anathematizamus. [b] Cunctus orbis terrarum anathematizat impiam religionem Nestorii. Qui hunc non anathematizat, anathema sit. Hunc recta fides anathematizat. Hunc sancta synodus anathematizat. Qui communicat Nestorio, anathema sit.

Synodus dixit. Romanorum sanctissimi Archiepiscopi scripta legantur.

Juvenalis Episcopus Hierosolymorum dixit. Legantur & literæ sanctissimi & reverentissimi Archiepiscopi Romanorum Cœlestini, quas destinavit de fide.

Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum legit. Epistola Domini Cœlestini Episcopi Romani ad Nestorium.

Dilectissimo fratri Nestorio Cœlestinus. Aliquantis diebus vitæ nostræ post nefandum & sæpe damnatum dogma Pelagii atque Cœlestii catholicam fidem quies habuit, & cetera.

Supra c. 10. *Petrus Presbyter & primicerius Notariorum dixit*. His quæ lecta sunt consona dixit sanctitas reverentissimi Episcopi nostri Cyrilli, quæ & præ manibus habemus; & si jubet vestra reverentia, legimus.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Lecta & hæc inserantur gestis.

Supra c. 8. *Petrus presbyter & primicerius Notariorum legit sicut supra scriptum est, cujus initium ita est*. Salvatore nostro dicente palam: Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus, & cetera.

Et postquam lecta est & [c] gestis inserta, Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Non solum hæc quæ destinata sunt a sanctissimo & beatissimo Romanorum Ecclesiæ Episcopo Cœlestino missa & reddita sunt ipsi reverentissimo Nestorio, sed etiam hæc quæ destinata sunt a sanctissimo & reverentissimo Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopo Cyrillo & ab omni Ægyptiaca synodo per Theopemptum & Danielem & Potamonem & Commarium reverentissimos Episcopos. Et supplico interrogari Theopemptum & Danielem reverentissimos Episcopos hic existentes de hoc.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Depenant reverentissimi comministri Theopemptus & Daniel præsentes si reddiderunt epistolas.

Theopemptus Episcopus Cavasorum dixit. In episcopio ascendentes die dominica, cum collectio celebraretur, præsentes autem clero & inlustribus pene omnibus, reddidimus Nestorio.

Daniel Episcopus Dardaneos dixit. [d] In episcopio ascendentes die dominica, præsente omni clero & inlustribus prope omnibus istas reddidimus Nestorio literas.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Satisfecit ergo scriptis.

Daniel Episcopus Dardaneos dixit. Dixit nobis tunc ut veniremus postero die & secreto loqui cum eo. Sed cum nos venissemus, clausit nobis januas, & non est dignatus dare nobis responsum.

Theopemptus Episcopus Cabason dixit. Suscipiens chartas constituit nobis postero die convenire ad eum. Ivimus. Deinde venientes non suscepit; neque quidem satisfecit literis, sed etiam in Ecclesia eadem & pejora dogmatizavit. Non solum autem antequam acciperet chartas hæc docebat, sed multo pejora postquam accepit & docuit usque in hodiernum diem.

Fidus Episcopus Joppes dixit. Quia permanet usque ad hodiernum diem in eadem doctrina possunt dicere etiam præsentes reverentissimi Episcopi Acacius & Theodotus, qui & [e] collati sunt cum eo, ut etiam periclitaretur aliquis eorum; quos & petimus & conjuramus per proposita sancta evangelia in fide gestorum dicere quæ audierint ante tres istos dies ab ipso Nestorio.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Quoniam non [f] de fortunis nobis est sermo, sed [g] capitali omnium causa, dico autem de recta quæ in Christum est fide, consequens est reverentissimos Episcopos Theodotum & Acacium secundum petitiones reverentissimi Episcopi Fidi & juramenta inlata, amatores veritatis existentes & sanctos, dicere quid audierunt dicentem ipsum, locutionem ad eum pro recta fide moventes.

Theodotus Episcopus Ancyræ dixit. Doleo quidem pro amico. Attamen omni amicitiæ præpono veritatem. Propter quod necesse habeo cum multa tristitia de quibus interrogor exprimere veritatem. Non æstimo opus habere no-

---

a *Propter inscript.*) Sic edidit Contius. Sic etiam legerunt qui codices Colbertinum & Turonensem transtulerunt. At in Bellovacensi ita legitur. *Propter scriptam in epistola blasphemiam & aures claudere non recuso, & pene saxeus factus sum ex mœrore; ut nec vocem possim reddere, tanto dolore detentus. Credo autem universam reverentissimam & sanctam synodum ejusdem esse sententiam de hac quæ nuper lecta est epistola. In tantum autem solum dico quia nimis dissona lecta existit epistola expositæ fidei a sanctis patribus qui congregati sunt in Nicæa Constantinopoli.* b *Cunctus orbis*) Ita codex Colbertinus. Ita etiam Turonensis, & Contius. Bellovacensis: *Universus mundus anathematizat impiam sectam Nestorii.* Concilium V. *Omnis mundus &c.*

c *Gestis inserta*) Codices Colbertinus & Turonensis & editio Contiana: *inserta monumentis.*

d *In Episcopio*) Hanc Danielis prosecutionem addidimus ex codice Bellovacensi. In Colbertino quippe & apud Contium legitur simpliciter *Daniel Episcopus Dardaneos dixit eadem quæ & reverentissimus Episcopus Theopemptus.* e *Collati sunt*) Id est, contulerint, locuti sunt.

f *De fortunis*) *De quibuscumque*, ut habent codex Bellovacensis, id est, de rebus parvi momenti, de re vulgari, ut vertit Peltanus. g *Capitali*) Codex Bellovac. *sed de illa re quæ capitalis omnibus major est.*

nostro testimonio, cum id quod sapit manifestum sit ex literis quæ ad tuam reverentiam sunt. Quæ enim ibi abnuebat de Deo dici, hoc est, de unigenito, improperans ei humana, & hic loquens dixit. Sicut enim ibi dixit non oportere de Deo dicere lacte nutriri, neque nativitatem ex virgine, sic etiam & hic sæpius dixit bimenstrem & trimenstrem non oportere dici Deum. Et hæc non nos soli, sed etiam alteri plures audierunt non ante multos dies, ad nos ipsos.

Acacius Episcopus Militinæ dixit. Fide proposita & in Deum pietate, necesse est omnem vacare affectum. Unde etsi nimis super alios Dominum Nestorium [a] amavi, & omnino eum salvare studui, necesse nunc est dicere veracissime quæ ab eo dicta sunt, quatenus non condemnetur anima mea, celante me veritatem. [b] Statim quod adveni in Ephesinam civitatem, feci ad supradictum virum colloquium, & cognoscens eum non recte sapere, omnino festinavi eum corrigere, & [c] desistere a pravo sensu, ipsumque illum videbam labiis confitentem quin [d] mutaretur ab hujusmodi intelligentia. Dies decem & duodecim prætermittens, iterum sermone aliquo moto defendebam veritatis sermonem, & contradicentem cum huic videbam, [e] & in duobus illicitis pariter cognoscebam eum incidere. Primum quidem ea interrogatione ejus indecenti existente necessitatem imponebat respondentibus aut omnino negare unigeniti deitatem humanatam esse, aut confiteri, quod erat impium, quia & patris & sancti spiritus deitas simul incarnata esset cum verbo. Quæ erant omnino pravissimæ intelligentiæ & ejicientes piam fidem. Deinde secundo moto sermone, intulit quidam eorum qui cum eo erat Episcopus sermonem, & alium ait esse filium qui passionem suscepit, alium autem Deum verbum. Quam blasphemiam jam non potens portare, valefaciens omnibus exivi. Et alter autem qui cum eo erat adserebat pro Judæis utique, quod non in Deum sed hominem peccassent.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Manifesta existente depositione reverentissimorum & beatorum comministrorum nostrorum Theodoti & Acacii, consequens est quam habebant de propositis sententiam beati patris nostri legi & inseri gestis.

Petrus Presbyter & Primicerius Notariorum dixit. [f] Quoniam pro manibus habemus & codices sanctissimorum & beatissimorum patrum & Episcoporum & diversorum martyrum, elegimus vero ex his pauca capitula, quæ, si placet, legimus.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Et hæc lecta inserantur. *Et lectum est ita.*

Petri sanctissimi Episcopi & martyris ex codice de deitate.

Quoniam & vere gratia & veritas per Jesum Christum facta est. Unde & gratia salvi sumus facti secundum apostolicum dictum. Et hoc ait non ex nobis, Dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Voluntate Dei verbum caro factum est, & habitu inventus est ut homo, non recessit a deitate. Nec enim ut a virtute sua aut gloria plenius desisteret, pauper factus dives existens, hoc factus est; sed etiam ut mortem pro nobis peccatoribus susciperet, justus pro iniquis, quatenus nos offeret Deo patri, mortificatos quidem carne, vivificatos autem spiritu. Et post alia: Unde & Evangelista [g] verum ait dicens: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Tunc videlicet ex quo angelus salutavit virginem dicens: *Ave gratia plena, Dominus tecum. Dominus enim tecum est.* Nunc est audire a Gabriele, eo quod Deus verbum tecum est. Significat enim ipsum natum in vulva & carnem factum, sicut scriptum est: *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Unde & quod nascetur sanctum, vocabitur filius Dei.* Et iterum post alia. Dei vero verbum [h] præter viri absentiam per voluntatem omnia valentis operari Dei factum est in vulva virginis caro, non indigens viri operatione aut præsentia. Efficacius enim quam vir perficit Dei virtus obumbrans virgini cum adveniente sancto spiritu

Vide Vincent. Lirin. pag. 366. secunda edit.

Athanasii sanctissimi Episcopi Alexandriæ de codice contra Arianos.

Multi igitur sancti fuerunt & mundi ab omni peccato. Hieremias autem & de ventre sanctificatus est, & Joannes adhuc in utero exultavit in lætitia in voce Dei genitricis Mariæ. Et tamen regnavit mors ab Adam usque ad Moysen & in eos qui non peccaverunt in similitudine prævaricationis Adæ; & sic manebant nihilominus mortales & corruptibiles, capaces passionum. Nunc autem verbo facto homine & sua faciente, quæ carnis sunt, non jam hæc corpus tangunt propter verbum quod in eo factum est, sed ab ipso quidem consumpta sunt. De reliquo autem homines non jam secundum suas passiones manent peccatores & mortui; sed secundum verbi virtutem resurgentes, immortales & incorrupti semper manent. Unde & cum nasceretur caro de Dei genitrice Maria, ipse dicitur natus, quia aliis nativitatem, ut sint, præstat, ut nostram in se ipsum transferat nativitatem, & non jam sicut terra solum existentes in terram eamus, sed ut ex cœlo verbo conjuncti, in cœlum perducamur per ipsum. Ergo ita & alias passiones corporis non incongrue in semet transtulit,

a *Amavi*) Codex Bellovac. *dilexi, & omnino eum liberare studui.* b *Statim*) Idem codex. *Continuo cum ad Ephesinam venissem civitatem.* c *Desistere*) Idem, *separare.*
d *Mutaretur*) Ibid. *transferretur a tali sensu. Diebus autem decem aut duodecim prætermisit, iterum sermonem aliquo moto defendi veritatis sermonem.* e *Et in duob.*) Ibid. *& duas ineptias uno eodemque tempore simul incidere. Primum quidem ex mala eius interrogatione necess.* f *Quoniam*) Sequentia vertit Latine etiam Marius Mercator, quæ nos infra dabimus post hæc gesta. Nondum enim prodierunt in lucem.
g *Verum ait.*) Apud Rusticum Diaconum in dialogo contra Acephalos *Verax ait.*
h *Præter viri absent.*) Immo potius *præsentiam.* Sed cum ita legatur in editione Cantiana 2. in exemplaribus Colbertino & Turonensi, noluimus mutare. Codex Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Marius Mercator vertit, *viro absente*, Petavius, *citra viri commercium.*

stulit, ut jam non sicut homines, sed ut proprii verbi sempiternæ vitæ participes existamus. Non enim jam secundum primam nativitatem in Adam morimur, sed de cetero nativitate nostra & omni carnali infirmitate translatis in verbo surgimus a terra, soluta quæ per peccatum est maledictione propter eum qui factus est in nobis propter nos maledictio.

Ejusdem Athanasii de epistola ad [a] Epictetum.

Quomodo autem, *inquit*, & ambigere audent qui dicuntur Christiani, si qui ex Maria processit Deus filius quidem substantia & natura Dei est, secundum carnem autem ex semine David, ex carne autem sanctæ Mariæ. Qui autem putas temerarii facti sunt ut dicerent Christum, qui carne passus est & crucifixus, non esse Dominum salvatorem & Deum & filium patris. [b] Aut quomodo Christiani volunt nominari qui dicunt in hominem sanctum sicut in unum Prophetarum venisse verbum, & non ipsum hominem factum sumentem ex Maria corpus, sed alterum esse Christum & alterum Dei verbum, quod ante Mariam & ante secula filius extabat patris? Aut quomodo esse Christiani possunt qui dicunt alium esse filium & alium Dei verbum? ET POST ALIA ITERUM. Non per [c] adoptionem hæc facta sunt, absit, sicut quidam æstimaverunt, sed sicut est veritas, homine facto salvatore, totius hominis salus facta est. Si enim adoptione erat in corpore verbum secundum illos, quod autem adoptione dicitur phantasia est, reperitur & putative salus & resurrectio hominum dici secundum impiissimum Manichæum. Sed non equidem phantasia est salus nostra, neque corporis solum, sed totius hominis animæ & corporis veraciter salus facta est. Humanum est naturaliter quod [d] ex Maria, secundum divinas scripturas & verum erat salvatoris.

[e] Julii sanctissimi Episcopi Romæ de epistola ad [f] Prosdocium.

Prædicatur autem ad [g] plenitudinem fidei & incarnatus de virgine Maria Dei filius & inhabitasse in hominibus, non in homine operatus. Hoc enim in Prophetis est & Apostolis. Perfectus Deus in carne, & homo perfectus in spiritu; non duo filii, unus quidem proprie filius assumens hominem, alter autem mortalis assumptus a Deo, sed unus unigenitus in cœlo, unigenitus in terra Deus.

Felicis sanctissimi Episcopi Romæ & martyris ad Maximum Episcopum & clerum Alexandriæ.

De incarnatione autem verbi & fide credimus in Dominum nostrum Jesum Christum de virgine Maria natum, quia ipse est sempiternus Dei filius & verbum, & non homo ab Deo assumptus, ut alter esset præter illum. Neque enim hominem assumpsit Dei filius, ut sit alter præter ipsum; sed Deus existens perfectus, factus est simul & homo perfectus incarnatus de virgine.

Theophili sanctissimi Episcopi Alexandriæ de quinta paschali epistola.

Sunt enim & nunc reliquiæ tunc factorum mirabilium. Non [h] discredant quia virtus Dei valet facere virginem parere, in qua factum est vivens Dei verbum propter similitudinem quæ ad nos est. Aliter enim eum conversari proxime nobis non erat possibile, ut non ex voluptate & somno, quemadmodum in aliis hominibus habet, acciperet corpus quod in similitudine hujus accepit ex virgine natus homo, apparens quidem ut nos secundum servilem formam, ex operibus autem demonstratus quia omnium creator & dominus est agens opera Dei.

Ejusdem de paschali epistola sexta.

Qualiter enim artificum optimi non in pretiosis tantum materiebus artem ostendentes in admiratione sunt, sed vilissimum lutum & ceram dissolutam plerumque assumentes, suæ disciplinæ demonstrantes virtutem, multo magis laudantur, ita omnium optimus artifex veniens efficax Dei verbum ordine coaptationis decorans universa, [i] non alicujus pretiosæ materiæ corpus assumens ad nos advenit, sed in luto [k] magnum suæ artis ostendit, ex luto formatum emendans hominem, ipse de virgine novo modo procedens homo, per modum quidem nativitatis reconcilians, similitudinem autem quæ per omnia ad nos est sine peccato non effugere judicans. Cum nascitur, pannis involvitur, nutritur puer in præsepio jacens, naturæ nostræ infirmitatem suscipiens propter præcedentes causas; sed adhuc puer existens simul & inimicum & ejus perturbat agmen, magos trahens ad pœnitentiam, & compellens destinantem eos Regem contemnere.

a *Epictetum*) Hanc epistolam Athanasii fuisse corruptam a nonnullis scribit sanctus Cyrillus in epistola de pace ad Joannem Antiochenum. b *Aut quomodo*) Hunc locum verbis paulisper mutatis refert Rusticus Diaconus in dialogo paulo ante laudato. c *Adoptionem*) Ita Contius & codex Colbertinus. Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Turonensis habet *optionem*. Rusticus Diaconus: *Non phantasia est salus nostra*. Antiqua versio ejusdem epistolæ edita a clariss. viro Paschasio Quesnello: *Absit autem ut figurate ista dicta sint*. Quare loco vocis *adoptionem* videretur legi debere *optionem*.

d *Quod ex Maria*) Ita codices Turonensis & Colbertinus quam lectionem confirmant Rusticus Diaconus & antiqua versio edita a Quesnello. Nam Contius ita edidit: *quod ex Maria processit secundum scripturas, & verum erat salvatoris corpus*. e *Julii*) Hanc epistolam non esse Julii, sed Timothei discipuli Apollinaris, scribit Leontius Byzantius, sed hanc sine controversia Julio & Facundus & alii asserunt. Vide Sirmondum in Notis ad Facund. pag. 40. f *Prosdocium*) Ita Marius Mercator, Facundus, & antiqua exemplaria istius versionis gestorum Ephesinæ synodi. In Græco est, πρὸς Δόκιον, id est, *ad Docium*. Anastasius presbyter ut monet Sirmondus, habet πρὸς Ἄκακιον. g *Plenitudinem*) Apud Facundum, qui hoc fragmentum refert ex gestis synodi Ephesinæ, legitur *supplementum*.

h *Discredant*) Id est, non refugiant credere. Marius Mercator vertit, *parum credant*. Peltanus, *Nemo dubitet*. Vide Glossarium Dufresnii. i *Non alicujus*) Paulo aliter apud Rusticum Diaconum: *non ex alicujus pretiosæ materiæ cælestis accipiens corpus*. k *Magnum suæ artis*) Ibidem & apud Marium Mercatorem: *magnitudinem suæ artis*.

A

Cypriani sancti Episcopi & martyris, de libro de eleemosyna.

Multa & maxima existunt, fratres dilectissimi, divina beneficia ex quibus nostram salutem Dei patris & Christi affluens & dives misericordia operata est & semper operatur. Unde custodire nos & vivificare pater filium misit, ut nos renovet. Et missus filius voluit filius hominis fieri, ut nos filios Dei constituat. Humiliavit igitur semetipsum, ut populum abjectum reficiat. Vulneratus est ut nostra vulnera sanet. Servit, ut de servitute ad libertatem servientes adducat. Mortem sustinuit, ut immortalitatem mortalibus reddat.

Ambrosii sancti Episcopi Mediolanensium.

de A. [a] Si mihi non credunt, credant Apostolo dicenti: *Postquam vero venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.* Filium, inquit, suum, non unum ex multis, non communem, sed suum. Cum dicit suum generationis æternæ proprietatem significavit. Hunc factum ex muliere postea adstruxit, ut factura non divinitati sed assumptioni corporis adscriberetur. Factum ex muliere per carnis susceptionem, factum sub lege per observantiam legis. Generatio autem illa cœlestis ante legem, ista sub lege.

Ejusdem.

Ibid. [c] Sileant igitur manes de sermonibus quæstiones; quia regnum Dei, sicut scriptum est, non in persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis. Servemus distinctionem divinitatis & carnis. Unus [d] in utroque loquitur Dei filius, quia in eodem utraque natura est. Et si idem loquitur, non uno semper loquitur modo. Intendo in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones. Quasi Deus loquitur quæ sunt divina, quia verbum est. Quasi homo dicit quæ sunt humana, quia in mea substantia loquebatur. Hic est panis vivus qui descendit de cœlo. Panis hic caro mea, sicut ipse dicit: *Hic panis quem ego dabo, caro mea est.* Hic est qui descendit, hic est quem pater sanctificavit & misit in hunc mundum. [e] Nec ipsa litera nos docet sanctificatione non divinitatem egusse, sed carnem.

Gregorii magni sancti Episcopi Nazianzi.

Non decipiant homines, nec decipiantur, sine sensu suscipientes dominicum hominem; sicut ipsi dicunt, magis autem Dominum nostrum & Deum. Nec enim hominem dividimus a deitate, sed unum & eundem dogmatizamus, prius quidem non hominem sed Deum, & filium solum, & ante secula, non mixtum corpori, & quæcumque sunt corporis, in fine autem & hominem assumptum pro nostra salute, passibilem carne, impassibilem deitate, circumscriptum corpore, incircumscriptum divinitate, eundem terrenum & cœlestem, visibilem & intelligibilem, capabilem & incapabilem, ut in toto homine eodemque & Deo totus homo reformaretur, qui sub peccato ceciderat. Si quis non Dei genitricem Mariam æstimat, sine deitate est. Si quis quasi per fistulam virginem transisse & non in ipsa formari deifice simul & humane, deifice quidem, quia sine viro, humane autem, quia lege partus, anathema sit. Si quis formatum dicit hominem & ita subingressum Deum, damnatus est. Non enim nativitas Dei istud est, sed fuga nativitatis. [f] Si quis introducit duos filios, unum quidem ex Deo & patre, secundum autem ex [g] Maria, & non unum & ipsum, ab adoptione excidet quæ promissa est recte credentibus. Naturæ enim duæ Deus & homo, [h] quod & anima & corpus. Filii autem non duo, nec Dei. Neque enim hic duo homines, licet etiam Paulus interiorem hominem & exteriorem appellaverit. Et si oportet compendiosius dicere, [i] aliud quidem & aliud, ex quibus salvator est. Siquidem non idem est invisibile visibile, & sine tempore sub tempore. Non alius autem & alius, absit. Utraque enim summæ unitionis in contemperatione, Deo quidem inhumanato, homine autem deificato, vel quomodo aliquis nominet. Dico enim aliud & aliud e contrario quam in trinitate habet. Ibi enim alius & alius, ut non subsistentias confundamus, non aliud autem & aliud. Unum enim tria sunt & idem deitate. Si quis ut in Propheta dicit secundum gratiam operatum esse, & non secundum substantiam conjunctum aut formatum, sit vacuus a meliori operatione, magis plenus contraria. Si quis non adorat crucifixum, anathema sit, & reputetur cum Dei [k] interfectoribus. Si quis ex operibus perfectum, aut post baptisma, aut post resurrectionem quæ ex mortuis adoptionem meruisse dicit, sicut pagani parengraptos id est inscriptos dicunt, id est, adoptivos, ana-

B

C

D

---

a *Multa*) Non sunt verba ipsa Cypriani, sed veteris interpretis, qui ea ex Græca lingua rursum transtulit in Latinum. b *Si mihi non credunt*) Sunt ipsa Ambrosii verba, quæ oportet Latine descripta fuisse in gestis Græcis, cum eadem legantur etiam apud Marium Mercatorem. c *Sileant*) Et hæc quoque sunt ipsa Ambrosii verba, quæ etiam a duobus locis referuntur a Rustico Diacono & apud Facundum lib. 1. cap. 5. d *In utroque*) Ita vetera exemplaria & Centurius & codex Colbejensis synodi Chalcedonensis. Apud S. Ambrosium & Facundum & in actione quarta Concilii Lateranensis Martini Papæ editum est *utraque*, quo etiam modo habent codices 1047. & 1600. bibliothecæ Colbertinæ. Sed apud Rusticum legitur *utroque*; quam lectionem confirmat codex 1363. ejusdem bibliothecæ, ubi scriptum est *utroque*. Eandem lectionem confirmare etiam videntur quæ paulo post sequuntur Facundi verba: *licet unus, tamen in utroque loquitur Dei filius.*

e *Nec ipsa*) Secati hoc loco sunt vetera exemplaria horum gestorum, quibus consentiunt codices 1363. & 1600. bibliothecæ Colbertinæ. Apud Marium Mercatorem & in editione Concilii scriptum est: *Et ipsa litera.* In editis Ambrosii operibus: *Hæc ipsa litera.* In Græco est, ἡ δὲ αὐτὴ γραμμὴ, etiam in manuscriptis libris. Ex quo confirmari posse videtur scriptura veterum exemplarium.

f *Si quis introducit*) Hunc locum refert Facundus, sed ex interpretatione paulo diversa.

g *Maria* Apud Facundum, *matre.* h *Quod & anima*) Ita codex Colbertinus. Turonensis, *quod anima & corpus.* Editio Concilii: *quoniam & anima & corpus.* Facundus: *quemadmodum & anima & corpus.* Ita etiam Peltanus. i *Aliud quidem*) Refert hunc partem istius loci Rusticus Diaconus in libro adversus Acephalos.

k *Interfectoribus*) Ita Centurius. In codicibus Colbertino & Turonensi scriptum est *interpectatoribus.*

anathema sit. Quod enim inchoatum est, aut proficit, aut consummatur, non est Deus, quamvis propter eum quod paulatim fit augmentum ita dicatur.

Basilii sanctissimi Episcopi primæ Cappadociæ.

Non enim tantum cœlum & terra, & magnitudines pelagorum, & quæ in aquis versantur, & terrestria animalia, arbores etiam, stellæ, & aer, & tempora, & varius universorum ornatus, supereminentem virtutem commendat quantum ut possibile sit Deum incapabilem impassibiliter per carnem complicari morte, ut nobis sua passione impassibilitatem donet.

Gregorii sanctissimi Episcopi Nysæ.

Orat. 1. de beatitudinibus

Hoc enim sapiatur, ait, in vobis quod & in Christo Jesu; qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens. Quid pauperius in Deo quam servi forma? Quid humilius in Rege omnium quam in communionem egentis nostræ naturæ sponte venire? Rex Regum & dominus dominantium servitutis formam subiit. Judex universitatis sub censu potentium fit. Creaturæ dominus in spelunca divertit. Qui cunda comprehendit, non invenit locum in diversorio, sed in præsepe animalium jacet. Mundus & immaculatus humanæ naturæ sustinet sordes, & per omnem paupertatem nostram transiens, usque ad mortis accedit experimenta. Videtis spontaneæ paupertatis mensuram. Vita mortem gustat, judex ad judicium ducitur, vitæ omnium dominus sub sententia judicantis fit; qui totius est supermundanæ virtutis Rex, carnificum non repellit manus. Ad hoc tibi, ait, exemplum humilitatis mensura respiciat.

a Hæc testimonia quæ sequuntur in aliis exemplaribus non inveniuntur.

Attici Episcopi Constantinopoleos.

Hodie Christus Dominus misericordiæ nativitatem suscepit. In deifica enim dignitate præexistebat. ET ADJECIT *Deinde his infert iterum*. Misericordiæ verbum exinanitur, inexinanibilis natura existens. Semetipsum enim exinanivit formam servi accipiens. Qui sine carne est, propter te incarnatur. Verbum enim caro factus est. Qui tactui non subjiciebatur propter naturæ incorporeum, palpatur. Qui sine initio est, sub initio fit incorporeo. Qui perfectus est crescit, qui inconvertibilis est proficit. Qui dives est, in paupere diversorio fit. Qui cooperit cœlum nubibus, pannis involvitur. Rex in præsepe ponitur.

Amphilochi Iconii Episcopi.

Quoniam enim ipse & Rex & Deus est, & mortem propter passionis dispensationem gustavit. Munera magorum, Mysteriorum sunt indicia. Offerunt aurum. Cognoscunt enim eum Regem. Offerunt thus. Deo enim sciunt offerendum. Adjiciunt [b] myrrham propter mortem quæ in mysterio est Passionis.

Item ejusdem.

Nisi enim ille nasceretur carnaliter, non tu renascereris spiritualiter. Nisi ille sustinuisset servi formam, non tu dignitatem adoptionis lucratus esses. Propter hoc enim in terra cœlestis ut tu in cœlis levareris terrenus. Propter hoc Christus semetipsum exinanivit ut nos omnes de plenitudine ejus accipiamus. Illius mors tua facta est immortalitas. Domini passio servi facta est altitudo. Tu autem beneficium [c] accipis ad commodum blasphemiæ.

[d] *Similiter Attici Episcopi Constantinopoleos*

Siquidem ambiguum facit unigeniti humanatio & virginis partus & passionum communicatio & crux & passio & mors, edisceus cognoscat providere hæc mundi salutem, sed nec [e] indigno misericordia potioris. Si enim turpe est Deo in virgine habitare, turpius utique omnino est & facere. Si vero creans non [f] injuriam passus est, nec habitare in creatura opprobrio dignum judicavit. Et si pati malum est, passionibus liberare quantum est? Unde & mortuus est immortali morte mortificans mortem, & resurrexit nostram largiens resurrectionem. Et omnia hæc suscepit, non natura deitatis, sed adsumptione carnis. Huic quidem inviolabilibus suæ habitans impassibilitatis. Huic vero omnia passus est sustinens ut fieret vitæ optimæ dux & legislator.

Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Habemus vero & codices blasphemiarum reverentissimi Nestorii, de quibus unius elegimus capitula; quæ, si placet, legimus.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Legantur & inserantur gestis.

a *Hæc testimonia*) Istam adnotationem nos addidimus ex codicibus Colbertino & Turonensi. Non extat enim in Bellovacensi, neque in editione Coriana. Et Vincentius Lirinensis enumerans patres quorum in Concilio Ephesino vel tamquam judicum vel tamquam testium scripta recitata sunt, nullam Attici aut Amphilochii mentionem facit. Contra Innocentius Episcopus Maronis in epistola de gestis cum Severianis scribit hæc duodecim patrum testimonia adversus Nestorii blasphemias prolata in Ephesina synodo fuisse a sancto Cyrillo

b *Myrrham*) In codicibus Colbertino & Turon. scriptum est *murram*. Bellovacensis mutilus est in hoc loco

c *Accipis ad Com. bla.*) Coriius, *beneficium accipis blasphemiæ occasionem*. Petitanus, *beneficium vertis in occasionem blasphemiæ*. Marius Mercator, *in blasphemiam rapis*.

d *Similiter*) Sequens Attici testimonium non extat in vulgatis editionibus Conciliorum, neque in exemplaribus Græcis bibliothecæ regiæ. Illud tamen exhibent tres antiqui codices quibus utimur in editione horum gestorum, & Marius Mercator. (a)

e *Indigno*) Ita codices Colbertinus & Turonensis. Bellovac. & editio Coriana, *indigni*.

f *Injuriam passus est*) Liber Bellovac. *injuriatus est*.

(a) Hic pariter non extant in Cod. Casinensi sed adnotantur in margine in textu vero soli tituli leguntur Inferius vero ubi repetita fuisse eadem omnia quæ hic dantur, testimonia adnotat Codex Casinensis, inter cetera etiam Attici & Amphilochii sententias recitat.

De codice ejusdem Nestorii, [a] *quaternione* XVII. *in dogmate.*

Cum igitur divina scriptura dictura est aut nativitatem Christi quæ ex Maria virgine est, aut mortem, nusquam videtur ponens *Deus*, sed aut *Christus* aut *filius* aut *Dominus*, quoniam hæc naturarum sunt significativa duarum, aliquando quidem hujus, aliquando quidem illius, aliquando autem istius & illius. Quid dico? Quando ex virgine nativitatem nobis scriptura exponit, quid dicit? *Misit Deus filium suum*. Non dixit: Misit Deus Deum verbum; sed accepit nomen quod nuntiat naturas duas. Quoniam enim filius homo est & Deus, dixit: *Misit Deus filium suum factum ex muliere*, ut cum audieris factum ex muliere, inde vides nomen propositum quod indicat naturas duas, ut nativitatem, quæ ex beata virgine est, filii quidem voces. Filium enim genuit Dei & Christi genitrix virgo. Sed quoniam filius Dei duplex est secundum naturas, non genuit quidem filium Dei, sed genuit humanitatem, quæ est filius, propter conjunctum filium.

Similiter ejusdem de [b] *quaternione quarto.*

Et vide quid contingit, hæretice. Non invideo voci Christi genitricis virginis; sed novi venerabilem quæ suscepit Deum, per quam processit universorum dominus, per quam resplenduit sol justitiæ. [c] Iterum suspicor plausum. Quomodo processit, intellexistis. Non dictum est a me hoc, *processit* pro eo quod *natus est*. Non enim sic cito obliviscor meorum. Procedere Deum de Christi genitrice virgine a scriptura divina didici. Nasci vero ex ea nusquam didici. *Et post alia*. Nusquam igitur divina scriptura Deum ex Christi genitrice dicit natum, sed Jesum Christum Dominum. Hæc omnes confitemur. Quæ enim docuit scriptura, miser est, qui non statim accipit. *Surgens accipe puerum & matrem ejus*. Hæc angelorum vox. [d] Amplius autem quam tu quæ nativitatis sunt noverant angeli. *Surgens accipe puerum & matrem ejus*. Non dixit: Accipe Deum & matrem ejus.

Similiter ejusdem de quaternione XXIV.

Quid ergo dicebamus? *Ne timeas accipere Mariam uxorem tuam*. *Quod enim in ea natum est*, hoc est [e] ἐνὸς, (sive per unum N, sive per duo, intellectum nihil lædit) *quod enim in ipsa natum est, de spiritu est sancto*, si dixerimus quia Deus verbum natus est in utero. Aliud enim est simul esse cum absente, & aliud nasci. *Quod enim in ipsa*, ait, *natum est, de spiritu est sancto*. Viderunt ergo patres, utpote scientissimi scripturarum, quia [f] si de incarnato posuerimus natum, invenietur aut filius sancti spiritus [g] Dei verbum, aut duos patres habens, aut per unum N invenietur Deus verbum creatura spiritus existens. Fugientes ergo nativitatis sermonem posuerunt: *Qui descendit propter nos homines & propter nostram salutem, & incarnatus est*. Quid est *incarnatus est*? Non conversus ex divinitate in carnem, incarnatus est de spiritu sancto. Secuti sunt evangelistam. Evangelista enim veniens ad inhumanationem, fugiit nativitatem dicere in verbo. *Et verbum caro factum est*. Non dixit, Verbum per carnem natum est. Ubi enim memoriam faciunt Apostoli vel evangelistæ filii, ponunt quia natus est ex muliere. Attende dictum. Peto ubi dicunt nomen filii? Et quia natus est ex muliere, ponunt *natus est*. Ubi vero mentionem faciunt verbi, nemo eorum ausus est dicere nativitatem per humanitatem. Audi beatum Joannem Evangelistam: *Veniens in verbum & humanationem ejus*. Audi qualia ait. *Verbum caro factum est*, hoc est, adsumpsit carnem. *Et habitavit in nobis*, hoc est, nostram induit naturam, & *habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus filii*. Non dixit: Vidimus nativitatem verbi.

Similiter ejusdem de quaternione XV. *in dogmate.*

Sic & secundum carnem Christum ex conjunctione quæ ad Deum verbum est Deum nominamus, visibilem scientes sicut hominem. Audi utraque Paulo prædicante. Ex Judæis ait Christum secundum carnem primum, & tunc Dei copulatione divine loquitur de visibili, ut nemo hominis cultricem Christianitatem suspicetur.

Similiter ejusdem de quaternione XXVII.

[h] Sed sicut dicebamus Deum omnium creatorem & Deum Moysen, *Deum enim*, ait, *posui te Pharaonis*, & filium Israel Dei, *Filius enim*, ait, *meus primogenitus Israel*, & sicut dicebamus Christum Saul, *Non enim*, ait, *mittam manum meam in eo, quia Christus Domini est*, & Cyrum similiter, *Hæc dicit*, ait, *Dominus Christo meo Cyro*, & Babylonium sanctum, *Ego enim*, ait, *præcipiam eis, sanctificati enim sunt*,

---

a *Quatern.* XVII.) Sic scriptum est in Græcis exemplaribus, in Turonensi & Colbertino codicibus & apud Contium. Codex Bellovacensis habet XIV. Marius Mercator XVI. b *Quatern. quarto*) Variant hoc loco vetera exemplaria. Nam Colbertinum & Turonense & illud quo Contius utebatur ita legunt, uti nos edidimus. Bellovacense & Marius Mercator habent, [illegible]. Quo etiam modo habet textus Græcus in editionibus & in exemplaribus manuscriptis bibliothecæ regiæ. c *Iterum suspicor*) Codex Bellovacensis: *Iterum suspectum habeo plausum*. d *Amplius*) Hic locus editus est ex fide Bellovacensis exemplaris. Nam Colbertinum & Turonense habent: *Hæc angelorum vox, magis vero tua. Puta quæ nativitatis erant sciebant archangeli*. Eadem ferme Contianum. Marius Mercator ista confudit.

e ΓΕΝΝΗΘΕΝ) Mirum est quantum depravatus sit hic locus in antiquis libris. In Colbertino & in Turonensi ita scriptum est. *Quod enim in ea natum est, hoc est* SENNOEN. *sive per unum non sive per duo intellectum nihil ladit*. In eo quo Contius usus est, ita legebatur: *hoc est sennoenen sive per unum ne sive per duo intellectum nihil ladit*. In Bellovacensi denique sic: *hoc est sennoen sive per unum non, id est, genitum, sive per duo, id est, quod in ea factum est, intellectum nihil ladit*. Ex iis tamen pravissimis lectionibus nos veram eruimus. f *De incarnato natum*) Id est, si pro eo quod incarnatum dicimus, genitum diceremus, ut recte vertit Peltanus. Idem est sensus Marii Mercatoris, qui sic vertit: *si enim qui incarnatus est natum dixerimus*. g *Dei verbum*) Ita vetera exemplaria Bellovacense & Turonense. Sed in Colbertino & in editione Contii & apud Marium Mercatorem legitur *Deus verbum*. Quæ lectio congruit cum textu Græco

h *Sed sicut*) Hoc testimonium refert Rusticus Diaconus in libro adversus Acephalos.

sunt, & ego adduco eos, ita dico & Dominum Christum & Deum & filium sanctum & Christum. Sed communio quidem nominum similis, non autem eadem dignitas.

Similiter ejusdem de quaternione XV.

Hoc sapite in vobis quod & in Christo Jesu; qui in forma Dei existens, semetipsum exinanivit formam servi accipiens. Non dixit, *Hoc sapite in vobis quod & in Deo verbo, qui in forma Dei existens formam servi accepit*, sed *accipiens* Christus, [a] nomen utpote duarum naturarum appellationem significativam, sine periculo eum & servi formam quam accepit & Deum nominat, [b] his quæ dicuntur in naturarum geminationem inreprehensibiliter partitis.

Similiter ejusdem de quaternione XVI.

Ut in nomine Jesu, ait, *omne genuflectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus*. Propter indutum indumentum veneror, propter occultum adoro visibilem. Indivisibilis a visibili Deus. Propter hoc indivisi honorem non divido. Divido naturas, sed unio adorationem.

Similiter ejusdem de quaternione XVII. *in dogmate.*

Erat quidem Deus verbum & ante humanationem filius & Deus & coexistens patri. Adsumpsit autem in ultimis servi formam; sed cum existeret ante hoc filius & vocaretur, post adsumptionem non potest vocari separatus filius, ut ne duos filios dogmatizemus. Sed quoniam illi conjunctus est [c] in principio existenti filio qui sibi junctus est, non potest secundum dignitatem filiationis divisionem suscipere. Secundum dignitatem dixi filiationis, non secundum naturas. Propter hoc & Christus Deus verbum nominatur, quoniam quidem habet conjunctionem ad Christum continuam.

Similiter ejusdem de quaternione XV. *in dogmate.*

Inconfusam igitur naturarum custodimus conjunctionem. Confitemur in homine Deum, veneramur [d] divinam conjunctionem omnipotenti Deo coadorandam.

Similiter ejusdem de quaternione VI.

Considera & quod his statim copulatur. *Ut misericors*, ait, *fiat & fidelis Pontifex ad Deum*. In quo enim passus est ipse tentatus, potest tentatis subvenire. Ergo qui passus est, Pontifex misericors est. Passibile vero templum, non vivificator passi Deus.

Similiter ejusdem de quaternione XXVII.

Ut discatis, *ait*, quod valde quædam deitatis existebat conjunctio & in pueritia conspecta dominica carne; erat enim idem & puer & pueri dominus. Laudastis vocem. Sed nec ipsam indiscussam plaudite. Dixi enim quod ipse erat puer & pueri habitator.

Similiter ejusdem de quaternione I

Communes enim sunt trinitatis operationes, & in solis subsistentiis divisionem habentes. Unigeniti ergo gloria aliquando patri adhibetur. *Est enim*, ait, *pater qui glorificat me*. Aliquando spiritui. *Spiritus enim*, ait, *veritatis me glorificabit*. Aliquando Christi potentiæ.

Similiter ejusdem de quaternione XVI. *de Jesu dicens.*

Iste qui dicit: *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Iste qui triduanam mortem sustinuit. Adoro autem cum deitate hunc & divinæ cooperatorem auctoritatis. ET POST ALIA. Propter indutum indumentum veneror, propter occultum adoro visibilem. Inseparabilis a visibili Deus. Propter hoc indivisi honorem non divido. Divido naturas, sed unio adorationem. Non per se Deus est quod [e] plasmatum est ex spiritu, non per se Deus in sepulchro. Sic enim essemus hominis cultores & mortui cultores manifesti. Sed quoniam inassumptus Deus ex adsumente adsumptus, ut adsumenti copulatus coappellatur Deus.

Similiter ejusdem de quaternione quarto contra hæreticos, de spiritu dicens.

Quomodo enim erit servus, *ait*, qui cum filio & patre operatur? Et si quærit aliquis spiritus [f] actus, inveniet a filii & patris in nullo omnino abesse; non quasi quod una dividatur deitas; [g] sed in divina scriptura quæ unius virtutis sunt & in singulam dividentes subsistentiam ad demonstrationem trinitatis similis. Et considera mihi simile [h] ex necessariis in operibus inchoantem. Deus verbum factum est caro, & habitavit in nobis. Consedere fecit sibi adsumptam pater humanitatem. Ait enim: *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis*. Adsumpti [i] veniens spiritus continuit gloriam. *Quando enim*, ait, *venerit spiritus veritatis, ille me glorificabit*.

Simi-

a *Nomen utpote*) Vide quæ de hoc argumento dicta sunt ad caput XII. horum gestorum pag. 37.

b *His quæ dicuntur*) Codex Bellovac. *dum hæc quæ dicuntur in duplum naturarum dividantur sine reprehensione*. c *In principio*) Idem codex, *qui a principio est filius, sibi junctio non potest &c.*

d *Divinam conjunc.*) Codex Bellovac. *divina conjunctione omnipotenti Deo coadorandum hominem*. Atque hæc lectio videtur esse melior.

e *Plasmatum*) Codex Bellovac. *plasmatum est in vulva, non per se Deus quod creatum est a spiritu, non per se Deus quod sepultum est in sepulcro*. Hæc vero lectio melior est. Sed sequi nos professi sumus exemplaria Colbertinum & Turonense, quia Bellovacense est valde mutilum & imperfectum.

f *Actus*) Idem codex Bellov. *actiones, invenies a filii & patris in nullo deficientes*.

g *Sed in divina*) Idem codex: *sed quia divina scriptura quod est unius virtutis in singulas dividat subsistentias*. h *Ex necessariis*) Idem codex, *ex necessariis quæ sunt in operibus*.

i *Veniens*) Ibidem, *descendens*.

Similiter ejusdem de quaternione VI. *de Christo dicens quia missus est prædicare captivis remissionem peccatorum, sicut Apostolus dicit, infert & ait.*

Iste fidelis Deo factus Pontifex. Factus est enim iste non consempiternus; ante iste qui paulatim in Pontificis, hæretice, profecit dignitatem. Audi apertius tibi hoc clamante voce. *Qui in diebus*, ait, *carnis suæ preces & supplicationes ad Deum, qui potest eum salvare de morte, cum clamore valido & lacrymis offerens, & exauditus a reverentia, cum esset filius, didicit ex quibus passus est obedientiam, & consummatus factus est obedientibus sibi omnibus causa salutis æternæ.* Consummatur autem quod paulatim profecit, hæretice. De quo [a] & Lucas in evangeliis clamat: *Et Jesus proficiebat sapientia & ætate & gratia.* Quibus consona & Paulus loquens, *Consummatus*, ait, *factus est obedientibus sibi omnibus causa salutis æternæ, appellatus a Deo Pontifex secundum ordinem Melchisedech.* Et post alia *Pontifex vocatus.* Quid ergo interpretaris contra Paulum? [b] Impassibilem Deum verbum dicit, cui commiscens similitudine & passibilem Pontificem faciens.

Similiter ejusdem de quaternione VII.

Unde, fratres, vocationis cœlestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ Jesum fidelem existentem ei qui fecit eum. Et post alia. Existente igitur vobis hoc solo Pontifice compatiente & consanguineo firmo, nolite a fide quæ in eum est præverti. Ipse enim nobis promissæ benedictionis ex semine Abraham destinatus est; [c] qui pro se & genere corporis sacrificium attulit. Notandum est quia confessus omnem Pontificem [d] eguisse sacrificio, & excipiens Christum velut non indigentem, in his ait pro se offerre & gerere sacrificium.

Similiter ejusdem de quaternione IX.

Audite igitur intendentes dictis. *Qui manducat*, inquit, [e] *meam carnem & bibit meum sanguinem.* Non dixit: Qui manducat meam deitatem. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eum.* Et post alia. Sed ad propositum. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eum.* [f] Meministis quia de carne est quod dicitur. *Sicut misit me vivens pater*, [g] me visibilem. Sed forte aliter interpretatur? Audiamus de reliquis: *Sicut misit me vivens pater.* Hæreticus hic deitatem dicit: *Misit me vivens pater* secundum illos, *& ego vivo. Deus verbum propter patrem.* Deinde post hoc: *Et qui manducat me, & ille vivit.* Quem manducamus, deitatem, an carnem?

Similiter ejusdem de quaternione [h] XVI.

Et omnino ait. Si omne simul novum testamentum versabis, non invenies alicubi in eo mortem Deo applicari, sed aut Christo, aut filio, aut Domino. Christus etiam & filius & Dominus in unigenito, ut ex scriptura accepimus, naturarum est duarum significativum; & aliquando significat deitatem, aliquando autem humanitatem, aliquando utraque. Quale est cum Paulus scribens prædicat, *Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus*, humanitatem clamat filii. Cum dicit iterum idem ad Hebræos, *Deus locutus est nobis in filio, per quem & sæcula fecit*, deitatem significat filii. Nec enim caro creatrix est sæculorum, quæ post sæcula multa creata est. Et iterum post alia. Nec deitas fratrem Jacobum habuit, nec Dei verbi admuntiamus mortem, cum dominico corpore & sanguine cibamur.

Similiter ejusdem de [i] *quaternione* III.

Intendo, *ait*, nostros populos religiositatem quidem multam possidentes & [k] ferventissimam pietatem, ex ignorantia autem circa [l] pietatis dogma labentes. Hoc vero non est crimen populorum; sed quomodo decenter [m] dicam, eo quod non habeant doctores tempus aliquid de integris vobis commendare dogmatibus.

Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Ecce manifeste in his ait quia [n] ante doctorum nullus hoc locutus est populis quæ ipse locutus est.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Quoniam acerba & blasphema sunt quæ a Nestorio dicta sunt, & non sufferunt aures nostræ amplius pollui, unaquæque pars blasphemiæ ejus inseratur gestis ad accusationem docentis hæc.

Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Reverentissimus & sanctissimus metropolitanus Episcopus Carthaginis Capreolus

---

a *De quo & Lucas*) Ita codices Turonensis & Colbertinus. At Bellovacensis habet: *De quo alibi Joannes & Lucas in evangeliis clamant*. Marius Mercator: *De quo etiam & Joannes in evangeliis clamat*. In Græco est λεγων, etiam in exemplaribus MSS. bibliothecæ regiæ. Sed locus hic ex evangelio relatus habetur in capite secundo Lucæ. b *Impassibilem*) Codex Bellovac. *contra Paulum, impassibile Deum verbum terreno admiscens, similis carpori & passibilem Pontificem faciens.*

c *Qui pro se*) Idem vetus codex: *utpote pro se & genere corporis sacrificium afferens.*

d *Eguisse*) Ibidem, *egere sacrif. & subducens Christ. ut non indig.* e *Meam carnem*) Ita codices Colbertinus & Turonensis & editio Cantiana. In Bellovacensi legitur, *meam carnem. Memento quia de carne est quod dicitur, & quia a me non additur nomen carnis, ut non videar illis contraria interpretari. Qui comedit carnem meam & bibit meum sanguinem. Numquid dixit: Qui manducat &c.* Consentiunt autem hæc cum textu Græco & cum interpretatione Marii Mercatoris. f *Meministis*) Item codex: *Memento.*

g *Me visibilem*) Hæc duo vocabula desunt in eodem libro Bellovacensi: male, cum habeantur in Græco contextu. Posteà autem sequitur. *Ille dicit deitatem, ego humanitatem. Videamus qui male interpretatur. Sicut misit me vivens pater, dicit hæreticus, hic deitatem dicit. Misit me, ait, Deum verbum. Misit me vivens pater secundum illos, & ego vivo Deus verbum propter patrem.* h XVI.) Hunc numerum exhibent textus Græcus, Marius Mercator, Cantius, & codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis, XXIII.

Quatern. III) Hunc numerum nos addidimus ex codice Bellovacensi. Non extat enim in aliis antiquis, neque in editione Cantiana, neque denuo apud Marium Mercatorem. In Græco est, XXIII.

k *Ferventissimam*) Codex Bellovac. *calidissimam.* l *Pietatis Dogma.*) Idem codex, *fidem tam Dei dogma labentes.* m *Dicam*) Ibid. *Possum dicere, dum tempus non habeamus doctores aliquid de subtilibus verbis insinuare dogmatibus.* n *Ante*) Ibid. *nullus ante eum de doctoribus ipse loc. est.*

lus per Bessulam Diaconum scripsit ad hanc sanctam synodum epistolam; quam, si jusserit vestra reverentia, legam. *Et lectum est ita*

Reverentissimis & beatissimis & sanctissimis comministris undique ad sanctam synodum convenientibus Capreolus. Orabam, reverentissimi fratres, in tali statu venerabilem vestram synodum celebrari ut & nos electis communi judicio fratribus & coepiscopis nostris non [a] recusationem lamentatione dignam, sed instructam magis legationem mitteremus, nisi nostram instantiam causæ diversæ impedirent. Et enim primum Domini & filii nostri piissimi Imperatoris Theodosii tales literæ ad manus venerunt quæ beatæ memoriæ fratris nostri & coepiscopi [b] Augustini præsentiam specialiter exigebant: quæ prædictæ literæ in hac vita invenire eum nullatenus potuerunt. Unde ego, qui ipsam imperialem notitiam, licet prædicto destinata videretur, accepi missam, ex omnibus provinciis Africæ competentibus literis & solitis colloquiis synodum volui congregare, ut electi e numero fratrum & Episcoporum nostrorum ad adorabilem synodum vestræ beatitudinis destinarentur. Sed quoniam non est apertus accessus viæ, (Etenim infusa inimicorum multitudo & vastatio lata provinciarum, quæ aut exstinctis habitatoribus aut profugatis miserandam exterminationis faciem in longitudinem & latitudinem extendentem facultatem consummavit veniendi) his igitur impedimentis convenire ad unum qui circum Africam sunt Episcopi nullatenus potuerunt. Quibus additur; quoniam imperiales in diebus Paschæ ad nos venerunt literæ, quando vix usque ad venerabilem totius synodi conventum duorum mensium spatium restabat, quod vix sufficiebat & ipsi Africanæ synodo in unum convenire, etsi nulla difficultas ab hostibus præsens accideret. Hinc factum est, licet legatos nullo modo destinare potuimus, propter reverentiam tamen debitam Ecclesiæ disciplinæ filium meum Bessulam Diaconum cum his excusationis literis destinavimus, adorabiles fratres. Unde postulo vestram sanctitatem, licet credam auxilio Dei nostri per tantam synodum venerabilium sacerdotum firmam per omnia fidem catholicam futuram, ut operante sancto spiritu, quem vestris cordibus regendis credimus adfuturum, novas doctrinas & ante hoc ecclesiasticis auribus inexpertas, provincialis auctoritatis virtute repellere; & ita novis quibuscumque erroribus resistite ne eos quos pridem expugnavit Ecclesia in his temporibus quibus exorti sunt, & apostolicæ sedis auctoritas & in unum consonans sententia sacerdotalis frequenter sub habitu secundæ collocutionis vox videatur pridem abiata renovari. Si quid forte noviter exortum est quæstionis, necesse est aut acceptum probetur, aut condemnatum possit discerni. Hæc autem de quibus jam pridem judicatum est si aliquis dimiserit ad secundam collocutionem evocari, nihil aliud videbitur quidem de fide quam hactenus tenuit ipse ambigere. Deinde & propter posteriorum exemplum, ut hæc quæ nunc pro catholica fide definita sunt habere possint perpetuam firmitatem, hæc quæ jam a patribus sunt definita custodienda sunt: quoniam si quis voluerit quæ pro catholico statu decreta sunt in perpetuum manere, non sua auctoritate, sed sanctorum sententia debet confirmare quod sensit. Unde sic hoc quidem ab antiquioribus, hoc autem a recentioribus videns, hoc quod confirmat probans unigenitam catholicæ Ecclesiæ veritatem a præteritis temporibus usque ad nostram simplici puritate & invicta auctoritate currentem semet & dicere doceat & tenere. Hæc interim pro præsenti [d] legatione Africæ, quam destinare necessitas prædicta non concessit, venerabilibus vestris auribus summisi, plurimum petens quatenus conspectis quæ in rebus sunt & temporibus calamitates, nostram absentiam nullam superbiam, aut negligentiam, sed manifestam necessitatem magis arbitrari dignamini.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. [e] Et epistola quæ lecta est reverentissimi & sanctissimi Episcopi Carthaginis Capreoli inseratur fidei gestorum. Vult enim antiqua quidem valere fidei dogmata, recentiora autem, utpote adinventa & impie dicta, reprobari & ejici.

Omnes Episcopi clamaverunt. Hæ omnium voces sunt, hæc omnes dicimus, hæc omnium oratio est.

Sententia prolata a sancto Concilio contra impium & inimicum rectæ fidei damnans Nestorium.

CAP. XXVI.

D*Sancta synodus dixit.* [f] Super alia, neque obaudire volente honorabili Nestorio nostram vocationem, neque a nobis destinatos sanctissimos & reverentissimos Episcopos suscipiente, necessario accessimus ad discussionem impie ab eo dictorum, & comprehendentes eum & ex epistolis ejus & ex scriptis quæ lecta sunt & de nuper ab eo dictis in hac metropoli, & per testium depositionem, impie sapientem & prædicantem, necessario coacti sumus tam ex canoni-

a *Recusationem*) Ita omnia vetera exemplaria. Contius habet *excusationem*, itemque textus Græcus. Itaque recusatio hoc loco significat excusationem.

b *Augustini*) Liberatus cap. v. *Scripsit Imperator sacram & beato Augustino Hipponiregiensi Episcopo per Ebagnium magistrianum, ut ipse Concilio præstaret sui præsentiam. Qui Ebagnius veniens Carthaginem, audivit a Capreolo ejusdem urbis antistite beatum Augustinum ex hoc mundo migrasse ad Dominum, accepisque ab eo ad Imperatorem literis loquentibus de obitu beati Augustini, Constantinopolim, unde venerat, rediit.*

c *Si quid*) Aliter hunc locum refert Ferrandus Diaconus in epistola ad Pelagium & Anatolium. *Habet quicquid forte nuper exoritur discussionis necessitatem, ut aut recipi probatum aut damnatum possit excludi. Ea vero de quibus antea jam judicatum est si quis admiserit in retractationem vocari, videbitur quam de fide quam nunc usque tenuit ipse dubitare.*

d *Legatione*) Istius suæ legationis ad Concilium Ephesinum meminit Capreolus in epistola scripta ad Vitalem & Tonantium. *Jam enim intra orientis partes congregata gloriosa synodo sacerdotum, cui etiam legatio nostra non defuit.* Hanc epistolam a Petro Pithœo ad se missam primus in lucem emisit Baronius, non quidem e Pithœanis schedis, ut putavit Sirmondus, sed ex veteri codice Nicolai Fabri qui nunc extat in bibliotheca Ecclesiæ Parisiensis; in cujus margine ista adnotavit idem Faber: *Epistola Capreoli* (Pithœus supra lineam addidit, *Carthaginensis Episcopi*) *quam apparet Latine conscriptam fuisse.*

e *Et epistola*) Hæc sic versa reperiuntur apud Vincentium Lirinensem. *Et hæc quæ lecta est epistola venerandi & multum religiosi Episcopi Carthaginensis Capreoli fidei gestorum inseretur; cujus aperta sententia est. Vult etenim antiqua fidei dogmata confirmari, novitia vero & superflua adinventa & impie promulgata reprobari atque damnari. Omnes Episcopi adclamaverunt: Hæ omnium voces sunt, hæc omnes dicimus, hæc omnium votum est.*

f *Super alia*) Id est, *præter cetera*, ut Peltanus vertit.

Vid. Evagr. Scholastic. lib. 1. c. 4.

nonibus quam ex epistola sanctissimi patris nostri & comministri Cælestini Episcopi Romanorum Ecclesiæ lacrymantes sæpius ad hanc mœrore plenam contra eum [a] venire sententiam. Qui blasphemátus igitur ab eo est Dominus noster Jesus Christus, definiit per præsentem sanctissimam synodum alienum esse eundem Nestorium ab episcopali dignitate & omni [b] collegio sacerdotali. (a)

Cyrillus Episcopus Alexandriæ subscripsi decernens cum sancto Concilio.

Juvenalis Episcopus Hierosolymorum subscripsi decernens cum sancto Concilio.

Et omnes suptadicti Episcopi subscriserunt in damnationem Nestorii, qui sunt ultra ducenti. Nam vices egerunt quidam aliorum Episcoporum venire non valentium ad Ephesinam metropolim.

Damnatio missa ad faciem ei altera die damnationis ejus.

CAP. XXVII. Sancta synodus quæ gratia Dei secundum sanctionem reverentissimorum & Deo amabilium nostrorum Imperatorum congregata est in Epheso, Nestorio novo Judæ. Cognosce temetipsum propter impias tuas prædicationes & circa regulas inobedientiam, secundum quod placuit ecclesiasticis sanctionibus, Junio mense præsenti, secunda & vicesima die, a sancta synodo damnatum & omni ecclesiastica lege extraneum esse.

Prolata definitio a sancto, & universali Concilio Ephesino, contra præsumentes vel docere aliquid vel conscribere citra definitionem expositæ fidei a trecentis decem & octo sanctis patribus in Nicæa.

CAP. XXVIII. Petrus Presbyter Alexandriæ & Primicerius Notariorum dixit. Sancta & magna vestra synodus omnem potens providentiam rectæ apostolicæque fidei & dogmatum veritatis, providens quoque disciplinæ & ordini Ecclesiarum, definitionem protulit, quam præ manibus habentes, si placet sanctitati vestræ, relegimus.

Sancta synodus dixit. Prolata definitio sancti hujus universalisque Concilii relegatur & inseratur gestis.

Nicæna synodus fidem hanc protulit.

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem; *& reliqua usque ad finem symboli*, His igitur lectis, decrevit sancta synodus aliam fidem nulli licere proferre vel conscribere vel componere citra definita a sanctis patribus qui in Nicæa congregati sunt cum sancto spiritu. Præsumentes autem proferre aut componere fidem alteram aut protendere aut proferre volentibus converti ad notitiam veritatis vel ex paganitate, vel ex Judaismo vel ex hæresi qualibet, hos, siquidem sint Episcopi aut Clerici, alienos esse Episcopos episcopatu & Clericos clero, si vero laici, anathematizari. Simili quoque modo si capiantur, sive Episcopi, sive Clerici, sive laici, aut sapientes aut docentes ea quæ sunt in prolata expositione a Charisio Presbytero de inhumanatione unigeniti filii Dei vel scelesta & perversa Nestorii dogmata, quæ etiam subjecta sunt, subjiciantur sententiæ sancti universalisque Concilii. Palam namque est, quia Episcopus quidem erit episcopatu depositus, Clericus autem similiter clero caturus. Si vero laicus fuerit, etiam is anathematizetur, sicuti prædictum est.

Epistola destinata ad Clericos & œconomos Ecclesiæ Constantinopoleos in ipsa die in qua ipsi missum est.

Sancta synodus gratia Dei in Epheso congregata secundum sanctionem piissimorum, & Deo amabilium principum nostrorum Lamprotato & Euchario reverentissimis presbiteris, & œconomis, & reliquis revenlissimis Clericis Christo amabilis Constantinopolitanæ sanctæ Dei Ecclesiæ. Cognoscat vestra reverentia blasphemum Nestorium propter impias suas prædicationes secundum ecclesiasticas sanctiones inobedientem hesterna die, quæ est præsentis mensis Junii secunda & vicesima, a sancta synodo, secundum quod placuit ecclesiasticis regulis, condemnatum & totius ecclesiastici gradus alienum. Custodite igitur ecclesiastica omnia, tanquam futuri etiam reddere rationem ei qui per voluntatem Dei & nutum piissimorum & Deo amabilium nostrorum Principum ordinandus est Constantinopolitanorum Ecclesiæ. CAP. XXIX.

Epistola Cyrilli Episcopi ad clerum & populum Alexandriæ.

Cyrillus Presbyteris & Diaconibus & populo Alexandriæ dilectissimis & desiderantissimis in Domino salutem. Licet latius oporteret ea quæ gesta sunt vestræ insinuari reverentiæ, sed tamen eo quod urgerentur literarum portitores, breviter scripsi. Scitote igitur quia octava & vicesima Paunii mensis synodus facta est in Epheso in majore Ecclesia civitatis, quæ vocatur Maria Dei genitrix. Perdurantes autem tota die, novissime reprobatum & neque præsumentem accedere ad sanctam synodum blasphemum Nestorium condemnationi subjecimus & expulimus episcopatu. Sumus autem qui convenimus Episcopi ultra ducenti. Permansit autem omnis populus civitatis a mane usque ad vesperam expectans judicium sancti Concilii. Cumque audissent quia damnatus est blasphemus, omnes una voce cœperunt favere sancto Concilio & glorificare Deum quoniam fidei cecidit inimicus. Egredientes vero nos ab Ecclesia deduxerunt cum lampadibus usque ad diversorium nostrum. Erat enim jam vespera. Et facta est multa lætitia & luminaria in civitate, ita ut mulieres quoque thymiamatheria tenentes antecederent nobis. Et ostendit salvator blasphemantibus gloriam suam quia omnipotens est. Futuri itaque sumus chartulas complentes factas in damnatione ejus jam festinare ad vos, comitante Deo. Omnes sumus in gaudio ac salute propter gratiam salvatoris. Valere vos in Domino opto, dilectissimi & desiderantissimi. CAP. XXX.

Re-

a *Venire*) Ita codex Bellovacensis. Reliqui & Contius, *accedere*. b *Collegio*) Codex Bellovac. *conventu*.

(a) In Veronensi Cod. omittuntur sequentia, sed statim subduntur quæ in hac editione extant inferius cap. LI. ab illis verbis: *Petrus presbyter Alexandriæ, & primicerius Notariorum dixit: Cartsius quidam nomine presbyter, &c.* usque ad subscriptionem Cartsii. Tum datur Symbolum Nestorii.

Relatio ad piissimos Imperatores a sancta synodo de damnatione Nestorii.

CAP. XXXI. Piissimis & Deo amantissimis Theodosio & Valentiniano victoribus ac triumphatoribus semper augustis sancta synodus gratia Christi & nutu vestræ potestatis congregata in Ephesiorum metropoli. A progenitoribus veram fidem percipiens vestra pietas, Christo amabiles & a Deo servati Principes, ex hac quotidie crescente solicitudine plurimum habetis dogmatum veritatis; pro quibus etiam tumultu facto non solum in illa maxima civitate, sed etiam in toto orbe terrarum, ex his quæ prædicata sunt & edocta a Nestorio dogmatibus alienis existentibus a sanctorum patrum & sanctorum Apostolorum & evangelistarum traditione, non despexit vestra potentia ea quæ conturbabant sanctas Ecclesias & adulterabant fidei & veræ dogmata pietatis, sed ex omni metropoli congregari jussit vestra pietas Deo amabiles metropolitas Episcopos, deducens quoque quosque aliarum civitatum Episcopos, tempusque sufficiens ad concursionem usque ad Pentecosten decernens. Omnibus itaque nobis congregatis in Ephesiorum metropoli secundum destinatas nobis inducias, tardare contigit sanctissimum Joannem Antiochenum Episcopum. Sed arbitrati nos itineris difficultatem causam fuisse tarditatis, distulimus audientiam usque ad tempus sedecim dierum ex definitis induciis a vestra potentia. Et alii quidem sanctissimorum Episcoporum senectute compressi peregrinationis moram non ferebant, alii vero in [a] languore periculum patiebantur, quidam autem etiam vitæ terminum susceperunt in Ephesiorum metropoli, alii quoque paupertate constricti, adeuntes nos, cogebant audientiam. Post sedecim vero totos dies numeratos a sancta Pentecoste celebravimus audientiam. Quoniam vero etiam sanctissimus Episcopus Antiochiæ Joannes per Alexandrum Apamiæ & Alexandrum Hierapoleos Deo amantissimos Episcopos præcedentes eum significavit nobis [b] habendum negotium, majori tarditate onerare sanctam synodum nolens, congregatis nobis in die mensis Junii secunda & vicesima secundum Romanos, & ante unum diem rogantibus per reverentissimos Episcopos mirabilem Nestorium sedere nobiscum & communicare de pietate & fide quæstionis, nullum ab eo clarum meruimus responsum, significante hoc solum per eos qui missi sunt, quia cogito, & si probavero, occurro. In crastinum vero collecti in sancta & majore Ecclesia quæ appellatur Maria, proposito quoque sancto evangelio in media sede & ipsum nobis Christum præsentem monstrante, nos quidem secundum canonum consequentiam rursus misimus ad eum tres alios sanctissimos Episcopos, rogantes occurrere ad sanctam synodum & doctrinæ suæ reddere rationem. At ille militibus suam domum circumdari procurans, cum nulla esset neque fieret turba per civitatem, nec responso eos, qui missi sunt, dignos fecit. Canonibus autem præcipientibus evocari tertia vocatione inobedientem, dirigentes ad eum rursus alios sanctissimos Episcopos, contumacem invenimus, & remittente eos qui missi sunt cum multa verecundia & injuriis per eos qui ante domum ejus circumadstabant milites. Quia ergo non oportebat tantam sanctam synodum convenientem sine effectu manere, illo mala conscientia non occurrente, de fide et pietate necessario movimus dogmata, præfulgere gestorum monumentis disponentes Deo amabiles literas vestræ pietatis. Post quas expositionem piæ fidei proponentes, primitus quidem a sanctissimis Apostolis traditæ nobis, postea vero expositæ a sanctissimis patribus trecentis decem & octo in Nicæna civitate collectis a sanctæ memoriæ Constantino, cujus rectam fidem clariorem ostendit vestra potentia. Et expositioni huic primum quidem de fide epistolas Deo amantissimi & sanctissimi Archiepiscopi Cyrilli comparantes, consonas invenimus & dogmatibus & intellectibus & in nullo alienam ejus doctrinam piæ illius expositionis. Quia vero jam impererat ut compararentur dogmata prædicata mirabilissimi Nestorii, (Non enim incerta erant, & in epistolis ejus aperte prædicata, & in codicibus & in publicis tractatibus manifeste divulgata; sed & in ipsa Ephesiorum metropoli apud quosdam reverentissimorum Episcoporum ab eo palam dicta. Non enim cessabat dicens non oportere dici Deum qui propter nos homo factus est, & exprobrans divinitati humana, quæ non propter infirmitatem sed propter clementiam in nos habitam suscepit, veluti deridens venerabile [d] sacrumque mysterium nostrum, disputans autem adversus reverentissimos Episcopos, præsumpsit dicere, quia ego [e] duorum mensium & trium mensium Deum non dico; & hæc ante tres omnes dies sancti Concilii, sicut etiam monumentorum continet fides) necessario hæc quoque comparantes, expositioni sanctorum patrum repugnantia invenimus penitusque contraria catholicæ & apostolicæ fidei, ut neque egeat satisfactione Nestorius, sed ipse sui quotidie fiat accusator, persistens in dogmatibus suis corruptis penitusque contrariis catholicæ & apostolicæ fidei nostræ. Hac itaque causa ipsum quidem sacerdotio corruptaque doctrina removimus, depositionem ejus canonicam facientes, atque laudantes Deo amantissimum Episcopum maximæ Romæ Cœlestinum, qui ante nostram sententiam reprehendit hæretica Nestorii dogmata, & ante nos protulit adversus eum sententiam propter Ecclesiarum cautelam, & traditam nobis piam salutaremque fidem a sanctis Apostolis & evangelistis sanctisque patribus, quam pervertere nisus est corrupto sermone, & nimia multitudine quam reprehensus effudit. Vestræ siquidem potentiæ supplicamus quo omnem ejus doctrinam jubeatis auferri a sanctissimis Ecclesiis & inventos ubicumque codices igni contradi, per quos rescindere nititur Dei gratiam homini factam propter clementiam, quam ipse non clementiam sed injuriam putavit divinitatis. Si quis autem contemnit quæ sancta sunt, formidet vestræ potentiæ indignationem. Sic enim & apostolica fides inviolata permanet vestra

a *Languore*) Codex Bellovac. *languebant periclitabantur*.
b *Habendum*) Codex Bellovac. *continuandum*.
d *Mirabilis*) Codex Bellovac. *a mirandissimo Nestorio*.
d *Sacrum*) Idem codex, *divinum*.
e *Duorum*) Codex Bellovac. *illam trimensirem & trimensirem Deum &c.*

stra pietate roborata, & omnes nos intentas orationes pro vestra potentia faciemus, per quam Christus glorificatur, & roboratur fides, & Dei gratia fit cunctis hominibus manifesta.

Ad clariorem quoque perfectioremque notitiam gestorum subjecta sunt etiam monumenta, & subscripserunt omnes qui prænominati sunt in monumentis Deo amabiles Episcopi.

Epistola Cyrilli ad quosdam de clero Constantinopolitano.

CAP XXXII. CYrillus Archiepiscopus Commarioni & Potamoni Episcopis & Archimandritis monasteriorum, Domino Dalmatio & Timotheo & Eulogio Presbyteris, dilectissimis & desiderantissimis, in Domino salutem. Sperabamus venientem honoratissimum Nestorium pœnitentiam agere in quibus blasphemavit ex quo ordinatus est & veniam postulare a sancto Concilio, licet etiam sic periculosum esset donare veniam ei. Non enim possibile erat viro talia prædicanti, qui omnem pervertit orbem terrarum, & colendam Ecclesiarum commovit fidem, concedere veniam. Nam si etiam qui unam dimittere blasphemam præsumpserit vocem contra pissimos & Christo amabiles Imperatores, juste patitur indignationes legum, non potius impius qui totum venerabile convertit nostrum mysterium & perimit dispensationem quam sanctus & clemens Dei patris filius unigenitus propter nos implevit, dignatus homo fieri ut omnes nos salvos faceret & liberaret quæ sub cœlo sunt & peccatis & morte. Verumtamen mirati sumus durum cor viri. Nam neque pœnituit neque flevit in his quæ dicere præsumpsit contra gloriam omnium nostrum salvatoris Christi; sed etiam in Ephesum veniens, iisdem sermonibus utebatur, & rursus ostendit semetipsum sapere perversa, ita ut insignibus metropolitanis Deo amabilibus Episcopis juste adversus eum motis, deinde concludentibus eum per scripturam divinitus inspiratam, atque docentibus, quia Deus est qui ex sancta virgine secundum carnem natus est, nefanda voce usus diceret, *Ego* [a] *duorum mensium & trium mensium Deum non dico*, sed & alia super hæc perimens inhumanationem unigeniti, data quidem est sancto Concilio dilatio sancta Pentecostes a Deo amantissimis nostris Imperatoribus. Primæ namque literæ, per quas evocati sumus, hanc habent formam. Occurrimus autem ad Ephesiorum urbem ante definitum diem. Non enim fas erat contemnere dominicas sanctiones. Quia vero audivimus venire reverentissimum & Deo amantissimum Antiochenorum Episcopum Joannem, sustinuimus sedecim dies, licet omnis synodus clamaret & diceret quia ille non vult adsedere. Metuit enim ne forte depositionem sustineat honoratissimus Nestorius, captus ab Ecclesia quæ sub eo est, & forte hac causa confunditur, quod etiam ostendit experimentum postea. Vere enim distulit venire. Præcedentes enim aliqui qui cum eo erant reverentissimorum Episcoporum ab oriente dixerunt: Mandavit nobis Dominus Joannes Episcopus dicere beatitudini vestræ, quia si tardavero, agite quod agitis. Congregata igitur sancta synodus secundum Alexandriam octava & vicesima Paunii mensis in maxima Ecclesia quæ vocatur Maria, vocavit eum mittens reverentissimos Episcopos ut veniret & probaret semetipsum & satisfaceret de quibus edocuit atque conscripsit. At ille primum quidem responsum fecit dicens, quia cogito & video. Vocatus est secundo anagnostico a sancto Concilio, rursus missis ad eum Dei cultoribus Episcopis. Ille vero causam faciens illicitam, milites sumens a magnificentissimo Comite Candidiano, statuit ante domum suam cum sustibus, prohibentes ingredi quemquam ad eam. Cumque persisterent destinati sanctissimi Episcopi dicentes quia nihil mali venimus dicere vel audire, sed sancta synodus eum vocat, occasionibus variis utebatur, utpote venire nolens. Percutiebat enim eum conscientia. Deinde usi sumus etiam tertio anagnostico, & rursus missis Episcopis ad eum ex diversis provinciis, iterum militum usus est violentia, & noluit advenire. Residens igitur sancta synodus & sequens Ecclesiæ sanctiones, & relegens epistolas ejus & expositiones, & inveniens blasphemiis eas plenas, attestantibus quoque insignibus reverentissimis Episcopis metropolitanis quia in ipsa Ephesiorum urbe contra nos disputans aperte dixisset quia Jesus non est Deus, deposuit eum & justam legalemque adversus eum sententiam protulit. Quia vero fuit necessarium hæc ipsa cognoscere vestram sanctitatem, quos oportet maxime hæc ipsa nosse ut non subripiat aut ipse aut qui ei student, hæc necessario nuntiavi. Habemus autem & reverentissimi Episcopi Joannis epistolam scriptam ad eum; per quam vehementer increpat ei tamquam inania & impia dogmata in Ecclesias introducenti & solventi prædicationem a sanctis [b] evangelistis & Apostolis traditam Ecclesiis. Quia vero nihil potest in suis blasphemiis dicere, occasionem sumit dicens: Quia rogavi dies quatuor differri donec veniret Antiochenorum Episcopus, & non adquieverunt dum memoratus sanctissimus Episcopus Joannes declinaverunt advenire. Nam si voluisset interesse, cur nuntiavit per Episcopos sub manu sua constitutos, quia si tardavero, agite quod agitis. Sicut enim dixi quia noluit interesse, sciens quia omnino sancta synodus decerneret Nestorii damnationem, utpote impia blasphemaque loquentis adversus omnium nostrum salvatorem Christum. Quia ergo, sicut didici, relatæ sunt relationes a magnificentissimo Comite Candidiano, sapienter docete quia nondum monumenta quæ gesta sunt in damnatione ejus completa sunt in chartis; ideoque non potuimus neque relationem mittere quæ deberet mitti ad piissimos & victores nostros Imperatores. Cum Deo autem, dicendum est, subsequetur etiam relatio cum monumentis, si quis nos permiserit destinare qui deferre possit. Si igitur tardaverit monumentorum & relationis adventus, cognoscite quia non permittimur destinare. Valete.

Tunc populus simul in Constantinopolim una vox omnium: Anathema Nestorio.

Ascendit in altum Sanctus Dalmatius, & dixit Si

a *Duorum mens.*) Codex Bellovac. *bimensium & trimensium.*

b *Evangelistis*) Secuti hic sumus editionem Contii, quæ congruit cum textu Græco. Vetera exemplaria perperam habent *Ecclesiis.*

Si vultis audire, quiescite & agnoscite, nolite impedire his quæ dicuntur, sed magnanimes estote, ut verba subtiliter audiatis. Epistolam nunc lectam vestræ reverentiæ pissimus Imperator legit, & satisfactum ei est, quia ego dixeram Imperatori quando venit ad me, quid debuisset scribere sancto Concilio, quæ dicta sunt ei & plene non sunt scripta. Misit autem ad me, & lecta sunt; & ne contristarem eum, subsequentia præmisi, quæ deferentes non ostenderunt, sed pro eis alias ostenderunt litteras. Decentia ergo & consequentia locutus sum ei, quæ non licet modo dicere coram vestra reverentia. Non enim putetis quia elatus quidem sum aut gloriatus. Conteret enim Deus ossa simulatorum. Imperator omnia consequenter audivit quæ facta sunt, & gavisus est cum gratiarum actione ad Deum, & consonavit verbis consequentiæ sancti Concilii, sicut decet ejus imperium, non mea verba secutus, sed fidem avorum suorum & patrum. Tamen sicut decebat suscepit & legit, & satisfactum ei est. Et hoc dixit, quia si sic est, sine veniant qui interfuerunt Episcopi. Et dixi ei quia nullus eos venire permittit. Et dixit: Nullus prohibet. Ego autem dixi quia tenti sunt & venire prohibiti. Et dixi rursus quia ab illa parte & veniunt multi & vadunt sine prohibitione. Quæ vero a sancto Concilio aguntur nullus referre permittit vestræ pietati. Pars vero altera est domini. Dixi ipsi Imperatori coram omnibus: Quem vis audire, sex millia numero Episcopos, aut unum hominem impium? Sex millia vero dixi qui sunt sub potestate metropolitanorum sanctorum Episcoporum. Hoc ergo factum est ut mittatur & veniant qui venturi sunt, qui etiam ea quæ gesta sunt facient manifesta constitui. Dico autem sanctissimi Episcopi nunc venientes a sancto Concilio. Et dixit, quia bene quæsisti. Et iterum adjecit verbum unum, & dixit: Orate pro me. Et novi quia Imperator secutus est magis Deum & sanctam synodum, & nequaquam perversos homines. Orate ergo pro Imperatore & pro nobis.

Cyrilli Archiepiscopi Alexandriæ epistola scripta ab Epheso ad patres monachorum

CAP. XXXIII.

CYrillus reverentissimis & Dei cultoribus monachis & qui vobiscum sunt vitam monachicam adeptis & in fide Dei collocatis, dilectissimis & desiderantissimis, in Domino gaudere. Dominus Jesus Crristus quando ab scelestis Judæis passus est contumelias, dum malediceretur & palmis cæderetur flagellatus, & novissime propter nos & pro nobis cruci adfixus, prospiciens omnes delinquentes in se scelesta super eum moventes capita, dicebat: *Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & consolantem me, & non inveni*. Tale aliquid etiam nunc factum conspicimus, magis autem ut non fidelium germanorumque zelo injuriam faciam, Nestorii blasphemiæ plurimos habuerunt qui simul contristarentur, licet declinassent quidam eum constituti in sacerdotio, cooperantes hæretico, & eum debellantibus resistentes. Sed destruit Christus eorum ineruditiones, magis autem jam & destruxit. Cessavit enim os blasphemum, & tacuit scelestissima lingua [a] nequaquam contra Christum proferens blasphemias in potestate [b] doctrinali atque sacerdotali, & qui amicitiam ejus exoraverunt magis, & non de Christi dilectione cogitaverunt, [c] contumeliis habent vultus plenos. Hoc enim eis debebatur. Sed licet victus sit jam inimicus, & sumus in reliquiis cogitationis, egemus etiam sic vestris supplicationibus ad Deum, & est necessarium, vobis tamquam consecrantibus Deo vestram vitam, sanctas levare manus, & sæpius hoc agere pro nobis. Considerate enim quia Jesus Nave cum electis Israel debellabat Amalech. Beatus autem Moyses manus elevans [d] expectabat a Deo ut vincere potuissent hi qui erant in bello & pugna. Confortetur igitur sanctitas vestra ad orationes, & tamquam filii germani patribus cooperamini languorem veluti quendam pestiferum Nestorii malam sectam abscindentibus, [e] & ut immaculatam & inviolatam & in nullo reprehendendam habentes fidem complacere valeamus omnia propter nos & pro nobis passo Christo. Lætificate igitur etiam per litteras nos. Suscipiemus enim tamquam [f] idoneam rem consolationem vestram. Valere vos oramus, carissimi atque desiderantissimi fratres.

Episcoporum qui inventi sunt in Constantinopolim commonitorium.

CAP. XXXIV.

COngregata sancta synodus in Epheso secundum sanctionem piissimorum & Christo amabilium nostrorum Imperatorum, & inveniens inimicum Christi in hisdem perdurantem & impia prædicantem, damnavit eum, ut de cetero ab omni orbe terrarum scandala abscinderentur. Et sicuti divulgatum est hoc in Constantinopolim, omnes illi homines studentes ei, & omnia ecclesiastica sumentes ab eo, circumveniebant veritatem. Dicimus autem custodientes naves, itinera, & non sinentes neque venire Constantinopolim aliquem a sancto Concilio, neque illic proficisci, sed solum ea quæ inimici sunt Christi & deferebantur & referebantur. Et quoniam nullus potest adversus Deum, (quid enim est homo?) per dispensationem Dei venit epistola ab Epheso scripta ad sanctos Episcopos & monachos missa per mendicantem ligantem eam intra calamum; & ita mendicans & ferens calamum, hanc detulit. Et surgentia universa monasteria cum archimandritis suis exierunt ad palatium psallentes antiphonas. Erat autem sanctus Dalmatius unus archimandritarum, annos quadraginta octo habens quod non egrediebatur monasterium suum, sed intus manebat inclausus, (Piissimus autem noster Imperator ibat ad eum & videbat eum) ita ut terræ motis sæpe factis Constantinopolim, & crebro rogante Imperatore ut exiret & letaniam faceret, nunquam suasus fuisset

a *Nequaquam*) Hæc vox deest in libro Bellovacensi.
b *Doctrinali*) Idem codex, *magisteriali*. c *Contumeliis*) Ita omnia vetera exemplaria. At Contius habet *confusione*. d *Expectabat*) Ita codices Turonensis & Bellovacensis. Colbertinus & Contius, *exaudiebat*. Quæ lectio videtur esse melior. e *Ut & Immacul.*) Codex Bellovac. *ut & Inconiaminatam & Immaculatam & in nullo reprehens. hab. fi. compl. valeamus ei qui omnia propter nos passus est Christo*.
f *Idoneam*) Idem codex, *sufficientissimam consolationem hanc rem*.

fuisset exire. Orante autem eo pro hoc, vox de cœlis ei descendit ut exiret. Deus enim noluit perire ejus gregem usque ad finem. Erat autem cum eis & populus multus orthodoxorum. Cum ergo [a] venissent ad palatium evocati ab Imperatore egressi sunt archimandritæ, & remansit multitudo monachorum & populorum psallentium antiphonas. Deinde ingressi sunt promerentes justum responsum. Clamabant omnes mandata Imperatoris. Postea satisfecerunt, quia eamus ad basilicam sancti Mucii & relegimus etiam epistolam, & agnoscitis satisfactionem Imperatoris. Deinde perrexerunt omnes & monachi & populi, (Erat enim via [b] caput unum) psallentium ipsum ultimum psalmum, in ultimo loco civitatis; occurreruntque populis monachi cum [c] cereis psallentes. Et qum vidissent multitudinem, clamaverunt adversus inimicum, veneruntque ad basilicam sancti Mucii, & lecta est eis epistola.

Exemplar rescripti imperialis missi in Ephesо per Palladium Magistrianum.

CAP. XXXV. IMperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper Augusti, sanctissimo Ephesino Concilio. Magnificentissimo Comite devotissimorum Domesticorum Candidiano insinuante didicit nostra pietas turbulenter quædam & citra quod decet in Ephesiorum gesta metropolim, neque omnibus, sicuti placitum erat, Dei cultoribus Episcopis convenientibus, cum utique magnæ civitatis Antiochiæ Episcopus adpropinquare jam cum aliis Metropolitis futurus esset, neque his qui jam advenerant pariter cogitantibus aut alterutris concordantibus, neque ea quæ de fide sunt modo quo condecebat examinantibus; aut sicut semper directis nostris sacris continebatur epistolis, sed ut apertum esset quorundam adversus aliquos odium propter plurimum studium circa quædam quolibet modo placita, neque velamine uti valentium. Ideoque quilibet putabit studio gesta quæ facta sunt. Unde placuit nostræ [d] divinitati locum quidem talem nequaquam habere auctoritatem, his autem quæ [e] inconsequenter gesta sunt [f] vacantibus, quæ circa pietatem sunt verba, sicuti placuit, prius examinentur, & secundum quod communiter omni Concilio placuerit, in reliquum tempus valeant, non ferente nostra pietate ea quæ ex studio præsumpta sunt, sic autem in his quæ facta sunt indignante ut juberemus donec & ab omni Concilio dogmata pietatis examinentur, & dirigatur aliquis a sacro nostro palatio una cum magnificentissimo Comite Candidiano, quæ gesta sunt secundum jussionem nostram cogniturus, & quæ sunt incongrua prohibiturus, neque recedere aliquem congregatorum Episcoporum ab Ephesina civitate, neque ad sacrum nostrum venire comitatum, aut ad suam patriam remeare, quatenus nulli hoc liceat, neque speret facile provenire. Idonea quidem & hæc sunt vestræ [g] beatitudini pronuntiare scripta, ne quid etiam aliud præter nostram jussionem his quæ facta sunt augeatur. Sciat enim sanctitas vestra quia & jam clarissimis judicibus provinciarum scriptum est nullum penitus permittere ad suam patriam vel civitatem extra nostram remeantem suscipi jussionem. Oportet enim omnia, secundum quod Deo placitum est, sine contentione & cum veritate examinata sic a nostra pietate confirmari, non tamquam pro hominibus nunc, neque pro sanctissimo & Deo amantissimo Episcopo Nestorio aut alio quolibet, sed pro ipso dogmate & ipsa veritate solicitudinem habente nostra divinitate. Data (*a*) [h] Kal. Julias consulatu Fl. Antiochi & qui fuerit nuntiatus.

Monumenta quæ gesta sunt in Ephesо sub præsentia eorum qui de Roma venerunt Episcoporum atque Presbyterorum. (*b*)

CAP. XXXVI. POst consulatu Dominorum nostrorum Flavii Theodosii tertio decimo & Flavii Valentiniani tertio perpetuorum Augustorum, sexto Iduum Julianum, quæ est secundum Ægyptios Epiphii sexta decima, synodo congregata in Ephesiorum metropoli per sanctionem Deo amantissimorum & Christo amabilium Imperatorum, & residentibus in episcopio Dei cultoris Episcopi Memnonis Dei cultoribus & Deo amabilibus Episcopis Cyrillo Alexandriæ [i] regente etiam locum sanctissimi & beatissimi Archiepiscopi Romanorum Ecclesiæ Cælestini, & Juvenale Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum, & Flaviano Philippensium obtinente etiam locum Rufi reverentissimi Episcopi Thessalonicensium, & Theodoto Episcopo Ancyræ Galatiæ primæ, & omnibus [k] prænominatis Episcopis in statu monumentorum, ingressis quoque & considentibus qui [l] ab Hesperia venerunt Deo amantissimis & Dei cultoribus Episcopis & legatis Arcadio & Projecto & Dei cultore Presbytero Philippo apostolicæ sedis & legato, Philippus apostolicæ sedis Presbyter & legatus dixit. Gratias agimus sanctæ & adorabili trinitati, quia nos humiles sancto vestro collegio dignos fecit. Dudum quidem sanctissimus Papa noster Cælestinus apostolicæ sedis Episcopus de præsenti negotio per epistolas suas ad sanctum & reverentissimum virum Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum Cyrillum decernere visus est; quas literas sancto vestro collegio destinavit. Et nunc quoque pro firmitate catholicæ fidei ad omnium vestrum reverentiam per nos literas destinavit; quas

a *Venissent*) Codex Bellovac. *intrassent*. b *Caput unum*) Ita omnia vetera exemplaria. Male apud Contium *Capaduna*. Peltanus recte vertit, *ex capitalibus una*.
c *Cereis*) Codex Bellovac. *cereoli*. d *Divinitati*) Δεσποτείᾳ, quod Peltanus vertit *majestati*. Tum Imperatores in titulis ac rescriptis suis retinebant nonnulla ex moribus priscorum Imperatorum. Hinc divina epistola, divina manus, sacrum palatium, & similia. e *Inconsequenter*) Id est, incongrue ac præter regulas. f *Vacantibus*) Id est, rescissis, cassatis, ut verbo sancti Leonis utar.
g *Beatitudini*) Codex Bellovac. *religiositati*. h *Kal. Julias*) Ita omnia vetera exemplaria & editio Contii. Apud Peltanum legitur, *decimo tertio Kalendas Julias*. In editione Graeca Romana, τρίτῃ καλανδῶν Ἰουλίων. Quo etiam modo habetur in exemplaribus Græcis bibliothecæ regiæ.
i *Regente locum*) Hic gesta diserte ajunt Cyrillum tenuisse locum Cælestini. In Concilio, ita ut nullus tergiversationi locus esse possit. Aderat Cyrillus & tanquam Episcopus Alexandriæ & tanquam Vicarius Cælestini, sicut paulo post Flavianus Episcopus Philippensis interest & suo nomine & Rufi Episcopi Thessalonicensis.
k *Prænominatis in statu*) Id est, qui nominati sunt supra cap. XXXV. in gestis de depositione Nestorii.
l *Ab Hesperia*) Ab Italia, ab occidente. Quo etiam voce hic usus est Liberatus.
(*a*) Cod. Casin. *Tertio* Kal. *Jul.* (*b*) Ibid. additur *legatorum*. *Secunda actio*.

quas a nobis oblatas decenter suscipi jubete & cum debito honore sancto Concilio legi & ecclesiasticis inseri monumentis.

Arcadius & Projectus Episcopi & legati Romanorum Ecclesiæ dixerunt: Jubeat vestra beatitudo delatas vobis literas sanctissimi & cum omni reverentia nominandi Papæ Cœlestini apostolicæ sedis Episcopi relegi, ex quibus agnoscere poterit vestra beatitudo quam habeat curam pro universis Ecclesiis.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Suscepta epistola sanctissimi & per omnia beatissimi sanctæ apostolicæ Ecclesiæ Romanorum Episcopi Cœlestini cum competenti honore relegatur sancto Concilio.

Siricius Notarius sanctæ Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ [a] *Latine legit*.

Juvenalis Episcopus Hierosolymorum dixit. Lectæ sanctissimi & beatissimi Episcopi maximæ Romæ Cœlestini literæ pie & orthodoxe habentes [b] gestis inserantur.

Omnes reverentissimi Episcopi petierunt interpretari epistolam & legi.

Philippus Presbyter apostolicæ sedis & legatus dixit. Satisfactum est [c] consuetudini ut literæ apostolicæ sedis in primis Latine legerentur. Nunc vero similiter quoniam vestra [d] exigit beatitudo ut etiam Græce legantur, necessarium est desiderio vestræ satisfieri sanctitatis. Quod agere curavimus, ut Latina eloquentia Græce transferantur. Jubete ergo suscipi & sanctis vestris auribus insinuari.

Arcadius & Projectus reverentissimi Episcopi & legati dixerunt. Sicut jussit vestra beatitudo ut etiam ad omnium notitiam veniant literæ, quæ delatæ sunt, quoniam plurimi sunt sanctorum fratrum & coepiscoporum nostrorum qui Latine nesciunt, propterea etiam Græce delata epistola est translata, &, si jubetis relegitur.

Flavianus Episcopus Philippensium dixit. Oblata interpretatio epistolæ suscepta, relegatur.

Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum legit.

Epistola Papæ Cælestini ad synodum apud Ephesum constitutam.

CAP. XXXVII. CÆlestinus Episcopus sanctæ synodo apud Ephesum [e] congregatæ. Spiritus sancti testatur præsentiam congregatio sacerdotum. Certum est enim quod legimus, quia non potest veritas [f] nostra mentiri, cujus in evangelio ista sententia est: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum*. Quod cum ita est, (Nam si nec huic tam brevi numero spiritus sanctus deest, quanto magis eum nunc interesse credamus quando in unum convenit tanta turba sanctorum) sanctum namque est pro debita veneratione collegium in quo utique nunc Apostolorum frequentissimæ illius quam legimus congregationis aspicienda reverentia est. Nunquam his defuit quem receperant prædicandum. Adfuit semper his Dominus & magister, nec docentes a suo doctore deserti sunt. Docebat ille qui miserat, docebat ille qui & dixerat quod docerent, docebat qui in Apostolis suis se confirmat audiri. Hæc ad omnes in commune Domini sacerdotes mandatæ prædicationis cura pervenit, hereditario in hac solicitudinem jure constringimur quicumque per diversa terrarum eorum vice nomen Domini prædicamus, dum illis dicitur: *Ite, docete omnes gentes*. Advertit vestra fraternitas quia accepimus generale mandatum. Omnes etiam nos agere voluit qui illis sic omnibus in commune mandavit. Officium necesse est nostrorum sequamur auctorum, subeamus omnes eorum labores quibus omnes successimus in honore. Præstemus eorum diligentiam prædicatis; post quæ, monente Apostolo, nullam prædicationem jubemur admittere. Non est minor tradentis officio custodia traditorum. Illi jactaverunt fidei semen, nostra hæc sollicitudo custodiat, ut incorruptum & multiplicem fructum nostræ patrisfamiliæ adventus inveniat, cui soli utique adsignatur ubertas. Loquente namque electionis vase plantare & rigare non sufficit, nisi Deus dederit incrementum. Agendum igitur nunc est labore communi ut [g] commissa & per apostolicam successionem huc usque detenta servemus. Illud in nobis per quod secundum Apostolum ambulemus arguitur. Non enim nunc species, sed fides nostra vocatur ad causam. Spiritalia arma sumenda sunt, quia bella sunt mentium & tela verborum, ut in nostri Regis fœdere perduremus. Omnes nunc ibi positos beatus Paulus Apostolus monet ubi Timotheo remeare mandavit. Idem igitur locus, eadem causa ipsum requirit officium. Nos quoque nunc agamus id quod agendum tunc ille suscepit, ne quis aliter sentiat, & quæstiones præstantibus fabulis ne quis intendat. Ut ipse præcepit, simus unanimes, unum quia sic expedit, sentientes. Nihil per contentionem, nihil agere per inanem gloriam gestiamus: Una anima cum uno corde sit cunctis; quandoquidem fides, quæ est una pulsatur. Doleat, immo lugeat hoc nobiscum omne in commune collegium. Vocatur in judicium qui judicaturus est mundum, discutitur qui discussurus est omnes, & calumniam patitur qui redimit. Accingatur [h] armis Dei vestra fraternitas. Scitis quæ galea caput nostrum muniat, quæ lorica pectus includat. Non vos nunc demum ecclesiastica rectoris castra ceperunt. Nemo dubitet, favente Domino, qui facit utraque unum, depositis armis pacem futuram, quando se causa ipsa defendit. Respiciamus rursum etiam illa nostri verba doctoris, quibus proprie apud Episcopos utitur, ista prædicens: *attendite*, inquit, *vobis & universo gregi in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei quam adquisivit sanguine*

a *Latine*) Hæc vox non habetur in Græcis exemplaribus, neque in Latinis nostris, uno excepto Bellovacensi, ex quo translata est in hanc editionem. Recte autem habere hunc codicem sequentia probant.

b *Gestis inser.*) Ergo epistola Cælestini Latine inserta est gestis. Unde colligere possumus epistolam Cælestini ad synodum Ephesinam, qualem hodie habemus; eam ipsam esse, quæ Latine lecta est a Siricio.

c *Consuetudini*) Qua descendebat ex more magistratuum pristorum populi Romani, qui *inter cetera obstinata gravitatis indicia illud quoque magna cum perseverantia custodiebant ne Græcis unquam nisi Latine responsa darent*, ut scribit Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. Vide Suetonium in Tiberio cap. 71. & in Claudio cap. 16. & Rittershusium lib. 3. sacrar. lection. cap. 1. d *Exigit*) Codex Bellovac. *exposcit*. e *Congregata*) Codex Bellovac. *constituta*. f *Nostra*) Addidimus hanc vocem ex codice Bellovacensi & ex editione Baronii.

g *Commissa*) Codex Bellovac. & Baronius, *credita*. h *Armis Dei*) Hæc addita sunt ex eodem codice & Baronio. Non extant enim in Colbertino neque in Turonensi, neque apud Contium.

ne suo. Inde ad hoc vocatos eos legimus qui istud audirent quo nunc sanctitas vestra convenit. Ephesiis ergo, quibus est fidei nota prædicatio, sit nunc erga hanc etiam nostra nota defensio. Exhibeamus huic nostræ mentis illa veneratione constantiam. Quæ sunt digna, quæ magna sunt, quæ pio sentu tranquillitas diuturna servavit, intemerata [a] apud nos quæ ab Apostolis sunt prædicata regnarunt. Nunquam contra Regem Regum verba tyrannicæ dominationis admissa sunt, nec opprimi per falsitatem potuit negotium veritatis. Vos hortor, fratres carissimi, respiciatur illa sola dilectio in qua utique secundum vocem Joannis Apostoli, cujus reliquias præsentes veneramini, manere debemus. Sit oratio communis ad Dominum. Scimus quæ vis divinæ illius præsentiæ sit futura, supplicante concorditer tanta multitudine sacerdotum, quando locus ille moveri potuit in quo unaniniter duodecim legimus supplicasse. Quæ tamen fuit Apostolorum petitio deprecantium? Nempe ut acciperent verbum Dei loqui cum fiducia & eas per ejus manus virtutes agere quorum præstante Christo Deo nostro acceperant potestatem. Et vestro nunc sancto conventui quid est aliud postulandum quam ut cum fiducia loquamini verbum Domini, quam ut det servare quæ prædicare concessit, & repleti sancto spiritu, sicut scriptum est, licet ore diverso, unum tamen quod ipse spiritus docuit proferatis. Istis omnibus breviter animati, quia, sicut ait Apostolus, scientibus legem loquor, & loquor sapientiam inter perfectos, adestote catholicæ fidei & Ecclesiarum quieti; adestote, quia sic dicendum est, & præteritis & præsentibus & futuris, rogantes atque servantes quæ ad pacem sunt [b] Hierusalem. Direximus pro nostra sollicitudine sanctos fratres & consacerdotes nostros unanimes nobis & probatissimos viros Arcadium & Projectum Episcopos & Philippum nostrum Presbyterum, qui his quæ aguntur intersint, & quæ a nobis antea statuta sunt exsequentes, quibus præstandum a vestra sanctitate non dubitamus adsensum, quando id quod agitur videatur pro universalis Ecclesiæ securitate decretum. Datum VIII. Idus Majas Basso & Antiocho consulibus.

[c] *Omnes reverentissimi Episcopi dixerunt*. Hoc justum judicium. Novo Paulo Cælestino. Novo Paulo Cyrillo. Cælestino custodi fidei, Cælestino unanimi synodi, Cælestino gratias agit omne Concilium. Unus Cælestinus, unus Cyrillus. Una fides synodi, una fides terrarum orbis.

Theodotus Episcopus Ancyræ dixit. Justam sancti Concilii sententiam demonstravit omnium Deus adventu literarum Dei cultoris Episcopi Cælestini & præsentia vestræ beatitudinis. Nam & zelum sanctissimi & beatissimi Episcopi Cælestini demonstratis & studium circa piam fidem. Quia vero etiam gesta requisivit rationabiliter agnoscere vestra beatitudo, ex ipsis gestorum monumentis super deposito Nestorio satisfiet vestræ reverentiæ & de decreto justo sancti Concilii & de zelo atque concordia fidei quam etiam beatissimus & sanctissimus Episcopus Cælestinus maxima prædicat voce, quippe post vestram satisfactionem etiam reliquis nunc adjiciendis in monumentorum gestis.

Epistola Papæ Cælestini ad Theodosium Imperatorem.

CÆlestinus Episcopus Theodosio Augusto. Sufficiat licet quod sollicitudo vestræ clementiæ &c. *Extat* superius. CAP. XXXVIII

[d] *Ejusdem Cælestini epistola ad Cyrillum Alexandrinum.*

CÆlestinus Episcopus Cyrillo Episcopo Alexandrino. Intelligo sententiam sapientissimi Salomonis impletam, &c. *Extat* superius. CAP. XXXIX

Epistola scripta a sancto Concilio ad clerum & populum Constantinopolitanum de depositione Nestorii.

SAncta magnaque & universalis synodus gratia Dei collecta in Ephesiorum metropolim Dei cultoribus & reverentissimis compresbyteris & condiaconibus & omni clero ac populo sanctæ Dei Ecclesiæ Constantinopolitanæ in Domino salutem. Venimus ad nuntium nimis ingemiscendum, primum quidem in hoc quod actum est flentes, ex necessitate vero, & ne plurimi impietatis peste caperentur, ad abscindendum ægritudinis hujus auctorem. Remotus enim est sacerdotio Nestorius, opus suæ impietatis effectus, cujus testes vos estis ex præsumptis apud vos ejus crebris allocutionibus. Augmentum quoque malorum est etiam quam hic protulit blasphemia. Nam neque denuntiatum [d] sanctum Concilium, neque multitudo horum qui propter pietatem congregati sunt, retinuit eum ab impetu; sed adjecit blasphemias crudeliores, duorum mensium & lacte nutritum non pati adorandum, & eum qui fugit in Ægyptum non nominandum Deum; ut ex hoc omnis quæ propter nos a salvatore facta est dispensatio pene fieret simplicioribus dubia. Vestræ autem orationis fiat opus intente ad Deum celebrandæ, ut dignus sede magnæ civitatis inveniatur qui vobis sit futurus Episcopus. Regia enim civitate pie gubernata, commune omnibus sanctis Dei Ecclesiis lucrum erit. CAP. XL

Cyrillus Episcopus Alexandriæ vos in Domino oro (valere) dilectissimi atque desiderantissimi.

Philippus Presbyter Ecclesiæ Apostolorum.
Juvenalis Episcopus Hierosolymorum.
Arcadius Episcopus Legatus.
Projectus Episcopus Legatus.
Firmus Episcopus Cæsareæ.
Flavianus Episcopus Philippensium.
Memnon Episcopus Ephesi.
Theodotus Episcopus Ancyræ.

Ve-

a *Apud N. & A. S. prædicata*) Hæc rursum addita sunt ex codice Bellovacensi & Baronio.
b *Hierusalem*) Codex Colbertinus & Turonensis habent *Israhelem*.
c *Omnes*) Codex Bellovacensis non habet istas acclamationes synodales. Earum vero loco positum est commonitorium datum Legatis apostolicæ sedis euntibus ad orientem, quod nos edidimus Tom. super. Sequuntur postea in eodem codice epistola Cælestini ad Theodosium & Cyrillum, quæ in Colbertino non extant, neque in Turonensi. Eas ergo addidimus ex Bellovacensi.
d *Sac. Concil.*) Codex Bellovac. *sancta synodus*.

Veriniano Episcopus Pergæ.

Cum fuerint qui deposuerunt Nestorium ultra ducenti, suffecerunt nobis suprascriptæ subscriptiones.

Epistola scripta a clero Constantinopolitano ad sanctum Concilium.

CAP. XLI. DEi cultoribus & sanctissimis patribus nostris congregatis secundum præceptum piissimorum Imperatorum ex orbe terrarum in Ephesina metropoli; Cyrillo, Juvenali, Memnoni, Flaviano, Firmo, Theodoto, Acacio, Amphilochio, Eleusio, Palladio, Veriniano, Iconio, omnique reliquo sancto Concilio, a Dalmatio, Tigrio, Sampsonio, Maximiano, Joanne, Evandro, Modestiano, Adelphio, Philotheo, Eulogio, Basilisco, Florentio, ex omni Constantinopolitano clero. Semper & a [a] juvenili ætate in orthodoxo dogmate gloriantes, sanctorum patrum [b] traditum conservare studium festinavimus. Propterea vero rursus a vestra sanctitate dudum ad memoriam deducti ex his quæ Deo amantissimus & sanctissimus Archiepiscoqus Cyrillus scribere nobis dignatus est, gratias professi sumus salvatori Christo. Aperte igitur pro ipsa fide correctiones plurimæ atque magnæ manifestatæ sunt nobis. Unde etiam depositionem dudum præsidentis nobis Nestorii, eo quod adulteraverit apostolica salubriaque & pia dogmata, factam a vestra beatitudine cognoscentes, memoratas chartas a piissimis & Christo amabilibus nostris Imperatoribus Theodosio & Valentiniano tamquam missas a vobis, sanctissimi, suscepimus, & coram sancta Dei Ecclesia congregato omni populo legi mox fecimus. Sciat igitur vestra sanctitas quia populus consonans nobis factus est, multisque favoribus & in vestra sancta universalique usus est synodo, & in triumphatoribus Imperatoribus, [c] qui solicitudinem habuerunt Deo amabilis vestræ congregationis. Nos autem gavisi quæ præ manibus sunt scripsimus, & rogamus, ut oret quidem pro nobis sacratissima vestra [d] beatitudo & curam habeat pro reliqua disciplina sanctæ Dei quæ apud nos est Ecclesiæ. Hoc enim solummodo reliquum esse perspicit vestra magna recti dogmatis providentia, ut omnia ad terminum perducantur Domino Christo placentem, & nulli alteri nisi vestræ sanctitati omnia quæ circa nos sunt & piissimis atque Christo amantissimis Imperatoribus adscribantur. Dalmatius Presbyter & Archimandrita pater monasteriorum orare pro me rogo vestram sanctitatem.

Epistola universalis Concilii ad Augustos.

CAP. XLII. PIissimis & Deo amantissimis Theodosio & Valentiniano victoribus, triumphatoribus, semper augustis, sancta synodus quæ gratia Christi & nutu vestræ potentiæ congregata est in Ephesina metropoli. Vestra quidem potestas pietatem firmare volens, imperavit sancto Concilio quæstionem de dogmatibus facere subtiliorem; quam etiam fecimus, & antiquam traditionem sanctorum Apostolorum & evangelistarum sequentes & trecentorum decem & octo patrum in Nicæa congregatorum; quam etiam interpretantes concorditer & una sententia manifestam vestræ fecimus pietati in ipsis monumentis quæ gesta sunt, in quibus Nestorium diversa sapientem aperte comperientes damnavimus. Nam neque Ephesiorum metropoli suum celavit sensum, ut probationibus aliis egeremus; sed clamabat per singulos dies, quæ aliena sunt fidei prædicans apud plurimos dogmata, & singula particulatim in gestis monumentorum manifesta fecimus vestræ pietati. Sed quoniam amicitiam Nestorii pietati præponens magnificentissimus Comes Candidianus auditui vestræ pietatis subripere festinavit, antequam cognosceret subtiliter quæ gesta sunt vestra potentia, antequam susciperetis monumenta, antequam cognosceretis quæ facta sunt, & studuit [e] ipsa sibi placita & grata Nestorio suggerere vestræ pietati antequam cognosceret vestra potentia quod verum est ex lectione gestorum, in quibus ostendimur nullum contra Nestorium odium exercentes, sed ipsa exponentes dogmata pietatis, quibus comparantes quæ a Nestorio prædicata sunt habentia [f] increpationem ex literis Nestorii & epistolis & in publico factis sermonibus, sententiam protulimus sancto evangelio in medio constituto & demonstrante nobis præsentem Dominum omnium Christum. Supplicamus igitur vestræ potentiæ, ut nullum suspicere dignemini præponentium hominum amicitias pietati. Nam talem sentientes affectum Deo amabilis Episcopi Joannis Antiocheni tanquam volentis amicitiæ præstare magis quam quod utile est fidei considerare, ex quibus neque vestræ potentiæ minas timens, neque zelo motus olim traditæ fidei, sanctam distulit synodum per viginti & unum dies post datas inducias a vestra potentia, coacti sumus omnes sancti Concilii orthodoxi & solam amantes fidem quærere quæ de pietate sunt, hoc passum & Deo amabilem Episcopum Joannem arbitrati quod ostenditur passus & magnificentissimus Comes Candidianus. Non enim omnium est hominum amicitiis præponere pietatem. Erat igitur in Deo amabili Episcopo Joanne suspicio nostra non inanis nec vana. Veniens enim manifestum seipsum fecit sancto Concilio quia quæ Nestorii sunt sapit, sive amicitiæ donans, sive communicans errori dogmatis illius. Sed quoniam aperte quæ gesta sunt innotescere vestræ potentiæ prohibemur, sicut diximus, magnificentissimo Comite Candidiano nos quidem prohibente insinuare secundum piam rationem quæ gesta sunt, omne vero studium conferente Nestorio, supplicamus vestræ potentiæ ad cognoscendum secundum Deum studium sancti Concilii evocari magnificentissimum Comitem Candidianum & quosque de sancto Concilio probaturos coram vestra pietate quæ gesta sunt. Callidi namque sunt, quia alia præter piam fidem sapiunt ad obumbrandum errorem, ita ut quidam sanctissimorum Episcoporum celato quidem errore a Nestorio caperentur & adjicerentur ei, & his quæ ab eo sunt gesta subscriberent: qui cum aperte interrogantes eum inve-

a *Juvenili*) Ita codex Colbertinus. Turonensis & Contius, *juvenali*. Bellovac. *a juventute*.
b *Traditum*) Codex Bellovac. *traditionem conservare studium ponimus. Propter eam vero &c.*
c *Qui solic.*) Codex Bellovac. *quia solicitud.* d *Beatitudo*) Ibi. *religiosissima*.
e *Ipsa sibi*) Codex Bellovac. *ipse sibi placita & quæ donaret Nestorio.* f *Increpat*) Ibid. *invectione*.

invenissent revelantem suas blasphemias, recedentes ab illo, sanctum Concilium adierunt, ipsam blasphemiam ejus manifestam facientes, & nobiscum memoratum Nestorium condemnantes, ut remanerent apud Nestorium & reverentissimum Episcopum Joannem Antiochiæ triginta & septem plus minus, quorum plurimi rei consistentes causis & sententiam metuentes sancti concilii, sicuti diximus, sunt adjecti Nestorio; quorum etiam vocabula direximus vestræ potentiæ. Alii quidem sunt in dogmatum pravitate tamquam Pelagiani existentes & contraria pietati sapientes, alii vero damnati jam ante plurimos annos, alii quoque qui in aliis accusationibus malignis deberent post probationem multam suscipere a sancto Concilio habente omnes totius orbis sanctissimos Episcopos unum idemque sapientes, eo quod & maximæ Romæ una sit præsens Concilio, & [a] qui de Africa sunt, per Dei cultorem & Archiepiscopum Cyrillum, cui etiam suam voluntatem unientes, segregati solummodo loco, & ejus & omnium [b] nostrorum sententiæ consenserunt. Neque enim subvenit aliquis Nestorio & reverentissimo Episcopo Joanni Deo amantissimorum Episcoporum, nisi & ipse callidus existeret sub schemate sermonum celare suam impietatem, & qui nunc cum eo sunt, timuerunt a sancto Concilio futuram super se multam decerni. Nos autem [c] detenti rescribere vestræ potentiæ, latitudinem horum quæ passi [d] sumus a magnificentissimo Comite [e] Irenæo, breviter non potuimus [f] intimare, qui omnem sanctam synodum conturbavit, & terrorem imposuit sanctissimis Episcopis per tumultus quosdam extraneasque concursiones, ut etiam plurimi nostrorum circa ipsam periculum pateretur vitam. Sed etiam particulariter edocebimus vestram serenitatem, si nobis quod poscimus præbeatur a vestra pietate, ut venientes quinque a sancto Concilio, quæ per singula disposita sunt vestram potentiam doceant. Et congregati quidem, regulareque proferentes contra hæreticum Nestorium decretum damnationis, sumus ultra ducenti ex omni terarum orbe collecti, nobiscum pariter decernente etiam omni occidente. Subscripsimus autem pauci huic relationi, præsentibus universis atque consentientibus, eo quod præcipue festinaret devotissimus Palladius magistrianus, & non sustineret moram subscriptionis universorum. [g] Deus, qui super omnes est, imperium vestrum multis annorum curriculis conservet, piissimi victores semper augusti. Deus, qui super omnes est, imperium vestrum multis annorum curriculis conservet, piissimi victores semper augusti. Deus, qui super omnes est, imperium vestrum multis annorum curriculis conservet, piissimi victores semper augusti.

Flavianus Episcopus Philippensium subscripsi.

Et sunt nomina eorum contra quos scriptum est (a) ista. Joannes Antiochiæ Syriæ, Macharius, Alexander, Apringius, Alexander, Helladius, Joannes, Musæus, Helladius, alter Helladius, Gerontius, Antiochus, Jacobus, Petrus, Himerius, Eutherius, Strangulus, Julianus, Diogenes, Placon, Theodoritus, Melitius, Paulus, Marcellinus, Maximinus, Dexianus, Asterius, Dorotheus, Zevenas, Fritilas, Theosebius, Anastasius, Basilius. Isti soli communicatores impiorum dogmatum Nestorii, circumeuntes per civitatem, turbas & seditionem movent, ordinationes promittentes, ita ut omnes qui in civitate orthodoxi sunt, & ex hoc timoris suspicionem habent, eos ab illicito conamine prohibierent.

[h] Data Kal. Julias, Epiphii septima, Indictione XV.

[i] *Libelli oblati sancto concilio a sanctissimis Episcopis Cyrillo Alexandriæ & Memnone Ephesiorum.*

CAP. XLIII

Post consulatu Dominorum nostrorum Flavii Theodosii XIII. & Flavii Valentiniani III. PP. Augustorum, XVII. *Kal. Augustas, congregata synodo in metropoli Ephesi per sanctionem a Deo custoditorum Principum, residentibus in sancta Ecclesia quæ vocatur Maria viris reverentissimis & Deo amantissimis Episcopis Cyrillo Alexandrino obtinente etiam locum sanctissimi & beatissimi Romanæ Ecclesiæ Cælestini Archiepiscopi,* [k] *Hesychius dixit.* Per omnia sanctissimus Archiepiscopus Alexandriæ sanctæ Ecclesiæ Cyrillus, & sanctissimus Ephesi Memnon libellos obtulerunt sanctissimæ & universali synodo quæ decreto Deo amabilium Principum in hac metropoli Ephesio congregata est; quos præ manibus habentes, si jusserit sanctitas vestra, [l] prælegemus.

Juvenalis Episcopus Hierosolymitanus dixit. Relega-

---

a *Qui de Africa*) Vir clariss. Joannes Launojus ex hoc loco validum, ut ipse putabat, telum desumpsit adversus eos qui censent Cyrillum tenuisse vices Cœlestini Papæ in Concilio Ephesino, huc perductus auctoritate editionis Romanæ hujus Concilii, in qua legitur Episcopos Africanos per Cyrillum repræsentatos interfuisse synodo. Ex quo collegit Launojus debuisse hoc loco patres dicere Episcopum sedis Romanæ repræsentatum fuisse per Cyrillum, si is revera fuisset vicarius Cœlestini. Sed totum istud argumentum facile ruit hac sola responsione, vocem *repræsentati*, quam editores Romani addiderunt in hoc loco, neque extare in textu Græco, neque in antiqui versionibus, neque denum in ea quæ Peltanii est, adeoque nullius auctoritatis esse hunc locum ut ostendatur vicariatus Cœlestini dignitatem non fuisse tum in persona Cyrilli. Est & alia responsio facilis, sed ista sufficit.

b *Nostrorum*) Ita codex Colbertinus & Bellovacensis. Turonensis & Contius habent *nostrum*.

c *Detenti*) Codex Bellovac. *prohibiti*. d *Sumus*) Secuti sumus editionem Contii & exemplar Bellovacense. Reliqua habent, *sunt*) e *Irenæo*) Præcipuo Nestorii defensore, qui & in gratiam ejus scripsit opus quod vocavit Tragœdiam. f *Intimare*) Additimus hanc vocem ex libro Bellovacensi.

g *Deus*) Hæ acclamationes sive vota ter repetuntur in Colbertino & Turonensi exemplaribus, quod adnotare alicujus momenti esse putavi. Bellovacense mutilum est in hoc loco. Ceterum & manuscripta Græca Bibliothecæ regiæ & editiones ista non repetunt, neque item editio Contiana. h *Data*) Hæc addita sunt ex tribus antiquis exemplaribus, cum non extent in editionibus. i *Libelli*) Pro isto titulo codex Bellovacensis ita habet, *Acta excommunicationis Episcopi Joannis Antiochiæ & Episcoporum qui cum eo fuerunt.*

k *Hesychius*) Retinuimus lectionem exemplarium Colbertini & Turonensis, quam etiam exhibet editio Contiana. Codex Bellovacensis ante vocem *Hesychius* hæc addit. *Alibi hæc quæ subdita sunt infra leguntur, & Arcadio Episcopo & Legato Romanorum sedit, & Projecto Episcopo & Legato Romanorum sedit, & Philippo presbytero & Legato Romanorum sedit, & Juvenali Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum, Flaviano Philippensium obtinente etiam locum Rufi reverentissimi Episcopi Thessalonicensium, & omnium qui præordinati sunt in textu gestorum, Hesychius Diaconus dixit.* Quæ etiam reperiuntur in textu Græco, & manifestum est esse hujus loci. Verum noluimus ea addere in contextu, ut lectori pateat, varias olim fuisse istorum gestorum editiones.

l *Prælegemus*) Ita codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis habet, *relegent*. Contius, *legemus*.

(a) Casin. *I. a.*

legatur oblatus libellus a sanctissimis Episcopis Cyrillo Alexandrino & Memnone Ephesiorum, & inseratur gestis.

Hesychius (*a*) *Diaconus legit*.

SANCTÆ synodo quæ per gratiam Dei & decretum a Deo amatorum & Christum amantium Principum congregata est in hac Ephesi metropoli, Cyrillus Alexandrinus Episcopus, & Memnon Episcopus ejusdem Ephesi. [a] Pia sanctio Deo amantissimorum Principum in hac Ephesi metropoli & nos & vestram sanctitatem convenire jussit, quatenus recta & apostolica definitio communi sententia [b] confirmaretur, & examinaretur noviter assumpta hæresis a Nestorio. Sed vestrum sanctum Concilium recte & regulariter faciens omne, convenit in hanc sanctam Ecclesiam hujus metropolis; vocavit autem prædictum Nestorium ut ingrederetur ad Concilium & satisfaceret de his quæ in expositionibus blasphemavit & in propriis epistolis, impias & erroneas voces [c] emisit contra omnium nostrum salvatorem Christum. Tertio autem vocatum, & nolentem occurrere, [d] eo quod eum mala conscientia percellebat, leges ecclesiasticas sequens sancta synodus eum damnationi subjecit, omnibus de eo subtiliter examinatis, cum ei satisfactum fuisset quod hæreticus blasphemus esset. His ita gestis & relatis ad notitiam piissimorum Principum, tandem aliquando Ephesum & quando voluit veniens Antiochenus Joannes, [e] congregatis quibusdam, sicut didicimus, eorum qui secundum Nestorium sapiunt, ex quibus quidam olim sunt condemnati, alii autem nec civitates [f] habentes, & sunt nomine tantum Episcopi, tamquam indigne [g] ferentes quia glorificatus est Christus, justam damnationem perferente eo qui in eum blasphemaverat, nescimus quemadmodum, si tamen omnino verus rumor est, omnem legem [h] conculcans ecclesiasticam, & injurians omnem consequentiam, impiam & non legitimam construxit chartam, putansque non damnationis nomine posse [i] percelli, contumeliis intolerabilibus affecit, dum hæc, quæ Nestorium damnaverat, synodus plus ducentos numero habuerit Episcopos, illo autem congregante hæreticos alios & incusatos [k] triginta fere numero, & neque ex constitutis ecclesiasticis, neque ex sanctionibus imperialibus habens potestatem aut judicare cuidam nostrum aut omnino aliquid tale tentare, maxime contra majorem sedem, dum utique etsi eum liceret judicare, convenerat regulas sequi ecclesiasticas & admonere nos, qui contumeliis affecti sumus, & cum hac universa sancta nostra synodo vocare ad satisfactionem. [l] Nunc autem horum nihil excogitans, neque timorem Dei in animo habens, eadem hora qua Ephesum ingressus est occulte & nullo [m] nostrum omnino sciente quæ præsumebantur, suum delusit caput, ne dicamus ecclesiasticas leges, & sententia condemnationis injuriat nos, qui nescimus usque ad hodiernum diem vel qualem habuit ad hanc rem occasionem. Quoniam igitur consequens est non sic calcare ecclesiasticas leges, [n] nec inaniter contra potiores insurgi, aut talia occulte præsumi quæ non fierent contra aliquem unum ultimum Ecclesiæ gradum tenentem & sub potestate ejus constitutum, hic autem est ipse cum illis qui hoc cum eo egerunt, necessario offerimus vestræ reverentiæ istos libellos, adjurantes vos per sanctam & consubstantialem trinitatem evocare & ipsum Joannem & qui cum eo facinus operati sunt, ut venientes ad sanctam synodum, satisfaciant de sua præsumptione. Parati enim sumus docere eum injustum & non legitimum contra nos injuriæ facinus admisisse.

Acacius Episcopus Melitinensis dixit. [o] Ex abundanti est quidem de accusatis suspicio, sive & ipsa vera sit & superabundans petitio sanctorum & Deo amabilium Episcoporum Cyrilli Alexandrini & Memnonis Ephesii. Neque enim possibile erat qui se ipsos a sancta synodo subtraxerunt, & adjecerunt se eis qui malæ sectæ Nestorii sunt conjuncti, & sub crimine tanto & tali facti præsumere contra [p] priores universalis hujus sanctæ synodi aliquid agere, nullam omnino habentes auctoritatem. Quoniam autem placuit vestræ sanctitati & pro his eos ad judicium trahi, admonitus per reverentissimos Episcopos Archelaum, Paulum, & Petrum Princeps hujus discissionis Antiochenus Episcopus Joannes, de quibus incusatur, satisfaciat, qua ratione talia præsumpsit.

Et cum perrexissent Archelaus Episcopus Mundi Cariæ provinciæ, & Paulus Episcopus Lampæ Cretæ provinciæ, Petrus Episcopus Paremboloon Palæstinæ, & dum reversi fuissent, Firmus Episcopus dixit. Doceant reverentissimi Episcopi qui mandatum ministrare ad reverentissimum Episcopum Joannem deputati sunt, quod ab eo responsum acceperunt.

Paulus Episcopus Lampæ dixit. Missi a vestra sancta synodo ad reverentissimum Episcopum Joannem Antiochenum, proximi facti domui ejus, vidimus multitudinem militum, & alios quosdam armatos gladiosque portantes, qui non concedebant nobis januæ propinquare. Vix autem vicini sumus facti. Et cum multa a nobis dicta essent quia pacifici sumus, suscipite nos, sancta synodus misit nos ferentes verba pacifica causa canonicæ rei ad reverentissimum Episcopum Joannem, multis autem nos circumstantibus, agnoscens causam pro qua directi sumus, non nos suscepit. Multa autem a pluribus dicta sunt; inter quæ & blasphema erant contra sanctam synodum & contra orthodoxam fidem, quæ subtiliter exequi propter turbam ibi factam non possumus.

a *Pia sanctio*) Codex Bellovacensis. *Pium decretum*. b *Confirmaretur*) Idem codex, *confirmetur*, *examinari autem & noviter adsumiam hæresim a Nestorio*. *Sed vest. sa. Concil. recte & regulariter omnia agens*.
c *Emisit*) Contius habet, *emittens*, quod videtur melius. Verum malimus sequi consensum veterum librorum qui ita habent sicuti nos edidimus, nisi quod Bellovacensis habet *dimisit* pro *emisit*.
d *Eo quod*) Ita codex Turonensis. Duo Colbertini & Contius legunt, *ob hoc quod*.
e *Congregatis*) Codex Bellovac. *congregatis quibusdam ab eo, sicut didicimus, his qui secundum &c.*
f *Habentes*) Ita codices Turonensis & Colbertinus & Contius. Bellovacensis habet, *habens*, *sed sunt nomine*
g *Ferentes*) Idem codex, *ferens*. h *Conculcans*) Cod. Bellovac. *calcans*.
i *Percelli*) Ibid. *ferire*. k *Triginta fere*) Id est, circiter triginta. Fuisse enim triginta septem legitur supra cap. 42.
l *Nunc*) Idem codex, *modo*. m *Nostrum*) Ita Contius & liber Turonensis, itemque Bellovacensis. Colbertinus habet *nostrorum*. n *Nec inaniter*) Codex Bellovac. *neque sic sine causa majores*. o *Ex abundanti*) Idem codex. *Superflua sit quidem hujus postulationis suspicio*
p *Priores*) Ibid. *primores*.
(*a*) Casin. legit. *& pastim Hesychius*.

Archelaus Episcopus Myndi dixit. Grandem tumultum & periculum prope pertulimus, cum advenissemus ad domum reverentissimi Episcopi Joannis, militibus gladios denudantibus & fustes tenentibus & interminantibus nobis, & multitudine alia circumstante. Et cum multum rogaremus ut nuntiaremur, nescimus pro qua causa non sumus suscepti.

Petrus Episcopus Parembolon dixit. Cum advenissem & ego cum reverentissimis Episcopis ad domum reverentissimi Episcopi Joannis, multis militibus arma portantibus & nudantibus & circumdantibus, & aliis pluribus qui cum eis erant ibi tumultum facientibus, & interminantibus nobis, & blasphema verba dicentibus contra orthodoxam fidem & contra sanctam & Deo amabilem synodum vestram, rogantes nuntiari & a sancta synodo indicta nobis verba reverentissimo Joanni Episcopo dicere, non sumus suscepti, agnoscente, sicut arbitramur, reverentissimo Joanne Episcopo causam pro qua missi fuissemus. Aderant enim quidam Clericorum ejus; quibus diximus quia a sancta synodo missi fuissemus, [a] nullos autem nos suscipere.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Pervidet sancta vestra synodus quia ego quidem & reverentissimus Episcopus Memnon hic sumus puram habentes conscientiam, & opinionem nostram parati defendere. Sed, ut videtur, una meditatio est tam hæretico Nestorio quam defendenti ejus iniqua dogmata Joanni Antiocheno contra sanctæ Ecclesiæ superbire leges; qui dum vocati essent ut satisfacerent pro delictis suis, armis suas circumdederunt domos, & inadibiles eas ostenderunt regulariter vocantibus ad satisfactionem eorum quibus obnoxii sunt. Quoniam autem prædictus reverentissimus Joannes, metuens suum delictum, varias occasiones dilationis sibimet adinvenit, sicuti est videre ex his quæ docuerunt reverentissimi Episcopi, [b] magis autem, sicut dixi, inadibilem transmissis a sancta synodo domum suam præparans, apparet se ipsum condemnans & proprias præsumptiones [c] accusans per ea quæ formidat & metuit venire ad hoc sanctum magnumque Concilium. Dignetur igitur vestra sanctitas insubreptibiles habens [d] auditus, & naturam rei considerans, ea quæ contra nos ab illis injuste præsumpta sunt legitimis [e] exterminare sententiis & definire quæ videntur contra eum qui talem nobis injuriam inferre præsumpsit.

Juvenalis Episcopus Hierosolymitanus dixit. Oportebat quidem Joannem reverentissimum Episcopum Antiochiæ cogitantem sanctam & magnam & universalem hanc synodum confestim ad satisfactionem inlatorum [f] sibi concurrere & sedi apostolicæ, quæ nobis considet, magnæ Romæ & apostolicæ Hierosolymitanæ sanctæ Ecclesiæ obedire & [g] honorem deferre, [h] (*a*) apud quam maxime sedem Antiochenam mos est ex apostolica consequentia & traditione regimen agi & apud eam judicari. Quoniam autem consueta superbia usus suam domum armis circumdedit per milites & per privatos, sicut deponentes reverentissimi Episcopi qui a sancta synodo directi nobis insinuaverunt, canones nos sequentes, & rectitudinem conservantes, iterum [i] in secundis eum admonere definimus. Euntes igitur alii reverentissimi Episcopi, cum eadem priore modestia admoneant eum advenire ad sanctam synodum & respondere inlatis ei.

Et cum essent Timotheus Episcopus Permesi & Eudociadis & Eustachius Episcopus Docimi & Eudoxius Episcopus Chomatis, & reversi fuissent, Eudoxius Episcopus Chomatis provinciæ Lyciæ dixit. Secundum jussionem vestræ reverentiæ cum advenissemus ad domum reverentissimi Episcopi Joannis Antiochiæ, invenimus milites circa domum ejus cum gladiis nudis & clericos aliquos. Rogavimus autem clericos dicentes: Missi sumus a sancta synodo denuntiare quædam verba Episcopo Joanni, & dignamini nuntiare nos. Illi autem intrantes & ista nuntiantes, cum reversi fuissent, dederunt nobis responsum dicentes quia dixit Episcopus Joannes: Nos hominibus a nobis depositis & excommunicatis responsum nullum facimus. Cum autem interrogassemus a quibus depositi essemus & excommunicati facti sumus, dixerunt nobis, ab Episcopo Antiocheno Joanne. Cum autem [k] persisteremus subtiliter agnoscere, dixerunt illi quia præsentibus tabulariis dicere hæc non recusamus.

Timotheus Episcopus Permesi & Eudociadis dixit. Sicut jussit religiositas vestra, adfuimus ad domum religiosissimi Episcopi Joannis. Et cum invenissemus ante januas Clericos stantes, nuntiavimus deprecantes suscipi & coram eis dicere quæ nobis fuerant demandata. Intrantes autem illi, hoc nobis responsum dederunt, quia nos excommunicatis & depositis responsum nullum damus. Non laborent vocantes nos assidue.

Eustachius Episcopus Docimi dixit. Secundum jussionem vestræ sanctitatis, cum advenissemus in do-

---

a *Nullos au. suscipere*) Contius habet: *Nullus autem nos suscipi permisit*. Mutilus autem est in hoc loco codex Bellovacensis. b *Magis autem*) Ita codex Turonensis & Colbertinus & editio Contiana. At codex Bellovacensis habet: *certum est, sicut dixi*. c *Accusans*) Codex Bellovacensis *& accusans per ea quod suspicatur & metuit pertendere ad hoc sacrum & magnum Concilium*. d *Auditus*) Bellovac. *aures*.

e *Exterminare*) Item codex, *determere*. f *Sibi concurrere*) Bellovac. *et concurrere*. Contius, *sibi occurrere*. g *Honorem deferre*) Hæc est lectio libri Bellovacensis. Turonensis & Colbertinus & Contius habet *defendere*. h *Apud quam*) Retinuimus lectionem exemplarium Turonensis & Colbertini ac Contianæ editionis. Nam in Bellovacensi ita scriptum est: *apud quam maxime conjunctudo est eandem sedem Antiochenam ex apostolica consequentia & traditione adduci & apud eam judicari*. Hic autem locus est difficillimus, cui explicando multum laboratum est a viris eruditissimis. Ceterum & editiones omnes & omnia vetera exemplaria tam Græca quam Latina ita hunc locum construunt, ut hic editus est. Ut valde mirum sit Hieronymum Alean trum in capite quarto secundæ dissertationis de regionibus suburbicariis pag. 154. scribere hunc locum mutilus habere in antiquis versionibus Latinis, hincque doceri potuisse Romanæ Conciliorum editionis curatores. Portassis hanc difficultatem solvemus si omnia referamus ad ambitum Juvenalis, qui hic loquitur. Ambitiosum quippe fuisse & multa ausum ad augendam dignitatem & auctoritatem sedis suæ patet ex epistola 62. sancti Leonis & ex actis Concilii Chalcedonensis. Vide Marcam lib. 2. de concordia cap. 8. & lib. 6. cap. 2.

i *In secundis*) Ita codex Turonensis & Colbertinus. Contius habet *in sanctis*, sed male. Nam in Græco est, πάλιν id est, rursus, iterum. Liber Ecclesiæ Bellovacensis mutilus est in hoc loco.

k *Perseveremus*) Bellovac. *permaneremus*.

(*a*) Hunc locum ita turbatum in Cod. Casin. legit Card. Tamburinus: *apud quem maxime sedem Antiocena mos est ex apostolica consequentia & traditione regi & apud eum judicari*.

in domum in qua manet reverentissimus Episcopus Joannes Antiochenus, & ibidem inventis Clericis [a] monuimus nuntiari quia oporteret nos colloqui venerabili Episcopo Joanni & dicere quæ ab hac sancta synodo per nos mandata sunt ei. Hi autem cum intrassent & reversi fuissent ad nos, dixerunt quia nos eos deposuimus & excommunicatos fecimus, & ne laborent vocantes nos. Tentavimus autem agnoscere nomina eorum qui ingressi sunt nuntiare, & dicere noluerunt dicentes: Clerici sumus, & non tabularii.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit. Dominus noster Jesus Christus, qui & nunc sanctæ synodo præsto est, rerum naturas manifestas nobis constituit dicens quia omnis qui prava agit odit lucem & non venit [b] ad lumen, ne arguantur opera ejus. Hæc passum & nunc reverentissimum Joannem Antiochenum vestra omnino sanctitas & [c] sapientia videt. Si enim sibi conscius esset aliquid egisse contra nos canonice & Deo placite, quomodo non eum oportuerat venire alacriter ad hanc sanctam & universalem synodum, ut per sententiam vestram adsignatum ejus conamen maxime adversum nos firmaretur, si quæ acta sunt, secundum ecclesiasticas leges acta essent? Quoniam autem timet sinceritatem hujus sanctæ & magnæ synodi, & scit impie & contra leges se nos injuriis affecisse, recusat venire, ne congruam suæ temeritati patiatur pœnam & indignationem. Celat enim quæ commisit, & erubescit vobis judicantibus suam injustitiam publicare. Unde petimus [d] pronunciare sanctam hanc synodum ex hoc jam nullam firmitatem ab illo præsumpta contra nos habere, vocatum autem denuo pro his quæ injuste commisit, legitimam & justam sententiam vestram & canonum [e] sustineat.

[f] *Mennon Episcopus dixit*. [g] Inregularis sententia Episcopi Joannis Antiocheni & eorum qui simul cum eo facile numerabiles sunt, in quibus noviter & contra leges ecclesiasticas excessit, vestræ sanctitati [h] manifestata est. Unde & nos quæ ab illo præsumpta sunt contra nos per libellos docuimus vestram sanctitatem, & libenter moti vocastis per sanctissimos Episcopos adesse his quæ ab eo contra leges ecclesiasticas, magis autem contra consequentiam ecclesiasticam [i] commissa sunt, & satisfaceret in quibus contra canones temere egit. Sed fragili conscientia usus, evocatus noluit obedire. Pro hac causa sanctam & universalem vestram rogamus synodum illa quidem quæ ab illo injuste acta sunt, & qui cum eo facile numerabiles sunt, e quibus quidam hæretici existunt, quidam autem nec civitates habent, & alii multis causis obnoxii sunt, irrita per se ipsa & infirma existentia, quia ad injuriam [k] disciplinæ canonum sunt præsumpta, dissolvere etiam per sententiam [l] sancti universalisque Concilii, & nostram probantes perseverantiam circa orthodoxam fidem quam a sanctis patribus suscepimus, definire contra illos quæ videntur.

Sancta synodus dixit: Nullam firmitatem nec consequentiam [m] habere quæ acta sunt in omnibus inordinate Joanne moto ex gestis manifestatur. Utique enim si confideret, convocatus a sancta synodo adesset his quæ ab ipso innovata sunt, si quam rationabilem consequentiam habuissent gesta. Unde nec hæc quidem a principio valida neque regulari facta ratione sancta synodus infirma esse constituit, dum nulli eorum qui injuriam pertulerunt præjudicium inferre possunt. Consequentia autem & quod ad se pertinet faciat sancta synodus, quæ hodierno die facta sunt referat ad notitiam piissimorum & Christo amabilium Principum, ut nullatenus ignorent quæ temere ad injuriam sanctæ synodi præsumpta sunt. Reverentissimus autem Episcopus Joannes & tertia vocatione vocatus si non occurrerit, statim [n] secundum regulas in eum sancta & universalis synodus decerneret.

Postconsulatu Dominorum nostrorum Flavii Theodosii tertio decimo & Valentiniani tertio PP. Augustorum, XVI. *Kalendarum Augustarum, sanctæ synodo venerabilium Episcoporum residente in ipsa Ecclesia quæ vocatur Maria, Cyrillus Episcopus Alexandriæ dixit*. Die superiore vestra sanctitate hic considente, præsentibus autem & Legatis qui a magna Roma transmissi sunt, sive vicem agentibus sanctissimi & reverentissimi Episcopi Cœlestini, libellos obtulimus tam ego quam reverentissimus Episcopus Memnon hujus Ephesi metropolitanæ urbis, petentes, [o] hanc sanctam & universalem synodum vocari Joannem Antiochenum & qui cum eo contra nos injuriam composuerunt, & qui quasi depositionis nomine uti præsumpserunt, ut præsentes satisfacerent & [p] suo sine claustris ori aut injustis conatibus adessent. Omnia autem consequenter & regulariter agens vestra reverentia, prima & secunda vocatione vocavit eos, venerabiles dirigens Episcopos secundum fidem quæ in his gestis continetur. Illi autem his quæ ab ipsis præsumpta sunt [q] dum rationem aptare non possunt, nec quidem satisfactionis modum inveniunt. Alioquin festinarent ad hanc sanctam & magnam synodum, quæ egerant defensuri. Rem fecerunt turpem & tumultuosam & vulgo dignam. Oportuerat enim, si voluissent huic magnæ synodo aliquid manifestare, [r] venire magis cum disciplina & cum digna Christianis honestate & dicere quæ convenit & audire, dum utique nullus eos a talibus prohibe-

a *Monuimus*) Idem codex *persuasimus nuntiari quia oporteret nos colloqui*.
b *Ad lumen*) Idem codex, *ad lucem*. c *Sapientia*) Codex Bellovac. *sobrietas*. In Græco est σωφρ.
d *Pronuntiare*) Idem codex, *manifestare*.
e *Sustineat*) Ita Contius. Codices Colbertinus & Turon. *sustinuit*. Bellovac. *subire*.
f *Mennon Episc.*) Contius habet: *Mennon Episcopus Ephesi dixit*. Sic etiam in Græco.
g *Inregularis*) Codex Bellovac. *inordinata*. h *Manifestata*) Hæc est lectio codicis Colbertini & Contianæ editionis. In Turonensi, *Manifesta*. Bellovacensis corruptus est in hoc loco.
i *Commissa sunt*) Codex Bellovac. *commisisset satisfaceret*. k *Disciplina*) Codex Bellovac. *ordinis*.
l *Sancti Un. Concilii*) Idem codex *sanctæ & universalis synodi*. m *Habere*) idem codex: *habuerunt quæ acta sunt, quoniam omnia inordinate Joanne moto excepti manifestatur*.
n *Secund. Regulas*) Codex Bellovac. *ex regulis apud eum*. o *Hanc sanctam*) Codex Bellovac. *ad hanc sanctam*. p *Suo sine claustris ori*) Ita Contius. In veteri libro Colbertino & in Turonensi scriptum est, *suos in claustris ori*. In Bellovac. *suo non claudibili ori*. q *Dum rationem aptare*) Codex Bellovac. *dum aptare verba non possent, nec quidem satisfactionis modum invenientes, ubique enim festinare ad hanc sanctam & magnam synodum, quæ egerant defensuri, negotium gerunt turpe & tumultuosum & vulgo dignum*.
r *Venire*) Liber Bellovac. *pervenire*.

hiberet. Neque enim steterunt milites ante sanctam synodum, sicut ante domos in quibus sunt chartulam componentes insolentia simul & ignorantia plenam, & publice proposuerunt universa in tumultum, magis autem [a] in reprehensionem inconsiderationis suæ excitantes civitatem. Si igitur hæc [b] egerunt ut contristaremur videntes dehonestatam opinionem fratrum & derisam ab omnibus, sufficienter nimis [c] contristati sumus. Hoc enim agentes crebro derisi sunt. Si vero, sicut in proposita ab his charta continetur, tanquam principes nos sectæ Apollinaris factos, aut quæ ille sapuit nos sapuisse ubicumque convincere possunt, [d] & nunc percellant, redarguant, & ostendant nos hæreticos, si possunt, & non verbis perperam [e] vanis injurient, considerantes divinam indignationem. Dixit enim alicubi Deus omnium judex quia testis mendax non erit impunitus. Et per vocem beati David. *Sedens contra fratrem tuum* [f] *detrahebas*. Nos enim nec ea quæ sunt Apollinaris sapuimus alicubi, neque Arii, neque Eunomii; sed a parva ætate sacras literas didicimus, & in manibus patrum educati sumus orthodoxorum & sanctorum. Anathematizamus autem & Apollinarem & Arium & Eunomium & Macedonium & Sabellium, Photinum, Paulum, & Manichæos, & aliam omnem hæresem, insuper autem novarum blasphemiarum inventorem Nestorium, & qui his communicant & similiter sapiunt, & qui sapiunt quæ Cœlestii sive Pelagii sunt, nobis numquam quæ illorum sunt alicubi sapientibus; nec modo per pœnitentiam volentes recta sapere pervenimus, sed &, sicut prædixi, enutriti rectis & apostolicis Ecclesiæ dogmatibus. Quoniam autem decet eos qui semel ad sacerdotium destinati sunt veraces apparere & illa dicere quæ sciunt ita se habere, & nunc rogamus sanctam hanc & magnam synodum evocare regulariter tam ipsum religiosissimum Joannem Antiochenum, quam qui cum eo apud nos calumniam construxerunt. Consequens enim est & necessarium præsumentes aut hæreticos nos demonstrare & quæ Apollinaris sunt, sicut dicunt, sapientes, aut venire recusantes, & convincere negligentes, hoc ipso culpari, maxime quia, sicut iterum in proposita ab ipsis chartula scriptum est, frigidas & frivolas calumnias ad aures piissimorum Principum pertulerunt. Decet autem vestram sanctitatem plurimas curas habere nullis falsitatibus aures piissimas ventilari, [g] scientem quod dictum est a sancta scriptura: *Nullum mendacium ex lingua* [h] *Regi dicatur, & nullum mendacium ex ore ejus procedat*,

Sancta synodus dixit. Recta est nunc petitio reverentissimorum Episcoporum Cyrilli Alexandriæ & Memnonis Ephesii. Unde hodierno die euntes reverentissimi Episcopi Daniel & Commodus & Timotheus cum anagnostico, admoneant reverentissimum Joannem Antiochenum Episcopum ut veniens simul cum his qui [i] incusati sunt, cum eo satisfaciant pro his qui incusantur.

Et euntibus reverentissimis Episcopis Daniele [k] *Colonæ, Commodo Tripolis Lydiæ, &* [l] *Timotheo Hellesponti, cum Musonio Notario, cum anagnostico sic habente*. Quoniam pacifice ea quæ [m] canonum sunt facere vult sancta synodus, secunda vocatione vocavit reverentiam tuam, & non obedisti, ut aut adstrueres ea per quæ injuriam intulisti, aut corrigeres. Hujus rei gratia tantisper sancta synodus nihil episcopale agere te [n] concedit ex propria sententia, neque alicui qui tecum est. Si autem hanc tertiam vocationem audiens non adfueris, quæ videntur canonibus circa vos definientur.

Et cum rediissent, Daniel Episcopus dixit. Profecti sumus quo præcepit vestra reverentia, id est, ad domum reverentissimi Episcopi Joannis. Et longius quidem de jumentis descendimus. Cum multis autem precibus mandavimus Clericis quia [o] venimus directi a sancta synodo. Invenimus autem ibi stantem Asphalium Presbyterum, qui quidem est Antiochenæ Ecclesiæ, [p] defendit autem Constantinopolim res ejusdem Ecclesiæ. Hic nos prope domum adduxit in qua commanet reverentissimus Episcopus Joannes, & nobiscum prohibuit impetentes. Militibus autem gratias agimus. Quoniam enim agnoverunt per omnia reverentissimum Episcopum Commodum, eo quod in urbe ejus constituti sunt, compresserunt omnes qui contra nos impetum faciebant Clericos. Nuntiante autem Asphalio & aliis Clericis, descendit ad nos Archidiaconus. Nomen quidem ejus nescimus. Est autem [q] in barba, homo pallidus, parvi corporis. Et offerens chartam nobis dicebat quia sancta synodus vobis transmisit ut hoc suscipiatis. Diximus autem nos: Mandati sumus dicere quæ a sancta synodo dicta sunt, non autem suscipere scripturam. Neque enim nos chartam attulimus, neque suscipimus chartam. Mandatum autem pacificum detulimus. Rogat autem sancta synodus consedere sanctum Joannem & occurrere ad sanctam synodum. Respondit nobis Archidiaconus: Ergo expectate ut nuntiem ista Episcopo. Reversus est, & obtulit nobis iterum ipsam chartam dicens hoc: [r] Neque vos mittatis ad nos, neque nos ad vos mittimus. Præceptum enim expectamus a Principe, quia [s] semel ibi quæ nobis visa sunt retulimus. Nobis autem dicentibus, Audite ergo verba sanctæ synodi, exiliit dicens: Non suscepistis chartam,

a *In reprehens.*) Codex Colbert. *ad reprehens.* b *Egerunt*) Codex Bellovac. *acta sunt*.
c *Contristati sumus*) Idem codex, *contristamur*. d *Et nunc percellant*) Idem codex, *& nunc aut quandoque redarguant*. e *Vanis*) Hæc vox deest in exemplari Bellovacensi. f *Detrahebas*) Idem codex *obloquebaris*. g *Scientem*) Ita codices Colbertinus & Turonensis & Contius. In Bellovacensi exemplari, *sciant quod*. h *Regi dicatur*) Codex Bellovac. *Imperatori dici, & ut nullum*. i *Incusati*) Codex Bellovacensis habet *incausati*, & paulo post *incausantur*. k *Colonæ*) Ita omnia vetera exemplaria. Editiones habent *Colonia*. Quod melius videtur. Liberatus in antiquis libris habet *Corona*.
l *Timotheo Hellesp.*) In codice Bellovacensi scriptum est, *Timotheo Germi Hellesponti*. In textu Græco Τερμης. In manuscriptis codicibus bibliothecæ regiæ, Πέρμης. Usus est autem Liberatus exemplaribus quæ vocem *Termi* non habebant in hoc loco. m *Canonum*) Ita etiam vetera exemplaria. Contius edidit *canonica*, eodem sensu. n *Concedit*) Id est, judicat, ut dicetur infra. Alioquin enim vox *concedit* hic posita est in sensu admodum improprio. o *Venimus*) Bellovac. *pervenimus*.
p *Defendit*:) Id est, defensor est Ecclesiæ Antiochenæ apud Constantinopolim. q *In barba*) Ita codex Turonensis. Colbertinus, *imberbis*. Contius, *imberbis*. r *Neque vos mittatis*) Hæc ipsa verba leguntur in breviario Liberati cap. sexto. Unde colligitur antiquitas istius versionis.
s *Semel*) Ita Contius & codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis habet *simul*.

tam, non audio verba synodi. [a] Hæc ita sunt. Deducente autem nos Asphalio & Alexandro Presbyteris, diximus hæc, quia sancta synodus viscera pacis, & caritatis, & bonitatis ostendit circa sanctum Joannem; maxime autem quia [b] bis vocatus venire [c] noluit, judicavit eum nihil sacerdotale agere. Tertia autem vocatione rogat eum convenire, ne cogatur canonicum contra eum aliquid proferre.

Commodus Episcopus Tripolis Lydiæ provinciæ dixit. Consona prædictis a reverentissimo Episcopo Daniele & nos vidimus & deponimus.

Timotheus Episcopus [d] *Termæ Hellespontii dixit*. Consona prædictis a reverentissimo & sanctissimo Episcopo Daniele & nos vidimus & deponimus.

Sancta synodus dixit. Recte & nunc admonitio facta est a reverentissimis Episcopis Daniele & Commodo & Timotheo, & causam adserentibus pro qua directi fuissent, & ad sacerdotum notitiam referentes, ut nullatenus ignoraret reverentissimus Episcopus Joannes ex his quæ ei mandata sunt, & ut nullo uti possit consilio excusationis ad ignorantiam pertinentis.

Cyrillus Episcopus dixit. Quia præsto sum nunc expetens rationem cum reverentissimo Episcopo Memnone de his quæ in nobis commisit contra sanctiones ecclesiasticas & contra omnem rationem reverentissimus Antiochenus Joannes, sancta vestra synodus pervidet; & dubium non est, quia si nos timeremus ab his convinci, non hac fiducia fuissemus usi ut rogaremus tertia hac vocatione invitari prædictum venire & uti quibus vellet contra nos verbis. Quoniam autem differendo confingit varias atque alias ex aliis occasiones adinveniens, (Qui enim capitur, nutat verbis, sicut scriptura ait) consequens est sanctam hanc & universalem synodum ea quæ ecclesiasticis legibus videntur pronunciare.

Sancta synodus dixit. Oportebat quidem regulariter motam hanc synodum propter injurias quæ contra sanctissimum & Deo amabilem Archiepiscopum Cyrillum, & reverentissimum Coepiscopum Memnonem factæ sunt [e] a reverentissimo Antiocheno Joanne & ab his qui cum eo sunt, post tertiam hanc vocationem a nobis factam, cui obtemperare nullatenus passus est nec occurrere ad Concilium sanctæ synodi, & manifestas causas [f] afferre pro quibus contra constituta & canones Ecclesiæ ad hanc irruerit novitatem, dignam tanta [g] arrogantia contra eum & eos qui cum ipso sunt proferre sententiam. Quoniam autem episcopalis bonitatis operam esse putavimus patienter portare ea quæ facta sunt, interim quidem in præsenti, sicut jam dispositum est, alienus si tam ipse Joannes quam hi qui cum ipso facinus operati sunt, Joannes Damasci, Alexander Apamiæ, [h] Dexianus Seleuciæ, Alexander Hierapoleos, Himerius Nicomediæ, Fritilas Heracliæ, Helladius Tarsi, Maximus Anazarbi, Dorotheus Marcinopolis, Petrus Trajanopoleos, [i] Paulus Emisiæ, Polychronius Heracliensis civitatis, Eutherius Thyaneos, Meletius Neocæsareæ, Theodoritus Cyrii, Apringius Chalcidos, Macarius Laodiceæ, Zosus [k] Exbuntis, [l] Salustius Cyri Ciliciæ, Hesychius Castabalæ Ciliciæ, Valentinus [m] Mutublacces, [n] Eustathius Parnassi, Philippus Theodosianon, Daniel, Julianus, Cyrillus, Olympius, Diogenes, [o] Theopanius, Philadelphius, Pollios, Tarianus Augustæ, Aurelius [p] Hirenopolis, Musius Aradi, Helladius Ptolomaidis, ab ecclesiastica communione, nullam habentes licentiam ut ex auctoritate sacerdotali possint alicui nocere aut prodesse, donec se ipsos reprehendentes, suum confiteantur delictum, scientes quod si celeriter hoc non egerint, perfectam a canonibus contra se sententiam provocabunt, manifesto & illo constituto, quoniam nec illa quæ jam prius ab ipsis injuste, & contra canones in injuriam reverentissimorum & sanctissimorum Episcoporum & præsidum Ecclesiæ Cyrilli & Memnonis facta sunt, firmitatem aliquam habebunt, secundum quæ jam prius & præterita die disposita sunt. Referantur autem omnia quæ gesta sunt piissimis & Christianissimis auribus a Deo custoditorum Principum, ut divinæ aures agnoscant quæ secuta sunt. (*a*)

Juvenalis Episcopus Hierosolymorum subscripsi.

Arcadius Episcopus & Legatus apostolicæ sedis subscripsi.

Projectus similiter.

Philippus Presbyter similiter.

Et [q] omnes reliqui.

SUB-

a *Hæc ita sunt*) Et hæc quoque est lectio Contii & duorum codicum quos diximus. Bellovacensis habet: *Hæc ita habuit*. b *Quia bis*) Vox *bis* deest in omnibus vetustis exemplaribus & in editione Contii. Attamen in Bellovacensi legitur: *quia ab his vocatus*. Ex quo nos veram lectionem constituimus. Nam & habetur in Græco contextu. c *Noluit*) Ita codex Turonensis. Reliqui & Contius habent *noluerit*.

d *Termæ*) Supra *Germi*. Quo etiam modo hic habet exemplar Bellovacense. e *A Rever. Antiocheno*) Ita codices Colbertinus, Turonensis, & Bellovacensis. Sed vox *reverentissimo* deest in editione Contii.

f *Afferre*) Ita Contius. Codex Colbertinus habet *adferere*, Turonensis *adferrere*, Bellovacensis *adferere*.

g *Arrogantia*) Codex Bellovac. *insolentia*. h *Dexianus*) Codex Turon. & Colbertinus, *Dexanianus*.

i *Paulus Emisiæ*) Ita Contius & codex Colbertinus. At Turonensis habet *Amisiæ*, Bellovac. *Ephesiæ*.

k *Exbuntis*) Secuti hic sumus auctoritatem libri Bellovacensis. Turonensis enim habet *Rubundis*, Colbertinus & Contius *Rebuntis*. l *Salustius Cyri*) Ita codices Colbertinus & Turonensis, & Contius. Codex Bellovacensis habet scriptum: *Salustius Cirici Celicæ*. In Græco est: Σαλουστίου Κυρίου Κιλικίας.

m *Mutublacces*) Consentiunt hic Contius & vetus exemplar Turonense, itemque Colbertinum. In Bellovacensi scriptum est *Multroplacces*. In contextu Græco editum est Μουτλουβλάκης, quo etiam modo habent codices bibliothecæ regiæ. Sed in margine editionum adnotatum est alibi legi Μαῦλου.

n *Eustathius*) Contius & liber Turonensis habent *Eustechius*. Ita etiam codex Colbertinus.

o *Theopanius*) Ita codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis habet *Theofamer*, Contius *Theophanius*, editiones Conciliorum *Theophanes*. p *Hirenopolis*) Ita codex Turonensis & Colbertinus. Bellovacensis habet *Heropolis*, Contius *Hyrenopolis*. q *Et omnes reliqui*) Sic etiam editio Græca, & codex 206. bibliothecæ regiæ, qui fuit Huraltiorum. At in codice 524. sequuntur subscriptiones Episcoporum aut presbyterorum exc. quas nos operæ pretium duximus ponere, quia diversæ interdum sunt ab illis quæ habentur in sententia depositionis lata contra Nestorium. Illud etiam admonendum, non extare in his subscriptionibus nomina Cyrilli Alexandrini & Memnonis Ephesini: quia cum de illorum causa ageretur, inter judices eos subscribere non patiebatur ordo rerum. Porro codex Bellovacensis valde mutilus est in hoc loco, cujus hæc tantum supersunt: *gesta estis*. Ex quo fortassis colligi potest legendum hic esse sicut in fine relationis. *Et subscripsi synodus per Episcopos centum nonaginta octo*.

(*a*) Subscriptiones iste desunt in Cod. Veronensi, sed loco illarum ponitur, ut est in Bellovacensi: *Et subscripsi, &c.*

A

SUBSCRIPTIONES.

Juvenalis Episcopus Hierosolymorum subscripsi.
Arcadius Episcopus & Legatus apostolicæ sedis subscripsi.
Projectus Episcopus & Legatus apostolicæ sedis subscripsi.
Philippus Presbyter & Legatus apostolicæ sedis subscripsi.
Flavianus Episcopus Philippensium subscripsi.
Firmus Episcopus Cæsareæ Cappadociæ subscripsi.
Acacius Episcopus Melitinorum subscripsi.
Theodotus Episcopus Ancyræ subscripsi.
Palladius Episcopus Amaseorum subscripsi.
Amphilochius Episcopus Sidæ subscripsi.
Iconius Episcopus Cretæ subscripsi.
Felix Episcopus Apolloniadis subscripsi.
Daniel Episcopus Coloniæ subscripsi.
Perigenes Episcopus Corinthi subscripsi.
Hellanicus Episcopus Rhodi subscripsi.
Cyrus minimus Aphrodisiadis subscripsi.
Donatus Episcopus Nicopoleos subscripsi.
Eucharius Episcopus Dyrrachii subscripsi.
Senecio Episcopus Drinos subscripsi.
Epiphanius Episcopus Crotiæ subscripsi.
Eusebius Episcopus Heracleæ subscripsi.
Anysius Episcopus Ecclesiæ Thybarum subscripsi.
Dominus Episcopus Ecclesiæ Scoporum subscripsi.
Agathocles Episcopus civitatis Coronæ subscripsi.
Gregorius Episcopus Cerasunti subscripsi.
Parsius Episcopus Adraspini subscripsi.
Callicrates Episcopus Naupacti subscripsi.
Nicias Episcopus Megarorum subscripsi.
Lucianus Episcopus civitatis Myxæ subscripsi.
Ennapius Episcopus ejusdem provinciæ subscripsi.
Reginus Episcopus Constantiæ Cypri subscripsi.
Themistius Episcopus Tarsi subscripsi.
Farebius Episcopus Thessalonicensium saltuum subscripsi.
Sapricius Episcopus Paphi subscripsi.
Philetus minimus Episcopus subscripsi.
Archelaus Episcopus subscripsi.
Anellas Episcopus Byræ subscripsi.
Fannias Episcopus civitatis Harpaseorum subscripsi.
Eromachius Episcopus Alindeorum subscripsi.
Andarius Episcopus Chersonesi Cretæ subscripsi.
Paulus minimus Episcopus Lampæ Cretæ subscripsi.
Zenobius Episcopus civitatis Gnosi Cretæ subscripsi.
Theodorus Episcopus Dodonæ Epiri subscripsi.
Dion Thessalus omnibus consentiens subscripsi.
Secundianus Episcopus Ecclesiæ quæ est in Lamia subscripsi.
Theodorus Episcopus Chinzi subscripsi.
Tracleon Episcopus Traleorum subscripsi.
Eupatrus Episcopus Hypæporum subscripsi.
Rhodon Episcopus civitatis Pani Asiæ subscripsi.
Eutychius Episcopus civitatis Erythræorum subscripsi.
Nestorius Episcopus Sionentis subscripsi.
Tychius Episcopus Theopoleos subscripsi.
Modestus Episcopus civitatis Neatorum subscripsi.
Theosebius Episcopus Prinæ subscripsi.
Theodotus Episcopus Mysiæ subscripsi.
Maximus Episcopus Assi subscripsi.
Maximus Episcopus Cymæ subscripsi.
Alexander Episcopus Arcadiopoleos subscripsi.
Theodorus Episcopus civitatis Aniseorum subscripsi.
Eusebius Episcopus Magnesiæ subscripsi.
Theodosius Episcopus Mastaurorum subscripsi.
Eutropius Episcopus Evasorum subscripsi.
Philippus Episcopus Pergamorum subscripsi.
Agapius Episcopus Coltha subscripsit.
Dorotheus Episcopus Myrinæ subscripsi.
Eudalius Episcopus Colophoniorum subscripsi.
Hebius Episcopus Bryulitorum subscripsi.
Athanasius minimus Episcopus Parasi subscripsi.
Hesychius Episcopus civitatis Parii subscripsi.
Eusebius Episcopus Apenorum subscripsi.
Philumenus Episcopus Binnæ subscripsi.
Zenon Episcopus Curitorum subscripsi.
Tribonianus Episcopus Ecclesiæ Priami subscripsi.
Nunechius Episcopus Selgæ subscripsi.
Eugrius Episcopus Selgæ subscripsi.
Cesarius Episcopus civitatis Arcæ subscripsi.
Joannes Episcopus Proconesi subscripsi.
Strategius Episcopus subscripsi.
Nilus Episcopus Synæ Corybi subscripsi.
Acacius Episcopus Scopenorum subscripsi.
Sollon Episcopus Caralis subscripsi.
Nectarius Episcopus Sennæ subscripsi.
Cyprianus Episcopus Lyrbæ subscripsi.
Theodulus Episcopus Elusæ subscripsi.
Philadelphus Episcopus Gratianopolitanus subscripsi.

ΑΙ ΥΠΟΓΡΑΦΑΙ.

Ἰουβενάλιος ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων ὑπέγραψα.
Ἀρκάδιος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ὑπέγραψα.
Πρόιεκτος ἐπίσκοπος καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ὑπέγραψα.
Φίλιππος πρεσβύτερος καὶ πρεσβευτὴς τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ὑπέγραψα.
Φλαβιανὸς ἐπίσκοπος Φιλίππων ὑπέγραψα.
Φίρμος ἐπίσκοπος καισαρείας καππαδοκίας ὑπέγραψα.
Ἀκάκιος ἐπίσκοπος μελιτίνης ὑπέγραψα.
Θεόδοτος ἐπίσκοπος ἀγκύρας ὑπέγραψα.
Παλλάδιος ἐπίσκοπος τῆς ἀμασείας ὑπέγραψα.
Ἀμφιλόχιος ἐπίσκοπος σίδης ὑπέγραψα.
Ἰκόνιος ἐπίσκοπος κρήτης ὑπέγραψα.
Φῆλιξ ἐπίσκοπος ἀπολλωνιάδος ὑπέγραψα.
Δανιὴλ ἐπίσκοπος κολωνείας ὑπέγραψα.
B Περιγένης ἐπίσκοπος κορίνθου ὑπέγραψα.
Ἑλλάνικος ἐπίσκοπος ῥόδου ὑπέγραψα.
Κύρος ἐλάχιστος ἀφροδισιάδος ὑπέγραψα.
Δονάτος ἐπίσκοπος νικοπόλεως ὑπέγραψα.
Εὐχάριστος ἐπίσκοπος δυῤῥαχίου ὑπέγραψα.
Σενεκίων ἐπίσκοπος δρίνου ὑπέγραψα.
Ἐπιφάνιος ἐπίσκοπος κροτίας ὑπέγραψα.
Εὐσέβιος ἐπίσκοπος ἡρακλείας ὑπέγραψα.
Ἀνύσιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ θύβας ἐκκλησίας ὑπέγραψα.
Δομνῖνος ἐπίσκοπος τῆς καθολικοῦ ἐκκλησίας ὑπέγραψα.
Ἀγαθόκλης ἐπίσκοπος κορώνης πόλεως ὑπέγραψα.
Γρηγόριος ἐπίσκοπος κερασοῦντος ὑπέγραψα.
Παρσίλιος ἐπίσκοπος ἀδραστοῦ ὑπέγραψα.
Καλλικράτης ἐπίσκοπος ναυπάκτου ὑπέγραψα.
Νικίας ἐπίσκοπος μεγάρων ὑπέγραψα.
Λουκιανὸς ἐπίσκοπος μυξαπόλεως ὑπέγραψα.
Ἐννάπιος ἐπίσκοπος τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ὑπέγραψα.
Ῥήγινος ἐπίσκοπος κωνσταντίας τῆς κύπρου ὑπέγραψα.
Θεμίστιος ἐπίσκοπος ταρσοῦ ὑπέγραψα.
C Παρέβιος ἐπίσκοπος τῆς θεσσαλονικέων σαλτῶν ὑπέγραψα.
Σαπρίκιος ἐπίσκοπος πάφου ὑπέγραψα.
Φίλητος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος ὑπέγραψα.
Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος ὑπέγραψα.
Ἀνέλλας ἐπίσκοπος βύρας ὑπέγραψα.
Φάννας ἐπίσκοπος πόλεως ἁρπασέων ὑπέγραψα.
Δρομαχίος ἐπίσκοπος ἀλινδέων ὑπέγραψα.
Ἀνδάριος ἐπίσκοπος χερρονήσου κρήτης ὑπέγραψα.
Παῦλος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος λάμπης τῆς κρήτης ὑπέγραψα.
Ζηνόβιος ἐπίσκοπος πόλεως κνωσοῦ τῆς κρήτης ὑπέγραψα.
Θεόδωρος ἐπίσκοπος δωδώνης ἠπείρου ὑπέγραψα.
Δίων θεσσαλὸς ὁμολογῶν πᾶσι ταῖς ὑπογραφαῖς ὑπέγραψα.
Σεκουνδιανὸς ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας.
Θεόδωρος ἐπίσκοπος χινζοῦ ὑπέγραψα.
Τραλλιανὸς ἐπίσκοπος τραλλιανῶν ὑπέγραψα.
Εὐπάτωρ ἐπίσκοπος ὑπαίπων ὑπέγραψα.
Ῥόδων ἐπίσκοπος πανὶ πόλεως ἀσίας ὑπέγραψα.
Εὐτύχιος ἐπίσκοπος τῆς ἐρυθραίων πόλεως ὑπέγραψα.
D Νεστόριος ἐπίσκοπος σιωνῶν ὑπέγραψα.
Τύχιος ἐπίσκοπος τῆς θεοπόλεως ὑπέγραψα.
Μόδεστος ἐπίσκοπος τῆς νεατῶν πόλεως ὑπέγραψα.
Θεοσέβιος ἐπίσκοπος πρίνης ὑπέγραψα.
Θεόδοτος ἐπίσκοπος μυσίας ὑπέγραψα.
Μάξιμος ἐπίσκοπος ἄσσου ὑπέγραψα.
Μάξιμος ἐπίσκοπος κύμης ὑπέγραψα.
Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος ἀρκαδιουπόλεως ὑπέγραψα.
Θεόδωρος ἐπίσκοπος τῆς ἀνισέων πόλεως ὑπέγραψα.
Εὐσέβιος ἐπίσκοπος μαγνησίας ὑπέγραψα.
Θεοδόσιος ἐπίσκοπος μαστάυρων ὑπέγραψα.
Εὐτρόπιος ἐπίσκοπος ἐβάζων ὑπέγραψα.
Φίλιππος ἐπίσκοπος περγάμων ὑπέγραψα.
Ἀγάπιος ἐπίσκοπος κολθῆς ὑπέγραψα.
Δωρόθεος ἐπίσκοπος μυρίνης ὑπέγραψα.
Εὐδάλιος ἐπίσκοπος κολοφωνίων ὑπέγραψα.
Ἥβιος ἐπίσκοπος βρυλλείων ὑπέγραψα.
Ἀθανάσιος ἐλάχιστος ἐπίσκοπος παρασίου ὑπέγραψα.
Ἡσύχιος ἐπίσκοπος πόλεως παρίου ὑπέγραψα.
E Εὐσέβιος ἐπίσκοπος ἀπόνων ὑπέγραψα.
Φιλουμένος ἐπίσκοπος βίννης ὑπέγραψα.
Ζήνων ἐπίσκοπος κυρίων ὑπέγραψα.
Τριβωνιανὸς ἐπίσκοπος τῆς ἱερᾶς ἐκκλησίας ὑπέγραψα.
Νουνέχιος ἐπίσκοπος τῆς σελγῆς ὑπέγραψα.
Εὐάγριος ἐπίσκοπος σέλγης ὑπέγραψα.
Καισάριος ἐπίσκοπος πόλεως ἄρκης ὑπέγραψα.
Ἰωάννης ἐπίσκοπος τῆς προικονήσου ὑπέγραψα.
Στρατήγιος ἐπίσκοπος ὑπέγραψα.
Νεῖλος ἐπίσκοπος τῆς καισαρείας συνῶν ὑπέγραψα.
Ἀκάκιος ἐπίσκοπος τῶν σκοπιανῶν ὑπέγραψα.
Σολλὼν ἐπίσκοπος τῆς καραλίας ὑπέγραψα.
Νεκτάριος ἐπίσκοπος τῆς σεννῶ ὑπέγραψα.
Κυπριανὸς ἐπίσκοπος τῆς λυρβαλίας ὑπέγραψα.
Θεόδουλος ἐπίσκοπος ἐλούσης ὑπέγραψα.
Φιλάδελφος ἐπίσκοπος τῆς γρατιανουπολίων ὑπέγραψα.

Θεό-

Θεόφιλος ἐπίσκοπος τῆς Φωκαέων πόλεως ὑπέγραψα.
Ῥουφῖνος ἐπίσκοπος τιβιανῶν πόλεως ὑπέγραψα.
Ἰωάννης ἐπίσκοπος αὐγουστοπόλεως ὑπέγραψα.
Ῥωμανὸς ἐπίσκοπος ῥαφίας ὑπέγραψα.
Ἀιάννης ἐπίσκοπος συκαμινῶνος ὑπέγραψα.
Παυλιανὸς ἐπίσκοπος μαιουμᾶ ὑπέγραψα.
Θεόδωρος ἐπίσκοπος ἀριδόλων ὑπέγραψα.
Πέτρος ἐπίσκοπος παραμβόλων ὑπέγραψα.
Παῦλος ἐπίσκοπος ἀνθηδόνος ὑπέγραψα.
Νετίρας ἐπίσκοπος ὑπέγραψα.
Σαῦδος ἐπίσκοπος φανοῦς ὑπέγραψα.
Βερρεωνιὸς ἐπίσκοπος τῆς μυρέων πόλεως ὑπέγραψα.
Κύριλλος ἐπίσκοπος πυλῶν ὑπέγραψα.
Ἑρμογένης ἐπίσκοπος ῥινοκορούρων ὑπέγραψα.
Εὐσέβιος ἐπίσκοπος πελουσίου ὑπέγραψα.
Εὐόπτιος ἐπίσκοπος πτολεμαΐδος ὑπέγραψα.
Φοιβάμμων ἐπίσκοπος κοπτοῦ ὑπέγραψα.
Παῦλος ἐπίσκοπος φραγέως ὑπέγραψα.
Μακεδόνιος ἐπίσκοπος ξόου ὑπέγραψα.
Πέτρος ἐπίσκοπος ὀξυρύγχων ὑπέγραψα.
Ἀδέλφιος ἐπίσκοπος ὀνουφιτῶν ὑπέγραψα.
Ἀθανάσιος ἐπίσκοπος τῆς παραλίας ὑπέγραψα.
Ἡράκλιος ἐπίσκοπος παροικίας θωνέως ὑπέγραψα.
Σιλουανὸς ἐπίσκοπος βριθέων ὑπέγραψα.
Κύρος ἐπίσκοπος ἀχμῶν ὑπέγραψα.
Ἀδέλφιος ἐπίσκοπος σαΐων ὑπέγραψα.
Μαρῖνος ἐπίσκοπος ἡλιοπόλεως ὑπέγραψα.
Μητρόδωρος ἐπίσκοπος λεόντων ὑπέγραψα.
Ἰωάννης ἐπίσκοπος τῆς ἡφαιστιάδων ὑπέγραψα.
Στρατήγιος ἐπίσκοπος τῆς ἀθριβιτῶν ὑπέγραψα.
Ἀμπήτιος ἐπίσκοπος τῆς καφίου ὑπέγραψα.
Θεόπεμπτος ἐπίσκοπος καβασῶν ὑπέγραψα.
Εὐσέβιος ἐπίσκοπος λιλυωλέως ὑπέγραψα.
Χρυσάριος ἐπίσκοπος ἀφροδισιάδος ὑπέγραψα.
Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος κλεοπατρίδος ὑπέγραψα.
Λέων ἐπίσκοπος ψύγχης ὑπέγραψα.
Θέων ἐπίσκοπος ἡρακλείας τῆς σεθρείτου ὑπέγραψα.
Ἡρακλείδης ἐπίσκοπος τῆς ἄνω ἡρακλείας ὑπέγραψα.
Ἀμμὼν ἐπίσκοπος τῆς βουτίνων ὑπέγραψα.
Ἀνδρέας ἐπίσκοπος ἑρμουπόλεως ὑπέγραψα.
Μακάριος ἐπίσκοπος ἀνταίου ὑπέγραψα.
Ἡράκλειος ἐπίσκοπος ταμιαθέων ὑπέγραψα.
Σαβῖνος ἐπίσκοπος πανοῦ ὑπέγραψα.
Ἰσαὰκ ἐπίσκοπος ἐλεαρχίας ὑπέγραψα.
Ζηνόβιος ἐπίσκοπος βάρκης ὑπέγραψα.
Ζήνων ἐπίσκοπος τευχίρων ὑπέγραψα.
Ἀβραὰμ ἐπίσκοπος ὀστρακίνης ὑπέγραψα.
Σαμουὴλ ἐπίσκοπος δυθάνων ὑπέγραψα.
Ἱέρακας ἐπίσκοπος ἀφραίων ὑπέγραψα.
Δανιὴλ ἐπίσκοπος δαρνέως ὑπέγραψα.
Ἀλύπιος ἐπίσκοπος πόλεως ἐλλῆς ὑπέγραψα.
Σωσίπατρος ἐπίσκοπος σεμνύνης λιβύης ὑπέγραψα.
Ἀμμώνιος ἐπίσκοπος φανηφοῦς ὑπέγραψα.
Βαπόριος ἐπίσκοπος γαγγρῶν ὑπέγραψα.
Τιμάτιος πρεσβύτερος ὑπέγραψα.
Ἀργῖνος ἐπίσκοπος πομπηΐου ὑπέγραψα.
Σωσίπατρος πρεσβύτερος ὑπέγραψα.
Ἑλλάδιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ τὸ δραμύτι ὑπέγραψα.
Στεφανὸς ἐπίσκοπος τῆς τριτῶν πόλεως ὑπέγραψα.
Ἰδδᾶς ἐπίσκοπος σμύρνης ὑπέγραψα.
Ἀριστόνικος ἐπίσκοπος τῆς λαοδικέων μητροπόλεως ὑπέγραψα.
Ἀβεναίτιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ ἱεραπόλιν ὑπέγραψα.
Παῦλος πρεσβύτερος ὑπέγραψα.
Σιλουανὸς ἐπίσκοπος κορατῶν ὑπέγραψα.
Κωνσταντῖνος ἐπίσκοπος τῆς διοκλητιανοῦ πόλεως ὑπέγραψα.
Ἑρμόλαος ἐπίσκοπος σαρτιδέων ὑπέγραψα.
Ἀσκληπιάδης ἐπίσκοπος τῆς καστραπεζοῦντος ὑπέγραψα.
Ἰωάννης ἐπίσκοπος λέσβου ὑπέγραψα.
Πέτρος ἐπίσκοπος κρούσης ὑπέγραψα.
Ἀθανάσιος ἐπίσκοπος τῆς καισαρειῶν καὶ σωζοπόλεως ὑπέγραψα.
Καλλίνικος ἐπίσκοπος ἀπαμείων ὑπέγραψα.
Οὐαλεριανὸς ἐπίσκοπος ἰκονίου ὑπέγραψα.
Δίος ἐπίσκοπος πινοῦ τοῦ ὑπέγραψα.
Θωμᾶς ἐπίσκοπος τῆς δελβεῶν ὑπέγραψα.
Μαρτύριος ἐπίσκοπος ἰλλυρῶν ὑπέγραψα.
Ἀλάλιος ἐπίσκοπος ἀμιτηρῶν ὑπέγραψα.
Λητῶιος ἐπίσκοπος λιβιάδος ὑπέγραψα.
Σελάδιος ἐπίσκοπος συνάδων ὑπέγραψα.
Εὐσέβιος ἐπίσκοπος δοκιμίου ὑπέγραψα.
Δαλμάτιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ κυζίκου ὑπέγραψα.
Τιμόθεος ἐπίσκοπος ἐπαρχίας σκυθῶν ὑπέγραψα.
Ἀθανάσιος ἐπίσκοπος κεφίου ὑπέγραψα.
Θεοφάνης ἐπίσκοπος φιλαδελφείας ὑπέγραψα.
Φόκας ἐπίσκοπος θεατείρων ὑπέγραψα.
Κόμοδος ἐπίσκοπος τριπόλεως ὑπέγραψα.
Εὐθήριος ἐπίσκοπος τῆς στρατονικέων πόλεως ὑπέγραψα.
Παῦλος ἐπίσκοπος δαρδανῶν τῆς λυδίας ὑπέγραψα.
Λιμήνιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ σέλλας ὑπέγραψα.
Ἰωάννης ἐπίσκοπος τῆς αὐρηλιοπόλεως ὑπέγραψα.
Θεόδωρος ἐπίσκοπος ἀτταλέων ὑπέγραψα.
Παῦλος ἐπίσκοπος τῆς θυρεμωΐας ὑπέγραψα.
Τιμόθεος ἐπίσκοπος θαλμοῦ καὶ εὐδοκιάδος ὑπέγραψα.
Ἠδέσιος ἐπίσκοπος πόλεως ἰσίδων ὑπέγραψα.

A Theoctistus Episcopus civitatis Phocæorum subscripsi.
Rufinus Episcopus civitatis Tabenorum subscripsi.
Joannes Episcopus Augustopoleos subscripsi.
Romanus Episcopus Raphia subscripsi.
Ajannes Episcopus Sycamizonis subscripsi.
Paulianus Episcopus Majumæ subscripsi.
Theodorus Episcopus Aridelorum subscripsi.
Petrus Episcopus Parimbolorum subscripsi.
Paulus Episcopus Anthedonis subscripsi.
Netiras Episcopus subscripsi.
Saudus Episcopus Phani subscripsi.
Berreniarius Episcopus civitatis Myrensis subscripsi.
Cyrillus Episcopus Pylorum subscripsi.
Hermogenes Episcopus Rhinocurorum subscripsi.
Eusebius Episcopus Pelusii subscripsi.
Evoptius Episcopus Ptolemaidos subscripsi.
Phœbammon Episcopus Copti subscripsi.
Paulus Episcopus Phrageos subscripsi.
Macedonius Episcopus Xoeos subscripsi.
B Petrus Episcopus Oxyrinchi subscripsi.
Adelphius Episcopus Onuphitarum subscripsi.
Athanasius Episcopus Paraliæ subscripsi.
Heraclius Episcopus paræciæ Thyneos subscripsi.
Silvanus Episcopus Britheos subscripsi.
Cyrus Episcopus Achmorum subscripsi.
Adelugius Episcopus Saeos subscripsi.
Marinus Episcopus Heliopoleos subscripsi.
Metrodorus Episcopus Leontorum subscripsi.
Joannes Episcopus Hephaestiorum subscripsi.
Strategius Episcopus Athribitarum subscripsi.
Ampeti s Episcopus Cafii subscripsi.
Theopemptus Episcopus Cabasorum subscripsi.
Eusebius Episcopus Lilopoleos subscripsi.
Chrysaorius Episcopus Aphrodisiadis subscripsi.
Alexander Episcopus Cleopatridis subscripsi.
Leo Episcopus Psynchi subscripsi.
Theon Episcopus Heraclei Sethroti subscripsi.
Heraclides Episcopus superioris Heracleæ subscripsi.
Ammon Episcopus Butinorum subscripsi.
C Andreas Episcopus Hermupoleos subscripsi.
Macarius Episcopus Antæi subscripsi.
Heracleus Episcopus Tamiatheos subscripsi.
Sabinus Episcopus Pani subscripsi.
Isaac Episcopus Elearchiæ subscripsi.
Zenobius Episcopus Barcæ subscripsi.
Zenon Episcopus Teuchirorum subscripsi.
Abraam Episcopus Ostracenæ subscripsi.
Samuel Episcopus Dysthaorum subscripsi.
Hieraces Episcopus Aphnaitorum subscripsi.
Daniel Episcopus Darnei subscripsi.
Alypius Episcopus civitatis Ellæ subscripsi.
Sopater Episcopus Semnyæ Lybiæ subscripsi.
Ammonius Episcopus Panephysi subscripsi.
Baporius Episcopus Gangrensium subscripsi.
Hypatius Presbyter subscripsi.
Arginus Episcopus Pompeii subscripsi.
Synesius Presbyter subscripsi.
Helladius Episcopus Dramytensis subscripsi.
Stephanus Episcopus civitatis Tritorum subscripsi.
D Idduas Episcopus Smyrnæ subscripsi.
Aristonicus Episcopus metropolis Laodicensium subscripsi.
Abeneatius Episcopus Herapolitanus subscripsi.
Paulus Presbyter subscripsi.
Silvanus Episcopus Coratorum subscripsi.
Constantinus Episcopus Diocletianopoleos subscripsi.
Hermolaus Episcopus Sartudeorum subscripsi.
Asclepiades Episcopus Trapezuntinus subscripsi.
Joannes Episcopus Lesbi subscripsi.
Petrus Episcopus Crusæ subscripsi.
Athanasius Episcopus Duelti & Sozopolis subscripsi.
Callinicus Episcopus Apamnorum subscripsi.
Valerianus Episcopus Iconii subscripsi.
Dius Episcopus Pinuntis subscripsi.
Thomas Episcopus Delbitorum subscripsi.
Martyrius Episcopus Illistrorum subscripsi.
Alalius Episcopus Amitrii subscripsi.
Letojus Episcopus Libyadis subscripsi.
E Seleucius Episcopus Synadorum subscripsi.
Eustathius Episcopus Docimii subscripsi.
Dalmatius Episcopus Cyzici subscripsi.
Timotheus Episcopus provinciæ Scythiæ subscripsi.
Athanasius Episcopus Cepsiorum subscripsi.
Theophanes Episcopus Philadelphiæ subscripsi.
Phocus Episcopus Theatrii subscripsi.
Commodus Episcopus Tripoleos subscripsi.
Eutherius Episcopus Stratoniceorum subscripsi.
Paulus Episcopus Dardanorum Lydiæ subscripsi.
Limenius Episcopus Sellæ subscripsi.
Joannes Episcopus Aureliopoleos subscripsi.
Theodorus Episcopus Attaleorum subscripsi.
Paulus Episcopus Thrymenæ subscripsi.
Timotheus Episcopus Telmisi & Eudociadis subscripsi.
Edesius Episcopus civitatis Isidorum subscripsi.

Libianus Episcopus civitatis Pali subscripsi.
Thomas Episcopus Valentinianopoleos subscripsi.
Eutropius Episcopus Blizu subscripsi.
Theodorus Episcopus Gadarorum subscripsi.
Magnus Episcopus Magnesiæ subscripsi.
Berianus Episcopus Pergæ subscripsi.
Pabiscius Episcopus Apollonia subscripsi.
Eulogius Episcopus Ternuthidos subscripsi.
Isaac Episcopus Taulorum subscripsi.
Adelphius Episcopus Onuphees subscripsi.
Eudoxius Episcopus Chomatis subscripsi.
Aristocritus Episcopus Olympi subscripsi.

A Λιβιανὸς ἐπίσκοπος πόλεως Πάλου ὑπέγραψα.
Θωμᾶς ἐπίσκοπος Βαλεντινιανουπόλεως ὑπέγραψα.
Εὐτρόπιος ἐπίσκοπος Βιζοῦς ὑπέγραψα.
Θεόδωρος ἐπίσκοπος Γαδάρων ὑπέγραψα.
Μάγνος ἐπίσκοπος Μαγνησίας ὑπέγραψα.
Βηριανὸς ἐπίσκοπος Πέργης ὑπέγραψα.
Παβίσκιος ἐπίσκοπος Ἀπολλωνιάτης ὑπέγραψα.
Εὐλόγιος ἐπίσκοπος Τερνουθίδος ὑπέγραψα.
Ἰσαὰκ ἐπίσκοπος Ταύλων ὑπέγραψα.
Ἀδέλφιος ἐπίσκοπος Ὀνουφέως ὑπέγραψα.
Εὐδόξιος ἐπίσκοπος Χώματος ὑπέγραψα.
Ἀριστόκριτος ἐπίσκοπος Ὀλύμπου ὑπέγραψα.

Exemplar relationis sancti Concilii ad piissimos Imperatores de orientalibus. (a)

CAP. XLV Piissimis & a Deo custoditis Theodosio & Valentiniano victoribus & triumphatoribus semper augustis sancta synodus quæ per gratiam Christi & nutum vestræ potentiæ congregata est in Ephesum metropolim. Quæ quidem imperata sunt sanctæ huic synodo a vestra serenitate, ad finem convenientem perducta sunt. Et hoc notum vestræ pietati statuimus, & apostolicam fidem, quam trecenti decem & octo in Nicæa congregati exposuerunt, manifestam vestræ [b] facimus pietati, & contra eam sapientem Nestorium deposuimus tam a sacrificio sacerdotali quam a confidentia prædicandi suam impietatem. Quoniam autem pauci quidam [c] præcorruptam habentes voluntatem de doctrina Nestorii, [d] dum ei permanerent, & eos qui sub culpa positi erant secum adsumpserunt, adjecto ei & reverentissimo Episcopo Joannis Antiochiæ, aut propter contentionem, aut propter humanam amicitiam, & universi triginta facti tantum, antequam satisfacerent [e] pro quibus incusabantur excessibus, se ipsos synodum appellaverunt, quasi vestra pietas [f] duas synodos fieri jussisset, non unam, quæ deberet & fidem evangelicam confirmare & corrupta sapientes ab ecclesiastico ministerio [g] removere. Sed, ut diximus, supradicti priusquam satisfacerent de quibus incusabantur, pauci se ipsos continentes & [h] adjutorem suæ insolentiæ adsumentes reverentissimum Episcopum Joannem, & ipsum metuentem pro tarditate reatum subire, sicut didicimus per quorundam rumorem, ausi sunt extra omnem rectitudinem ecclesiasticam & extra canones contra sanctam synodum & contra caput congregatorum sanctissimorum Episcoporum, Cyrillum dicimus Archiepiscopum, necnon & reverentissimum Episcopum Memnonem, proferre blasphemiam, [i] sicuti putaverunt injuriam [k] depositionis [l] habentem, dum nullam accusationem ab aliquo suscepissent, nec accusatorem expectantes, nec quidem vocantes aliquem ad judicium, sed ante judicium & inquisitionem hanc injuriam scriptis evomentes ad vestram tranquillitatem perferre præsumpserunt, quæ sic inrationabilia sunt, tanquam vestra pietas ignoret quia una synodus universitatis est, & non ulterius dici possit synodus eorum qui sub culpa reciderunt, paucorum subversione, qui se ipsos propter timorem increpationis divisserunt a sancta synodo. Neque enim culpam reprehendentes injuriam præsumpserunt; sed de quibus incusati erant forsitan satisfactionem non habentes, & se ipsos paucos videntes, & formidantes ne post redargutionem sententiam susciperent, processerunt in temeritatem, & hoc putaverunt facere quod se [m] speraverunt sustinere convictos. Sed hoc visum est nobis tanquam inrationabile contemnendum. Quoniam autem usque ad vestram tranquillitatem perferre ausi sunt suam inrationabilem insolentiam, & quod contra leges & canones & omnem consequentiam ecclesiasticam ab ipsis actum est mandare vestræ pietati præsumpserunt, non amplius dissimulavimus inrationabilem illorum impetum, sed iterum sequentes formam canonum convocavimus reverentissimum Episcopum Joannem, qui talia cum ceteris contra prædictos præsumpserat. Neque enim illi confiderent ad tantam insolentiam pervenire sub culpa positi pauci, nisi temeritate reverentissimi Episcopi Joannis Antiocheni præsumerent. Congregati igitur nos, libellis nobis oblatis [n] a sanctissimo & Deo amabili reverentissimo Archiepiscopo Cyrillo & venerabili coepiscopo Memnone, evocavimus prædictum Episcopum Joannem ut vel nunc diceret culpam, pro qua ad tantam injuriam progressus esset contra primos sanctæ synodi. Qui semel & secundo & ter [o] evocatus ut causam diceret, advenire ad synodum non passus est, non habens rationabilem causam suæ præsumptionis. Militibus autem & armis circumdans domum suam, neque missos a sancta synodo sanctissimos Episcopos suscepit, nec competenti responso dignam judicavit congregatam sanctissimam synodum. Unde cognoscentes non confidere illum suis satisfactionibus, ab ipsis quidem superflue & vacue per garrulitatem facta & contra omnem consequentiam canonum & scripta tam contra sanctissimum Archiepiscopum Cyrillum, quam contra reverentissimum coepiscopum Memnonem irrita & cassata omnibus modis esse decrevimus. Judicium enim quod [p] secum nihil habet canonicum neque justum, nihil aliud habet quam maledictum. Sic igitur inregulariter tam

a *Exemplar.*) In codice Bellovacensi legitur ita. *Relatio sanctæ universalis Ephesinæ synodi ad Imperatores de excommunicatione Joannis & qui cum eo sunt.* b *Facimus*) Bellovac. *constituimus vestræ pietati.*
c *Præcorruptam*) Idem codex, *ante corruptam*: *habentes sententiam de doctrina.*
d *Dum ei*) Ita codices Turonensis & Colbertinus. Bellovacensis. *Dum enim permanerent & sub culpa positos secum adsumpserunt.* Contius: *dum in ea permanerent & eos qui sub culpa.* e *Pro quib. incus.*) Bellovac. *pro quibus singulis incusabantur.* f *Duas synodos*) Codex Bellovac. *duos synodos*, Turon. *duos synodus fieri jussisset, non unam.* g *Removere*) Codex Bellovac. *ejicere.* h *Adjutorem*) Hanc lectionem, quæ vera est, nobis exhibuit codex Bellovacensis. Reliqui & editio Contiana habent *auditorem.*
i *Sicuti putaverunt*) Codex Bellovacensis: *sicut ipsi visum est injuriam dispositionis continentem.*
k *De ositionis*) Ita Contius. Omnia vetera exemplaria legunt *dispositionis.* l *Habentem*) Codex Bellovac. *continentem.*
m *Speraverunt*) Id est, crediderunt, timuerunt. Vide Notas ad Capitularia.
n *A sanctissimo*) Codex Bellovac. *A Deo amabili reverentissimo Archiepiscopo Cyrillo & venerabili Coepiscopo Memnone, convocavimus.* o *Evocatus*) Codex Bellovac. *convocatus.*
p *Secum*) Ita idem codex. Reliqui habent *rectum.*
(a) Cafinen. addit. *Hæc missa est per Arsenitum Magistrianum.*

tam ipsum quam qui cum eo fuerunt [a] inordinate agentes & contra consequentiam ecclesiasticam, extra communionem tantisper esse decrevimus, compescentes eorum irrationabilem petulantiam, donec venientes de his quæ temerarie commiserunt satisfaciant sanctæ synodo. Quæ igitur constituta sunt necessario ad vestram pietatem retulimus, supplicantes ut neque synodus judicetur cœtus eorum qui sub culpa facti sunt; quia & antea in sancta & magna synodo trecentorum decem & octo in Nicæa congregatorum quidam sic discesserunt ab illa magna synodo metuentes ejus sententiam, [b] nec illos judicatos esse synodum a magno & divæ memoriæ Imperatore Constantino, sed jussos pœnam persolvere, quoniam desistentes illorum sanctorum Episcoporum consonantiam respuerunt, mala, sicut isti, & illi conscientia uti. Illicitum enim est synodo ducentorum decem & octo Episcoporum, quibus cuncta multitudo sanctorum Episcoporum occidentis consensit, & per eos reliqua turba orbis terrarum, repugnare triginta solos, e quibus quidam olim damnati sunt, [c] aliquanti autem Cælestii malæ sectæ sunt, aliquanti vero anathemati subditi propter quod Nestorium sunt secuti. Sed jubete quæ ab universali synodo ad continentiam pietatis definita sunt contra Nestorium & contra impium ejus dogma suam habere firmitatem corroborata nutu & consensu vestræ pietatis.

[d] Juvenalis Episcopus Hierosolymorum retuli.

Arcadius (*a*) similiter.

Projectus similiter.

Philippus Presbyter similiter.

Similiter & omnes reliqui subscripserunt.

[e] Exemplar sacrorum quæ directa sunt per Joannem Comitem sacrorum sancto Concilio.

CAP XLVI. [f] Cælestino, Rufo, Augustino, Theodoto, Alexandro, Acacio, Tranquillino, Valentino, Iconio, Joanni, Acacio, Urso, Firmo, Himerio, Dexiano, Veriniano, Palladio, Asterio, Juvenali, Flaviano, Helladio, Rabbulo, Alexandro, Maximo, Fritilæ, Perigeni, Cyro, Joanni alteri, Eutherio, Hellanico, Bosphorio, Cyro alteri, [g] Venantio, Petro, Dynato, Dorotheo, Antiocho, Dalmatio, Eusebio, Seleucio, Eleusio, Eulogio, Sappido, Timotheo, Pio, Troilo, Herrenniano, Monimo, Olympio, Theophilo, Juliano, Basilio, & reliquis reverentissimis Episcopis. Quantum circa pietatem & progenitorum fidem zelum habeamus, ex plurimis præcedentibus arbitramur aperte monstrati, maxime vero etiam ex evocatione nuper facta sanctissimi vestri Concilii hoc manifestum omnibus in universo orbe terrarum esse credidimus. Non enim ad modicum incumbente quadam dubitatione distulimus, ne celeriter ejus solutio sequeretur; sed festinanter convenire sanctitatem vestram præcepimus; & nequaquam æstimantes [h] pro pietate laborem sanctitati vestræ onerosum fore, levigavimus tamen imperiali providentia hujus difficultatem opportunitate temporis atque loci. Ephesiorum namque decrevimus civitatem [i] & a terra & mari venientibus accessibilem, & omnibus suis & supervenientibus fratribus utilitatem illic commorantibus cum ubertate præbentem, quatenus pia nostræ tranquillitatis intentio ac sanctitatis vestræ Concilii & concurreret & ad effectum facile perveniret. Unde etiam nunc insinuatam a vestra sanctitate [k] Nestorii & Cyrilli & Memnonis damnationem suscepimus. Alia vero quæ apud vos gesta sunt reprehendimus Christianam fidem rectitudinemque custodientes quam ex patribus progenitoribusque percepimus, & quam sanctissima synodus sub divæ memoriæ Constantino facta concorditer roboravit. Curet igitur unusquisque sanctissimi vestri collegii, soluta omni dubitatione, & [l] abscissis scandalis, cum pace & concordia ad propria remeare. Ut autem sanctitas vestra non solum ex nostræ pietatis literis invitata ad unanimitatem & universalis pii dogmatis pacem respiciat, etiam literas sanctissimi Episcopi Beroeæ Acacii hoc suadentes direximus; qui sanctissimo vestro collegio adjici propter [m] longam senectutem non va-

a *Inordinate*) Hanc vocem addidimus ex eodem codice Bellovacensi. Non extat enim in aliis antiquis exemplaribus neque in editione Contil. *Nec*) Secuti hic sumus editionem Contianam, quæ congruit cum textu Græco. Nam codices Colbertinus & Turon. legunt &. Bellovacensis mutilus est in hoc loco.

c *Aliq. au. Cælesti*) Codex Bellovacensis: *Aliquanti autem ex his quæ Cælestius male placita sunt consenserunt.* d *Juvenalis*) Hæc & quæ sequuntur desunt in eodem codice Bellovacensi, in quo hæc tantum scripta sunt: *Et subscripsit synodus per Episcopos centum nonaginta octo.* e *Exemplar*) Aliud exemplar ex alia translatione extat apud Surium to. 1. pag. 691. Extat etiam ex versione Theodori Peltani.

f *Cælestino*) Papæ Romano. Hunc certum est non interfuisse synodo Ephesinæ. Ei tamen scribitur in primis hac epistola, quia legatos ad synodum miserat qui locum suum tenerent. Eandem ob causam Rufus Thessalonicensis, qui aberat, secundo loco nominatur, quia locum ejus supplebat Flavianus Episcopus Philippensium. Sed cur hic inter principes synodi additum sit nomen Augustini Episcopi Hipponensis in Africa, qui neque apostolicam sedem neque primam tenuit, & tunc mortuus erat quum ista scribebantur, quæritur inter eruditos. Garnerius in Notis ad Liberatum videtur existimare id factum ob eandem causam ob quam Cælestini & Rufi nomina, quos absentes fuisse constat, descripta tamen sunt in fronte epistolæ, ac Henricus de Noris redarguit quod totum istud negotium reculerit ad errorem Notarii imperialis. Discrimina tamen multa sunt inter duos illos Episcopos & Augustinum. Nam & illi mortui non erant, illustrissimarum præterea Ecclesiarum præsules erant, ac vicarios suos miserant ad synodum, quorum neutrum dici potest de Augustino. Quare ea verior esse videtur sententia quæ errorem istum adscribit Notario Imperatoris: qui cum inter nomina eorum Episcoporum, quos ad synodum in Ephesina urbe celebrandam evocavit Theodosius, invenisset nomen Augustini, non ultra inquirendum ratus, illud cum ceteris hic apposuit. Nam Theodosius non scripserat ad Capreolum Episcopum Carthaginensem, sed ad Augustinum, haudquaquam propter magnam ejus famam, quæ eum quodam modo constituebat caput Episcoporum Africanorum. Istud colligitur ex epistola Capreoli ad synodum Ephesinam, quæ habetur supra cap. 25. g *Venantio*) Ita omnia vetera exemplaria & Contius. Editiones Græcæ habent Βινεντίῳ. Sed in manuscriptis bibliothecæ regiæ legitur Βενεντίῳ.

h *Pro pietate*) Sic nos emendavimus, secuti textum Græcum. Nam in omnibus vetustis exemplaribus, si Bellovacense excipias, quod mutilum est in hoc loco, legitur *propriotate*. Quo etiam modo habet editio Contiana.

i *Et a terra*) Ita codex Colbertinus & Contius: quibus congruit Græcus textus. Turonensis habet, *& a mari & a terra*. Bellovacensis in hoc loco mutilus est. k *Nestorii & Cyrilli*) Totum hunc locum iisdem omnino verbis descripsit Liberatus Archidiaconus cap. 6. ex ista nimirum versione.

l *Abscissis scandalis*) Ridicula est editio Suriana, ubi ita legitur, *prætermissis Kalendis*.

m *Longam senectutem*) Vide supra cap. 21.

(*a*) Cafin. addit. *episcopus & loci servator atque Legatus apostolicæ sedis retuli.*

valens, per ea quæ scripsit suam beatitudinem decentia & orthodoxæ religioni profutura exposuit; quæ quales sint, ipsius epistolæ lectio declarabit. Cognoscat tamen vestra beatitudo quia magnificentissimum & gloriosissimum Comitem sacrorum Joannem hac causa direximus, ut ipse sciens circa fidem nostræ divinitatis intentionem, quæ perspexerit utilia, faciat.

Exemplar relationis sanctæ Concilii ad sacra relecta a magnificentissimo Comite sacrorum Joanne.

CAP. XLVII. Piissimis & Christo amantissimis Theodosio & Valentiniano victoribus & triumphatoribus semper augustis sancta & universalis synodus, quæ [a] gratia Christi & nutu vestræ pietatis congregata est in Ephesiorum metropolim. Christo amabile quidem vestrum imperium, piissimi Principes, ab infantia zelum circa fidem & regulas demonstravit. Qua gratia ex universo orbe terrarum Episcopos Ephesiorum apprehendere civitatem pia sanctione præcepit. Nunc autem nobis relectæ literæ vestræ tranquillitatis per magnificentissimum & gloriosissimum comitem Joannem non parvum nobis fecerunt tumultum, declarantes seductionem quandam atque mendacium veraces vestras aures inquietare; tanquam enim a nobis relationem suscipiens vestra potentia damnationem habentem sanctissimi & Deo amantissimi Archiepiscopi Cyrilli & sanctissimi ac Deo amantissimi coepiscopi Memnonis sic per literas declaravit. Unde nequaquam valere mendacium apud vestræ Christianitatis imperium orantes, ac festinantes vestræ referre tranquillitati præsumpsimus, quia universale Concilium quod omnem quidem occidentem cum maxima vestra Roma & apostolica sede secum residentem habet, [b] omnemque Africam, & cunctum [c] Illyricum, non fecit damnationem prædictorum sanctissimorum & Deo amabilium Episcoporum, neque retulit, sed magis viros istos pro zelo orthodoxæ fidei admiratur, eos plurimum faciens, & apud homines laudans, & apud Dominum Christum coronis dignos existimans, solum vero nefandæ hæresis hominicolarum prædicatorem Nestorium, damnantes retulimus Christo amabili vestro imperio. Illud quoque nos non modice contristavit, quod ex subreptione factum apparet; ut recedentes ab universali Concilio qui circa Joannem Antiochenum sunt, & qui cum eis Cœlestiani atque damnati, nostris nominibus miscerentur, & una ad nos & ad illos sacra dirigeretur, de quibus dudum quidem & olim manifesta vestræ pietati fecimus, quomodo quidem a nobis recesserint, quomodo autem ad injuriam quæ contra nostros præsules sit agentes, & regulas conculcare præsumpserint, & excommunicatos omni universali Concilio per temeritatem contra nos perpetratam semetipsos effecerint; & quomodo evocati ad increpationem nequaquam obedire sint passi, & quoniam omnino propter hoc excommunicati & sine operatione ab universali Concilio facti sunt. Hæc etiam nunc insinuantes vestro Christo amabili principatui suggerimus, quia propter hanc eorum absurditatem & propter damnati Nestorii eorum nunc usque certamina nequaquam ad communionem suscipere passi sumus, neque damnationi Nestorii subscribere patientes, sed etiam quæ illius sunt aperte sapientes, subjacentes autem regulis & propter indisciplinatum eorum contra nostros præsules conamen, & eo quod mentiri & subripere præsumpserunt vestræ pietatis auditibus; & supplicamus Deo consecrato vestro imperio sanctissimos quidem & Deo amantissimos Episcopos Cyrillum & Memnonem reddi sancto Concilio nequaquam a regulis condemnatos, fidem vero immutilatam servari, quæ etiam vestræ a sancto spiritu inscripta est animæ, & a progenitoribus vobis contradita, & in his quæ a nobis dudum relata sunt monumentis contra Nestorium gestis valde noscitur declarata, proposita quippe fide sanctissimorum patrum in Nicæa convenientium trecentorum decem & octo, cum omnis actio ejus sufficiat arguere quidem adversariorum impietatem & ostendere orthodoxam fidem, quam hactenus custodire per omnia studuistis. Si vero placet vestræ potentiæ ad subtiliter agnoscendum quæ inter nos & eos qui se abscederunt gesta sunt, vestro apici supplicamus ad sanctum Concilium destinare quantoscumque probaverit vestra potentia, quatenus etiam [d] ad faciem de omnibus Christo amabili vestro imperio satisfiat.

Exemplar epistolæ Cyrilli Archiepiscopi Alexandriæ scriptæ ad clerum Constantinopolitanum.

CAP. XLVIII. Turbatum nimis est sanctum Concilium audiens quia non omnia recte retulit magnificentissimus & gloriosissimus Comes Joannes, ut cogitarent qui illic sunt etiam de exilio contra nos, tanquam sanctum Concilium suscepisset inregularem nefandamque factam damnationem a Joanne & qui cum eo sunt [e] hæreticis. Ecce igitur & altera facta suggestio est a synodo docens quia & contristata est in literis Principis & quia non suscepimus trium damnationes (*a*) & præcipue infirma esse quidem quæ ab illis impie & nefande sunt gesta, (*b*) firma vero potius quæ a nobis sunt. Docuerunt enim & per primam relationem quia infirma quidem quæ ab illis inregulariter sunt gesta fecerunt. Communicatores autem nos & coepiscopos habent, & quia nequaquam recedunt ab hujusmodi voluntate. Et cum multum fecisset memoratus magnificentissimus vir, ut veniret ad communionem Joannes & qui cum

a *Gratia Christi*) Codex Bellovac. *per gratiam Christi & nutum vestra potestatis congregata.*
b *Omnemq. Africam*) Per Bessulam Diaconum missum & a Capreolo Episcopo Carthaginiensi.
c *Illyricum*) Per Flavianum Episcopum Philippensem, qui tenebat locum Rufi Episcopi Thessalonicensis. Vide supra.
d *Ad faciem*) Id est, coram. Hanc lectionem accepimus ex codice Colbertino & excditione Contiana. Turonensis habet *ad faciendo omnibus*, Bellovac. *ad satisfaciendum omnibus.*
e *Hæreticis*) Codex Bellovac. *hæresia facta. Igitur & alia facta suggestio est.*
(*a*) Casinensis codex post illud: *damnationes*, inserit tanquam per parenthesim: *In solo Acymitorum plus habet hæc verba. Sed unius & faliuc, & eorum qui eadem quæ & illo fecere elegentai.*
(*b*) Cod. Casin. *firmari verò potius quæ a nobis fiunt*; & ad marginem eadem antiqua manus hæc signat: N. *ipsi petisse audientiam* (sic) *ipse est* (& audientiam imperatoris).

cum eo sunt sancti Concilii, usque hodie neque audire voluerunt hujusmodi vocem, sed insistunt quidem omnes dicentes quia impossibile est nos ad hoc venire, nisi & quod ab eis inregulariter gestum est destruatur & succumbant Concilio, utpote delinquentes, anathematizent autem Nestorium & ejus dogma ex scripto; & in his omnis intentio est Concilii. Frustratus autem hac causa memoratus magnificentissimus vir cogitavit & hoc, & exigebat Concilio expositionem fidei ex scripto dare sibi, ut & illos faceret consentire atque subscribere & ascenderet dicens quia (a) conjunxi eos ad amicitias humanas tristitias habentes ad invicem. Hoc intelligens sanctum Concilium denuo surrexit omnino dicens quia non facimus nobis ipsis injurias. Non enim velut hæretici vocati sumus; sed venimus fidem negatam statuere, quam etiam constituimus. Et non eget Imperator nunc discere fidem, sciens eam, & in ea baptizatus. Non profuit igitur neque hoc orientalibus. Illud quoque cognoscite, quia componentes expositionem fidei, contentionem habuerunt ad invicem, & sunt adhuc in contentione. Alii namque eorum suscipiunt Dei genitricem dicere sanctam virginem simul & hominis genitricem. Alii vero omnino negant, & ajunt paratos se esse manus amittere quam subscribere hujusmodi voci. Ubique autem confunduntur hæretici declarati. Hæc omnes a vestra beatitudine doceantur, & maxime Dei cultores & sanctissimi Archimandritæ; ne forte remeans prædictus alia pro aliis aut dicat, aut doceat, ut mulceat aliquorum aures. Non pigeat itaque vestram beatitudinem, neque deficiat pro nostris laboribus, sciens quia semetipsam commendat & Deo & hominibus. Et hic quoque propter salvatoris gratiam hi qui nunquam nos viderunt Dei cultores Episcopi parati sunt animam ponere pro nobis & cum lacrymis accedunt dicentes etiam simul exilio destinari & pariter mori se votum habere. In multa vero tribulatione sumus universi, & eo quod custodiamur a militibus, & ante lectos eos dormientes habeamus, maxime vero nos. Aliud autem omne Concilium deficit & laborat, & plurimi mortui sunt. Jam autem & ceteri res suas vendunt, non habentes expensas.

Exemplar epistolæ scriptæ a Memnone Episcopo Ephesi ad clerum Constantinopolcos.

CAP. XLIX

QUanta propter veram fidem rectæ religionis quotidie sustinemus in Epheso, neque sermone explanare possibile est. Tumultui namque tumultus succedit incessabiliter. Multam vero nobis virtutem præbet ut hæc fortiter feramus confessio fidei & fortitudo. Aliquando siquidem magnificentissimus Comes Candidianus, commovens nobis milites, & civitatem turbis adimplens, omnium simul necessariorum delatione nos fraudat per custodiam, multos autem permittens injurias nobis effundere & omni sancto Concilio eorum qui observant ex Zeuzyppo damnato Nestorio, & ad hoc nutriuntur & plurima multitudo rusticorum ex ecclesiasticis possessionibus & per illos injurias effundentium. Successit etiam prædictæ indisciplinationi & magnificentissimi Comitis [a] Irenæi quotidianæ seductioni simplicium & Antiochiæ Episcopi præsentia. Agnoscens enim sanctorum Concilium futurum ejus adventum honorans & debitum sacerdotale complens, misit quosdam Deo amantissimorum Episcoporum etiam cum reverentissimis Clericis ad occursum ejus, diu hæc faciens, & debitum adimplens honorem; & manifestum faciens quia deberet a Nestorii colloquiis observare, eo quod a sancto Concilio damnatus esset impietatis causa quam meditatus est. Ipse vero non permisit, sequentibus eum militibus in itinere, [b] eum videre. Nihilominus secuti sunt, & ad domum ubi successit occurrerunt, & plurimas observantes horas, & non permissi ad eum celebrare colloquium, manserunt injurias patientes. Post multas autem horas, cum hoc visum fuisset ei, evocavit Dei cultores Episcopos & reverentissimos Clericos, introducens eos per milites. Cumque ea quæ a sancto Concilio mandabantur manifesta fecissent ei, permisit magnificentissimum Irenæum & qui cum eo Episcopos & Clericos importabiles imponere plagas nostris comministris & Clericis, ut etiam ad periculum pervenirent. His igitur gestis, venientes ad sanctum Concilium qui missi fuerant Dei cultores Episcopi, & plagas ostendentes, & quæ fuerant acta narrantes sub gestis monumentorum sacrosancto evangelio proposito, ad indignationem commoverunt sanctum Concilium, & paululum eum castigantes, excommunicatum fecerunt, & facta est eorum excommunicatio manifesta. Agnovimus enim quia sine nomine aliquid & sine subscriptione in quadam parte civitatis propositum est quod ostenderet ejus indisciplinatam & inregularem voluntatem. Quotidie autem evocans nobilem curiam & clarissimos, expetit cum necessitate decreta ut in locum meum ordinet, ita ut omnes qui inhabitant civitatem orthodoxi constituta orationi apprehenderent loca & in eis habitarent, ut non illius insolentia & inregularis fragilitas, quæ per præpositiones acta est, ad effectum perduceretur fama. Unde & in sancto [c] Apostolone pergens, & hoc declarans quia deberet ordinare ibi, seditionem & turbam locorum fecit cum multitudine indisciplinatorum armatorum ascendens, ita ut quosdam ibi mendicantium faceret semivivos, & tanquam injuriatus ab his qui ibi sunt, retulit ad invidiam sancti Concilii. Dignamini igitur, sanctissimi, omne habere studium, & arrogantiam atque inregularem voluntatem Joannis & qui cum eo sunt publicare, ut magnificentissimi Comites hinc discedant quotidie conturbantes & civitatem & fidem, ut non ex subreptione horum ea quæ fidei sunt adulterium patiantur.

a *Irenæi*) Aperti amici Nestorii.
b *Eum videre*) Contius, *te videri*. Sed omnia vetera exemplaria habent uti nos edidimus.
c *Apostolone*) Id est, ad basilicam sancti Joannis evangelistæ, ut habetur in Græco. In codice sane Bellovacensi habetur *Joanne*. Vide glossarium Meursii.
(a) Casin. *non conjunxi*.

Epistola universalis Concilii ad Augustos. (*a*)

CAP. L. Pliissimis & Christo amantissimis Theodosio & Valentiniano victoribus triumphatoribus semper augustis sancta & universalis synodus gratia Christi & nutu vestræ potentiæ congregata in Ephesina metropoli. Vestra quidem potentia non despexit veram fidem suffodiri doctrina Nestorii exprobrantis cum Judæis Domino Christo eas quas propter nos nostramque salutem humanas sustinuit passiones; sed abominata vestra pietas hujusmodi contra Christum sermones, ex omni pene quod sub sole est nos congregari præcepit in Ephesina metropoli, [a] configi patrum & pietatis dogmata volens. Unde convenientes & communi judicio confirmantes expositam de hoc fidem a trecentis decem & octo in Nicæa collectis sub beatæ memoriæ Constantino, & Nestorium innovantem hanc fidem comprehendentes [b] artibus sermonibus & subintroductis seductionibus nocentem pietatis sensum sacerdotali gradu deposuimus, veluti quandam pestem sermonem ejus Ecclesias serpentem inhibere volentes Sed quoniam aliquos invenimus etiam Episcoporum jam titubantes, & quæ ejus sunt sapientes, & illius blasphemia tractos universos eos qui secundum eum sapiunt excommunicatos effecimus, donec recedentes a corrupta illius doctrina ad cognitionem veram apostolicamque revertantur fidem, in qua olim incumbentes salvi omnes efficimur. Sed nos quidem ad correctionem consistentium in errore decrevimus hæc eorum pœnitentiam sustinentes. Ipsi vero cum sint triginta numero paulo plus: (Erant enim aliqui inter eos etiam ex aliis culpis canonibus subjacentes, assumentes quoque reverentissimum Episcopum Antiochenorum Joannem, quia & ipse ex plurima tarditate reus erat querelæ, alii vero ex aliis hæresibus increpati, quidam vero eorum etiam damnati) ad pœnitentiam quidem non respexerunt; congregati vero ad [c] suffragium Nestorii, contra præsules sancti universalisque Concilii depositionem & conscribere præsumpserunt, & tanquam ex omni Concilio factam retulerunt ad vestram pietatem; quam suscipiens vestra potentia jussit manere, putans ex Concilio hanc factam, & non contra Concilium, ab his qui secundum Nestorium sapiunt, & ulciscentium se contra nos in damnationem Nestorii, non crimen dicere valentium contra principes sancti nostri Concilii; & præsumpserunt quoque fallere Deo amabiles vestras aures, ut susciperetur etiam ab eis contra Concilium facta damnatio, quam neque legaliter neque canonice neque plurimi fecerunt. Quapropter & sancta synodus legaliter & canonica actione destruxit quæ ab eis injuriose se & non rationabiliter

A sunt decreta. Unde confugimus omnes ad vestræ potentiam pietatis, supplicantes quæ quidem contra Nestorium gesta sunt & Nestorii sectatores propriam habere virtutem, quæ vero a defensoribus Nestorii, dum quæ illius sunt sapiunt, contra leges facta adversus præsules nostri Concilii, infecta manere atque vacantia, utpote dum nec consequenter nec regulariter neque pro culpa probata sint gesta, sed ultionis causa tantummodo a sectatoribus Nestorii contra sanctum confecta Concilium. Si enim rationabilis contra Nestorium sententia universalis Concilii facta est, & hanc suscepit vestra potentia, tanquam Nestorio nudam prædicante impietatem, rationabile quodam modo

B perspicit etiam vestra potentia ut quæ gesta sunt contra Concilium a sectatoribus Nestorii, infecta consistunt & penitus invalida, ex nulla causa rationem habentia nisi ex insultatione sola pro quibus contra Nestorium sanctum magnumque Concilium egit. Supplicamus igitur vestræ potentiæ relevari jam nos a tribulatione & jubere restitui nobis præsules sancti Concilii Deo amabiles Episcopos Cyrillum & Memnonem. Rationabile namque est, vindicata pietate & vexantibus eam remotis, eos qui pariter pro fide certati nobiscum sunt honore frui & non condemnari cum his qui convicti sunt in nefandis contra Christum Dominum blasphemiis.

C [d] Juvenalis Episcopus Hierosolymorum subscripsi precibus. (*b*)

[e] *Epistola synodi ad Episcopos qui inventi sunt Constantinopoli, & Presbyteris & Diaconibus & clero Constantinopolitano.*

CAP. LI. Sancta synodus quæ per gratiam Dei & sanctionem piissimorum Principum in Ephesina metropoli celebrata est, dilectissimis & desiderantissimis fratribus & comministris in Constantinopoli commorantibus, & reverentissimis Presbyteris & Diaconibus ejusdem Constantinopolis. In tanta fluctuatione rerum constitutis, & multum quidem undique suscipientibus

D bellum, ex nullaque parte permissis neque mansuetum & tranquillum piissimorum & Christo amabilium Principum videre vultum, unde esset solummodo sperare difficilium solutionem, quod alium poteramus adinvenire remedium nisi, ut apud propria membra in nobismetipsis lamentaremur? Vos autem membra universalis Concilii pietatis zelum per omnia demonstrastis. Itaque sciat vestra reverentia carcere nihil amplius nos in Epheso habitare, & trium mensium tempus jam hic reclausos, neque per mare neque per terram sine periculo & licenter posse dirigere aliquos ad piissimum comitatum aut ad alium permitti locum. Er-

E enim quotiens ea quæ a nobis missa sunt reddi va-

a *Configi*) Id est, stabiliri ac confirmari. Quod cum non intelligeret is qui antiquitus emendavit codicem Bellovacensem, sic rescripsit supra lineam: *configi pravum & pravitatis dogmata*. Quamquam vox Græca videtur innuere reponendum esse *compingi*. b *Artibus*) Ita codices omnes antiqui & editio Contiana. At in exemplari Bellovacensi emendatum est antiquitus supra lineam *astutis*.

c *Suffragium*) Patrocinium, auxilium. Vide glossarium Dufresni.

d *Juvenalis*) Hanc solam subscriptionem exhibet Græcus codex 524. bibliothecæ regiæ, cui consentiunt omnia vetera exemplaria Latina & editio Contii. At in vulgatis editionibus Conciliorum additur subscripsisse etiam reliquos Episcopos in commentariorum serie recensitos. Ceterum veram esse lectionem veterum codicum colligi potest ex calce epistolæ sequentis. e *Epistola*) Hunc titulum addidimus ex codice Bellovacensi. Non extat enim in aliis.

(*a*) Cod. Vatic. addit *de Orientalibus*.

(*b*) In cod. Casin. additur: *Archadius, & Projectus episcopi, & vices agentes sedis apostolicæ & Philippus presbyter subscripsimus precibus & reliqui omnes similiter.*

valuerunt, per decies millies pericula harum bajuli alter aliter transformati eripi potuerunt. Causa vero ut ita custodiamur hæc est, eo quod omnia contra nos mendaciter piissimo Principi referuntur. Alii namque, sicuti cognovimus, tanquam seditiones nobis facientibus, ita pias edocuerunt aures. Alii vero tamquam universale nostrum Concilium damnaverit per omnia Dei cultorem & sanctissimum Archiepiscopum Alexandrinorum Cyrillum & sanctissimum ac Deo amantissimum coepiscopum nostrum Memnonem, sic referre præsumpserunt. Alii etiam hoc puto adjicere ausi sunt, tamquam nos adquievissemus cum contumaci Concilio ad [a] amicabilia verba descendere, quorum princeps est Antiochenorum Joannes. Et quatenus hæc non agnoscerentur, plurima contra nos custodia multumque fit bellum. In anxietate igitur constituti non modica ad vestram scribere beatitudinem festinavimus, scientes quia filiorum germanorum apud universale Concilium obtinentes officium, & orthodoxam fidem prodi nequaquam patientes, cum multa supplicatione ac lacrymis & his literis adeuntes piissimum & Christi amantissimum Principem, quæ contra nos sunt insinuabitis universa. Nos enim neque reprehendimus prædictos sanctissimos & Deo amantissimos Episcopos qui circa Cyrillum, & Memnonem, sed etiam maxima eos approbatione & coronis dignos existimavimus, solos & primos super alios omnes zelo secundum Deum motos, & undique laborasse ut abscideretur impietatis prædicator Nestorius impiissimus, & Ecclesiæ tali scelere purgarentur. Neque autem nunc patimur prædictorum sanctissimorum Pontificum communione segregari, sed etiam cum eis exilium pati lucrum existimamus egregium. Definitum quoque apud nos est neque recessionis Concilium ad communionem suscipere, sed etiam omnibus vocibus anathematizavimus coram Ecclesia Joannem Antiochenum & qui cum eo sunt, primum quidem pro quibus simul damnare nobiscum impietatis prædicatorem Nestorium non est passus, sed etiam cum eo degentes pro eo facere sermonem nullatenus quieverunt, deinde pro quibus etiam iniquissimum & a regulis alienum conamen contra prædictos sanctissimos Episcopos injuriarum & calumniæ facientes subripere piis Christo amabilium Principum auribus præsumpserunt, cum his autem & eo quod a sensu Nestorii nequaquam recedunt. Propter hæc semel eos omni ecclesiastica communione abscidentes, & omnem sacerdotalem celebrationem amputantes, excommunicavimus, judicii existentes hujus potius etiam ab Ecclesiis, quod absit, recedere quam ad horum ulterius venire communionem, maxime non corrigentes omnia quæ prædicta sunt sua delicta. Insinuamus autem etiam vestræ reverentiæ ut sub æquali eos ordine habeatis. Hæc igitur exoramini religiosissimum & Deo amantissimum Imperatorem, edocentes petere pro universo Concilio restitui nobis eos qui a canonibus nequaquam reprehensi sunt, hoc est, sanctissimos & Deo amantissimos Episcopos Cyrillum & Memnonem, & misereri quoque nostri & ab optima ista conclusione jam revocari, & siquidem digni sumus videre piissimi & Christo amantissimi Principis vultum, hoc permitti facere; si autem indigni hoc judicati sumus, vel ad nostras Ecclesias redeamus, ut non hic interimamur universi, alii quidem languore, alii vero anxietate contumpti. Ne autem fastidium multum imponeremus subscriptionibus contenti fuimus manibus præsidentium. (a)

[b] SESSIO SEXTA. CAP. LII.

Postconsulatu Dominorum nostrorum Flavii Theodosii tertio decimo, & Flavii Valentiniani tertio perpetuorum Augustorum, undecimo Kalendarum Augustarum, quæ est secundum Ægyptios Epiphi vigesima octava, Concilio celebrato in Ephesiorum metropoli secundum sanctionem Deo amantissimorum, & Christo amabilium nostrorum Principum, & residentibus in episcopio Memnonis Deo amantissimis, & Dei cultoribus Episcopis Cyrillo Alexandriæ obtinente etiam locum sanctissimi, & sacratissimi Archiepiscopi Romanorum Ecclesiæ Cælestini, [c] & Arcadio Episcopo & Legato, & Projecto Episcopo & Legato, & Philippo Presbytero & Legato, & Juvenale Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum, & Flaviano Philippensium obtinente etiam locum Rufi Dei cultoris Episcopi Thessalonicensium, & Firmo Cæsareæ Cappadociæ primæ, & Theodoto Ancyræ Galaciæ, ([d] Acacio) Melitinæ Armeniæ, & Acacio Helladæ, & Cyro Aphrodisiadis Cariæ, & Valeriano Iconii, & Palladio Amasiæ Hellesponti, & Hesychio Parii, & Hellanico Rhodi, & Dynato Nicopoleos Epiri veteris, & Euchario Dyrrachii Epiri novæ, & Pervevio [e] Farmalii; & Eudoxio Chomatis Lyciæ, & Silvano Cheretapon Phrygiæ, & Venniano Pergæ Pamphyliæ, & Amphilochio Sidæ, & Epiphanio Cretiæ Honoriadis, & Gregorio Cerasuntis Ponti Polemoniaci, & Senecione Scodrensium, & Iconio Gortynæ Cretæ, & Dalmatio Cyzici, & Docimasio Maroniæ Thraciæ, & Joanne Preconissi, & Daniele Coloniæ secundæ Cappadociæ, & Romano Raphiæ, & Paulinianо Majumæ, & Paulo Antedonis, & Fido Joppæ, & Joanne Sycomazonis, & Theodoro Gadarensis, necnon & Bessulæ Diacono Carthaginiensis, [f] & reliquis residentibus

a *Amicabilia*) Ita codices Colbertinus & Turonensis, quam lectionem adjuvare videtur textus Græcus. Codex Bellovac. & Contius habent *damnabilia*. b *Sessio sexta*) Hæc verba non extant in antiquis exemplaribus, & addita a nobis sunt in gratiam lectorum. Ceterum quæ postea sequuntur usque ad fidem synodi Nicænæ, ea non extant in codicibus Græcis. Nescio autem unde sua acceperit Peltanus, quæ sunt admodum diversa ab his nostris. Sessionem autem hic posuimus pro actione, quia paulo post legitur: *secundum superiorem sessionem*. c *Et Arcadio*) Ista & quæ sequuntur usque ad nomen Juvenalis non habentur hoc loco, apud Marium Mercatorem & in actione prima Concilii Chalcedonensis, ubi sessio ista relecta est, sed post nomina omnium Episcoporum & ipsius Bessulæ Diaconi Carthaginiensis.

d *Acacio*) Deest hoc nomen in libris nostris antiquis. Quia tamen necessarium est, & repetitur hoc loco in actione prima Concilii Chalcedonensis, nos reposuimus. e *Farmalii*) Secuti sumus editionem Concilii Chalcedonensis, quam ejusdem Concilii vetera exemplaria confirmant. Marius Mercator habet *Farmuli*, Codex Colbertinus & Contius *Farmati*, Turonensis *Firmati*. Bellovacensis ista non habet, neque Peltanus.

f *Et reliquis*) Omnium Episcoporum nomina describuntur hoc loco in eadem actione prima Concilii Chalcedonensis & apud Marium Mercatorem.

(a) in Casin. addit. *Juvenalis Episcopus Jerosolymorum subscripsi, Arcadius & Projectus episcopi, & Legati apost. sedis similiter, Philippus presbyter & Legatus apostolicæ sedis similiter*: & statim additur rubricato characte. *Post hanc in Acym. postilla clar. Constantinopoli epistola. Sedentes vestram pietatem multam curam facientes &c. hæc post monumenta Ægyptii & petitiones diversæ Ecclesiis singularum episcopo rum. Europæ*

tibus secundum superiorem sessionem, Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Sancta & magna vestra synodus omnem faciens providentiam rectæ & apostolicæ fidei & dogmatum veritatis, prospiciens autem etiam disciplinæ & Ecclesiarum ordinationi, definitionem protulit, quam etiam præ manibus habentes, si placet vestræ sanctitati, relegimus. *Sancta synodus dixit.* Prolata definitio a sancto hoc & universali Concilio relegatur & inseratur gestis monumentorum.

CAP. I.

Nicæna synodus hanc fidem exposuit.

CREDIMUS in unum Deum patrem omnipotentem, visibilium invisibiliumque factorem, & in unum Dominum Jesum Christum filium Dei, natum ex patre unigenitum, hoc est, ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit & incarnatus est & homo factus est, passus, & resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, venturus judicare vivos & mortuos, & in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & quia ex non existentibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia, dicentes esse aut convertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat apostolica & catholica Ecclesia.

Sanctæ quidem huic fidei omnes consentire convenit. Habet enim pie atque sufficienter ad utilitatem [a] totius terræ. Quia vero aliqui simulant quidem eam se confiteri & consentire, male autem interpretantur sensuum virtutem secundum quod eis placet, & circumveniunt veritatem, filii existentes erroris & nati perditionis, opus fuit necessarium ex sanctis patribus & orthodoxis comparare testimonia quæ satisfacere valeant quemadmodum intellexerunt eam & prædicare confisi sunt, ut palam sit quia omnes rectam & immaculatam habentes fidem sic & intelligunt & interpretantur & prædicant eam. *Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit.* Quoniam præ manibus habemus & codices sanctissimorum & beatissimorum patrum & Episcoporum diversorumque martyrum, elegimus autem ex eis pauca capitula, si placet, relegimus. *Flavianus Episcopus Philippensium dixit.* Etiam hæc lecta gestis inserantur. *Et lecta sunt ita, sicut supra in gestis damnationis Nestorii sunt posita.* (a)

Quibus expletis, Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Secundum sanctionem piissimorum & Christo amabilium Principum Theodosii & Valentiniani congregata in Ephesiorum metropoli ex omni, ut ita dicatur, orbe terrarum sancta hac synodo Deo colendorum Episcoporum ex omnibus sanctissimis Ecclesiis, & residente atque definiente valere firmamque esse fidem expositam per sanctum spiritum a sanctis patribus qui per tempora in Nicæa civitate collecti sunt existentium numero trecentorum decem & octo, & definiente de hoc quo condecebat modo, Charisius quidam nomine Presbyter & [b] dispensator constitutus sanctæ Ecclesiæ Philadelphinæ civitatis asseruit [c] quia quidam ex Lydia oriundi hæretici voluerunt suum quidem errorem relinquere, converti vero ad veritatis lumen & imbui catholicæ Ecclesiæ rectis piisque dogmatibus, & cum deceret [d] eos ad veritatem deduci, deterius sunt decepti; & velut ex fovea ceciderunt in foveam [e] potiorem. Asseruit enim quoniam Antonius & Jacobus Presbyterorum habentes nomina descenderunt a Constantinopoli epistolas habentes [f] commendationis ab Anastasio quodam & Photio hæretico Nestorio tunc adhærentibus, & ipsorum quoque Presbyterorum habentium nomina. Et cum deceret apostolicam & evangelicam traditionem fidei, quam etiam exposuerunt per tempora patres in Nicænam civitatem convenientes, tradi ex errore conversis ad veritatem & ex tenebris ad lumen venire quærentibus, adjicientes enim obtulerunt expositionem quandam dogmatum impiorum velut in ordine symboli compositam, & huic subscribere [g] procuraverunt miseros illos, & in hoc enim [h] modum excedentes impietatis. Pro declaratione vero subtili omnium quæ dicta sunt insertus est libellus oblatus a memorato Presbytero Charisio, & impiæ sectæ illius expositio de incarnatione unigeniti filii Dei, cum subscriptione (b) horum qui sunt decepti.

Sanctissimæ & Deo dilectæ synodo universali quæ in Ephesiorum metropoli congregata est, a Charisio Presbytero, & dispensatore Ecclesiæ Philadelphiæ. Est quidem omnibus sapientibus exoptandum honorem semper decentemque reverentiam spiritalibus maxime patribus & [a]

a *Totius terræ*) In Concilio Chalcedon. *his qui sub cœlo sunt*. Marius Mercator, *totius orbis terrarum*.

b *Dispensator*) Ita omnia vetera exemplaria & Marius Mercator. Versio quæ extat in Concilio Chalcedonensi, *ecnomus*.

c *Quia quidam*) Codex Bellovac. *quosdam ex Lydia oriundos hæreticos voluisse quidem suum errorem deponere*.

d *Eos ad veritatem*) Codex Bellovacensis. *eos qui ad veritatem fuerant deducendi in peiorem transiisse errorem, & tanquam ex fovea in profundiorem foveam excidisse asserunt. Antonium namque & Jacobum nomine tantum presbyterorum habentes officium dicit de Constantinopoli descendisse cum epistolis commendatitiis Anastasii cuiusdam & Photii, qui tunc temporis hæresis Nestorianæ adhærebant, qui & ipsi nomina tantum presbyterorum habebant. Et cum diceret magis apostolicam evangelicamque fidei traditionem, quam etiam patres exposuerunt qui Nicæam convenerunt, eis tradi qui ab errore convertuntur ad veritatem, & qui de tenebris ad lucem cupiunt pervenire, obtulisse nescio quam impressionem dogmatum expositionem tamquam more symboli compositam, eidemque subscribere illos miseros compulisse, & in hoc omnem impietatis excessisse mensuram. Atque ut hæc quæ dicta sunt possint evidenter approbari, infra scripta ed etiam libellus oblatus a memorato presbytero Charisio, & impiæ illius nefandæque fidei expositio de incarnatione filii Dei, cum subscriptione etiam illorum qui decepti sunt.*

e *Potiorem*) Ita codices Colbertinus & Turonensis. Contius habet *peiorem*, Concilium Chalcedonen. *majorem*.

f *Commendationis*) Hæc etiam lectio est codicum Turonensis & Colbertini. Bellovac. & Contius scribunt *commendatitias*. Ita etiam in Concilio Chalcedonensi.

g *Procuraverunt*) Contius, *protulerunt*. Ita etiam idem Concilium Chalcedonense.

h *Enim*) Pro *etiam*, ut alibi diximus supra.

(a) in Casin. post hæc verba reperuntur omnia testimonia patrum per extensum incipiendo ab illo. Petri sanctissimi episcopi & martyris ex codice deitatis, quoniam & vere &c. Admonendi sunt etiam lectores, testimonia Attici, & Amphilochii, quæ supra in eo codice tantum indicata fuerant hic per extensum poni.

(b) in Casin. *& impia secta ejus*. Tum rubricato charactere scribitur: expositio ..... *decepti*.

& [a] præceptoribus distribuere. Si vero contigerit ut ii qui docere debent, ea discipulis de fide garriant quæ aures [b] omnium mentesque possint lædere, necesse est ordinem commutari, & eos qui perverse docere contendunt, [c] a minoribus redargui. Et quoniam unus horum est Nestorius, qui fructus vanæ gloriæ suæ decerpsit, quique de fide Christiana nefandissime sentiens & docens sæpe quæ eum docere non decuit, omnem pene orbem terrarum turbavit, ita ut etiam piissimi Principes censere cogerentur vestram sanctitatem convenire & rectæ fidei dogmata confirmare, quod etiam sua clementia Dominus Deus indulsit, ut propter causam supradictam vos omnes huc, patres sanctissimi, [d] conveniatis, hujus rei gratia ego ad vestræ sanctitatis genua provolutus adfirmo quod non solus ipse, verum etiam impietatis ejus participes Anastasius & Photius Presbyteri eandem etiam in aliis civitatibus fidem [e] nefandam disseminare cupientes, Jacobo cuidam sui simili favorem præstiterunt & præstant, ad colloquii societatem adhibentes eum [f] & ad mensam; quem etiam per literas tanquam orthodoxum religiosissimis Lydiæ Episcopis commendarunt, [g] qui talia committit quæ sanctitatem omnium vestrorum hæc cognoscentem commoveant ut regularem in eum pœnam & ei faventes inferatis. Nam cum Philadelphiam civitatem Lydiæ advenisset, simpliciores quosdam decepit Clericos, & illa fide spreta quam patres Nicææ ediderunt, symbolo alterius fidei immo perfidiæ subscribere compulit. Et hoc illi simplicitate sua fecerunt & subscripserunt hoc modo: *Huic rectæ fidei* [h] *consentimus.* Quæ expositio hæreticæ blasphemiæ plenissima est cum subscriptione eorum quibus subreptum est; quæ rogo ut coram vestra sanctimonia recitetur, ut intelligatur quomodo illi rectam fidem evertere sint conati, necnon & literæ supradictorum, per quas Jacobum quidem hæreticum, qui talia ausus est perpetrare, orthodoxum esse testantur, me vero tanquam hæreticum a communione ac ministerio summoverunt pietatis dogmata [i] sequentem; sicut in subditis apparebit. Namhis recitatis sanctitas vestra comperiet qualia sint ea quæ illi adversum rectam fidem scelera commiserunt, quæ per vestram sanctitatem Deus penitus destruet.

Charisii Presbyteri confessio fidei.

CREDO in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem, & in unum Dominum Jesum Christum filium ejus unigenitum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, ejusdem cum patre substantiæ, qui propter nos & nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est ex sancta virgine, homo factus est, crucifixus est pro nobis, mortuus est, surrexit tertio die, ascendit in cœlos, inde venturus est judicare vivos & mortuos, & in spiritum veritatis [k] paracletum, similis substantiæ cum patre & filio, & [l] in sanctam catholicam Ecclesiam, & in resurrectionem mortuorum, & in vitam æternam. *Et alia manu.* Ego Charisius obtuli libellum sicut supra scriptum est, & subscripsi manu mea.

Exemplar expositionis [m] *symboli transformati.*

[n] Qui vel nunc primum eruditi ecclesiasticorum dogmatum scientiam, vel ex quolibet hæreticorum errore ad veritatem desiderant commigrare, eos dicere convenit & confiteri quod credimus in unum Deum patrem æternum, qui neque postea cœpit esse, sed antea & semper erat Deus, neque postea factus est pater, quia semper erat & Deus. Credimus autem & in unum filium Dei unigenitum ex substantia patris, ut vere filium ex substantia ejus

a *Præceptor. distribuere*) Codex Bellovacensis. *præceptoribus simpliciter deferre*. Concilium Chalcedon. *patribus & discipulis exhibere*. b *Omnium*) Hæc est lectio codicis Turonensis, & Colbertini, tum etiam Concilii Chalcedonensis & Marii Mercatoris. Bellovacensis & Contius habent *hominum*. Sed istam lectionem non admittit textus Græcus, in quo scriptum est ἀνθρώπων. Notum est, autem voces *omnium* & *hominum* frequenter permutari in antiquis libris, ut observatum a nobis est in Notis ad Capitularia.

c *A minoribus redargui*) Ita etiam Concilium Chalcedonense. Codex Bellovac. *a discipulis magis redargui*. *Et quoniam inter eos est Nestorius numerandus, qui fructus opinionis suæ male disserens, qui de fide Christi nefandissime sentiens & docens semper quæ eum docere non decuit, omnem pene orbem terræ turbavit, adeo ut etiam piissimi Princ. cons. cog. huc. ve. sanctam synodum convenire*. Mercator, *a discipulis*.

d *Conveniatis*) Ita omnia vetera exemplaria. Contius habet *convenietis*.

e *Nefandam*) Ita etiam vetera exemplaria, cum apud Contium scriptum sit *nefandissimam*.

f *Et ad mensam*) Codex Bellovac. & *mensa*. Ita etiam Marius Mercator.

g *Qui talia committit*) Item codex Bellovac. *qui talia amittit quæ sanctitatem vestram, si ea cognoverit, commendabunt justos in eum & compescentes pœnas afferre, necnon etiam in eos qui ei patrocinantur & favent*.

h *Consentimus*) Codex Bellovac. *assentimus*. Marius Mercator, *adsentimus*. Concilium Chalcedonense, *adquiescimus*. i *Sequentem*) Ita etiam Concilium Chalcedonense. Codex Bellovac. & Marius Mercator, *retinentem*. k *Paracletum*) Ita codices Colbertinus & Turonensis & Contius. Bellovacensis habet *paraclitum*. Concilium Chalcedon. & Mercator, *parasitum*.

l *In san. Catholicam*) Codex Bellovacensis & *sanctam catholicam Ecclesiam, & resurrectionem mortuorum & vitam æternam*. Concilium Chalcedon. & *sanctam catholicam Ecclesiam, in resurrectione mortuorum, in vita æterna*. Sed ista lectio non congruit cum textu Græco. Mirum est autem, Græcos fere semper ita scripsisse, ut videre est in symbolis quæ extant in collatione sexta Quintæ synodi, & in actione XVIII. sextæ. Immo ipsi quoque Latini ita scripsisse reperiuntur. Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos: *Præterea cum solemne sit in lavacro post trinitatis confessionem interrogare: Credis in sanctam Ecclesiam?* Etherius Oxomensis edens fidei suæ professionem, symbolumque ex Ephesina synodo describens, ait se credere *in unam catholicam atque apostolicam Ecclesiam*. Paschasius Diaconus lib. 1. de Spiritu sancto cap. 1. adversus Macedonii hæresim disputans, ait: *Credimus Ecclesiam quasi regenerationis matrem, non in Ecclesiam credimus quasi in salutis auctorem*. Theodulfus Aurelianensis in libro de ordine baptismi cap. 7. *Credant etiam sanctam Ecclesiam catholicam, id est, universalem, non in sanctam Ecclesiam, ut credentes in trinitatem*. Erasmus in colloquio de fidei inquisitione, *Credis in sanctam Ecclesiam?* Resp. *Non*. Alter ait: *Quid ais? Non credis?* Puer respondet: *Credo sanctam Ecclesiam quæ est corpus Christi*. m *Symboli transformati*) Apud Marium Mercatorem vocatur *symbolum Nestorianum*, & in Concilio Quinto collat. IV. *scleratum symbolum impii Theodori*: quod pluribus verbis confirmatur in collatione sexta & a Mario Mercatore. Facundus tamen lib. 3. cap. 2. negat id verum esse. Vide Allatium in Vindiciis synodi Ephesinæ cap. 17.

n *Qui vel nunc*) Codex Bellovacensis. *Quisquis vel nunc primum institutus eccles. doc. scientia, vel ex quolibet hæ. errore ad ver. desiderat commigrare, eum*. Sic etiam apud Marium Mercatorem in gestis synodi Ephesinæ contra Nestorium. Concilium Chalcedonense. *Eos qui nunc in primis imbuuntur ecclesiastici dogmatis diligentia, aut ex aliquo volunt hæretico errore ad veritatem converti, doceri & confitigi oportet*.

ejus cujus est & esse creditur filius. Et in spiritum sanctum qui est ex Dei substantia, qui non est filius, sed Deus per substantiam, utpote ejusdem substantiæ cujus est Deus & pater, ex quo est per substantiam. Nos enim, inquit Apostolus, non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ab omni quidem creatura eum separans, [a] Deo vero conjungens, ex quo est per substantiam præcipua quadam propriaque ratione præter omnem aliam creaturam, quam non ex substantia [b] sed causa creationis a Deo credimus factam; & neque filium putamus, neque per filium essentiam accepisse. Confitemur autem ipsum per se [c] patrem perfectum in sua persona, & filium simili modo, & item spiritum sanctum, salva manente nobis ratione pietatis, ut patrem & filium & spiritum sanctum non tres diversas substantias esse credamus, sed unam eandemque [d] divinitatem cognoscendam. Scire autem convenit etiam de dispensatione quam pro nostra salute in Domino Christo Dominus Deus implevit, quod Deus verbum hominem perfectum adsumpsit ex semine Abraham & David juxta prædicationem sanctarum scripturarum [e] hoc naturaliter existentem quod & illi fuerunt ex quorum semine ortus est, [f] hominem perfectum ex anima rationali & carne [g] consistentem humana; quem hominem secundum nostram naturam spiritus sancti virtute in vulva virginis fictum, factumque ex muliere, factum sub lege, ut omnes nos a servitute legis redimeret, & [h] consequeremur adoptionem quæ est olim repromissa, ineffabiliter sibi conjunxit, & mortem quidem experiri more hominum fecit, suscitavit vero a mortuis, & evexit in cœlos, & sedere fecit ad dexteram Dei. Unde & cum sit supra omnem principatum & potestatem & dominationem & supra omne nomen quod nominatur, non tantum in hoc sæculo, sed etiam in futuro, ab omni creatura suscepit adorationem, tamquam inseparabilem ad divinam naturam habens conjunctionem relatione Dei & sensu, omni creatura adorationem ei retribuente. Et neque duos dicimus filios, neque duos Dominos: quoniam unus est filius per substantiam Deus verbum unigenitus filius patris, cui iste conjunctus est & participatur filiatione, filiique appellatione & honore communicat. Nam Dominus per substantiam est Deus verbum, iste conjunctus honore communicat. Et propterea neque duos dicimus filios, neque duos Dominos: quia cum sit manifestus is qui est per substantiam Dominus & filius, inseparabilem habens cum eo conjunctionem, hic quoque qui pro salute nostra assumptus est [i] conrefertur, id est, [j] [illegible], in nuncupatione filii & Domini, non quemadmodum unusquisque nostrum, qui [k] per ipsum filius est, (unde & multos filios juxta beatum dicimus Paulum) sed [l] solus habens præcipuam conjunctionem ad Deum Verbum, [m] filiationis dominationisque effectus particeps, adimit quidem opinionem duorum filiorum & Dominorum, [n] præbet autem nobis in conjunctione quæ ad Deum verbum est omnem habere de eo [o] fidem & intellectum & contemplationem, pro quibus & adorationem Dei relatione ab omni suscepit creatura. Unum igitur filium dicimus & Dominum Jesum Christum, per quem omnia facta sunt, [p] principaliter quidem Deum verbum intelligentes, qui est per substantiam filius Dei & Dominus, [q] coopinantes autem quod assumptum est Jesum de Nazareth, quem unxit Deus de spiritu sancto & virtute, tamquam in conjunctione ad Deum verbum filietatis dominationisque participem, qui etiam secundus Adam juxta beatum Paulum vocatus, utpote ejusdem quidem [r] naturæ consistens cujus Adam, demonstrans autem nobis statum futurum, & qui tantam ab illo habet differentiam quanta debet esse inter eum qui [s] futuræ vitæ ineffabilia bona subministrat & inter illum qui præsentium malorum dedit initium. Simili modo etiam secundus homo vocatur, tamquam secun-

---

a *Deo vero*) Hæc est lectio codicis Bellovacensis & Marii Mercatoris, quam etiam confirmant acta Concilii Chalcedonensis & Quintæ synodi. Male igitur codices Colbertinus & Turonensis, in quibus scriptum est *tu vero conjungens*. Pessime Contius, qui habet. *Tu vero conjuge*. b *Sed causa creationis*) Codex Bellovacensis: *sed ex causa operationis*. Ita etiam apud Marium Mercatorem.

c *Patrem perfectum*) Hunc locum laudat Facundus lib. 3 cap. 5. ubi, pro eo quod isthic legitur *& item spiritum sanctum*, habetur *& spiritum sanctum iisdem*, manifesto errore. Quare vera est doctissimi viri Jacobi Sirmondi conjectura, qui suspicatur *itidem* legi debere apud Facundum. In Concilio Chalcedon. *identidem*.

d *Divinit. cognoscendam*) Codex Bellovac. *similitudinem deitatis*. Eandem versionem exhibet etiam Marius Mercator. Vetus versio quæ extat in Concilio Quinto habet, *eandem naturam deitatis cognoscentes*.

e *Hoc natur. existentem*) Codex Bellovac. *ejusque natura cujus & illi fuerunt ex quorum*. Marius Mercator: *ejus natura cujus & illi fuerunt*. Vetus versio quæ extat in Concilio Quinto: *hoc constitutum natura quod erant illi*. f *Homine perf.*) Idem codex Bellovac. *hominem extitisse perfectum*.

g *Consistentem*) Codex Bellovac. & Marius Mercator, *compositum*: *quem hominem nostra natura consimilem spir. sa. virtute*. h *Consequeremur*) Marius Mercator, *consecutos*. Codex Bellovac. *consecutus*. In Concilio V. *recipientes*. Concilium Chalcedon. *accipientes*.

i *Conrefertur*) Ita vetera exemplaria, Marius Mercator, Concilium Chalcedonense, & Contius. In Concilio Quinto legitur: *cum illo honorem & nominationem filii & Domini habet*. At in alio loco idem Marius Mercator habet: *conrefertur tam nuncupationi quam honori & filii & Domini*.

k *Per ipsum*) Codex Bellovacensis & Marius Mercator legunt *per se ipsum*. Atque ita etiam habetur in Concilio Quinto. Concilium Chalcedon. *secundum se ipsum*.

l *Solus habens*) Marius Mercator, *solus id habens*. Codex Bellovac. *solus id habens*.

m *Filiationis*) Marius Mercator, *filietatis*. Codex Bellovac. *adoptionis etiam*. Sed in Concilio V. legitur *filiationis*. n *Præbet*) Bellovac. *facit autem nos conjunctionem ea quæ ad Deum*. Apud Marium Mercatorem *præstat*. Sic etiam in Concilio Chalcedonensi. o *Fidem & intellectum*) Concilium Chalcedon. *fidem & intelligentiam & theoriam*. Codex Bellovac. *fidem & opinionem, pro qua & venerationem utpote Dei relatione ab omni consequitur creatura*. Ita etiam Marius Mercator. Sed idem alibi ita vertit: *Ob hoc & venerationem ex Dei societate ab omni percipit creatura*. p *Principaliter*) Marius Mercator & codex Bellovac. *primitus*. q *Coopinantes autem*) Codex Bellovacensis: *Deinde inducentes etiam assumptum filium de Nazareth*. Ita etiam Marius Mercator. At idem alibi alter: *nos autem etiam cogitantes eum qui susceptus est Jesum a Nazareth*. Concilium Chalcedon. *conjunxit autem assumptum Jesum a Nazareth*. Concilium Quintum: *Deinde simul mente accipientes assumptum Jesum, qui est de Nazareth*.

r *Naturæ consistens*) Codex Bellovac. *ejus quidem natura qua Adam*. Marius Mercator: *ejusdem quidem naturæ qua Adam*. Idem alibi: *tamquam ejusdem sit natura cujus est Adam*. Chalcedon. *ejusdem naturæ constitutus cujus Adam*. Concilium V. *ejusdem quidem naturæ constitutus Adam*.

s *Futuræ vitæ*) Codex Bellovac. *futura status ineffabilia bona subministrat*. Ita etiam Marius Mercator. Concilium Quintum: *ineffabilia præbet futuri status bona*. Vide Concilium Chalcedonense.

secundum statum nobis demonstrans: quoniam quidem prioris status princeps fuit Adam illius mortalis & passibilis & omnium dolorum plenissimi, in quo etiam similitudinem ipsius accepimus. Secundum vero monstravit nobis Dominus Christus, qui de cœlis in futuro apparens omnes nos in communionem habebit suam. *Primus enim homo*, inquit, *de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis*, hoc est, inde venturus, ut nos omnes ad imitationem sui perducat. Unde infert: *Qualis terrenus, tales etiam terreni, & qualis cœlestis, tales etiam cœlestes. Et sicut portavimus imaginem terreni, portemus etiam imaginem cœlestis.* In isto quippe qui apparet & visibilis est, horum qui judicandi sunt occulta & invisibilis faciet judicium divina natura. Tempora enim ignorantiæ nostræ despiciens Deus nunc adnuntiat hominibus ut omnes pœnitentiam agant, eo quod statuit diem in qua judicaturus est orbem [a] in viro quem statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis. Hæc est ecclesiasticorum dogmatum assertio; & quisquis contra hæc credit, anathema sit. [b] Quisquis non accipit salutarem pœnitentiam, anathema sit. Quisquis sanctum diem Paschæ non facit juxta sanctionem sanctæ catholicæ Ecclesiæ, anathema sit.

Et subscriptio eorum qui decepti sunt.

Budius Vinici Philadelphius [c] Quatordecimanus agnovi veram fidem orthodoxiæ, & rogavi sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessi ad sanctam catholicam Ecclesiam. Et anathematizo omnem hæresem, & maxime Quartodecimanorum, in qua ante errabam, & consentio suprascriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans & eos qui non faciunt sanctum diem paschæ juxta morem sanctæ catholicæ atque apostolicæ Ecclesiæ, jurans per sanctam & homousion trinitatem & per pietatem & victoriam Dominorum nostrorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et recitatæ mihi expositioni subscripsi per [d] Hesychium Philadelphium curialem, eo quod literas nescirem.

Vide infra in interpretatione Marii Mercatoris.

Similiter subscripserunt & hi. Hesychius [e] Gerdanepi Philadelphens curialis Quartodecimanus, Rufinus Philadelphens Quartodecimanus, Eugenius Philadelphens Quartodecimanus, Faustinus laicus Dispbiladelphens Quartodecimanus, Damalius & Alexander per manum Euprepii Diaconi, Flavius Memphidianus Philadelphens scholasticus, Polychronius Tatiani Philadelphens per manus Flavii Hesychii Cerdali Philadelphiæ. Eustathius Marcelli Philadelphens aurifex, Eutychius Philadelphens, Stratonicus Ammonii Philadelphens, Theoditus & Alexander Philadelphens per ipsum Alexandrum, Marinus Evechi per manum Neorii Lectoris, Padicius Philadelphens, Cyrianus Philadelphens de hæresi Novatianorum, [f] Auxonius Philadelphens nauta, Diomedes habitans in vico Caccaba, Julianus Philadelphens, Eutychius de vico Aulacis primus Thessarescadecatitarum, Patricius Presbyter de vico Paradioxyli per manum Maximi, Zeno Chorepiscopus Pithatæ Quartodecimanus similiter.

His igitur recitatis, decrevit sancta synodus aliam fidem nulli licere proferre vel conscribere vel componere præter illam quæ definita est a sanctis patribus qui Nicæam per spiritum sanctum convenerunt. Illos vero qui audent fidem aliam vel componere vel proferre volentibus converti ad agnitionem veritatis, sive ex gentilitate, sive ex Judaismo, sive ex alia qualibet hæresi, si Episcopi fuerint aut Clerici, alienos esse Episcopos ab episcopatu & Clericos a [g] clero; si vero laici sunt, [h] anathematizari. Simili modo si qui deprehensi fuerint, sive Episcopi, sive Clerici, vel laici, vel credentes vel docentes ea quæ scripta sunt in expositione quæ a Charisio Presbytero prolata est de incarnatione unigeniti filii Dei, aut certe scelerata & perversa Nestorii dogmata, quæ etiam [i] subjecta sunt, eos [k] subjacere sanctæ & universali synodo, ita ut sit palam Episcopum quidem alienum fore episcopatu & deponendum, Clericum vero a clero similiter summovendum; si vero laicus sit; eum fore anathema, sicut supra dictum est. (*a*)

Ex codice ejusdem Nestorii quaterniane septimo decimo in dogmate.

Cum igitur divina scriptura dicit aut nativitatem Christi quæ ex Maria virgine est, aut mortem, nusquam videtur ponens *Deus*, sed aut *Christus*, aut *filius*, aut *Dominus*; quoniam hæc tria naturarum sunt significativa duarum, aliquando quidem hujus, aliquando autem illius, aliquando autem hujus & illius. Quale quod dico. Quando ex virgine nativitatem nobis scriptura exponit, quid dicit? *Misit Deus filium suum*. Non dixit: *Misit Deus verbum*; sed

a *In viro*, Ita Marius Mercator. Codex Colbertinus & Turonensis habent *in virum*. Bellovacensis mutilus est in hoc loco. In Concilio V. legitur *statuit diem quo judicet de orbe terrarum in æquitate in viro cui constituit fidem præstare*. Marius Mercator alibi: *statuit diem in qua judicaturus est orbem terrarum in justitia, in viro in quo definivit*. Quæ lectio melior est. Vide cap. 12. Actor. & Concilium Chalcedonense.

b *Quisquis non accipit*) Integra ista sententia deest in codice Colbertino & in Turonensi & in editione Contii. Sed eam exhibent Marius Mercator & codex Bellovacensis: extatque etiam in Græco & in Concilio Chalcedonensi.

c *Quartodecimanus*) Loco illius vocis, quæ reperitur in Concilio Chalcedonensi, apud Contium, & in codicibus Colbertino & Turonensi, Bellovacensis & Marius Mercator scribunt *Tessarescadecatitor*.

d *Hesychium Philadelp.*) Hæc est lectio codicis Turonensis & Contii. In Bellovacensi legitur *Esychum Flavium curialem*. Quo etiam modo habetur in Græco. Apud Mercatorem in codice Bellovac. *Esychum Fil curialem*. In Concilio Chalcedonensi, *Flavium Isichium Filadelphia principalem*. Ex quo interim loco discimus eosdem fuisse curiales & principales. Peltanus vertit *senatorem*.

e *Gerdanepi*) Ita codex Bellovac. & Marius Mercator, quibus consentit & textus Græcus. Colbertinus, Turonensis, & Contius habent *Cordama*. Concilium Chalcedon. *Cerdanepiensis*.

f *Auxonius*) Ita Contius & codices Colbertinus & Turonensis, & textus Græcus. Ita etiam in Concilio Chalcedonensi. In libro Bellovacensi & apud Marium Mercatorem legitur *Eusevius*.

g *Clero*) Codex Bellovac. *clericatu*. Item paulo post. Ita etiam in Concilio Chalcedonensi.

h *Anathematizari*) Idem codex & Concilium Chalcedonense, *anathema esse*.

i *Subjecta*) Idem codex, *suprascripta*. Concilium Chalcedon. *subnixa*.

k *Subjacere*) Bellovac. *subjacere sententiæ sanctæ & universalis synodi, ita ut sit perspicuum Episcopum*.

(*a*) Quæ hic sequuntur usque ad subscriptiones Patrum alieno in loco positæ esse videntur, ac desunt in vetustissimo MS. Cod. Veronensi, quem Bellovacensem collectionem integram repræsentare Ballerini censent.

sed accepit nomen quod pronuntiat naturas duas. Quoniam enim filius homo est & Deus, dicit: *Misit Deus filium suum factum ex muliere*; ut cum audieris factum ex muliere, deinde cognoveris nomen propositum quod indicat naturas duas, nativitatem quæ ex beata virgine est filium quidem voces, filium enim genuit Dei, etsi Christi genitrix virgo. Sed quoniam filius Dei duplex est secundum naturas, non genuit quidem filium Dei, sed genuit humanitatem quæ est filius propter conjunctum filium.

[a] *Sequuntur hic etiam alia exempla Nestorii usque ad ultimum*, [b] *sicut in gestis ejus damnationis sunt posita. Quibus* [c] *expletis, subjunctum.*

Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit: Ecce palam in his ait quia ante eum nullus doctorum hæc locutus est populis. *Et subscriptio.*

Cyrillus Episcopus Alexandriæ subscripsi pronuntians cum sancta synodo.

(*a*) [d] Arcadius Episcopus & Legatus sedis apostolicæ subscripsi pronuntians cum sancta synodo.

Juvenalis Episcopus Hierosolymitanus subscripsi pronuntians cum sancta synodo.

Projectus Episcopus & Legatus sedis apostolicæ subscripsi pronuntians cum sancta synodo.

Flavianus Episcopus Philippensium subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo.

Philippus Presbyter sedis apostolicæ & Legatus subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo.

Firmus Episcopus Cæsareæ subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo.

Memnon Episcopus Ephesi subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo.

[e] Acacius misericordia Dei Episcopus Melitinorum consentiens sanctæ synodo in suprascripta sententia subscripsi.

Theodotus Episcopus Ancyræ consentiens sanctæ synodo in suprascripta sententia subscripsi.

Palladius gratia Christi Episcopus Amasenorum consentiens sanctæ synodo in suprascripta sententia subscripsi.

Amphilochius Episcopus Sydæ subscripsi pronuntians una cum sancta synodo.

Iconius Episcopus Cretæ subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo.

A Daniel Episcopus Coloniæ subscripsi simul cum sancta synodo.

Perigenes Episcopus Corinthi subscripsi pronuntians simul cum sancta synodo.

Berinianus Episcopus Pergeorum metropoleos subscripsi per Timotheum Presbyterum.

Severus Episcopus Synnadon subscripsi.

[f] Reginus Episcopus Constantiæ Cypri subscripsi.

Herenianus Episcopus Myron subscripsi.

Valerianus Episcopus Iconii subscripsi.

Pius Episcopus Pisiniorum metropoleos subscripsi.

Nestorius Episcopus [g] Spon subscripsi.

Aphovius minimus Episcopus [h] Colvæ subB scripsi.

[i] Phocus Episcopus civitatis quæ est in Thiatireno subscripsi.

Paulus Episcopus Daldianorum subscripsi.

Limenius Episcopus civitatis Setenorum subscripsi.

Dorotheus Episcopus civitatis Myrenes subscripsi.

Theodorus Episcopus Attaliæ subscripsi.

[k] Aplothonetus minimus Episcopus Heracleotarum [l] Lamphespoleos subscripsi.

Pius Episcopus Pisinorum metropoleos subscripsi.

Cyrus minimus Episcopus Aphrodisiados subscripsi.

C Meonius Episcopus Ecclesiæ quæ est Sardidus Lydiæ subscripsi.

Hellanicus Episcopus Rhodi subscripsi.

Dalmatius Episcopus Cyzici subscripsi.

Aristonicus Episcopus Leodicæ subscripsi.

Paralius Episcopus Andrapon subscripsi.

Olympius Episcopus Claudiopoleos subscripsi per Episcopum Epiphanium & Theosebium.

Dynatus Episcopus Nicopoleos Epiri subscripsi.

Domninus Episcopus civitatis Cotiajo subscripsi.

Eustachius Episcopus civitatis Docimi subscripsi.

Epiphanius Episcopus civitatis Gratiæ subD scripsi.

Gregorius Episcopus [m] Cerasuntis civitatis subscripsi.

Helladius Episcopus Adramytti subscripsi.

Anysius Episcopus civitatis Thebarum Græciæ subscripsi.

Dom-

---

a *Sequuntur*) Ista & subscriptiones sequentes non extant in exemplaribus Græcis, & in editiones Conciliorum translata sunt ex antiqua versione, sed verbis mutatis.

b *Sicut in gestis*) Id est, supra.

c *Expletis*) Male in tomis Conciliorum, *exemplis*, quæ lectio sumpta est ex editione Contii.

Arcadius) Observa hoc loco ordinem subscriptionum. Primo loco subscribit Cyrillus Alexandrinus, tum unus Legatorum Sedis apostolicæ, deinde Juvenalis Hierosolymitanus, & post eum alius Legatus apostolicæ sedis, postea Flavianus Philippensis, denique tertius ejusdem apostolicæ sedis Legatus. Post quos sequuntur alii Episcopi.

e *Acacius*) Istius & sequentium Episcoporum subscriptiones omissæ sunt in editionibus Concilii Chalcedonensis, quæ tamen extant integræ in antiquis ejusdem Concilii exemplaribus, sed mutato ordine.

f *Reginus*) Hanc subscriptionem non habent codices Colbertinus & Turonensis. Non extat item in editione Contiana. Habetur tamen in libro Bellovacensi & in antiquis exemplaribus Latinis Concilii Chalcedonensis.

g *Spon.*) Ita vetera exemplaria & editio Contii. Vetera exemplaria Concilii Chalcedonensis habent *Sionensis*. Marius Mercator, *Sponsus*.

h *Colvæ*) Idem Concilium, *Coloensis*.

i *Phocus*) Idem Concilium, *Diesco Episcopus entyatherena civitatis*, Marius Mercator, *Phoscus*.

k *Aplothonetus*) Ita exemplaria nostra & editio Contii. At in codice Joliano Concilii Chalcedonensis scriptum est *Adonitus*, in Corbejensi *Aptonitus*. Apud Marium Mercatorem, *Aphonetus*.

l *Lamphespoleos*) Ita rursum eadem exemplaria & Contius, tum etiam Marius Mercator. In codice Joliano Concilii Chalcedon. *provincia Lapsi*, in Corbejensi *civitatis Lampi*.

m *Cerasuntis*) Ita Contius. Codex Bellovac. *Carasuntis*, Turon. *Casorountis*, Marius Mercator *Casarasumitis*. Concilium Chalcedon. *Carasuntinus*.

(*a*) Cod. Casin. hoc ordine exhibet subscriptiones: *Cyrillus*, *Arcadius*, *Juvenalis*, *Projectus*, *Philippus presbyter Sedis apostolicæ & locum ejus tenens subscripsi &c. Flavianus &c.* Hinc apparet animadversionem Baluziivanam esse.

Domninus Episcopus civitatis [a] Opulentis subscripsi.

Callicrates Episcopus civitatis [b] Naupacti subscripsi.

[c] Niceas Episcopus civitatis Megarensium subscripsi.

Callinicus Episcopus Apamiæ subscripsi.

Petrus Episcopus minimus civitatis Prusæ subscripsi.

Eutrepius Episcopus civitatis [d] Vizes subscripsi.

Dio Episcopus civitatis Thebarum subscripsi.

Perrebius Episcopus saltuum Thessalonicensium subscripsi.

Paulus Episcopus civitatis Antedonis subscripsi.

Theodorus Episcopus civitatis [e] Aninensiorum subscripsi.

Eusebius Episcopus Heracliæ subscripsi.

Joannes Episcopus Lesviselenicatorum subscripsi.

Theonas Episcopus civitatis Hierbæ subscripsi.

Senecion Episcopus Codrinæ civitatis subscripsi.

Tribonianus Episcopus Ecclesiæ quæ est Primopoli subscripsi.

Martyrius Episcopus civitatis Illistron subscripsi.

Nesius Episcopus Coribrasi subscripsi.

Acacius Episcopus civitatis Cothenon subscripsi.

Ablabius Episcopus civitatis Amorii subscripsi.

Heracleon, qui & Theophanius, Episcopus Trallion subscripsi.

Philippus Episcopus [f] Pergami subscripsi.

Daphinus Episcopus civitatis Magnesiæ Mæandri subscripsi.

Eusebius Episcopus civitatis Magnesiæ Sipyli subscripsi.

Andericus Episcopus Minimus [g] Cherronensis subscripsi.

Paulus minimus Episcopus civitatis Lampenæ subscripsi.

Eutropius Minimus Episcopus civitatis [h] Evazon subscripsi.

Severus minimus Episcopus provinciæ Pisidiæ civitatis Sozopoleos subscripsi.

Silvanus Episcopus civitatis Cheretapon subscripsi.

[i] Commodus minimus Episcopus civitatis Diocletianorum subscripsi.

Constantius Episcopus civitatis Diocletianorum subscripsi.

Philetus minimus Episcopus Amizonis subscripsi.

Spudasius minimus Episcopus Cerami subscripsi.

Docimasius Episcopus civitatis Maroniæ subscripsi.

Enepius Episcopus civitatis Maximianopoleos subscripsi.

Euthalius Episcopus civitatis Colophoniæ subscripsi.

Lucianus Episcopus civitatis Toroperi subscripsi.

Rufinus Episcopus civitatis Gaborum subscripsi.

Romanus Episcopus civitatis Raphiæ subscripsi.

Fidus Episcopus [k] Præ subscripsi.

Hesychius Episcopus civitatis Paros subscripsi.

Timotheus Episcopus civitatis Thermei & Eudociados subscripsi.

Eucharius Episcopus civitatis Dyrrachii subscripsi.

Evagrius Episcopus civitatis Solorum Cypri subscripsi.

Nectarius Episcopus civitatis Casorum subscripsi.

Agathocles civitatis Coroniæ subscripsi.

Joannes Episcopus Sycamazonis subscripsi.

Ædesius Episcopus Sydorum subscripsi.

Secundianus Episcopus civitatis Lamiæ subscripsi.

Nunnecius Episcopus civitatis Selgæ subscripsi.

Maticianus Episcopus Choracesii subscripsi.

Cyrillus Episcopus [l] Cœlorum subscripsi per manum Hellesponti Presbyteri.

Sapricius Episcopus Paphi Cypri subscripsi.

Themestius minimus Episcopus civitatis Hiasis subscripsi.

Pomatius minimus Episcopus civitatis Alindorum subscripsi.

Eudoxius Episcopus civitatis Chomatis Paleas subscripsi.

Libanius Episcopus civitatis Paleaspoleos subscripsi.

a *Opulentis*) In vulgatis editionibus *Opuntis*: quod fortasse melius est. Nam in Concilio Chalcedonensi legitur *Opuntinus*. b *Naupacti*) Hæc est lectio veterum exemplarium Græcorum, & editionum, quam confirmat antiqua versio Concilii Chalcedonensis. Codices Colbertinus & Turonensis & Contius habent *Prusæ*, Bellovacensis *Megarensium*, Marius Mercator *Magnerensium*.

c *Niceas*) Istius & duorum sequentium Episcoporum subscriptiones desunt in editione Contiana & in Colbertino & Turonensi codicibus. Additæ sunt ex Bellovacensi, & ex Concilio Chalcedonensi. Itaque hinc ortæ sunt variæ lectiones superiorum subscriptionis. d *Vizes*) Marius Mercator, *Byzes*; Concilium Chalcedonense, *Buzensis*. In Græco editum est, Βίζυς. Sed codex 524. bibliothecæ regiæ habet Βίζος.

e *Aninensior.*) Ita codices Colbertinus & Turonensis. Bellovac. *Annesiorum*. Marius Mercator, *Aninesiorum* quæ lectio congruit cum textu Græco. Male Concilium Chalcedonense, *Magnesi*.

f *Pergami*) Hæc est lectio Concilii Chalcedonensis, Marii Mercatoris & vulgatarum editionum. In antiquis codicibus legitur *Permami*, apud Contium *Permamissur*: quod idem est. Posterior enim syllaba pertinet ad vocem *subscripsi* quæ sequitur. g *Cherronensis*) Ita Codex Bellovacensis. Turonensis habet *Cacronensis*, Marius Mercator *Cheronensis*, editiones *Cnersonesi*, Contius *Coronensis*, Concilium Chalcedon. *Coronisensis*.

h *Evazon*) Ita Marius Mercator. Editiones *Evazorum*, Codex Bellovac. *Ebazon*, Turon. *Sabazon*, Contius *Sebason*. i *Commodus Diocletianor.*) Ita vetusti codices Colbertinus, Turonensis, & Bellovacensis, tum etiam Contius. Verum quoniam statim sequitur Constantius Episcopus civitatis Diocletianorum, melior videri potest lectio quæ extat in Concilio Chalcedonensi, apud Marium Mercatorem, & in vulgatis editionibus Conciliorum, ubi Commodus dicitur Episcopus Tripolitanus. Ceterum hoc loco, nimirum post nomen Constantii Episcopi Diocletianopolitani, in codicibus Colbertino, Turonensi, & Bellovacensi repetuntur subscriptiones Nestorii Sponensis, Aphobii Colvæ, Phoci Thyatiron, Pauli Daldianorum, Limenii Setennorum, Dorothei Myrenes, Theodori Attaliæ, & Aplothoneti Heracleotarum. k *Præ*) Ita veteres exemplaria & Marius Mercator. Concilium Chalcedon. *Joppes*. Contius & vulgatæ Conciliorum editiones habent *Joppen*. Quod melius est. Nam in gestis nominatur Fidus Episcopus Joppes. Sed in hoc loco nos maluimus amplecti consensum veterum librorum. l *Cœlorum*) In Concilio Chalcedon. *Cilicensis*.

Tarianus Episcopus civitatis Lyrbæ subscripsi. A
Alexander Episcopus Arcadiapoleos subscripsi.
Theodorus Episcopus Nisiæ subscripsi.
Rhodon Episcopus Paleaspoleos subscripsi.
[a] Thichuscus minimus Episcopus civitatis [a] Erycheorum subscripsi.
Eugenius Episcopus civitatis Apolloniados subscripsi.
Ætius Episcopus civitatis Pæniorum Helleponti subscripsi.
Timotheus Episcopus civitatis Germaniæ Hellesponti subscripsi.
Archelaus Episcopus Myndi subscripsi.
Apellas minimus Episcopus Cibyræ subscripsi. B
Philadelphius minimus Episcopus Gratianopoleos subscripsi.
Eutherius minimus Episcopus Stratoniceorum Lydiæ subscripsi.
Joannes minimus Episcopus Aureliopoleos subscripsi.
Maximus minimus Episcopus civitatis Mastauron subscripsi.
Modestus Episcopus civitatis Aneastorum subscripsi.
Thomas Episcopus Valentinianopoleos subscripsi.
Eusebius Episcopus Aspanorum subscripsi.
Euporius Episcopus civitatis Pepon subscripsi.
Sadus Episcopus Phenus subscripsi.
Domnus Episcopus civitatis Orcitis subscripsi.
Joannes Episcopus Augustopoleos subscripsi.
Petrus Episcopus Parembolorum subscripsi.
Natyras Episcopus Gazæ subscripsi.
Zeno Episcopus Cyri subscripsi.
Evoptius Episcopus Ptolomaidos Pentapoleos subscripsi.
Macarius Episcopus Meletinon subscripsi.
Eusebius Episcopus Pelusii subscripsi.
Hermogenes Episcopus Rhinocurorum subscripsi. D
Marinus Episcopus Heliopoleos subscripsi.
Joannes Episcopus Ephesti subscripsi.
Heraclius Episcopus Tamiatheos subscripsi.
Theon Episcopus Heracleusæ Thriti subscripsi
Solon Episcopus civitatis Corelion subscripsi.
Alypius Episcopus civitatis Selenuntis subscripsi.
Macedonius Episcopus Xoeos subscripsi.
Petrus Episcopus Oxyrinthi subscripsi.
Metrodorus Episcopus Leontonorum subscripsi.
Paulus Episcopus Frangoneos subscripsi. F
Ammonius Episcopus Panephysi subscripsi.
Publius Episcopus Olbiorum subscripsi.
Jeraces Episcopus Aphneti subscripsi.
Samuel Episcopus Dysteos subscripsi.
Sopater Episcopus Lybiæ Septimiacæ subscripsi.

Isaac Episcopus Elearchiæ subscripsi.
Isaac Episcopus Tubæ subscripsi.
Heraclius Episcopus [c] Thyneos subscripsi.
Theonas Episcopus Psynchi subscripsi.
Cyrus Episcopus Achæorum subscripsi.
Eulogius Episcopus Terenunteos subscripsi.
Alexander Episcopus Cleopatridos subscripsi.
Silvanus Episcopus Cobrithi subscripsi. Ego autem Heraclius Episcopus pro eo subscripsi, quod ægrotaret.
Adelphius Episcopus Onupheos subscripsi.
Abraham Episcopus civitatis Ostracenæ subscripsi.
Athanasius Episcopus Paraliæ subscripsi.
Adelphius Episcopus Saeos subscripsi.
Lampetius Episcopus Casii subscripsi.
Chrysaorius Episcopus Aphroditis subscripsi.
Ammon Episcopus Buti subscripsi.
Eutychius Episcopus Theodosiopoleos subscripsi.
Venantius Episcopus Hierapoleos metropoleos subscripsi per Notarium Theodotum.
Zenobius Episcopus civitatis Barcæ subscripsi.
Zenon Episcopus civitatis Theociron subscripsi.
Eusebius Episcopus Nilopoleos subscripsi.
Heraclides Episcopus Heraclei superioris subscripsi.
Macarius Episcopus Anthei subscripsi.
Sabinus Episcopus Panus subscripsi. C
Athanasius Episcopus civitatis Seepsiorum subscripsi.
Philumenus Episcopus Cinnæ subscripsi.
Felix Episcopus civitatis Apollonienſium subscripsi.
Timotheus Episcopus provinciæ Scythiæ civitatis Tomorum subscripsi.
Zenobius Episcopus civitatis Gnosi subscripsi.
Paulinianus Episcopus Majumæ subscripsi.
Pœbammon Episcopus Copti subscripsi.
Paviscus Episcopus Apollonisi subscripsi.
Andreas Episcopus Hermopoleos subscripsi.
Phanias minimus Episcopus civitatis Arpason subscripsi.
Theosebius Episcopus civitatis Prienes subscripsi.
Maximus Episcopus Asiæ subscripsi.
Theoctistus Episcopus Prociæ subscripsi.
Hermolaus minimus Episcopus Attudeorum subscripsi.
Theodorus Episcopus Gadaron subscripsi manu Ætherii Archidiaconi.
Athanasius Episcopus Parii insulæ subscripsi.
Paulus Episcopus Orimnorum subscripsi.
Timotheus Episcopus [b] Briulorum subscripsi.
Daniel Episcopus Coloniæ Cappadociæ subscripsi.
Asclepiades Episcopus Trapezopolitarum subscripsi.
Theodorus Episcopus civitatis Eschinei subscripsi.

[a] Bes-

a *Thichuscus*) Ita liber Turonensis. Colbertinus & Concilium Chalced. *Tichicus*. Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Contius habet *Thiscus*, editiones Conciliorum *Tychicus*, Marius Mercator *Tistus*.
b *Erycheor.*) Ita codices Colbertinus & Turonensis. Nam Bellovacensis hic mutilus est. Marius Mercator legit *Erithetorum*, Contius *Heracleorum*, Concil. Calcedon. *Heritrea*. editiones Conciliorum *Erythrorum*.
c *Thyneos*) Ita codex Bellovacensis & editiones Conciliorum, a quibus non admodum discrepat Marius Mercator. Codices Colbertinus & Turonensis & Contius habent *Eleurchia*.
d *Briulor.*) Codex Bellovacensis habet *Briulorum*. Concilium Chalced. *Briolens.*

[a] Bessula Diaconus Ecclesiæ Carthaginiensis subscripsi.

Stephanus Episcopus [b] Gajopoleos Asiæ subscripsi.

Cæsarius Episcopus civitatis [c] Sartæ subscripsi.

Theodolus Episcopus Heluſæ subscripsi.

Theodorus Episcopus Ariddelon subscripsi.

Letojus Episcopus Lybiadis subscripsi.

Aristocratus Episcopus Olympi subscripsi.

(a) *Explicit Episcoporum nomina qui interfuerunt synodo contra Nestorium numero* CXCVI.

Exemplar epistolæ scriptæ in Ephesо sancto Concilio ab Episcopis qui inventi sunt in Constantinopolim [d] *Mesori die* XX. *Indictione* XV. *data.*

CAP. LIII. SAnctissimis & honorabilibus Archiepiscopis & patribus congregatis per Dei gratiam in Ephesina metropoli Cœlestino, Cyrillo, Juvenali, Firmo, Flaviano, Memnoni, Hereniano, Theodoto, & omni secundum vos sancto Concilio, ab Episcopis qui Constantinopolim sunt inventi, in Domino salutem. Oportebat quidem nos non animis solum sed etiam corporibus constitutis cum vestra sanctitate & tentationum participari tristitiam & vobiscum certaminibus coronari. Quia vero bellum contra sanctum Concilium agitatum ad nos usque protensum est, & mare quidem innavigabile, terra vero inaccessibilis exinde venientibus facta est per eos qui itinera obsident, non habentes quid faciamus, in lacrymis & litaniis quæ sunt nostra contulimus, & pervenire ad vestram beatitudinem non valentes, desideria veluti manus vobis accommodavimus, eos quidem qui damnati sunt simul condemnantes, & sanctos Christi pariter erigentes Facti tamen sumus neque his qui hic sunt inutiles, confortantes quidem populum & multorum accendentes zelum, ministrantes autem & sacerdotibus quæcumque eis placuerunt. Sed quoniam pauca sunt, & quantum absentes possunt præsumpsimus, & epistolam sudoris proprietate beatificantes, & seorsum unicuique sanctorum patrum & communiter omnibus ea quæ Prophetarum sanctorumque patrum sunt eloquentes, quoniam tanquam patres sancti & cœlestis vocationis digni reputati estis sicut ovis occisionis, tota die pro Christo mortificati, fraudati, afflicti, contristati vos, quorum dignus non erat mundus; ideoque date etiam nobis horum quæ sunt agenda consilium per epistolam; ut siquidem oportet apprehendere sanctam synodum & reliqua certamina simul explere, hoc faciamus, proni enim sumus. Si vero hic sustinere præcipitis, quoniam propter adorandum Deum bona a Deo amabili atque piissimo imperatore nobis promittuntur, hoc facite manifestum, ne diutius simus vehementi cogitatione consumpti. Data Mesori die XX. Indictione XV.

Preces & supplicatio a clero Constantinopolei pro sanctissimo Ephesino Concilio. (b)

CAP. LIV SCientes vestram [e] pietatem plurimam quandam facere rationem & sanctarum Dei Ecclesiarum & quæ in eis prædicatur piæ & a patribus vobis traditæ fidei, & quanta quidem a vobis pro ea laborata sunt, quanta vero rursus propter ejus studium vestræ pietati consistunt, præsumimus propter hoc apud Christo amabiles vestras aures [f] & turbam quæ nunc est domus Ecclesiarum. Nostri enim præcepti intentio, piissimi Principes, super alias legislationes, etiam ut oporteat obedire omnibus Principibus & potestatibus jubet, quando persuasio videatur esse utilis animabus. Dum vero utilitatis terminus effugerit, tunc habendam esse licentiam etiam ad vestrum apicem sacratissimarum legum explanatores præcipiunt, & præcipue quando imperium rectæ fidei rebus ornatur in parte virtutum. Et nos ipsi hoc quodammodo reputantes, & valde in hoc munificentiam adepti, quamdiu loquebamur in conspectu Regum, & non confundebamur, frequenter nobis cantatur, & per hoc invitante in similibus fiducia temporibus, non est timitatio deserenda. Hanc igitur fiduciam & nos opportuni nobis adesse credentes, per hanc supplicationem nostram sententiam palam vestræ facimus pietati; quia si vestra potentia factam quasi damnationem contra sanctissimos & Deo amantissimos Episcopos Cyrillum & Memnonem ab abscissis a sancto Concilio, quorum plurimi hæretici & sine civitatibus & excommunicati sunt, hanc suscipere suadetur auctoritate horum qui in hoc decreto residerunt & potestate usi sunt & sententiam susceperunt inrationabilem existentem & invalidam per omnem modum & infantilem, eo quod neque reverentia ab initio ab aliquo custodita sit in sancto Concilio in talibus auditoriis robur habente, nec increpatio in aliquo interdictorum sacerdotio sit secuta, omnes nos parati sumus cum [g] decenti Christianis alacritate periculum sustinere cum prædictis sanctissimis viris, & ad nullum periculorum segnes experimentum, hanc eis competentem compensationem pro fidei periculis conferre credentes. Et in hoc propositum nostrum unoquoque constricto, vestram exoramus divinitatem atque deposcimus, sicut etiam credimus justum, etiam a vobis confirmari plurimorum sententiam, qui & secundum auctoritatem [h] cathedrarum & subtilitatem examinationis rectæ fidei similia viro sanctissimo decreve-

a *Bessula*) In antiquis codicibus & apud Contium Bessula subscribit in hoc loco ante Stephanum Episcopum Gajopolitanum & ceteros. At in vulgatis editionibus Conciliorum idem rejectus est in ultimum locum.

b *Gajopoleos*) Ita vetera exemplaria synodi Ephesinæ quibus nos utimur, quibus consentit Marius Mercator. In Concilio Chalcedonensi *Stephanus Episcopus Theopolitanus Asia provincia*. In Græco textu: Στεφανος ε.υ. Ασ.ας. etiam in manuscriptis libris. c *Sarta*) Ita codex Bellovacensis & editiones Conciliorum. Colbertinus & Turonensis habent *Arca*, Contius *Arbe*, Marius Mercator *Arcen*, Concilium Chalcedon. *Arcensisse*, vel *Arcesena*. d *Mesori die* XX.) Id est, die XIII. Augusti secundum Romanos.

e *Pietatem*) Ita vetera exemplaria. Contius habet *sanctitatem*. f *Et turbam*) Consentiunt etiam hic vetera exemplaria. Sed apud Contium legitur *de turba*. g *Decenti*) Hæc est lectio codicis Bellovacensis. Nam codex Colbertinus habet *ducente*, Turonensis *ducentes*, Contius *ducentis*. h *Cathedrarum*) Hanc lectionem nobis exhibuerunt codices Colbertinus & Turonensis & Contius. Male in Bellovac. *catholicorum*.

(a) deest hæc clausula in cod. Casin.

(b) deest hic salutatio, quam sic supplet cod. Casinensis: *Piissimis & Deo amantissimis Theodosio & Valentiniano triumphatoribus perpetuis Augustis clerus qui in vestra Constantinopoli sancta & orthodoxa Dei Ecclesia Scientes, &c.*

verunt, & quia recte sapit vestræ insinuaverunt potentiæ, & non sub pacis figura, vel ne videatur parva quædam pars orientis abscidi, quæ nec ipsa ab unitate abrumpi [a] proposuit, si ea quæ regularum sunt tenere contendit, omnem simul orbem terrarum confusum despiciatis. Si enim universalis Concilii princeps, cui consentanei omnes per ea quæ disposuerunt facti sunt, prætulit aliquid horum quæ non conveniunt citra consequentiam regularum, cum vestra pietas placide talium communiones spoliaverit, & propterea etiam Concilium collegerit, ne eam potestate propriarum sanctionum fraudaret, palam est quia per propriam læsionem contra alios ei consentaneos calumnia confirmabitur, & necesse erit omnes totius orbis Episcopos condemnari pariter cum prædictis sanctissimis viris, & circumstabit de cetero, sicut videtur, & Ario & Eunomio orthodoxiæ opinio, utpote Nestorio quidem rationabiliter propter impiam doctrinam damnato, Cyrillo autem & Memnone sanctissimis Episcopis indigne & inlegaliter & indecenter simile sustinentibus ex circumventione dispendium. Nequaquam igitur, Christo amabiles Principes, nutricem vestram Ecclesiam laceratam despiciatis, quæ securitatem vestræ potentiæ & contra hostes triumphos exaltat, neque martyrii momenta imperii vestri tempora demonstretis, sed progenitorum vestrorum circa Ecclesiam dilectionem animo sumentes, & quomodo unusquisque illorum secundum propria tempora facto Concilio sanctorum patrum obedivit, & propter definitiones ab eis prolatas muniendam per legislationem circa eos reverentiam monstraverunt, sic & ipsi æqualia circa nunc a vobis celebratam sanctam synodum sapere concupiscite; quatenus ab ea gratificos hymnos pro imperio vestro pure sancteque fructificetis, nos pro vestræ constantia majestatis orationes puras offeramus Domino Christo, piissimi & Christo amabiles Imperatores.

Item epistola sancti Cyrilli ad Constantinopolitanos.

CAP. V. CYrillus Theopempto, Potamoni, Danieli dilectissimis & comministris in Domino salutem. Plurima contra nos factæ sunt illic detractiones, tam ab Alexandria sequentibus nos de balneo multis quam canonicabus egredientibus. Sicut autem ajunt, dicitur a derogantibus quia etiam per machinationem meam, & non secundum intentionem sancti Concilii, damnationem Nestorius passus est. Sed benedictus salvator, qui talia dicentes redarguit. Veniens enim ad Ephesum Dominus meus [b] magnificentissimus & gloriosissimus Comes sacrarum largitionum Joannes reprehendit hæc obloquentes, nihil inveniens veritatis. Vidit autem quia propriam instantiam sancta synodus pro fide haberet, neque mihi donans nec alteri cuiquam, sed sancto zelo mota, & non ferens illius blasphemias, damnavit eum. Lectis autem literis piissimorum & Christo amabilium Principum, per quas trium damnationes dicebantur esse susceptæ, custodiebamur, neque scientes quod eventurum esset. Verumtamen gratias agimus Christo, quando digni efficimur pro nomine ejus non vincti fieri solummodo, sed etiam omnia sustinere. Non enim causa sine mercede est. Non autem passa est synodus communicare Joanni, sed instat dicens: Ecce corpora, ecce Ecclesiæ, ecce civitates. Potestatem habetis. Nos communicare impossibile est orientalibus, nisi solvatur quod ex eorum calumnia machinatum est adversus comministros nostros, & confiteantur fidem rectam. Reprehenduntur enim quæ Nestorii sunt loquentes & sapientes & confitentes. Omnis ergo constantia in his est. Orent pro nobis omnes orthodoxi. Sicut enim beatus David, ego in flagella paratus sum.

Sermones diversi sanctissimi Archiepiscopi Cyrilli dicti apud Ephesum collectis celebratis, damnato hæretico Nestorio, & excommunicatis factis orientalibus a sancto Concilio.

Sermo primus dictus in majore Ecclesia quæ vocatur Maria.

CAP. VI. DIves est & hodie Dominus noster Jesus Christus, Dei & patris sortem propriam habens. Flectitur enim ei, flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris. Ipsi dominatio in sæcula sæculorum. Amen.

(a) Sermo ejusdem dictus Joannis Evangelistæ sermonibus.

CAP. VII. SAnctorum quidem honore, & gloria omnis minor est quolibet sermo. Fuerunt enim lumina in mundo verbum vitæ obtinentia secundum quod scriptum est. Quando autem sacra mysteria loquuntur, decet ab omnibus dici ad eos: *Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis*. Prædicant enim nobis Jesum lumen verum, vitam æternam, cui & nos dicimus secundum vocem beati David. *Omnis terra adoret te & psallat tibi, psalliant nomini tuo*. Cum enim adhuc prolatum per Moysem teneret mandatum, nondum enim evangelicis prædicationibus illatis, notus erat in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus. Subtilis vocis enim erat & parvæ linguæ Moyses. Propterea & in sola [c] audiebatur Judæa lex. Cum vero lumen nobis resplenduit verum, & proxime nobis participatum est sanguine & carne Deus existens verbum, plena facta sunt omnia ejus, ubique templa & altaria, ubique chori & adoratores & pastores boni & rationalium ovium greges, angustas ostendentes præ multitudine sacras aulas. Ante nostri enim salvatoris adventum terrenum genus errabat. Colebant enim creaturam citra creatorem, adoraverunt opera suarum manuum, & unicuique errantium Deus erat quod placuisset. Sed inluxit nobis, sicuti dixi, unigenitus Dei verbum, pastor bonus, agnus verus, quem sancta Dei genitrix & inexperta nuptiarum ex virginalibus lumbis nobis peperit, germen vivificans, inhumanatum Deum, liberum in

a *Proposuit.*) Hæc est lectio codicis Bellovacensis. Reliqui & Contius habent, *profuit*.
b *Magn. & glorios.*) Hæc verba addita sunt ex codice Bellovacensi.
c *Audiebatur*) Contius, *custodiebatur*.
(a) Codex Cassinensis legit: *ejusdem dicta in B. Joannis Evangelistæ basilica.*

in servi forma, secundum nos, præter nos, & supra omnem creaturam, subditum secundum nos, & in gloria Deo decibilem, semetipsum humiliantem, & confidentem patri, qui semetipsum exinanivit, & ex propria plenitudine distribuit bona sanctis, adorantem nobiscum humane, & adorandum tamquam Deum, non in terra solum, sed etiam in cœlo. Dum enim, inquit, introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, *& adorent eum omnes angeli Dei.* Quis enim est qui ingressus est in orbem terrarum? Quo autem omnino delatus est modo? Imbue nos, evangelista. Dicito nunc, o beate Joannes, qui filius vocatus es tonitrui, magnum aliquid & eximium sonans sub cœlo, immortales habens voces, & oblivio atque tempus tuis cedunt sermonibus. Hæc tanta pastorum congregatio venit apud te. Revolve nobis lapidem, sicut beatus Jacob pastoribus relevavit puteum vitæ. Da haurire & nunc ex veritate salvatoris. Magis autem tuum nobis appone fontem. Audiamus itaque dicentem. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum.* Sed quia quidem unigenitum Dei verbum ineffabilem habet ex patre essentiam credidimus. Adde quod minus est nobis, evangelista. Audi rursus dicentem. *Et verbum caro factum est*, hoc est, homo. Factus est autem homo unigenitum Dei verbum, non amittens esse Deus, sed etiam in adsumptione carnis manens quod fuit. Inconvertibilis enim est & immutabilis verbi natura, & nescit pati mutationis obumbrationem. Hæc sapere nos docuit beatus evangelista. Stella vere magna atque clarissima, stella utillima, non his qui sensibile transeunt mare, sed mercatoribus pietatis, veritatis amatoribus, recte habere volentibus inenarrabilem fidem. Si quis ergo concupiscit hoc navigare modo, velut stellam habeat deiloqui voces in animo, & ita amaros hæresum transiliet fluctus, ita ad tranquillum accedet portum, & ad ipsam perveniet veritatem, hoc est, Christum, cum quo patri gloria & potestas cum sancto spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

(a) *Ejusdem contra Joannem Antiochiæ.*

CAP. LVIII. Veritatis (b) divinæ virtutem per sacram docemur scripturam. Nihilominus autem & ipse nos salvator edocuit dicens: *Qui me diligit, me sequatur. Et ubi sum ego, ibi & minister meus erit.* Oportet nos semper simul esse, diligere, sequi omnium nostrum salvatorem Christum, nulloque modo ab eo separari. Et hoc servabimus dum voluerimus ea quæ ejus sunt. Hoc implevit clarus ille sacerdotum chorus, de quibus dicetur, & satis juste, quod Prophetæ voce probatum est. Illic cervi obviaverunt sibi, & viderunt vultus æternos. Numero transierunt, & unus eorum non periit. Alter alterum non quæsivit, quia Dominus mandavit eis, & spiritus ejus congregavit eos. Non enim communis cujusdam rei gratia sive terrenæ forsitan intelligibilium cervorum hic concursus est factus. Quia vero sicut in horto bono & florentissimo, dico autem nostri salvatoris Ecclesia, sævus & valde crudelis apparuit draco, non unum habens sed plurima in uno corpore capita, utillima & necessaria facta est intelligibilium cervorum congregatio atque præsentia, ut venenosa pravitate agrum dominicum liberaret. Ergo Dei spiritus congregavit eos, & Dominus mandavit eis. Quid autem mandavit? *Ubi sum ego, illic & minister meus sit.* Igitur ad te mihi nunc sermo sit qui adversus omnes supercilium elevasti ex orientalibus regionibus veniens. Si sumus ministri omnium nostrum salvatoris Christi, si commissum nobis est ministerium prædicationis ejus, cur non omnes sumus cum eo volentes sapere quæ sunt ejus? Levavit enim, ut vides, multi capitis draco scelestum profanumque caput, filiis Ecclesiæ sui sceleris venena diffundens. Venio contra eum, spiritus evaginans gladium. Pugno propter Christum cum bestia. Cur non laboras cum eo qui bene vult laborare? cur non pariter adstitisti? Percutiatur omnium manu. Commune certamen judicemus, ut & simul vincentes referamus gratias salvatori dicentes. *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, tu contrivisti capita draconum.* Sed nos quidem veri salvatoris sacerdotes, ejus sacramentorum ministri, hostes æstimamus eos qui obloquuntur gloriæ ejus. Tu vero non ita. Quia vero non accedis germane ad hoc, res te ipsæ redarguunt. Vides nos velut in bello æquallentes, adhuc distillantes ex pugna sudorem, longanimitate spirituali & consolatione indigentes, aut potius jam victores; & tu, qui constitutus es inter fratres, qui sibi Christum Dominum inscribis, qui coarmari debuisti, contra veritatis dogmata arma moves! O inopinabilis causa! Non tetigisti pugnam, non decertasti cum decertantibus; fugisti belli tempus adventus tarditate, stabas procul inspiciens viriliter agentes. Vidisti cadentem inimicum, deficientem & confossam blasphemam linguam. Postea contristatus es. Dicito mihi pro qua causa? Quia vicit Christus, quia prævaluit inimicis, quia tacuit os loquens magna, quia cessavit languor Ecclesiæ filios vexans? Sed erat Danielus fortiter agere nobiscum & illud quoque dicere quod Davidica voce prolatum est. *Nonne odientes te, Domine, odivi, & super inimicos tuos tabescebam: perfecto odio oderam eos, inimici facti sunt mihi.* Sed nec quidem omnino apud te talium sermo fuit. E diverso autem victores jacularis, & invidiæ sagittis vulnerare contendis, quos oportebat magis a te sub admiratione laudari. Sed licet ipse procedat dure, nihil metuentes dicimus. *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum, & deficerant in eis linguæ ipsorum.* Licet armis extrinsecus temetipsum muniens castra statuere nitaris contra congregationem Domini, sed nostra arma non carnea, sed potentia Domino sunt, sicut scriptum est, *potentia ad destructionem munitionum.* Fortiores enim invenies quam apud te sunt Christi milites, habentes sensum fidei, bonæ voluntatis arma, hoc est, Christum habentes gladium spiritus. Quocirca licet insurgas atrox atque terribilis, plurimumque habens supercilium, & secundum superbum Goliam barbaricis adrogationibus & ineruditionibus adversum nos

(a) Idem codex sic legit hunc titulum: *Ejusdem contra Joannem Antiochenum de his, qui se separaverant.*
(b) Cod. Vatic. *in Deum.*

nos intumescas, sed tamen vincit Christus. Vincit autem per suos milites, quomodo vicit David quinque lapides habens in pera. Lenes autem erant lapides. Et hoc erat in figura Christi. Qualis enim est Christi pera? Terrena Ecclesia, multos habens lapides pretiosos & electos, de quibus & Propheta dicit quia lapides sancti volvuntur in terram. Per istos sanctos lapides prævalebit Christus. Lenes autem erant lapides, sicuti dixi. Lapidum lenitas significat hoc quod capi non possit. Semper enim quod lene est non tenetur. Indetenibilis autem eorum est conversatio. Igitur vincit Christus; vel si valueris vulnerare, etiam sic devicit; vel si ex calliditate nocueris, coronasti nolens. Nobis enim donatum pro Christo, non solum in eo credere, sed etiam pro eo pati. Qui enim credit in eo, non judicatur. Qui vero non credit, jam judicatus est.

Item ejusdem.

CAP. LIX.

Oportebat quidem sufficere in præcedentium doctorum eruditionibus & sacris repletos poculis honorare satietatem. Quia vero video ad audiendum avidissime constitutos, age, & nos pauca dicamus præcedentium consequentia. Est igitur indubitatum quia in Christi favoribus clarus sanctorum nobilitatur chorus, & exultationem facit ejus germanitas caritatis. Itaque beatus Propheta Esaias ad eum alicubi dicit. *Domine Deus meus, glorificabo te, hymnum dicam nomini tuo, quia fecisti mirabiles res.* Beatus quoque Propheta David, *Lingua mea*, inquit, *meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam.* Sed hæc quidem sanctorum intentio. Maligni vero & erronei magnum & venerabile & profundum inhumanationis unigeniti nescientes sacramentum, blasphemant incaute, incontinens os & sine portis aperientes. Ergo audiant ad se dicentem Prophetam Esaiam: *Vos autem obtulistis sic, filii iniqui, semen adulterantium & fornicariæ, in quo epulati estis, & super quem aperuistis os vestrum.* Nonne vos estis filii perditionis, semen iniquum? Filii enim perditionis proveritate & iniquum semen sunt qui redimentem se Dominum denegant. Empti enim sumus pretio magno & non corruptibilibus argenti aut auri, sed pretioso sanguine tamquam agni immaculati & inviolati Christi. Sanguis autem hominis communis & unius secundum nos quomodo potuit totius terrarum orbis dignus fieri? Quomodo autem etiam unus pro omnibus mortuus est ut omnes ditaret? Quomodo ejus facti sumus qui verum & natura Deum inscribimus? Quomodo eum colimus qui adorare creaturam præter creatorem declinamus? Sed, sicut dixi nuper, peringrati sunt quidam salvatoris nostri mansuetudini. Negant Dominum, repellunt servitii jugum, ut & de istis dicat Christus per vocem Esaiæ: *Væ eis, quia exiliverunt a me; infelices sunt, quia impie egerunt in me. Ego autem redemi eos. Ipsi vero locuti sunt adversum me mendacia.* Mentiuntur enim contra salvatoris nostri gloriam & eminentiam, Pharisæorum pravitatis & sceleris imitatores, quia Christiani quidem vultum induunt semetipsis, Judaizantem vero mentem & linguam habentes ac venenosam; ut etiam ad eam dicat Christus per vocem Hieremiæ: *Ecce ego ad te injuriantem, dicit Dominus.* Judæi siquidem olim furgebant adversus omnium nostrum salvatorem Christum, insiliebant veluti bestiæ, lapidibus cædebant benefactorem & salvatorem. Deinde ad eos dicebat salvator: *Multa opera bona ostendi vobis a patre meo. Propter quod horum opus me lapidatis?* At illi ad eum dicebant: *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu cum homo sis, facis te ipsum Deum.* Hæc antiquorum Judæorum contra salvatorem nostrum sunt crimina. Illorum autem arrogationis & sceleris æmulatores rursus queruntur dicentes: *Cur tu, cum homo sis, facis te ipsum Deum?* O stulte & abominandissime, non intellexisti sacramentum. Non enim cum homo esset, se fecit Deum; sed Deus existens naturaliter, factus est homo inconvertibiliter & inconfuse; ex Deo patre ineffabilem habens nativitatem, pertulit nativitatem secundum carnem ex muliere, & appellatus est filius hominis, ut nos salvos faceret. Factus est secundum te, propter te, & mansit propter se quod fuit. Cognosce igitur in carne factum unigenitum, confitere esse Deum qui propter nos inhumanatus est. Semetipsum tibi præsentavit dicens: *Ipse qui loquor adsum.* Locutus etenim est antiquioribus legem per Moysen. Advenit autem cum carne. Suscipe protestantes sanctos Prophetas. Quid ait Baruch, solum non manu demonstrans Emmanuel? *Hic Deus noster. Non reputabitur alter ad eum. Adinvenit omnem viam disciplinæ, & dedit eam Jacob puero suo & Israel electo suo, & postea in terra visus est, & inter homines conversatus.* Psallit etiam beatus David de ipso: *Deus noster manifestus veniet.* Vis attestari tibi etiam novi testamenti prædicatores? Audi dicentem Joannem Baptistam: *Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.* Vis & aliam satisfactionem super istas accipere? Promisit Deus beato David ex fructu lumbi ejus sedere super sedem ejus. At ille gaudens in hoc valde & ipsum nativitatis modum præscrutabatur. Licebit ergo audire dicentem eum: *Si ascendero in lectum stratus mei, si dedero somnum oculis meis aut palpebris meis dormitationem & requiem temporibus meis?* Usque quando? Dum venias. *Donec inveniam*, inquit, *locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.* Perscrutaris partum, o beate David. Approbo desiderium, laudo patientiam. Sed si quid didicisti amplius, denuntia & nobis; ubi erit nativitas, & in quem, putas, fiet locum. Audi palam dicentem: *Ecce audivimus eum in Ephrata, invenimus eum in campis silvæ.* Ephrata dicens, significat Bethleem. Et attestatur Deus per unum sanctorum Prophetarum: *Et tu Bethleem, domus Ephrata, parva es ut sis in millibus Judæ. Ex te enim mihi procedet, ut sit in principem Israel, & egressus ejus a principio, ex diebus sæculi.* Audis quia Bethleemitem, secundum quod factus est homo, a principio seculi egressum habere confirmat. In principio enim erat verbum. Sed confundor, inquit, Deum confiteri ex muliere natum. Dicito mihi, increpas ergo sanctis consiliis, negas dispensationem, resistis Domini voluntatibus, si salvum voluit facere terrarum orbem? Sapientior ne es a sapientia? O inopinabilis causa! Lucerna cum sole contendit. Novit suorum operum viam omnium Dominus. Suscipe igitur dispensationem, honoremus fide sacramentum. Noli perscrutari quæ ultra mentem sunt, noli requirere quæ ultra rationem. Crede nobiscum. Si

autem

autem manseris inobediens, ille fidelis permanet, & negare non potest semetipsum. Ipsi gloria & potestas cum sancto spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

Item ejusdem.

CAP. LX. QUI sacras respiciunt scripturas, cor sapiens habent, operibus bonis disciplinatum, & recta fide clarum. Scientiæ autem veræ amor vitæ terminum habet, & satisfacit ad hoc nobis ipse salvator ad cœlestem patrem & Deum sic dicens: *Hæc autem est æterna vita, ut cognoscant te solum verum & quem misisti Jesum Christum*. Ergo conjuncta est Dei patris scientiæ & de filio. Et ita est causa vivificans. Quando verò separatur alterum ab altero, claudicat omnino scientia. Sic & Dominus noster Jesus Christus Judæorum populis loquebatur dicens: *Neque me nostis, neque patrem meum. Si me sciretis, & patrem meum sciebatis*. Et rursus putabant Judæi suos patres in monte naturaliter & verum vidisse Deum quando descendit in specie ignis in monte Sina. Æstimabant enim pro veritate audivisse vocem ejus. Hujus rei gratia mirati quidem sunt sacratissimum Moysen, diminuentes vero Dominum nostrum Jesum Christum propter humanitatem scelestè dicebant: *Nos scimus quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus unde est*. Quid ergo ad hæc Christus? *Amen dico vobis, neque speciem ejus alicubi vidistis, neque vocem ejus audistis, & verbum ejus non habetis manens in vobis: quia quem misit ille, huic vos non creditis*. Vere dicit omnino veritas. Non enim erat in monte Sina natura Dei quæ videbatur, sed potius ignis. Factæ sunt autem & voces tubæ. Fumus autem erat accensus & veritatis figuræ præostendentes veritatem. Descendit enim omnium Deus in specie ignis in monte Sina. Et propter quam causam in specie ignis? Quia enim futurus erat determinare eis legem, in specie ignis tunc maxime utiliter apparebat, ut scirent transgressores quia adversus ignem haberent. Sic etiam beatus Moyses temperatiores efficiens formidine delinquentes, sæpe loquebatur: *Deus noster ignis consumens est*. Factus est autem & fumus & tenebræ. Tenebræ quidem incapabilitatem divinæ scientiæ urbane nobis ostendunt. Fumus autem docet figuraliter quia eos qui contemnere volunt sacras leges, modis omnibus lacrymæ subsequuntur. Lacrymari namque necesse est oculum corporis in fumo. Igitur Judæi quidem non viderunt speciem patris. Nos autem eam vidimus in Christo. Est enim ipse verissima pulchritudo genitoris figuræ splendor. Nam licet adprehenderit carnem, & sanguinem Deus existens verbum, & appellatus sit filius hominis, non exanime neque sine mente corpus suscipiens, sicut ait insanæ mentis & hæreticus Apollinaris, sed tamen permansit etiam sic Deus. Ita sanctis patribus suum sacramentum per tempora revelabat. Et multa quidem valde horum probatio est in sanctis Prophetis. Quia vero oportet perserutari particulatim, age, monstremus ex generationis libro hominem visibilem filium & Deum nominatum. Itaque beatus Jacob Mesopotamiam relinquens, ad patris domum denuo remeabat; & duas filias Laban sumens, & ex eis sibi filios procreatos transposuit Jacob. Nomen autem est hoc torrentis. Sed, sicut ait scriptura divinitus inspirata, transpositis filiis & uxoribus, remansit Jacob solus, & luctabatur cum eo homo usque ad mane, & vidit quia non potest ad eum, & tetigit nervum femoris ejus, & aruit nervus femoris Jacob cum luctaretur cum eo. Et dixit, inquit, homo qui luctabatur cum Jacob. *Dimitte me. Ascendit enim matutinum*. Ille vero dixit: *Non te dimittam nisi benedixeris mihi*. Et benedixit ei ibi, & vocavit Jacob nomen illius loci species Dei. *Vidi enim*, inquit, *Deum facie ad faciem, & salvata est anima mea*. O sapientia sanctitate decibilis? Hominem vidit luctantem secum, & dicit Patriarcha: *Vidi Deum facie ad faciem, & salvata est anima mea*. Intellexit enim mox inhumanationis sacramentum, revelante ei spiritu sancto. Veruntamen illud observa, tota nocte luctabatur cum eo. Cum vero mane fuisset factum, *Dimitte me*, inquit, *ascendit enim matutinum*. Quid, putas, figura significat? His qui velut in tenebris & nocte consistunt, & ignorationis caliginem habent in cor & in mentem, luctabatur & repugnabat Christus. Inimicos enim æstimat eos. Cum vero eis ortus fuerit in mente intelligibilis lucifer, quando velut quidam dies divinæ scientiæ resplendet lumen; tunc resolvit pugnam. Luctatur enim & præliatur adversus eos qui velut in nocte & in tenebris obscurum & sine luce cor habent. Non vero pugnat adversus eos qui in lumine sunt & habent in mente intelligibili matutinum. Suscipe igitur, homo, intelligibilem luciferum, resplendeat tibi veritatis lumen, quiesce, repugnans Christo. Nescit vinci, vincit autem semper; & omnino licet factus sit nunc homo unigenitum Dei verbum, tamen non desistit esse naturaliter Deus, inconvertibilis & immutabilis existens. Ipse igitur est & ex patre tanquam verbum, & ex muliere homo secundum carnem. Unus enim Deus pater, ex quo omnia. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Item ejusdem.

CAP. LXI. BEatus Propheta David in Domino confidentes audacissimos ostendit dicens: *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes sperantes in Domino*. Plantationes etenim quæ in paradiso sunt, aquis uberrime defluentibus augentur & nutriuntur & ad celsitudinem levantur magnam. Porro viri anima sancti spiritus consolationibus irrigatur ad pietatem, firmatur ad fidem, inquassabilem suscipit patientiam; quam videlicet præcipue supra omnes alias virtutes beatus Paulus admiratus est ita dicens: *Non solum autem, sed etiam gloriantes in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio vero spem, spes vero non confundit*. Est itaque patientia totius nobis bonitatis occasio, iter ad bonam probationem, pabulum spei in sæculo futuro. Adprehendamus itaque patientiam, & quemadmodum sacra docet scriptura. Dicit ergo: *Si accesseris servire Domino, præpara animam tuam ad tentationem, dirige cor tuum, & constantus esto*. Sed forte dicit aliquis. Non poterat aliter homo placere, non poterat præter laborem corrigere posse quod bonum est: Nequaquam inquit. Et pro qua causa? Multi namque valde sunt sanctis inimici, & atrox circa eos est bellum. Propterea salvator ipse dicebat. *Tribulationem habebitis in mundo. Sed con-*

confidite, ego vici mundum. Quocirca quoniam multum undique sanctorum bellum ferre juveniliter necessarium est eos invasiones tentationum & meminisse dicente [a] discipulo: *Beatus homo qui suffert tentationem, quia probabilis effectus recipiet coronam vitæ quam promisit diligentibus se*. Volo autem aliquid antiquarum vobis exponere causarum, ut agnoscatis spiritalis fortitudinis terminum. Babyloniorum tyranni, & qui apud eos sedes imperii gubernabant, præparati quodammodo semper fuerunt ad crudelitatem atque superbiam, & humanitatis transcendentes terminos, dignitatem quæ soli qui super omnes est Deo convenit in semetipsis abripere nitebantur. Denique superbus Nabuchodonosor statuit imaginem auream, & clangentibus & bene sonantibus organis adorare jubebat populos sibi subjectos. At illi non in meditatum habentes colere creaturam potius quam creatorem Deum, paratissime quidem ad hoc pergebant, mutaveruntque gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Cumque Hebræorum filios deduxissent ad medium Babylonii, (Erant autem Ananias, Azarias, & Mizahel) adorare auream jubebant imaginem, & nobile ac Deo amabile genus opprimebant ad simile sui labi peccatum, imaginem auream adorando, sed agebant quidem nihil. Victi autem amore quo illi tenebantur in Deum, incendii eis intulere tormentum. Crimen etenim erat possidentibus fidei firmitatem & fixis ad pietatem humanam refutare culturam & nolle sapere quæcunque divinæ naturæ contumelias inrogant. Cum vero missi fuissent in camino ignis, tunc itaque, tuno ineffabilis virtutis facta est magna probatio. Mutabatur enim elementorum virtus in hoc, quod contra naturam est, & creatoris nutibus cedebat ignis, & in spiritu roris sibilans flamma videbatur. Porro juvenes supernum sentientes auxilium canebant in camino ignis divinis hymnis mansuefacientes ignem. Ecclesiæ namque figuram caminus habebat sanctos habens exultantes, non homines solos, sed etiam angelos. Admiratus es virorum virtutem, laudasti patientiam. Amoris divini magnitudinem videamus, in quibus sunt ea quæ nostra sunt. Illi siquidem sub tyrannis barbaris erant. Nos autem sub sceptris piissimos habentes eos qui omnium rerum obtinent principatum, quomodo cedemus inimicis? Nam etsi caminum accendunt insidiarum & flammas suscitant scelerum, hominis culturem nobis introducentes; sed nos habemus Deum in cœlo, ipsum adoremus. Deus enim existens naturaliter, factus est secundum nos, non amittens esse Deus, sed honorans hominis naturam. Potens ergo est eripere nos. Nos enim fidem piissimorum sequentes Imperatorum, & inhærentes eis, mansuetudinis magnitudinem scientes, adversariorum scelera non feramus. Confiteamur autem quia Deus secundum naturam est Emmanuel; & hoc dicentes, & ita constituti, uberrimam lucrabimur retributionem. Et quæ sit hæc, ipse docet nos dicens. *Omnis quicunque confessus me fuerit coram hominibus, confitebor & ego illum coram patre meo qui in cœlis est. Quicunque autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis est*. Confitetur autem eum qui dicit quia verus est Deus & incredulos increpat. Negat rursus qui non dicit quia Deus est verus, sed etiam qui confitentibus repugnat. Ergo negabit quidem illos, confitebitur autem nos omnium salvator, per quem patri gloria & potestas cum sancto spiritu in sæcula sæculorum. Amen.

Theodoti Episcopi Ancyrorum sermo dictus die nativitatis salvatoris nostri & Dei Christi Jesu in partu virgineo, & quia Deus est qui natus est, homo factus miraculo & non mutatione substantiæ, & quia unus & idem est, & illud & istud dictus, & neque opinione neque cogitationibus dividendus.

CAP. LXII

Clara (a) & inopinabilis præsentis causa festivitatis; clara quidem, quoniam communem hominibus introduxit salutem; inopinabilis autem, quia rationem naturæ vicit. Natura itaque post partum nescit ulterius virginem. Gratia vero & parientem ostendit, & matrem fecit, & virginitati non nocuit: Gratia enim erat castitatem servans. O terra sine semine & fructum germinans salutarem! O virgo quæ ipsum vicisti delitiarum paradisum! Ille namque sine semine plantationum genus protulit, ex virgine terra exortis plantationibus. Hæc autem virgo ab illa terra melior est. Non enim pomorum protulit arborem, sed virgam Jesse fructum salutarem hominibus inferentem. Et illa terra virgo erat, & ista virgo. Sed illius quidem arborem nasci præcepit Deus, hujus autem virginis ipse creator secundum carnem factus est germen. Neque illa terra frondes ante arbores suscepit, neque hæc ex partu virginitatem læsit. Virgo paradiso gloriosior facta est. Ille enim Dei cultura factus est, hæc autem secundum carnem Deum coluit eligentem hominis copulari naturæ. Vides quomodo factum est inopinabile sacramentum transcendens naturæ rationem. Quia enim est verbum Dei palam est; & ideo virginitatem non solvit. Quæ parit carnem puram, virginitate cessat. Sed quoniam natus est carnaliter verbum Deus, custodit virginitatem se ipsum rationem ostendens. Quando autem verbum audis, substantialiter & subsistentialiter intellige, non hoc quod per os effunditur. Paritur ergo unigenitus filius Dei, qui etiam verbum vocatur, non principium ut sit verbum ex partu percipiens, sed ut fieret homo principium partum faciens. Erat quidem ante sæcula Deus verbum genitori coæternum. Quia vero homo propter homines fieri voluit, non mutatione divinæ naturæ, sed miraculo & voluntate, tanquam principium, ut fieret homo, partum amplexus est. Propterea & ut homo natus est, & ut Dei verbum servavit virginitatem. Neque enim nostrum verbum cum paritur corrumpit mentem, neque Deus verbum substantiale partum eligens perimit virginitatem. Ultra rationem est ergo naturæ quod factum est. Et nequaquam descendas ad rationes naturæ. Miraculum tibi dico. Noli movere sermones. Deum natum tibi dico, eligentem partum, non inchoantem divinitatem. Deus proprium fecit partum, non partus eum Deum con-

a *Discipulo*.) Ita Codices Colbertinus & Turonensis Contius, *Apostolo Jacobi*.
(a) Codex Cassin. *Inæstimabilis*. Ita & Vaticanus.

constitut. Quod erat mansit, & factus est quod non erat. Hoc ergo per dispensationem volens fieri quod non erat, elegit partum tanquam dispensationis initium. Factus homo est, non mutata divinitate, non motis terminis divinæ substantiæ. Tu enim idem ipse es, & anni tui non deficient. Divina scriptura dicit. *Et tu qui sedes in æterno*, per hoc ostendens divinæ substantiæ immutabilitatem. Et rursus Deus inquit: *Idem ipse sum, & non mutabor*. Non ergo mutata Dei substantia factus est homo, neque conversus in naturam alienam. Nam non esset miraculum quod factum est, si naturæ mutatio naturam suscepisset. Multæ enim apud nos fiunt hujusmodi rerum mutationes; sed in hoc miraculum fecit Deus, quia manens quod erat, factus est quod non erat. Quod etiam significans magnus Paulus dicebat. *Qui in forma Dei existens*. *Qui in forma Dei existens*, ait; non qui fuisset aliquando, ut natura permansionem ostenderet: *Qui in forma Dei existens*, ait, *non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo*. Esse dicit æqualem Deo non fuisse aliquando. Deinde rursus ait: *sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*, & illud existens, & hoc factus, miraculum faciens, non naturam mutans, volens, non coactus mutatione substantiæ. Quod enim dicit Deus fecit, licet ultra rationem naturæ sit quod fit. Habet enim & virtutem miraculum facere valentem & non expectantem naturæ rationem. Propterea & est Deus & exinanitur in servi formam, & æqualis est Deo; & homo fit, & est ante sæcula, & partum sustinet, & ea miracula facit quæ ratio naturæ nescit. Hinc etiam paganis stultitia putatur Christi sacramentum, & Judæi scandalum dicunt dispensationis rationem. Quod & Paulus significabat dicens. *Prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam*. Quare stultitiam gentibus? Quia animalis homo non suscipit quæ spiritus sunt. Stultitia enim ei est. Naturæ enim adhærens animalis, & rationibus animæ omnia perscrutatus, miracula Dei stultitiam putat, cum non habeat secum naturæ rationem. Audiens scilicet paganus quia clausa janua ingressus est salvator gerens hoc pingue corpus & loco egens, ridet non credens miraculo & quærens rationem causæ. Et audiens quia virgo pariens mansit virgo, stultitiam putat sermonem, non dicens credere Deo neque miraculo Dei. Ergo & immutabiliter Deum hominem factum impossibile naturaliter putat esse quod dicitur, etiam hic mutationes exigens. Sed non ita Paulus edocuit dicens eum qui æqualis est Deo factum hominem. Semetipsum namque exinanisse dixit, non amittentem plenitudinem divinitatis: Unde etiam dicit. *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam*. Et quare gentibus stultitiam, si purus crucifigitur homo? Nulli putatur stultum quod naturaliter agitur. Si quod naturale est patitur, quomodo putatur stulta narratio? Sed quoniam ait, *Christum crucifixum prædicamus*, quem rursus dicimus Dei virtutem & Dei sapientiam (Ipsis enim, inquit electis Judæis & Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam tanquam crucifixam inquit) prædicantes sapientiam, stultitiam Græcis loqui putamur credere nescientibus miracula facienti Deo, sed de omnium natura moventibus rationes & æstimantibus injuriam Deo fieri qui fecit propias passiones, ut quod erat passibile liberaret. Non enim intentionem respiciunt salutarem & bonitatem Deo decibilem; sed solum quia Deus sibi copulavit passiones dicunt, non considerantes ex hoc salutis humanæ correctionem. Nihil autem horum quæ liberant hominem injuriam Deo facit, quæ ostendunt non passibilem, sed clementem. Sed hominis, inquit, passiones non præsumo Deo conjungere. Ergo neque sanare eum passiones hominum dicis, neque cruce expoliasse virtute diabolum, neque nostrum peccatum adfixisse ligno, neque propriis passionibus sanasse hominum passiones; neque morte dicis eum destruxisse mortem. Si enim non fecit Deus proprias passiones, unde passionibus Christi tantarum correctionum sunt factæ virtutes? Quomodo perempta esset morte mors, nisi Deus propriam eam fecisset? Sed istæ passiones propriæ factæ Dei, virtutem quidem tantarum correctionum ex divinitate perceperunt, tanquam Dei propriæ factæ, substantiæ vero divinitatis non nocuerunt in sua semper impassibilitate durantis. Quomodo enim adfixum est ligno quod contra nos erat peccati chirographum, homine puro sustinente mortem? Quomodo autem crux peccatum crucifixisset, aut mors mortis tyrannidem destruxisset, nisi hæc facta fuissent Dei & ab illo virtutem sumpsissent, propria faciente quæ sunt nostra non patiente natura. Quod etiam significans maximus Paulus dicebat, quia nullus principum sæculi hujus dominicæ passionis sacramentum cognovit. *Si enim cognovissent*, inquit, *numquam dominum gloriæ crucifixissent*. Propterea dicimus & manere eum quod fuit, & factum quod non fuit. Substantialiter namque manens quod fuit, suscepit passiones, semetipsum uniens naturæ passibili. Subjectus factus est, regnum non deponens; factus homo est manens & Deus & verbum; incorruptibilis existens natura, impermutabilis factus est caro. Quomodo & quemadmodum? Non sicut tu cogitare potes, sed sicut ille miracula facere possibilis est. Quando enim miraculum tibi dico, desere rationes. Signa enim & prodigia Dei fide roborantur, & non rationibus advertuntur. Non enim aliquid miraculorum nostra ratione consistit. Et tamen singula facta sunt, licet ratio non permittat, Hæc Magi confessi sunt stellæ credentes, & non naturam perscrutantes. Barbari suscipiunt fide miracula, & fidelis nequaquam. Cur incredulus es in rationem humanam cadens? Qui ex Chaldæa venerunt, sicut evangelista dicebat hodie, ipsi suis muneribus mysterium monstraverunt, aurum, thus, & myrrham. Barbarorum intentionem considera bene. Trinam enim speciem munerum ei obtulerunt, aurum, thus, & myrrham. Thus autem, quia Deus erat qui natus est. Hoc enim secundum consuetudinem offerebant eis quos ipsi putabant deos. Obtulerunt quoque & myrrham, passionem, ut arbitror, mortis per hanc nuntiantes. Vides quomodo etiam Magi cognoverunt quia & Deus mansit & homo factus est, suscipiens mortem. Factus est autem quod ego, ut nostram elevaret naturam ad dignitatem suam. Unitas enim hoc facit, alteri quæ alterius sunt conjungens. Propterea ergo, cum Deus esset, homo factus est, ut homo fieret Deus, hac copulatione ad divinam gloriam elevatus ut unus idemque sit & divine glorificatus & quæ sunt humana per

pestus. Et hoc nobiscum confitebuntur omnes qui unitatem confitentur divinitatis & humanitatis. Quod enim unitum est, nequaquam duo sed unum nominatur. Mente autem rursus dividis, & unumquodque seorsum contemplaris, ergo solvis unitatem. Impossibile est enim simul & custodire unitatem & utrumque seorsum considerare. Sed quod est unitum insolubiliter, unum factum est, & nequaquam fiunt duo. Sed mente sola divido, inquit. Ergo hac mente unitatem solvisti. Si enim disjunxeris ab altero alterum, hujus etiam copulationem divisisti. Qui ergo solvis dispensationem salutarem, duo intelligens, & unitatem repellens. Unde etiam magnus Apostolus ait: *Jesus Christus heri & hodie, ipse in sæcula*. Heri & hodie dixit, principium temporis dans. *Ipse & in sæcula*, ait, unum eumdemque dicens æternum Deum & ex temporibus hominem inchoantem, existentem quidem prius, postea vero factum. Sed quomodo, inquit, unigenitus servus factus est, manens quod erat, & factus quod non erat? Vis ergo hoc cognoscere quia factus est. Quomodo enim factus sit, miraculorum opifex novit. Non enim tu mihi dicere poteris quomodo Ægyptiorum fluvius sanguis est factus, immutabili aquarum consistente natura. Etenim velut aqua quidem utebantur Hebræi, sanguis autem Ægyptiis Nilus est factus; & factus est quod non erat, manens quod erat. Dic mihi modum. Sed non poteris dicere. Miraculum namque Dei est, fugiens rationem. Quomodo etiam lumen in Ægypto factæ sunt tenebræ non extincto lumine, sed manente quod erat? Dies enim Israelitis erat, & clarum eos circumfulgebat lumen, Ægyptiis autem hoc lumen factæ sunt tenebræ. Et unum erat quod videbatur; lumen erat simul & tenebræ, neque ex hoc mutatum & aliud factum. Nec enim luminis passio tenebræ, sed facta sunt divina miracula & rationem non suscipientia naturæ. Quomodo ergo aqua Nili manens aqua sanguis est facta, aut quomodo in sua natura manens lumen tenebræ factæ sunt? Neque enim hoc corruptum & illud est factum. Non enim corrupta est aquarum natura, quod designabant Hebræi hanc habentes potabilem, sed mansit ipsa natura in suis terminis, & facta est sanguis, quod non erat, Deo quippe ultra rationem ostendente miracula. Babylonia namque flamma quomodo ros tribus facta est pueris. Nam & flamma & ros facta est, & ambo ex ipso ostenduntur effectu. Quia quidem ros erat, tres docent pueri, per hoc refrigerantes. Quia vero etiam & flamma fuit, qui per hanc exusti sunt denuntiant Babylonii. Vides quemadmodum ignis mansit ignis & ros est factus. Non duæ res, neque duæ naturæ, sed unum erat idemque quod videbatur. Quod enim erat flamma, hoc factum est ros, non flamma mutata; (& manifestant hoc Babylonii) sed manente quod erat, facta est ros, & testantur justi. Nequaquam ergo interroges me modum signorum Dei. Rursus enim dicam tibi miracula, ostendens quidem quia facta sunt, Deo autem relinquens miraculorum nosse rationem. Proinde dic mihi, hæc miracula fecit Deus, & flamma custodiens ros fecit, neque flammam mutans, & ad ros convertens eam, solvere volens tyranni sententiam, & vindicare studens injustitiam passos, atque noxios consumere barbaros; operaturque hujusmodi miracula, ignem in suis custodiens terminis & ros ostendens. Et ut tres pueri liberarentur, talia miracula fecit Deus; ut autem mundum eriperet, dubitas quia ipse manens Deus, factus est homo. Non indiguit flamma mutari ut ros operaretur; & ipse homo fieri volens propter salutem hominum, non suam naturam indiguit permutare. Ignis manens & factus est ros; & tu dicis quia non permanet Deus & fit homo, quia naturam nostram sanare volens Deus, non per alios salutem nostram, sed per semetipsum molitus est. Quia enim omnis creatura deficiebat ad salutem nostram qualitatem habentium malignitatis & erroris. Nam longa nequitiæ consuetudo pro natura hominibus constat & repellit naturam, sicut prophetabat Propheta. Sed deficiebat quippe ratio nequitia superata. Angeli ministri nostræ salutis sunt facti. Et adtestatur magnus Paulus de angelis quia omnes sunt ministri spiritus ad ministerium destinati propter eos qui futuri sunt hæreditate possidere salutem. Angelis melior natura ministrabat ad salutem nostram: sed non liberabatur homo nequitiis pronus inhærens. Deficiebat ergo ad hominum diligentiam. Nequitia enim malignorum bonorum studia superabat. Non quia vincitur Deus, sed quia arbitrio liberæ potestatis virtutem committit. [a] (*a*) Non cogit te ad correctiones, neque nolentem trahit ad virtutem, ut ibi virtutem præparans, spontaneam tuam faciat correctionem. Quid ergo? Quoniam & Prophetæ victi sunt, nihil operabantur doctores, & lex deficiebat, & angeli studio frustrabantur, voluntate hominum non sequente quæ bona sunt. Ideoque ipse naturæ creator advenit; naturamque victam erigere volens adstitit, non terrens tamquam Deus, neque tonitruis auditus percutiens, neque nube circumamictus, & ignem in nube demonstrans, neque tubæ sono audientes terrens, sicut aliquando Judæis apparuit, timorem incutiens indevotis, nec concutiens famulum, sed gratia magis & bonitate evocans eum. Propterea non venit cum imperiali fastigio, nec obsequium deduxit archangelorum, non movit angelorum exercitus. Non enim volebat persequi recedentem fugitivum suarum legum. Sed venit omnium Dominus in servi forma, paupertate circumamictus, ut venationem non effugaret. Incerto nascitur prædio, agrum incertum ad nativitatem eligens, pauperculam pariter virginem, omnia paupera, ut [b] per silentium ad salutem hominem venaretur. Nam si gloriose natus fuisset & divitiis multis circumamictus accederet, dicerent utique infideles quoniam divitiarum largitas mutationem orbis terrarum fuisset operata. Si maximam Romam elegisset civitatem potentium civium, mutatio-

a *Non cogit te*) Ita codices Colbertinus & Turonensis. Contius habet: *Necessitas enim cogit te*. Sic etiam versio quæ extat in tomis Conciliorum.

b *Per silentium*) Hæc emendatio nostra est. Nam in codice Turonensi & in Colbertino & apud Contium legitur *percutientium* unico vocabulo. In Græco est ἐνεχεῖν. Quod recte in tomis Conciliorum reperitur versum *per strepitu*.

(*a*) Cod. Vatic. legit: *Necessitate non impellens*.

tationem orbis terrarum putarent. Si filius fuisset imperantis, potestati utilitatem adscriberent. Si legislatoris factus fuisset filius, præceptis utilitatem adscriberent. Sed quid fecit? Omnia paupera & vilia elegit, omnia mediocria & plurimis obscura, ut divinitas sola cognosceretur orbem transformasse terrarum. Propterea pauperculam elegit matrem, pauperiorem patriam, egens fit pecuniis. Et hoc exponat tibi præsepe. Cum enim non esset lectus, in quo Dominus reclinaretur, in præsepe ponitur, & fit opus immensum prophetiæ & optima nuntiatio. In præsepe enim ideo positus est, quia nuntiabat eo quod etiam inrationabilibus (a) * pabulum fieret. Dei namque verbum & filius ad semetipsum trahit & divites & pauperes, & eloquentes & tardiloquos, cum paupertate vivens, & in præsepe jacens. Vide ergo quomodo rerum indigentia operatus est prophetiam, & paupertas eum, qui propter nos pauper factus est, accessibilem universis ostendit. Nullus enim metuens superbas Christi divitias tardus fuit, nullum accedere ad eum imperii celsitudo prohibuit; sed communis apparuit & pauper, semetipsum offerens omnibus ad salutem. In præsepe namque Dei proponitur verbum per medium corpus, ut licentiam habeat rationalis & inrationalis participari cibo salutis. Et hoc puto etiam Propheta prius clamabat, præsepis hujus sacramentum narrans. *Cognovit bos creatorem suum & asinus præsepe Domini sui. Israel autem me non cognovit, & populus me non intellexit*. Nam licet simpliciorem sermo sensum habeat ostendens Hebræorum indevotionem inrationabilium, sed tamen potest & hoc significare, ostendere Domino quia ibi ipse positus cibus inrationabilibus factus est. Nam non indefinita præsepe significat, sed *hoc præsepe*, inquit. Particula *hoc* arbitror præsepe definite significatum. Sed hæc quidem philosophetur qui voluerit, varia contemplatione scripturæ divinæ saginatus. Porro nos ostendimus quia pauper factus est propter nos qui dives est, verbo divinitatis salutem omnibus perceptibilem faciens. Quod etiam significans magnus Paulus dicebat: *Propter nos pauper factus est, cum dives esset, ut nos illius paupertate ditaremur*. Et quis erat qui ditabat, & quid ditabat, & quomodo ipse pauper factus est propter nos, dicant nobis qui a Dei verbo separant hominem, & quod unitum est separant memoria naturarum, duo quædam dicentes Christum, & mentem solummodo ad satisfactienem ferentes. Quis ergo, cum esset dives, dicite mihi, mea paupertate pauper est factus? Putas qui apparuit homo quem tu separas divinitate? Sed numquam iste factus est dives, sed pauper ex pauperibus progenitoribus natus. Quis ergo dives, & quid ditavit, qui propter nos factus est pauper? Deus, inquit, ditavit creaturam. Ergo Deus & pauper factus est, suam paupertatem illius qui videbatur faciens. Ipse enim dives divinitate, etiam propter nos pauper est factus. Neque enim hominem dicere poteris divitem factum pauperem existentem & natura & pecuniis, neque divitem divinitate per dignitatem pauperem factum, si non ei quæ humana sunt copulaveris. Propterea & Apostolus coaptans gloriam divinitatis humanis passionibus, neque opinione dividere neque sermone separare quæ unita sunt volens, eundem ait divitem divinitate & pauperem passionibus factum, & aliud quidem per se esse, aliud autem propter nos passum fuisse. Qui dives est divinitate, pauper fit humana paupertate. Quomodo non etiam reliqua passus est, semel homo fieri propter clementiam volens. Sed hæc quidem sufficiant. Tu autem respice mihi pauperrimum habitaculum ejus qui ditat cœlum, vide præsepe sedentis super cherubin, vide pannis obsitum eum qui pelagus arena vinxit, vide deorsum paupertatem, divitias ejus sursum considerans. Sic etenim & gratiæ & clementiæ videbis magnitudinem, si tantam Dei condescensionem consideraveris. Nam ipsa paupertate divitiæ ejus divinitatis ostenduntur, stella magis declarante pauperem & barbaros ad præsepe pauperis adducente. Sed etiam angeli gaudentes hunc prædicabant pauperem pastoribus, canentes divitias divinitatis ejus. Nam & magi ei, qui videbatur, thus obtulerunt tamquam Deo, non separantes naturam a natura, nec opinione secantes quod unitum est miraculo semel, sed eum qui apparebat videntes Deum, obtulerunt thus ei, munere divinam dignitatem pronuntiantes. Neque autem angeli opinionibus secundum te quod natum est Dei verbum separaverunt; sed scientes & visibilem & intelligibilem, clamabant dicentes, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, & non alia quidem dicentes secundum te, cogitante autem alia, & verbis quidem confitentes unum Christum, mentibus autem dividentes eum, sicuti tu sensus habes repugnantes verbo; sed unum eundemque glorificabant Deum, qui & in paupertate & in præsepe cunctis apparebat. Propterea & pannis obsitus est, & ab angelis glorificatus, & in præsepe positus, & ab stella denuntiatus, non a stella descendente ad magos, neque enim stellæ loca permutant, sed quoniam Chaldæorum terra plurimos habet stellarum motus inspicientes, virtus superna deducens magos adsumpsit stellæ speciem, ut ex doctrina sua Chaldæi quod nesciebant agnoscerent, ut cum astronomiam respiciunt, ab astris Christi mysteria docerentur. Quia enim non erat stella, sed virtus angelica ducens barbaros ad pietatem, ipse evangelista significat, stellam hanc etiam in die aliquando quidem apparuisse, aliquando vero celatam dicens, alteram autem etiam deduxisse eam magos ait, & cum ipsis in Bethleem profectam. Quod nullus utique dicit sydera facere consueta, sed virtutem in stellæ figuram astronomis apparuisse. Quod autem ait de stella, stetisse eam super puerum, virtutem esse denuntiavit quæ apparebat. Nulla etenim stella quæ in cœlo est clara facta est super puerum stans, quoniam spatii magnitudo rapiens aspectus intuitum, neque statum neque motum stellarum manifestum sensibiliter facit. *Stetit*, inquit, *stella supra locum ubi erat puer*. Ergo relinquens altitudinem stella quæ apparebat, hu-

a *Pabulum*) Et hæc cumque conjectura nostra est. Nam & in codice Turonensi & in Colbertino & in editione Contil legitur *populi*, nullo sensu. In Græco est τροφὴν: quam vocem recte per Latinam *cibum* versam vidimus in tomis Conciliorum. Emendationem præterea nostram confirmant verba quæ paulo post sequuntur: *ut licentiam habeat rationalis & inrationalis participari cibo salutis*. Et infra: *Hic ipse positus cibus inrationabilibus factus est*.

(a) Baluzii conjecturæ favet codex Vaticanus legens: *Eo quod etiam inrationabilium esca fieret*.

humilior facta est, ut statu suo nativitatem Regis ostenderet. Nam tamquam Regem quærebant magi, Regis interrogantes partum, *Vidimus enim*, inquiunt, *ejus stellam in oriente, & venimus adorare eum*. Regem quæris, o mage. Qua causa tamquam Deo offers thus? Sed novi & Regem & cognovi Deum. Propterea & aurum ei offero & thus. Muneribus simul Deum, simul Regem denuntio. Sed ille qui tunc magos ineffabili virtute traxit ad pietatem, claram hanc festivitatem hodierna die constituit, non jam in præsepe positus, sed in hac salutari mensa constitutus. Illud namque præsepe hujus mensæ mater est factum. Propterea in illo positus est, ut in ista comedatur & fiat fidelibus salutaris cibus. Sed præsepe quidem claram hanc designavit mensam. Virgo autem choros istos virginum germinavit. Bethleemitici autem diversorii vilitas clara templa prædixit, & panni, quibus tunc obsitus est, nunc facti sunt resolutio peccatorum. Vides illius paupertatis quæ nunc sunt correctiones, vides paupertatem tantarum divitiarum factam matrem. Numquid nocet deorsum unigeniti ad parvum tempus abjectio, quæ tantas divitias contulit orbi terrarum? Quid ergo exprobras Christi in Bethleem humilitatem? Cur paupertatem deducis ad medium, ejus lucra non computans? Cur indignum dicis Deo quod tantorum bonorum facta probatur occasio? Cur aufers unigeniti causas, quæ tantam salutem hominibus intulerunt? Cur adhæres passionibus, & non vides passionum correctiones? Cur passionem indignam dicis Deo, quæ solvit diaboli tyrannidem? Cur paupertatem dicis indignam Deo, per quam mundus pietate ditatus est? Cur mortem indignam dicis Deo, qua Deus nequitiam dæmonis triumphavit? Cur hoc solum non dicis, quia meum peccatum adfixit ligno? Noli derogare passionibus per quas impassibilitas generatur, noli detrahere abjectioni ex qua tyrannis diabolica est destructa, noli exprobrare quia cæsus est palmis per quas a peccatis hominem liberavit. Non vincula Dei dicamus indigna, quibus vincula serrarum nequitiæ solvit. Ne dixeris paupertatem indignam Deo, qua diabolus, cum dives esset errore, factus est pauper. Noli vituperare crucem quæ destruxit aras. Noli despicere clavos quibus orbem terrarum Christus ad unum sensum pietatis infixit. Noli cogitare quæ vilia sunt, sed correctiones ex his factas ab eo qui est passus intende. Quæ non dixeris facta homine puro passo non sponte, & ea quæ videntur credens, hæc recipe. Cur autem vocas vilia quæ Deus propter hominum salutem amplexus est? Nam etsi passiones naturaliter sunt & dicuntur, sed tamen nostrarum sanitates factæ sunt passionum. Nequaquam ergo hæc passiones appelles, sed passionum nostrarum potius sanitates. Et noli mihi membra virginis ad opprobrium divinitatis offerre. Non enim horum indigna natura est, licet advenientes contumeliarum passiones nobilitatem corporis devastarent. Non enim turpia naturæ sunt membra, sed per concupiscentias inlicitas patiuntur injuriam. Nam si essent turpia per naturam, non hæc Deus proprius manibus formasset; quia Deus non turpium, sed optimorum creator est. *Vidit enim*, inquit, *omnia quæ fecit Deus, & ecce bona valde*. Nihil ergo horum quæ a Deo facta sunt per naturam propriam malum neque turpe fecit. Sed nos prima cadentes creatione, concupiscentias inlicitas naturæ nostræ contumelias inrogavimus. Si enim cum format Deus membra mulieris, non accusatur, neque cum inhabitat in eis, injuriam patitur. In sua quippe creatura Deus non indigne habitat. Porro si dixeris: Quomodo cœlum relinquens habitavit in vulva? dicam tibi & ego quia cum Deus esset, homo per hominem factus est, manens Deus & substantia non mutatus. Confitemur denique & Deum & hominem, Deum quidem ante sæcula, hominem vero factum ex partu, Deum quidem perpetue consempiternum patri, esse vero hominem ex partu incipientem, non duos, sed unum. Non dicimus tamquam duo, duplicem vero intelligimus. Neque enim oportet contrarium esse sermoni sensum. Non intelligimus duo, & confitemur unum. Quod enim dispensatione conjunctum est separat nec sermo nec cogitatio. Si quis vero intellectus separaverit quod conjunctum est, solutum intellexit, & falsus fit intellectus, separans utique quod conjunctum est sempiternum. Confitentem habeto intellectum. Unum dicis Christum, eumdem & Deum, eumdem & hominem. Ergo & unum intellige. Nam si dixeris quidem unum, intellexeris autem duos, sermoni tuo repugnare facies intellectum. Non ergo dicas duo quadam differentia separata. Si enim universis sermonem, sensum noli separare. Si vero hæc separaveris cogitationibus, unitatem negasti. Non ergo ad naturas divisas animum tuum deducas, Deo summam mirificante unitatem. Crede miraculum, & noli rationibus perscrutari quod factum est. Noli miraculum solvere, rationem invenire contendens. Non enim manet miraculum, cum ratione cognoscitur. In his enim quæ fiunt semper ratio nota est, quod nequaquam signum neque miraculum est. Si vero hoc signum atque miraculum est, deferens rationum causas, suscipe fidem, & confitere unum Dominum Jesum Christum & Deum & hominem, eumdem neque sensibus neque sermonibus rationibusque divisum, ne ea quæ unita sunt rationibus separantes, dispensationem salutarem sine dubio denegemus. Nam si unitione Dei & hominis dispensatio cognoscitur, qui unitatem dividit, dispensationem negavit. Credamus ergo dispensationis miraculis, ut Christus cui creditur, hanc causam confitentibus compenset regna cœlorum; quæ nos omnes adipisci mereamur gratia Christi, cui gloria & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

Eiusdem in nativitate salvatoris.

CAP. LXIII

CLara præsentis festivitatis causa & communem hominibus salutem ferens. Clarum præsens quoque collegium gratifice gratiam suscipiens, quoniam datur larga gratia his qui eam cum gratiarum actione suscipiunt. Tanta namque donationis mensura præbetur quanta magnitudo gratiarum actionis est apud eos qui percipiunt gratiam. Quocirca quando sumens donum gratias retuleris tribuenti, non reddidisti pro quibus accepisti solummodo, sed etiam debitorem tibi majorum eum fecisti qui dedit. Gratifice ergo suscipite gratiam, claram nobis hanc ostendentes festivitatem. Causa festivitatis apparitio Dei est, apud homines adventus ejus qui semper præsens est, aspectus

ejus

ejus qui cuncta videt, præsentia illius qui complet universa. *In sua*, inquit, *venit & sui eum non receperunt*. Magis autem ait: *In mundo erat, & mundus per eum factus est, & mundus eum non cognovit*. Sed non hominum culpa est hæc ignorantia. Nam propter divinitatem naturæ incomprehensibilis humanis rationibus Deus est. Non enim potest mens hominum conspicere Deum. Fugit enim humanum sensum divina natura, celsior nostrarum est rationum. Fraudabamur itaque ex natura meliori a cognitione Dei. Quod ne fieret, suscepit naturam visibilem invisibilis, suscepit corpus tractabile qui tactu non detinetur, invisibilis Deus visibilis fit, verbum tractatur, unigenitus filius Dei fit cognatus servorum, ne lateret humanam cognitionem natura quæ humana transcendit. Et noli putare alienum Deo quod factum est. Dudum enim Dei præsentia præmeditata figuris est, & semper hominibus agnitus apparuit materiebus his quæ a nobis videri possent. Nam veniat Judæus ad medium, adsit qui non credit Dei naturæ apparenti hominibus in humana natura, dicat mihi quomodo Moyses vidit Deum. Naturam vidit, an invisibilem? Nequaquam. Inenarrabilis est enim rationibus humanis. Quomodo ergo vidit ex rubo ardentem ignem, & rubum non consumi? Cur ergo non credis ei qui ex virgine natus est & virginitatem non corrumpit? An certe tu quidem audiens quia ex rubo loquitur Deus & dicit Moysi, *Ego Deus Abraham, & Deus Isaac & Deus Jacob*, & quia procidens Moyses adoravit, credis non cogitans ignem qui videbatur, sed Deum qui loquebatur; cum vero vulvam virginalem commemoravero, abominaris & refugis. Dicito enim mihi, quid abjectius est, rubus an vulva virginalis concupiscentiis munda peccati? Nescis quoniam quæ antiquitus gesta sunt, meditatio futurorum sunt & horum quæ nunc aguntur. Nam sacramenta præformata sunt per antiqua. Propterea rubus accenditur, ignis efficitur, & quæ sunt ignis non operatur. Illuminat, non corrumpit; splendificat, non incendit; beneficium præstat, non punit. Putas in rubo non vides virginem? Putas in igne clementiam non vides ejus qui venit? Judex adest inter eos qui judicantur, & judicium non fit; judex in his qui condemnantur, & ne quaquam supplicium; judex advenit non judicans, sed docens, non condemnans, sed sanans. Vides quomodo ille antiquus ignis hanc clementiam nuntiavit. Noli mirari si per vulvam virginalem, cum Deus esset, natus est. Nihil enim putat injuriam Deus quod est occasio salutis hominibus. Tu quidem non ita vilem Dei naturam arbitreris, tamquam quæ esse aliquando subjecta possit injuriis. Nihil enim abjectorum quæ passus est propter nos injuriam facit illi naturæ. Propria facit inferiora, ut salvet naturam nostram. Dum ergo quæ abjecta & vilia sunt, Dei naturam non exhonorant, sed salutem hominibus operantur, quomodo dicis ea quæ causa nostræ salutis sunt injuriæ occasionem fuisse Deo? Apparuit igitur Deus hodie per virginem, & virgo mansit virgo, & mater facta est. Incorruptionis enim opifex corruptionem non operatur, creator immortalitatis nihil corrumpit. Quia vero & Photinus purum hominem dicit qui natus est, Dei non dicens esse partum, & qui ex vulva processit, hominem ponit Deo divisum, dicetur nunc a me quomodo natura humana per vulvam virginalem nata virginitatem vulvæ servavit incorruptam. Nullius enim hominis mater virgo permansit. Vides quomodo duplicem sensum in eo qui natus est præbet mihi quod natum est. Nam si secundum nos natus fuisset, homo & esset. Si vero matrem virginem servavit, Deus, qui natus est a sapientibus cognoscitur. Deus enim advenit in mundum, non locum de loco mutans, sed naturam circumamictus meam, ut ita dicatur videri volens naturaliter invisibilis. Quocirca non habuit initium esse Deus ex partu, sed ut appareret homo. Quia enim cum Deus esset, homo fieri voluit propter clementiam circa nos, ut nos judicem velut cognatum amplecteremur, & ut haberemus præsumptionem qui ex propriis operibus fiduciam non habebamus. Ad tribunal enim adducti ii quibus ex propriis virtutibus fiducia non erat, sumunt tamquam ex cognato fiduciam. Quid igitur advenit? Deus existens ad homines, non locum ex loco mutans, sed invisibilem naturam ostendens visibilem, & visus ut homo, & tamquam cognatus hominibus appareris, sicut etiam evangelista prædicans dicit, quia verbum caro factum est. Quomodo possibile est Deum verbum fieri hominem, requiris, & modum Dei miraculorum non exigis. Si comprehensibile nobis esset quod incomprehensibile est sermone, miraculum non esset, sed causa naturæ. Si vero miraculum & signum est quod factum est, cede rationem Domino miracula facienti. Quia enim factum est scire te volo, & eo quod factum est fructum fide lucrari. Quomodo vero factum sit, operanti cede. Nam si tu quidem medico credis jubenti, & non perscrutaris modum curæ, credens arti tuam salutem, sed nec alter quispiam non artifex artificis perscrutatur modum, sed cognoscit quidem quod factum est, modum vero arti consedit, tu cum omnia mire a Deo facta sint, rationes exquiris, tamquam indigeat rationibus, ut hæc ipsa cum Deo miracula tu quoque facias. Sed quod dixi, etiam nunc dico. Rei cujus rationem cognoscimus, hujus natura non miraculum est neque signum. Quale est quod dico. Instructor ædificat domum. Rem cognoscimus, materias compositas intelligimus; dicere vero quod factum est non valemus, & propter imperitiam operari hoc non sumus idonei. Plasmavit nato cæco oculos unigenitus ex luto. Hoc ultra rationem est nostram. Miraculum vocatur quod rationibus hominum perscrutari non potest. Signum dicitur ultra consuetam naturam nativitatis. Et quia quidem factum est novimus, modum vero dicere non valemus. Ex luto quidem vasa & lateres fiunt, non oculorum pulchritudo formatur, non membrana subtilia componuntur, non pupillæ decor, non diversitas ipsa consistit, non circuli subtilitas cum toto colore coronatur. Luti natura non est oculi pulchritudinem revocare. Ergo quod natura terræ non recipit, non enim ejus natura in se habet oculi visionem, hoc egit miraculorum creator ad suam voluntatem naturam trahens, & paruit natura jussioni. Noli ergo in infirmitatem humanæ naturæ cadere. Noli dicere quomodo hominis natura cœpit Deum, quomodo Deus factus est homo, quomodo Deus verbum factum est caro visibilis; sed quia factum est credere,

de, modum vero & rationem cede creatori. Si autem vis etiam per exemplum hoc declarari tibi, monstrabo quomodo quod incorporeum est corporatur, quod invisibile videtur, non propria natura mutatum, sed suscipiens figuram visibilem atque tractabilem. Sermo iste prolativus, id est, hominum, quo utentes alterutris convenimus & cogitationes ad invicem explanamus, sermo est incapabilis, sed neque manu tractabilis, auditu vero solummodo susceptibilis. Sed dum præsentem prolativum sermonem ad exemplum substantialis verbi defero, non putes me prolativum dicere Deum verbum, absit. Verbum enim dicitur unigenitus, interpretante divina scriptura impassibilitatem nativitatis ejus, quoniam & mens hominis impassibiliter parit verbum. Propterea alicubi quidem filium eum appellat patris, alicubi autem verbum nominat, alicubi autem splendorem vocat scriptura divina, singula horum nomina de illo dicens ut intelligas ea quæ de Christo dicuntur esse citra blasphemiam. Alibi etenim aliis dico appellationibus usa est, ipsam gloriæ Dei doctrinam facere volens. Quale est quod dico. Filium vocat patris unigenitum, consubstantialem probare volens. Quia enim tuus filius ejusdem tibi naturæ fit, volens sermo ostendere unam substantiam patris & filii, dicit filium patris qui ex eo natus est unigenitus. Deinde quoniam nativitas & filius apud nos ostentationem præbent passionis in nativitate procedentis, ideoque hunc filium appellat etiam verbum, impassibilitatem nativitatis ejus nomine isto demonstrans. Et quoniam pater quispiam factus secundum hominem indubitanter senior suo filio demonstratur, præsente hac appellatione ut præintelligatur filio pater, ne hoc ipsum etiam de divina natura putares, sed coexistentem cœterne patri unigenitum intelligeres, splendorem vocat unigenitum patris. Splendor enim nascitur quidem ex sole, non autem intelligitur sole posterior, sed ex quo sol, ex tunc ex sole natus splendor. Coexistere itaque semper patri filium splendor tibi denuntiet, impassibilitatem nativitatis ostendat verbum, consubstantialitatem vero filii nomen insinuet. Sed ad præsentia redeamus, & hodie nati verbi Dei præsentiam declaremus, & per exemplum ostendamus quomodo quod natura non est visibile visibile fit, & quod non tractatur, eo quod incorporeum est natura, invenitur esse tractabile. Sermo igitur iste quem protulimus, quo alterutris locutionibus utimur, sermo est incorporeus, non aspectui subjectus, non tactu tractabilis; sed dum Sermo induerit literas & elementa, visibilis fit, aspectu comprehenditur, tactuque tractatur. Pone namque mihi aliquem loquentem ad aliquem. Numquid prius videtur sermo, numquid manu tractamus prolatum verbum? Si autem quæ dixit in charta scripseris, quod prius non videbamus, postea vides; & quam non tractaveras prius speciem verbi, hanc per chartam tractas & literas. Qua causa? Quia incorporeus sermo corpus chartæ & figuram est indutus elementorum. Ergo quia clarum exemplum factum est, & admonitus es exemplo rei quæ fit per consuetudinem, age, monstremus quomodo unigenitus filius Dei Deus verbum ante sæcula cum patre incorporeus existens naturaliter, hominis naturam propriam faciens postea per virginem natus est, non initium sumens ut esset Deus, sed ut appareret homo. Non enim mihi dicas quoniam de patre natus unigenitus, quomodo rursus de virgine natus est? Ex patre natus est naturaliter, ex virgine natus est propter dispensationem. Illud tamen quoniam Deus velut homo, quoniam & tuus sermo nativitatis est tuæ mentis. Sed cum sermonem istum, quem peperit tua mens, interponere volueris elementis & literis & figurare chartæ, manu scribis literas, & quomodo rursus per manum generas verbum, quod neque sumit initium ut sit quando per manum scriptum est, neque tunc procedit, ut sit quando manus literas figuraverit, sed ex mente quidem natum est, ut autem appareret, initium ex manu sermo literis figurate suscipit. Quia ergo exemplum palam est, & imago notissima facta est, age, principalibus aptemus imaginem. Hic mentem, illic intellige patrem. Hic sermonem ex mente cognosce natum, illic verbum substantiale & substantialiter intellige natum ex patre. Hic manum vides per literas parientem sermonem. Illic intellige virginem per corpus verbum parientem, non initium divinitati dantem per partum, absit, sed apparendo Deum hominibus hominem factum. Quia enim factus est quod ego, necessario natus est sicut ego, cum naturam meam meumque partum necessario suum fecit Deus verbum. Et matrem amplexus est Deus virginem, & per vulvam venit ornatam virginitate. Nihil enim horum quæ finxit Deus abominatur, quia nihil indignum operum ejus factum est. Omnia enim bona, & bona valde, si ea videamus sicut creator vidit facta. Vidit enim Deus omnia quæ fecit, & ecce bona valde. Impassibilibus ea respice oculis, & sicut Deus hæc vides valde bona. Abjice passionem, & factorum intelligis pulchritudinem. Quid ergo mirum si in suo opere & domo inhabitavit Deus? Tu vero dicis quidem eum digne in cœlo habitare, indignam vero mansionem ejus hominem arbitraris. Causas discernis, non veritate sermonum, sed passione atque præsumptione. Dic mihi, quid celsius, cœlum, an homo? quid Deo pretiosius, sol, an homo? Nolo ut elementorum respicias claritatem, neque propter bonum colorem præponas naturam, neque excellentem claritatem solis obstupescas: nec quia ego pelle & carne indutus sum secundum sacrum Job, sed rationalis animæ considera nobilitatem; vide hominis creaturam, & mirare animam. Mentem habet omnibus præesse valentem, manus accepit ministrantes sapientiæ mentis, instrumenta omnium artium operatur. Solum hoc creaturarum omnium necessitate liberum factum est. Dominum voluntatis propriæ solum hominem formavit Deus. Non vides solem sub necessitate currentem, non vides in una specie ejus ductum. Quare? Quoniam voluntatis suæ dominus non est. Tu vero accedis liber, agis quæ vis, non habens necessitatem impellentem te violenter. Liber anima factus es. Sol servus necessitatis, homo vero voluntate liber. Qui ergo melior, dic mihi, servus, an liber? qui sub jugo necessitatis est, an qui omni necessitate solutus est? Nihil ergo mirum, nihil inopinabile, si in homine inhabitavit Deus, quem propriam imaginem mox formans amplexus est. Circa hominem namque suum propositum Deus mox in initiis creaturæ monstravit, pulverem quidem sumens

de

de terra, & fingens eum, imagine vero instruens divinitatis suæ. Cur ergo quod in tali opere facturus erat, ita ex vili natura formavit? Quare non claritatem solis assumens fecit hominem, sed de terra & pulvere eum formavit, ex elemento inferius jacente & conculcabili? Qua causa velis agnoscere? Quoniam futurus erat honorare hominem, vilem edidit naturam, ne celsitudine honoris elevaret hominem ad superbiam, ut quando ultra naturam honoraretur, reprimeretur naturæ memoria, & magnitudinem honoris agnosceret, non sua dignitate, sed gratia conferentis. Ergo & hoc fuit clementiæ creatoris, ut imago Dei ex terra haberet naturam sapientiæ mediocris. Quocirca nobile animal homo est. Et licet postea contumeliam sustinuerit passionibus invectis, non tamen eum intendas offendentem, sed ante prævaricationem legis considera imaginis Dei cognationem. Cur ergo despicis cadentem, primam ejus facturam oblitus, & honorem antiquum non arbitratus, quem ei rursus cum plurima munificentia reddidit Deus uniens sibi suam imaginem. Nihil ergo dissonum illius clementiæ factum est. Neque enim injuriosum est bono domino communicare servo rebus servilibus ad utilitatem famuli. Non enim injuriam patitur per ista qui bonus est, sed quod est per talia magis agnoscitur. Noli mirari causam. Nam si temetipsum domum fabricaveris Deo, & in te habitabit; licet non ita sicut in filio. In Christo enim inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Sed o miraculum! omnis plenitudo divinitatis in uno habitat, & omnia complet, & continet creaturam, totus existens in uno, & a nulla creatura divisus. Nec tibi quod dicitur impossibile videatur. Nam & ego nunc profero sermonem, & is sermo totus est in uno, & verbum in omnibus factum est, & totum verbum cœpit unus, & a multitudine verbum non circumscribitur. Si igitur res quæ fit & perimitur, & in uno tota inhabitat & in omnibus fit, quid mirum tibi videtur si Deus & totus in uno inhabitat & in omnibus invenitur. Causa igitur festivitatis est quia Deus factus homo est, sumens humana ut daret divina, suas faciens passiones ut donaret impassibilitatem, subiens mortem ut largiretur immortalitatem. Denique suas hominum passiones fecit, non natura mutata, sed voluntate hæc propria faciens. Et merito fecit hæc, hominem liberare volens. Pro qua itaque causa suas passiones hominum facit? Quoniam volebat passione adimere passionem & mortem morte destruere, & per similia, similia proposuit expugnare. Suas fecit plagas, vincula sua fecit, ut Dei factæ passiones contra passiones acciperent potestatem: Non enim natura Dei læsa est. Neque enim mutatione sua suscepit passiones. Et ideo fortitudinem a Deo passiones contra similia perceperunt. Item enim mors tamquam Dei facta destruit mortem, & moriens solvit tyrannidem mortis, quoniam & Deus & homo erat. Non enim purum hominem crucifixerunt Judæi, neque visibilem solummodo naturam transfixerunt; sed ei qui in ea erat intulerunt præsumptiones, qui visibilis naturæ proprias fecit passiones. Et ut hoc quoque tibi fiat manifestum, ad exemplum ab initio dictum rationem denuo reducamus. Pone enim principem loqui sermonem, & hunc formari per literas in charta aliqua quæ dicitur sacra, & dirigi civitatibus sermonem circumamictum & charta & literis libertatemque donantem aut alia quædam dona regalia indigentibus deferentem, si hanc quæ dicitur sacra lingua Romanorum suscipiat aliquis inobediens & civitatis inimicus & hostis Imperatoris, & sumens chartam disrumpat, quid disruptum est hic, charta solummodo, an etiam sermo regalis? Denique si charta rupta est sola, facile est comparare quod ruptum est, & sine reatu est qui rupit, aut quinque obolis solummodo condemnandus. Sed pœnam suscipiet novissimam, atque torquebitur, & ad mortis sententiam deducetur, non tamquam chartam decerpens, sed tamquam etiam verbum imperiale disrumpens, cum utique verbum imperiale impassibile sit, neque manibus capiendum per suam naturam, neque rumpi possibile. Sed ipsum disruptum est, chartam & literarum passiones proprias faciens. Vides quomodo quod impassibile est suscipit passionem, dum communicat naturæ passibili. Non enim sermo propria natura disruptus est & passionem chartæ elementorumque suscepit. Non igitur securus sit Judæus tamquam purum hominem crucifigens. Quod enim videbatur, charta erat; quod autem in eo celabatur, imperialis sermo. Natus est natura, non prolatus per linguam. Verbum namque unigenitus dicitur, non prolativum, sed substantiale & substantialiter. Nihil enim propria natura patitur, quorum impassibilis ratio est. Proprias vero fecit rei visibiles passiones. Et sicut imperialis sermo literarum injuriam ipse suscepit, & passio chartæ est propria facta sermonis, ita unigenitus Dei Deus verbum crucifixi fecit proprias passiones. Propterea sicut qui sacram imperialem decerpsit, tamquam Imperatoris disrumpens verbum, ad mortem adducitur, sic crucifigens Judæus quod viderat, pœnas dabit, tamquam in ipsum Deum verbum præsumptiones injiciens. Jam enim Deus tamquam passionem suam ulciscitur quæ præsumpta sunt. Sed sufficiunt quæ dicta sunt, quoniam cogitare oportet & pro vestri memoria. Multitudo namque dictorum procedens audientium sensum facit immemorem. Mereamur autem per gratiam Dei ut & quæ dicta sunt mente percipiatis & alia ex istis propositis & regnum cœlorum pro his hæreditate possideatis; quod omnes adipiscamur gratia Christi, cui gloria & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia Rhegini Episcopi Constantiæ Cypri.

CAP. LXIII

MIhi quidem tacere videbatur & ex hoc patres honorare, & non signum scientiæ meæ hoc sermone relinquere, deinde etiam apud viros tales dicere, magis autem pro causa sic maxima atque terribili quam quilibet etiam solummodo cogitando tremescit. Sed quoniam etiam tacere volentes non sinis, o sapiens, mihi jam sermonibus inchoandum est. Dicta etenim sunt de te a multis ante nos talia. Nihilominus & a me dicendum. Quomodo cecidit de cœlo lucifer, qui mane oriebatur, & quomodo cecidit Babylon? Cui enim alii te comparet quisquam, non video. Judæis te comparo, Judæis Domini negatoribus, quorum impietatem nutristi, quos illudere coegisti tamquam nihil agentes. Sed isti fors Dei

aliquando fuerunt, legemque susceperunt, & innumeris bonis potiti sunt, miseri quidem & illi per tanta bona benefactorem non agnoscentes, sed pro beneficiis contra Dominum injurias inferentes. Sed tamen dictum est de eis: *Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ salvæ fient*. Et alibi rursus; *Potest Deus iterum inserere eos*. De te vero, abominabilis, quid dicturus sim? Quid quoque te dicet aliquis? Recte dicat miserum Cham? Sed etiam illius sunt mitiora quam tua. Et si interrogaveris, dicam. Sed etiam injuria parva est. Non enim hæc comparabuntur illis. Nam & quæ sub Noe præsumpta sunt transcendisti, & quæ Sodomis gesta sunt tuis cedunt blasphemiis, ut bene dicatur de te illud: *Justificabitur Sodoma ex te*. Illud namque in uno orbis terrarum loco præsumebatur, & impietas ad contribules veniebat. Tu vero in parvo tempore orbem terrarum commovisti, subvertisti fidem, ineffabilem dispensationem, quantum ad te, vastasti; etiam ut de te dicatur: *Non est medicamentum ponere, neque oleum, neque ligaturas*. Oportebat utique olim ad increpationem manifestam impietatis horum quæ præsumpsisti migrare de tabernaculo tuo, aut concrematum aut vulneratum effici, ut simplicioribus pœnas dedisse videreris. Apud nos enim jam dedisti, & denuo dabis. Sed quoniam Deus verbum etiam propter te fieri passus est caro, quia a te dividitur, adhuc præparat tibi tormenta per flammas, sciens quidem quia non eris melior, & incomprehensibilem tibi punitionem parans, dorsum stravit ad incessum, & conservum suscepit dominicis obediens nutibus. Mors autem Lazarum reddidit post consuetam legem, cum scirent ambo præcepta dominica. Illud quidem vetus est, hoc vero novum. Taceo solem terrore celatum, petras fissas, & aperta monumenta. Et si parva tibi sunt hæc ad comparationem divinitatis, erubesce testimonium resurgentium. Itaque fratres sunt qui viderunt ossa putrida membrorum & rupta vermibus, quorum pabula propter mortem sunt. Sed illos quidem similibus pasci in secta nequissima relinquendum est. Nos autem divinis pascimur verbis, qui Deum carne factum confitemur, & conversari nobiscum unigenitum a paterna forma non recedentem. Imago namque est paternæ benignitatis & condescensio, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Exemplar epistolæ scriptæ a sancta synodo ad Archiepiscopum Romanum Cælestinum, significans omnia quæ gesta sunt in Ephesino Concilio.

CAP. LXIV. Sanctissimo & reverentissimo comministro Cœlestino sancta synodus quæ secundum Dei gratiam congregata est in Ephesiorum metropolim in Domino salutem. Tuæ quidem sanctitatis circa pietatem zelus & circa rectam fidem salvatoris omnium nostrum Deo amica vel placans solicitudo digna omni admiratione fuit. Mos est enim vobis ita magis existentibus in omnibus bene probari & omnia studia Ecclesiarum vestra propria facere. Quoniam autem oportebat omnia ad scientiam tuæ sanctitatis referri quæ subsecuta sunt, scribimus necessario quia secundum voluntatem omnium nostrum salvatoris Christi & secundum decreta piissimorum & cmatorum Christi Imperatorum congregati sumus in Ephesinorum metropolim ex multis & diversis provinciis ultra ducenti existentes numero Episcopi. Deinde piissimis decretis cmatorum Christi Imperatorum, per quæ vocati sumus, tempus definivimus sessioni sanctæ synodi diem sanctæ Pentecostes omnibus concurrentibus, maxime quia continebatur in literis Imperatorum ut si non aliquis occurrisset post definitas inducias, non bona conscientia abesset, & esset inexcusabilis tam apud Deum quam apud homines, defuit reverentissimus Joannes Antiochenorum Episcopus, non quasi voluntate simplici, sed neque spatio itineris impedimentum faciente, sed occultans mente consilium & cogitationem dissonantem a Deo, quam non longo post tempore veniens Ephesum demonstravit. Distulimus igitur Concilium post definitum diem sanctæ Pentecostes in totis decem & sex diebus, cum multi tam Episcopi quam Clerici & ægritudine comprehensi & afflicti essent in expensis, aliquanti vero & de vita migrassent. Et erat, sicut perspicit & tua sanctitas, injuria magis contra sanctam synodum quod agebatur. Tanta enim dilatione perverse usus est, cum utique eum præcessissent multi ex longioribus spatiis. Verumtamen post diem sextum decimum præcesserunt quidam ex his qui cum eo erant Episcopi metropolitæ duo, Alexander Apamiæ, & alter Alexander Hierapoleos. Deinde nobis incusantibus adventus tarditatem reverentissimi Episcopi Joannis, dixerunt non semel, sed sæpius, quia demandavit nobis nuntiare reverentiæ vestræ quod si contigerit eum adhuc morari, non differri synodum, sed facere quod oporteat. His renuntiatis, & manifesto facto tam ex tarditate quam ab his quæ ab eo nuntiata sunt quia recusat Concilium, sive Nestorii amicitiæ [a] præstans, sive quia Clericus fuerat sub se constitutæ Ecclesiæ, sive quorumdam pro eo petitionibus cedens, consedit sancta synodus Ephesi in majore Ecclesia quæ vocatur Maria. [b] Cum autem omnibus alacriter convenientibus solus [c] deesset Concilio Nestorius, commonuit eum sancta synodus canonice per Episcopos prima & secunda & tertia vocatione. Ille autem militibus circumcludens suam domum, superbiit contra ecclesiasticas leges, nec passus est semetipsum manifestum constituere nec satisfacere de iniquis suis blasphemiis. Postea relectæ sunt literæ quæ scriptæ sunt ad eum a sanctissimo & reverentissimo Episcopo Alexandriæ Ecclesiæ Cyrillo; quas & probavit recte habere & inreprehensibiliter sancta synodus & nullomodo dissonasse aut a divinitus inspiratis scripturis aut etiam a tradita & exposita fide in magna synodo sanctorum patrum qui in Nicæa per tempora convenerunt, sicut & tua sanctitas recte hoc probans testificata est. Lecta autem & epistola Nestorii quæ ad ipsum scripta est memoratum sanctissimum & reverentissimum fratrem nostrum & comministrum, censuit sancta synodus aliena omnino ab apostolica & evangelica fide esse quæ in ea erant dogmata multis & novis

a *Præsunt*) Codex Bellovac. *commendant*.
b *Cum autem*) Idem codex. *Quoniam autem*.
c *Deesset*) Item idem codex, *deerat*.

novis languentia blasphemiis. Lectis vero similiter & expositionibus ejus impiissimis, necnon etiam & scripta ad eum epistola a tua sanctitate, per quam rationabiliter condemnatus est, utpote qui blasphema scripserit & inreligiosas voces suis expositionibus inseruit, sententia prolata est justa depositionis ejus, maxime quia in tantum longe est a pœnitentia aut a recognitione eorum in quibus blasphemavit adhuc Constantinopolitanam habens Ecclesiam ut etiam in ipsa Ephesinorum metropoli sermonem faceret ad quosdam metropolitanos Episcopos non ignorantes, sed doctos & reverentissimos, & auderet dicere quia ego bimenstrem & trimenstrem Deum non confiteor, & alia insuper diceret acerbiora. Sicut inreligiosam igitur & abominabilem hæresem & pervertentem evangelicam nostram sectam & omnem funditus mysterii dispensationem evellentem deposuimus, sicut superius diximus. Sed non [a] poterat fieri, ut videtur, in Christo caritatem habentes & zelum in Domino, non multas experiri difficultates. Speravimus enim reverentissimum Antiochenorum Episcopum Joannem & subtilitatem synodi & pietatem laudare & fortasse culpare depositionis tarditatem. Evenerunt autem nobis omnia quæ in spe fuerant contraria. Inventus enim inimicus & hostis tam sanctæ synodo quam etiam ipsi rectæ fidei Ecclesiarum, sicut ipsa res indicat. Mox enim quod ingressus est Ephesum; nondum excusso itineris pulvere, nec exutis [b] vestimentis, congregavit quosdam qui cum Nestorio recesserant, & blasphemias contra suum locuti sunt caput, ac non solum deridentes gloriam Christi; & congregans tamquam collegium sibi triginta hominum numero nomen episcopatus habentium, quorum quidam sunt sine civitatibus, vacantes autem & Ecclesias non habentes, alii autem ante multos annos pro acerbis causis depositi a suis Metropolitis, cum ipsis autem & Pelagiani & [c] Cœlestiani, & de his quidem qui [d] de Thessalia projecti sunt, rem præsumpsit iniquam, quam nullus horum qui ante eum fuerunt. Composuit etenim solus chartam quidem depositionis nomine, & injuriis affecit sanctissimum & reverentissimum Alexandrinæ urbis Episcopum Cyrillum & reverentissimum & coepiscopum nostrum Memnonem Ephesinum, nullo nostrum sciente, sed nec his qui injuriam pertulerunt agnoscentibus quod agebatur vel propter quam causam hoc præsumpsissent, sed tamquam pro his non indignante Deo, & quasi non essent canones ecclesiastici, aut quasi non periclitaturi ipsi propter hanc audaciam, injuriis afficiunt excommunicationis nomine etiam omnem synodum. Deinde & publice in charta hoc inserentes proposuerunt [e] ad legendum volentibus, theatri parietibus affigentes, ut suam impietatem in spectacula facerent: Sed non hucusque eorum processit audacia. Sed enim fiduciam adsumpserunt, scripserunt aliquid quasi canonicum, & ad aures piissimorum & amatorum Christi Imperatorum referre, quæ hujusmodi sunt. His ita factis, sanctissimus etiam & reverentissimus Episcopus Alexandrinorum Cyrillus, necnon & reverentissimus Episcopus Ephesinorum civitatis Memnon, libellos a se compositos, & convenientes tam ipsum reverentissimum Episcopum Joannem quam eos qui cum eo hoc egerunt, obtulerunt, conjurantes nostram sanctam synodum [f] ut evocaret canonice & ipsum Joannem & eos qui cum eo sunt, quatenus satisfacerent de quibus [g] præsumpserant, & si quid accusare haberent, si possent, dicerent & convincerent. In charta enim quæ scripta est ab eis depositoria, potius autem injuriosa, occasionem inseruerunt quia Apollinaristæ & Ariani & Eunomiani sunt, & propter hoc depositi sunt a nobis. Instantibus igitur his qui injuriam sustinuerunt ab illis, iterum nos necessario congregati in magna Ecclesia supra ducentos existentes Episcopi, una & secunda & tertia vocatione in biduo evocavimus & ipsum Joannem & eos qui cum eo erant in Concilium, quatenus convincerent injuriam passos, & satisfacerent, & causas dicerent pro quibus depositionis composuerunt chartam; & non præsumpsit venire. Oportebat autem eum, si vere convincere poterat memoratos sanctissimos viros quasi existentes hæreticos, & venire & ostendere hoc verum esse, quod accipiens ut validum & indubitatum crimen, temerariam sententiam contra eos protulit; sed ex fragili conscientia non occurrit. Quod autem construebatur, illud erat. Putavit enim quasi hæc [h] inepta & injusta injuria soluta, pariter solveretur & synodi justa sententia quæ prolata est contra hæreticum Nestorium. Indignati igitur merito, tractavimus quidem æquam tam contra ipsum quam contra alios sententiam proferre legitime, quam ipse contra leges in eos, qui in nullo reprehensi sunt, protulit. Ut autem illius temeritatem patientia vinceret, licet juste hoc pateretur & legitime, servavimus judicio tuæ reverentiæ hoc. Interim eos sine communione fecimus, amputantes illis omnem potestatem sacerdotalem, ut nullum possint lædere per suas sententias. Eos enim qui ita ferociter & crudeliter & contra canones inruere solent ad pessimas & sævissimas res, quomodo non erat necessarium quam non habuisset adimere eis lædendi potestatem? Fratribus igitur nostris & comministris Cyrillo & Memnoni, qui ab eis sustinuerunt injuriam, & communicatores omnes sumus, & post illorum temeritatem ministravimus cum eis & simul ministramus, communiter omnes congregationes celebrantes, evacuantes [i] ex scripto illorum lusum, invalidumque & effectu carentem monstravimus. Injuria enim erat solummodo, & nihil aliud. Viri enim numero triginta, & alii quidem eorum hæretica ma-

a *Poterat fieri*) Ibidem, *erat incongruum*. b *Vestimentis*) Hac est lectio libri Bellovacensis. Contius habet, *etiamsi vestimentis*. Codices Colbertinus & Turonensis, *nec exutis mentis*.

c *Cœlestiani*) Ita codex Colbertinus. Alii habent *Cœlestinisni*. d *De Thessalia*) Codices Colbert. & Turon. *a Thessalia*. Postea sequitur, *projecti*, in iisdem codicibus. Pro quo Bellovacensis habet *ejecti*.

e *Ad legendum*) Secuti hic sumus editionem Contianam, cum qua Græca verba consentiunt. In Colbertino & Turonensi exemplaribus scriptum est, *alligandum*. Bellovacense mutilum est in hoc loco.

f *Ut evocaret*) Ita codex Colbertinus. Bellovac. *evocare canonice ipsum etiam Joannem*.

g *Præsumpserant*) Idem codex Bellovac. *ausi essent*. h *Inepta*) Codex Bellovac. *flagitiosa & injusta injuria solveretur, simul refutaretur & justa synodi sententia quæ prolata*. i *Ex scripto illor.*) Idem codex, *per scripta a nobis ill. . . . jecti, invalidos & effectu carentes monstravimus*.

cula notati, alii autem sine civitatibus & ejecti, qualem habent synodi personam, aut qualem virtutem contra synodum congregatam ex omni orbe qui sub cœlo est. Confederunt enim nobiscum & qui a tua sanctitate destinati sunt reverentissimi Episcopi Arcadius & Projectus, & cum eis sanctissimus Presbyter Philippus, tuam nobis præsentiam per se donantes, & apostolicæ sedis locum replentes. Indignetur ergo tua reverentia competenter pro his quæ facta sunt. Si enim data fuerit volentibus licentia & majores injuriis sedes afficere & contra eas in quibus non habent potestatem contra leges sic & contra canones proferre sententias, magis autem injurias, & his qui pro pietate tot certamina sustinuerunt, [a] quorum causa & nunc pietas per vestræ reverentiæ orationes effulsit, ibunt ad ultimam confusionem Ecclesiæ res, [b] castigatis autem secundum congruum modum talia audentibus, vacabit omnis turbatio, & condecens canonibus reverentia ab omnibus servabitur. Lectis vero in sancta synodo gestis quæ celebrata sunt in depositione inreligiosorum Pelagianorum & Cœlestianorum, Cœlestii, Pelagii, Juliani, Præsidii, Flori, Marcelliani, Orentii, & similia eis sapientibus, censuimus & nos valida & firma perseverare quæ de ipsis definita sunt a tua reverentia, & consentanei sumus in sententia omnes, depositos eos habentes. Ut autem integre omnia cognoscatis quæ acta sunt, destinavimus gesta. *Et subscriptio*. Salvum te esse, & ut memor nostris sis in Domino deprecamur, dilectissime & desideratissime. *Subscripserunt & deinceps omnes Episcopi secundum morem.*

Sequuntur hoc loco in codice Bellovacensi Cœlestini epistola ad Theodosium, Maximianum Episcopum Constantinopolitanum, clerum Constantinopolitanum, & ad synodum Ephesinam; quas (quia jam editæ sunt in tomo superiori) edere hic noluimus.

Duplex extat sequentis mandati versio antiqua; una nostra, quam descripsimus ex tribus antiquis exemplaribus & ex editione Contiana; altera ex vetusto codice edita Basileæ anno MDXLII. a Roberto Vvinter; cujus licet idem sit sensus, verba tamen sunt admodum diversa. Sequitur deinde in eadem editione Basileensi relatio synodi ad Imperatores missa cum Episcopis in mandato nominatis. Quia vero hæc etiam versio vetus est, & utilis esse potest, neque extat in tomis Conciliorum, quamvis olim recusa sit a Petro Crabbo, eam hoc loco exhiberi debere visum est, ne quid istiusmodi lateat rei canonicæ & historiæ ecclesiasticæ studiosos.

VETUS EDITIO.

Mandatum gestum a sancto Concilio in his qui sunt missi ab eo Constantinopolim reverentissimis Episcopis ut causam cum orientalibus dicerent.

CAP. LXV

Deo amantissimo & Dei cultori Presbytero Philippo obtinenti locum sanctissimi & Deo amantissimi Archiepiscopi magnæ Romæ Cœlestini, & Deo amantissimis & sanctissimis Episcopis, Arcadio, Juvenali, Flaviano, Firmo, Theodoto, Acacio, Evoptio, sancta & universalis synodus quæ gratia Dei & sanctione piissimorum Principum congregata est in Ephesenorum metropoli, in Domino salutem. Jussi a piissimis (*a*) & Christo amantissimis Imperatoribus legatos dirigere pro omni simul orbe terrarum, qui per eos qui in Ephesina civitate collecti sunt nobiscum pro recta fide certamen suscepit, decrevimus [c] vestram sanctitatem, utpote coram Deo Christo vobis pro recta fide sanctisque patribus atque fratribus sanctissimo & Deo amabili Archiepiscopo Cyrillo & sanctissimo & Deo amabili coepiscopo Memnoni legationem committere. Utrorumque vero providentiam facientes & nostræ cautelæ & vestræ, hoc vobis mandatum porreximus, ut & nos sciamus in quibus vos destinavimus, & vestra sanctitas agnoscat quia nihil citra hæc facere debetis. Ante omnia siquidem illud scire vestram condecet sanctitatem quia apud Joannem Antiochenum & quod eum eo est recessionis Concilium, communionem nullo debetis modo suscipere, eo quod nec ipsi voluerint nobiscum deponere impietatis prædicatorem Nestorium, sed pro illo usque ad vestrum egressum facere sermonem, & præsumpserunt extra omnes regulas condemnare

EDITIO BASIL.

Mandatum quod synodus dedit Legatis Constantinopolim proficiscentibus ut orientales judicarent.

Philippo Presbytero Dei & amantissimo & colendissimo sanctissimi & pientissimi Archiepiscopi apostolicæ sedis magnæ Romæ Cœlestini Vicario, & pientissimis & sanctissimis Episcopis Arcadio, Juvenali, Flaviano, Firmo, Theodoto, Acacio, Evoptio, sancta & universalis synodus, quæ gratia Dei & edicto pientissimorum Regum in Ephesinorum metropoli congregata, in Domino salutem. Admoniti a pientissimis Christique amantissimis Regibus, ut mittantur Legati pro toto orbe, qui propter eos qui nobiscum in Ephesiorum urbe congregati sunt, anxius est, unanimi calculo decrevimus & legationis provinciam, ut pro recta fide & pro sanctis fratribus sanctissimo & Dei amantissimo Archiepiscopo Cyrillo & Dei amantissimo coepiscopo Memnone injunximus. Utrorumque autem securitatis & vestrorum & nostrorum habentes curam, hoc mandatorium diploma instruximus, ut & scias propter quæ nos miserimus & vestra pietas cognoscat quod nihil præter hæc facere debeatis. Ante omnia igitur sciat vestra sanctitas quod cum Joanne Antiocheno & cum apostatarum Concilio communionem nullo modo habere debeatis, eo quod noluerunt nobiscum deponere impietatis præconem Nestorium, sed illi usque ad abitionem vestram patrocinati sunt, ausi contra omnes canones condemnare sanctissimum Deique amantissimum Archiepiscopum Cyrillum & sanctissimum Deique amantissimum Memnona. Præterea usque ad id tempus in Nestorii dogmatis

a *Quorum causa*) Idem codex, *propter quos*.
b *Castigatis*) Idem Bellovacensis codex habet *correctis*.
c *Vestram sanctit.*) Ita omnia vetera exemplaria. Melior tamen videtur editio Conciliorum, in qua scriptum est, *vestra sanctitati*. Interpres secutus est inflexionem verborum Græcorum, τὴν ὑμετέραν ἁγιότητα.
(*a*) Ad hæc verba codex Casin. in margine notat: *Deum solus*.

matis defendendis anxii sunt. Sunt item inter eos Cœlestiani & depositi, audentque totius orbis synodum hæreticam appellare. Jam si necessitas quædam se obtulerit adeundi Regem pientissimum, quoniam edicto amatoris Christi & pientissimi pro virili obediendum est, si noluerint prædicti subscribere depositioni Nestorii & per libellos veniam petere a sancta synodo super iis quæ temere in nostros præsides admiserunt, anathematizareque & Nestorii dogma & abjicere eos qui eadem cum illo vel sapiunt vel sapuere, denique & laborare nobiscum ut restituantur nobis sanctissimi Archiepiscopi Cyrillus & Memnon, permittimus vestræ sanctitati his factis polliceri quidem ipsis communionem, scribere autem nobis, ut & vobis compascisentibus perfecta cum ipsis pax constet. Verum non erit antea promittenda illis pax, nisi præsides suos recipiat sancta synodus. Scire autem volumus vestram sanctitatem quod si quid horum a vobis contemptum fuerit, nèque sancta synodus acta habebit rata, neque vos communionis sinet esse participes.

Subscriptiones, quæ sequuntur, additæ sunt ex editione Basileensi.

A sanctissimum & Dei amantissimum Archiepiscopum Cyrillum & sanctissimum ac Dei cultorem Episcopum Memnonem; deinde eo quod hactenus Nestorii [a] concertent dogmatibus, & quidam inter eos sint Cœlestiani atque damnati, & orbis terrarum synodum præsumant velut hæreticam accusare. Si vero forsitan necessitas quædam a piissimo Principe deferatur, quoniam oportet Christo amabili piæque sanctioni secundum quod possibile est obedire, si voluerint prædicti subscribere quidem damnationi Nestorii, per libellos autem veniam petere a sancto Concilio pro quibus excesserunt contra nostros præsules, & anathematizare Nestorii dogmata, & eos qui aperte quæ ejus sunt B sapiunt vel sapuerunt abjicere, & vobiscum laborare ad reddendum nobis sanctissimos Archiepiscopos Cyrillum & Memnonem, permittimus vestræ sanctitati his gestis suscipere quidem eos ad communionem, scribere autem ad nos, ut & nobis & vobis consentientibus integra ad eos pax celebretur, non prius autem communionem eis polliceri nisi præsules suos synodus sancta receperit. Scire autem vestram volumus sanctitatem quia si quid horum a vobis despiciatur, neque sancta synodus suscipiet a vobis gesta, neque vos communicatores habebit.

Berinianus Episcopus Pergæ mandans subscripsi.

Subscripserunt autem & omnes qui præpositi sunt in statu monumentorum sanctissimi Episcopi.

SUBSCRIPTIONES.

Berinianus Pergæ justus subscr.
Erenianus subscripsi.
Dalmatius subscripsi.
Severus subscripsi.
Pius subscripsi.
Hellanicus subscripsi.
Palladius similiter.
Amphilochius similiter.
Perigenes similiter.
Iconeus similiter.
Thomas similiter.
Rhodon similiter.
Tychicus similiter.
Martyrius similiter.
Nicias similiter.
Nestorius similiter.
Theodorus similiter.
Archelaus similiter.
Aphobius similiter.
Hermobius similiter.
Dorotheus similiter.
Tarianus similiter.
Abraham similiter.
Petrus similiter.
Eudoxius similiter.
Adelphius similiter.
Eulogius similiter.
Theonas similiter.
Cyrus similiter.
Marcellinus similiter.
Aristonicus similiter.
Valerianus similiter.
Cyrus similiter.
Meonius similiter.
Dynatus similiter.
Idduas similiter.
Epiphanius similiter.
Gregorius similiter.
Hesychius similiter.
Tribunianus similiter.
Philippus similiter.
Heracleon similiter.
Petrus similiter.
Theodosius similiter.
Eusebius similiter.
Venantius similiter.
Anysius similiter.
Domninus similiter.
Zenobius similiter.
Aetius similiter.
Timotheus similiter.
Eugenius similiter.
Callippus similiter.
Joannes similiter.
Theodotus similiter.
Ablabius similiter.
Domninus similiter.
Eustachius similiter.
Constantinus similiter.
Eunepius similiter.
Euprepius similiter.
Paralius similiter.
Silvanus similiter.
Limonius similiter.
Cyrillus similiter.
Euporus similiter.
Carius similiter.
Reginus similiter.
Senecion similiter.
Docimasius similiter.
Theosebius similiter.
Domnus similiter.
Asterius similiter.
Bessulas similiter.
Maximus similiter.
Theodulus similiter.
Commodus similiter.
Modestus similiter.
Aristobulus similiter.
Ephabius similiter.
Heraclius similiter.
Paulus similiter.
Theon similiter.
Hieraris similiter.
Chrysaorius similiter.
Hermogenes similiter.
Aristocatus similiter.
Alexander similiter.
Lampetius similiter.
Severus similiter.
Ardesimus similiter.
Apellas similiter.
Alypius similiter.
Anderius similiter.
Paulus similiter.
Macedonius similiter.
Acacius similiter.
Spudasius similiter.
Aphronius similiter.
Philetus similiter.
Promachius similiter.
Nectarius similiter.
Metrodorus similiter.
Evagrius similiter.
Theodorus similiter

So-

a *Concertent*) Ita omnia vetera exemplaria. Contiùs habet *concerdent*

Solon similiter.
Mandianus similiter.
Eusebius similiter.
Heraclides similiter.
Ammon similiter.
Zenobius similiter.
Zenon similiter.
Isaac similiter.
Nateras similiter.
Timotheus similiter.
Zenon similiter.
Eusebius similiter.
Philadephus similiter.
Macarius similiter.
Pabiscus similiter.
Andreas similiter.
Phœbammon similiter.
Sabinius similiter.
Eusebius similiter.
Alexander similiter.
Eutherius similiter.
Saadius similiter.
Petrus similiter.
Joannes similiter.
Ammon similiter.
Romanus similiter.
Paulus similiter
Joannes similiter.
Rufinus similiter.
Nesius similiter.
Thomas similiter.
Joannes similiter.
Timotheus similiter.
Eusebius similiter.
Paulus similiter.

VETUS EDITIO

Relatio missa a synodo Imperatoribus per supradictos & destinatos Episcopos.

CAP. LXVI. Pliissimis & Deo (a) custoditis & Christo amabilibus Theodosio & Valentiniano victoribus, triumphatoribus, semper augustis, sancta synodus quæ per Dei gratiam & sanctionem vestræ potentiæ in Epheso celebrata est. Omnia quidem vestri imperii laudabilia sunt & plurimum circa pietatem ostendentia zelum, Christo amabiles Imperatores. Et propterea communiter universi & seorsum unusquisque pro æterna vestra potentia orationes Domino nostro Christo proferimus, servari orbi terrarum per sæculum Christo amabilem vestrum apicem supplicantes. Quia vero etiam nunc nostris flexa precibus pietas vestra præcepit per magnificentissimum & gloriosissimum Comitem Joannem dirigere nostrum universale Concilium quoscumque probaverit Deo amabiles Episcopos ad vestram potentiam, & coram vobis positos eos docere omnia quæ secundum nos sunt, necessario gratias agentes Christo amabili imperio vestro, elegimus sanctissimos & Deo amabiles Episcopos Arcadium, Juvenalem, Flavianum, Firmum, Theodotum, Acacium, & Evoptium, & Philippum presbyterum obtinentem locum sanctissimi & Deo amantissimi Episcopi apostolicæ sedis magnæ Romæ Cœlestini, & per has literas offerimus eos vestræ tranquillitati, placidum supplicantes aspectum auditumque promereri. Scientes vero Christo amabilem vestram & Deo devotam animam multum agentem placare Christum protegentem vos atque servantem, ejusque sacerdotes honorare per omnia, eo quod ab eo dictum sit, *Qui vos audierit, me audit, & qui vos susceperit, me suscipit*, confidimus etiam de quibus sumus contristati nuntium adjicere literis. Nos enim non alia qualibet causa Ephesiorum adprehendimus civitatem quam tractandi de fide secundum vestram piissimam sanctionem. Quia vero hujus immobilem a sæculo tranquillitatem scelesta Nestorii dogmata turbaverunt, merito consilium de hoc proponentes, post sexdecim dies induciarum definitarum, & eum qui conturbavit Ecclesias suis dogmatibus Nestorium evocantes, cum is conscientia mala detentus occurrere noluisset, examinantes quæ ab eo in scriptis exposita sunt de incorporatione Domini nostri Jesu Christi impia dogmata, & illa ipsa anathematizavimus, & horum patrem omni episcopatus dignitate fecimus alie-

A EDITIO BASIL.

Relatio synodi missa cum prædictis Episcopis & locum tenente Papæ ad Reges.

Plentissimis Deique & Christi amantissimis Theodosio & * Valeriano victoribus, triumphantibus, semper augustis, (synodus) quæ juxta gratiam Dei & vestræ majestatis edictum in Epheso congregata. Omnia quidem, o Reges amatores Christi, regiæ majestatis vestræ acta laudem merentur, magnumque pietatis zelum præ se ferunt, eaque propter unanimitatem omnes & singuli pro perpetua vestra incolumitate & imperio preces Domino Christo offerimus, orantes ut Christi amantissima vestra majestas orbi perpetuo servetur. Quia autem & nunc nostris precibus flexa vestra pietas præcipit per Joannem magnificentissimum & gloriosissimum Comitem ut universalis vestra synodus ad vestram majestatem electos quosdam pientissimos mittat Episcopos, & coram omnes causas exponant, merito gratias agentes Christi amantissimæ vestræ majestati, elegimus sanctissimos ac pientissimos Episcopos Arcadium, Juvenalem, Flavianum, Firmum, Theodotum, Acacium, Evoptium, & Philippicum presbyterum Romæ Cœlestini sanctissimi & pientissimi Episcopi apostolicæ sedis magnæ Romæ locum tenentem; quos his literis vestræ serenitati commendamus, ut eos benigne videre & audire dignetur. Scientes autem quantum anima vestra amat Christum, Deoque sit dedita, maximique faciat Christum, qui pugnat pro vobis & vos servat, habeanturque in honore semper sacerdotes ejus juxta id quod dictum est ab eo, *Qui vos audit, me audit, & qui vos recipit, me recipit* confidimus & quæ nos conturbavit, idem & vos, sic literis insertum est, conturbat. Nos enim non ob aliam causam qui Ephesi nunc sumus quam ut juxta vestrum pientissimum edictum de fide tractaremus. Quoniam enim prophana Nestorii dogmata ejus immobilem a sæculo tranquillitatem conturbarunt, merito super ea re consilium proposuimus. Post sextum & decimum diem præfiniti termini & Nestorium suis decretis Ecclesias conturbantem accersivimus. Verum quia ille male sibi conscius comparere detrectavit, inquirentes impia dogmata quæ de Domini Christi incarnatione ab illo scriptis exposita, ea ipsa anathematizavimus, & eorum patrem ab episcopali dignitate omnino alienavimus. Ceterum Joannes Antiochenus post vicesimum diem præstituti termini, quasi zelo fidei nos adjuturus,

* Valentiniano.

(a) Casin. *amicissimis*. Contra hæc verba in margine idem codex monit: *In Acym hæc non jacet*. Idem Codex hanc relationem ex editione, quæ hic dicitur vetus ponit, sicut & sequens mandatum.

turus, huc pervenit, congregatis apud ipsum Episcopis paulo minus triginta, quorum alii Cœlestiani, alii depositi multo antea fuerunt, adversus nostros præsides & orthodoxæ fidei æmulatores secessit, sanctissimumque & pientissimum Archiepiscopum Alexandriæ Cyrillum & sanctissimum ac pientissimum coepiscopum Memnona, neque accusatos ab ipso, neque citatos juxta canonum rationem, depositionis contumelia affecit, & quasi communicarit cum ipso sancta & universalis synodus in hanc contra illos injustitiam, ita pias & religiosas vestras corripuit aures. At sancta & universalis synodus, cui assidet & magnæ vestræ Romæ sanctissimus & pientissimus Archiepiscopus Cœlestinus omnisque occidentalis synodus per eos quos ad vos misit sanctos Episcopos, assidet autem & Africa omnis & Illyricum, legitime mota ipsum præfectum Concilii apostatarum Joannem & ceteros qui cum eo sunt alienos ab omni ecclesiastica communione esse decrevit atque omni sacerdotali ministerio destituit, refutans omnia quæ ab illis illegitime facta sunt, & quæ cum illis acta sunt vestræ majestati pridem literis significavimus. Nunc vero his scriptis & per hos legatos pientissimos Episcopos vestra pia genua protensis manibus attingimus; rogantes ut quæ violenter acta sunt cum sanctissimis & pientissimis Episcopis Cyrillo & Memnone, nullumque canonibus robur habentia, prorsus irritare, ita ut nostra synodus capite non careat, & nos & omnes Christiani universo orbe, luctu intolerabili indefinenter propter præsides conteramur, sed petitionum compotes consuetas preces universi orbis Ecclesiis Domino Christo offeramus, ut in sæculum concedatur vestrum Christi amantissimum imperium. Nam calumnia quæ contra illos facta a Joanne Antiocheno & sociis ejus, ad omnes nos pertinet eamdem fidem habentibus cum prædictis & cum eis sacerdotali ministerio fungentibus, eo quod & omnis occidentalis synodus testimonium dat eis rectam & inculpabilem eorum esse fidem; & vos quoque de hoc certiores facti commentariorum scriptis promulgavimus quod sint orthodoxi, sanctorumque patrum nostrorum sententiam in dogmatibus catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ habeant. Oramus igitur vestram majestatem, solvite & nos & illos a vinculis. Vinctis enim fratribus & præsidibus sanctæ nostræ synodi, etiam nos quodam modo vincti sumus.

alienum. Sed Antiochenorum Joannes post vicesimum secundum definitarum induciarum vix veniens diem, tamquam ulturus in nobis super zelo pro fide triginta plus minus circa se colligens, quorum alii quidem Cœlestiani, alii vero damnati ante multum erant, contra ipsos nostros accessit præsules & æmulatores fidei rectæ, sanctissimumque & Dei cultorem Archiepiscopum Alexandrinorum Cyrillum & sanctissimum & Dei amantissimum Episcopum Memnonem neque accusatos ab eis neque evocatos secundum consequentiam regularum depositionis subjecit injuriæ; & tamquam communicante sibi sancto universali Concilio in nequitia contra eum facta, ita piis & Deo amabilibus subripuit vestris auditibus. Sancta siquidem & universalis synodus, in qua præsidet etiam magnæ vestræ Romæ sanctissimus & Dei amantissimus Archiepiscopus Cœlestinus, & universum occidentale Concilium per eos qui ab eo directi sunt ad nos sanctissimos Episcopos, cum quibus & assidet & [a] Africa universa & [b] Illyricum, regulariter mota, & ipsum principem recessionis Concilii Joannem & qui cum eo sunt omni ecclesiastica communione alienos esse dogmatizavit, omnemque eorum sacerdotalem abscidit effectum, evacuans & quæ ab eis inregulariter gesta sunt, & horum quæ super eis gesta sunt nuntium vestro dudum apici destinavimus. Nunc autem & per has literas & per directos Dei amantissimos Episcopos longis manibus pia vestra genua tangimus, supplicantes ut quæ quidem per subreptionem gesta sunt super sanctissimis & Dei amantissimis Episcopis Cyrillo & Memnone nullam ex regulis virtutem habentia omnino vacent, ne acephala, id est sine capite, nostra sit synodus, neque importabili luctu & nos & omnes orbis terrarum Christi sacerdotes indefinenter super præsulibus conteramur; sed promerentes quæ petimus, consuetas orationes cum Ecclesiis in orbe terrarum constitutis referamus Domino Christo; quatenus per sæcula nobis Christo amabilis vestra potentia condonetur. Calumnia enim contra eos facta a Joanne Antiocheno & qui cum eo sunt contra nos omnes respicit, qui ejusdem fidei cum his, quos memoravimus, sumus & sacerdotium cum eis habemus, eo quod & omne occidentale Concilium testimonium perhibeat rectæ eorum & inculpabilis fidei, & nobis ipsis de hoc satisfactum sit, & in scriptis sub gestis monumentorum vocem emisimus quia sunt orthodoxi, & sanctorum patrum nostrorum habent circa catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ dogmata voluntatem. Supplicamus igitur vestræ potentiæ, solvite etiam nos ipsos vinculis. Colligati namque sumus, colligatis utpote fratribus & præsulibus sancti nostri Concilii.

V E-

a *Africa universa*) Per Bessulam Diaconum Ecclesiæ Carthaginiensis, ut supra diximus.
b *Illyricum*) Per Flavianum Episcopum Philippensem, ut diximus supra.

A

VETUS EDITIO.

Mandatum gestum ab orientalibus in his qui missi sunt eis Constantinopolim Episcopis ut causam ut dicerent cum his qui missi sunt ab universali Concilio. (a)

CAP. LXVII Sancta synodus Ephefo celebrata Deo amabilibus & sanctissimis Joanni Episcopo Antiochenorum magnæ civitatis & Joanni Damascenorum Episcopo metropolis, & Himerio Episcopo [a] Nicopoli Nicomediensis metropolis & Paulo Episcopo Emesenorum facienti sermonem & pro sanctissimo Episcopo Acacio Beroeæ, & Macario Episcopo Laodicensium civitatis facienti sermonem & pro Cyro Episcopo Tyriorum metropolis, & Apringio Episcopo Chalcideorum facienti sermonem & pro Alexandro Episcopo Apamiorum metropolis, & Theodoreto Episcopo Cyrestorum civitatis facienti sermonem & pro Alexandro Episcopo Hierapolitanorum metropolis, & Helladio Episcopo Ptolomaidis, præsentes præsentibus mandamus quæ subter adnexa sunt. Quoniam ecclesiastici causa negotii, propter quod omnes evocati sumus ad Ephesum, in præsentia vestra sanctitas secundum sanctionem piissimorum nostrorum Principum ad magni nominis evocata Constantinopolim, quatenus debeatis pro veritate certare & pro fide sanctorum patrum & dogmatibus rectis, nos autem jussi sumus omnes adesse vobis, oportebat autem voluntatem nostrorum omnium manifestam facere, quoniam perduramus & grata habemus quæ a vobis geruntur & tendunt ad Dei timorem & ecclesiasticam pacem & disciplinam, hac causa hoc vobis mandatum fecimus, per quod mandamus & permittimus omnemque potestatem damus quam & ipsi præsentes habuimus, ut cum Dei solatio venientes vos ad prædictam magnam civitatem, sive coram piissimo Imperatore opus sit, sive in consistorio, sive coram sacro senatu, sive in synodo sermo de quæstionibus sit movendus, hunc cum convenienti vobis fiducia & sapientia atque diligentia moveatis pro communi statu Ecclesiarum, & suscipiatis certamen pro nobis omnibus, quippe perdurantibus & permanentibus & amplectentibus & grata habentibus omnia quæ a vobis geruntur gestave fuerint hujus causa negotii. Si vero aliquo modo opus fuerit placito aut ecclesiastica pace aut alia quadam exigente subscriptionem omnium nostrorum causa, & hoc ipsum rogamus vestram non pigeat facere sanctitatem pro commodo universitatis & pro gloria Domini Christi. Si vero etiam synodicam placeat destinari a vobis hic exigentibus subscriptionem, profitemur communiter & seorsum singuli ei subscribere cum omni alacritate & dirigere ad piissimum comitatum, illo manifesto existente, quia omni modo * capitula hæretica a Cyrillo Alexandriæ superintroducta fidei patrum in Nicæa convenientium cum anathematibus ejiciuntur, utpote aliena a catholica & Apostolica Ecclesia

* Vide S. Gregor. lib. 6. epist. 31.

Alexander Hierapoleos Episcopus metropo-

EDITIO BASIL.

Mandatum quod orientales legatis suis in Constantinopolim Episcopis dederunt ut judicentur cum legatis universæ synodi orthodoxis Episcopis in Constantinopoli.

Sanctæ synodo in Ephefo congregatæ, pientissimis & sanctissimis Joanni Archiepiscopo Antiochenorum magnæ civitatis, [b] & Paulo Episcopo Emesenorum rationem reddente & pro sanctissimo Episcopo Acacio Berroeensi, & Imerio Episcopo Nicomediæ metropolis, & Macario Laodicensium urbis rationem reddente & pro Cyro Episcopo Tyriorum metropolis, & Apringio Episcopo Chalcidensium rationem reddente & pro Alexandro Episcopo Apamiæ, & Theodoreto Episcopo civitatis Cyretanorum rationem reddente & pro Alexandro Episcopo Hieropolitanorum metropolis, & Helladio Episcopo Ptolemaidis præsentes præsentibus mandabamus quæ subordinata sunt. Quoniam ecclesiasticæ causæ gratia, propter quam in hanc Ephesiorum urbem omnes vocati sumus, præsenti tempore vestra novit pietas quod juxta edictum pientissimorum Regum nostrorum in celeberrimam Constantinopolim citati sumus ad suffragandum veritati fideique sanctorum patrum & rectis dogmatibus non tamen omnes jussi sumus esse vobiscum, operæ pretium autem est ut omnium nostrum mens quasi præsentium manifesta fiat. Unde propria habemus quæ a nobis fiunt & pertinent ad timorem Dei, & pacificandum beneque ordinandum Ecclesiam. Quapropter hunc vobis libellum, quo mandatum continetur, fecimus; quo præcipimus & permittimus perfectamque potestatem tradimus, quam & nos, si præsentes essemus, haberemus, ut quum vos gratia Dei in prædictam magnam civitatem perveneritis, sive apud pientissimum Regem opus fuerit, sive in consistorio, sive in sancto conventu, sive patrum synodo de his quæ inquiruntur sermo habeatur, ac valeatis libertate dicendi sapientiaque ac diligentia, ut vos decet, afferre pro communi Ecclesiarum usu, laborem hunc suscipientes pro nobis omnibus scilicet manentibus & comitantibus & amantibus, & tamquam acta essent habentibus omnia quæ a vobis in hac causa agitis, & acturi estis, & istuc ipsum oramus vestram sanctitatem, ne quod communi usui profuturum & ad gloriam Domini Christi facere minus alacris sit. Jam si & videbitur synodalem epistolam cum omnium subscriptione mittendam, confitemur omnes communiter & singuli omni alacritate nos subscripturos & ad pium exercitum missuros. Quippe manifestum est quod capitula quæ a Cyrillo Alexandrino adjecta ad fidem patrum qui in Nicæno Concilio tamquam hæretica modis omnibus & a catholica & apostolica Ecclesia aliena ejiciuntur.

Alexander Episcopus Hierapolis metropolis si quid

a *Nicopoli*) Hæc vox addita est ex codice Bellovacensi. Utilis autem esse potest hic locus ad solvendam difficultatem, quæ occurrit in epistola septima libri quinti sancti Gregorii Papæ. Vide Notas nostras ad Gratianum.

b *Et paulo*) Baronius hic recte monuit deesse nomen unius ex istis Episcopis. Deest ergo nomen Joannis Episcopi Damasceni.

(a) Casin. addit. *Constantinopolim*.

si quid juxta expositam fidem a sanctis patribus feceritis, neque adjeceritis aliquid fidei sanctorum patrum & reprobantium hæretica ulla capitula Cyrilli Alexandrini, ulli consentio. Huic enim expositioni fidei etiam cum sancta synodo vobiscum scripsi.

Dorotheus Episcopus Martianopolis secundæ Mysiæ subscripsi similiter commendans, ut præmissum est.

Conscripserunt autem & ceteri omnes.

Epistola universalis Concilii ad Augustos.

CAP. LXVIII. Plissimis & Deo amantissimis Theodosio & Valentiniano victoribus, triumphatoribus, semper augustis, sancta synodus quæ gratia Christi & nutu vestræ potentiæ in Ephesina metropoli congregata est. Circa pietatem sollicitudinem vestram atque studium, Christo amabiles Imperatores, omnium Deus probans, etiam sanctorum Episcoporum occidentalium zelo animas excitavit ad vindictam injuriam passi Domini nostri Jesu Christi. Nam licet plurimum itineris spatium pervenire usque ad nos illam multitudinem sanctorum prohibuisset Episcoporum, sed tamen illic [a] congregati, præsente etiam magnæ Romæ sanctissimo & Deo amantissimo Episcopo Cœlestino, etiam nunc nostrum sensum fidei cum multa consonantia prædicaverunt, & qui extra hunc sensum sunt, alienos esse penitus sacerdotio & clero & gradu definiverunt. Hæc itaque etiam prius & magnæ Romæ sanctissimus Episcopus Cœlestinus, antequam colligeretur sanctissima synodus, per suas literas nuntiavit, committens sanctissimo & Deo amantissimo Episcopo Cyrillo Alexandrinorum magnæ civitatis suum obtinere locum; & nunc rursus per alias literas hæc ipsa sanctæ synodo manifesta constituit quam congregari potentia vestra præcepit in Ephesinam metropolim, quas etiam destinavit & per sanctissimos Episcopos Arcadium & Projectum & Deo amantissimum Presbyterum Philippum magnæ Romæ complentem præsentiam sanctissimi & Deo amantissimi Episcopi Cœlestini. Quia ergo viri venientes voluntatem totius occidentalis sancti Concilii manifestam huic synodo fecerunt per literas, concordemque nobis sensum pietatis & fidei monstraverunt, & nobiscum unanimes tam per epistolas quam per ea quæ mandata sunt eis, quæ etiam ex scripto deposuerunt, facti sunt, cum necessario & de eorum apud nos concordia acta fuissent quæ digna sunt, ad potentiam vestram retulimus, ut sciat vestra pietas quia uno communique decreto totius orbis terrarum a nobis nuper prolata sententia est, quam edoceri & manifestam fieri zelus vester circa fidem pietatemque procuravit. Quia ergo negotium finem accepit optabilem vestræ potentiæ & universis Ecclesiis cautelam præbentem & fidei [a] firmitatem, supplicamus vestræ pietati jam nos a solicitudine requiescere & habitatione peregrina, alios quidem paupertate constrictos, alios autem languore depressos, alios vero senectute graviter incurvatos, & in

lita, quidquid secundum expositam fidem a sanctis patribus in Nicæa egeritis, neque superintroducto aliquo fidei sanctorum patrum, & ejectis capitulis Cyrilli Alexandrini, in hoc consentio. Huic enim expositioni fidei etiam cum sancto Concilio quod vobiscum est subscripsi.

Dorotheus Episcopus Marcianopoleos secundæ Mysiæ subscripsi, similiter mandans, sicuti supra scriptum est.

Et omnes reliqui subscripserunt.

peregrinatione habitaculum ferre amplius non valentes, ita ut etiam quidam ex nobis Episcopi & Clerici morerentur, ut tandem requiescentes a tali solicitudine, curam Ecclesiæ magnæ civitatis habeamus. Prohiberi puoque deprecamur, & ad judices locorum literas cum terrore transmisti, ne aliqua rursus altera difficultas imponatur Ecclesiis aut tribulatio revertendi ad suas provincias sanctis Episcopis. Pietate namque monstrata, & omnium orbe terrarum consonum decretum super ea re proferente, præter paucos qui amicitiam Nestorii pietati præponunt, justum petimus beneficium, supplicantes vestræ potentiæ tandem nos a cura quiescere & cogitare pro ordinatione [b] futuri, & de cetero in fidei firmitate & pietate lætari, & pure atque salubriter pro vestra potentia Domino omnium Christo orationes offerre.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ retuli.
Juvenalis Episcopus Hierosolymorum retuli
Firmus Episcopus Cæsareæ retuli.
Et omnis quoque synodus retulit.

Commonitorium cum relatione directum clero Constantinopoleos a synodo.

NEcamur æstibus, cum aeres sint graves, CAP. LXIX
& pene quotidie aliquis sepelitur, ita ut omnes pueri languentes ad propria remitterentur, & alii omnes Episcopi in his sunt. Unde consequens est reverentiam vestram adire Christo amabilem Principem & dicere quia opprimitur synodus ab his qui prohibent terminum dari, ut absumpti languore necentur. Scire vero reverentia vestra debet quia licet in tantum nitantur ut omnes moriamur, non tamen fit aliud præter hæc quæ decreta per nos sunt a salvatore nostro Christo.

Narratio ordinationis Maximiani Constantinopoleos Episcopi.

[c] EUntibus Constantinopolim septem & se- CAP. LXX.
ptem Episcopis, satisfactum est per semetipsum præsenti Imperatori quia magnum & universale Concilium omnia regulariter & consequenter agens damnavit Nestorium, & approbavit quidem eos, vituperavit autem orientales, & postea exilio Nestorium destinavit. Jussit autem [d] his qui de sancto & magno & universali Concilio erant ingredi in Ecclesiam & ordinare Episcopum sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Quod etiam factum est. Ingressi

a *Firmitatem*) Hanc lectionem accepimus ex editionibus Contii & Baronii. Nam codices Colbertinus & Turonensis præferunt *infirmitatem*. b *Futuri*) Episcopi Constantinopolitani. Is fuit Maximianus.

c *Euntibus*) Descripsit ista Liberatus cap. 6. *Euntibus*, inquit, *de Concilio septem & septem Episcopis, satisfecere Imperatori quia magnum & universale Concilium omnia regulariter agens damnavit Nestorium.*

d *His qui de sancto*) Nimirum legatis a synodo catholicorum missis Constantinopolim, Juvenali nimirum Hierosolymitano, Flaviano Philippensi, Arcadio & Projecto Episcopis occidentalibus, Firmo Cæsareæ Cappadociæ, Theodoro Ancyrano, & Acacio Mitilenensi.

gressi enim ordinaverunt Maximianum Episcopum. Et post hoc jussit Imperator omnes Episcopos abire unumquemque ad propriam regionem. Et abierunt. Mansit autem Joannes Antiochiæ Episcopus &. qui cum eo erant [a] insegregati existentes. Ingressus autem est Cyrillus Episcopus [b] Alexandriæ [c] Athyr tertia, & suscepit eum civitas cum multa excellentiæ gloria.

Epistola Maximiani Episcopi Constantinopolitani ad Cyrillum Episcopum Alexandriæ.

CAP. LXXI. DEo amantissimo & reverentissimo comministro Cyrillo Maximianus in Domino salutem. Completum est desiderium tuum, Deo amantissime, acta apud te est pietatis intentio, ad terminum pervenit desiderium pietatis. Theatrum factus es angelis & hominibus & cunctis Christi sacerdotibus. Non solum credidisti in Christo, sed etiam pro eo pertulisti. Solus dignus judicatus es passionum Christi, utique dignus effectus ejus stigmata in corpore tuo portare. Confessus es eum coram hominibus; confessionem meruisti a patre & sanctis angelis, redimitus es pro pietate coronis. Omnia potuisti in Christo, qui te confortavit. Humiliasti satanam per patientiam, derisisti tormenta, conculcasti furorem judicum, despexisti famem. Habuisti enim panem de cœlo descendentem, vitam dantem hominibus desuper. Quia igitur neque nos defuimus istis, alia quidem sensibiliter hic edocti; alia vero in auditu habentes tribulationis vestræ quam pertulistis Principibus resistentes & potestatibus & mundi rectoribus tenebrarum sæculi hujus & [d] spiritalibus nequitiæ, evecti autem sumus ad pontificatum maximæ civitatis, dignare itaque, Deo amantissime, orare & nos confortare & consiliis imbuere & omnem favorem circa nos exhibere, quatenus compleatur & in nobis scripturæ dictum: *Frater fratrem adjuvans sicut civitas est munita non valens debellari nec obsideri a diabolo, neque suffossionibus neque transcensionibus invadi.* Non enim subjacet captivitati diabolicæ civitas quæ a Christo Domino custoditur, Christo utique, qui mundum vicit, & æterna illi præmia præparavit, qui dixit: *Quicumque non tollit crucem suam & sequitur post me, non est me dignus.* Dignus ergo Domino Christo factus tollendo crucem & sequendo eum, non negligas pro nobis apud Christum legatione fungi, fraternas correctiones proprias æstimando virtutes. Incolumis in Domino ora pro me, Deo amantissime & venerabilis frater.

Epistola sancti Cyrilli Alexandrini Episcopi ad legatos universalis Concilii Constantinopolim missos.

DOminis desiderabilibus & Dei cultoribus fratribus & comministris Juvenali, Flaviano, Arcadio, Projecto, Firmo, Theodoto, Acacio, Philippo Presbytero, Cyrillus in Domino salutem. Satisfactum nobis est iterum *Extat* supra. CAP. LXXII

Interpretatio sanctionis Imperatorum scriptæ ad Isidorum gloriosissimum Præfectum prætorio & [e] Consulem ordinarium.

LIcet (*a*) pro sollicitudine publicarum rerum aperte nostrum sit studium, non tamen minor apud nos est religionis cautela sanctissimæ; qua videlicet a nobis custodita, etiam in publicis utilitatibus nos adjuvari confidimus. Et propterea quoniam Nestorius catholicæ Ecclesiæ aliquando sacerdos, nunc autem fidei proditor, tantis nequitiæ mollibus obligatus apparet, & necessarium est ut sententiæ nostræ tranquillitatis subditus competenti clade suis moribus oneretur qui. licitis venerabilis Ecclesiæ sanctionibus notandæ hæresis auctor apparuit, & dum corruperit fidem eorum quos suæ proditionis societate copulavit, in sua persona recepit etiam crimen proditionis alienæ. Tuæ gloriæ igitur auctoritas gloriosa hoc pragmatica sive speciali auctoritate suscepta memoratum Nestorium in juge exilium Petræ pro impietatibus suis deduci præcipiat, ita ut omnis ejus substantia Constantinopolitanæ applicetur Ecclesiæ, ut res ejus accipiat reverentissimus locus cujus pridem prodidit sacramentum. Sic enim erit in animabus hominum sincera sanctissimæ reverentia fidei, & felicitas nostri Imperii munita religione florebit. CAP. LXXIII

[f] Rescriptum legis sacræ contra Nestorium.

DEbita a nobis piissimæ religionis cultura eos qui circa [g] divinitatem impie agunt, pœnis puniri dignis & nominibus eorum pravitati convenientibus eos appellari vult, ut exprobrationibus subditi æternam contumeliam delicti sustineant, & neque viventes extra supplicium, neque morientes sine contumelia esse noscantur. [h] Nestorio igitur monstruosæ doctrinæ principe [i] occultato, superest unanimes ejus & impietatis socios nomini subjacere vitupe- CAP. LXXIV

a *Insegregati*) Id est, non divisi, non limiti. Codex Bellovacensis habet, *in se congregati*. Baronius edidit *in segregati*, Contius *segregati*. Liberatus contra cap. 6. ait Joannem, cum Imperator jussisset omnes Episcopos abire unumquemque in regionem suam, Antiochiam cum suis profectum esse. Verum ita explicandus est Liberatus, ut id quidem non statim acciderit, sed aliquanto post. b *Alexandriæ*) Ita omnia vetera exemplaria & Contius. At Baronius ex codice Antonii Augustini edidit *Alexandriam*, quod melius videtur. Idem tamen est utriusque locutionis sensus. Nam Cyrillum post hæc reversum esse Alexandriam patet etiam ex Liberato.

c *Athyr tertia*) Id est, die trigesima Octobris secundum Romanos.

d *Spiritalibus*) Hæc est lectio codicis Bellovacensis. Reliqui & editio Contiana habent *spiritibus*.

e *Consulem ord.*) Hinc apparet hanc sanctionem fuisse editam anno CCCCXXXVI. quo Isidorus Consul fuit cum Senatore. Recte igitur eam rejecit Baronius in hunc annum. Illud rursum hinc colligi debet, istam collectionem gestorum synodalium non fuisse factam statim post absolutam synodum. f *Rescriptum*) Hanc constitutionem esse versam ex Græco multa probant, sed illud in primis quod aliis verbis reperitur in Codice Theodosiano. Ex alia rursum interpretatione extat in collatione quinta Quintæ synodi, & in epistola tertia Pelagii II. ad Episcopos Istriæ, ubi valde interpolata legitur. g *Divinitatem*) In epistola Pelagii editum est *Dominum*. At in codice Nicolai Fabri, ex quo edita fuit, legitur *Deum*. Extat nunc in bibliotheca Colbertina.

h *Nestorio igitur*) In Concilio Quinto legitur: *Iterum igitur doctrina Diodori & Theodori & Nestorii impiorum & pseudoferorum visa est nobis abominanda esse.* Ita etiam ferme in epistola Pelagii, nisi quod Diodori nomen illic non habetur. i *Occultato*) Melius in codice Theodos. *damnato*.

(*a*) Vatic. legit *cura*.

tuperando; ne Christianorum utentes vocabulo eorum nomine decorentur a quorum dogmate agentes impie recesserunt. Propter hæc sancimus ubique Nestorii nefandæ sectæ communicatores Simonianos nominari. Oportet enim eos qui divinitatis [a] aversione illorum imitantur impietatem, appellationem illis sortiri consimilem, [b] quemadmodum Ariani [c] lege divæ memoriæ Constantini Porphyriani propter similitudinem impietatis Porphyrii nominantur, qui veram religionem tentans verbi virtute comprimere, libros sibimet non eruditionis commenta dereliquit. Nullusque præsumat quidem Nestorii nefandi atque sacrilegi impios libros de venerabili orthodoxorum religione & contra dogmata Episcoporum Ephesini sancti Concilii retinere aut legere aut tractare, quos oportet omni studio requisitos publice concremari. Hoc enim modo omni impietate radicitus amputata, simplex & quæ potest seduci facile multitudo nullum erroris semen aliquando poterit invenire. Neque memoriam ita perditorum hominum in aliquo religionis colloquio aliter quam Simonis nomine nuncupari, neque domum eis aut agrum aut suburbanum aut quemlibet alium locum synodica causa latenter aut aperte præberi. Tales enim decernimus omni licentia synodi esse privatos: cum omnibus palam sit quia qui [d] transgreditur hanc legem Nestorium imitatus, rerum suarum confiscatione mulctabitur. Sublimis igitur tua potestas hanc constitutionem nostram ad notitiam universorum provinciarum habitantium præceptis solemnibus pervenire procuret. Hanc autem legem [e] in Latina & Græca lingua posuimus, ut omnibus aperta sit atque nota.

Edictum Præfectorum prætorio.

CAP. LXXV. FLavius Anthemius Isidorus, Flavius Bacchus, & Flavius Simplicius Reginus Præfecti dicunt. Nihil ita carum Imperatoribus est quomodo semper agere pie aut actibus hujusmodi diligentiam adhibere, qui quotidie, ut ita dicatur, non differunt noctes & dies curis continuantes, & magis in ipsa pietate hoc cum omni studio servare consueverunt. Futura igitur emergere quadam inrationabili & insensata & præsumptione plena religione, magis autem non futura, sed etiam quandam erroris auctoritatem sibimet vindicante quadam providentia sine quolibet tumultu & cum omni tranquillitate, quæ eis semper incerta est & cara per omnia hujusmodi emendationem fieri præceperunt nobis principes iniquitates pœnis competentibus castigantes, reliquorum vero providentiam facientes, quatenus læsi nihil, sed monitione ad meliora deflexi atque conversi, nihil quidem suorum amitterent, quæ vero perfecta est & æterna & post vitam consistit possessionem pietatis cognoscentes, eam firmissime custodirent. Sed quoniam hominum genus præventum semel & saginatum dolosis sermonibus, pejoribus rationibus persuasum est, & egent ad hoc etiam timore præcipuo, pœnisque gravissimis eos qui adulterantur fidei dogmata de cetero cessare præcipiunt & cogitare quæ meliora sunt, & neque eos in quemlibet locum convenire neque aliis stadium impietatis ostendere aliquod sibi competentium prædiorum, sive in urbe consistentes, sive extra urbem, aut urbi vicinum, sed simpliciter inadibilem esse hujusmodi Concilio omnem terram, eos autem qui vesanis compositionibus Nestorii consentiunt, & occasionem errorum libros habent ejus, miserantes magis quam punientes, prædicunt illos quidem igni contradere atque exterminare, ne memoria tantæ læsionis in republica revoluta impedimenta veræ fidei faciat, quos neque scribere [f] principio neque invenire fuerat bonum, neque legere talia ex quibus damnum totius perditionis accidat. Quid enim animæ & fidei præponendum est, quibus nocent hujusmodi lectiones, quæ & perfectionem animæ excœcare possunt & ad pejora compellere? Et ut non lateant qui sint, aut quod vocabulum conveniens habeant, commemorant compositionem fabulæ ipsius, ad memoriam revocantes quod esset melius oblivioni contradi, Simonianos quidem eos nuncupari præcipiunt, gravissimis vero suppliciis, si in futuro transcenderint, castigantes. Ut autem cognoscatis tranquillitatem, pietatem, præceptorum providentiam, quam per omnia subjectis attribuunt, piissimorum nostrorum Principum, qui soli restituunt Deo per fidem repensationem dignam beneficiorum quæ in eos & in universum terrarum orbem largitur, huic nostræ conscriptioni secundum consuetudinem divinam luce plenam legem præfulgere præcipimus; cui obedientes, supplicio vosmetipsos liberos facietis in futuro longo sæculo, agere pie discentes, immortaliaque beneficia promerentes; & in tantum vobis proderit quantum Imperator sanciens & Deus recte adoratus solitus est prodesse

a *Aversione*) Codex Turonensis & Colbertinus habent *aversionem illorum imitantur impietatum*.

b *Quemadmodum*) Ita Contius, recte. Nam hoc membrum pendet a superiori. At in antiquis codicibus manuscriptis legitur, *quemadmodum enim Ariani*. Et versio quidem quæ extat in Quinto Concilio aptior est huic sensui, & magis congruit cum editione quæ extat in Codice Theodosiano. c *Lege Constantini*) Exrat apud Socratem lib. 1. cap. 6. d *Transgreditur H. Legem*) Concilium V. *Et hoc certum omnibus sit, quod si quis præterierit præsentem nostram sanctionem, & Theodoro & Nestorio assenserit, illorum sectos imitari, ejus post gladii ultionem omnis substantia fisco addicetur*. Ita etiam Pelagius Papa.

e *In Latina & Græca*) Hæc non extant in Codice Theodosiano, quia constitutio illic integra non est. Data autem illic dicitur III. Non. Augusti CP. Theodosio Aug. XV. Cons. id est anno Christi CCCCXXXV. quadriennio post habitam synodum. Non statim itaque missa ad præfectum sed sequenti tantum anno

f *Principio*) Ita codex Bellovacensis & Contius. Colbertinus & Turonensis habent *principium*.

Exemplar sacræ epistolæ per Aristolaum Tribunum & Notarium ad Joannem Episcopum Antiochiæ de pace & adunatione Ecclesiæ.

Imperatores Cæsares, victores triumphatores, maximi, semper augusti Theodosius. & Valentinianus Joanni Episcopo Antiochiæ. *

* Cod. Casin. addit. similiter & Cyrillo Ep. Alexand.

CAP. LXXVI

COD. COLBERT. (a)

INtentio nobis correctio pacis est, quam videlicet, studium vestrum sequentes, perpetue complendam prædicatis, & alios omnes homines, propter veritatem sacerdotes effecti, non quiescitis edocere. Tempus ergo est, quoniam ad hanc vos segnes esse ubi non oportebat evenit, ad hoc invitare ad quod alios evocantes credimus alacriter advenire. Res enim fugienda & inopinabilis in nostris temporibus contigit, sacerdotum religionis veræ discordia, quæ etiam omnem virtutem narrationis excessit. Quando enim sperabatur omnis & usque ad suspicionem auferri contentio & perfectæ unitatis terminus sequi, tunc discessionis & turbæ maximæ occasiones accensæ sunt. Mœstitia igitur in hac causa & plurima æstuationis occasio est, doctores ecclesiasticæ pacis & fontem concordiæ in tantam converti contentionem ut egeant invitantibus quatenus memorentur horum quæ ipsi allegare constituuntur. Tanti igitur mali solutionem unde etiam principium suscipit invenire sperantes, & diligenter quatenus hoc ageretur curantes, ne repens serpat amplius contentionis vitium, hoc deliberavimus omnibus nobis concurrentibus & sanctissimo gloriosissimæ hujus urbis & omnibus qui hic comperti sunt Dei amantissimis Episcopis, & omni eorum clero, ut quæ bene olim unita sunt, & atroci incidente passione divisa, orthodoxæ fidei membra coaptentur, quatenus vos inquam & reverentissimus (b) Episcopus Alexandrinorum Cyrillus convenientes alterutris deponatis quæ inter vos sunt inimicitias & dubitationem, promittentibus nobis quos prædiximus reverentissimis viris quia si subscripseris depositioni Nestorii & ejus doctrinam anathematizaveris, nulla relinquatur dubitationis occasio, sed mox & sanctissimus Cyrillus & qui cum eo, sed etiam sanctissimus gloriosæ Romæ Episcopus Cœlestinus & omnes undique orthodoxæ fidei sacerdotes tuæ sanctitati communicabunt, aliis videlicet si quæ sunt quæ debent corrigi decentem facile suscipientibus solutionem, quam ipsi necessario disputantes & satisfacientes vobismetipsis seorsum & communiter omnibus ostendetis. Sciens igitur hoc nostrum esse studium & consilium, nullius alterius velitis habere sollicitudinem quam ut omni remoto certamine atque zelo pax diligenter & firme sanctis Ecclesiis & ubique orthodoxæ fidei & per hoc omnibus qui sub nostra sunt ditione figatur. Festina itaque venire cum multa celeritate ad * Nicomediam civitatem, nullum penitus Episcoporum tecum deducens, nisi paucos Clericos tuæ ministrantium sanctitati, & citra omnem dilationem festina, sciens quoniam & Cyrillum sanctissimum Episcopum si-

A COD. BELLOVAC.

INtentio nostra est pacis perfectio, quam vos, propriam professionem sequentes, semper adimplere promittitis, alios vero omnes homines, utpote per dilectionem sacerdotes ordinati, docere non cessatis. Tempus igitur est, quoniam hanc vobis perturbare, unde non oportebat, contigit Ecclesiam, ad hoc hortari ad quod alios reducentes arbitrabamur quod alacriter veniretis. Res enim horribilis & inopinata nostris temporibus contigit, sacerdotibus veræ religionis dissensio, quæ & omnem narrationis virtutem supergressa est. Cum enim sperata est universa & usque suspicionem adimi contentio & perfectæ unitatis sequi perfectio, tunc dissensionis & tumultus maximi occasiones accensæ sunt. Anxietatis igitur in negotio & multi mœroris occasio est doctores ecclesiasticæ pacis & fontem concordiæ in tantam dissensionem converti ut indigeant his qui eos adhortentur quatenus memores sint eorum quæ prædicare constituti sunt. Tanti igitur mali solutsonem unde & initium sumpsit invenire sperantes, & diligenter quemadmodum hoc perficiatur curantes, ne serpens depascatur amplius contentionis vitium, hoc animadvertimus omnibus ad nos concurrentibus, tam sanctissimo Episcopo gloriosæ hujus urbis & omnibus qui inventi sunt hic reverentissimis Episcopis, & universo eorum Clero ad bene pridem adunita acerba passione incedente, quæ devulsa sunt rectæ fidei membra coaptare; quatenus vos, & reverentissimum, & sanctissimum Episcopum Alexandrinorum Cyrillum convenientes invicem deponatis inter vos factam difficultatem, & ambiguitatem promittentibus his, quos prædiximus reverendissimis Viris, quod si subscripseris in depositione Nestorii, & ejus anathematizaveris doctrinam, nulla residebit altercationis occasio; sed statim sanctissimus Episcopus Cyrillus, & tua reverentia, & qui cum ea sunt, & sanctissimus ..... gloriosæ Romæ Episcopus Cœlestinus, & omnes, qui ubique sunt rectæ fidei sacerdotes tuæ reverentiæ communicabunt, aliis siquidem aliqua sint quæ debeant corrigi decentem facile suscipientibus solutionis ordinem, quam ipsi necessario repetentes & satisfacientes vobismetipsis privatim & communiter omnes reducetis. Cognoscens igitur hoc nostrum esse studium & voluntatem, de nullo altero curam facias nisi ut omni de medio contentione & æmulatione sublata, pacem hanc diligenter & firmiter sanctis Ecclesiis quæ ubique sunt orthodoxæ fidei & per has omnibus qui sub potestate vestra sunt, repetere, & meliore auxilio figere. Festina autem venire cum omni velocitate ad Nicænam urbem, nullum omnino Episcoporum tecum addu-

Lacunam hic relinquit Codex Bellovacensis, quam supplemus & simili Codice Veronensi suggerentibus Ballerinis in Dissertat. de Antiq. Collect. Can. pag. CXLI.

* Nicomediam) Non intellexit hunc locum Liberatus, qui ex iis verbis collegit, Theodosium Imperatorem Cyrillo & Joanni comandatum esse Nicomediam exilium, nisi pacem haberent ad invicem.

(a) Huic lectioni Casin. Codex consentit; sicut & Vaticanus.

(b) Cod. Casin. inserit: *Antiochenorum Episcopus Joannes, & reverendissimus.*

adducens, nisi paucos obsequentes sum sanctitati Clericos, & sine aliqua dilatione festina, sciens quod & Cyrillum sanctissimum Episcopum similiter & te properare & concurrere simili alacritate per sacras nostras literas præcepimus, & promittere ne aliter ad nos perveniatis priusquam in unum convenientes invicem vos depositis inimicitiis ad firmandam pacem propria concordia intentioni omnium succurratis, quod futurum esse & in tua reverentia significamus. Viri enim tales existentes quos expectant quæ pacis bona sunt, & quæ dissensionis mala latere non patiuntur, non prius a nobis videbimini, nisi correcta fuerint hæc quæ nos non modice tristari fecerunt. Interim autem donec fiant festinata pax & concordia vestra & ad invicem amicitiarum colloquium, & ex hoc præcurrente colloquio præveniat firmitas, nulla ex episcopalibus constitutionibus aut depositionibus aut ex quacumque ordinatione novitas adsumatur. Sed si quid interea fieri contigit, hoc in quiete manens imperturbatum Ecclesiæ custodiat statum. Sufficiant enim qui sunt religiosi Clerici, donec perfecta adunitio consequatur ad Divina misteria peragenda. Habere (l. habe) a nobis hæc; & non ambigimus, quod omni robore, & omni virtute sinceram, & immutabilem videns nostram intentionem, & dignam christiana constantia pariter aturus & ipse nullum laborem, aut fatigationem nec injuriæ contemtum, nec oblivionem iræ suscipere recusabis: quatenus ea, quæ a nostra pietate causa rectæ fidei, & sanctarum Ecclesiarum unitatis præcepta sunt termino tradas. Si autem (quod non credimus) hanc nostram sententiam, & secretam voluntatem contemnere propria quadam intentione, aut instantia humanæ passionis conatus fueris, & alia quæ a nobis jussa sunt neglexeris, tibi imputabis, quia alacritatem circa continentiam Dei Ecclesiarum tua sanctitas aspernata dignas vicissitudines recipiet.

Et hic pariter supplet defectum Bellovacensis Codex Veronensis apud eosdem

A militer illic compelli & concurrere eodem apparatu sacris nostris præcipimus jussionibus, hoc declarantes, non aliter eum ad nos venturum antequam convenientes inter vos ipsos & alternas inimicitias deponentes, ad confirmandam pacem per propriam unanimitatem studio omnium concordare possitis; quod futurum esse etiam in tua reverentia designamus. Viri enim existentes hujusmodi, quos spectant etiam pacis bona, & discordiæ latere mala non possunt, non prius a nobis videmini donec corrigantur hæc quæ nos non faciunt leviter æstuare. Inter hæc autem, donec studendæ pacis & concordiæ vestræ & alternarum amicitiarum & pro hoc ad nos in-
B gressionis celebratio confirmetur, nulla ex episcopalibus constitutionibus aut depositionibus aut cujuslibet ordinationis novitas fiat; sed si quid etiam in medio fieri contigit, hoc sub quiete manens, immutilatum catholicæ Ecclesiæ servet statum, sufficientibus quippe his qui sunt reverentissimis Clericis, donec perfecta unitio subsequatur, ad ministeria complenda divina. Habes a nobis hæc & non dubie omni fortitudine omnique virtute purum & immutabile nostrum propositum videns & dignum Christiana constantia, age nobiscum & ipse, nullum laborem aut fatigationem, non injuriæ contemptum, non oblivionem iræ suscipere fugiens; quatenus ea quæ a nobis
C pro causa orthodoxæ fidei & sanctarum Ecclesiarum unitatis jussa sunt, termino contradantur. Si vero, quod non credimus, contrarium aliquid huic nostræ voluntati & ita recto consilio sapere propria quadam intentione & instantia humanæ passionis tentaveris, & alia quæ a nobis jussa sunt neglexeris, tibimet reputabis, quoniam utilitatem status Dei Ecclesiarum sanctitas tua contemnens, dignas retributiones suscipiet.

Libellus datus Archiepiscopo Cyrillo a Paulo Episcopo Emeseno misso a Joanne Antiocheno.

CAP. LXXVII.

DOmino meo per omnia sanctissimo & beatissimo Episcopo Cyrillo Paulus in Domino salutem. Piissimi atque victores nostri Principes quam olim habere dignantur intentionem ac diligentiam circa subjectos, & maxime de sancta Dei Ecclesia & pia atque purissima rectaque fide, in qua ex progenitoribus successerunt, demonstrantes, literas direxerunt per virum spectabilem Tribunum & Notarium Aristolaum & ad tuam sanctitatem & ad sanctissimum ac beatissimum Episcopum Joannem necnon & ad sanctissimum & beatissimum patrem nostrum Acacium Episcopum Beroeæ, jubentes ut congregati aut corporaliter aut voluntate, absolutionem detis emergentibus dissensionibus inter Deo amabiles Episcopos qui in Ephesum convenerunt & vos ipsos, & sanctissimis Dei ecclesiis Deo gratam provideatis pacem, & removeatis tumultus qui quotidie fiunt sanctis Dei Ecclesiis, atque consentiatis damnationi Nestorii, & anathematizetis pravam ejus doctrinam. Suscipientes ergo piissimas ac Deo amabiles literas prædictus sanctissimus Episcopus Joannes & sanctissimus Episcopus Acacius, & cogitantes quia esset valde necessarius tractatus vestræ præsentiæ, ne multum tempus ex negotio traheretur, direxerunt quidem ad tuam sanctitatem, ut tua beatitudo simul deliberet quemadmodum pax disponatur cauta & optimæ huic actioni terminus utilis imponatur. Veniens ergo & videns atque colloquens inveni tuam sanctitatem præparatam mansuete atque pacifice, & sicut Pontifices decet, ad ea quæ sunt in manibus disponenda. Denique literas nobis protulit tua sanctitas prædicentes quam a patribus suscepimus rectam immaculatamque fidem; quod primum fuit & dignum labore & studio. Quia vero decebat etiam ea quæ secundum Nestorium for-
E mam suscipere olim nobis placitam, facio præsens ad præsentem tuam sanctitatem has literas, per quas profiteor suscepisse nos ordinationem sanctissimi & beatissimi Episcopi Maximiani, habere autem Nestorium, qui dudum fuit Maximæ Constantinopoleos, condemnatum, & anathemamus quæ in doctrinæ parte impie ab eo sunt dicta, & amplectimur puram atque sinceram ad vos communionem, secundum oblatam tuæ sanctitati a nobis breviter de inhumanatione Dei verbi expositionem, quam etiam conlaudasti, & tamquam propriam suscepisti fidem, cujus etiam in his literis exem-

plar

plar insertum est. Et hac pura communione solutionem damus omnibus quæ in medio ex utrisque partibus velut in turbis facta sunt, & remeamus ad priorem Ecclesiarum gratia Dei tranquillitatem.

Epistola Joannis Episcopi Antiochiæ ad Cyrillum de pace.

COD. COLBERT. (a)

CAP. LXXVIII. Vide Liberat. cap. 8.

SAnctissimo & Deo amantissimo Cyrillo Joannes in Domino salutem. Dudum per sanctionem sanctissimorum nostrorum Principum jussa est synodus Deo amabilium Episcoporum in Ephesinam metropolim congregari & ecclesiasticarum gratia causarum & rectæ fidei, adprehendentibus autem etiam nobis memoratam civitatem, & revertentibus sine alterno colloquio. Superfluum vero est causas discordiæ pacis tempore nunc narrare. Divisis autem ad discordiam Ecclesiis hoc modo, quoniam ob hoc modo maxime cogitare omnes oportebat ut copularentur, e medio omni ablata discordia, sed etiam Christo amabilibus Principibus hoc ipsum fieri sancientibus, ut unirentur Dei Ecclesiæ, & ad hoc ipsum dirigentibus Dominum meum virum admirabilem & spectabilem Tribunum & Notarium Aristolaum, deferentem pias eorum literas jubentes ex hoc ipso concordare nos & scandala amputare de medio & sedare omnem tumultum omnemque tristitiam, obedientes piis literis illico & repente direximus Dominum meum & per omnia Deo amabilem atque sanctissimum Episcopum Paulum, dum hoc quoque placuisset & sanctissimo atque beatissimo patri nostro Acacio & Deo amabilibus apud nos Episcopis. Pro ampliori vero cautela hoc egimus, dum non potuissemus non convenientes quæ sancta sunt a piissimis nostris Imperatoribus ad terminum in præsenti perducere, mandavimus ei ut & propter nos & pro nobis & in persona vestra disponeret quidem quæ de pace sunt, quod principale est, offerret autem tuæ sanctitati expositionem a nobis consone factam de inhumanatione Domini Jesu Christi, quam direximus tuæ sanctitati per supradictum Deo amabilem virum, quæ est hæc. De Dei genitrice autem virgine quomodo & sapimus & dicimus, & de modo inhumanationis unigeniti filii Dei, necessario, non in adjectionis parte, sed in satisfactionis specie, sicut olim & ex sanctis scripturis & ex traditione sanctorum patrum percipientes habuimus, breviter narramus, nihil penitus adjicientes sanctorum patrum Nicæa convenientium expositæ fidei. Sicut enim prævenimus dicentes: *Ad omnem sufficit & pietatis agnitionem & totius hæreticæ prævitatis abdicationem*, dicimus autem non præsumentes ea quæ incomprehensibilia sunt, sed confessione propriæ infirmitatis, excludentes eos qui insurgere volunt, dum ea quæ sunt ultra hominem cogitamus. Confitemur itaque Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei unigenitum, Deum perfectum & hominem perfectum, ex anima rationali & corpore, [a] ante sæcula quidem ex patre natum secundum divinitatem, in novissimo autem dierum eumdem propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundum humani-

COD. BELLOVAC.

SAnctissimo & Deo amabili Episcopo Cyrillo Joannes in Domino salutem. Ante hoc ex decreto piissimorum nostrorum Imperatorum jussum est Concilium Deo amabilium Episcoporum apud Ephesum metropolim congregari ecclesiasticarum rerum & rectæ fidei causa, comprehendentibus autem nobis prædictam urbem & revertentibus sine colloquio adinvicem nostro. Superfluum est autem causam discordiæ in tempore pacis nunc dicere. Divisis autem Ecclesiis ad discordiam hoc modo, quoniam hæc curare maxime omnes oportebat, quatenus sociarentur e medio ablata omni discordia, & piissimis & Christo amabilibus Imperatoribus idipsum ut fieret sancientibus, & adunare Ecclesias, & ad hoc ipsum dirigentibus Dominum meum virum * admirandum & expectabilem Tribunum Notariorum Aristolaum ferentem secum pios eorum apices qui jubeant statim nos congregari & auferre scandala de medio & sopire omnem turbellam & omnem tristitiam. Quibus literis obtemperantes, mox & sine dilatione direximus Dominum meum per omnia Deo amabilem & sanctissimum Episcopum Paulum, quod placuit etiam sanctissimo & reverentissimo patri nostro Acacio & omnibus nostris sanctissimis Episcopis. Pro ampliori autem cautela hoc fecimus; quia non poteratis convenientes quæ decreta fuerant a piissimis nostris Imperatoribus coram ad effectum perducere demandavimus ei, ut vice nostra, & pro nobis, & pro persona nostra disponeret quidem quæ pertinent ad pacem, quod præcipuum est. Intimaret autem reverentiæ tuæ expositionem; quæ a nobis constanter facta est de humanatione Dei nostri Jesu Christi, quam direximus reverentiæ tuæ per prædictum religiosum virum, quæ est hæc. De Dei autem genitrice Virgine quemadmodum & sapimus & dicimus, & de modo humanationis unigeniti Filii Dei necessarie non additamenti causa, sed ad satisfactionem propie desuper tam de Divinis Scripturis, quam de traditione Sanctorum Patrum adsumentes habuimus, breviter dicimus nihil omnino addentes fidei sanctorum Patrum, quæ in Nicæa exposita est. Sicut enim jam diximus ad omnem sufficit & pietatis cognitionem, & omnem hæreticæ perfidiæ abdicationem. Dicimus autem non præsumentes illicita, sed confessionem propriæ infirmitatis excludentes eos, qui exsurgere volunt contra ea, quæ ultra hominem disceptamus. Confitemur igitur Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei unigenitum Deum perfectum & hominem perfectum ex anima rationali & corpore ante sæcula ex patre genitum secundum deitatem, in ultimis autem diebus eundem propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundum hu-

* clarissimum & spectabilem Trib. & Notariam.

Et hic pertet lacunam Bellovacensis supplet codex Veronensis.

a *Ante sæcula*) Totam hanc fidei confessionem refert Liberatus ex alia versione quam quæ hic habetur, & quæ rursum diversa est ab ea quam exhibet codex Bellovacensis. Vide infra in Synodico cap. 17.

(a) Cod. Casin. enim hac versione concordat sicut & Vatican.

manitatem; consubstantialem patri eumdem secundum deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum unitas facta est. Unde unum Christum, unum filium, unum Dominum confitemur. Secundum hanc inconfusibilem unitatem confitemur sanctam virginem Dei genitricem; qui adsumpsit verbum, incarnatus est & humanatus est, & ex ipso conceptu adunivit sibi ex ipsa adsumptum templum. Evangelicas autem & apostolicas de Domino voces scimus deiloquos viros aliquotiens has consociantes tamquam de una persona dictas, aliquotiens autem dividentes tamquam de duabus naturis, & has quidem Deo concedentes secundum deitatem Christi, humiles autem secundum humanitatem tradentes. Quo suscepto, placuit ad abolitionem totius certaminis & ad constituendam universalem pacem sanctissimis Dei Ecclesiis & e medio tollere quæ exorta sunt scandala, nos habere Nestorium condemnatum, qui dudum factus est Episcopus Constantinopolim, & anathematizamus pravas ejus & profanas vocum novitates, quia nostræ sanctæ Dei Ecclesiæ rectam & salvam habent fidem, & hanc custodiunt & tradunt populis sicut sanctitas vestra Consentimus autem & ordinationi. ☞ Sanctissimi, & reverentissimi Episcopi Maximiani Constantinopolitanæ Sanctæ Dei Ecclesiæ, & omnibus communicamus, qui per universum orbem terrarum sunt Deo amabiles Episcopi, quanti sunt, qui rectam, & impollutam habent, & custodiunt fidem. Et subscriptio: Salvus pro nobis orans permaneas Domine Deo amantissime, & sanctissime, & omnium charissime frater. ☞

Et hic pariter Codex Veronensis supplet defectui Bellovacensis.

tatem. Duarum enim naturarum unitas facta est. Unde unum Christum, unum filium, unum Deum confitemur. Secundum hanc inconfusæ unitatis intelligentiam confitemur sanctam virginem Dei genitricem, eo quod Deus verbum incarnatum sit & inhumanatum & ex ipso conceptu univerit sibi ex ea sumptum templum. Evangelicas autem & apostolicas de Domino voces novimus deiloquos viros, alias quidem consociantes tamquam de una persona, alias autem dividentes tamquam in duabus naturis, & Deo decentes quidem secundum deitatem Christi, humiles autem secundum humanitatem tradentes. Quo suscepto, placuit ad abolitionem totius certaminis & ad constituendam universalem pacem sanctissimis Dei Ecclesiis & e medio tollenda quæ exorta sunt scandala nos habere Nestorium condemnatum, qui dudum fuit Episcopus Constantinopolim, & anathematizamus pravas ejus & profanas vocum novitates, quia nostræ sanctæ Dei Ecclesiæ rectam & salvam habent fidem, & hanc custodiunt & tradunt populis sicut sanctitas vestra. Consentimus autem & ordinationi sanctissimi & reverentissimi Episcopi Maximiani Constantinopolitanæ sanctæ Dei Ecclesiæ, & communicatores omnium sumus qui per universum orbem terrarum sunt Deo amabilium Episcoporum qui rectam & impollutam habent & custodiunt fidem. *Et subscriptio*. Incolumis pro nobis orans permaneas, Domine Deo, amantissime & sanctissime & omnium mihi carissime frater.

[a] *Incipit epistola sancti Cyrilli ad Joannem Antiochenum.*

CAP. LXXIX.

DOmino meo dilectissimo fratri & consacerdoti Joanni Cyrillus in Domino salutem. Exultent cœli, & lætetur terra. Solutus est enim medius paries maceriæ, & quod contristabat quievit, atque dissensionis modus omnis abscissus est, omnium nostrum salvatore Christo pacem suis Ecclesiis tribuente, convocantibus tamen nos ad hoc & piissimis, ac [b] Christo amantissimis Imperatoribus, qui originalis pietatis facti imitatores egregii [c] tutam quidem & inconcussam in propriis animis rectam fidem custodiunt, maximam tamen curam impendunt pro sanctis Ecclesiis, ut famosissimam habeant in sæculo gloriam & præclarum proprium ostendant imperium; quibus & ipse virtutum dominus ditissima manu bona [d] distribuit, & præbet subjugare quidem adversarios, donat autem & victoriam. Neque enim mentitur dicens. *Vivo ego, dicit Dominus, quia glorificantes me glorificabo*. Veniente igitur in Alexandriam Domino meo reverentissimo consacerdote ac fratre Paulo, impleti sumus omni lætitia, & nimis digne, tamquam tanto viro mediante & supra vires in laboribus adquiescente conversari, ut diaboli superaret invidiam, & [e] conjungeret ea quæ separata, & interjecta scandala circumcidens, consensu & pace coronaret Ecclesias quæ apud nos & apud vos sunt. Quo enim modo divisæ sunt, superfluum arbitror dicere. Oportere autem reor ea quæ pacis tempori [f] conveniunt & sapere & effari. Delectati ergo sumus colloquiis memorati reverentissimi viri, qui forte & certamina se non parva habiturum suspicabatur [g] in persuadendum nobis quoniam oportet ad pacem conjungere Ecclesias & hæreticorum risum abolere, sed & hebetem facere super his [h] aculeum diabolicæ malignitatis. [i] Parate tamen ita in hoc habentes invenit ut nullum laborem penitus sustineret. Recordamur enim salvatorem dicentem: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*. Edocti autem sumus & in orationibus dicere: *Dominus Deus noster, pacem*

a *Incipit epistola*) Antiquam hujus epistolæ versionem, ab ista diversam, exhibet vetus codex canonum editus a clarissimo viro Paschasio Quesnello. b *Christo amant.*) Contius, *Christianissimi*.
c *Tutam*) Ita Contius. Codices Colbertinus & Turonensis habent *cautam*. Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Editio Quesnelli, *veracem*. d *Distribuit*) Codex Bellovacensis, *partitur & tribuit*.
e *Conjungeret*) Codex Bellovac. *conjunget separata*. Et mox idem habet *coronet* pro *coronaret*.
f *Conveniunt*) Idem codex, *convenientia sunt*. g *In persuadendum*) Ita vetera exemplaria & editio Contii. Sed codex Bellovacensis habet *nos* pro *nobis*.
h *Aculeum*) Codex Bellovac. *clavum*. Verum alia lectio melior est. Editio Quesnelli, *stimulum*.
i *Parate*) Contius: *Paratos tamen ità in hoc invenit*.

cum da nobis, omnia enim reddidisti nobis. Quoniam si quis particeps fuerit pacis quæ a Domino ministratur, non indigebit omni bono. Quoniam vero omninò superflua & inopportuna Ecclesiarum divisio facta est, nunc maxime nobis est satisfactum, Domino meo reverentissimo Paulo Episcopo chartam proferente quæ inreprehensibilem continet fidei professionem, & hanc a tua sanctitate compositam fidem dicente & ab aliis reverentissimis ibidem constitutis Episcopis. Habet autem scriptura, ita sicut inserta est huic epistolæ meæ. *De genitrice autem Dei virgine quemadmodum & sæpimus & dicimus, & de modo incarnationis unigeniti filii Dei necessario non quasi in additamenti parte, sed in specie satisfactionis, sicut ab initio tam ex divinis scripturis quam ex traditione sanctorum patrum suscipientes habuimus, brevitER enarramus, nihil penitus addentes sanctæ fidei quæ a patribus in Nicæa est expositæ. Sicut enim anticipavimus dicentes: Sufficit ad omnem pietatis cognitionem & abdicationem totius hæreticæ pravitatis, dicimus tamen, non quasi audentes aliquid contra inreprehensibilia, sed confitentes propriam infirmitatem, pro excludendis tamen his qui contra nos tentant adsurgere, quæ sunt supra hominem cogitamus.* [a] *Confitemur etenim Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei unigenitum, Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore, ante sæcula quidem ex patre natum secundum deitatem, in fine vero dierum eumdem propter nos & propter nostram salutem de Maria virgine secundum humanitatem, consubstantialem patri secundum deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum unitio facta est.* [b] *Propter quod unum Christum, unum filium, unum Dominum confitemur. Secundum hunc inconfusæ unitionis intellectum confitemur sanctam virginem Dei genitricem; propter quod Deus verbum incarnatus est & homo factus, ex ipsa conceptione sibimet unsit templum quod ex ipsa* [c] *suscepit. Evangelicas vero & apostolicas de Domino voces scimus deiloquos viros quasdam conjungentes tamquam in una persona, quasdam* [d] *dividentes tamquam in duabus naturis, & diviniores quidem atque altiores secundum deitatem Christi, humiliores autem secundum humanitatem ejus tradentes.* His vestris relectis sacris [e] vocibus, ita & nos sapere invenientes, (Unus enim Deus, una fides, unum baptisma) glorificavimus omnium salvatorem Deum, alterutris congaudentes quoniam scripturis divinitus inspiratis & traditioni sanctorum patrum nostrorum consonantem fidem habent vestræ & nostræ Ecclesiæ. Quoniam vero comperi quosdam vituperare solentium, vesparum agrestium modo circumsonare & malignos contra me sermones eructare, tamquam ex cœlo depositum & non ex sancta virgine sanctum corpus Christi esse confitear, consideravi pauca pro hoc ad eos dicere. O insensati & tantum calumniari docti, quemadmodum in hoc estis sensu dilapsi & in hac tanta stultitia languistis? Oportebat enim, oportebat aperte intelligere quoniam nobis pene omne certamen de fide provenit confirmantibus quoniam sancta virgo Dei genitrix est. Sed si de cœlo & non ex ipsa sanctum corpus omnium nostrum salvatoris Christi factum esse diceremus, quomodo jam intelligeretur Dei genitrix esse? Quem enim omnino peperit, si non est verum quia peperit secundum carnem Emmanuel? Rideantur igitur hæc de me garrientes. Nec enim beatus Propheta Esaias mentitus est dicens: *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus*. Vere autem & sanctus Gabriel ad beatam virginem dicit: *Noli timere, Maria. Invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum*. Quando autem dicimus de cœlo & de sursum Dominum nostrum Jesum Christum, non quasi de sursum & de cœlo depositam ejus sanctam carnem talia dicimus, sed magis sequentes divinum Paulum aperte clamantem: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo*. Meminimus autem & ipsum salvatorem dicentem: *Nemo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descendit filius hominis*; qui utique secundum carnem, sicut [f] nuper dixi, ex sancta virgine natus est. Quoniam vero desursum & de cœlo descendens Deus verbum exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, & nuncupatus est filius hominis, permanens id quod erat, id est, Deus inconvertibilis & immutabilis secundum propriam naturam, tamen quia unus intelligitur cum propria carne, de cœlo dicitur descendisse, nuncupatus est tamen & homo de cœlo, perfectus in deitate, & perfectus in humanitate, & in una persona intelligendus. Unus enim Dominus Jesus Christus, quamvis non ignoretur differentia naturarum ex quibus inenarrabilem unitatem factam esse diximus. [g] Eos autem qui dicunt quia commixtio vel confusio aut [h] confermentatio Dei verbi facta est ad carnem dignetur tua sanctitas [i] refrenare. Suspicor enim & hoc de me aliquos divulgare quasi ita saperem aut prædicarem. Ego autem tantum absum ab hujusmodi sensu ut & furere arbitrer eos qui suspicati sunt omnino quia mutationis obumbratio circa naturam Dei verbi potest contingere. Manet enim quod est semper, & non mutatur, neque mutabitur aliquando, vel conversionis est capax. Impassibile autem super hæc Dei verbum omnes confitemur, licet ipse sapientissime disponens mysterium, sibimet applicans videatur acciden-

Fides Joannis Antiochenæ.

a *Confitemur*) Totam hanc confessionem de divinitate & humanitate Jesu Christi iisdem omnino verbis refert Liberatus, nimirum ex ista versione. Paulo diversa versionis habetur apud Rusticum, Diaconum adversus Acephalos scribentem & in epistola Innocentii Episcopi Maronis de gestis CP. cum Severiane.

b *Propter quod unum*) Sic etiam legendum in epistola Innocentii Episcopi Maronis pro eo quod illic legitur *propterea unum*. Sic etiam reponendum infra in synodico adversus Tragœdiam Irenæi cap. 27.

c *Suscepit*) In epistola Innocentii *processit*. d *Dividentes*) Male in epistola Innocentii *evidenter*. Nam vetus codex manifeste habet *dividentes*. Quod minor animadversum non fuisse a Labbeo, qui multas varias lectiones ex eo codice adnotavit in margine suæ editionis. e *Vocibus*) Contius, *voluntatibus*, male. Nam legendum esse *vocibus* patet etiam ex epistola Innocentii & ex Rustico Diacono.

f *Nuper*) Id est, supra. g *Eos autem*) Segmentum istud ex alia versione retulit Rusticus Diaconus in disputatione adversus Acephalos. h *Confermentatio*.) Ita codices Colbertinus & Turonensis & Constantiens. Bellovac. habet *fermentatio*. Ita etiam Rusticus. i *Refrenare*) Rusticus, *condemnare*.

dentes carni passiones. Ideo utique & sapientissimus Petrus inquit: *Christo passo pro nobis carne*, & non natura inenarrabilis deitatis. Ut enim ipse salvator omnium esse crederetur secundum proprietatem dispensativam, ad semetipsum, ut dixi, carnis suæ refert passiones. Quale est illud quod Prophetæ voce tamquam ab ipso prædicitur: *Dorsum meum dedi ad verbera & maxillas meas ad palmas, faciem autem meam non averti a fœditate sputorum*. Quoniam vero ubique sequimur sanctorum patrum sententias, maxime autem patris nostri beatissimi & opinabilis Athanasii, omnino in aliquo ab eo deviare metuentes, tua quidem sanctitas credat, aliorum vero ambigat nullus. Apposuissem utique & testimonia eorum multa, ex ipsis mea verba confirmans, nisi prolixitatem epistolæ timuissem, ne forte per hoc fastidium legentibus generetur. Nullo vero modo moveri ab aliquibus patimur fidem aut ipsum fidei symbolum quod a sanctis patribus nostris in Nicæa convenientibus illo tempore definitum est. Sed neque permittimus nobismetipsis aut aliis unum mutare dictorum ibidem positorum aut unam syllabam præterire. Meminimus enim dicentem: *Noli transgredi terminos quos posuerunt patres tui*. Neque enim loquebantur illi, sed spiritus Dei patris, qui procedit quidem ex ipso, est autem a filio non alienus secundum unius essentiæ rationem. Et ad hoc ipsum nos sanctorum arcana docentium verba confirmant. In actibus namque Apostolorum scriptum est: *Venientibus autem in* [a] *Mæsiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos spiritus Jesus*. Scribit autem & admirabilis Paulus: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Siquidem spiritus Dei habitat in vobis. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus*. Quando autem quidam eorum qui recta pervertere solent, meas voces in [b] hoc quod eis placuerit mutant, non admiretur hoc tua sanctitas, sciens quoniam & omnes hæretici de scriptura divinitus inspirata sui colligunt erroris occasiones, ea quæ a sancto spiritu recte dicta sunt sua malitia corrumpentes, & super sua capita flammam inextinguibilem haurientes. [c] Quoniam vero didicimus quod & epistolam opinabilis patris nostri Athanasii [d] ad beatissimum Epictetum destinatam recte habentem corrumpentes quidam ediderunt, ut per hoc plurimi nocerentur, propterea utile aliquid & necessarium fratribus providentes, ex antiquis exemplaribus quæ apud nos sunt nullum errorem habentibus tuæ sanctitati [e] paria destinavimus.

Homilia Cyrilli Episcopi dicta in natali sancti Joannis Baptistæ Phermuthi [f] XXVIII. *Indictione prima*.

CAP. LXXX.

EOs qui pietate firmi sunt & sacrorum dogmatum certissimam atque ornatam habent fidem, terram uberem Propheta [h] nominat dicens: *Et eritis vos terra pinguis, dicit Dominus omnipotens, & benedicent vobis omnes gentes*. Terram vero uberem esse dicit [i] fœcundissimam & fructiferam & fructuum domesticorum matrem atque nutricem. Hujusmodi autem est omnis Deo amabilis & sancta anima, cultorem veluti quendam & seminatorem totius boni omnium sortita Christum, qui etiam sacrorum nobis dogmatum coruscat scientia. Sed omnium inimicus, hoc est, satanas, excitat superseminantes per tempora tritico maligna zizania. Verumtamen licet floreant, reciduntur; eritque sic ager purissimus. Expulsus igitur est ab omni Ecclesia Nestorius impius, amara diaboli vere zizania, & concordant de cetero per omnem consistentes orbem terrarum Dei cultores Episcopi rectam & unam [k] confitentes fidem. Copulati siquidem sunt nostris Ecclesiis, magis autem totius orbis terrarum, etiam apud orientem constitutæ. Confessi etenim sunt Deo amantissimi Episcopi ibi constituti rectam & sine profanatione fidem. Quæ autem scripsit ad me Deo amantissimus & reverentissimus Episcopus Antiochiæ Joannes, quæ vero & ego ad eum rescripserim, Deo favente audietis.

Epistola Cyrilli Episcopi ad Maximianum Episcopum Constantinopolitanum, qui ordinatus est post Nestorium.

CAP. LXXXI.

REverentissimo & Deo amantissimo comministro Maximiano Cyrillus in Domino salutem. Non erat dubium [l] quia omnino & semper prævalerent tuæ sanctitatis orationes. Annuit enim paratissime diligentibus se omnium nostrum Salvator, ut unusquisque etiam in hoc gaudens & exultans dicat: *Audivit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu ejus introivit in aures ejus*. Ecce enim, ecce dispersa membra Ecclesiæ corporis copulata sunt rursus alterutris, & separat quidem nihil ad discordiam prædicatores evangelii Christi; una vero omnes fide coronamur, scelestorum repertorem Nestorium extra sacra septa sectantes, & a grege nobili removentes falsum pastorem. Contigit etiam hoc tuarum impetratione precum. Quia vero cura necessaria facta est etiam piissimis Principibus de pace sanctarum Ecclesiarum, oramus autem & nos ipsi auferri de medio quod nos dividit atque sejungit ad discordiam, & splendorem ad instar lucis carissimam Deo pacem profitentibus

a *Mæsiam*) Ita codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis habet *Asiam*. Sed *Mysiam* scriptum est in Actis Apostolorum. b *Hoc quod eis placuerit*) Codex Bellovac. *in sibimet placitum*.

c *Quoniam*) Hunc locum paulo aliter & ex alia versione refert Rusticus Diaconus in disputatione adversus Acephalos. d *Ad Epictetum*) Extat ex antiqua versione in collectione canonum edita a viro clarissimo Paschasio Quesnello cap. 32. p. 108. Subjecta erat hæc epistola gestis Ephesini Concilii in veteri codice quo Contius utebatur. e *Paria*) Apud Rusticum, *exemplaria*. Peltanus, *exempla*.

f XXVIII.) Id est, die XXIII. Aprilis secundum Romanos. g *Indict. pri.*) Pro his verbis legitur in codice Bellovac. *Id. Mai.* h *Nominat.*) Codex Bellovac. *esse dicit*. i *Fœcundiss.*) Hæc est lectio libri Bellovac. & editionis Contianæ. Colbertinus & Turonensis habent *profœcundissimam*.

k *Confitentes*) Hæc vox addita est ex libro Bellovacensi. l *Quia*) Dubium non est quin scribendum sit *quin*, si elegantiam sermonis attenderemus. Verum codices Colbertinus & Turonensis, cum quibus convenit etiam editio Contianæ, habent *quia*. Quæ vox eandem sensum constituit.

bus sancto & Deo amantissimo & Dei cultore Antiochenorum Episcopo Joanne & qui cum eo sunt reverentissimis Episcopis quia & damnatum habent Nestorium, & anathematizant ejus scelestissimam blasphemiam, direxi literas & ad beatitudinem ejus & alios communicativas, & conjuncti sumus ad unanimitatem, ad hoc etiam tua sanctitate consentiente & aliis omnibus ex quibus celebrata est sancti Concilii plenitudo. Non enim certamen atque contentio valet apud nos, sed unam intentionem omnes habuimus ad pacem respicientem; & si voluissent qui ab initio contenderunt & semetipsos a nobis separaverunt, fuisset penitus nulla contentio nec discordia Ecclesiarum. Verumtamen benedictus salvator, qui sedavit tempestatem, & tranquillitatem nobis unanimitatis explicuit orationibus & intercessionibus tuæ sanctitatis & omnium aliorum qui fidem habentes rectam & sinceram, in spiritu & veritate adorationem & culturam exhibent ei.

Commonitorium Eulogio Presbytero Alexandrio [a] observanti Constantinopoli a sanctissimo Archiepiscopo Cyrillo.

CAP. LXXXII. [b] REprehendunt quidam expositionem quam fecerunt orientales, & dicunt: Cur duas naturas nominantibus eis passus est aut etiam laudavit Alexandrinus Episcopus? Alii vero qualia Nestorii sunt dicunt & illum sic sapere, subripientes nescientibus subtilitatem. Oportet autem culpantibus illa dicere quia non omnia quæcumque dicunt hæretici fugere & refutare decet. Multa enim confitentur sicut & nos confitemur; velut Ariani, quando dicunt patrem quia creator est omnium & dominus. Numquid propter hoc consequens est fugere hujusmodi confessiones? Sic & in Nestorio, licet dicat duas naturas, [c] diversitatem significans carnis & Dei verbi, altera enim verbi natura, altera carnis est, sed tamen nequaquam unitatem confitetur nobiscum. Nos enim unientes hæc unum Christum, unum filium, eumdem unum Dominum Deum confitemur, & deinceps unam filii naturam incarnatam, quale est etiam in communi dicere homine. Est etenim ex diversis naturis, ex corpore videlicet & anima. Sed ratio quidem & contemplatio novit differentiam. Unientes autem tunc unam facimus hominis naturam. Quapropter nosse naturarum differentiam non est dividere in duo unum Christum. Quia vero omnes orientales putant nos orthodoxos Apollinarii sectam sequi & sapere quia temperamentum factum est aut confusio, (Hujusmodi enim ipsi vocibus utuntur, tamquam Deo verbo transeunte in naturam carnis & carne mutata in naturam divinitatis) concessimus eos in duos non dividere unum filium, absit, sed confiteri solum quia neque confusio facta est neque temperamentum; sed caro quidem caro erat tamquam ex muliere sumpta, verbum tamquam ex patre natum verbum erat, verumtamen unus Christus & filius & Dominus secundum Joannis vocem, tamquam factum sit verbum caro. Procura autem eos intendere lectioni epistolæ beati Papæ Athanasii, quia ibi contendentibus aliquibus atque dicentibus quia ex propria natura Deus verbum fecit sibi corpus sursum & deorsum, adfirmat quia non consubstantiale erat verbo corpus. Si autem non consubstantiale, altera sine dubio & altera natura, ex quibus unus atque solus intelligitur filius. Illud quoque non ignorent. Ubi enim omnino unitas nominatur, non unius rei significatur conventus, sed aut duarum aut etiam plurium, & differentia alterutrius per naturam. Si igitur dicimus unitatem, confitemur quia carnis animatæ intelligibiliter & verbi; & qui duas dicunt naturas, sic intelligunt. Verumtamen unitate confessa, nequaquam separantur ab invicem quæ unita sunt; sed unus jam filius, una natura ejus, utpote incarnato verbo. Hæc confessi sunt orientales, licet circa sermonem modice obscurati sunt. Qui enim confitentur quia ex Deo patre natus unigenitus verbum, natum est idem & secundum carnem ex muliere, & quia Dei genitrix est sancta virgo, & quia una ejus persona, & quia non duo filii, non duo Christi, sed unus, quomodo circumferentur sectæ Nestorii? Nestorius itaque in suis expositionibus simulat se dicere unus filius & unus Dominus, sed refert filiationem ad solum Dei verbum. Cum autem venerit ad dispensationem, rursus alium Dominum qui ex muliere est seorsum hominem dicit copulatum dignitate æquo honore. Dicendo enim quia propterea Deus verbum Christus nominatur quia habet copulationem ad Christum, quomodo non apertum est duos dicere Christos, si Christus ad Christum habet conjunctionem tamquam alter ad alterum. Qui vero ex oriente sunt, nihil tale dixerunt; voces autem dividunt solum. Dividunt autem secundum hunc modum, ut alias quidem Deo decibiles esse dicant, alias autem humanas, alias autem communes factas; tamquam habentes simul & quod Deo decibile est & quod humanum, verumtamen dictas ab uno & eodem, & non sicut Nestorius alias quidem Deo verbo seorsum attribuit, alias autem qui ex muliere est tamquam alteri filio. Aliud autem est vocum nosse differentiam, & aliud partiri duabus personis tanquam altera & altera. Epistola autem ad Acacium, maxime cujus initium est, *Causa quidem dulcis & valde digna est fratrum adlocutio*, bonam habet satisfactionem de omnibus. Habes autem plurimas epistolas [d] in chartario: quas debes studiose dare. Offeres autem magnificentissimo [e] præposito directos a me duos codices, unum quidem contra Nestorii blasphemias, alium vero habentem gesta synodi contra Nestorium & ea quæ ejus sunt sapientes, & disputationes a me factas ad eos qui scripserunt contra capitula. Duo autem Episcopi sunt Andreas, & Theodoritus. Habet autem in fine ipse codex compendiosas expositiones de dispensatione secundum Christum valde bonas & quæ prodesse possint. Offer autem

Extat in seq. cap.

a *Observanti*) Id est, apocrisario Alexandrinæ Ecclesiæ, ut eum recte vocat Liberatus.

b *Reprehendunt*) Aliquot istius commonitorii fragmenta refert Liberatus ex ista versione.

c *Diversitatem*) In fragmento istius epistolæ seu commonitorii quod refertur in epistola Innocentii Episcopi Maroniæ ad Thomatem presbyterum Thessalonicensem legitur *diversitatem tamen*: male, cum neque vox *tamen* extet in hoc commonitorio, neque in veteri codice ex quo edita est epistola Innocentii.

d *Cartario*) χαρτοφύλ. quod Peltanus vertit *capsula*, id est, in fasciculo epistolarum quæ tum ad Eulogium mittebantur.

e *Præposito*) Sic habent editiones Græca & Latina & vetusti codices.

tem similiter et ex his quæ [a] habent pellem epistolas quinque, unam beati Papæ Athanasii ad Epictetum, & aliam ad Joannem a nobis, & ad Nestorium duas, unam parvam, & unam majorem, & ea quæ ad Acacium est. Ipsas enim quæsivit a nobis.

A

[b] *Epistola Cyrilli Alexandrini Episcopi ad Acacium Episcopum Melitinæ.*

CAP. LXXXIII.

DOmino meo dilectissimo fratri & ministro Acacio Cyrillus in Domino salutem. Causa quidem dulcis & valde digna est fratrum adlocutio & omni digna sermone apud sapientes vere. Oportere autem assero eos qui unius fidei sunt & unanimes cogi incessanter hoc agere, cum neque sit quod impediat, neque interrumpat aliquid ad hujusmodi ferventem appetitum & pronam voluntatem. Sed interdum [c] festinare etiam volentes nos longitudo interposita spatiorum aut raritas epistolæ portitorum [d] impedit. Tempore autem quo sit possibilitas eloquendi, [e] studium quoddam fieri oportet causa & ter desideratis libenter [f] insilire. Gavisus itaque nimis super his quæ a tua perfectione sunt scripta, & admiratus affectum, oportere credidi ecclesiasticæ pacis nuntiare modum & singula quemadmodum sunt gesta narrare. Piissimus & Christo amantissimus Imperator pro sanctis Ecclesiis curam plurimam & necessariam gerens, importabilem æstimabat harum dissensionem. Evocans igitur reverentissimum & Dei cultorem Episcopum sanctæ Constantinopolitanorum Ecclesiæ Maximianum, sed & alios plurimos ibi compertos, quomodo de medio quidem tolleretur Ecclesiarum discordia, & vocarentur ad pacem divinorum sacramentorum Pontifices, cogitabat. At illi dicebant quia non aliter hoc fieret aliquando, nec ad concordiam remearent ad invicem de quibus erat sermo, [g] si non prioriretur & veluti præferretur unius fidei vinculum. Dicebantque quia Antiochiæ Dei cultorem Episcopum Joannem anathematizare Nestorii dogmata conveniret & ex scripto profiteri damnationem ejus, & quod specialiter contristaret Alexandriæ Episcopum, obliviscereturque propter dilectionem, & pro nihilo æstimaret quod injuriam passus esset in Epheso, licet valde crudele ingemiscendum esset. Consentiente igitur & gaviso valde super his piissimo Imperatore, missus est hoc ipsum acturus Dominus meus admirandissimus Tribunus & Notarius Aristolaus. Cumque orientalibus sanctio imperialis innotuisset & tamquam cum voluntate facta inventorum Episcoporum in maxima Constantinopoli, nescio quid considerantes, congregati quidem sunt ad sanctissimum & Dei cultorem Beroensem Episcopum Acacium, & scribere ad me procuraverunt quia amicitiarum modus seu pacis sanctarum Ecclesiarum non aliter fieri conveniret nisi secundum quod eis placeret. Erat scilicet hæc gravis & onerosa petitio. Volebant enim [h] vacare quidem omnia quæ a me conscripta sunt & quæ in epistolis & in tomis & in libris, soli autem illi consentire fidei quæ in Nicæa a sanctis [i] nostris patribus definita est. Ego autem ad hoc scripseram quia expositionem quidem fidei definitæ a sanctis patribus in Nicæa civitate sequeremur omnes, nihil omnino horum quæ in ea sunt posita destruentes, (Habet enim omnia recte & inreprehensibiliter, & scrupulositas adhuc post illam incauta est) quæ vero conscripsimus contra Nestorii blasphemias nulla nobis ratio persuadet quia non bene facta sunt dicere, sed magis oportere eos, secundum quod placuerat piissimo atque Christo amantissimo Principi & ipsi sancto Concilio in Ephesina civitate celebrato, facere quidem abdicatum eum qui salvatoris gloriæ repugnavit, anathemate autem ejus scelestissimas blasphemias & confiteri damnationem ejus, & consentire ordinationi sanctissimi & Deo amantissimi Episcopi Maximiani. His igitur literis eis datis, miserunt ad Alexandriam reverentissimum, & Dei cultorem Episcopum Paulum Emesenorum; apud quem plures quidem facti sunt longique sermones de his quæ Ephesi atrociter & inofficiose dicta gestaque sunt; quorum oblivionem habentes, necessaria magis appetere studia conveniebat. Interrogabam si portatis literas Deo amantissimi Episcopi Joannis. Deinde obtulit mihi epistolam quæ quidem oportebat habere non habentem, sed dictatam magis non quo decebat modo. [k] Impulsionis enim, non consolationis, habebat virtutem. Et hanc non respeximus, cum utique oporteret satisfactionibus meam sedari pro his tristitiam quæ facta videbantur in Epheso. Et bona occasione dicebant impulsus adversus me propter zelum dogmatum sacrorum. Sed audiebant quia neque zelus eos movisset divinus, neque pro veritatis pugnantes dogmatibus armarentur adversus me, sed hominum blandimenta sequentes, & [l] nunc potentium amicitias rapientes in semetipsos. Verumtamen Deo amantissimo Episcopo Paulo dicente paratum se esse blasphemare Nestorii dogmata & confiteri ejus ex scripto depositionem & hoc agere pro omnibus & tamquam ex

B

C

D

a *Habent Pellem*) Id est, corio obducta sunt, ut vertit Paltanus. Mos est orientalium epistolas involvere.

b *Epistola Cyrilli*) Addidimus hunc titulum ex editione Contiana. Nullus enim erat in codice Turonensi. In Bellovacensi vero hæc tantum habentur: *Epistola Cyrilli ad Acacium*. Veram autem esse inscriptionem quæ extat apud Contium docet Photius cod. 169. ubi ait Cyrillum scripsisse ad Acacium Melitinæ Episcopum dogmaticam epistolam vel apologiam potius unionis atque concordiæ cum Joanne Antiochiæ Patriarcha. Liberatus cap. 8. hunc locum describens legit, *nisi prius iretur & præferretur unius fidei vinculum*.

c *Festinare*) Secuti sumus hic editionem Contianam. Etenim codices Colbertinus & Turonensis legunt *fastidiosa*. Bellovacensis in hoc est mutilus loco.

d *Impedit*.) Hæc vox addita est ex eadem editione Contiana. Non extat enim in antiquis exemplaribus.

e *Studium quoddam*) Locus corruptus, quem tamen exhibuimus prout extat in exemplari Turonensi & in Colbertino. Nam Bellovacense mutilum est in hoc loco. Contius habet: *studium coptam adferente, & commodum insperatum & jucundum ut desideratis literis prompte involare liceat exhibente*.

f *Insilire*) In libro Colbertino & Turonensi scriptum est *insilere*. Ex quo nos confecimus istam lectionem. Secutus est interpres vulgarem sensum vocis Græcæ ἐφιμείν.

g *Prioriretur*) Ita vetusti codices omnes, unica dictione. Contius edidit, *prior iretur*. Verum hæc lectio ferri non potest. Nam cum ea vox referatur ad vocem *vinculum*, scribendum fuerat *prius iretur*. Dixit interpres *prioriretur* quo modo alii dicerent *præcederet*.

h *Vacare*) Ita codices Turonensis & Colbertinus & Contius. Bellovacensis habet *vacuare*: id est, nullum robur habere, nulla esse.

i *Nostris*) Hæc vox, quæ etiam habetur in Græco contextu, addita est ex codice Colbertino.

k *Impulsionis*) exacerbationis, irritationis, παρορμῆς.

l *Nunc*) Ita codex Bellovacensis. Colbertinus & Turonensis legunt *tunc*. Quo etiam modo habent Contius.

ex persona omnium Deo amantissimorum orientalium Episcoporum, respondi dicens oblatam ab eo de hoc chartam sufficere ei & soli ut oporteret eum promereri nostrorum omnium communionem. Asserebam quoque quia omnino inscriptam professionem de his exponere conveniret reverentissimum & Dei cultorem Antiochenorum Episcopum Joannem, quod etiam factum est. Et quievit quod interrumpebat & recedere ad invicem suadebat Ecclesias. Sed erat nequaquam dubium quia Nestorii blasphemiarum defensores tabefaceret sanctarum Ecclesiarum pax. Et mihi videntur tale aliquid pati quale contingere moris est natare quidem nescientibus & de nave insperate dilapsis: qui dum suffocantur, pedes & manus huc illucque jactantes inordinate, eum quem invenerint simpliciter comprehendunt, anima in angustia constituta miserrimi. An certe non vere dicitur quia conturbati sunt vehementer cadentes & desolati & facti extra Ecclesias quas putabant futuras in adjutorium sibi? Annon perculsi sunt, & hoc importabiliter, fugientes a se quos seduxerant insipientes, & de cetero resipientes ad veritatem eos qui eorum prophanis novitatibus, ut ita dicatur, fuerant debriati. Dicet utique quilibet eis & satis opportune quod voce Prophetæ prolatum est: *Congregamini & colligamini gens inerudita antequam efficiamini sicut flos prætereuns*. Cur enim isti omnino facti sunt alienorum vomituum parasiti? non confunduntur alterius fœcibus sua corda polluentes. Surdi audite, & cœci respicite. Rescire sapite de Christo vera, & in simplicitate cordis quærite eum. Quæ enim utilitas est vobis multiplicium machinationum verborumque pravorum? Cur rectum injuriantes iter, tortuosas facitis vestras rotas? Novate vobis novalia, & nolite seminare super spinas. Contristati enim, sicut dixi, in pace sanctarum Ecclesiarum, eis qui non patiuntur similia sibi sapere pessime derogant, & a naristime nimis accusant satisfactionem sanctorum Episcoporum, dico autem orientalium. Deinde trahentes eam secundum quod sibi jucundum est atque carum, & intelligentes non recte, dicunt non dissone hoc factum a Nestorii novitatibus. Reprehendunt quoque simul & nos, tamquam his quæ dudum scripsimus contraria sapientes. Audio autem quoniam & illud dicunt, quia fidei expositionem seu symbolum novum nuper suscepimus, quodam modo antiquum illud & venerabile exhonorantes. Sed fatuus quidem fatua loquatur, & cor ejus inania sentiat. Verumtamen illud dicimus: Non fidei expositionem exacti sunt a nobis aliqui, seu etiam innovatam ab aliis suscepimus. Sufficit enim scriptura divinitus inspirata sanctorumque sinceritas patrum & ad omnia quælibet habens [a] recte ornatum fidei symbolum. Quia vero fuerunt orientales sanctissimi Episcopi discordantes a nobis in Epheso, & [b] facti sunt quodam modo in suspicionibus captioni laqueorum. Nestorii blasphemiarum, propterea & valde sapienter eripientes semetipsos hujusmodi querela, & immaculatæ fidei amatoribus satisfacere festinantes, quoniam illius vesania extranei essent fecerunt confessionem; & res ipsa est omni vitio & macula procul. Putas enim si & ipse Nestorius illo tempore quo ei proponebatur ab omnibus nobis ut oporteret abrenuntiare suis dogmatibus & defendere veritatem, scriptam fecisset super his confessionem, & ipsum quisquam dixisset fidei nobis symbolum innovasse? Cur igitur detrahunt vane, expositionem symboli novam nominantes consensum eorum qui in Phœnice sunt Deo amantissimorum Episcoporum, quam fecerunt utiliter & necessario, satisfacientes & sanantes eos qui suspicati sunt quia Nestorii sequerentur voces. Sancta siquidem & universalis synodus in Ephesina civitate collecta prospexit necessario ne oporteret sanctis Ecclesiis Dei fidei expositionem alteram introduci præter eam quæ erat, quam ter beati patres in spiritu sancto loquentes definiverunt. Qui ergo semel nescio quomodo circa eam discordaverunt, facti quoque in suspicione eo quod non [c] recta eligerent sapere; neque apostolica & evangelica dogmata sequerentur, putasne tacentes liberarentur hujusmodi fœditate, an magis, si satisfacerent, & existentem in se virtutem gloriæ declararent, cum utique scripserit venerandus discipulus: *Parati semper ad satisfactionem omni petenti vos rationem de spe quæ in nobis est*. Qui hoc autem ipsum agere vult, innovat quidem nihil, sed neque fidei expositionem noscitur innovare, sed manifestam magis constituit interrogantibus se quam habeat de Christo fidem. Audivi quoque super hæc quoniam Deo amantissimorum Episcoporum unanimitatibus non mediocriter contristati veritatis inimici sursum atque deorsum circumeunt, & scelestis suis adinventionibus consonare dicunt virtutem confessionis ab eis factæ, quam super recta fecerunt fide, innovantes quidem, sicut dixi, seu superinferentes priscis decretis omnino nihil, sed potius sequentes sanctorum inreprehensibilia dogmata. Ut autem falsa crimina eorum redarguamus, age, deducamus ad medium Nestorii vanitates & horum voces. Ostendit enim ita & non aliter examinatio veritatem. Itaque Nestorius perimens quidem omnino comperitur unigeniti filii Dei secundum carnem generationem. Neque natum dicit eum de muliere secundum scripturas. Sic enim ait: *Transisse Deum ex Christi genitrice & virgine a divina edoctus sum scriptura, natum autem Deum ex ea nusquam edoctus sum*. In altera quoque rursus expositione dixit: *Nusquam igitur scriptura Deum ex Christi genitrice dicit virgine natum, sed Jesum Christum filium*. Et quoniam hæc dicens in filios duos partitur unum, & alterum quidem seorsum esse dicit filium & Christum Dominum Deum, ex Deo patre natum verbum, alterum vero rursus seorsum & proprie & filium & Christum & Dominum, qui ex virgine est, quomodo dubitabit quisquam, cum hoc ipsum aperte solum non clamare videatur? Isti vero Dei genitricem nominant sanctam virginem, unumque esse dicunt & filium & Christum & Dominum, perfectum in humanitate, utique animata ejus carne anima rationali. Quia enim non alterum esse dicunt filium ex Deo patre verbum, alterum vero rursum ex sancta virgine, sicuti Nesto-

a *Recte ornat*) Hæc est lectio veterum exemplarium Turonensis & Colbertini & editionis Contianæ. Liber Bellovacensis habet, *rectam & ornatam fidei symbolum*. b *Facti sunt quod. modo.*) Ita Contius. At in vetustis exemplaribus legitur *quemadmodum*. c *Recta elig.*) Codex Bellovac. *recte legerentur*.

Nestorio videtur, sed unum potius eumdemque, apertum fiet & valde facillime per ea quæ sequuntur. Inferunt enim significantes qui sit perfectus tamquam Deus, perfectus autem & homo, ante sæcula quidem ex patre natum secundum divinitatem, in novissimo autem dierum propter nos & nostram salutem ex Maria sancta virgine secundum humanitatem, consubstantialem patri eumdem secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Ergo nequaquam in duos dividunt unum filium & Christum & Dominum Jesum, eumdem vero esse dicunt qui ante sæcula & in novissimis. Palam autem est quia ex Deo patre tamquam Deum, ex muliere vero secundum carnem tamquam hominem. Quomodo autem intelligitur apud nos consubstantialis esse secundum humanitatem utique natus ex patre secundum divinitatem, si non intelligatur & dicatur Deus simul & homo idem? Sed non ita se habere hæc Nestorio videntur, sed conversa magis est intentio ejus ad universa contraria. Ait enim coram Ecclesia exponens: *Propterea & Christus Deus verbum nominatur quoniam habet copulationem ad Christum continuam*. Et rursus. *Inconfusam igitur naturarum servamus copulationem, confitemur in homine Deum, colimus sancta copulatione omnipotenti Dei coadorandum hominem*. Vides ergo quantam dissonantiam habeat sermo ejus. Impietate enim novissima plenus est. [a] Christum etenim seorsum nominari dicit Dei verbum, habere autem conjunctionem ad Christum continuam. Putas igitur non duos Christos apertissime dicit, non hominem Deo coadorandum colit? Nescio quomodo dicit. Hæc ergo vicina his quæ illorum sunt videntur, & non potius contrariam habent inter alterutra intellectuum virtutem? Ille enim duo dicit aperte; [b] isti vero Christum unum filium & Deum & Dominum se confitentur adorare, eumdem ex patre secundum divinitatem & ex sancta virgine secundum humanitatem. Duarum namque naturarum unitatem factam dicunt; tamen unum Christum, unum Dominum, unum filium confitentur aperte. Factum est enim verbum caro secundum scripturas. Et conventum dispensativum & ineffabilem vere dicimus factum dissimilium rerum ad unitatem inevulsibilem. Non enim secundum aliquos antiquorum hæreticorum ex propria sumente natura, hoc est deitatis, sibi præparasse corpus Dei verbum suspicabimur. Sequentes autem ubique scripturas divinitus inspiratas, ex sancta virgine sumpsisse eum adfirmamus. Propterea ex quibus est unus & solus filius & Dominus Jesus Christus, tamquam in opinionibus suscipientes duas quidem naturas unitas dicimus, post unitatem vero, tamquam perempta jam in duos divisione, unam esse credimus filii naturam, tamquam unius inhumanati & incarnati. Cum autem dicitur incarnatus & humanatus Deus existens verbum, abjiciatur procul suspicio conversionis, (Permansit enim quod fuit) confiteatur autem a nobis & inconfusa penitus unitas. Sed enim forsitan illud dicant adversarii. Ecce palam rectæ fidei confessionem facientes, duas quidem nominant naturas, dividi autem deiloquorum voces proponunt secundum differentiam earum. Proinde quomodo non hæc sunt contraria tuis? Non enim pateris personis duabus aut subsistentiis voces distribuere. Sed, o optimi, dicam. Scripsi quidem in capitulis. *Quisquis personis duabus seu subsistentiis distribuit voces, & alias quidem velut homini præter verbum ex Deo seorsum intelligendo coaptat, alias autem tamquam Deo decibiles soli verbo ex Deo, sit iste damnatus*. Vocum autem differentiam nullo modo perimimus, licet abjiciendum fecerimus partientem eas tamquam filio singulariter verbo ex patre & tamquam homini rursus singulariter filio intelligendo ex muliere. Unam enim confitemur verbi naturam esse. Novimus autem quia incarnatum est & inhumanatum, sicuti jam prædixi. [c] Quo autem modo incarnatum sit si quis perscrutetur, contemplabitur Deum ex Deo verbum servi sumentem formam & in similitudine hominum, sicut scriptum est. Et secundum hoc ipsum & solum intelligitur naturarum seu subsistentiarum differentia. Non enim idem est in qualitate naturali divinitas & humanitas. Nam quomodo exinanitus est Deus existens verbum, deponens semetipsum in diminutione, hoc est, in his quæ nostra sunt. Quando igitur incarnationis animadvertitur modus, duo alterutris ineffabiliter & inconfuse convenientia per unitatem contemplatur omnino humana mens, unicam vero dividit nunquam, sed unum ex utroque & Deum & filium & Christum & Dominum esse credit & indubitanter suscipit. Altera autem præter hæc Nestorii penitus secta est. Simulat quidem confiteri quia & incarnatus est & inhumanatus Deus existens verbum. Incarnationis autem virtutem nesciens, duas quidem nominat naturas, separat autem ab alterutris eas, Deum seorsum ponens & similiter hominem particularitter copulatum Deo per affectum secundum solum æqualitatis honorem & auctoritatem. Sic enim ait: *Inseparatus ab eo qui videtur Deus. Propterea ejus qui non separatur honorem non separo; separo naturas, sed unio adorationem*. Sed [d] secundum Antiochiam fratres ea quidem ex quibus intelligitur Christus tamquam in puris & solis intellectibus suscipientes, naturarum quidem dixerunt differentiam, quia non idem est, sicuti dixi, in qualitate naturali divinitas & humanitas; unum autem filium & Christum & Dominum, & tamquam [e] uno existente vere, unam ejus quoque personam esse dicunt. Partiuntur autem nullo modo quæ unita sunt, neque naturalem suscipiunt divisionem, sicuti sapere visum est alienorum dogmatum præceptori. Dividi autem solas proponunt in Domino voces. Decere autem dicunt eas non alias quidem tamquam filium singulariter verbum ex Deo patre, alias autem tamquam alterum rursus filium ex muliere, sed alias quidem divinitatem ejus, alias autem ejus iterum humanitatem.

Deus

a *Christum seorsum*) Hunc locum iisdem omnino verbis refert Liberatus, ut manifesto appareat eum ex ista versione sumpsisse.

b *Isti vero*) Id est, orientales, ut explicat Liberatus, qui ista totidem verbis refert.

c *Quo autem modo*) Citat hunc locum Facundus Episcopus Hermianensis lib. 11. cap. 7. ex ista versione, licet interdum discrepet in aliquot vocibus.

d *Secundum Antioch.*) Id est, Joannes Antiochenus Episcopus & qui cum eo sunt.

e *Uno existente*) Ita exemplaria Colbertinum & Bellovacense & Contius. Turon. *unum existente*.

Deus enim est idem & homo esse verum dicunt, & alias communes factas aliquo modo, & velut ad utrumque respicientes, ad divinitatem & humanitatem, quale est quod dico. [a] Sunt etenim aliquæ vocum maxime Deo decibiles, aliquæ vero sic rursus hominem condecentes, aliæ autem quemdam ordinem obtinent, ostendentes filium Deum existentem & hominem simul [b] & idem. Quando enim Philippo dicit: *Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me? Philippe, non credis quia ego in patre & pater in me est. Qui vidit me, vidit patrem. Ego & pater unum sumus*, Deo decentissimam esse adfirmamus vocem. Quando vero Judæorum increpat populum, illud dicens: *Si filii Abrahæ estetis, opera Abrahæ utique faceretis, nunc autem quæritis me occidere hominem qui veritatem vobis locutus sum, hoc Abraham non fecit*, homine decenter hæc dicta dicimus, verumtamen unius filii & Deo decibiles, necnon & hominem decibiles. Deus enim existens factus est homo, non Deus esse desistens, sed adsumptione potius carnis & sanguinis factus. Quia vero unus est Christus & filius & Dominus, unam ejus etiam dicimus esse personam & nos & illi. Medias autem esse voces illas adfirmamus, ut est quando beatus scribit Paulus: *Jesus Christus heri & hodie, idem & in sæcula*. Et rursus. *Si sunt dii multi & domini multi in cœlo & in terra, sed nobis unus Deus pater, ex quo omnia, & nos ex ipso, & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum*. Et iterum: *Optabam enim ipse ego anathema esse a Christo pro fratribus meis & cognatis meis secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum est adoptio & legislatio & testamentum & gloria, quorum patres, & ex quibus secundum carnem Christus, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen*. Ecce enim, ecce Christum Jesum nominans heri & hodie, eumdem esse dixit & in sæcula, & per ipsum fieri omnia, & secundum carnem ex Judæis, super omnia nominat Deum, insuper & benedictum esse dicit in sæcula. Non igitur dividas in his super Domino voces. Habent enim in idem quod Deo decibile est & quod humanum. Coapta magis tamquam uni filio, hoc est, Deo verbo incarnato. Aliud igitur est dividere naturas, & hoc post unitionem, & per solum æquum honorem copulatum dici hominem Deo, & similiter aliud vocum differentiam nosse. In quo ergo Nestorii novitatibus quæ sunt illorum conveniunt? Nam licet quibusdam videatur dictionum compositio & verborum prolatio a subtili nimis scrupulositate recedere, mirum nihil est. Valde enim hæc ad loquendum difficilia sunt. Propterea & sacratissimus Paulus quærebat a Deo sermonem in apertione oris sui. Quia enim non dividunt in duos unum Dominum Jesum Christum, oportere dicentes coaptari voces divinitati quidem ejus Deo decibiles, humanitati autem ejus rursus humanas, quomodo non omnibus palam est? Adfirmant enim, sicut dixi, quia ipsum ex Deo patre verbum natum ante sæcula & in novissimis temporibus natum est secundum carnem ex sancta virgine, subsequuntur autem & dicunt quæ propter ineffabilem & inconfusam unitatem & Dei genitricem esse credunt sanctam virginem, & unum filium & Christum & Deum confitentur aperte. Incredibile autem omnino est unum dicere & in duos unum secare putari eos. Non enim ad hanc [c] percussionem procederent ut transgressores semetipsos constituerent, quæ destruxerunt recte, ædificantes inconsulte. Si enim Nestorii circumferuntur sectis, quomodo eas anathematizant velut prophanas & scelestas? Æstimo autem oportere etiam causas dicere propter quas ad has inanes fabulas processerunt. Quia enim impietatis Arii defensores veritatis virtutem scelestissime cauponantes, verbum ex Deo dicunt quidem factum hominem, non tamen animato corpore usum, agunt autem hoc malignissime, & humanas voces ei attribuentes, tamquam in diminutione constitutum paternæ celsitudinis, his qui [d] ab eis secuntur ostendunt, & alterius naturæ eum esse confirment, propterea metuentes orientales ne forte aliquo modo Dei verbum minueretur gloria & natura ex his quæ humane dicta sunt, propter dispensationem discernunt voces, non in duos separantes, sicuti dixi, unum filium & Dominum, sed has quidem divinitati ejus attribuentes, has autem humanitati rursus ejus, verumtamen omnes uni. Audivi autem quia scripserit quibusdam amicorum reverentissimus & Deo amantissimus Episcopus Joannes tamquam me aperte dicente & clara voce profitente quidem differentiam naturarum, dividente autem voces similiter naturis, & hoc ipso scandalizantur aliqui. Fuit ergo necessarium etiam ad hoc nos loqui. Non ignoravit tua perfectio quia Apollinaris sectæ pollutionem meis effundentes epistolis, arbitrati sunt quia exanime esse dixi sanctum corpus Christi, & quia temperamentum aut confusio aut consparsio aut mutatio Dei verbi facta est in carnem, aut certe carnis translatio in naturam divinitatis, ut nihil jam servaretur pure, neque esset quod est, & æstimaverunt ex hoc Arii me circumferri blasphemiis, nolendo differentiam scire vocum, & alias quidem esse Deo decibiles, alias autem humanas, ne & dicentes potius dispensatione quæ cum carne. Ego autem quia horum liber sum testabitur & ex aliis tua perfectio. Verumtamen oportebat scandalizatis satisfieri. Propterea scripsi ad sanctitatem ejus quia neque sapui aliquando quæ Arii sunt & Apollinaris, neque transformatum Dei verbum in carnem dico, sed neque in naturam divinitatis transmutatam carnem, eo quod inconvertibile sit & immutabile Dei verbum, incomprehensibile autem & aliud, neque perimi aliquando differentias vocum, sed novi Dominum Deo decibiliter & humane loquentem, quoniam est idem Deus & homo. Ergo hoc ipsum significare volens [e] scripsit quia docuit confiteri naturarum differentiam, & dividere voces similiter naturis. Hujusmodi autem

a *Sunt enim aliquæ*) Hunc locum ad verbum refert Liberatus ex ista versione.

b *Et idem*) Nos has voces conunximus cum superioribus, ut par erat. Liberatus divisit, & ita scripsit: *Et ibidem*. Quæ lectio bona quoque est, sic tamen ut referatur ad superiora Cyrilli, non vero ad textum Liberati.

c *Percussionem*) Sive percussionem, id est, stoliditatem, amentiam. Vide supra.

d *Ab his secuntur*) Ita codices Colbertinus & Turonensis. Bellovacensis mutilus est in hoc loco. Contius habet, *his qui eis obsequuntur*.

e *Scripsit quia docuit*) Ita vetera exemplaria Colbertinum & Turonense. Contius habet, *scripsit quia docui*. Verum huic lectioni repugnant verba Græca.

autem disputationes meæ quidem non sunt, prolatæ autem ab eo sunt. Illud quoque reor his quæ dicta sunt, addere necessario. Venit enim ad me Deo amantissimus Episcopus Paulus Emesenorum; deinde sermone moto de recta & immaculata fide, requirebat a me & nimis studiose utrum consentirem his quæ scripta sunt a sacræ memoriæ & tem beato patre nostro Athanasio ad Epictetum Episcopum Corinthiorum. Ego autem dixi quia si servantur apud vos non adulteratæ literæ, (nam falsata sunt in eis plura a veritatis inimicis) omnino consentio. Ille autem ad hæc dicebat habere quidem & se epistolam, velle autem de exemplaribus apud nos habitis sibimet satisfieri & agnoscere utrum aliquando falsati sint ipsi libri an non. Et accipiens exemplaria antiqua, & cum his quæ ferebat comparationem faciens, invenit hæc adulterata, & petiit ex codicibus apud nos habitis paria fieri & Antiochenorum Ecclesiæ destinari; [a] quod etiam factum est

A Et hoc est quod scripsit reverentissimus & Deo amantissimus Episcopus Joannes Carreno de me, quia exposuit quæ de humanatione sunt contextam nobis & paternam traditionem pene ex omnibus, ut ita dicam, fieri periclitatam. Si autem circumferunt aliqui epistolam velut scriptam a reverentissimo presbytero Romanorum Ecclesiæ Philippo, tanquam sanctissimus Episcopus [b] Xystus indignatus fuerit super damnatione Nestorii & scripserit ei, non credat sanctitas tua. Consona enim sancto Concilio scripsit, & omnia confirmavit quæ ab eo gesta sunt, eademque sapit quæ nos. Si autem etiam tanquam a me scripta circumseratur ab aliquibus epistola quasi pœnitentiam agente in his quæ gessimus in Epheso inrideatur & hoc. Sumus enim propter gratiam salvatoris in bono sensu & a congrua numquam B ratione recedimus. Saluta quæ apud te est fraternitatem. Te quæ nobiscum est in Domino salutat.

(a) JUVANTE DEO EXPLICIT TRANSLATIO PRIMA EPHESINI CONCILII.

AMEN. DEO GRATIAS

---

a *Quod etiam factum.*) Itaque recte in codice quo Contius utebatur subjecta erat huic epistolæ ea quam Athanasius scripsit ad Epictetum, ut monet idem Contius. Optandum autem esset ut illam ipse quoque subjecisset, ut scire possemus quænam editio sit vera, quænam falsata & interpolata. b *Xystus.*) Ita codices Colbertinus & Turonensis, quibus consentiunt vulgatæ epistolæ istius exemplaria. Sed in editione Contii hic occurrit Cœlestini nomen pro Xysto. Xysti porro epistolas, quibus confirmat quæ de damnatione Nestorii acta erant Ephesi, damus infra in appendice. c *Juvante.*) Hæc descripta sunt ex codice Colbertino. Non extant enim in aliis, neque in editione Contiana.

(a) In Cod. Casinensi pro his verbis ponitur. *Emendati & distincti interpretationem Sanctæ Synodi. Deo gratias.* Tum continuata documentorum distincta numeris serie, ea succedunt quæ ex hoc ipso Codice P. Lupus, & ex Lupo Baluzius sub titulo *Synodicon adversus Tragœdiam Irenæi vulgavit.*

Ex Nova Baluzii Collectione.

ACTIO SEXTA
CONCILII EPHESINI,

Interprete Mario Mercatore.

Nunc primum edita ex duobus antiquis codicibus manuscriptis, uno Bibliothecæ Vaticanæ, altero Ecclesiæ Bellovacensis.

SYNODUS EPHESINA INCIPIT.

POST consulatum DD. NN. Fl. Theodosii XIII. & Fl. Valentiniani Imperatorum Augustorum XI. *Kal. Augusti, qui dies est secundum Ægyptios Epiphii* XXVIII. *jussu augustissimorum pissimorumque Principum synodo congregata in Ephesiorum metropoli, & sedentibus in episcopio reverentissimi & religiosissimi Episcopi Memnonis sanctissimis, & Deo dilectissimis Episcopis, Cyrillo Alexandriæ agente etiam vicem sanctissimi & religiosissimi Episcopi Romanæ Ecclesiæ Cælestini, & Juvenale Hierosolymorum, & Memnone Ephesiorum, & Flaviano Philipporum agente etiam* C *vicem Rufi sanctissimi Episcopi Thessalonicæ,* (a) *& Firmo Cæsareæ Cappadociæ primæ, & Theodoto Ancyræ Galatiæ, & Acacio Episcopo Melitines, & Perigene Corinthi Græciæ, & Cyro Aphrodisiados Cariæ, & Valeriano Iconii, & Hesychio Parii, & Hellanico Rhodii, & Dynato Nicopoleos Epiri veteris, & Euchario Dyrrachii Epiri novæ, & Perberbio Tarmuli, & Eudoxio Comatus Lyciæ, & Silvano Cherctaponti Phrygiæ, & Verenano Pergæ Pamphyliæ, & Amphilocio Sides, & Epiphanio Cratiæ Honoriados, & Gregorio Cessaruntbis Ponti Polemoniaci, & Senecio Codron, & Ico-*

(a) Notant Ballerini in Differt. prævia ad Append. Operum S. Leon. Magni senuentem episcoporum Catalogum non legi hic in principio in optimo Vaticano Cod. nec in actione I. Conc. Calchedonensis ubi hæc pariter actio Ephesina recitata est. Igitur in Vaticano post illud, *Episcopi Thessalonicæ* additur: *& unitorii, una cum Philippo Presbytero apostolicæ sedis Romanæ ecclesiæ legato.* Continuo succedit: *Hique cum consedissent Petrus Presbyter Alexandriæ, & Dionysius Primicerius Notariorum dixerunt Sancta & ingens &c.* Vocem tamen *Dionysius* huc intrusa perperam esse probant Codd. Balutii, aliique.

& Iconio Gortynæ Cretæ, & Dalmatio Cyzici, & Decimesio Maronea Thraciæ, & Joanne Proconesi, & Daniele Coloniæ secundæ Cappadociæ, & Romano Raphiæ, & Pauliniano Majumæ, & Paulo Anthedonit, & Fidò Joppe, & Joanne Cycomazonit, & Theodoro [a] *Gadorum, & Letojo Lybiadis, & Apelle* [b] *Justes, & Theodoro Ariddelon, & Petro Parembolæ, & Joanne Augustopoleos, & Saida Phænus, & Rufino Gabon, & Anysio Thebarum, & Callicrate Naupacti, & Domnino Opuntis, & Nicia Megaron, & Agathocleo Coloniæ, & Felice Apolloniæ & Bellidis, & Theodoro Dodonæ, & Andario Cerronesi Cretæ, & Cyrillo Cydone Cherronesi, & Paulo Lappe, & Zenobio Cnesi, & Luciano Toperi Trachiæ, & Nepio Maximianopoleos, & Secundino Lamiæ, & Dione Thebarum Thessaliæ, & Theodoto Eschinei, & Marthyrio* [c] *Listron, & Thoma Derbes, & Athanasio Paresithi, & Themistio Jassi, & Apheteneto Heracliæ, & Phileto Amyzonis, & Apella Cybiræ, & Spudasio Ceramon, & Archelao Mundi, & Fania Arpason, & Promachio Alydon, & Philippo Pergamorum Asiæ, & Maximo Cymæ, & Dorotheo Myrinæ, & Maximo Assi, & Euporo Pepon, & Alexandro Arcadiopoleos, & Euthico Theodosiopoleos, & Rodone Paleaspoleos, & Eutropio Evasion, & Aphobio Coloes, & Nestorio Sion, & Heracleonte Tralleon, & Theodoro Myses, & Theodoro Aineti, & Timotheo Briullon, & Theodosio Maustauron, & Tychico Citeron, & Eusebio Clazomenon, & Euthalio Colophonis, & Modesto Anion, & Theosebio Prienes, & Eusebio Prienes, & Eusebio Magnesiæ Sisilæ, & Sapricio Paphi Cypri, & [d] Zenone Curis Ceretii Constantiæ, & Evagrio Solon, & Cæsario Chorepiscopo, & Triboniano Aspendi Pamphiliæ, & Nucetio Seleges, & Solone Paraliæ, & Acacio Cotenon, & Nesio Corybrassi, & Matidiano Coracensium, & Nectario Senon, & Eutropio Ettennon, & Tariano Lyrbes, & Eusebio Asponon Galatiæ, & Philumeno Cinnes, & Strategio & Eusebio Heraliæ Honori, & Paralio Andrapone* [e] *Hellespontiadis, & Silbano Ceratapon, & Hermogene Rinocurorum, & Evoptio Ptolomaidos Pentapoleos, & Eusebio Pelusii, & Adesphio Onopheos, & Paulo Pharavoneos, & Phæbammone Copti, & Macbario Metelos, & Adelphio Saeos, & Macedonio Xeos, & Marino Heliopoleos, & Metrodoro Leontbon, & Macbario Anteon, & Petro Oxyrinchi, & Strategio Athribidis, & Athanasio Parali, & Silvano Cophriteos, & Joanne Hephestii, & Aristobulo Thmueos, & Theone Sebroitu, & Lampetio Cassii, & Cyro Achæorum, & Publio Olbiæ, & Samuele Dysteos, & Zenobio Barchæ, & Tenone Theucyron, & Sopatro Septimiaces, & Eusebio Nilupoleos, & Heraclida Heracleos, & Chrisadrio Aphroditus, & Andrea Hermupoleos* [f] *magni, & Sabino Panos, & Abraam Ostracines, & Hierace Aphnan, & Alypio Sela, & Alexandro Cleopatridos, & Isaac Tuna, & Ambone Butu, & Heracleo Thyneos, & Isaac Elearchiensi, & Heraclio Thamiatidos, & Theona Psincus, & Ammonio Panephysi, & Bessula Diacono Carthaginis, & Arcadio & Projecto sanctissimis Episcopis & Legatis, & sanctissimo Presbytero Philippo apostolicæ sedis* [g] *Romanorum & Legato, Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit.* Sancta & ingens synodus vestra omnem adhibens providentiam rectæ & apostolicæ fidei & dogmatum veritatis, consulens autem paci & statui Ecclesiarum, definitionem protulit, quam præ manibus habentes, si videbitur sanctitati vestræ, recitabimus.

Sancta synodus dixit. Definitio prolata a sancta & [h] mundana synodo perconsideratur & actis præsentibus inseratur.

Nicenis synodus hanc fidem exposuit.

CREDIMUS in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei, natum ex patre unigenitum, hoc est, ex patris substantia, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, ejusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra; qui propter nostram salutem descendit, incarnatus & homo factus, passus, & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos, venturus judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui ajunt. Erat quando non fuerat, & antequam nasceretur non erat, & quod ex nihilo factus est vel ex alia substantia; perhibentes esse aut visibilem aut mutabilem filium, anathematizat apostolica Ecclesia.

Huic quidem sanctæ fidei omnes convenit assentiri. Habet enim proprie & sufficienter ad utilitatem totius orbis terrarum. Quoniam vero quidam sunt qui cum hanc adsimulent confiteri & huic adsentiri, depravent tamen vim sententiarum & ad suum interpretentur arbitrium, & corrumpant etiam veritatem, pestilentiæ filii & erroris, opus fuit necessario etiam sanctorum patrum & orthodoxorum proferre sententias, quæ insinuare possent quemadmodum & ipsi intellexerunt fidem & aliis prædicare confisi sunt, ut fieret manifestum omnes qui rectam & immaculatam habeant fidem, eo modo oportere eam intelligere & interpretari & prædicare.

Petrus Presbyter Alexandriæ & primicerius Notariorum dixit. Quoniam præ manibus habemus libros sanctorum & religiosissimorum patrum & Episcoporum & diversorum martyrum, excer-

a *Gadorum*) Codex Vatic. *Gadaren.* quod melius est. Itaque isthic legendum *Gadarorum*. b *Justes*) Idem codex, *Lusiis*. In codice Corbeiensi Concilii Chalcedonensis *Elusii*, in Joliano *Lyppensi*. In editionibus Conciliorum nullus hoc loco apparet istius nominis Episcopus. Tantum inter eos qui Nestorium deposuerunt recensetur Apellas Episcopus Byrrhæ sive Cibirrhæ, ut dicetur paulo post. c *Listron*) Vatic. *Illistron*. In Græco editum est Ἡλιστρῶν, supra *Helistrorum*, in codice Corbeiensi *Elistrensi*, in Joliano *Traensi*. Codex Græcus bibliothecæ regiæ 524. Ἡλιστρῶν. d *Zenone*) Ita codices Mercatoris. In codice Joliano scriptum est tantum, *Zenone Constantiæ*; in Corbeiensi, *Zenone Curiensi & Regino Constantiensi*. Supra in gestis de depositione Nestorii: *Zeno Episcopus Cyri*. Editiones Græcæ: Ζήνων ἐπίσκοπος πόλεος Κυρίου τῆς Κύπρου. e *Hellespont.*) Ita diserte habent codices Mercatoris. At in codicibus synodi Chalcedonensis Corbeiensi & Joliano legitur *Elenopenti*. f *Magni*) Hæc vox addita est ex codice Vaticano. Corbeiensis & Joliano legunt *magnis*. g *Romanorum*) Et hæc quoque vox addita est ex codice Vaticano, quam habent etiam codices Corbeiensis & Joliani. h *Mundana*) id est, universali, ex universo mundo congregata. In codice 724. bibliothecæ Colbertinæ, qui est vetustissimus, legitur: *Explicit synodum mundanum, id est, universale, apud Chalcedona*. Item codex 1268. ejusdem bibliothecæ, & ipse admodum vetus, ita habet ante canones Concilii Chalcedonensis: *Explicit Concilium mundianum id est universale*. Cicero lib. 5 Tusculanarum: *Socrates quidem cum regaretur cujatem se esse diceret; mundanum inquit. Totius enim mundi se incolam & civem arbitrabatur.*

excerpsimus autem ex his pauca capitula, si videbitur, recitabimus.

Flavianus Episcopus Philipporum dixit. Hæc quoque perlecta inserantur. *Et recitata sunt hoc modo*.

Petri sanctissimi Episcopi & Martyris ex libro de deitate.

Vide supra

QUoniam certe gratia, & veritas per Jesum Christum facta est, unde & gratia sumus salvati juxta apostolicum dictum. *Et hoc*, inquit, *non ex vobis, neque ex operibus, ne quis glorietur*. Voluntate verbum caro factum est, & habitu inventum ut homo. Non est tamen a deitate destitutum. Neque enim ut a sua gloria & virtute desisteret, cum esset dives, pauper est factus; sed, ut mortem pro nobis peccatoribus ipse sustineret, justus pro injustis, & ut nos offerret Deo, mortuus quidem carne, vivificatus autem spiritu. *Et post alia*. Unde & evangelista adserit veritatem dicens: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*. Scilicet ex quo angelus virginem salutavit dicens: *Ave gratia plena, Dominus tecum. Dominus autem tecum* dixit Gabriel, pro eo quod est *Deus verbum tecum*. Demonstrat enim id nasci in vulva & carnem futurum, juxta quod scriptum est: *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur sanctum vocabitur filius Dei*.) *Et porro post alia*. Deus autem verbum, viro absente, voluntate Dei, qui omnia facile operatur, factum est in vulva virginis caro, non egens viri operatione aut præsentia. Viro enim efficacior fuit Dei virtus inumbrans virgini, superveniente etiam simul spiritu sancto.

[a] *Athanasii sanctissimi Episcopi Alexandriæ*
[b] *ex libro adversus Arianos*.

MUlti igitur sancti fuerunt & puri ab omni peccato. Hieremias vero & ab utero sanctificatus est. Et Joannes cum adhuc esset in utero, exultavit in gaudio voce Mariæ theotoco. Et tamen regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ. Sic quoque nihilominus manebant homines corruptibiles & mortales & passionum naturæ suæ capaces. Nunc vero cum Deus verbum factum est homo & sua fecit ea quæ sunt propria carnis nostræ, jam non passiones corpus contingunt propter verbum quod fuit in corpore, sed ab ipso quidem contritæ sunt; homines vero non juxta suas passiones peccatores sunt & mortales, sed juxta verbi virtutem resurgunt immortales & incorruptibiles & æterni. Unde etiam carne nata ex Maria theotoco, ipse dicitur natus qui præstat ut alii nascerentur, ut nostram in se generationem transferret, & nos jam non ut terra tantum abeamus in terram, sed ut cœlesti verbo conjuncti, ab eo ipso sublevemur in cœlum. Recte igitur etiam alias corporis passiones in [c] semet transtulit, ut non ut homines, sed ut verbo adhærentes, [d] fieremus æternæ vitæ participes. Non enim jam juxta priorem generationem morimur in Adam, [e] sed nostra generatione, & omni carnali fragilitate translata, in verbum resurgimus [f] ex terra, soluta maledictione peccati propter eum qui pro nobis factus est maledictio.

Ejusdem de epistola ad Epictetum.

Quomodo autem vel dubitare ausi sunt qui dicuntur esse Christiani, si Dominus qui processit ex Maria, filius quidem sit Dei substantia & natura, carnaliter vero ex semine David & ex carne sanctæ Mariæ? Qui porro adeo audaces fuerunt ut dicerent Christum, qui carne sit passus & crucifixus, non esse Dominum & Salvatorem & Deum & filium patris? Vel quomodo volunt se nominare Christianos qui dicunt in hominem sanctum quemadmodum etiam in unumquemque Prophetarum supervenisse verbum, ac [g] nos magis ipsum hominem factum cum corpus sumpsisset ex Maria, [h] & alium esse Christum & alium Dei verbum quod ante Mariam & ante sæcula erat filius patris? Aut quomodo possunt esse Christiani qui dicunt aliud esse filium & aliud Dei verbum? *Item post alia*. Absit ut hæc putatione facta esse dicamus, ut nonnulli existimarunt. Nam vere homine facto salvatore, totius hominis facta est salus. Nam si putatione verbum fuisset in corpore, juxta quod illi dicunt, putatione autem quod dicitur tantum phantasia quædam est, invenietur salus nostra & resurrectio hominum facta per [i] docesin, non veritate, juxta scelestissimum Manichæum. At vero si non per phantasiam salus nostra, nec corporis tantum, sed totius hominis animæ & corporis salus est facta, humanum ergo natura quod ex Maria factum est juxta divinas scripturas & verum erat salvatoris.

Julii sanctissimi Episcopi Romæ epistola ad Prosdocium.

Prædicatur autem ad consummationem fidei & incarnatus ex virgine Maria Dei filius, qui habitavit in hominibus, non in homine operatus. Hoc enim de Prophetis est & Apostolis. Perfectus Deus in carne, & homo perfectus in spiritu. Non duo filii, unus quidem naturalis filius qui adsumpsit hominem, [k] alter vero homo mortalis adsumptus a Deo, sed unus unigenitus in cœlo, unigenitus in terra Deus.

Felicis Episcopi sanctissimi Romæ & martyris ex epistola ad [l] *Maximinum Episcopum & ad clerum Alexandrinæ Ecclesiæ*.

De incarnatione vero verbi & de fide, credimus in Dominum nostrum Jesum Christum natum

a *Athanasii*) Hæc testimonia quæ sequuntur, desumpta ex libris Marii Mercatoris, inveni in codice 1865. bibliothecæ Colbertinæ. b *Ex lib. adv. Ar.*) Ita codices Vaticanus & Bellovacensis. Colbertinus hæc tantum habet, *adversus Arium*. c *Semet*) Codex Colbertinus, *semetipsum*. d *Fieremus*) Idem codex, *fieremur*. e *Sed nostra*) Secuti hic sumus auctoritatem libri Bellovacensis. Vaticanus habet, *sed nostram generationem*; Colbertinus *sed juxta nostram generationem*. f *Ex terra*) Ita codices Vaticanus & Colbertinus; Bellovacensis habet *fr erita*. g *Nos*) Certum est hic legi debere *non*. Retinuimus tamen falsam lectionem, quia eam constanter præferunt omnia vetera exemplaria. h *Et alium*) Codex Colbert. *non alium*. Sed hæc lectio bona non est. i *Docesin*) Servavit Mercator vocem Græcam. Docetæ opinionem significat. Male in codice Colbertino *dicrosim*.

k *Alter vero*) Codex Colbert. *& unus homo naturalis adsumptus a Deo*.

l *Maximinum*) Ita codices Vaticanus & Bellovacensis. Colbertinus habet *Maximum*. Quo etiam modo habet textus Græcus, & vetus interpres Concilii Ephesini in Codice Colbertino & in editione Contiana. At in codice Turonensi & in Concilio Chalcedonensi scriptum est *Maximianum*.

natum ex virgine Maria. Hic enim est filius Dei æternus & verbum, & non ita homo a Deo adsumptus ut esset alius præter ipsum. Neque enim hominem adsumpsit Dei filius ut esset alius præter ipsum; sed cum esset Deus perfectus, factus est simul & homo perfectus, incarnatus ex virgine.

Theophili sanctissimi Episcopi Alexandrie ex paschali epistola quinta.

Sunt enim nunc miraculorum veterum reliquiæ, ne parum credant quod Dei virtus potest facere ut virgo pariat, in qua fuit vivum Dei verbum propter nostram similitudinem. Aliter enim nos adloqui proprius ipse non poterat; & nec ex voluptate & [a] somno, quemadmodum, & in aliis hominibus, corpus accipiat, accepit ejus consimile, natus ex virgine, homo quidem apparens juxta nos & in forma servili, rebus vero probatur esse omnium artifex & dominus, opera faciens Dei.

Ejusdem ex epistola paschali sexta.

Quemadmodum summi artificum non in pretiosa tantum materia vim suæ artis ostendunt, sed & si in luto vel cera solertiam suam demonstrent, multo magis videntur esse laudabiles, sic etiam Deus verbum, optimus omnium artifex, vivum efficax, qui ordinatione congrua cuncta composuit, non cœlesti quadam corporis adsumpta materia ad nos venit, sed in luto magnitudinem suæ artis ostendit, corrigens hominem qui est fictus ex luto, ipse ex virgine homo novus procedens, generationis quidem ratione dissimilis, aliis vero omnibus absque peccato similis nostri, natus, pannis involutus, lacte nutritus, infans in præsepio repositus, naturæ nostræ fragilitatem sustinens propter priores causas; sed cum adhuc infans esset, satanam & ejus perterrefecit exercitum, magos provocans ad pœnitentiam, & eos armans ad contemptum ejus qui illos miserat Regis.

Cypriani sanctissimi Episcopi ex libro de misericordia.

Multa & magna sunt, fratres carissimi, beneficia divina quibus in salutem nostram Dei patris & Christi larga & copiosa clementia & operata sit & semper operetur, quod conservandis ac vivificandis nobis pater filium misit ut reparare nos posset, [b] quodque filius missus est & hominis filius esse voluit ut Dei filios faceret. Humiliavit se, ut populum qui prius jacebat erigeret. Vulneratus est, ut vulnera nostra curaret. Servivit, ut ad libertatem servientes extraheret. Mori sustinuit, ut immortalitatem mortalibus exhiberet.

Ambrosii sanctissimi Episcopi Mediolanensis.

Si mihi non credunt, credant Apostolo dicenti. *Postquam vero venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Filium*, inquit, *suum*, non unum ex multis, non communem, sed suum. Suum cum dicit, generationis æternæ proprietatem signavit. Hunc postea factum ex muliere attruxit, ut factura non divinitatis sed adsumptionis corporis adscriberetur. *Factum ex muliere* per carnis susceptionem, *factum sub lege* per observantiam legis. Generatio autem illa cœlestis ante legem, ista post legem.

Ejusdem.

Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quoniam regnum Dei, sicut scriptum est, non in persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis. Servemus locutionem divinitatis & carnis. Unus in utroque loquitur filius, quia in eodem utraque natura est, & non in uno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones: quia quasi Deus loquitur quæ sunt divina, quia verbum est; quasi homo quæ sunt humana: quia in [c] mea substantia loquebatur: *Hic est panis vivus qui de cœlo descendit*. Panis hic caro est, sicut ipse dixit: *Hic panis quem ego dabo, caro mea est*. Hic est qui descendit, hic est quem pater sanctificavit & misit in hunc mundum. Et ipsa litera docet nos sanctificatione non divinitatem eguisse, sed carnem.

Gregorii majoris Episcopi Nazianzi.

Non decipiant homines nec decipiantur, hominem carentem sensu existimantes dominicum, ut ipsi ajunt, imo vero Dominum nostrum & Deum. Non enim hominem a deitate separamus, sed unum eundemque adfirmamus, antea quidem non hominem sed Deum & filium duntaxat & ante sæcula sine corpore & omnibus corporalibus, postea vero & hominem adsumptum pro salute nostra, passibilem carne, impassibilem deitate, comprehensibilem corpore, incomprehensibilem deitate: eundem terrenum & cœlestem, visibilem, & intelligibilem, capabilem, & qui capi non posset, ut perfectum hominem, eundem etiam Deum, ut homo totus repararetur, qui cecidit in peccatum. Si quis Mariam non existimet theotocon, procul est a divinitate. Si quis per virginem tanquam per fistulam transcurrisse ac non in ipsa formatum divina simul humanaque ratione, divina quidem quod absque viro, humana vero quod more partus, si quis formatum dicit hominem, postea Deum induisse, detestandus est. Neque enim generatio Dei hæc est, sed generationis fuga. Si quis duos filios inducit, unum quidem ex Deo patre, alterum vero ex matre, ac non unum eundemque, excidat adoptione quæ est recte credentibus promissa. Gemina enim natura Deus & homo, quia & anima & corpus. Filii vero non duo, nec Dei. Neque enim hic duo homines sunt, licet Paulus ita quod est intra hominem & quod est extra appellarit. Et si est breviter dicendum, aliud quidem & aliud ex quibus salvator, (Neque enim idem est visibile & invisibile, nec temporarium simile est ei quod est ante tempora) non alius vero & alius, absit. Nam utraque in commixtione sunt, Deus incarnatus & homo deitate sacratus, vel quoquo modo quis voluerit nominare. Ajo autem aliud & aliud, contra quam est in trinitate. Ibi enim alius & alius est, ne substantias confundamus, non aliud vero & aliud. Unum enim idemque tria sunt & similia deitate. Si quis tanquam in Propheta per gratiam operatum dicit, ac non per substantiam con-

a *Somno*) Translative istud dictum est pro concubitu. num & Colbertinum; nisi quod *quoque* legunt pro *quodque*. Bellovacense habet, *Dei quoque filius &c.* Quæ lectio bona non est.

b *Quodque*) Ita vetera exemplaria Varicanum & Colbertinum; nisi quod *quoque* legunt pro *quodque*. Bellovacense habet, *Dei quoque filius &c.* Quæ lectio bona non est.

c *Mea*) Codex Colbert. *ejus*.

conjunctum, & concretum, inanis sit divinæ operationis, imo plenus adversæ. Si quis non adorat crucifixum, anathema sit & inter [a] theoctonos numeretur. Si quis ex operibus consummatum aut post baptisma aut post resurrectionem ex mortuis adoptionem meruisse dicit juxta paganos, qui [b] naperpapot inducunt, anathema sit. Quicquid enim oritur aut crescit aut consummatur non est Deus, etsi propter incrementum quod paulatim fit ita dicatur.

Basilii sanctissimi Episcopi Cæsareæ Cappadociæ primæ.

Neque tantum cœlum & terra & æquorum latitudo, & quæ in aquis vivunt, nec terrestria animalia, nec stellæ, nec aer, nec horæ temporum, & elementorum varia diversaque ordinatio, virtutis ipsius eminentiam probare possunt quantum quod potuerit Deus, qui capi non potest, absque carnis passione conjungi cum morte, ut nobis passione sua impassibilitatem donaret.

Gregorii sanctissimi Episcopi Nusæ.

Hoc, inquit, *sentite & de vobis quod etiam in Christo filio Dei; qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est ut esset æqualis Deo, sed se exinanivit formam servi accipiens.* Quid in Deo servi forma pauperius? Quid in Rege humilius quam ad participatum nostræ naturæ pauperrimæ voluntarie devenisse? Rex regnantium & dominus dominantium servilem formam induit. Judex omnium dominantibus tributum pensat, at dominus creaturæ deducitur in speluncam. Qui omnia comprehendit, cœnaculi non invenit locum, sed in præsepio mutorum animalium projicitur. Mundus & sincerus humanæ naturæ patitur, sordem, & per omnem nostram gradiens paupertatem usque ad experimentum pervenit mortis. Videtis modum voluntariæ paupertatis. Vita mortem gustare dignatur, judex adducitur in judicium, vitæ omnium dominus subiit suffragium judicantis, Rex cœlestium principatuum manus carnificum non repellit. Ad hæc, inquit, exemplum humilitatis videat modum.

Attici Episcopi Constantinopoleos.

Hodie Christus Dominus clementiæ generationem suscepit. Nam divinæ dignitatis jam antea habuerat, & adjecit porro clementiæ. Verbum exinanitur, quod natura exinanibile est. Se enim exinanivit formam servi accipiens. Incarnabilis in carne fit. Nam verbum caro factum est. Qui tractari non potest propter incorporalem naturam, contrectatur. Qui initium non habet, fit sub initio corporali. Perfectus crescit, invertibilis proficit, dives in cœnaculo fit. Qui comprehendit nubibus cœlum, pannis involvitur. Rex ponitur in præsepio.

Iconii Episcopi.

Nam quia idem est & Rex & Deus, & mortalitatem propter corporis dispensationem gustavit. Dona sunt argumenta mysterii. Aurum offerunt, agnoscunt enim Regem. Offerunt thus, Deus est enim cui offerunt. Adjiciunt etiam myrrham propter eam quæ est in mysterio mortalitatem passionis.

Ejusdem.

Nam nisi ille fuisset carnaliter procreatus, tu nunquam fuisses spiritaliter recreatus; & nisi ille sustinuisset formam servilem, nunquam tu adoptionis esses gloriam consecutus. Ideo in terram cœlestis ut tu terrenus recipiaris in cœlum. Ideo Christus se evacuavit ut nos omnes ex ipsius plenitudine accipiamus. Illius mors tua immortalitas facta est. Domini passio servi facta est altitudo. Tu vero beneficium in blasphemiam rapis.

Attici Episcopi Constantinopoleos.

Siquidem dubium facit unigeniti incarnatio & virginis partus & communia passionum & patibulum & mors & passio, is doceatur & sciat hæc omnia causas fuisse salutis mundanæ, sed ne hæc quidem indigna esse divina clementia. Nam si turpe est Deo in virgine habitare, turpius etiam virginem facere. Si vero virginem fingere contumeliam esse non duxit, nec habitare in ea turpitudinem judicavit. Et si pati malum est, passionibus liberare quantum est? Igitur & mortuus est immortalis morte, & mortem morte damnavit, & resurrexit, resurrectionem largiens nobis. Et hæc omnia sustinet non natura deitatis, sed adsumptione carnis, deitate quidem manens intactus juxta suam naturam, omnia vero perferens & patiens ut vitæ æternæ nobis dux & auctor existeret.

[c] ACTIO DE CONFESSIONE CHARISII PRESBYTERI.

[d] Juxta piissimorum augustissimorumque Principum Theodosii & Valentiniani congregata Ephesiorum metropoli ex omni prope orbe terrarum hac sanctissima synodo religiosissimorum Episcoporum omnium sanctarum Ecclesiarum & agente Concilium & decernente ut firma maneret fides exposita per spiritum sanctum a sanctis patribus qui tunc temporis Nicææ convenerant numero trecenti decem & octo, & disponente quæ ad hanc rem pertinerent competentibus modis, Charisius quidam nomine presbyter & dispensator sanctæ Ecclesiæ Philadelphiæ civitatis adseruit quosdam ex Lydia oriundos hæreticos voluisse quidem suum errorem deponere, converti vero ad veritatis lumen & imbui catholicæ Ecclesiæ piis rectisque voluisse dogmatibus, deinde eos qui ad veritatem deducendi erant in pejorem inductos errorem & tanquam ex fovea in profundiorem foveam cecidisse. Adseruit namque Antonium & Jacobum habentes nomina presbyterorum de Constantinopoli descendisse cum epistolis commendatitiis Anastasii cujusdam & Photii, qui tunc temporis hæretico Nestorio adhærebant, qui & ipsi nomina habebant presbyterorum; & cum deceat magis apostolicam & evangelicam fidei traditionem, quam etiam patres exposuerunt qui Nicææ convenerunt, eis præponi qui ab errore convertuntur in veritatem & qui e tenebris in lucem cupiunt pervenire, obtu-

a *Theoctonos*) id est, inter Dei interfectores, ut explicat vetus interpres Concilii Ephesini.
b *Naperpapot*) Ita Codex Bellovacensis. Vaticanus habet ΠΑΡΕΓΡΑΠΟC. Vetus versio Concilii Ephesini, *panengraptos*, *id est*, *inscriptos*. Textus Græcus, παρεγραπτοὺς, quod Peltanus vertit *adscriptitios*, vetus interpres synodi Chalcedon. *fictos*. c *Actio*) Hunc titulum nos addidimus. Nullus enim extat in antiquis exemplaribus. d *Juxta*) In iisdem libris legitur, *Jus*, mendose. Hinc nos effecimus, *Juxta*

obtulisse nescio quam impiissimorum dogmatum expositionem tamquam ordine symboli compositam & ei subscribere illos miseros compulisse & in hoc omnem impietatis excessisse mensuram. Et ut hæc quæ dicta sunt possint evidentius apparere, infra scriptus est etiam libellus oblatus a memorato presbytero Charisio & impiæ illius & pessimæ fidei expositio de incarnatione unigeniti filii Dei cum subscriptione etiam illorum qui decepti sunt.

LIBELLUS CHARISII.

Sanctissimæ & Deo dilectæ synodo mundanæ quæ in Ephesiorum metropolim congregata est a Charisio presbytero & dispensatore Ecclesiæ Philadelphiæ. Est quidem omnibus sapientibus exoptandum honorem debitum & convenientem patribus & maxime spiritalibus & præceptoribus semper deferre. Si vero contigerit ut hi qui docere debeant ea discentibus de fide garriant quæ aures omnium mentesque lædere possint, necesse est ordinem commutare & eos qui perverse docere contendant a discipulis magis redargui. Sed quoniam inter eos est Nestorius numerandus malæ suæ opinionis fructus decerpsit; & qui de fide Christi pessime existimans & docens sæpe quæ eum docere non convenit, omnem orbem terræ conturbavit, adeo ut etiam pii Principes censere cogantur hanc vestram sanctissimam synodum convenire & rectæ fidei dogmata confirmare, quod etiam sua clementia Dominus Deus indulsit ut ob supradictam causam vos omnes huc, patres sanctissimi, conveniatis, hujus causa ego ad vestræ sanctitatis genua provolutus adfirmo quod non solum ipse Nestorius, verum etiam impietatis ipsius particeps Anastasius & Photinus presbyteri eamdem etiam in aliis civitatibus fidem pessimam disseminari cupientes, Jacobo cuidam sui simili favorem præstiterunt & præstant, ad colloquii societatem eum adhibentes & mensæ, quem etiam per literas tamquam orthodoxum gloriosissimis Lydiæ Episcopis commendarunt; qui talia admittit quæ sanctitatem vestram, si ea cognoverit, commovebunt justas in eum competentesque pœnas hæc ferre, necnon etiam in eos qui ei patrocinantur & favent. Nam cum Philadelphiam civitatem Lydiæ adventasset, simpliciores quosdam Clericos decepit, & illam fidem spretam quam patres Nicææ ediderunt, fidei alteræ immo vero perfidiæ subscribere compulit, & hoc illi simplicitate sua facere & subscribere hoc modo: *Huic rectæ fidei adsentimur*. Quæ expositio hæreticæ blasphemiæ plenissima integra est cum subscriptione eorum quibus subreptum est, & quæso ut ea coram vestra sanctimonia recitentur, ut intelligatur quomodo illi rectam fidem vertere conati sunt, necnon etiam literas supradictorum, per quas Jacobum quidem hæreticum, qui talia ausus est, orthodoxum esse testantur, me vero tamquam hæreticum communicatione & ministerio submoverunt pietatis dogmata retinentem, sicut in subditis apparebit. His etenim recitatis, sanctitas vestra comperiet qualia sint ea quæ illi adversum rectam fidem scelera commiserunt, quæ per vestram sanctitatem penitus destruet Deus.

CHARISII CONFESSIO.

Credo in unum Deum patrem omnipotentem, creatorem, omnium visibilium & invisibilium factorem, & in unum Dominum Jesum Christum filium ejus unigenitum, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, similis cum patre substantiæ, qui propter nos & nostram salutem descendit de cœlis, incarnatus est, natus est ex sancta virgine, homo factus est, crucifixus est pro nobis, mortuus est, resurrexit tertia die, ascendit in cœlos, venturus judicare vivos & mortuos; & in spiritum veritatis paraclitum, similis substantiæ cum patre & filio; & in sanctam Ecclesiam catholicam, & in remissionem peccatorum, & in resurrectionem mortuorum, [a] & in vitam æternam. Ego Charisius obtuli libellum, sicut supra dictum est, & subscripsi manu mea. (*a*)

Exemplum expositionis symboli transformati:

[b] SYMBOLUM NESTORIANUM.

Quisquis vel nunc primum instituitur ecclesiasticorum dogmatum scientia, vel ex quolibet hæretico errore in veritatem desiderat commigrare, eum discere convenit & confiteri quod credimus in unum Deum patrem æternum, qui neque postea cœpit esse, sed antea & semper erat Deus, neque postea factus est pater quod semper erat Deus & pater. Credimus autem & in unum filium Dei unigenitum ex substantia patris, ut certe filium, & ex substantia ejus cujus est & esse creditur filius. Et in spiritum sanctum, qui est ex Dei substantia; qui non est filius, sed Deus per substantiam, utpote ejusdem substantiæ cujus est Deus & pater, ex quo est per substantiam. Nos enim, inquit, non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui est ex Deo, ab omni quidem creatura eum separans, Deo vero conjungens, ex quo est per substantiam præcipua quadam propriaque ratione præter omnem aliam creaturam; quam non ex substantia sed ex causa operationis a Deo credimus factam. Et neque filium putamus, neque per filium essentiam cepisse. Confitemur autem ipsum per se patrem perfectum sua persona, & filium simili modo, & item spiritum sanctum; salva manente nobis ratione pietatis, ut patrem & filium & spiritum sanctum non tres diversas substantias esse credamus, sed unam eandemque similitudinem deitatis. Scire autem convenit etiam de dispensatione quam pro nostra salute in Domino Christo Dominus Deus implevit, quod Deus verbum hominem perfectum adsumpsit ex semine Abraham, & ex David juxta prædicationem sanctarum scripturarum, ejus naturæ cujus & illi fuerant ex quorum semi-

a *Et in vitam*) Ita codex Vaticanus. Bellovacensis habet, *Et vitam*. Vide supra in antiqua versione Concilii Ephesini. b *Symbol. Nestor.*) a Theodoro Mopsuesteno compositum, ut scribitur in collatione 4. & 6. Concilii Quinti. Vide Facundum lib. 3. cap. 2. & 5.

(*a*) Subscriptio hæc ita legitur in Cod. Vatic. 1342. notantibus Ballerinis fol. CXIX. *Ego Charisius obtuli libellum sicut superius scriptum est, anathematizans Nestorium & ejus sectatores, manu mea subscripsi. Quod vero hi passim succedit Nestorii* symbolum ibi omissa priori incipit ab illo. *Nos vero catholice unum dicimus Filium, &c.*

semine erat, hominem natura perfectum, ex anima rationali & humana carne compositum; quem hominem nostræ naturæ consimilem spiritus sancti virtute in vulva virginis fictum, factum ex muliere, factum sub lege, ut omnes redimat a legis servitute, consecutos adoptionem quæ est olim repromissa, inæstimabiliter sibi conjunxit, & mortem quidem experiri more hominum fecit, suscitavit vero a mortuis, & evexit in cœlos, & sedere fecit ad dexteram Dei. Unde cum sit supra omnem principatum & potestatem & dominationem & supra omne nomen nominandum, non in hoc tantum sæculo, sed etiam in futuro, ab omni creatura accepit venerationem ei tribuente. Et neque duos dicimus filios neque Dominos, quorum unus filius per substantiam Deus verbum unigenitus filius patris, cui iste conjunctus, & habens filietatis participatum, etiam filii appellatione communicat, & Dominus per substantiam est Deus verbum, cui iste conjunctus honori communicat. Et propterea neque duos dicimus filios neque duos Dominos: quia cum sit manifestus is qui est per substantiam Dominus & filius, inseparabilem habens cum eo conjunctionem, hic quoque qui pro nostra salute adsumptus est, conreferitur, idest, συνονομάζεται, nuncupatione filii & Domini, non quemadmodum unusquisque nostrum, qui per se ipsum filius est, (unde & multi filii juxta beatum dicitur Paulum) sed solus is habens præcipuam conjunctionem ad Deum verbum, filietatis dominationisque particeps, adimit quidem opinionem duorum filiorum & dominorum, præbet vero nobis conjunctionem ad Deum verbum omnem habere de eo fidem & opinionem; pro quibus & venerationem, utpote Dei relatio, ab omni accipit creatura (a) Unum igitur dicimus filium & Dominum Jesum Christum, per quem omnia facta sunt, primitus quidem Deum verbum intelligentes, qui est per substantiam filius Dei & Dominus; deinde inducentes etiam adsumptum filium de Nazareth, quem unxit Deus spiritu & virtute quasi conjunctione ad Deum verbum, verbum filietatis dominationisque participem; qui etiam secundus Adam juxta beatum Paulum vocatur, quasi ejusdem quidem naturæ qua Adam, demonstrans autem nobis statum futurum, & qui tantam ab illo habet differentiam quanta esse debeat inter eum qui futuri status arcana bona subministravit, & inter illum qui præsentium malorum dedit initium. Simili modo etiam secundus homo vocatur, quasi qui secundum statum nobis monstrarit, quoniam prioris status princeps fuit Adam illius mortalis & passibilis & omnium dolorum plenissimi, in quo etiam similitudinem ipsius accepimus. Secundum vero monstravit nobis Dominus Jesus, qui de cœlis in futurum apparens, omnes nos in communionem suam perducet. *Primus enim homo*, inquit, *est ex terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis*, id est, inde venturus ut nos omnes ad similitudinem sui perduceret. Unde infert: *Qualis terrenus, tales etiam terreni; & qualis cœlestis, tales etiam cœlestes. Et sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis.* In eo apparens & in eo omnibus conspicienda qui judicandi sunt occulta & invisibili faciet judicium divina natura. Tempora enim ignorantiæ despiciens Deus, nunc adnuntiat hominibus ut omnes pœnitentiam agant, eo quod statuit diem in qua judicaturus est orbem in viro quem statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis. Hæc est ecclesiasticorum dogmatum adsertio; & quisquis contra hæc credat, anathema sit. Quisquis non accipit salutarem pœnitentiam, anathema sit. Qui sanctum diem Paschæ non facit juxta morem catholicæ Ecclesiæ, anathema sit.

Budius Vinici Philadelpheus Tessarescædecatites agnovi veram fidem orthodoxiæ, & rogavi sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam, & anathematizo omnem hæresim, & maxime Thessarescædecatitarum, in qua ante errabam, & assentio suprascriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & per pietatem & victoriam DD. NN. Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Et si quid ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et recitatæ mihi expositioni subscripsi per Esychium Philadelpheum curialem, propterea quod literas nescirem.

Esychius Cerdanepi Philadelpheus curialis Tessarescædecatites agnovi veram fidem orthodoxiæ, & rogans accessi ad sanctam catholicam Ecclesiam; & anathematizo omnem hæresim, & maxime Thessarescædecatitarum, & adsentio supra scriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta sanctam & catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et subscripsi manu mea.

Rufinus Philadelpheus Tessarescædecatites agnovi veram fidem orthodoxiæ, & rogans accessi ad sanctam & catholicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & adsentio cum omni familia suprascriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta sanctam & catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & per pietatem & victoriam Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem labefactavero, subjacebo cum omni familia legum severitati. Et recitata mihi expositione explicita, subscripsi meo arbitrio & voluntate.

Eugenius [a] Disphiladelpheus Tessarescædecati-

---

a *Disphiladelpheus*) Ita vetera exemplaria quibus utimur. Editiones Græca & Latina habent simpliciter *Philadelpheus*, quibus consentiunt manuscripti codices Bibliothecæ regiæ, & vetera exemplaria antiquæ versionis. At in antiqua Concilii Chalcedonensis interpretatione Latina legitur *secunda Philadelphia*; quod ostendit istam lectionem Marii Mercatoris esse antiquam. Hæc Philadelphia fuit in Lydia. Alterius, quæ fuit in Arabia, meminit Ammianus Marcellinus lib. 14.

(a) Ab hac periocha, omissis superioribus, in Vaticano Cod. incipere Nestorianum symbolum supra monuimus.

catites agnovi cum omni familia veram fidem orthodoxiæ, & rogavi sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam; & anathematizo omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta sanctam & catholicam & apostolicam Ecclesiam. Et assentio cum omni familia suprascriptæ expositioni rectæ fidei. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo cum omni familia legum severitati. Recitata mihi & placita expositione, subscripsi manu mea.

Faustinus laicus [a] Disphiladelpheus Tessarescædecatita agnovi veram fidem orthodoxiæ, & rogavi sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam; & anathematizo omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, in qua ante errabam. Et assentio suprascriptæ expositioni rectæ fidei; anathematizans etiam eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem sanctæ catholicæ Ecclesiæ. Et juro per sanctam homousion trinitatem & per pietatem & victoriam Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem ex his labefactavero, subjacebo legum severitati. Et recitata mihi expositione, accessi cum omni familia, & subscripsi manu mea.

Damalius & Alexander per manum [b] Euprepii filii Theodori reverentissimi Diaconi agnovimus orthodoxiam, & rogavimus sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessimus ad catholicam Ecclesiam, anathematizantes omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, in qua ante errabamus, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et recitata nobis expositione, juravimus per venerabile jusjurandum sanctissimæ trinitatis & per victoriam & salutem Dominorum nostrorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum nihil ex suprascriptis labefactaturos. Et credentes cum familiis nostris subscripsimus.

Fl. Nymphidianus Disphiladelpheus scholasticus omnibus dogmatibus & moribus Tessarescædecatitarum, qui non admittunt dogmata orthodoxorum, renuntio, & profiteor communicare fidei orthodoxorum in omnibus, & eam admittere.

Polychronius Tatiani & Philadelpheus per manum Fl. Esycii [c] Cerdaliheli Philadelphei curialis, propterea quod tarde scriberem, agnovi orthodoxiam, & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium accessi ad catholicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim & maxime Tessarescædecatitarum in qua ante errabam, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et recitata mihi expositione, juravi per venerabile jusjurandum sanctissimæ trinitatis & per victoriam & salutem Dominorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum nihil me ex suprascriptis labefactaturum. Et credo cum omni familia, & placent mihi omnia suprascripta. Polychronius mutuatus sum manum (Esycii.)

Eustathius Marcelli Philadelpheus aurifex Tessarescædecatitarum agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Theophanium Episcopum, accessi meo arbitrio & voluntate ad sanctissimam Dei & catholicam & orthodoxorum Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem & per pietatem Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid ex suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et subscripsi manu mea.

Eutytius [d] Disphiladelpheus agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi meo arbitrio & voluntate ad sanctissimam Dei & catholicam & orthodoxam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem & per pietatem Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid ex his suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et subscripsi manu mea.

Statonicus Emonii Philadelpheus Tessarescædecatites agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem & per pietatem Christi amantium Principum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid de suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et subscripsi per nepotem meum Alexandrum, propterea quod literas nescirem.

Theodoretus & Alexander & Philadelpheus subscripsimus per unum ex nobis Alexandrum, & agnovimus orthodoxiam; & rogantes sanctissimum Episcopum Theophanium, & accessimus ad sanctam Dei catholicam & apostolicam orthodoxam Ecclesiam. Et anathematizamus omnem hæresim, & maxime eorum qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravimus per sanctam trinitatem & per pietatem, & victoriam Dominorum nostrorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid de suprascriptis labefactaverimus, subjacere nos legum severitati. Et recitata nobis hæc expositione, subscripsimus.

Marinus Evethi per manum Neorii lectoris orthodoxorum agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam.

a *Disphilan.*) Ita rursum vetera exemplaria Mercatoris. In Concilio Chalcedon. *secunda Philadel.*

b *Euprepii*) Hanc lectionem confirmant codices manuscripti antiquæ versionis Concilii Ephesini. Verum in Græcis exemplaribus & in Concilio Chalcedonensi legitur *Eutropii*.

c *Cerdaliheli*) Hæc est lectio veterum librorum Matii Mercatoris. Vetus versio Concilii Ephesini *Cerdali* simpliciter. In Chalcedonensi, *Cerdanheli*. Editiones habent *Cerdanepti*.

d *Disphilad.*) In Græco est διὰ φιλαδέλφου quod editores Romani vertunt, *per Philadelphum* male. Concilium Chalcedonense hic quoque habet *secunda Philadelpeia*.

clesiam. Et anathematizo omnem hæresim, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per sanctam trinitatem & per pietatem & victoriam Dominorum nostrorum Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, & juravi per venerabile jusjurandum si quid de suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et subscripsi.

Padicius Philadelpheus subscripsi manu mea, & agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam orthodoxorum Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem orthodoxorum. Et juravi per venerabile jusjurandum, si quid de suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et recitata mihi expositione, subscripsi manu mea.

Cyriacus Philadelpheus, unus de hæresi Novatianorum, agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Catharon. Et juravi per venerabile jusjurandum, si quid de suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et recitata mihi expositione, subscripsi per Eusebium [a] Galliopistri.

Eusenius Philadelpheus [b] nauta agnovi orthodoxiam, & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi ad sanctam Dei catholicam orthodoxorum Ecclesiam, anathematizans [c] omnem hæresim. Et juravi per venerabile jusjurandum nihil me de suprascriptis labefactare. Et subscripsi manu mea.

Diomedes habitans in vico Caccaba agnovi orthodoxiam; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, accessi voluntate mea ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam orthodoxorum, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, & in qua antea errabam. Et juro per sanctam & homousion trinitatem & per victoriam & per pietatem Dominorum perseveraturum me in suprascriptis & nihil labefacturum & in omnibus servaturum orthodoxorum fidem. Et si fuero deprehensus labefactans aliquid de placitis, subjacebo legum severitati. Et audita expositione, subscripsi manu mea.

Julianus [d] Disphiladelpheus agnovi orthodoxiam, & accessi ad sanctam Dei catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum. Et juravi venerabile jusjurandum, si quid de suprascriptis labefactavero, subjacere me legum severitati. Et [e] ægrotans subscripsi per Martyrium lectorem.

[f] Eutychius de vico Palacis, primus Tessarescædecatitarum hæreseos, agnovi veram fidem orthodoxiæ; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium, & reverentissimum [g] Episcopum Jacobum & reverentissimum Presbyterum & dispensatorem Charisium, accessi ad sanctam catholicam & apostolicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, in qua ante errabam; & assentio suprascriptæ expositioni rectæ fidei, anathematizans eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem catholicæ & apostolicæ sanctæ Ecclesiæ. Et juravi per sanctam & homousion trinitatem & per pietatem, & victoriam Dominorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid vero de suprascriptis labefactavero, subjacebo legum severitati. Et subscripsi manu mea.

Patricius Presbyter de vico Parazioxili per manum Maximi compresbyteri, eo quod literas nescirem, agnovi veram fidem orthodoxiæ; & rogavi religiosissimum Episcopum Theophanium & reverentissimum Presbyterum Charisium, & rogavi quam maturius communicare sanctæ Dei catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ orthodoxorum, & anathematizo omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, eos qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem Ecclesiæ. Et juravi per sanctam & vivificam trinitatem & per pietatem & victoriam DD. NN. Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum, si quid de his labefactavero, subjacere me legum severitati.

Zenon de territorio Sagari [h] poeta Tessarescædecatitarum hæreseos agnovi veram fidem orthodoxiæ; & rogans sanctissimum Episcopum Theophanium & reverentissimum Chorepiscopum Jacobum & reverentissimum Presbyterum & dispensatorem Charisium, accessi ad sanctissimam & catholicam Ecclesiam, anathematizans omnem hæresim, & maxime Tessarescædecatitarum, in qua ante errabam. Et assentio suprascriptæ expositioni orthodoxorum, anathematizans eos, qui non faciunt sanctum diem Paschæ juxta morem catholicæ Ecclesiæ. Et juro per sanctam & homousion trinitatem, & victoriam DD. NN. Fl. Theodosii & Fl. Valentiniani perpetuorum augustorum. Si quid autem de suprascriptis labefactavero, subjacebo legum severitati. Hanc manum ei commodavit Flavius Palladius, quod præsens literas nesciret.

JOAN-

---

a *Galliopistri*) Sic habent vetera exemplaria Marii Mercatoris. In Concilio Chalcedonensi legitur, *Syrum Galliopium*. b *Nauta*) Hæc est lectio codicum Marii Mercatoris & veteris interpretis Concilii Ephesini. At in Concilio Chalcedon. *Novatianus*. In Græco, Ναυτικὸς.

c *Omnem hæresim*) In Concilio Chalcedonensi legitur, *præcipue autem Novatianorum. Et consentio cum omni domo mea præscriptæ expositioni catholicæ fidei. Et juravi per venerabile sacramento sanctam & homousion trinitatem & pietatem & victoriam Dominorum Imperatorum Flavii Theodosii & Flavii Valentiniani perpetuorum augustorum. Si autem aliquid horum prævaricatus fuero, subjacere me cum omni domo mea legum severitati. Et perlecta mihi expositione, & complacens, subscripsi manu mea*. Quo loco Rufinus Diaconus annotat hanc additionem non haberi in codicibus Græcis in quibus et omnium hæc sanctum habent fragmentis. d *Disphiladelph.*) Concilium Chalcedon. *secta Philadelphia*.

e *Ægrotans*) In eodem Concilio, *complacens*. f *Eutychius*) Idem Concilium *Eutychius Chorepiscopus Aulacæ, principis Quartodecimanorum hæreseos*. g *Episcopum*) Ibid. *Chorepiscopum*.

h *Poeta*) Ita codices Vaticanus & Bellovacensis, nisi quod primus habet *poetòs*. In codice 524. bibliothecæ regiæ scriptum est hoc loco ποιος, nullo sensu. Ex ea tamen aut simili lectione orta est vox quam exhibent exemplaria Marii Mercatoris. In antiqua versione Concilii Ephesini supra *Pithara*. Codex Justelli a Labeo citatus in margine pag. 1229. tomi super. Concilierum, *poia*. Auctor antiquæ versionis Concilii Chalcedonensis utebatur codice in quo nihil istiusmodi extabat. Forte legendum est ποιητοῦς. De qua voce vide Marcam lib. 2. de concord. cap. 13. extrema.

☞ JOANNIS DOMINICI MANSI

In sequentia capitula.

PRÆMONITIO.

IN codice Vaticano 1342. vetustissimo translatio prisca latina Concilii Ephesini continetur, haud multum dissimilis ab ea, quam Baluzius edidit. Nonnulla tamen ibi offendi, quæ frustra in Baluzio quæsivi. Inter cætera in oculos meos incurrerunt capitula anathematismorum Cyrilli, quibus singulis Nestorii anathematismi iis oppositi subjiciuntur. Numquam hucusque in lucem prodiisse monumentum hoc ratus, mihi statim descripsi, atque hic in loco nempe, quem in codice obtinet, collocavi. Nam publica auctoritate in hanc seriem capitula ista digesta sint, vel privatus aliquis laborem istum consecerit ad majorem rei perspicuitatem, viderint docti.

Incipiunt Nestorii Blasphemiarum Capitula, quibus epistolis ad se missis a sanctis Cœlestino Romanæ Urbis, & Cyrillo Alexandrino Episcopis contradicit, & disputatione brevissima resolvendo XII. Capitula Fidei, quæ ad se missa fuerant, refellit.

Nunc episcopi Cyrilli priora posuimus, quæ Romana ecclesia approbavit, & posteriora Nestorii ex Græco in Latinum versa.

CYrillus D. Si quis non confitetur Deum esse secundum veritatem eum, qui est Emmanuel, & homo hoc ipsum Dei genitricem sanctam Virginem peperit ..... carnaliter, Verbum quod ex Deo est, carnem factum, secundum quod scriptum est, *Verbum, caro factum est*; anathema sit.

Nestorius R. Si quis eum, qui est Emmanuel Deum verum esse dixerit, & non potius nobiscum Deus, hoc est inhabitasse eam, quæ secundum (nos) est naturam, per id quod unitus est massæ nostræ, quam de Maria Virgine B susceptit, Matrem etiam Dei Verbi, & non potius ejus, qui Emmanuel est, nuncupaverit, ipsumque Dei Verbum in carnem versum esse, quam accepit ad ostentationem Deitatis suæ, ut habitu inveniretur ut homo, anathema sit.

Cyrillus D. Si quis non confitetur carne substantialiter unitum esse Verbum Patris, unum quoque esse Christum cum propria carne, eumdemque ipsum sine dubio Deum simul & hominem, anathema sit.

Nestorius R. Si quis in Verbi Dei conjunctionem, quæ ad carnem facta est de loco in locum mutationem divinæ Essentiæ esse dixerit factam, ejusque divinæ naturæ carnem capacem dixerit, ac partialiter unitam carni, aut retum in infinitum incircumscriptæ divinæ naturæ, quo extenderit carnem accipiendum Deum dicat, & hominem, anathema sit.

Cyrillus D. Si quis in uno Christo dividit substantias, post unitatem (sic) soli ea societate connectens, secundum dignitatem, aut auctoritatem, aut potentiam, & non magis conventu ad unitatem naturalem, anathema sit.

Nestorius R. Si quis non secundum conjunctionem unum dixerit Christum, qui est etiam Emmanuel, sed secundum naturam, ex utraque etiam substantia tam Dei Verbi, quam etiam ab eo hominis suscepti in Virgine Filii connexionem, quam etiam nunc inconfuse servamus, minime confiteatur, anathema sit.

Cyrillus D. Si quis duabus personis, aut substantiis decernat eas voces, quæ tam in evangelicis, quam in apostolicis scriptis continen- A tur, aut etiam eas, quæ (a) sanctis dicuntur, vel ab ipso Christo de seipso, & aliquas quidem ex his tamquam homini præter Dei Verbum, qui quasi specialiter intelligitur, applicandas crediderit, aliquas vero tamquam Deo dicentes soli Verbum Dei patris deputaverit, anathema sit.

Nestorius R. Si quis eas voces, quæ tam evangelicis, epistolis Apostolicis de Christo, qui est ex utroque, conscriptæ sunt, acceperit tamquam de una natura, ipsique Dei Verbo tentat passiones tribuere, tam carne, quam etiam Deitate, anathema sit.

Cyrillus D. Si quis audet dicere vel homine Deo utentem Christum, & non potius B Deum esse secundum veritatem tamquam unum Filium, qui naturaliter secundum quod verbum caro factum est, & participaverit similiter nobiscum carnem, & sanguinem, anathema sit.

Nestorius R. Si quis unum esse post assumptionem hominis naturaliter Dei filium, audet dicere, cum sit Emmanuel, anathema sit.

Cyrillus D. Si quis dicit Deum, vel Dominum Verbum Patris, & non magis eumdem ipsum confitetur Deum, & hominem simul, tamquam Verbum carne factum secundum Scripturas, anathema sit.

Nestorius R. Si quis post Incarnationem Deum Verbum alterum quempiam præter Christum C nominaverit, servi sane forma initium non habere cum Deo Verbo, & creaturam (£ increaturam), ut ipse est, esse diceret, & putaverit, & non magis ab ipso creatam confiteatur, tamquam naturam Domino, & Creatore, & Deo, quam & suscitare propria virtute promisit, *solvite*, dicens ad Judæos, *templum, & in triduo suscitabo illud*, anathema sit.

Cyrillus D. Si quis dicit tamquam in hominem Jesum Deum Verbum fuisse inoperatum, & unigeniti dignitatem tamquam alteri præter ipsum existenti tributam esse, anathema sit.

Nestorius R. Si quis hominem, qui de Virgine, & in Virgine creatus est, hunc esse dixerit Unigenitum, qui ex utero Patris ante D Luciferum natus est, & non magis propter unitionem eum, qui est naturaliter Unigenitus Patris, Unigeniti appellatione confiteatur eum participem factum, Jesum quoque alterum quid-

quidpiam præter Emmanuel dicat, anathema sit.

Cyrillus D. Si quis audet dicere adsumptum hominem quoadorari cum Deo Verbo oportere, & communem pari Deum, tamquam alterum alteri, adjectio enim unius syllabæ, idest *cum hoc* cogit intelligi, ut non magis una reverentia veneretur Emmanuel, unaque ei glorificatione dependit, secundum quod Verbum factum est caro, anathema sit.

Nestorius R. Si quis servi formam pro seipso, hoc est secundum propriæ naturæ rationem, colendam esse dixerit, & omnium Dominam, & non potius per societatem, quam beatæ, & exennaturaliter (sic) Deum (f. Dei) Unigeniti natura communicata est, veneratur, anathema sit.

Cyrillus D. Si quis eum, qui unus est, Dominum Jesum Christum glorificatum esse a Spiritu Sancto, tamquam alienam potentiam, qua per eum uteretur, adeoque meruisse inoperari posse adversus immundos spiritus, & per eum implere divina signa; & non magis proprium esse spiritum dicat, per quem signa operatus est, anathema sit.

Nestorius R. Si quis formam servi consubstantialem dixerit Spiritum Sanctum, & non potius per illius mediationem, qui est Deus Verbum ex ipsa conceptione habuisse dixerit conjunctionem, per quas conjunctiones nonnumquam & in homines mirandas curationes exercuit, & ex hoc fugandorum spirituum eveniebat esse potestatem, anathema sit.

Cyrillus D. Pontificem, & Apostolum confessionis nostræ Christum factum esse Sacra Scriptura designat; obtulit autem seipsum pro nobis Deo Patri in odorem suavitatis Si quis Pontificem nostrum, & Apostolum dixerit esse factum non ipso ex Deo Verbo, quando factum est caro, & secundum nos homo, sed quasi alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere; & si quis dicit, quia prius obtulit seipsum oblationem, & non magis pro nobis solis, non enim indiguit oblatione, qui peccatum nescit, (anathema sit.)

Nestorius R. Si quis ullum in principio Verbum Pontificem, & Apostolum Confessionis nostræ factum esse, seque ipsum obtulisse pro nobis dicat, & non Emmanuelem esse Apostolum dixerit, oblationemque secundum eadem dividat communitatem Filii, hoc est Deo, quæ Dei, & homini, quæ sunt hominis deputans, anathema sit.

Sensus curatus.

Cyrillus D. Si quis non confitetur carnem Domini vivificantem esse, tamquam propriam ipsius Verbi, sed quasi alterius cujuspiam præteripsum, conjunctis quidem eidem secundum dignitatem, aut tamquam secundum quod solam divinam inhabitationem habuerit, & non potius sicut dixit, vivificatricem esse, quia facta est propria Verbi Dei, cui omnia vivificare possibile est, anathema sit.

Nestorius R. Si quis unitam carnem ex naturæ possibilitate vivificatricem esse dixerit ipso Domino, & Deo pronuntiante: *Spiritus est qui vivificat caro nihil prodest*. Anathema sit. *Spiritus est Deus*, a Domino pronuntiatum est. Si quis ergo Deum Verbum carnaliter secundum substantiam carnem factum esse dicat, hoc autem modo specialiter custodit, maxime Domino Christo post resurrectionem discipulis suis dicente: *palpate & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis*, anathema sit.

Cyrillus D. Si quis non confitetur Deum Verbum passum esse carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum secundum quod est, & vita, quod (f. qua) Deus, anathema sit.

Nestorius R. Si quis confitens passiones carnis, & has quoque tamquam Verbo Deo tribuerit, quas etiam carnis, in qua factus est, aut adhibuerit, non discernens dignitatem naturarum, anathema sit.

His igitur recitatis, decrevit sancta synodus aliam fidem nulli licere proferre vel conscribere vel componere præter illam quæ constituta est a sanctis patribus qui Nicæa in sancto spiritu convenerunt, illos vero qui audeant fidem alienam vel componere vel proferre volentibus convertere ad agnitionem veritatis ex paganismo, sive ex Judaismo, sive ex aliqualibet hæresi, eos, sive Episcopi sint aut Clerici, alienos esse Episcopos episcopatu, Clericos clericatu; si vero laici sint, anathema esse. Simili modo si qui deprehensi forent, sive Episcopi, sive Clerici, vel laici, vel credentes vel docentes ea quæ scripta sunt in expositione quæ a Charisio Presbytero prolata est de incarnatione unigeniti filii Dei aut certe scelerata & perversa Nestorii dogmata, quæ etiam infra scripta sunt, eos subjacere sententiæ sanctæ & mundanæ synodi; ut sit perspicuum Episcopum quidem alienum futurum episcopatu & fore depositum, Clericum vero simili modo a clericatu summovendum; si vero laicus sit, & eum fore anathema, sicut supra dictum est. (a)

Ex libro ipsius Nestorii, ex quaternione XVI. *dogmate.*

Quotiens igitur sancta scriptura dictura est vel generationem Christi ex beata virgine vel mortem, nusquam Deum dicit, sed aut Christum aut Jesum aut Dominum; quoniam hæc tria naturas indicant duas, modo hanc, modo illam, modo utramque. Est autem tale quod dico. Quotiens nobis generationem ex virgine scriptura commemorat, quid dicit? *Misit Deus filium suum*. Non dicit: *Misit Deus verbum*. Sed utitur eo nomine quod naturas indicat duas. Quia enim filius homo est & Deus dicit, *Misit Deus filium suum factum ex muliere*; ut si audieris factum ex muliere, videas etiam nomen positum quod naturas indicat duas, ut generatione quidem ex beata virgine filium voces. Filium enim peperit Dei virgo Christotocos. Quoniam vero filius Dei duplex est in naturis, peperit quidem filium Dei, sed peperit hominem qui est filius propter conjunctum filium.

(a In Vaticano Cod. hic recte subjiciuntur Patrum subscriptiones, quas Baluziani Codd. minus apte usque post excerpta Nestoriana rejiciunt.

Ejusdem ex quaternione XXI.

Vide quid accidat, hæretice. Non invideo nomen virgini Christotoco. Fateor enim reverendam eam esse quæ [a] conceperit Deum, per quam transierit dominus omnium, per quam justitiæ sol inluxerit; sed porro suspicor plausum quomodo hoc quod dixi *transierit* accepeitis. Non dixi *transit* pro eo quod est natus. Neque enim tam cito meorum egomet obliviscor. Transisse Deum per virginem [illegible] a scriptura perdoctus sum, natum (vero Deum ex ipsa nunquam didici.) Nusquam divina scriptura Deum ex virgine Christotoco asserit natum, sed Jesum Christum, filium, Dominum. Hæc omnes confiteamur. Quæ enim docuit divina scriptura qui non statim accipit, miser est. *Surge & accipe puerum & matrem ejus*. Hæc angelorum vox est, imo tua. Fortasse generationem ipsius noverant archangeli. *Surge & accipe puerum & matrem ejus*. Non dixit: *Surge & accipe Deum & matrem ejus*.

Ejusdem ex quaternione XIX.

Quid igitur dicebamus? *Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam. Quod enim in ea natum est*. Sive natum sive factum dixerimus, sensui nihil nocet. *Quod enim in ea natum est, ex spiritu sancto est*. Si dixerimus quod Deus verbum natum est in utero. Est enim aliud simul esse cum nascente, aliud nasci. *Quod enim in ea natum est, ex spiritu sancto est*, hoc est, spiritus sanctus creavit id quod est in ea. Viderunt igitur patres, utpote scientes sanctarum scripturarum, quod si eum qui incarnatus est natum dixerimus, invenietur Deus verbum [b] creatura spiritus sancti, aut duos patres habens. Si vero factum dixerimus, invenietur Deus verbum creatura spiritus sancti. Fugientes igitur generationis dictionem, dixerunt ita: *Qui descendit propter nostram salutem & incarnatus est*. Quid est *incarnatus*? non conversus a deitate in carnem. Quod dixit *incarnatus ex spiritu sancto*, secutus est evangelistam. Nam cum evangelista venisset in [illegible], fugit generationem de verbo dicere, & dixit incarnationem. Audi, ubi: *Et verbum caro factum est*. Non dixit verbum per carnem factum. Ubi enim aut Apostolus aut evangelistæ filii faciunt mentionem, non dicunt natum ex muliere. Adverte quæso ubi dicunt nomen filii, & quod natum est ex muliere, dicunt natum; ubi vero verbi faciunt mentionem, nemo audet dicere generationem per humanitatem. Audi, beatus Joannes evangelista cum venisset in verbum (&) [illegible] eius, audi quid dicat: *Verbum caro factum est*, hoc (est,) adsumpsit carnem; & *habitavit in nobis*, hoc est, nostram induit naturam; *& habitavit in nobis, & vidimus gloriam ipsius*, filii. Non dixit: *Vidimus generationem eius*.

Ex quaternione XV.

Ita etiam Christum secundum carnem propter conjunctionem quam habet cum Deo verbo, Deum nominamus, scientes esse hominem qui apparet. [c] Audi utraque Paulum prædicantem. *Ex Judæis*, inquit, *Christum secundum carnem, qui est supra omnes Deus*. Prius hominem confitetur, deinde conjunctione ad Deum dicit Deum eum qui apparet, (ne) quis Christianitatem hominis putet esse cultricem.

Ejusdem ex quaternione XXVII.

Sed quemadmodum dicebamus Deum omnium opificem & Deum Moysen, *Deum enim*, inquit, *posui te Pharao*, & filium Dei, *Filius enim*, inquit, *primogenitus mihi Israel*; & quemadmodum dicimus Christum Saul, *Non enim*, inquit, *imponam manum meam super ipsum*, *quod Christus Dominus est*, similiter & Cyrum, *Hæc dicit*, inquit, *Dominus Christo meo Cyro*, & Babylonium sanctum, *Ego enim*, inquit, *præcipio ipsis sanctificatis, & ego duco ipsos*, ita dicimus & Dominum Christum & Deum & filium & sanctum; sed communio quidem [d] omnium similis est, dignitas vero non eadem.

Ejusdem ex quaternione XV.

Hoc autem sentite in vobis quod & in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, se exinanivit formam servi accipiens. Non dixit, *Hoc sentite in vobis quod & in Deo verbo, quod cum in forma Dei esset, formam servi accepit*. Sed cum dicat Christum quasi duarum naturarum appellatione, sine periculo eum & formam servi quam accepit & Deum nominavit, cum ea sine peccato dicatur de naturarum duplici & separabili ratione.

Ejusdem ex quaternione XVI.

Ut in nomine, inquit, *Jesu omne genu flectatur cœlestium & terrenorum & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris*. Propter illum qui portavit, eum qui portatus est colo. Propter invisibilem veneror eum qui apparet. Nunquam ab eo qui apparet Deus separatur. Ideo nec ego honorem separo. Separo naturas, sed unam facio venerationem.

Ejusdem ex quaternione XVII. *de dogmate*.

Erat quidem Deus verbum & ante incarnationem filius & Deus cum patre. Sumpsit vero novissimis temporibus servi formam. Sed cum sit & antea filius, & ita vocatur post adsumptionem. Non potest vocari divisus filius, ne duos filios constituamus. Sed quia illi conjunctus est qui erat a principio filius, non potest secundum dignitatem [e] filietatis, ajo, non secundum naturas. Propterea & Christus Deus verbum nominatur, quia habet conjunctionem cum Christo perpetuam.

Ejusdem ex quaternione XV.

Inconfusam igitur servemus naturarum conjunctionem, confiteamur in hominem Deum, colamus quadam divina conjunctione cum Deo omnipotenti coadorandum hominem.

Ejusdem ex quaternione VI.

Considerate & quid his continuo inferatur. *Ut misericors*, inquit, *fieret & fidelis Pontifex ad Deum, qui in eo quod passus est ipse tentatus, potens est illi qui tentatur auxiliari*. Ergo qui passus est, Pontifex misericors. Passibile autem

a *Conceperit*) Secuti hic sumus exemplar Bellovacense. Nam in Vaticano legitur, *peperit*. In Concilio Chalcedonensi & in versione Peltani, *susceperit*. b *Creatura*) Ita codex Bellovacensis. Vaticanus habet *aut filius*, quod idem est. c *Audi utraque*) ita nos emendavimus ope Græci textus & veteris versionis Concilii Ephesini. Nam in exemplaribus Marii Mercatoris legitur, *Audituraque*. In Concilio Chalcedonensi, *Audi itaque*.

d *Omnium*) Quamvis legendum hic esse *nominum* moneant textus Græcus & antiqua versio Concilii Ephesini, nihil mutare voluimus, quia hæc lectio constans est in duobus exemplaribus Marii Mercatoris & in codice Joliano versionis antiquæ Concilii Chalcedonensis. In Corbiensi scriptum est *nominum*, ut & in editione Crabbiana & ceteris. e *Filietatis*) Hic locus est mutilus. Vide supra

autem templum vivificus Deus templi ejus quod passum est.

Ejusdem ex quaternione XVII.

Ut scitis, *inquit*, quanta erat conjunctio deitatis, cum etiam in infante caro dominica cerneretur. Erat enim idem infans & infantis dominus. Laudastis vocem; sed nolite eam parum curiose laudare. Dixit enim quod idem erat infans & habitator infantis.

Ejusdem ex quaternione I.

Communes enim sunt trinitatis operationes & tantum substantiis dividendæ. Unigeniti vero præclara gloria aliquando patri adsignatur, *Et enim*, inquit, *pater meus qui clarificat me*, aliquando spiritui, *Spiritus enim*, inquit, *veritatis clarificavit me*, aliquando Christi potestati.

Ejusdem ex quaternione XVI.

Hic est qui dicit: *Deus Deus meus, ut quid me dereliquisti?* Hic est qui tridui gustavit mortem. Adoro vero eum cum deitate, quasi divinæ auctoritatis cooperationem. *Et post alia*. Propter illum qui portavit eum qui portatus est colo, & propter occultum veneror apparentem. Nunquam ab eo qui apparet Deus separatur. Ideo nec ego ab eo honorem separo. Separo naturas, sed unam facio venerationem. Non est Deus ipse per se qui est fictus ex spiritu, non Deus ipse per se qui est sepultus in monumento. Nam si ita esset, essemus certe hominum mortuorumque cultores. Sed quia in adsumpto Deus est, ex eo qui adsumpsit is qui adsumptus est, quasi assumentis conjunctus, nuncupatur Deus.

Ejusdem ex quaternione tertio in hæreticis, cum de spiritu diceret.

Quomodo enim sit servus, *inquit*, qui cum filio operatur & patre? Et si quis requirat opera spiritus, inveniet ea non distantia operibus patris & filii; non quia una deitas dividatur; sed quia divina scriptura ea quæ sunt unius virtutis singulis substantiis dispertiat, ut trinitatis similitudo ex temporibus operum cœperit, Deus verbum factum est caro & habitavit in nobis, considere sibi fecit adsumptum hominem pater. *Dixit* enim *Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam*. Ejus qui adsumptus est gloriam clarificavit spiritus. *Quando enim venerit spiritus veritatis, ipse me clarificabit*.

Ejusdem ex quaternione VI.

Cum de Christo diceret quod missus esset denuntiare captivis remissionem, quasi Apostolus addidit hoc etiam & dixit: *Hic qui fidelis factus est Pontifex*. Factus est enim hic, non perpetuo antea fuerat. Hic qui paulatim in Pontificis profecit, hæretice, dignitatem. Audi vocem tibi hoc evidentius declamantem *Qui in diebus*, inquit, *carnis suæ preces supplicationesque ad eum qui posset salvum a morte facere cum clamore valido & lacbrymis offerens, & exauditus pro sua reverentia, quidem cum esset filius, didicit ex illis quæ passus est obedientiam, & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ*. Consummatur autem id quod paulatim proficit, hæretice. De quo etiam & Joannes in evangeliis clamat: *Jesus proficiebat ætate & sapientia & gratia*. Quibus congrue etiam Paulus dicens, *Consummatus*, inquit, *factus est obtemperantibus sibi causa salutis æternæ, appellatus a Deo Pontifex secundum ordinem Melchisedech*. Et post alia. Pontifex, *inquit*, vocatur. Cur igitur diversa sentis Paulo? Cur impassibilem Deum verbum corpore terreno commiscens, passibilem Pontificem facis?

Ejusdem ex quaternione VII.

Unde, fratres, sanctæ vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Jesum fidelem ei qui fecit ipsum. Et post alia. Cum sit igitur nobis hic solus Pontifex, condolens sive cognatus & firmus, de ejus fide nunquam depellamini. Ipse enim nobis ex promissa benedictione ex semine Abrahæ missus est, utpote pro se & suo genere corporis sacrificium offerens. Notandum quod confiteatur omnem Pontificem sacrificium indigere, & cum excipiat Christum quasi non indigentem, in his inquit eum pro se offerre & gerere sacrificium.

[a] *Ejusdem ex quaternione*.

Audite igitur & dicta diligenter inspicite. *Qui manducat*, inquit, *carnem meam*. Memento quod de carni dicamus, & quod non a me carnes nomen fingitur, ne videar illis falsus interpres. *Qui manducat*, inquit, *carnem meam & bibit sanguinem meum*. Numquid dixit: Qui manducat deitatem meam, & qui bibit deitatem meam? *Qui manducat carnem meam, & qui bibit sanguinem meum in me manet, & ego in ipso*. Et post alia. Sed ad * procimenum veniamus. *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in ipso*. Mementote quod de carne dicamus. *Sicut misit me vivus pater*, me qui appareo. Sed fortasse ego non recte interpretor. Videamus ex his quæ sequuntur *Sicut misit me vivus pater*. Ille dicit deitatem, ego humanitatem. Videamus qui sit pravus interpres. *Sicut misit me vivus pater*. Hæreticus dicit quod deitatem hic misit me Deum verbum. *Sicut misit me vivus pater*, juxta illos, *& ego vivo* Deus verbum propter patrem. Quid postea. *Qui manducat me, & ille vivet*. Quid manducamus? Deitatem, an carnem?

Ejusdem ex quaternione XVI.

Et tamen, *inquit*, si totum novum scrutatus fueris testamentum, nusquam in eo invenias mortem Deo adsignatam, sed aut Christo, aut filio, aut Domino. Nam Christus & filius & Dominus, cum de unigenito a sancta scriptura dicitur, naturas duas ostendit, & aliquando significat deitatem, aliquando humanitatem, aliquando utrumque. Ut cum Paulus scribens prædicat, *cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus*, humanitatem significat filii. Porro cum idem dicat ad Hebræos, *Deus loquutus est nobis in filio, per quem & sæcula fecit*, deitatem filii significat. Neque enim caro fecit sæcula, quæ post multa sæcula facta est. Et post alia. Non deitas fratrem habuit Jacobum, nec Dei verbum denuntiamus mortem dominicum sanguinem & corpus manducantes.

a *Ejusd. ex qu.*) Ita tantum in antiquis exemplaribus addidit Garnerius, cum & in Græco textu reperiatur & in antiquis versionibus Conciliorum Ephesini & Chalcedonensis. Marii Mercatoris. Recte tamen hic quartum numerum

Ejusdem ex quaternione. [a]

Video, *inquit*, populum nostrum habere ingentem reverentiam & ardentissimam pietatem, sed in dogmate [b] theognosiæ ignorantia labi. Id autem non esse crimen populi, sed ut honeste dicamus, non habuisse retro doctores tempus accurate vobis dogmata demonstrandi.

[c] Ecce hic plane confitetur neminem ante se talia populo prædicasse.

Cyrillus Episcopus Alexandriæ subscripsi.
Arcadius Episcopus & Legatus sedis apostolicæ subscripsi.
Juvenalis Episcopus Jerosolymorum subscripsi.
Projectus Episcopus Legatus sedis apostolicæ subscripsi.
Philippus presbyter sedis apostolicæ & legatus subscripsi.
Firmus Episcopus Cæsareæ subscripsi.
Theodotus Episcopus Ancyræ subscripsi.
Berenianus Episcopus Pergeorum metropoleos subscripsi per Timotheum Episcopum.
Severus Episcopus Synnandon subscripsi.
Perigenes Episcopus Corinthi subscripsi.
Iconius Episcopus Cortines Cretes subscripsi.
Mennon Episcopus Ephesi subscripsi.
Reginus Episcopus Constantiæ Cypsius subscripsi.
Acacius Episcopus Militensis subscripsi.
Palladius Episcopus Amasiæ subscripsi.
Herennianus Episcopus Myron subscripsi.
Valerianus Episcopus Iconii subscripsi.
Pius Episcopus Pissinontiorum metropoleos subscripsi.
Cyrus minimus Episcopus Aphrodisiados subscripsi.
Amphilocius Episcopus Sidenorum metropoleos subscripsi.
Mæonius Episcopus Ecclesiæ quæ est Sardibus Lydiæ subscripsi.
Hellanicus Episcopus Chrodisus subscripsi.
Dalmatius Episcopus Cizyci subscripsi.
Flavianus Episcopus Philipporum subscripsi.
Aristonicus Episcopus Laodociæ subscripsi.
Paralius miserieordia Dei Episcopus Andrapon subscripsi.
Olympius Episcopus Claudiopoleos subscripsi per Episcopos Epiphanium & Therseeium.
Dinastus Episcopus Nicopoleos Epiricus subscripsi.
Domninus Episcopus civitatis Cutiæ subscripsi.
Eustasius Episcopus civitatis Docimi subscripsi.
Epiphanius Episcopus Gratiæ subscripsi.
Gregorius Episcopus Cæsarasunitis subscripsi.
Helladius Episcopus Cadramiti subscripsi.
Anisius Episcopus civitatis Thebarum Græciæ subscripsi.
Domninus Episcopus civitatis Opunti subscripsi.
Callicrates Episcopus civitatis Magnerensium subscripsi.
Nitius Episcopus civitatis Magnarensium subscripsi.
Callinicus Episcopus Apamiæ subscripsi.
Petrus minimus Episcopus civitatis Prutes subscripsi.
Euprepius Episcopus Byses subscripsi.

A Dio Episcopus civitatis Thebarum subscripsi.
Perebius Episcopus saltuum Thessalonicensium subscripsi.
Paulus Episcopus civitatis Anthedonis subscripsi.
Theodorus Episcopus civitatis Aninesiorum subscripsi.
Eusebius Episcopus Heracliæ subscripsi.
Joannes Episcopus Lesbi Selenicatorum subscripsi.
Theonas Episcopus civitatis Hierbæ subscripsi.
Sinecion Episcopus Codrinæ civitatis subscripsi.
Tribonianus Episcopus Ecclesiæ quæ est in Primoposi subscripsi.
Martyrius Episcopus civitatis Illistron subscripsi.
Nesius Episcopus Corybrasi subscripsi.
B Acacius Episcopus Contennensus subscripsi.
Ablabius Episcopus civitatis Amorii subscripsi.
Heraclcon, qui & Theopanius, Episcopus Trallion subscripsi.
Philippus Episcopus Pergami subscripsi.
Daphnus Episcopus civitatis Magnesiæ Mæandri subscripsi.
Eusebius Episcopus Magnesiæ civitatis Sipili subscripsi.
Anderius minimus Episcopus Cherronensi subscripsi.
Paulus minimus Episcopus civitatis Lampenes subscripsi.
Eutropius Episcopus minimus civitatis Evazon subscripsi.
C Severus minimus Episcopus provinciæ Pisidiæ civitatis Sozopoleos subscripsi.
Silvanus Episcopus civitatis Chæretapon subscripsi.
Commodus minimus Episcopus Tripoleos subscripsi.
Constantius Episcopus civitatis Diocletianorum subscripsi.
Nestorius Episcopus Sponsus subscripsi.
Aphobius minimus Episcopus Coloe subscripsi.
Phoscus Episcopus civitatis quæ est in Thyatireno subscripsi.
Paulus Episcopus Daldianorum subscripsi.
Limenius Episcopus civitatis Ettenorum subscripsi.
Dorotheus Episcopus civitatis Myrene subscripsi.
Theodorus Episcopus Attaliæ subscripsi.
D Aphonetus minimus Episcopus Heracleotanorum Lamtupoleos subscripsi.
Spudasius minimus Episcopus Cerami subscripsi.
Philetus minimus Episcopus Amizonis subscripsi.
Docimasius Episcopus civitatis Maroniæ subscripsi.
Ennepius Episcopus civitatis Maximianopoleos subscripsi.
Euthalius Episcopus civitatis Colophoniæ subscripsi.
Lucianus Episcopus civitatis Toperi subscripsi.
Rufinus Episcopus civitatis Gaborum subscripsi.
Romanus Episcopus civitatis Raphiæ subscripsi.
Phidus Episcopus * Præ subscripsi. * Joppis.
Eficius Episcopus civitatis Parti subscripsi.
Timotheus Episcopus civitatis Termæ & Eudociados subscripsi.

Eucha-

a Deest in exemplaribus Marii Mercatoris numerus istius quaternionis. Garnerius addidit numerum XXIII. quia secutus est textum Græcum. Vide quæ dicta sunt supra. b *Theognosia*) Θεογνωσία. quod vetus interpres synodi Ephesinæ vertit *pietatis dogma*, vetus interpres Concilii Chalcedon. *divina scientia*.
c *Ecce*) Hæc verba sunt Petri Presbyteri Alexandrini, ideoque divellenda fuerunt a superioribus. Vide supra.

Eucharius Episcopus civitatis Direci subscripsi.
Evagrius Episcopus civitatis Selorum Cypri subscripsi.
Nectarius Episcopus civitatis Naforum subscripsi.
Agathocles Episcopus civitatis Caroniæ subscripsi.
Janes Episcopus Cicazonis subscripsi.
Ædesius Episcopus Syndorum subscripsi.
Secundianus Episcopus civitatis Calamiæ subscripsi.
Nunechius Episcopus civitatis Elegen subscripsi.
Matidianus Episcopus Coracessii subscripsi.
Cyrillus Episcopus Cælorum subscripsi per manum Hellesponti presbyteri.
Sapritius Episcopus Paphi Cypri subscripsi.
Themistius minimus Episcopus civitatis Hiasi subscripsi.
Promachius minimus Episcopus civitatis Liundorum subscripsi.
Eudoxius Episcopus civitatis Homati subscripsi.
Libanius Episcopus civitatis Paleaspoleos subscripsi.
Trajanus Episcopus civitatis Lyrbæ subscripsi.
Alexander Episcopus Arcadiopoleos subscripsi.
Theodorus Episcopus Nisæ subscripsi.
Titius minimus Episcopus civitatis Erlidetorum subscripsi.
Eugenius Episcopus civitatis Apolliniados subscripsi.
Aetius Episcopus civitatis Pœoniorum Hellesponti subscripsi.
Timotheus Episcopus civitatis Germæ Hellesponti subscripsi.
Archelaus Episcopus Myndri subscripsi.
Apellas minimus Episcopus Cybræ subscripsi.
Philadelphius minimus Episcopus Gratianopoleos subscripsi.
Euterius minimus Episcopus Strationiceorum Lydæ subscripsi.
Joannes minimus Episcopus Aureliopoleos subscripsi.
Maximus minimus Episcopus Cymæ subscripsi.
Modestus Episcopus civitatis Aneatorum subscripsi.
Theodosius minimus Episcopus civitatis Mastauron subscripsi.
Thomas Episcopus Valentinianopoleos subscripsi.
Eusebius Episcopus Aspanorum subscripsi.
Euporius Episcopus civitatis Pepon subscripsi.
Sadus Episcopus Phœnus subscripsi.
Rhodon Episcopus Paleaspoleos subscripsi.
Domnus Episcopus civitatis Orcistis subscripsi.
Joannes Episcopus Augustopoleos subscripsi.
Petrus Episcopus Parembolarum subscripsi.
Necyras Episcopus Gazæ subscripsi.
Zeno Episcopus Cyri Cypris subscripsi.
Evoptius Episcopus Ptolomaidus Pentapoleos subscripsi.
Macarius Episcopus Metoliton subscripsi.
Hermogenes Episcopus Rinocororus subscripsi.
Marinus Episcopus Heliopoleos subscripsi.
Joannes Episcopus Ephestus subscripsi.
Heraclius Episcopus Thamuateos subscripsi.
Theon Episcopus Heracleus & Thoitus subscripsi.

A Solo Episcopus civitatis Corallion subscripsi.
Alypius Episcopus civitatis Seuleus subscripsi.
Macedonius Episcopus Xoeos subscripsi.
Petrus Episcopus Oxyrinchi subscripsi.
Metrodorus Episcopus Leonton subscripsi.
Paulus Episcopus Praboneoneos subscripsi.
Amnonius Episcopus Panephisi subscripsi.
Publius Episcopus Olbiorum subscripsi.
Jaracis Episcopus Aphau subscripsi.
Samuel Episcopus Distheos subscripsi:
Sopater Episcopus Lybiæ Septimiacæ subscripsi.
Isaac Episcopus Tavæ subscripsi.
Heraclius Episcopus Tineo subscripsi.
Thomas Episcopus Psinchus subscripsi.
Cyrus Episcopus Achæorum subscripsi.
B Eulogius Episcopus Achæorum subscripsi.
Alexander Episcopus Cleopatridos subscripsi.
Silvanus Episcopus Copritheos subscripsi. Ego autem Heraclius Episcopus pro eo subscripsi quod ægrotaret.
Adelphius Onupheus Episcopus subscripsi.
Abraham Episcopus civitatis Oitracines subscripsi.
Athanasius Episcopus Paraliæ subscripsi.
Adelphios Episcopus Cæos subscripsi.
Lampetius Episcopus Casii subscripsi.
Chrytaorius Episcopus Aphroditus subscripsi.
Amon Episcopus Butus subscripsi.
Euthitius Episcopus Theodosiopoleos subscripsi.
Venantius Episcopus Hierapoleos metropoleos subscripsi [a] per Notarium meum Theodorum.
C Zenobius civitatis Barchæ subscripsi.
Zeno Episcopus civitatis Theucyron subscripsi.
Eusebius Episcopus Nilupoleos subscripsi.
Heraclides Episcopus Heracleus ulterioris subscripsi.
Marius Episcopus Anteusus subscripsi.
Sabinus Episcopus Panosus subscripsi.
Athanasius Episcopus civitatis Cephcorum subscripsi.
Philumenus Episcopus Cinnes subscripsi.
Felix Episcopus civitatis Apollonienſium subscripsi.
Timotheus Episcopus provinciæ Scythiæ civitatis Tomorum subscripsi.
Zenobius Episcopus civitatis Conosi subscripsi.
D [b] Paulianus Episcopus Majumæ subscripsi.
Phœbammon Episcopus Coptu subscripsi.
Pabiscus Episcopus Apollonos subscripsi.
Andreas Episcopus Thermupoleos subscripsi.
Fanias minimus Episcopus civitatis Arpason subscripsi.
Theosebius Episcopus civitatis Prienes subscripsi.
Maximus Episcopus Casiæ subscripsi.
Theoctistus Episcopus Phetiæ subscripsi.
Hermolaus minimus Episcopus Attudeorum subscripsi.
Theodorus Episcopus Gadaron subscripsi manu Ætheri Archidiaconi.
Athanasius Episcopus Pari insulæ subscripsi.
Paulus Episcopus Orimnorum subscripsi.
Timotheus Episcopus Briulorum subscripsi.
Daniel Episcopus Coloniæ Cappadociæ subscripsi.
Asclepiades Episcopus Trapezolitarum subscripsi.

Theo-

a *Per Notarium*) Hæc non extant hoc loco in codice Bellovacensi Mercatoris, sed in subscriptione Euthitii, Itaque codicem Vaticanum secuti sumus, cui convenit cum antiquis versionibus Conciliorum Ephesini & Chalcedonensis. b *Paulinianus*) Codex Vatic. *Paulianus*, ut supra. Ita etiam codex Corbeiensis Concilii Chalcedonensis & editio Crabbii. Ceteri scribunt *Paulinianus*.

Theodorius Episcopus civitatis Escinei subscripsi.
Bessula Diaconus Ecclesiæ Carthaginiensis subscripsi.
Stephanus Episcopus Cajupoleos Asiæ subscripsi.
Cæsarius Episcopus civitatis Arces subscripsi.
Theodolus [a] Episcopus Ariddelon subscripsi.
Letojus Episcopus Lybiadis subscripsi.
Aristocritus Episcopus Olympi subscripsi.
[b] Theodorus Episcopus Aridelon subscripsi.

Expliciunt Episcoporum nomina qui interfuerunt synodo contra Nestorium numero [c] CXCIII.

a *Theodolus*) Hic nonnulla excidernnt veteribus librariis, quæ sic reponenda sunt. Theodolus Episcopus Elusæ subscripsi. Theodorus Episcopus Ariddelon subscripsi. b *Theodorus*) Superflue hic reperitur subscriptio istius Episcopi, cum jam paulo ante commemorata sit; Sane non repetitur in Græco textu, neque in antiquis versionibus Conciliorum Ephesini & Chalcedonensis. c CXCIII. Et tamen exc. tantum subscripti reperiuntur. Quare dicendum est nonnullorum Episcoporum nomina librarii excidisse inter exscribendum, aut mendum esse hoc loco. Certe in subscriptionibus quæ supra editæ sunt exc. tantum ponuntur, in quibus tamen non comparent nomina Cyrilli & Memnonis, quæ apud Mercatorem leguntur. Vetus interpres synodi Ephesinæ videtur numeraſſe CXCVIII., ut quidem legitur in codice Bellovacensi.

Ex Nova Baluzii Collectione.

EPISTOLÆ QUÆDAM
AD CAUSAM NESTORII PERTINENTES,
Interprete Mario Mercatore.

Quamvis istarum epistolarum priores tres & ultima editæ sint supra in gestis Concilii Ephesini eas tamen visum est operæ pretium hic recudere, quia sunt ex diversa versione, & ut eas repræsentemus quales leguntur in antiquis Marii Mercatoris exemplaribus. Secuti autem sumus ordinem ab eo custoditum in illis edendis.

Epistola Nestorii Episcopi Constantinopolitani ad Cyrillum Episcopum Alexandrinum.

INjurias quidem adversum nos admirabilium literarum, tanquam medicinali dignas patientia, ad has opportunam responsionem relinquam. Quod vero silentium non patitur, quia adfert periculum si taceatur, prout sum & mihi facultas adest, ad tui prolixitatem sermonis extentus tentabo breviter & compendio respondere, refugiens & declinans tenebrosum indigestumque longi sermonis horrorem. Incipiam namque sapientissimæ caritatis tuæ vocibus, ipsas interponens, vel potius ad verbum instruens *Sanctum namque*, ais, *& magnum Concilium ipsum ex Deo patre genitum secundum naturam unicum filium, Deum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia creavit pater, descendisse, incarnatum esse, atque hominem factum, passum, resurrexisse definivit*. Hæc tuæ religionis verba sunt, & recognoscis profecto tanquam tua. Audi nunc & nos fraternam propietate offerentes exhortationem, hanc videlicet quam senex ille Paulus carissimo suo Timotheo protestatus est dicens: *Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Hoc enim faciens, & te salvabis & eos qui te audiunt*. Quid igitur mihi tu sanctorum illorum in superficie legens traditionem, venia dignam tibi inesse ignorantiam ignorasti, passibile eos dixisse arbitratus verbum quod patri est coæternum. Attentius ergo, si placet, hæc verba rimare, & invenies divinum illum patrum conventum non illam consubstantivam deitatem dixisse esse passibilem, neque de recenti natam hanc quæ patri est consempiterna, neque istam resurrexisse quæ templum suscitavit solutum. Et si mihi medicinam fraternam offerenti aures admoveas, ipsas tibi voces illorum interponens patrum, a calumniæ te nexu, quam illis ingerere niteris, & per illos scripturis moliris, absolvam. *Credimus*, inquiunt illi, *& in Dominum nostrum Jesum Christum filium ejus unigenitum*. Prævide[illegible]do Domini & Jesu Christi & unigeniti [illegible]ius communia deitatis & humanitatis nomina tanquam fundamenta ponentes, tunc suscepti hominis & resurrectionis & passionis superædificant traditionem; ut nominibus quibusdam utriusque naturæ communibus & significativis positis, neque quæ generationis filii & dominationis dijudicentur, neque quæ naturarum sunt propria, in singularitate nativitatis filii ulla confusionis absolutione periclitentur nomine unionis. In hoc apud illos Paulus doctor est factus: qui cum divinæ incarnationis memoriam faceret, incipiens subjungere quæ sunt passionis, prius posuit, *Christus*, commune, ut paulo ante dixi, nomen naturarum; tunc decentem infert sermonem sive rationem utriusque. [a] Etenim ait: *Hoc sentiatur in vobis quod & in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*: sed ne ad unumquodque loquar, *factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*. Quoniam igitur cœperat mortis facere mentionem, ut ne quis hinc verbum Deum passibilem suspicetur, posuit *Christus*, tanquam impassibilis & passibilis essentiæ in singularitate personæ significativum vocabulum, ut impassibilis & passibilis Christus sine periculo nominetur, impassibilis quidem deitate, passibilis vero natura corporea. Multa super hoc cum possim dicere, & primo omnium, quod nec divinitatis, in dispensatione, sed susceptionis humanitatis tantum emisisse sanctos illos patres ostendere valeam; at recor-

a *Etenim ait*) Ita codex Bellovacensis. Vaticanus: *Quid enim ait?* Quod melius videtur.

recordor brevitatem orationis in præfatione promissam, & eam sentio frænare sermonem. Venio nunc & ad secundum caritate tua capitulum motum, in quo naturarum quidem laudabam factam discretionem secundum deitatis & humanitatis rationem & in una persona consortium, necnon & illud quod Deum verbum secunda nativitate ex muliere minime diceret egusse, quodque passionis incapacem profitetur deitatem. Catholica enim revera sunt hæc & omnino sectis omnibus contra Domini naturas adversa. In reliquis vero si aliquam latentem & profundam atque incomprehensibilem rationem legentium auribus adferebas, tuæ sit examinatæ prudentiæ scire: Etenim mihi priora videbaris destruere. Eum enim qui in primis imuassibilis & secundam non recipere nativitatem fuerat prædicatus iterum passibilem & noviter creatum nescio quomodo inferebas, tanquam quæ Deo verbo naturaliter inessent, consortio templi corrupta sint, aut forsitan paulo minus ab hominibus putari illud ipsum absque peccato templum & inseparabile divinæ naturæ nativitatem & mortem pro peccatoribus non pertulisse, tanquam voci dominicæ ad Judæos clamanti, *Solvite templum hoc, & in triduo suscitabo illud*, non debeat credi. Non dixit: Solvite [a] deitatem meam, & in triduo suscitabitur. Iterum me hic orationem dilatare cupientem ad professionem brevitatis promissæ recordatio revocat. Dicam tamen aliquid. Ubique per divinas scripturas, quoties meminerunt dominicæ dispensationis, non divinitatis Christi, sed humanitatis ejus, passio & nativitas traditur, ut magis secundum liquidissimam rationem convenientius aptiusque sit sanctam virginem non genitricem Dei, id est Theotocon, sed Christi genitricem, id est, Christotocon vocari, ad hæc evangelista quoque vociferante: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham*. Evidens est quia Deus verbum David non erat filius. Accipe, si videtur, & aliud testimonium: *Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus qui dicitur Christus*. Intende etiam in aliud dictum: *Christi autem generatio sic erat: Cum esset desponsata virgo Maria, inventa est in utero habens de spiritu sancto*. Creatuam autem spiritus sancti unigeniti deitatem quis vel debeat suspicari? Quid etiam his superfundi debeat, audi. *Et erat mater Jesu ibi*. E iterum, *cum Maria matre Jesu*. Illud quoque: *Quod in ea natum est, de spiritu sancto est*. Et iterum. *Accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum*. Et illud: *de filio ejus unigenito, qui factus est ei ex semine David secundum carnem*. Et iterum de passione ejus. *Quia Deus suum filium misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne*. Et iterum: *Christus mortuus est pro peccatis nostris*. Et denuo: *Christo passo in carne*. Et illud: *Hoc est corpus meum, & hic sanguis meus*. Non dixit: Hæc est deitas mea. Et decem millia alia sunt, aliis atque aliis vocibus protestantibus humanum genus in eo non filii deitatem recentem putare aut novellam aut corporalium passionum esse capacem, sed illam divinæ naturæ conjunctam carnem ex qua filium se David nominat Christus. Quid enim ait? *Quid vobis videtur de Christo? cujus est filius? Responderunt: David. Respondit Jesus & dixit: Quomodo ergo David in spiritu Dominum eum vocat dicens: Dixit*, inquit, *Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam*: tanquam filius profecto David secundum carnem, secundum divinitatem vero Dominus. Esse quidem templum divinitatis filii corpus & templum secundum excellentem quandam & divinam unitum conjunctionem certissimum est; ita ut ea quæ sunt Dei adsciscere sibi & ad se revocare divinam naturam profiteri sit bonum & dignum evangelica traditione. Hujus autem familiaritatis nomine confricare & conjunctæ carnis proprietates, generationem scilicet & passionem & mortalitatem Deo tribuere, aut erranti gentilitatis, frater, est sensus, aut mente capti Apollinaris & Arii, aut reliquarum pestium hæreticarum, & [b] his aliquid pejus. Necesse est enim hujusmodi homines adtractos familiaritatis nomine, & lactationis sorium propter familiaritatem, & ætatis quæ paulatim accessit incrementorum participem Deum verbum facere, & passionis in tempore ex timiditate auxilii angelici indigentem. Taceo circumcisionem & sacrificium & sudorem & famem, quæ quidem carni pro nobis evenerunt. Hæc tamen, cum illi conjunguntur, & adoranda sunt. In deitate autem ista etiam mendaciter accipiuntur, nobisque tanquam calumniatoribus justas damnationis causas important. Hæ sanctorum patrum traditiones, hæc scripturarum mandata sanctarum. Sic aliqui quæ sunt divinæ misericordiæ & auctoritatis secundum Deum ratiocinantur. *Hæc meditare, in his esto, ut profectus manifestus sit*. Paulus ista omnibus dixit. Bene autem facis, eorum qui de nobis offenduntur curam gerens, & de his solicitudinem habere qui apud nos sunt. Unanimitati tuæ gratiam habeo. Scito autem seductum esse te ab his qui a sancto Concilio depositi sunt propter quod morbo Manichæorum essent repleti, aut quod potissimum est, a clericis magis affectionis tuæ. Nam quæ ad Ecclesiam nostram pertinent, quotidie augentur in melius, & quæ ad plebem pertinent, noveris in majorem extendi profectum per gratiam Christi, in tantum ut multitudo hæc vocibus Prophetæ clamet, *Replebitur terra scientia Domini, sicut aqua multa cooperiens maria*, regiamque domum, dilucidato dogmate, in magno gaudio degere & ut paginæ finem faciam, illam apud nos super omnibus hæresibus quæ adversus Deum litigant vocem vide impleri: *Ibat domus Saul, & infirmabatur; ibat domus David, & confortabatur*. Hæc nostra tanquam fratris ad fratrem consilia. Quod si quis contentiosus esse vult, clamabit per nos ei Paulus: *Nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei*. Ipsi gloria in sæcula sæculorum.

Nunc

a *Deitatem*) Codex Vatican. *divinitatem*.

b *His*) Codex Ballovan. *Eorum*.

Nunc exemplum epistolæ Cyrilli Alexandrini ad eundem Nestorium ex Græco in Latinum; cui impiissime contradicens idem Nestorius respondendum esse putavit sicut superius continetur.

GArriunt quidem, sicut audio, quidam de existimatione mea apud religionem tuam, & hoc frequenter, processionum videlicet conventuum opportuna tempora occupantes, & eo magis forsitan arbitrantes delectare se aures suas, adversum nos inconditas voces emittunt: qui læsi quidem in nullo sunt, objurgati autem a nobis, & hoc leniter, unus eorum quod cæcos & pauperes vexabat injuria, alter quod contra matrem evaginaverat gladium, tertius vero quia cum ancilla aurum furatus est alienum, & qui talem semper habuerit existimationem qualem nullus saltem provenire vel gravissimis inimicis optaverit. Verum non mihi de talibus sermo est, ut neque supra dominum & magistrum neque supra patres pusillitatis quæ mihi inest modus excrescat. Non enim facile est cuiquam, [a] licet vitam suam habeat circumspectam, nequam hominum maledicta vitare; sed illi maledictione & amaritudine plenum os habentes, reddent quandoque omnium judici rationem. Convertar autem nunc ego ad id quod me maxime decet, commonebo te etiam nunc tanquam fratrem in Christo de doctrinæ ratione & sensu fidei cum omni cautela plebibus prædicando. Exhortabor quoque cogitare debere quia si offendatur unus de pusillis qui credunt in Christum, quam sit intolerabilis indignatio Dei. Si vero sit multitudo læsorum, quomodo quæso, non omni arte studendum est ut prudenter auferatur offensio & sanæ fidei ratio insinuetur exposcentibus veritatem? Est autem hoc recte faciendum, si sanctorum patrum libros legentes, magni eos momenti esse fateamur, & probantes nosmetipsos si sumus in fide secundum quod scriptum est illorum dictis & inreprehensibilibus definitis nostros sensus bene atque optime roboremus. Sanctum ergo illud & magnum patrum Concilium ipsum de Deo patre genitum secundum naturam, unicum filium, Deum de Deo vero, lumen de lumine, per quem omnia creavit pater, descendisse, incarnatum esse, atque hominem factum, resurrexisse tertia die, & in cœlum ascendisse definivit. Hæc etiam nos scita hac ratione sequentes, quid significet incarnatum esse illud Dei verbum de Deo videamus. Neque hoc dicimus, quia Dei natura transformata facta sit caro, neque quia in totum hominem, qui est ex anima & corpore, commutata est, sed illud potius sentiendum, quod carnem animatam, anima videlicet rationali, uniens sibimet substantialiter vel essentialiter Dei verbum, inenarrabiliter atque inscrutabiliter factus homo, appellatus est filius hominis, non tantum secundum voluntatem aut bonum placitum, nec sicut in personæ tantummodo susceptione, sed quia diversæ ad veram unitatem convenere naturæ, unus autem ex utraque Christus & filius, non quasi natura earum per unitatem diversitate consumpta, sed magis eisdem naturis perficientibus nobis per ineffabilem & secretum ad unitatem concursum unum Dominum & Christum & filium deitatis & humanitatis. Sic quamvis ante sæcula habeat existentiam, quia est natus ex Deo patre dicitur natus etiam ex muliere secundum carnem; non quod ejus divina natura, in qua consubstantivus vel coessentialis, id est, homousius, est patri, in sancta virgine initium, ut esset, acceperit, neque ex necessitate propter ipse ipsum secunda eguerit nativitate post patrem, (quod est æque impium imperitumque sentire, ante sæcula existentem & consempiternam patri divinitatem, ut esset, secundo dicere initio eguisse) sed quod propter nos & propter nostram salutem substantialiter vel essentialiter, unito sibi homine, ex muliere processerit, hoc modo dicitur natus esse etiam carnaliter. Non enim de sancta virgine homo est natus aut etiam in illa conceptus, atque ita in eum supervenit verbum patris; sed ex ipso atque in ipso utero unitum sustinuisse creditur & dicitur nativitatem carnalem, propriam ejusdem carnis nativitatem sibimet deputans. Sic eum dicimus & passum esse & resurrexisse, non quod verbum Dei in sua natura sit passum aut plagas aut clavorum vim senserit aut cetera vulnerum tormenta pertulerit, (impassibilis est quippe divinitas, si quidem etiam incorporea) sed quoniam quod ei proprium factum est, corpus est passum, hæc ipse pro nobis dicitur passus. Erat enim ille, qui impassibilis est, in eo corpore quod patiebatur. Hoc modo & mortuum intelligimus, quamvis immortalis sit secundum naturam & incorruptibilis & vita & vivificator Deus Dei verbum, sed quoniam iterum proprium ejus corpus gratia Dei, sicut dixit Apostolus Paulus, pro omnibus gustavit mortem, non quod ad ejus hæc pertinebant naturam, namque hoc sentire vel dicere summæ dementiæ est, sed quia, sicut paulo ante dixi, carò ejus gustavit mortem. Sic etiam resurgente carne, iterum ejus resurrectio dicitur; non quod inciderit in corruptionem, absit, sed quia quod resurrexit, corpus ejus. Sic unum Christum & Dominum confitemur, non tanquam coadorantes eum in verbo Dei, ne unius syllabæ occasione, id est, con, sectionis intellectus vel cogitatio nobis obrepat; sed tanquam unum & eundem in utroque adoramus, quia non est alienum corpus a verbo, cum quo sedet ad dexteram patris. Non iterum tanquam duobus confidentibus filiis, sed tanquam uno secundum unitatem cum carne. Si enim illam substantialem unitatem tanquam ordinatam vel impossibilem vel indecentem declinemus, incipimus duos filios confiteri. Omnino enim necesse est separare & dicere hominem quidem speciali vocabulo filii honoratum, illud vero Dei verbum proprie filii nomen re ipsa naturaliter possidere. Non igitur in duos filios dividendus est unus & idem Dominus noster Jesus Christus. Nullo enim modo rectam fidei rationem sic se habere & sic sentire adjuvat quemquam, etiamsi personarum diffamandam putaverit unitatem, quia non dixit scriptura quod Dei verbum hominis sibi personam univit, sed quia factum est caro. Factum autem esse verbum carnem nihil est aliud nisi quia nobis comparatus, carne quoque & sanguine particeps factus est noster, suumque fecit corpus nostrum, & processit homo. Super hoc, legatione fungitur ubique sanæ

a *Licet*) Codex Vatic. *quamlibet*

næ ac liquidissimæ fidei ratio. Sic invenimus sanctos sapuisse patres. Sic fidenter Dei puerperam, id est, Θεοτόκον, pronunciaverunt virginem sanctam; non quod natura Dei verbi vel divinitas ejus ex illa, ut esset, initium sumpserit, sed tanquam ex ipsa sancto corpore cum ratione animato, cui secundum essentiam unitus Deus verbum est, secundum carnem creditur natus. Hæc atque hujusmodi ex caritate Christi scribo, deprecans tanquam fratrem; & obtestans in conspectu Dei & electorum angelorum, hortor hæc te nobiscum & sapere & docere, ut Ecclesiarum salva sit pax & concordia, caritatisque vinculum indissolubile permaneat inter sacerdotes Dei.

Item ejusdem ad eundem Nestorium epistola secunda ex Græco sermone.

VEnerabiles viri ac fide digni Alexandriam venientes retulerunt nobis ægre ferre religionem tuam valde & ad lædendum me cuncta movere & modis omnibus niti; meque doloris tui volente causas addiscere, dixerunt quod epistolam meam ad sanctos monachos factam circumferant Alexandrini quidam, & odii adversum te excitati & ad fastidii tædia hæc fecerint causam. Miratus sum igitur cur non magis tua apud se veneratio reputavit quia non prius epistola scripta de fide sed quædam dicta religionis tuæ occasionem perturbationis attulerint. Namque non solum chartulas sed etiam expositiones tuas circumferunt multi, & laboramus corrigentes quicunque ex his sunt depravati. Prope enim fuerunt quidam ut jam confiteri minime patiantur quia Deus est Christus, sed potius Θεοφόρον ἢ ἐφαλλόμενον τῆς Θεότητος καὶ ἀνδρωθεὶς Θεοφόρος. quæ Latine instramentum, magis autem armamentum vel ferramentum deitatis, & homo indutus seu utens Deo, vel portans Deum, possumus dicere. Quid autem non horum & ulterius? Nostrum ergo erat irasci super his quia dixit sive non dixit religio tua. Chartulis enim quæ circumferuntur valde non credo. Quomodo igitur, quæso, nobis tacendum est cum recta vulneratur fides, & tanti quotidie depravantur? An non stabimus ante tribunal Christi, aut rationem non reddemus, tanquam præpositi ad loquendum, de silentio non opportuno? Quid postremo faciam? Tempus enim loquendi est vel conferendi cum veneratione tua indicante de chartulis quibusdam quæ nescio quomodo Romam perlatæ sunt reverendo ac religiosissimo Romano Episcopo Cælestino, cum omnibus qui cum eo sunt Episcopis venerandis, quia utrum sint religionis tuæ, an non, habetur incertum. Scribunt enim nobis inde vehementer offensi. Quo pacto etiam de oriente ex omnibus Ecclesiis venientibus satisfaciemus eosque curabimus qui contra easdem chartulas murmurant? Aut arbitraris parvam Ecclesiis esse ortam de hujusmodi tractatibus perturbationem? Omnes sumus in sollicitudine & in procinctu laboris constituti ad hos corrigendos, ut eos ad rectum tramitem revocemus quibus nescio quomodo persuasum est aliter sapere. Cum igitur harum susurrationum necessitatem & causam tua religio magis intulerit, quomodo nos jure existimas arguendos? vel quo jure adversum me vociferaris in vanum, & non potius sermonem tuum corrigis, ut totius orbis de te offensio conquiescat? Si in plebe lapsus est sermo, in retractatibus corrigatur. Dignare unam locutionem donare offensis auribus, Dei puerperam, id est, Theotocon, pronuntians virginem sanctam; ut curatis his qui tristitia nubilati sunt, rectam apud omnes de religione gloriam tenentes, in pace & unanimitate cœtus plebium celebremus. Quod vero pro fide quæ in Christo est omnia sumus parati tolerare, & vincula & carceres experiri, & ipsam mortem libenter subire, non ambigat religio tua. In veritate autem dico, quod adhuc beato Attico constituto in rebus humanis, de sancta mihi & consubstantiali trinitate liber est elaboratus, in quo etiam de incarnatione dominica tractatus uberior continetur, & his quæ nunc scripsi consonus invenitur. Relegi hunc Episcopis & clero necnon & studiosis auditoribus plebis. Edidi vero nulli. Forsitan, si edidero eum, esse me iterum arbitror accusandum, quia librum composui etiam ante ordinationem venerationis tuæ. Saluta fraternitatem quæ apud te est. Te in Domino qui nobiscum sunt salutant.

Item ejusdem epistola Cyrilli ad clericos suos Constantinopolim constitutos ex Græco sermone.

LEgi literas missas a vobis, quibus didici quia invidi nostri conveniendo vos fingebant se pacem atque amicitiam quærere, & dicere quia sicut scripsi ad monachos, sic se fidem tenere, deinde ad proprium sensum respicientes, dicere eosdem quia & ipse dixerim sanctum Concilium non meminisse illius locutionis, dico autem puerperæ Dei, id est, Θεοτόκου. Ego autem scripsisse memini quod etiamsi non posuit illud Concilium glossulam hanc, nihil horum tunc fuerat motum, nec in medium fuisse opus afferri quod illo in tempore minime quærebatur. Verumtamen potentia & vi intellectus arbitror genitricem Dei, id est, Θεοτόκον ab illis sanctam virginem dictam. Ipsum enim dicit qui natus est de Deo patre, per quem omnia facta sunt, incarnatum, hominem factum, passum, surrexisse a mortuis, in cœlum ascendisse, judicem quoque esse venturum; non quod omnimodo verbum quod secundum naturam de Deo genitum est mortuum esse credendum sit, aut lancea in latere vulneratum; (quod enim habet latus incorporea natura, aut quo pacto mortua est vita vitarum?) sed quoniam unitum carni hoc verbum est, ideo ea carne patientiam quam proprio ejus videlicet corpore in se hanc revocat inire passionem. Argumentantur igitur & se ipsos seducunt cum dicunt pacem se velle, & sensibus mentiuntur. Habere enim eos proprium virus in corde [a] ex eo facile est intelligere. Miserunt etenim etiam huic Diacono qui rerum ecclesiasticarum curam gerit duas chartulas, unam quidem compositam a Photino forsitan aut ab alio quolibet adversus librum meum quem ad monachos edidi, aliam veluti in speciem quaternionis inconvenientem habentem etiam titulum hoc modo *Ad eos*, inquit, *qui propter conjunctionem, deitatem vel societatem filii mori jicati aut humanitatem in Deum transferunt*. Præfatio autem ejus sic habet: *In contumelias quæ*

a Ex eo) Codex Bellovac. & per hoc.

ab hæreticis durissime inrogantur. Deinde conatur ostendere quod corpus passum sit, & non Deus verbum, quasi vel nobis, vel quibuslibet dicentibus verbum illud quod est impassibile passibilitatis capax esse potuisse. Nemo est qui sic prorsus insaniat; sed, sicut sæpe diximus, sanctum Concilium ipsum verbum dixit carne sua esse passum secundum scripturas; per quod facta sunt omnia. Corpore enim ejus patiente, ipse dicitur passus: quia & anima hominis, cum nihil in sua substantia & natura patiatur, pati tamen ipsa dicitur suo corpore patiente. Sed quoniam propositum illis est duos filios & duos Christos introducere, unum quidem specialiter hominem, alterum vero proprie Deum, in personis tantum faciunt vel sentiunt unitatem, Deum Dei verbum nolentes proprie & substantialiter unitum homini, hominem factum, hominem suscepisse. Propterea & tergiversantur, & excusationes, sicut scriptum est, fingunt in peccatis. Vos igitur convenientes cum eis hæc dicite, facere eos male quod introducant quosdam loquaces & garrulos adversum nos, & hos fovendo ac defendendo, cauta fiunt malignitatis suæ. Sed non hæc proprie nostræ læsionis est causa. Sed nec huic dicite qui degens præsit esse me inimicum. Lædit autem hoc tam orientales quam occidentales venerandos Episcopos, quod rectus de Christo doctrinæ sermo non fiat, sed omnino perversus. Sufficit autem hoc documentum ad confutandos eos, quod nunquam a quoquam tale quid in Ecclesiis dictum sit quod in ejus expositionibus continetur, quod sic habet: *Non clamoribus approbo erga me studium vestrum, sed laudo circa dogmata desiderium, in quo deitatis & humanitatis Domini meministis*. Et post pauca: *Et aspicio populos multam quidem reverentiam & pietatem prudentissimam possidere, ignorantia vero dogmatis cæcutire. Hoc autem non crimen est plebium, sed ut verecunde aut decenter dicam, propterea quod doctores eliminativi & liquidius vobis aliquid etiam de dogmatibus tempus non habuerint apponendi*. Rogo, dicatur quomodo non habuerint tempus docendi præcessores ejus? Eloquentior Joanne est, aut beato Attico comparandus, aut æqualis eis aut prudentior inventur? Quod est hoc supercilium? Aut quomodo non evidenter confitetur, hæc dicens, novam se & inconsuetam afferre doctrinam & prorsus ignotam præcessoribus suis & hoc ipsum nefandam in Ecclesiam hanc velle introducere. Mihi autem nullus adversus eum sermo de aliis causis est. Sed contingat eum pœnitere & rectam aliquando confiteri fidem; & de his quæ adversum me molitur, irritans inimicos & provocans, satisfaciet Deo. Nihil autem mirum si male de nobis loquuntur sterquilinia civitatis Chæremon & Victor & Sophronas, & decoctoris & Flaviani mancipium. Semper enim & circa se fuerunt & erga alios nequam. Noverit autem qui eos irritat quod nos nunquam formidavimus peregrinationem nec illorum intentionibus respondere, etiamsi tempus hoc exigat. Potest enim evenire, salvatoris Dei nostri dispensatione facientes, ob leves forte etiam & vilissimas causas ad purgandam Ecclesiam juberi Concilium convocari. Non igitur speret, etiamsi adhuc nos plures & velut fide digniores accusent, se nostrum judicem fore: quia etiamsi jubeatur illuc nos venire debere; refutabimus audientiam vel judicium ejus, & Dei favore dilucidabimus res magis, quatenus de suis blasphemiis debeat satisfacere. Neque igitur refugimus pacem, seu & cupimus, si fides recta fuerit adnuntiata atque professa, vel si talia cessset tandem aliquando prædicare. Tantam enim perversitatem ille ejus quaternio habet ut merito de his qui eum scripserunt dicatur quia principatum in blasphemiis tenet. Nam quia causatur locutionem inconsuetam flagitari, Dei puerperam, id est, theotocon, virginem sanctam, dicat nobis ipse interrogatus ubi genitricem Christi, id est, χριστοτόκον, scriptura loquatur? Aut nullum episcopale Concilium est quod θεοδόχον, id est, susceptricem vel capacem deitatis formam nominaverit Christum? In illo enim quaternione quem huc misit, nosque vehementer offendit, ita est: τὸν θεοδόχον τοῦ θεοῦ λόγου σωματικοῦμαι λέγειν, id est, susceptricem Dei formam una ac pari qua Deum verbum deitatis ratione veneremur. Similiter de illa quoque venerabili semper virgine ita posuit: τὸν θεοδόχον τοῦ θεοῦ μὲ σωματικοῦμαι παρθένον, id est, susceptricem deitatis virginem cum Deo ad divina non attollamus, nesciens quid loquatur. Si enim virgo, ut vult, non peperit Deum, ne sit θεοτόκος, neque suscipere potuit Deum in utero, qui est Christus, quomodo saltem θεοδόχος est, ut ipsi iterum placet qui in dictis suis patrem θεοτόκον dici mavult quam illam virginem sanctam, qui rectius & competentius est θεοτοκίστρα, ut & Latini Dei genitorem dicerent, enuntiare debuerit? Dicat ergo nobis ubi legerit hæc verba, vel a quibus audierit. Multa sunt quidem crimina expositionum ejus; sed servabuntur & proferentur in tempore opportuno, nisi forte pœnitudo aliqua subsequatur. Oportet autem & meum vobis propositum facere manifestum, & ideo iterum scribo. Nam ego sum valde pacificus & litium satis ignarus, sed opto Ecclesias quietem habere & sacerdotes Dei in pace degentes nostri memores esse, dicente omnium salvatore Domino Jesu Christo: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*. Si quid ergo est quo stabilitas roboretur, (Vere enim dico quia sic adopto mihi sanitatem & me probum inveniri apud Deum sicut etiam omnes Episcopos) in colloquiis ergo hoc dicite, quia multa ab eis quæ nos læderent præcesserunt. Verumtamen erit pax, dicite illi, cum docere desiteris talia vel sentire. Fides enim cum læditur, inimicitias quæ putantur excitant, & exaggerant. Si rectam fidem profiteatur, fiet plenaria & firmissima pax: quam si in voto gerit, scribat catholicam fidem, & mittat Alexandriam. Si hæc ex affectu cordis intimi scribantur, paratus sum & ego pro viribus meis similia scribere & edere librum ac dicere nullum debere gravari consacerdotum nostrorum, quia ejus voces, dicimus, habent intentionem & propositum manifestum. Sin vero in pravitate inanis gloriæ permanet & petit pacem, nihil restat nisi ut & nos consentire illi putemur & quæ sunt nefanda sentire. Nam mihi pro fide quæ in Christo est & laborare & vivere & mori maximum votum est.

Epi-

Epistola Nestorii Episcopi Constantinopolitani ad Cœlestinum Papam.

DIdici honestissimum Cyrillum Alexandrinæ urbis Episcopum propter libellos contra eum nobis oblatos exterritum, ac sibi venantem latebras, ad evitandam sacram synodum propter hos ipsos libellos futuram quasdam alias interea cogitationes excogitare verborum & amplecti verbum quod est Theotocos & Christotocos; quorum alterum admittit, alterum vero modo quidem de evangeliis eximit, modo vero rursus admittit, hoc est, Christotocos secundum quamdam, credo, prudentiæ nimietatem. Ego autem ad hanc quidem vocem, quæ est Theotocos, nisi secundum Apollinaris & Arii furorem ad confusionem naturarum proferatur, volentibus dicere non resisto; nec tamen ambigo quin hæc vox Theotocos illi voci cedat quæ est Christotocos, tamquam prolatæ ab angelis & evangeliis. Et nisi hæc ad venerationem tuam scientem dicerem, opus mihi foret longo multoque de hac ipsa causa sermone. Sed & sine hoc illud quoque omni modo beatitudini tuæ notum est, quia si æstimemus duas sectas contrarias sibi stare, & harum altera hanc vocem proferat solam, Theotocos, altera vero illam solam, anthropotocos, & utraque secta ad suam confessionem trahat, aut si hoc non impetraverit, periclitetur de Ecclesia cadere, necesse erit jactatæ huic rei deputatum, habentem pro utraque secta curam, mederi periculo utriusque partis ex voce ab evangelistis tradita, quæ utriusque naturæ significatrix sit. Horum enim, sicut dixi, assertionem temperat vox illa, quæ est Christotocos, quia & blasphemiam Samosateni removet, quod est dictum de omnium Domino Christo tamquam puro homine, sed & Arii & Apollinaris malitiam fugat. Hæc autem ipsa etiam honestissimo Alexandrinorum Episcopo scripsi, sicut potest beatitudo tua cognoscere exemplaribus quæ his meis literis adjunxi, vel quæ ad nos ab eo scripta sunt. Placuit vero Deo adjuvante etiam synodum inexcusabiliter totius orbis terrarum indicere propter inquisitionem aliarum rerum ecclesiasticarum. Nam dubitatione verborum non æstimo habituram inquisitionem difficultatum, nec impedimentum esse ad tractatum divinitatis Domini Christi.

Epistola synodica sancti Cyrilli Alexandrini Episcopi directa Nestorio quondam Constantinopolitanæ urbis Episcopo, continens anathematismi capitula.

REligioso & Deo amabili sacerdoti Nestorio Cyrillus & quæ convenit apud Alexandriam synodus ex Ægyptia diœcesi in Domino salutem. Cum salvator noster aperte pronuntiet; *Qui diligit patrem aut matrem super me, non est me dignus, & qui diligit filium aut filiam super me, non est me dignus*, quid nos patiemur, qui deposcimur a tua religione, ut te super Christum salvatorem omnium diligamus? Quis enim nobis in die judicii proderit? aut quam satisfactionem reperire poterimus, ita diuturnum silentium de prolatis a te contra eum blasphemiis continentes? Et si quidem te tantummodo læderes docens ista vel sentiens, solicitudo nobis minor existeret. Cum vero totam scandalizaveris Ecclesiam, & fermentum insolitæ pravitatis & novæ hæresis miscueris in populis, nec tantum ibidem positis, sed ubique consistentibus, (nam tuarum expositionum libri per cuncta vulgati sunt) quæ super nostro silentio ratio ultra vel excusationis sermo sufficiat? aut quomodo non necesse fit meminisse Christi Domini sic dicentis: *Non putetis quod venerim pacem mittere in terram, sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum & filiam adversus matrem suam.* Nam cum læditur fides, parentum reverentia velut inutilis & periculosa despicitur, & amor erga filios fratresque vitatur. Ad postremum etiam super ipsam vitam mors potius a piis viris eligitur, ut meliorem resurrectionem, sicut scriptum est, consequantur. Ecce itaque te simul cum sancta synodo quæ apud amplam urbem Romam congregata est præsidente sanctissimo & venerandissimo fratre & consacerdote nostro Cœlestino Episcopo his scriptis jam tertio convenimus, consilium dantes ut a pravis abstineas distortisque dogmatibus quæ & sentire cognoscens & docere, recipias vero fidem rectam Ecclesiis per beatissimos Apostolos & evangelistas ab initio traditam, qui & oculis inspexerunt, & ministri verbi fuisse monstrantur. Quod si hoc religio tua facere distulerit, juxta dilationem literis præfinitam sanctissimi & venerandissimi consacerdotis nostri Romanæ præsulis Ecclesiæ Cœlestini scias te nullam sortem habere nobiscum nec locum aut conloquium cum Dei sacerdotibus & Episcopis obtinere. Non enim est fas contemnere nos Ecclesias ita turbatas & scandalizatos populos, fidemque rectissimam violatam, dissipatum quin etiam gregem, quem custodire debueras, siquidem juxta nos amator recti dogmatis extitisses, sanctorum patrum vestigia pia consectans. Omnes itaque quos propter fidem tua religio a communione removit aut ab ordine suo deposuit, laicos & clericos, in nostra communione recipimus. Non enim justum est eos tuis decretis opprimi qui noverunt recta sentire, quin etiam benefacientes tibi prudentissime restiterunt. Hoc idem namque in epistola quam misisti ad præsulem amplæ Romæ sanctum & coepiscopum nostrum Cœlestinum significare curasti. Non autem sufficit tuæ religioni solummodo fidei symbolum confiteri quod expositum est per idem tempus sancti spiritus largitate a venerando & magno Concilio apud Nicæam congregato, (Hoc enim nec intellexisti, nec recte interpretatus es, perversæ licet sono vocis eadem verba protuleris) sed nec consequens est & jurejurando fateri te quod anathematizes quidem tua polluta & prophana dogmata, sentias autem & doceas quæ nos universi sive per orientem seu per occidentem Episcopi & magistri præsulesque populorum credimus & docemus. Epistolis autem ab Alexandrina tuæ religioni directis Ecclesia consensum præbuit tam ea quæ apud urbem Romam convenit sancta synodus quam etiam nos omnes, velut recte irreprehensibiliterque conscriptis. Subdidimus autem his nostris literis quæ te sentire oporteat & docere, & a quibus abstinere conveniat. Hæc est enim fides catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ, cui cuncti consentiunt orthodoxi per orientem occidentemque Pontifices.

CREDIMUS *in unum Deum patrem omnipoten-*

potentem, omnium visibilium & invisibilium conditorem, & in unum Dominum Jesum Christum, filium Dei, natum de patre unigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homoousion patri, hoc est, unius cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt in cœlo & in terra, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, passus est, & resurgens tertia die ascendit in cœlos, unde venturus est judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat tempus quando non erat, & antequam nasceretur non erat. & quia ex nullis extantibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia, dicentes esse aut convertibilem & commutabilem filium Dei, anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.

Sequentes itaque per omnia sanctorum patrum confessiones, quas loquente in eis sancto spiritu protulerunt, & intentioni quæ est in eorum intellectibus æquis vestigiis inhærentes, atque iter ambulantes regium, profitemur quod ipsum unigenitum Dei verbum Deus natus ex ipsa patris essentia, de Deo vero Deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt sive in cœlis sive in terra, salutis nostræ causa descendens, ad exinanitionem sese dignatus est inclinare, incarnatus autem & homo factus, id est, carnem de virgine sancta suscipiens, eamque propriam faciens, nativitatem nostram ex vulva sustinuit, homo de muliere procedens, nec quod erat abjiciens, nam licet factus sit in assumptione carnis & sanguinis, tamen etiam sic quod erat, Deus natura scilicet & veritate persistens. Nec carnem itaque dicimus in naturam deitatis esse conversam, nec in substantiam carnis ineffabilem Dei verbi essentiam commutatam. Inconvertibilis etenim est & incommutabilis idemque ipse juxta scripturas jugiter permanens. Visus est autem & parvulus; sed positus adhuc in cunabulis, & in sinibus genitricis virginis constitutus, universam creaturam replebat ut Deus, genitori suo indivisus existens. Quod divinum est enim, sine quantitate & sine mole cognoscitur, nec ullis terminis continetur. Unitum ergo carni verbum secundum subsistentiam confitentes, unum adoramus filium Dominum Jesum Christum, non seorsum ponentes & determinantes hominem & Deum velut invicem sibi dignitatis & auctoritatis unitate conjunctos, (hoc enim novitas vocis est, & aliud nihil) nec item Christum specialiter nominantes Deum verbum, quod ex Deo est, nec alterum similiter Christum specialiter qui de muliere natus est, sed unum solummodo Christum Dei patris verbum, cum propria carne cognoscimus. Tunc enim etiam juxta nos unctus est, quamvis spiritum dignis ipse contulerit, & non ad mensuram, sicut beatus evangelista Joannes asseruit. Sed nec illud dicimus, quod Dei verbum velut in homine communi qui de sancta virgine natus est habitarit, ne Deum homo Christus habitatorem possidere credatur. Quamvis enim verbum habitaverit in nobis, & dictum sit in Christo habitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter, attamen intelligimus quod caro factus non sicut in sanctis habitare dicitur, nec talem in ipso habitationem factam definire tentavimus; sed unitus juxta naturam, nec in carnem penitus commutatus, talem sibi fecit habitationem qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus. Unus igitur est Christus filius & Dominus, non velut conjunctionem quamlibet & in unitate dignitatis & auctoritatis hominis habentis ad Deum, non enim potest unire naturas sola dignitatis æqualitas: denique Petrus & Joannes æqualis sunt alterutrum dignitatis, propter quod & Apostoli & sancti discipuli esse monstrantur, verumtamen uterque non unus est, nec juxta collationem vel connexionem modum conjunctionis advertimus, hoc enim ad unitatem non sufficit naturalem, nec secundum participationis effectum, sicut nos etiam adhærentes Domino unus cum eo spiritus sumus. Imo potius conjunctionis nomen evitamus, tamquam non existens idoneum quod significet unitatis arcanum. Sed neque Deum aut Dominum Christi verbum Dei patris adserimus, ne iterum manifestius in duo dividamus unum Christum filium & Dominum, & in crimen sacrilegii recidamus, Deum illi se ipsum facientes & dominum. Unitus quippe, sicut superius diximus, Deus verbum carni secundum substantiam, Deus quidem est omnium & dominator universitatis; verumtamen nec servus est sibi ipse nec dominus, quia ineptum est vel vel potius impium hoc sentire vel dicere. Quamvis enim Deum suum patrem dixerit, cum Deus sit etiam ipse natura & de illius essentia, tamen nullatenus ignoramus quod manens Deus, homo quoque factus sit, qui sub Deo juxta debitam legem naturæ humanitatis existeret, ipse vero sibi quomodo vel Deus poterit esse vel Dominus. Ergo sicut homo, quantum decenter exinanitionis mensuræ congruit, sub Deo se nobiscum esse disseruit, hoc etiam modo sub lege factus est, quamvis ipse promulgaverit legem & legislator ut Deus extiterit. Cavemus autem de Christo dicere: *Propter adsumentem veneror adsumptum, & propter invisibilem adoro visibilem.* Horrendum vero super hoc etiam illud adjicere: *Is qui susceptus est, cum eo qui suscepit nuncupatur Deus.* Qui enim hæc dicit, dividit iterum in duos Christos cum qui unus est, hominem seorsum in parte & Deum similiter in parte constituens. Evidenter enim denegat unitatem secundum quam non alter cum altero coadoratur aut connuncupatur Deus; sed unus intelligitur Christus Jesus filius Dei unigenitus, una servitute cum propria carne venerandus. Confitemur etiam quod idem ipse qui ex Deo patre filius natus est unigenitus Deus, licet juxta naturam suam expers passionis extiterit, pro nobis tamen secundum scripturas carne perpessus sit, & erat in crucifixo corpore propriæ carnis impassibiliter ad se referens passiones. Gratia vero Dei pro omnibus gustavit mortem, tradens ei proprium corpus, quamvis naturaliter ipse vita sit & resurrectio mortuorum. Nam ut mortem ineffabili potentia proculcaret, ac primus in sua carne primogenitus ex mortuis fieret & primitiæ dormientium, viamque faceret humanæ naturæ ad incorruptionis recursum, gratia Dei, sicut supra dictum est, pro omnibus gustavit mortem, & tertio die resurgens spoliavit infernum. Idcirco quamvis dicatur quod per hominem facta sit resurrectio mortuorum, tamen intelligimus hominem factum verbum, quod ex Deo est, & per ipsum mortis imperium fuisse destructum. Veniet autem

tem-

temporibus præfinitis sicut est unus filius & Dominus in gloria patris, ut judicet orbem terrarum in æquitate, sicut scriptura testatur. Necessario igitur & hoc adjicimus. Adnuntiantes enim secundum carnem mortem unigeniti filii Dei, id est, Jesu Christi, & resurrectionem ejus & in cœlis ascensionem pariter confitentes, incruentam celebramus in Ecclesiis sacrificii servitutem. Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur participes sancti corporis & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti; non ut communem carnem percipientes, quod absit, nec ut viri sanctificati & verbo conjuncti secundum dignitatis unitatem, aut sicut divinam possidentis habitationem, sed ut vere vivificatricem & ipsius verbi propriam factam. Vita enim naturaliter ut Deus existens, quia propriæ carni unitus est, vivificatricem eam esse professus est. Et ideo quamvis dicat ad nos veniens, *Amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis ejus sanguinem*, non tamen eam ut hominis unius ex nobis æstimare debemus: (Quomodo enim juxta naturam suam vivificatrix esse caro hominis poterit?) Sed ut vere propriam ejus factam qui propter nos filius hominis & factus est & vocatus. Eas autem voces quas salvator noster in evangeliis protulit non in duabus subsistentiis aut personis omnino partimur. Non enim duplex est unus Christus & solus, quamvis ex duabus diversisque rebus ad unitatem cognoscatur individuam convenisse; sicut homo quoque ex anima constans & corpore, non duplex potius, sed unus est ex utroque. Humanas ergo & divinas insuper voces ab uno Christo dictas animadvertentes recte sentimus. Cum enim Deus dignissime loquitur de se ipso *Qui me videt, videt & patrem*; & *Ego & pater unum sumus*, divinam ejus intelligimus ineffabilemque naturam, secundum quam unum est cum patre suo propter unam eamdemque substantiam, imago & character splendorque gloriæ ejus existens. Cum vero humanæ naturæ mensuram nullatenus inhonorans Judæos alloquitur: *Nunc me quæritis occidere hominem qui veritatem vobis locutus sum*, item non minus eum qui in similitudine & æquitate patris est Deum verbum etiam in mensuris humanitatis ejus agnoscimus. Si autem necessario creditur quod natura Deus existens factus sit caro, imo potius homo animatus anima rationali, quæ causa est ut in eis quilibet vocibus erubescat, si eas homine dignas effatus est? Quod si sermones homini congruentes abjicit, juxta nos hominem fieri quis coegit? Cum vero se propter nos ad exinanitionem spontaneam misericorditer inclinaret, quam ob causam dignos exinanitiore sermones effugerit? Uni igitur personæ cunctas ejus in evangelio voces adscribimus, uni subsistentiæ verbi scilicet incarnati, quia unus est Dominus Jesus Christus, ut scriptum est. Appellatum vero Apostolum & Pontificem confessionis nostræ, tamquam sacrificantem Deo & patri fidei nostræ confessionem, quæ a nobis ipsi & per ipsum Deo & patri incessanter offertur, iterum eum dicimus qui ex Deo est secundum naturam filius unigenitus, nec homini præter eum alteri sacerdotii nomen & officium deputamus. Factus est enim mediator Dei & hominum & reconciliator ad pacem, semetipsum Deo & patri pro nobis offerens in odorem suavitatis. Ideoque dicebat: *Sacrificium & oblationem noluisti, holocausta & pro peccato non tibi placuerunt; corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi: Ecce venio, in capite libri scriptum est de me ut faciam, Deus, voluntatem tuam*. Obtulit enim proprium corpus, non pro se, sed pro nobis, in odorem suavitatis. Nam pro se oblatione vel sacrificiis non indiget, ab omni peccato liber, ut Deus, existens. Quod si omnes peccaverunt & egent gloria Dei, secundum hoc quod sumus ad mutabilitatis excessum proniores effecti & peccatis ægrotavit humana natura, ipse vero non ita, ideoque nos gloria ejus egemus, cur erit ultra jam dubium quod agnus verus propter nos & pro nobis sit immolatus? Qui dicit autem quia semetipsum tam pro se quam pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimen effugiet, cum nihil prorsus iste deliquerit, nec ullum fecerit omnino peccatum. Qua igitur egeret oblatione, nullo suo extante facinore, pro quo, si esset, satis admodum convenienter offerret? De spiritu quoque cum dicit: *Ille me glorificabit*, hoc rectissime sentientes unum Christum & filium, non velut alterius egentem gloriæ, confitemur ab spiritu sancto gloriam consecutum; quia spiritus ejus nec melior nec superior ipso est; sed quia mira opera faciens ad demonstrationem suæ deitatis, virtute proprii spiritus utebatur, ab ipso glorificari dicitur, quemadmodum si quis de hominibus adseveret quod virtus sua vel disciplina quælibet unumquemque clarificet. Quamvis enim in sua sit subsistentia spiritus, & ejus intelligatur in persona proprietas, juxta id quod spiritus est & non filius, attamen alienus non est ab illo. Nam spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est. Unde & ab isto similiter sicut ex Deo patre procedit. Denique hic ipse spiritus etiam per sanctorum manus Apostolorum miracula gloriosa perficiens, Dominum glorificat Jesum Christum postquam ascendit in cœlum. Nam creditus est Christus, natura Deus existens, per suum spiritum virtutes efficiens. Ideoque dicebat: *De meo accipiet & adnuntiabit vobis*. Nequaquam vero participatione alterius idem spiritus sapiens aut potens dicitur, quia per omnia perfectus est, & nullo prorsus indigens bono. Nam paternæ virtutis & sapientiæ, id est, filii spiritus creditur, & ideo ipsa re & subsistentia virtus & sapientia comprobatur. Igitur quia Deum carni unitum juxta subsistentiam sancta virgo corporaliter peperit, id circo eam Dei genitricem esse profitemur; non quod verbi natura existendi principium de carne sortita sit: (Erat enim in principio verbum, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum, & ipse est conditor sæculorum, patri coæternus, & universitatis creator) sed quod, ut superius diximus, juxta subsistentiam sibimet uniens humanam naturam, nativitatem sustinuerit ex ipsa vulva corpoream; non quod eguerit necessario propter suam naturam nativitate ista, quæ est in extremis sæculi facta temporibus; sed ut ipsas benediceret substantiæ nostræ primitias, & dum eum carni unitum mulier edidisset, illa, quæ adversus omne genus humanum maledictio fuerat prolata, desineret, nec jam morti nostra corpora destineret, illud quoque quod dictum est: *In tristitia paries filios*, ipse dissolvens, verum esse mon-

monstraret quod Prophetæ voce prædixerat: *Absorpta est mors in victoria.* Et iterum. *Abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie.* Propter hanc etenim causam dicimus eum dispensatorie & ipsas benedixisse tunc nuptias cum in Cana Galileæ cum sanctis vocatus Apostolis adesse dignatus est. Hæc sapere sumus edocti a sanctis Apostolis & evangelistis & ab omni scriptura divinitus inspirata, necnon & a beatis patrum confessionibus veritate subnixis. His omnibus etiam tuam religionem concordare & præter aliquem dolum consentire jam convenit. Quæ vero religionem tuam anathematizare necesse est, huic epistolæ nostræ subjecta sunt.

I. Si quis non confitetur Deum esse veraciter Emmanuel & propterea Dei genitricem sanctam virginem, peperit enim secundum carnem, carnem factum Dei verbum, anathema sit.

II. Si quis non confitetur carni secundum subsistentiam unitum Dei patris verbum, unumque esse Christum cum propria carne, eumdem scilicet Deum simul & hominem, anathema sit.

III. Si quis in uno Christo dividit substantias post unitatem, sola eas connexione conjungens ea, quæ secundum dignitatem est vel etiam auctoritatem aut potestatem, ac non potius conventu qui per unitatem factus est naturalem, anathema sit.

IV. Si quis personis duabus vel subsistentiis eas voces quæ in apostolicis scriptis continentur & evangelicis dividit, vel quæ de Christo a sanctis dicuntur vel ab ipso etiam de se ipso, & has quidem velut homini qui præter Dei verbum specialiter intelligatur aptaverit, illas autem tamquam dignas Deo soli Dei patris verbo deputaverit, anathema sit.

V. Si quis audet dicere Christum hominem theophoron, id est, Deum ferentem, ac non potius Deum esse veraciter dixerit, tamquam unum filium per naturam, secundum quod verbum caro factum est & communicavit similiter ut nos carni & sanguini, anathema sit.

VI. Si quis dicit Deum esse vel Dominum Christi Dei patris verbum, & non magis eumdem ipsum confitetur Deum simul & hominem, propterea quod verbum caro factum est secundum scripturas, anathema sit.

VII. Si quis velut hominem Jesum operatione Dei verbi dicit adjutum, & ei unigeniti gloriam tamquam alteri præter ipsum existenti tribuit, anathema sit.

VIII. Si quis audet dicere adsumptum hominem coadorandum Deo verbo & conglorificandum & connuncupandum Deum, tamquam alterum cum altero, (nam *cum* syllaba semper adjecta hoc cogit intelligi) ac non potius una supplicatione veneratur Emmanuel, unamque ei glorificationem dependit, juxta quod verbum caro factum est, anathema sit.

IX. Si quis unum Dominum nostrum Jesum Christum glorificatum dicit ab spiritu sancto, tamquam qui aliena virtute per eum usus fuerit & ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus & posse in hominibus divina signa facere, ac non potius proprium ejus spiritum dicit, per quem divina signa complevit, anathema sit.

X. Pontificem & Apostolum confessionis nostræ factum esse Christum divina scriptura commemorat. Obtulit autem semetipsum pro nobis in odorem suavitatis Deo & patri. Si quis ergo Pontificem & Apostolum nostrum dicit factum non ipsum Dei verbum, quando caro factum est & juxta nos homo, sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere, aut si quis dicit & pro se obtulisse semetipsum oblationem & non potius pro nobis solis, non enim eguit oblatione qui peccatum omnino nescivit, anathema sit.

XI. Si quis non confitetur carnem Domini vivificatricem esse & propriam ipsius verbi Dei patris, sed velut alterius præter ipsum conjuncti eidem per dignitatem, aut quasi divinam habentis habitationem, ac non potius, ut diximus, vivificatricem esse, quia facta est propria verbi cuncta vivificare prævalentis, anathema sit.

XII. Si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixum carne, & mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis secundum quod vita est & vivificator ut Deus, anathema sit.

SYNODICON
ADVERSUS TRAGOEDIAM IRENÆI.

JOANNIS DOMINICI MANSI
PRÆMONITIO.

Quod in præfatione ad novam hanc editionem annunciavi, me scilicet hoc synodicon daturum nova recensione ad codicem Cassinensem expositum, id nunc ex parte jam executioni mandatum lectores agnoscunt. Superest ut fidem totam liberem, quod ut præstem sese modo offert occasio. Igitur Cassinensis codex nullum alium præfert titulum, quam qui superius indicatus est; ideoque non erat cur Baluzius de P. Christiano Lupo quereretur, quod nullum titulum documentis hisce præfixisset. Nos tamen in hac editione retinendum censuimus illum titulum, quem Baluzius de suo marte procudit in gratiam eruditorum qui illi assueverunt. Distinximus etiam totum opus in capita, quod Lupo succurrit majoris perspicuitatis gratia cum in codice Cassinensi documenta tantum numerentur. Cave

autem

autem credas documenta ipsa per ordinem sibi succedere in codice; Lupus hinc inde selegit quæ inedita offendebat.

Pervulgatum est extare in Vaticano codicem signatum 1319. eamdem Cassinensem collectionem ferentem; sed a me consultum reperi desinere in capite XI. synodici, sive quod nihil ultra ab exordio contineret, sive quod avulsa sint folia, ut magis credo. In eo tamen codice occurrerunt mihi epistolæ S. Isidori Pelusiotæ vetustæ translationis, quas Lupus reperiisse se pariter in codice Cassinensi testatus est; sed omisisse intactas, quæ de re dica adversus illum a Baluzio instituitur. Cum tamen ut insunt, easdem in Vaticano codice repererim, ex tota collectione eas seligi, quæ concilium utcumque tangere videbantur; ex quo factum, ut quatuor illas Isidori epistolas a Baluzio suppletas expungendas duxerim, utpote quas melius ex codice Vaticano easdem pariter repræsentante exhibere potuerim.

Cæterum hic in calce præmonitionis hujus meæ suam laudem reddendam judico diligentiæ P. Christiani Lupi, qui satis accurate Cassinensem codicem expresserit, ut varissimas variantes excusipere ex nova collatione licuerit. Quis vero collationem hanc instituerit, ac perfecerit, ut hic repetam supervacaneum judico; plus enim vice simplici me illam debere humanitati, & eruditioni Em. Card. Tamburini professus sum.

STEPHANI BALUZII PRÆFATIO.

Duo vetera exemplaria antiquæ versionis Latinæ Concilii Ephesini in manus nostras venerunt anno CIↃIↃCLXXVII. unum quod fuit olim Ecclesiæ Bellovacensis, & nunc in Bibliotheca Colbertina servatur, aliud monasterii Sancti Juliani Turonensis. Et Bellovacense quidem seu potius ejus reliquias, est enim admodum imperfectum, contulimus cum editione Contiana. Invenimus autem in eo commonitorium a Papa Cælestino datum Episcopis & Presbyteris euntibus ad orientem, qui nomine ejus & totius Ecclesiæ occidentalis interfuerunt Ephesina synodo. Lætatus sum sane vehementer quum in præclarum illud antiquitatis ecclesiasticæ monumentum, quod hactenus incognitum fuerat, incidi; & quoniam tum se occasio obtulit scribendi ad Eminentissimum & doctissimum ac mei amantissimum Hieronymum Casanatam S. R. E. Cardinalem, rogavi eum ut in vetustis bibliothecis Vaticanis codicibus quæreret juberet instructiones quas Cælestinus eisdem Episcopis & Presbyteris datas fuisse docet in eodem commonitorio. Fecit ille pro sua singulari humanitate & in has nostras literas inclinatione quod ab eo petebatur, ac die XXVI. Octobris ejusdem anni ad me misit exemplum ejusdem commonitorii descriptum ex codice 1320. bibliothecæ Vaticanæ. Neque his contentus vir optimus, scripsit Venetias, Florentiam, Mediolanum, si forte illic reperiri possent quæ quærebantur; ac, ne quid prætermitteret, ut ipse ad me scripsit anno CIↃIↃCLXXXX. die XIV. Novembris, etiam in bibliotheca monasterii Cassinensis investigari mandavit si quid ejusmodi reperiretur. Inventi sunt duo codices antiquissimi, in quibus continebantur acta quamplura spectantia ad Concilium Ephesinum & Chalcedonense; ad quæ recensenda & excutienda usus est idem Eminentissimus Cardinalis opera viri multæ lectionis Christiani Lupi Augustiniani, qui tum forte Romæ erat. Is vero illa omnia statim edere constituit, & a Cardinale pervicit ne cui fas esset ista describere aut evulgare se invito. Emisit ergo non ita pridem Lupus, sed adeo indiligenter ut ne quidem admonuerit quem titulum habeat illa collectio in libris Cassinensibus, qui ordo custoditus illic sit, quid a se omissum, quid mutatum. Permulta enim ab eo omissa ac mutata fuisse satis intelligent eruditi lectores. Nihil intentatum reliqui quo possem fieri compos rerum quæ in codicibus illis Cassinensibus continentur, sed tanta adeoque pertinax fuit monachorum illius monasterii obstinatio ut ab illis nulla arte nullisque precibus obtinere potuerim. Si repulsam passus non essem, poteram multa adnotare quæ a Lupo prætermissa sunt, ex quorum commemoratione plurima utilitas in publicum redundare potuisset. Dare itaque instituit hanc collectionem qualis a Lupo emissa est. Sed antequam ad eam aggrediar, pauca præfabor de hoc opere ejusque auctore.

Certum est opus esse hominis post Justinianum scribentis, defensoris præterea trium capitulorum, ac, nisi conjectura fallit, Africani. Istud colligitur ex capite CXCIII. ubi ita legitur: *Nonne per Imperatorem Justinianum, omni conspirata totius sæculi potestate, toto triennali fere tempore id egerunt ut Theodori & Iba & Theodoreti scripta acerrime condemnarent?* Certe ubique se prodit Cyrilli Alexandrini, Theodoreti, & Ibæ studiosum, ac Nestorii sectatorumque ejus adversarium. Collectionem porro suam inscripsit SYNODICON, ut patet ex capite CCV. extremo. Scripsit autem adversus libros quos Irenæus Nestorii studiosus vocavit Tragœdiam, hoc est, fortassis *prophetam instantis constitutionis*, ut de simili libro ait Anastasius in historia ecclesiastica p. 51. ex Theophane. Ob eam nos causam, cum nesciremus quem titulum in codice Cassinensi habeat hæc collectio, SYNODICON vocavimus ADVERSUS TRAGOEDIAM IRENÆI. Descriptus est autem ex codice monasterii Acœmetensis, ut colligitur ex capite primo extremo & ex cap. XXII. & CCXXI.

INDEX CAPITUM.

Cap. I. Reverentissimo & Deo amantissimo ministro Nestorio Cyrillus & quæ convenit in Alexandria ex Ægypciaca diœcesi synodus in Domino salutem.

Cap. II. Epistola Sancti Joannis Archiepiscopi Antiochiæ ad orientales Episcopos de facta pace universalis Ecclesiæ, quam a beati Cyrilli ad Acacium quæ nominatur epistola nominavit.

Cap. III. Epistola Nestorii, quam direxit Sancto Joanni Antiocheno Episcopo de Constantinopolitana civitate, respondens ad ejus epistolam, quam direxerat ei antequam cum tertia literis beati Cyrilli epistolam Sancti Cælestini Papæ Romanæ urbis acciperet, id est, antequam fieret sancta synodus Ephesina.

Cap. IV. Epistola Joannis Antiocheni Episcopi ad Firmum Cæsareæ Cappadociæ Episcopum.

Cap. V. Contestatio proposita in publico contra Clericos Constantinopolitanos, & in Ecclesia insinuata, quia sectator esset Nestorius Pauli Samosateni anathematizati ante annos centum viginti ab Episcopis orthodoxis.

Cap. VI. Epistola sanctissimi doctoris Ecclesiæ Isidori Presbyteri & Abbatis monasterii circa Pelusium ad Archiepiscopum Alexandriæ beatissimum Cyrillum.

Cap. VII. Contestatio directa beato Cyrillo & his qui cum eo convenerant ab aliis diversarum provinciarum Episcopis, qui Joannem Antiochenum sustineri volebant, & tunc eo præsente synodum fieri, eo quod, sicut scripserat beato Cyrillo, vix ei iter triduanum supererat. Directa vero est pridie quam celebrarentur gesta contra Nestorium, per quæ depositio ejus est facta.

Cap. VIII. Epistola Nestorii & qui cum ipso ad Imperatorem Theodosium de his quæ tunc in Ephesio gesta sunt.

Cap. IX. Contestatio Candidiani Comitis, quam publice, mane audiens synodum celebrari, in Ephesio proposuit.

Cap. X. Item contestatio alia magnificentissimi Comitis Candidiani post synodum.

Cap. XI. Item edictum magnificentissimi Comitis ad synodum.

Cap. XII. Incipiunt secunda commenta synodi quæ cum Joanne Antiocheno Episcopo convenit in Ephesio.

Cap. XIII. Dominis reverendis & honorandis Presbyteris & Diaconis & reliquis Clericis & amico Christi populo in Hierapoli Euphratesiæ sancta synodus orientalium & eorum qui ex diversis regionibus atque provinciis per gratiam Dei in Ephesum convenerunt, in Domino gaudere.

Cap. XIV. Ejusdem synodi alia epistola ad Imperatorem Theodosium, quam scripserunt post Irenæi discessum, cognoscentes quæ contra eos adversa pars egerat. Direxerunt vero jam prædicto Comiti, ut cum aliis Principi offerret & hanc.

Cap. XV. Epistola Nestorii ad scholasticum eunuchum Imperatoris Theodosii.

Cap. XVI. Post hæc directus est Comes largitionum Joan-

Joannes cum sacris de depositione Nestorii & horum Cyrilli & Memnonis, quæ in priori codicis parte posuimus. Cujus Comitis illa relatio est.

Cap. xvii. Epistola Joannis Antiocheni Episcopi & synodi quæ cum eo convenit ad Imperatorem Theodosium, quam direxerunt per eundem Joannem Comitem; in qua etiam catholica fidei illa confessio continetur, quam postea Cyrillus Alexandrinus Episcopus per pacificam laudavit epistolam, scribens eidem Joanni Antiocheno præsuli per legatum pacis Paulum Emesenum Episcopum.

Cap. xviii. Honorandissimis & Deo amicissimis Presbyteris & Diaconis & reliquis Clericis ac monachis & amicis Christi plebi quæ est in Antiochia orientis, sancta synodus orientalium & aliarum regionum provinciarumque quæ per Dei gratiam in Ephesio congregata est.

Cap. xix. Domino meo per omnia sanctissimo patri Episcopo Acacio Joannes, Joannes, Alexander, Alexander, Dexianus, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus, Musæus, Meletius, Diogenes.

Cap. xx. Epistola Theodoreti Episcopi Cyri ad Andream Episcopum Samosatenorum.

Cap. xxi. Epistola Comitis Irenæi, quam cunctis a quibus fuerat directus Episcopis ante Comitis largitionum Joannis rescripsit adventum.

Cap. xxii. Sancta synodus orientalium regionum & horum qui pariter ex diversis provinciis ac partibus congregati sunt, id est, ex Bithynia, Pysidia secunda, Paphlagonia, Cappadocia, Europa, Rhodope, Thessalia, Dacia, interlocuta est quæ subter annexa sunt.

Cap. xxiii. Mandatorium synodi orientalium Episcoporum & reliquorum qui pariter in Ephesum congregati sunt ad legatarios suos.

Cap. xxiv. Epistola Præfectorum ad Nestorium, ut cum honore ad suum monasterium remearet, unde ad episcopatum fuerat vocatus.

Cap. xxv. Epistola Nestorii rescripta ad eundem Præfectum prætoriorum Antiochenum ad epistolam suprascriptam.

Cap. xxvi. Iterum alia epistola ab Episcopis orientalibus & confidentibus eorum ab Ephesio, per quam respondetur ad literas suprascriptas.

Cap. xxvii. Iterum alia epistola quorum supra Episcoporum ad quos supra Episcopos.

Cap. xxviii. Per omnia Deo amicissimis & sacratissimis atque sanctissimis comministratoribus Joanni, Joanni, Himerio, Paulo, Macario, Apringio, Theodoreto Episcopis, synodus quæ convenit Ephesi, salutem.

Cap. xxix. Imperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus victores, triumphatores, maximi, semper colendi, sanctæ synodo quæ in Ephesina civitate convenit.

Cap. xxx. Epistola Theodoreti Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum Episcopum, quam ponit Irenæus.

Cap. xxxi. Dominis honorandissimis & Deo amicissimis Episcopis qui in Ephesio degunt, Joannes, Himerius, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus Episcopi, in Domino salutem.

Cap. xxxii. Contestatio prima Joannis Antiocheni sedis Patriarchæ & reliquorum sex, quam Theodosio Imperatori a Chalcedone direxerunt, quando eis illic relictis intravit Constantinopolim cum his missis qui erant in legatione a beato Cyrillo & synodo quæ pariter convenit in Ephesum.

Cap. xxxiii. Post contestationem Joannis & aliorum Episcoporum qui in Chalcedone retenti sunt intrante Imperatore in Constantinopolim cum parte adversa, hæc ad Ephesum sacra directa est Episcopis qui cum Alexandrino Episcopo convenerant; cujus post præfationem talis est textus.

Cap. xxxiv. Contestatio secunda quam Joannes Antiochenus Episcopus & reliqui . . . . & totius synodi a qua directi sunt, Imperatori Theodosio ad Constantinopolim direxere personas.

Cap. xxxv. Contestatio tertia, quam Theodosio Imperatori idem septem Episcopi direxerunt.

Cap. xxxvi. Pars sermonis unius quo in Chalcedone dicunt usum Theodoretum Episcopum Cyrensis Ecclesiæ.

Cap. xxxvii. Sermo Joannis Antiocheni, quem dixit in Chalcedone post sermonem Aphthonii Presbyteri & Episcopi Theodoreti.

Cap. xxxviii. Epistola Sancti Joannis Antiocheni Episcopi, quam Præfecto scripsit ab Ancyra.

Cap. xxxix. Epistola Joannis Antiocheni Patriarchæ & omnium qui in eadem civitate pariter convenerunt Episcoporum ad Imperatorem Theodosium post certamina quæ hi habuerant Episcopi in Ephesio & Chalcedone.

Cap. xl. Epistola Theodoreti Episcopi Cyri, quam scripsit ad populum Constantinopolitanum; per quam ostenditur quia non solum prius & posterius, sed & quando ab Ephesio ad Chalcedonem, & a Chalcedone rediit ad Ecclesiam suam, semper fidem catholicam prædicavit, licet Nestorium damnare distulerit, non credens illa ejus esse dogmata, quæ & ipse Nestorius denegabat, & in Ephesio ex quaternionibus sub ejus nomine nullo teste probata credebat.

Cap. xli. Epistola Sancti Acacii Berrhœensis Episcopi antiquissimi & illo tempore clari sacerdotis, qui etiam confessor Arianorum temporibus fuit; cujus & scriptas contra beati Cyrilli capitula literas approbavit Theodosius Imperator scribens ad synodum quæ in Ephesio congregata est per Joannem Comitem largitionum, sicut supra ostensum est; cui & in ipsa discordia posito & sedes apostolica & beatus Cyrillus cum magna veneratione rescripsit.

Cap. xlii. Epistola quam præfatus Irenæus direxit, a beato Theodoreto Cyri Episcopo ad Candidianum Comitem Domesticorum ante pacem missa.

Cap. xliii. Epistola sanctæ memoriæ venerabilis Andreæ Episcopi Samosatæ civitatis ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum, de Rabbula Episcopo Edesseno, qui se ab orientali synodo separavit.

Cap. xliv. Synodicon decretum Joannis Antiocheni Episcopi & reliquorum ad Episcopos Osrhoenæ provinciæ contra eundem Rabulam Edessenæ civitatis Episcopum.

Cap. xlv. Hypomnysticum Theodoreti ad Alexandrum Metropolitanum.

Cap. xlvi. Epistola Dorothei Metropolitæ missa ad populum Constantinopolitanum.

Cap. xlvii. Alia epistola Theodoreti ad populum Constantinopolitanum, commendatitia.

Cap. xlviii. Epistola Joannis Antiocheni Episcopi ad Helladium Tharsi Episcopum, quando allata sibi Maximiani synodica, noluit ejus nomen in dypticha recipere.

Cap. xlix. Item epistola Joannis Antiocheni Episcopi ad clerum & populum Tharsensis Ecclesiæ, quando personuerat quod Imperator jussisset ut inde pelleretur Helladius, eo quod minime suscepisset Maximiani Constantinopolitani synodica.

Cap. l. Epistola Joannis Antiocheni Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum de Aristolao, quem pro pace facienda misit Theodosius Imperator ad eundem Joannem & Cyrillum Alexandrinæ Patriarcham cum epistolis suis, per quas * synodis omnibus inter eos pacem fieri jussit. * modis.

Cap. li. Hypomnysticum Imperatoris Theodosii ad Acacium Episcopum Berrhœæ.

Cap. lii. Hypomnysticum ad sanctum Simeonem Stylitem per eundem Aristolaum.

Cap. liii. Propositiones quæ directæ sunt ab Acacio Berrhœensi Episcopo per Aristolaum Tribunum & Notarium Cyrillo Episcopo Alexandrino ex Concilio Episcoporum Joannis Antiochiæ, Alexandri Hierapolis, Macarii Laodiceæ, Andreæ Samosatæ, & Theodoreti Cyri, de pace facienda.

Cap. liv. Epistola Alexandri, Andreæ, & Theodoreti Episcoporum ad Helladium Tharsi Episcopum, sicut posuit Irenæus.

Cap. lv. Epistola sancti Acacii Episcopi Berrhœæ ad Alexandrum Hierapolitanum Episcopum.

Cap. lvi. Domino meo dilectissimo fratri & comministratori Acacio Cyrillus in Domino salutem.

Cap. lvii. Epistola Alexandri Hierapolitani ad Acacium Berrhœensem Episcopum.

Cap. lviii. Epistola ejusdem Alexandri ad Andream Episcopum Samosatenorum.

Cap. lix. Epistola Andreæ Episcopi, per quam respondit ad epistolam hanc Alexandri.

Cap. lx. Epistola Theodoreti Episcopi, scripta ad Acacium Berrhœæ Episcopum, de literis quæ ab Ægypto venerunt ad eundem Acacium.

Cap. lxi. Epistola ejusdem Theodoreti ad Andream Episcopum de hac ipsa re.

Cap. lxii. Epistola Andreæ Episcopi, quam Theodoreto Episcopo ad suam rescripsit.

Cap. lxiii. Epistola ejusdem Andreæ Episcopi ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum.

Cap. lxiv. Epistola Alexandri Hierapolitani Episcopi ad Andream Episcopum rescripta.

Cap. lxv. Epistola ejusdem Alexandri Episcopi ad Theodoretum Episcopum.

Cap. lxvi. Epistola Theodoreti Episcopi Cyri, quam scripsit Alexandro Episcopo, sicut posuit Irenæus.

Cap. lxvii. Epistola Maximini Episcopi Anazarbi ad Alexandrum Episcopum.

Cap. lxviii. Epistola Helladii Tharsensis Episcopi ad eundem Alexandrum Episcopum.

Cap. lxix. Epistola Alexandri Episcopi Hierapolis, quam rescripsit Helladio Archiepiscopo Tharsi.

Cap. lxx. Epistola Theodoreti Episcopi ad Helladium Episcopum de Himerio Episcopo Nicomediæ Et hanc,

hanc, sicut posuit Irenæus, duximus transferendam.

Cap. lxxi. Epistola Theodoreti Episcopi, sicut idem Irenæus posuit, ad Himerium Nicomediensem Episcopum.

Cap. lxxii. Epistola Theodoreti rescripta ad Alexandrum Hierapolitanum. Irenæus dicit, sicut apparuit, suspectus.

Cap. lxxiii. Epistola Eutherii Episcopi Metropolitani secundæ Cappadociæ, Thyanensis civitatis, ad Joannem Antiochiæ Archiepiscopum de eisdem literis.

Cap. lxxiv. Epistola ejusdem Eutherii Thyanensis Archiepiscopi, quam scripsit Helladio Tharsensi Archiepiscopo, lectis literis ab Alexandria, & Joannis Archiepiscopi ad Alexandrum Episcopum, & Alexandri ad Joannem.

Cap. lxxv. Post hanc epistolam sua verba posuit Irenæus, dicens ita.

Cap. lxxvi. Epistola Joannis Archiepiscopi Antiocheni ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum, quam rescripsit de literis ex Ægypto, propter ea perculpatus ab Andrea Samosateno Episcopo.

Cap. lxxvii. Epistola Joannis Archiepiscopi ad Alexandrum Episcopum de Paulo Episcopo.

Cap. lxxviii. Epistola Dorothei Metropolitani Mœsiæ & ejusdem provinciæ Episcoporum ad Joannem Antiochenum Patriarcham de ipsa legatione Pauli ad Alexandriam pergentis.

Cap. lxxix. Ad manifestandam divisionem eorum qui cum Joanne Antiochenorum Archiepiscopo sentiebant & eorum qui Nestorium cum ejus dogmatibus, quæ & ipse negaverat, post istam epistolam prœmium Irenæi, de quo sæpe diximus, transcribamus. Quod ita se habet.

Cap. lxxx. Epistola prima post Ecclesiæ scissionem, quam Joannes Antiochenus Episcopus per Paulum Emesenum Episcopum Cyrillo Alexandrino Episcopo pro pace facienda direxit.

Cap. lxxxi. Epistola Theodoreti Episcopi ad Alexandrum Euphratesiæ provinciæ Metropolitanum Irenæus dixit.

Cap. lxxxii. Epistola Andreæ Episcopi Samosateni ad Alexandrum Episcopum Hierapolis.

Cap. lxxxiii. Epistola Acacii Episcopi Melitinensis ad Cyrillum Archiepiscopum Alexandriæ de pace quæ inter ipsum & orientales Episcopos facta est.

Cap. lxxxiv. Testimonium ex epistola Cyrilli Episcopi Alexandriæ ad Successum Dioçæsareensis civitatis provinciæ Isauriæ Episcopum secunda.

Cap. lxxxv. Cyrillus Theognosto & Charmosyno Presbyteris & Leontio Diacono in Domino salutem.

Cap. lxxxvi. Epistola Joannis Episcopi Antiochiæ ad Theodoretum Cyri Episcopum de pace inter ecclesias facta.

Cap. lxxxvii. Epistola Theodoreti Episcopi Cyri ad Joannem Antiochiæ Episcopum rescripta, & supra appositæ respondens nuntiæ pacis.

Cap. lxxxviii. Epistola ejusdem ad Theosebium Episcopum. Ambas Irenæus ponit.

Cap. lxxxix. Verba Irenæi, quæ post Joannis epistolam supra scriptam contra Theodoretum dixit.

Cap. xc. Epistola Andreæ Samosateni Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum.

Cap. xci. Epistola Joannis Antiocheni Episcopi ad Imperatorem Theodosium, de pace Ecclesiæ.

Cap. xcii. Epistola Meletii Episcopi rescripta ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum contra Paulum Episcopum Emesenum.

Cap. xciii. Item epistola Alexandri Episcopi ad Andream Episcopum, hoc ipsum probans.

Cap. xciv. Ejusdem Alexandri Episcopi ad Theodoretum Episcopum similis epistola.

Cap. xcv. Incipit epistola, ut ajunt, Theodoreti Episcopi ad Joannem Antiochiæ.

Cap. xcvi. Epistola Alexandri ad Theodoretum, per quam vocis quidem proditionem accusat, declarat autem quomodo epistolæ falsantes qui circa Paulum Emesenum Cyrillo Ægyptio obtulerunt.

Cap. xcvii. Epistola Theodoreti, quam rescripsit Episcopo Alexandro.

Cap. xcviii. Epistola Andreæ ad Alexandrum, indicans quod neque ipse in aliquo judicet contra Nestorii personam, sed potius contra eos qui non ita habebant.

Cap. xcix. Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Alexandrum, per quam promittit anathematizare quæ circa Joannis personæ doctrinam, nec ipse eorum pariter communicator existere. Has ad hoc præcipue posui, ut notum sit quæ sint unde impetitus vel beatus Theodoretus, vel quisquis conscripsit.

Cap. c. Epistola, *inquit*, Alexandri ad Theodoretum, per quam suum tali conditione promisit adventum, si ei per literas satisfieret de his propter quæ satisfactionem mitebatur exigere.

Cap. ci. Epistola, *inquit*, Andreæ ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit invitans eum ut mox consentiret ad factam pacis compositionem.

Cap. cii. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, quam rescripsit rogans ne de hoc ei ulterius instaretur ab eis.

Cap. ciii. Epistola, *inquit*, Andreæ, quam super his rescripsit Deo amicissimo Episcopo Alexandro, iterum rogans ut ceteris adsentiret.

Cap. civ. Epistola Alexandri Episcopi, quam rescripsit Andreæ, culpans eum quod dum rectam fidem prædicant, communicet tamen Cyrillo nullo modo recedenti ab hæresi.

Cap. cv. Epistola, *inquit*, ejusdem, quam scripsit ad Joannem Germaniciæ, qui similiter eum pro pace rogaverat.

Cap. cvi. Epistola, *inquit*, Andreæ ad Oeconomos Dei amicissimi Episcopi Alexandri; quod communicaverit Antiochenis & reliquis omnibus.

Cap. cvii. Epistola Pauli Emeseni Episcopi, ostendens ejus intentiones.

Cap. cviii. Epistola, *inquit*, Cyrilli ad Rabbulam Edessenum Episcopum, nuntians quod omnino non recipit propositiones quæ a Joanne sunt destinatæ.

Cap. cix. Epistola Maximini ad Alexandrum, quam scripsit dum cognovisset de Andrea & de (Joanne) Germaniciæ.

Cap. cx. Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Helladium, indicans quod non abscesserit ab illis quæ inter ipsos semel in negotio convenerunt, neque injustitiæ quæ in illam personam commissa est acquiescere patiatur.

Cap. cxi. Epistola, *inquit*, Helladii ad Alexandrum, indicans quod propter eam quæ facta est causæ proditionem Cilices convenire placuerit.

Cap. cxii. Epistola, *inquit*, Maximini secundæ Ciliciæ ad Alexandrum, qua indicavit quoniam convenientes certa quædam definierunt de causa quæ agebatur.

Cap. cxiii. Synodus Anazarbensis. Sancta synodus secundæ Ciliciæ, quæ per gratiam Dei in Anazarbo metropoli convenit, interlocuta est quæ subiecta sunt.

Cap. cxiv. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Helladii ad Dei amicissimum Episcopum Alexandrum, per quam indicavit quod convenientes Episcopi secundæ Ciliciæ certam formulam dederint de causa quæ vertitur; quam primæ quoque Ciliciæ Episcopi approbant.

Cap. cxv. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Dorothei Metropolitani Mœsiæ ad Antiochenum Joannem, quam scripsit ex opinione advertens quod Alexandriæ inter Paulum & Cyrillum convenerit.

Cap. cxvi. *Idem hanc posuit epistolam*. Deo amicissimis & sanctissimis Dominis meis & cum omni reverentia nominandis sanctis comministratoribus Alexandro & Theodoreto, Eutherius gaudere.

Cap. cxvii. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Eutherii Thyanensis Episcopi & Helladii Tharsensis, scripta ad magni nominis Romæ Episcopum Sixtum.

Cap. cxviii. Multa inter has epistolas abstuli quæ ex sua persona intulit Irenæus. Sed hæc quæ sequuntur ab eo dicta, non inutilia, sicut cetera, credens, ad hoc præcipue transtulit ut homo Nestorii sequacissimus quam se hostiliter habeat ad ea quæ in epistola Ibæ, quæ ad Marium Persam cunctis fuæ regionis innotescenda facta est, continentur, sicut & de aliis studiis fautorum, prædictis, satis appareat.

Cap. cxix. Domino, *inquit*, meo per omnia Deo amicissimo & sanctissimo Episcopo Alexandro, Theodoreto, Abbibo, Heliadi, Mari, Davidi, Acilino, Meletius.

Cap. cxx. Deo amicissimo, *inquit*, secundum veritatem & sanctissimo patri Episcopo Nestorio Theodoretus.

Cap. cxxi. Ea quæ rescripta sunt, *inquit*, ad prophetiam de ea quæ dicitur Ægyptii pœnitentia. Vel si veram quis putet vel si fictam Ægyptii pœnitentiam, mihi utique plurimum est odium contra eam.

Cap. cxxii. Domino meo reverentissimo & Dei colentissimo comministratori Theodoreto Episcopo Joannes in Domino salutem.

Cap. cxxiii. Epistola, *inquit*, Joannis Antiocheni, quam scripsit Tauro (Præfecto prætorio) atque Patricio, congaudens quidem et de ordinatione Procli Constantinopolitani Episcopi, rogans vero eum adjuvare se contra obstinatos qui se ab ejus communione sejunxerant.

Cap. cxxiv. Epistola, *inquit*, Meletii Episcopi ad Maximinum Anazarbi, per quam significavit de Domitiano Quæstore & de sævis quas contra eos impetraverat Joannes Antiochenus.

Cap. cxxv. Epistola, *inquit*, vel hypomnisticum magnificentissimi quæstoris ad Episcopum Tharsi Helladium, hortans eum Antiocheno adjungi.

Cap. cxxvi. Epistola, *inquit*, Joannis Episcopi Antiocheni ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, per

per quam indicavit quod præcepit Imperator ut nullus orientalium Episcoporum Constantinopolim proficisceretur.

Cap. cxxvii. Epistola, *inquit*, Alexandri Episcopi in personam Magistriani, qui præfatas attulerat litteras.

Cap. cxxviii. *Ivenaus ait*. Et hæc epistola Theodoreti ad Meletium Neocæsareæ de his quæ Joannes in diversis vicibus inique commisit.

Cap. cxxix. *Idem Ivenaus inquit*. Per omnia Deo amicissimis & sanctissimis Episcopis Syriæ & Ciliciæ primæ ac secundæ & secundæ Cappadociæ, Alexander, Theodoretus, Heliades, Abbibus, Maræas, David, Acilinus, in Domino gaudere.

Cap. cxxx. Dominis, *inquit*, meis per omnia Deo amicissimis patribus atque sanctissimis (Episcopis) Alexandro, Theodoreto, Heliadi, Abbibo, Maræ, Davidi, Acilino, Helladius, Matronianus, Cyrillus, Zenobius, in Domino gaudere.

Cap. cxxxi. Dominis, *inquit*, meis & per omnia Deo amicissimis & sanctissimis Episcopis Alexandro, Theodoreto, Heliadi, Abbibo, Maræ, Davidi, Acilino, Hermogenes, Meletius, Hesychius, Heliodorus, in Domino gaudere.

Cap. cxxxii. Epistola, *inquit*, Alexandri Episcopi Apameæ ad Deo amicissimum Alexandrum Episcopum, quam rescripsit rogans ut ubi possibile est, convenirent ad deliberandum de his quæ geruntur, quid fieri oporteret.

Cap. cxxxiii. Epistola, *inquit*, Theodoreti Episcopi ad magnificentissimum magistrum militum scripta de his.

Cap. cxxxiv. Libellus reverentissimis & Deo amicissimis Episcopis Alexandro, Theodoreto, Maræ, Davidi, Acilino, ab Abbibo Episcopo Doliichii missus, per quem indicavit quæ ab Antiocheno inique commissa sunt.

Cap. cxxxv. Epistola, *inquit idem*, Deo amicissimorum Episcoporum Alexandri, Theodoreti, Abbibi, Heliadis, Maræ, Davidis, Acilini, Euphrateseæ provinciæ Episcoporum ad Augustas, quibus scripserunt innotescentes quæ ab Antiocheno diversis vicibus in eos commissa sunt.

Cap. cxxxvi. Epistola Alexandri Episcopi respondentis super his Joanni Archiepiscopo.

Cap. cxxxvii. Epistola, *inquit*, Dorothei Metropolitani Mœsiæ ad Deo amicissimum Alexandrum Episcopum Euphrateseæ & Theodoretum.

Cap. cxxxviii. Epistola, *inquit*, Theodoreti Episcopi ad Dorotheum Mœsiæ Metropolitam.

Cap. cxxxix. Epistola, *inquit*, ejusdem ad amicum Christi Constantinopolitanum orthodoxorum populorum, per quam eos hortatur ad patientiam, & circa dogmata contrariorum pœnitentiam declarat.

Cap. cxl. Sacra, *inquit*, a Joanne Antiochiæ impetrata tam contra Deo amicissimum & sanctissimum Episcopum Hierapoleos Alexandrum quam contra Helladium & Maximinum & Theodoretum Deo amicissimos Episcopos.

Cap. cxli. Epistola, *inquit*, Meletii ad Neotherium Comitem, qui eum per literas iterat exhortatus & admonuerat ut Antiocheno reconciliaretur.

Cap. cxlii. Rescriptum, *inquit*, publicatum ut terminus eorum quæ scripta sunt ad magnificentissimum Comitem & Vicarium Titum a gloriosissimo magistro militiæ Dionysio.

Cap. cxliii. Epistola, *inquit*, magnificentissimi Dionysii magistri militum, quam scripsit ad unumquemque Episcoporum qui nominantur in sacra, ut aut consentirent his quæ ab Antiocheno sunt gesta, & communicarent ei, aut ab Ecclesiis & civitatibus exirent.

Cap. cxliv. Epistola, *inquit*, Helladii Episcopi ad Deo amicissimum Episcopum Meletium, quam scripsit indicans ei quæ sunt a Constantinopoli mandata, & de his petens quæ essent gerenda tractatum.

Cap. cxlv. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi & sanctissimi Episcopi Meletii ad Helladium, per quam rescripsit quod neque ipse ab eis quæ semel pie placita sunt abstitet, neque credere justum esset his qui illa nuntiaverint, dum per opera ipsa docuerint quod propter tempus a Procli sint suscitati fautoribus.

Cap. cxlvi. Epistola Theodoreti, *inquit*, Episcopi ad Alexandrum Deo amicissimum Episcopum, per quam significavit quod magnificentissimus Comes Titus & sanctissimi monachi insurrexerunt in eum per literas, tamquam qui deberet pacem communionemque amplecti Antiocheni Joannis.

Cap. cxlvii. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Theodoretum, quam rescripsit ad hæc quæ ab illo sunt scripta, dirigens ei conditiones quasdam de ipso negotio.

Cap. cxlviii. Epistola, *inquit Ivenaus*, ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam (Theodoretus) rescripsit significans ei quod legerit directas sibi conditiones, & unam tamquam minus se bene habentem (non) probaverit.

Cap. cxlix. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, quam denuo rescripsit Deo amicissimo Theodoreto, dirigens ei & proœmium synodicorum Procli.

Cap. cl. Initium synodicæ Ecclesiæ de Proclo factæ.

Cap. cli. Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit indicans quod multa oportet cogitare de pace, & maxime quia certi essent qui thronis eorum insidiarentur.

Cap. clii. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Theodoretum, quam rescripsit rogans quidem non sibi de eisdem fieri importunitatem, dirigens vero ei literas a Constantinopoli Deo amicissimi monachi Parthenii.

Cap. cliii. Epistola, *inquit*, Parthenii Presbyteri & Archimandritæ ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum.

Cap. cliv. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Acilinum Barbalissi Episcopum, qui indicaverat ei quod multam instantiam sustineret magnificentissimi loci servatoris Titi his qui sunt in castro mandantis ut aut præparent eum introire ad Antiochenum, aut de eodem castro propellerent.

Cap. clv. Epistola, *inquit*, Meletii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrinum, quam scripsit cognoscens quod post introitum Deo amicissimi Episcopi Theodoreti in Antiochiam commoti Cilices de rebus propositis diversa tractarent.

Cap. clvi. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Deo amicissimum Episcopum Meletium quam scripsit, eum quidem approbans pro tali constantia, reliquorum vero inconstantiam reprobans, & indicans persecutionem factam Deo amicissimo Episcopo Acilino.

Cap. clvii. Epistola, *inquit*, Hesychii Castabalensis Episcopi ad Episcopum Meletium, indicans quod persuaso Antiocheno ut in literis nihil superfluum poneretur, id est, de Nestorii depositione, personæ communicaverint hi qui erant ex secunda Cilicia.

Cap. clviii. Velut ut anagnosticum, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Meletii ad Maximinum Episcopum Anazarbi.

Cap. clix. Synodica, *inquit*, Maximini & eorum qui erant ex secunda Ciliciæ ad Antiochenum de communione. Et de capitulis fecit ut hæreticis mentionem.

Cap. clx. Epistola, *inquit*, Theodoreti Episcopi ad Helladium Tharsensem, qui ei scripserat, & direxerat literas quæ a Constantinopoli venerant, Scripsit vero ei hortando eum ut uniretur Antiocheno, firmans quod a nemine cogeretur depositioni consentire personæ.

Cap. clxi. Epistola, *inquit*, ejusdem ad Cyrillum Adanensem, quam scripsit rogans & ipsum ut pro pace satageret, confisus quia nihil ab eo expeteretur nisi sola communio.

Cap. clxii. Epistola, *inquit*, ejusdem ad Mocimum Deo amicissimum Oeconomum Hierapolitanæ Ecclesiæ, per quam significat quod in Antiochiam ingressus Joanni collocutus sit, & ea de quibus agitur decenter & optabiliter composuerit.

Cap. clxiii. Epistola, *inquit*, Meletii, quam scripsit ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, indicans quod communicaverint secundæ Ciliciæ sacerdotes, primæ vero eos sejungi potius vellent.

Cap. clxiv. Epistola, *inquit*, Helladii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, qua indicavit quod secundi quidem Cilices communicaverint, compellatur vero & ipse ab omni clero & Episcopis provinciæ suæ Antiocheno conjungi, dicentibus sibi præfatis ne deteriora mala contingant his quibus nunc coarctatur Ecclesia.

Cap. clxv. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi, Episcopi Alexandri, quam Tharsensi rescripsit, vituperans quidem scripta ipsius, admonens vero eum ne desereret ea quæ semel Deo amabiliter judicasset.

Cap. clxvi. Epistola Theodoreti, *inquit*, Episcopi ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit postquam ingressus Antiochiam Joanni est collocutus, & præfatus senex Deo amicissimus ejus, id est, Theodoreti, colloquium non est passus ulterius.

Cap. clxvii. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, qua respondit indicans quidem causas quæ id non sinerent fieri, rogans vero ne ob hoc sibi de cetero instaretur.

Cap. clxviii. Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, qua significavit quod Cilices & Isauri sub scriptis conditionibus Antiocheno sint adunati.

Cap. clxix. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Ale-

Alexandri, quam rescripsit Deo amicissimo Episcopo Theodoreto, insinuans quia nihil interesset apud se quod Cilices & Isauri Antiocheno communicassent, quando ipse omnia sustinere pro pietate delegerit. A

Cap. clxx. Domino meo & secundum veritatem Deo amicissimo atque sanctissimo patri & Episcopo Nestorio Theodoretus in Domino salutem.

Cap. clxxi. Epistola, *inquit*, Meletii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, qua scripsit quod hi quidem qui erant ex secunda Cilicia communicaverint, alii vero Cilices & Isauri similiter sint transgressi quæ prie judicaverunt olim.

Cap. clxxii. Epistola Deo amicissimi Episcopi Theodoreti ad Joannem Antiochenum causa Deo amicissimi Episcopi Alexandri.

Cap. clxxiii. Domino meo per omnia Deo amicissimo & sanctissimo Episcopo Meletio Titus.

Cap. clxxiv. Domino meo per omnia reverentissimo & admirandissimo & magnificentissimo Tito Meletius. B

Cap. clxxv. Epistola, *inquit*, Zenobii Episcopi Zephyrii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, insinuans exiisse ab Ecclesia Deo amicissimum Episcopum Meletium.

Cap. clxxvi. Piissimis & amatoribus Christi Imperatoribus nostris Flaviis Theodosio & Valentiniano triumphatoribus victoribus, augustis, postulatio & deprecatio a Joanne Antiochena Dei Ecclesiæ Episcopo.

Cap. clxxvii. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Meletii ad Deo amicissimum Alexandrum, quam scripsit postquam militum superventu expulsus est.

Cap. lxxviii. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Meletium Deo amicissimum Episcopum, quam rescripsit ad præfatas literas post exitum ejus.

Cap. clxxix. Interpretatio, *inquit*, præcepti magistri militum Dionysii, quam scripsit ad clarissimum judicem secundæ Ciliciæ.

Cap. clxxx. Domino meo Deo amicissimo & sanctissimo, *inquit*, patri Alexandro Episcopo Titus. C

Cap. clxxxi. Domino, *inquit*, meo sanctissimo & Deo amicissimo patri Episcopo Alexandro Dionysius.

Cap. clxxxii. Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, quam rescripsit ad literas suprascriptas, in causa eadem suum demonstrans propositum.

Cap. clxxxiii. Flavius Titus gloriosissimus Comes devotissimorum Domesticorum, implens locum magistri militiæ potestatis, Flavio Lybiano clarissimo Præsidi Euphratesiæ provinciæ.

Cap. clxxxiv. Relatio, *inquit*, Lybiani Euphratesiæ judicis ad magnificentissimum Vicarium Titum.

Cap. clxxxv. Relatio, *inquit*, secundæ Euphratesiæ judicis, qui perturbationem civitatis agnoscens propter exitum sanctissimi Episcopi Alexandri factam, direxit magnificentissimo comiti orientis, transmittens & populi acclamationes tam ad se quam ad magnificentissimum Comitem Titum factas, & ad ipsum quoque Antiochiæ præsulem.

Cap. clxxxvi. *His Irenæus illa subjecit*. Ideo posuimus, ne quis miretur cur hic voces populi minime scripserit. D

Cap. clxxxvii. Hypomnysticum Deo amicissimo clero Hierapolitano & Christi amatoribus plebibus, ab Joanne.

Cap. clxxxviii. Interpretatio, *inquit*, sacræ quæ promulgata est magnificentissimis & gloriosissimis Præfectis de exilio in Petram magnificentissimi Comitis Irenæi.

Cap. clxxxix. Interpretatio, *inquit*, præfati præcepti.

Cap. cxc. Quanti, *inquit*, a sanctis Ecclesiis exierunt, nolentes suam conscientiam vulnerare, neque acquiescere factis Cyrilli, seu ejus sustinere communionem.

Cap. cxci. Lex quæ contra Nestorium proposita est.

Cap. cxcii. Religiosissimis & piissimis Imperatoribus nostris, digne honoratis a Deo, Theodosio & Valentiniano Augustis, Helladius, Cyrillus, Valentinus, Minodorus, Jatianus, Episcopi primæ vestræ Ciliciæ. E

Cap. cxciii. Domino meo Deo amicissimo & sanctissimo Episcopo Nestorio Helladius in Domino salutem.

Cap. cxciv. Epistola, *inquit*, Cyrilli ad Aristolaum Tribunum, quam scripsit rogante Beroniciano Episcopo Tyri, formas dans anathematismi qui ab eis fieri debuisset.

Cap. cxcv. *Idem Irenæus, ubi propter illa injuravit orientalis Episcopos, ait*. Epistola Cyrilli ad Joannem Antiochenum, per quam causatur quod orientales anathematizassent quidem Nestorium, sed eadem quæ & ille illi prædicarent. Format autem & quomodo de cetero anathematismus expeti debeat.

Cap. cxcvi. Epistola scripta Proclo Constantinopolitano Episcopo ab orientali Concilio pro Theodoro & Diodoro quondam Episcopis.

Cap. cxcvii. Epistola Joannis ad Proclum, per quam gloriatur quod totum perverterit orientem, & personam vero in ipsis literis accusavit.

Cap. cxcviii. Epistola, *inquit*, Cyrilli ad Imperatorem accusantis contra eos qui circa Antiochenum Joannem, eo quod quasi anathematizare, *inquit*, visi Nestorium, ea ipsa sentiunt quæ & ille, eo quod Theodori & Diodori scripta mirentur.

Cap. cxcix. Pars, *inquit*, (epistolæ) Theodori Ancyræ ad sanctum Vitalem monachum, qui erat in Cappadocia.

Cap. cc. Pars, *inquit*, epistolæ Rabbulæ Edesseni scriptæ ad Ægyptum, significans quod qui ab eis oppugnabatur, id est, Nestorius, eos, qui circa beatum Theodorum secutus, sic usus est coram Ecclesia doctrinis.

Cap. cci. Epistola Eutherii quondam Thyanensis Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum contra pacem scripta Ecclesiæ Dei quæ facta est inter Cyrillum & Joannem Episcopum.

Cap. ccii. Presbyter Claudianus.

Cap. ciii. Domino meo sanctissimo, & Deo amicissimo Episcopo patri patrum & Archiepiscopo Maximiano Epiphanius tuus.

Cap. civ. Domino meo dilectissimo fratri & comministro Donato Cyrillus in Domino salutem.

Cap. cv. Epistola ejusdem ad Acacium Melitinensem Episcopum.

Cap. cvi. Epistola quædam Lamponi Presbytero & Clericis.

Cap. cvii. Epistola ejusdem Joanni Episcopo Antiocheno.

Cap. cviii. Epistola ejusdem Maximo, Joanni, Thalasso Presbyteris & Archimandritis.

Cap. cix. Ejusdem Cyrilli epistola Aristolao Tribuno & Notario.

Cap. cx. Hanc sequitur illa quam & Irenæus posuit, ab eodem Cyrillo ad Aristolaum scriptam. Epistola ejusdem Joanni Antiocheno contra Theodoretum.

Cap. cxi. Epistola ejusdem Mosæo Episcopo Antaradi.

Cap. cxii. Epistola ejusdem Acacio Melitinensi.

Cap. cxiii. Epistola Acacii Melitinensis ad Cyrillum post synodum Ephesi habitam.

Cap. cxiv. Epistola ejusdem ad Succellum Episcopum Diocæsareæ Isauriæ provinciæ.

Cap. cxv. Epistola secunda ejusdem sanctissimi Cyrilli Episcopi Alexandriæ ad eundem sanctissimum Episcopum Diocæsareensem Isauriæ.

Cap. cxvi. Exemplar ab Hypatia, quæ Philosophiam docebat in Alexandria, ad beatum Cyrillum Archiepiscopum in dyptichis.

Cap. cxvii. Cyrilli Archiepiscopi Alexandriæ ex sermone de fide, cujus initium. Hoc proœmium.

Cap. cxviii. Ejusdem ex interpretatione epistolæ ad Hebræos.

Cap. cxix. Epistola Imperatoris Theodosii ad suprascripta.

Cap. cxx. Epistola, *inquit*, tractoria sive generalis a sanctissimis & universo Concilio.

Cap. cxxi. Similiter ex antiquo Acœmetensi codice transtuli quæ ita prænotatur, Confessio fidei Acacii Episcopi Berææ.

Cap. cxxii. Epistola Eutychetis hæretici, ubi scribens ad Papam urbis Romæ Leonem, negat in Christo duas naturas, id est, divinitatis & humanitatis.

Cap. cxxiii. Item verba Eutychetis.

Cap. cxxiv. Exemplar Julii Episcopi urbis Romæ, ut asserunt Eutychis scriptum, ad Dionysium Episcopum, cujus sensu ductus ipse Eutyches decidit in errorem.

Cap. cxxv. Exemplar epistolæ tacito nomine factæ ad quendam senem cupientem scire quid contrarium catholicæ fidei senserit Eutiches

CAPUT PRIMUM.

Epistola synodica Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Nestorium Constantinopolitanum Episcopum. (a)

Conferuntur cum Cod. Vatic. 3319 ex quo dantur Variantes.

REverentissimo & Deo amantissimo comministro Nestorio Cyrillus (b) & quæ convenit in Alexandria ex Ægyptiaca diœcesi synodus, in Domino salutem. Salvatore nostro dicente aperte, *Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus*, (c) *& qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus*, quid patiamur nos, qui a tua reverentia exigimur te diligere super omnium nostrorum salvatorem Christum? Quid nos in die judicii juvare poterit, aut quam reperiemus excusationem, qui silentio ita longo honoravimus in factis a te contra ipsum blasphemiis? Et siquidem temet ipsum solum læderes talia sapiens & docens, minor utique cura esset. Quoniam vero omnem scandalizasti Ecclesiam, & insolitæ ac peregrinæ hæreseos fermentum injecisti populis, & non ibidem solummodo constitutis, sed enim & his qui ubique sunt, (delati namque sunt tuarum expositionum codices) qualis jam nostræ taciturnitati sufficiet sermo? Aut quomodo non necessarium est meminisse dicentem Christum. *Non putetis quia pacem veni mittere super terram. Non enim veni mittere pacem, sed gladium. Veni enim dividere hominem contra patrem suum, & filiam contra matrem suam.* Cum enim fides læditur, (d) habetur quidem irrita & fallax parentum reverentia, quiescat autem & quæ in filios est & fratres affectionis lex, & piis jam melior sit mors quam vita, ut meliorem resurrectionem mereamur, secundum quod scriptum est. Ecce igitur simul cum sancta synodo quæ in magna Roma est congregata, præsidente sanctissimo & Dei colentissimo fratre & comministro nostro Cœlestino Episcopo, & tertia te hac contestamur scriptura, persuadentes desistere a tam deformibus & distortis dogmatibus quæ sapis & doces, præeligere autem rectam fidem quæ Ecclesiis ab initio tradita est per sanctos Apostolos & Evangelistas, qui & perspectores & ministri verbi facti sunt. Aut si hoc non egerit tua reverentia secundum definitas inducias in literis memorati sanctissimi & reverentissimi Romanorum Episcopi & comministri nostri Cœlestini, cognosce te ipsum nullam sortem habentem nobiscum, neque locum sive portionem in sacerdotibus Dei & Episcopis. Non enim possibile est nos despicere Ecclesias sic perturbatas & scandalizatos populos, & rectam fidem abjuratam, & dissipatos a te greges, quos salvare debueras, si quidem esse secundum nos rectæ gloriæ amator, sanctorum patrum investigans pietatem. Omnibus autem qui a tua reverentia separati sunt propter fidem vel depositi, tam laicis quam clericis, communicatores sumus omnes. Nec enim æquum est recta sapere cognoscentes tuis lædi sententiis, quia tibi bene sacientes contradixerunt. Hoc enim ipsum indicasti in epistola quæ scripta est a te ad magnæ Romæ sanctissimum coepiscopum nostrum Cœlestinum. Non sufficiet autem tuæ reverentiæ confiteri solum fidei symbolum quod in tempore expositum est per sanctum spiritum a sancta & magna synodo tunc in tempore congregata in Nicæa. Intellexisti enim & interpretatus es hoc non recte, distorte autem magis, quamvis confitearis vocem sermone; sed hoc consequens est ut in scripto & cum jurejurando confitearis quia & anathematizas tua prava & prophana dogmata, sapies autem & docebis quæ & nos omnes & qui in occidente & in oriente Episcopi & doctores & populis præpositi. Consensit autem & Romana sancta synodus & nos omnes ut recta habentibus & irreprehensibiliter epistolis ad tuam reverentiam scriptis ab Alexandrinorum Ecclesia. Subdidimus autem & his literis nostris quæ te oporteat sapere & docere, & a quibus abstinere convenit. Hæc enim Ecclesiæ catholicæ (e) & apostolicæ est fides, cui consentiunt omnes, quique in occidente sunt, & qui in oriente orthodoxi Episcopi. *Credimus in unum Deum patrem omnipotentem* (f) *visibilium invisibiliumque factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum, filium Dei, natum de patre, unigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum* (g) *ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra; qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est & humanatus, passus, & resurrexit tertia die* (h) *secundum scripturas, ascendit ad cœlos, & sedet ad dexteram patris, venturus judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt Erat aliquando quando non erat*, (i) *& quia ex non existentibus factus est, aut ex alia subsistentia vel substantia, dicentes esse aut vertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.* Sequentes autem ubique sanctorum patrum confessiones, quas fecerunt loquente in eis spiritu sancto, & (k) intelligentiæ quæ in eis est investigantes intentionem, & quasi per regiam viam incedentes, dicimus quia ipse unigenitus Dei sermo, qui ex ipsa natus est patris substantia, ex Deo vero Deus verus, lumen de lumine, hic per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra, propter salutem nostram descendens, & semetipsum deponens in exinanitionem, incarnatus & (l) inhumanatus est, hoc est, carnem accipiens a sancta virgine, & suam eam faciens, ex vulva secundum nos protulit nativitatem, & processit homo ex muliere, non hoc quod erat amittens, sed licet factus sit in assumptione carnis & sanguinis, etiam ita permanens quod erat, Deus videlicet natura & veritate. Sed neque carnem dicimus in deitatis verti naturam, neque quidem in

---

a *Epistola*) Habetur supra Cap. VIII. ex antiqua versione, & est VI. ex interpretatione Marii Mercatoris. Ista satis congruit cum illa antiqua; sed quia nonnulla haber dissimilia, & ut hanc collectionem demus integram, ab ea edenda noluimus abstinere. Titulum autem nos apposuimus, cum nullus esset in editione Christiani Lupi.

(a) In Vatic. *Incipit Epistola VIII. scripta mense Junio Indict. XI.* (b) In Vatic. nihil ponitur de synodo. (c) Vatic. reliqua hujus evangelicæ sententiæ non recitat, sed loco ejus ponit: *Et cetera.* (d) abeat. (e) In Vatic. deest *& apostolicæ.* (f) *Omnium Visibilium* (g) *De Deo* (h) Deest *secundum Scripturas.* (i) Inserit hic *& prius quam nasceretur non erat.* (k) Intelligentiarum. (l) Humanatus.

in naturam carnis ineffabilem Dei verbi translatam naturam. Inconvertibilis enim est & immutabilis omnino, idem ipse semper permanens secundum scripturas. Cum videretur autem & puer, & in pannis existens, & in sinu enixæ virginis, omnem implebat creaturam ut Deus, & confessor erat genitori. Divinitas etenim sine quantitate & magnitudine est, & circumterminationem non sustinet. Unii autem carni secundum subsistentiam confitentes verbum, unum adoramus filium & Dominum Jesum Christum, neque seorsim ponentes & determinantes hominem & Deum, quasi conjunctos ad invicem dignitatis & auctoritatis unitione, (Novitas enim vocum est hoc, & aliud nihil) neque quidem Christum specialiter nominantes ex Deo verbum, & similiter specialiter velut Christum alterum eum qui ex muliere, sed unum solum scientes Christum ex Deo patre verbum cum sua carne. Tunc enim humane junctus est nobiscum cum utique his qui digni erant accipere spiritum daret ipse, & non ex mensura (a) acciperet, sicut dicit beatus evangelista Joannes. Sed neque illud dicimus, quia habitavit ex Deo verbum quasi in homine communi de sancta virgine nato, ut Deum ferens homo intelligatur Christus. Etsi enim habitavit in nobis verbum, dicitur vero & in Christo habitare omnis plenitudo divinitatis corporaliter, sed tamen sentimus quia factus caro non sicut in sanctis habitare dicitur, secundum parem modum circa eum quoque fieri definimus habitationem; sed unitus secundum naturam, & non in carnem mutatus, talem facit habitationem qualem utique habere dicitur & hominis anima ad proprium suum corpus. Unus igitur Christus & filius & Dominus, non ut conjunctionem quandam simpliciter in unitione dignitatis vel etiam auctoritatis habens homo ad Deum. Non enim unit naturas par honor. Etenim Petrus & Joannes pares honore quidem ad invicem sunt, secundum quod Apostoli & sancti discipuli, attamen non unus sunt sed duo. Neque quidem secundum appositionem conjunctionis intelligimus modum. Non sufficit enim hoc ad adunationem naturalem. Neque quidem quasi secundum participationem affectualem, sicut & nos adhærentes Domino, secundum quod scriptum est: *Unus spiritus sumus ad eum*. Magis autem conjunctionis nomen recusamus, utpote non idoneum existens significare unitionem. Sed nec Deum nec Dominum (b) Christi ex Deo patre verbum nominamus, ne rursus aperte secemus (c) individuum Christum & filium & Dominum, & blasphemiæ crimen incurramus, Deum suum & dominum facientes eum. Unitus enim, sicut jam prædiximus, Dei sermo carni secundum subsistentiam, Deus quidem est omnium (d) dominator enim universitatis. Neque vero ipse sibi servus est neque dominus * (e) factus est. Magis autem & impium ita dicere vel sapere. Aut quidem Deum suum patrem, cum certe sit Deus natura & ex substantia ejus. Sed non ignoramus quia cum sit Deus, & homo factus est sub Deo secundum legem quæ condecet humanam naturam. Ipse vero sibi quomodo fiet Deus aut dominus? Ergo ut homo, & quantum attinet & decet ad exinanitionis mensuras, sub Deo nobiscum semetipsum (f) ipse dicit. Sic factus est & sub lege, cum locutus ipse sit legem, & legislator existens ut Deus. Recusamus autem hoc dicere super Christo: *Propter eum qui induit, eum quem induit veneror. Propter eum qui est invisibilis, adoro illum qui videtur*. Pavore plenum est super hæc etiam illud dicere: *Ille qui assumptus est, ei qui assumpsit coappellatur Deus*. Qui enim hæc dicit, secat naturas in duos Christos, & hominem statuit per partem specialiter & Deum similiter. Evidenter enim denegat unitionem secundum quam non ut alter alteri coadoratur quispiam. Neque quidem coappellatur Deus, sed unus intelligitur Christus Jesus filius unigenitus, una adoratione adorandus cum sua carne. Confitemur autem quia ipse ex Deo patre natus filius & Deus unigenitus, licet secundum naturam suam existens impassibilis, carne passus est pro nobis secundum Scripturas & erat in crucifixo corpore suæ carnis (g) b inseparabiliter proprias faciens passiones. Gratia autem Dei pro omnibus gustavit mortem, dans ei suum corpus, quamvis secundum naturam existens vita, & ipse sit resurrectio. Ut enim ineffabili virtute conculcans mortem (h) utique primum quidem suam carnem, qua fieret primogenitus ex mortuis & primitiæ dormientium, itemque ut faceret hominis naturæ ad incorruptionis recursum, gratia Dei, sicut diximus c nuper, pro omnibus gustavit mortem; triduanus etiam revixit, expolians infernum. Unde licet dicatur per hominem facta resurrectio mortuorum, sed intelligimus hominem factum ex Deo verbum & solutam esse per eum mortis potestatem. Veniet autem in tempore ut unus filius & Dominus in gloria patris, ut judicet mundum in justitia, sicut scriptum est. Necessario vero & illud adjiciemus. Annuntiantes enim secundum carnem mortem unigeniti filii Dei, hoc est, Jesu Christi, & ex mortuis resurrectionem & ad cœlos adscensionem confitentes, sine sanguine in Ecclesiis celebramus sacrificium. Accedimus etiam ita ad mysticas benedictiones, & sanctificamur participes effecti sanctæ carnis & pretiosi sanguinis omnium nostrorum salvatoris Christi; & non ut carnem communem accipientes, absit, neque quidem ut viri sanctificati & conjuncti verbo secundum unitionem dignitatis, vel etiam quasi inhabitationem divinam habentis (i) sed ut vivificatoriam vere & propriam ipsius verbi. Vita enim existens secundum naturam ut Deus, quoniam factus est ad suam carnem vivificatoriam eam ostendit. Quare licet ad nos dicatur *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem*, non ut hominis secundum nos uniuscujuslibet & hanc esse æstimavimus, (Quomodo enim hominis caro vivificatoria erit secundum naturam suam?) sed ut (k) propria vere facta ejus (l) qui propter nos

a *Factus est*.) Reponendum: *Fatuum enim est, magis autem & impium &c.* Sed nihil mutare voluimus.
b *Inseparabiliter*) Vetus interpres & Marius Mercator, *impassibiliter*, quod melius est. c *Nuper*) id est, supra, paulo ante.
(a) Deest *acciperet*. (b) Christum. (c) *In duos unum*. (d) *dominatur autem universitati*.
(e) *Fatuum enim*. (f) *esse*. (g) *Impassibiliter*. (h) *Ut in primum quidem suam carnem fieret primogenitus*. (i) Vatic. *habentes*. (k) *Propria vere facta*. (l) *Propter nos qui &c.*

nos & filius hominis factus est appellatus. Evangelicas autem salvatoris nostri voces nec subsistentiis duabus neque quidem personis dividimus. Nec enim est duplex unus & solus Christus, licet ex duabus intelligitur & diversis rebus unitione impartibili coadunatus; sicut certe homo ex anima intelligitur & corpore, & non duplex magis, sed unus ex utrisque. Humanas etiam ad hoc & divinas voces ab uno dici certi sumus, sapientes recte. Quando enim Deus decibiliter dicit de semetipso, *Qui videt me, videt, & patrem*, &, *Ego & pater unum sumus*, divinam ejus & ineffabilem sentimus naturam, secundum quam & unum est ad suum patrem propter identitatem substantiæ, imago & figura & splendor gloriæ ejus. Quando autem humanitatis mensuram non exhonorans Judæos alloquitur, *Modo me quæritis occidere, hominem qui veritatem vobis locutus sum*, iterum nihilominus eundem qui est in æqualitate & similitudine patris Deum verbum & ex humanitatis ejus mensuris agnoscimus. Si enim est necessarium credere quia Deus existens natura, factus est caro, vel homo animatus anima rationali, qualem utique habebit rationem vereri quemptam in vocibus ejus, si factæ sunt hominem condecentes? Si enim recusaret hominem decentia verba, quis fuit qui coegit eum fieri secundum nos hominem? Qui vero deposuit semetipsum in spontaneam exinanitionem, quam ob causam recusaret (*a*) exinanitionem decentes sermones? (*b*) Personæ autem uni eas quæ sunt in evangeliis omnes applicamus voces subsistentiæ unius verbi incarnati. Unus enim est Dominus Jesus Christus secundum scripturas. Si autem vocatur & Apostolus & Pontifex confessionis nostræ, ut sacrificans Deo & patri quæ ex nobis est sibi & per se Deo & patri oblatam fidei confessionem, necnon & sancto spiritui, iterum ipsum esse dicimus ex Deo secundum naturam unigenitum, & non (*c*) homini impertiemus præter ipsum alteri vel sacerdotii nomen vel ipsam vero rem. Factus est enim mediator Dei & hominum & conciliator ad pacem, semetipsum consecrans in odorem suavitatis Deo & patri. Nam & dicebat: (*d*) *Holocaustomata pro peccato non postulasti. Corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me facere, Deus, voluntatem tuam*. Obtulit enim pro nobis in odorem suavitatis proprium corpus, & non magis pro se. Quali enim utique indigeret oblatione vel sacrificio pro se, potior existens ab omni peccato ut Deus? Si enim omnes peccaverunt & egent [a] gloria Dei, secundum quod facti sumus nos prompti ad trangressionem, & ægrotavit humana natura in peccato, ipse vero non ita, & eguimus ob hoc gloria ejus, quomodo jam erit ambiguum quia mactatus est propter nos & pro nobis agnus Dei verus, & dicere (*e*) quod obtulit semetipsum pro se & pro nobis, exors erit nullo modo ab impietatis criminibus. Deliquit enim nullo modo, neque fecit peccatum. Qua ergo eguit oblatione, peccato non existente pro quo utique fieret? Et valde congrue. Cum autem dicit de spiritu, *Ille me clarificabit.*, intelligentes recte, non ut gloria indigentem alterius, dicimus unum Christum & filium a sancto spiritu gloriam accipere, quia nec potior eo & supra eum sanctus spiritus est. Quoniam autem ad demonstrationem suæ divinitatis utebatur suo spiritu ad magnas operationes, glorificari se ab eo dicebat; velut si quispiam eorum qui secundum nos sunt dicat de insita sibi fortitudine vel disciplina vel de quolibet, quia (*f*) glorificabit me. Si enim & est in subsistentia spiritus specialis, vel certe intelligitur per se secundum quod spiritus est & non filius, sed tamen est non alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur, & est spiritus veritatis, & profluit ab eo, sicut denique & ex Deo patre. Operatus est enim spiritus & per manus sanctorum Apostolorum mirabilia post adscensum Domini nostri Jesu Christi ad cœlos, & glorificavit eum. Creditus est enim, quia Deus secundum naturam est, iterum ipse est operatus per suum spiritum. Propter hoc & dicebat: *Quia de me accipiet, & annuntiabit vobis*. Et non uspiam dicimus quia ex participatione spiritus est sapiens & potens. Undique enim perfectus est, & non indigens omni bono. Qui autem patris virtutis & sapientiæ, hoc est filii, spiritus est (*g*) ipsa in se sapientia est & virtus. Quoniam vero Deum adunatum carni secundum subsistentiam sancta virgo genuit carnaliter, hinc & Dei genitricem esse eam dicimus, non quasi natura verbi subsistendi initium habente de carne, (Erat enim in principio verbum, & Deus erat verbum, & verbum erat apud Deum, & ipse est sæculorum factor, consempiternus patri, & omnium opifex) sed, sicut jam prædiximus, quoniam secundum subsistentiam unien sibi illud humanum, & ex ipsa vulva nativitatem sustinuit carnalem, non ut indigens necessario seu propter suam (*h*) [b] sempiternam naturam etiam in tempore & ultimis sæculi temporibus nativitate, sed ut ipsum essentiæ nostræ benedicat initium, & pariente muliere adunatum eum carni, quiescat jam quæ contra omne genus humanum maledictio transmittens ad mortem de terra nostra corpora, & illud quod est, *In tristitia paries filios*, per ipsum destructum vere ostenderet. Quod Prophetæ voce dictum est: *Absorpta est mors prævalens*. Et iterum: *Abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie*. Propter enim hanc causam dicimus eum dispensative & ipsas benedixisse nuptias, & perrexisse vocatum in Cana Galileæ simul cum sanctis Apostolis. Hæc sapere docti sumus tam a sanctis Apostolis quam evangelistis, & ab omni a Deo inspirata scriptura & ex beatissimorum patrum vera confessione. Hæc omnia & tuam reverentiam confiteri oportet & consentire sine dolo aliquo. Quæ vero sint necessaria ut anathematizet tua reverentia, subjecta sunt huic nostræ epistolæ.

ANATHEMATISMUS PRIMUS.

Si quis non confitetur Deum esse secundum veritatem Emmanuel, & propter hoc Dei genitricem sanctam virginem, (genuit enim carnali-

a *Gloria*) Vide supra. b *Sempiternam*) Hæc vox inutilis est, & non habetur in aliis editionibus.
(*a*) *exinanitionem*. (*b*) *Unigenitus persona autem eas &c.* (*c*) *hominis*. (*d*) *Sacrificium & oblationem noluisti*. (*e*) *quod*. (*f*) *glorificabunt*. (*g*) *Ipsa se*. (*h*) *Deest sempiternam*.

naliter carnem factum ex Deo verbum) anathema sit.

ANATHEMATISMUS II.

Si quis non confitetur carni secundum subsistentiam unitum ex Deo Patre verbum, unumque esse Christum cum sua carne, eundem videlicet Deum simul & hominem, anathema sit.

ANATHEMATISMUS III.

Si quis in uno Christo dividit subsistentias post adunationem, sola copulans eas conjunctione quæ secundum dignitatem vel auctoritatem est, vel secundum potentiam, & non magis concursu secundum adunationem naturalem, anathema sit.

ANATHEMATISMUS IV.

Si quis personis duabus vel subsistentiis vel vel eas quæ sunt in evangelicis & apostolicis scripturis impertit voces, aut de Christo a sanctis dictæ sunt, aut ab ipso de se, & quasdam quidem velut homini præter illud ex Deo verbum specialiter intellecto applicat, quasdam vero velut Deo decibiles soli ex Deo patre verbo, anathema sit.

ANATHEMATISMUS V.

Si quis audet dicere Deum ferentem hominem Christum, & non magis Deum esse secundum veritatem, ut filium unum, & naturam secundum quod factum est caro verbum, & communicavit similiter nobis carne & sanguine, anathema sit.

ANATHEMATISMUS VI.

Si quis dicit Deum vel Dominum esse Christi ex Deo patre verbum, & non magis eundem confitetur Deum simul & hominem, utpote facto carne verbo secundum scripturas, anathema sit.

ANATHEMATISMUS VII.

Si quis dicit sicut hominem factum esse a Dei verbo Jesum, & unigeniti gloria circumactum esse, tamquam altero præter eum existente, anathema sit.

ANATHEMATISMUS VIII.

Si quis audet dicere assumptum hominem coadorari oportere Deo verbo & conglorificari & coappellari Deum quasi alterum alteri, ([a] id enim quod est *Co*, semper, quoties additur, hoc quod intelligit (*a*) cogit) & non magis una adoratione honorificat Emmanuelem, & unam ei glorificationem adhibet, secundum quod factum est caro verbum, anathema sit.

ANATHEMATISMUS IX.

Si quis dicit unum Dominum Jesum Christum glorificatum a spiritu, quasi aliena virtute illa quæ per eum est utentem & ab eo accipientem operari posse & contra spiritus immundos & adimplenda in homines Dei miracula, & non magis proprium ejus dicit spiritum, per quem & operatus est Dei signa, anathema sit.

ANATHEMATISMUS X.

Pontificem (*b*) vel Apostolum confessionis nostræ factum Christum divina scriptura dicit, obtulisse etiam pro nobis semetipsum in odorem suavitatis Deo & patri. (*c*) Si quis ergo Pontificem dicit & Apostolum nostrum fieri, non ipsum ex Deo verbum, quando factum est caro & secundum nos homo, sed quasi alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere, aut si quis dicit & pro se obtulisse oblationem, & non magis pro nobis solis, nec enim indiguit sacrificio qui nescit peccatum, anathema sit.

ANATHEMATISMUS XI.

Si quis non confitetur Domini carnem vivificatoriam esse & propriam ejus verbi quod ex Deo patre est, sed velut alterius præter ipsum copulati quidem ei secundum dignitatem, aut quasi solummodo divinam habitationem habentis, & non magis vivificatoriam, sicut diximus, quia facta est propria verbi omnia vivificare valentis, anathema sit.

ANATHEMATISMUS XII.

Si quis non confitetur Dei verbum passum carne & crucifixum carne, & quia mortem gustavit carne, factum etiam primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est & vivificans ut Deus, anathema sit.

Data mense Novembri, [b] die trigesima, Indictione decima tertia. (*d*)

In Acœmitensium jacet XCI.

a *Id enim quod est*) Hæc non extant in antiqua versione Concilii Ephesini. Habentur tamen in textu Græco & apud Marium Mercatorem, tum etiam in codice Bellovacensi synodi Ephesinæ. Vide supra. b *Die trigesima*. Vide supra.

(*a*) Vatic. *intelligit*. (*b*) *Et*. (*c*) Hic in Vatic. incipit anathematismus X., & exinde MS. Codex uno numero ab editis discrepat. (*d*) XIV.

ADMONITIO NECESSARIA.

Quotiescumque aliqua Italico charactere quem vocant sancti Augustini repereris, scito ita factum esse, lector, ut facilius agnosceres verba auctoris qui scripsit hoc Synodicon.

CAPUT SECUNDUM. —77

Epistola sancti Joanni Archiepiscopi Antiochiæ ad orientales Episcopos de facta pace universalis Ecclesiæ, (a) quam a beato Cyrillo ad Acacium quæ nominatur epistola nominavit.

Collata cum cod. Vat. cod. ubi est Epist. lxxvii.

OBtinuit pietas, & omnis diaboli abscedat invidia. Et obtinuit, nullum locum de cetero admittens impudenter calumniari tentantibus expositionem fidei Ecclesiæ magistrorum. Obtinuit sic, quatenus pia confessio divinæ inhumanationis non aliter apud nos & aliter alibi suscipi queat. Concurrimus enim ad invicem nos & Dominus meus Deo amicissimus Cyrillus, unam & eandem fidem secundum veram evangeliorum regulam conservantes. Nihil enim medium neque dubietate dignum in his quæ ad nos de fide [a] per epistolam scripsit, exposuit; sed omnia clare atque aperte secundum nostras propositiones [b] satisfactioni suæ, quam nobis direxit, intexuit. Facta est igitur, propitiante Deo, per hæc una communio & concordia omnium totius orbis Ecclesiarum, neque nobis subdole accedentibus ad Ecclesiæ pacem, nec prædicto (b) amicissimo viro contento extraneam nobis eloqui vocem præter quam vult scriptura divina. Sic enim pure mundeque ac sine dolo dissolvit dubietatem quæ inter nos erat ut nullam relinqueret occasionem his qui contra eum volunt de divinis dissentire dogmatibus. Suscipiamus ergo piæ fidei consonantiam, & cum hac super eam Ecclesiæ pacem, non cedentes de reliquo illis qui ex occasione pietatis zelotas ac studiosos nostri (c) se ipsos desiderant. Soluta est enim per gratiam [c] fidei universa dubietas & contradictio de dispensatione Domini secundum carnem. Et quicunque volunt contendere, manifesti sunt quod non hoc a principio vindicaverint, sed Ecclesiarum Dei concordiæ inviderint. Aliqui enim ex veritate Christum prædicant, aliqui vero ex contentione. Et scit hoc plus a me religiositas vestra. Erant enim & inter adversarios qui in utraque parte in fidei expositione nutabant: quorum mens quidem veritati acquiescebat, lingua vero & studium his quæ sentiebant res contrarias intendebant. Inimicitiæ enim & gratiæ serviebant, ut nos inventis occasionibus impugnarent. Omnia hæc jam per Dei gratiam sunt extincta. Quæ enim nos dictavimus, quædam quidem in Epheso de recta fide componentes, quædam vero hic, id est, in Antiochia, tractatu inter nos habito, hæc non solum suscepit Cyrillus sanctissimus, sed & (d) præveniendo laudavit, voces nostras [d] sacratissimas nominans & approbans atque confirmans; juxta quas & ipse similia exposuit, contexens nobis paternam traditionem paulo minus perire ab hominibus, ut ita dixerim, (e) periclitatum. Secundum ipsam nobiscum, id est, cum orientalibus consentiens, (f) & sensus & recta fidei expositionem, nihil medium neque quod vel parvissimam dubitationem facere possit in suis ad nos literis interponens, sed docens & illos qui adhuc veritati resistunt clara voce confiteri quidem differentiam naturarum, dividere vero divinas voces similiter ut naturas, confessa utique ab omnibus unigeniti filii Dei identitate personæ. Et credo, Deo amicissimi fratres, cum charta hæc fuerit destinata, sicut ipse promisit, his qui ubique sunt in orbe fidelibus, quia his quidem qui bonæ voluntatis sunt satisfiet, confusio vero nascetur incredulis, & convictioni ultimæ subjacebunt. Efficiet vero & illud propheticum dictum præsentibus quoque compleri temporibus, quia linguæ mutorum (g) discunt loqui diserte, quibus est festinatio vel studium, ut abusi occasione viri sanctissimi omnia facile credant, & illa universa confundant quæcunque ad pia dogmata pertinent, & renovent immundi atque polluti Apollinarii impiam hæresim. Sed ut non prolixiora dicam, ipsum direxi vobis epistolæ librum in satisfactionis similitudine ab illo compositum, a nobis vero cum communione indubitate susceptum: quem, quod est amplius, & (h) animati sumus pro rectitudine fidei, & adjacet vobis, dilectissimi fratres, legere & satisfacere vobismetipsis & gloriam dare sanctissimo Deo. In eo (i) Ægyptus quidem ea quæ orientis sunt, oriens vero ea quæ Ægypti sunt sapit atque complectitur. Generationibus enim quæ post nos erunt pia confessio transmittetur, quam proprio sanguine ac multis valde passionibus nostris, per gratiam Dei, mundi servabimus. Permansit scintilla fidei, & Deo donante temporis permutatione, flammam pietatis erexit, ita ut lumine divinæ agnitionis effulgeant tam qui illic sunt quam qui hic, imo vero & qui in toto sunt mundo fideles, quibus oratio, ut arbitror, votumque ac desiderium fuit unam eamdemque impetrare confessionem, quæ post desperationem eunctorum mentes erigeret. Direxi vero epistolam (k) conjunctionis etiam cum literis meis quas scripsi ad ipsum religiosum Cyrillum Episcopum, ut agnoscatis quia non turpiter neque serviliter intellectu pietatis (l) usi ad hanc (m) beatitudinem venimus passionum. Rogo igitur etiam nunc Deum, rogo etiam vos ut ei gloriam detis, & laborem nobis nullus de cetero ingerat, quos decet ut ædificemus, non ut ea quæ voluntate Domini bene sunt (n) pervertamus.

C A-

a *Per epistolam*.) Hinc apparet epistolam istam a Joanne Antiocheno scriptam esse post acceptas Cyrilli literas de pace, quæ extant supra. b *Satisfactioni*) Paulo post: *direxi vobis epistola librum in satisfactionis similitudine ab illo compositum*. Utitur hac voce Joannes ut est obvium quorundam querelis qui volebant, uti non ante pacem faceret cum Cyrillo quam is capitulorum sive anathematismorum suorum damnationem emisisset, ut colligi potest ex Liberato. c *Fidei*) *Legendum*, *Dei*. d *Sacratiss. nominans*.) In epistola Cyrilli supra. *Hic vestris velelitis sacris voluminibus*, *&c.*

(a) Tota hæc periocha incipiens *quam a beato* &c. usque in finem argumenti deest. in Vatic.
(b) Vat. *Deo amicissimo*. (c) *Semetipsos sic te habere desiderant*. (d) *ymniendo*. (e) *Periclitatum*. (f) *Et verba & sensus & recta &c.* (g) *discent*. (h) *admirati*. *Quod Ægyptus*. (i) *conjunctis etiam literis*. (l) *usu*. (m) *beatitudinis*. (n) *sunt placita*.

CAPUT TERTIUM. -- 78

Epistola Nestorii, quam direxit sancto Joanni Antiocheno Episcopo de Constantinopolitana civitate, respondens ad ejus epistolam, quam direxerat ei antequam cum tertiis literis (a) beati Cyrilli epistolam sancti Cælestini Papæ Romanæ urbis acciperet, id est, antequam fieret sancta synodus Ephesina.

Collata cum Cod. Vaticano de quo supra.

DEO amantissimo & sanctissimo comministratori Joanni Nestorius (b). Omnem rem facilius contra me ab hominibus putabam moveri posse potius quam calumniam; veluti de pietate fidei recta non saperem, qui usque hactenus propter pugnam quam contra universos hæreticos habeo, multa millia hostilitatum contra me delector insurgere. Verumtamen & hanc tentationem oportet cum gaudio sustinere; quia & ipsa, si optime vigilemus, ad pietatem nobis multam potest conferre fiduciam. Hoc vero quod nobis evenit, & ad illud proficit ut clareret quantum pro nobis tua religiositas cogitet. Ea enim quæ ad nos nuper scripsistis & ad magnificentissimum Christi amatorem Irenæum filium nostrum, insuper & ad Deo amicissimos Episcopos Musæum & Helladium, sinceram circa nos tuæ religiositatis dilectionem clarius prædicavere quam tuba, necnon & quanta cura sit vobis pro quiete totius universalis Ecclesiæ; pro qua & nos habentes præcipuam curam, soli nobis contra reliquos universos assumere auctoritatem quodammodo circa hæc ipsa quæ mota sunt, extremæ dementiæ, (c) fraternitatis odii credimus rem, scientes quidem quod sermo quo dicitur Theotocos a multis hæreticis assumatur ut suus, retinens vero quia nonnulli qui hic sunt, hanc vocem sumentes incautius, per hoc ipsum in hæreticas & minime pias cogitationes incidunt, & præcipue Arii & Apollinarii impiorum. Cognoscens igitur ex his quæ scripsistis, ut dixeram, tam religiositatis tuæ benevolentiam circa nos quam curam pro Dei Ecclesiis competentem, per has meas literas causæ quæ mota est certamen solvere festinavi apud amicam Deo animam vestram, Domine. Et hoc innotescere intendimus, quia & ante tuæ religiositatis literas, ut ita dixerim, (d) solvi & ego ipse, respiciens quia oportebat ex deliberatione omnium nostrum consone & unanimiter vocem qua Dei genitrix nominatur exponere; non ut vel ad modicum vocis hujus (e) confessio differretur, sed ut nulli eorum permitteretur occasio qui quæ Dei sunt minime sapiunt, ut quasi pro hoc nostra (f) si capiens verba schisma contra Ecclesiam faceret. Puto enim & tuam religiositatem cognovisse quia mox ut venimus huc, aliquos hic adversum semetipsos eorum qui ad Ecclesiam pertinent seditiose dissidentes invenimus; quorum aliqui quidem sanctam virginem Theotocon tantummodo nominabant, alii vero hominis genitricem. Unde utramque partem ut diligenter colligerem, nullamque ovem, quo posset perire, despicerem, sicut ipsum (g) hominem Dominum fecisse conspicimus, Christi eam vocavimus genitricem, ut hæc vox utrumque manifeste signaret, id est, Deum & hominem. Circa evangelii voces volentibus concessi ut pie genitricem vel (h) particen Dei virginem nominarent, id est, neque circa Apollinarii neque secundum Arii sensum, sed nec tamquam divinitas unigeniti ex sancta virgine sumpsisset initium, sed propter unitionis rationem quæ facta est ex ipso angeli vocum principio quas de conceptione locutus est. Quæso igitur ut quiescentes ab hujusmodi curis de causa præsenti, & scientes quia per gratiam Dei eadem (i) & sapuimus semper & sapimus in his quæ ad pietatem fidei pertinent, orate consuete ut & in his ipsis & in omnibus reliquis a Domino Christo impetremus auxilium, & digni efficiamur (k) ad invicem. Manifestum est enim quia si nos invicem viderimus, dum nobis hanc ipsam synodum donaverit quam speramus, & istud & reliqua quæcumque fieri oportet ad correctionem generalitatis atque juvamen, absque scandalo & cum concordia disponemus; ut omnia quæ fuerint ordinata ex communi & universali decreto, dignitatem credulitatis accipiant, & nulli occasionem contradictionis efficiant, vel si ad hanc omnino sit facilis. De consueta vero (l) Ægyptii præsumptione maxime tua religiositas non debet admirari, dum habes antiqua hujus exempla perplurima. Post paululum vero, si Deus voluerit, laudabitur nostrum circa istud quoque consilium. Omnem quæ tecum fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus. Incolumis oramque pro nobis permaneas, omni honore digne & Deo amicissime.

Post subscriptionem conspiciens, ut arbitror, contra eos qui occasionem exquirunt, & alio quod amplius expedit utimur. Nam (m) prius tuæ religiositatis epistolas in illa doctrina quam publice in Ecclesia fecimus, amplius per gratiam Dei & clerum & populum & hos qui in imperialibus sunt aulis attraximus.

a *Sermo Nestorii* (n) *Constantinopolitani Episcopi, quem dixit dum tardius intrasset* b (o) *ad mensas, eo quod* (p) *necessitates poposcissent* c *in secretario.* (q) *Unde omni clero concurrenti ad eum multa de dogmate* (r) *disputat; qui sic ejus magisterium sunt admirati ut anathematizarent eos qui ita non sapiunt.*

d CUm diversis diversa expediant super terram, & aliis quidem militia prosit, aliis

Collatus cum eodem Vatic. cod.

a *Sermo*) Habitum esse a Nestorio die altera, id est, dominica, postquam acceperat literas Cælestini & Cyrilli indicat titulus apud Mercatorem. Dictus igitur VII. Idus Decembris, ut patet ex his quæ adnotata sunt supra. b *Ad mensas*) Id est, ad celebranda mysteria, ad distribuendam communionem, ad ministrandum, ut ego arbitror; quod probare videntur etiam verba Concilii Ephesini supra *ministravimus cum eis & simul ministravimus, &c.* c *In secretario*) Antiquitus enim, quod & hodie quoque fit, antequam Pontifex ascenderet ad altare, prius intrabat in secretarium, ut legitur in ordine Romano. Interim vero dum cuncta disponerentur ad celebranda mysteria, Episcopus solebat salutationes fidelium excipere & negotia expedire quæ tum occurrebant, ut colligitur ex dialogo secundo Sulpitii Severi. Similes igitur occasiones Nestorium detinuerunt in secretario, & ideo tardius intravit ad mensas. Nam quæ hic de Episcoporum a Cyrillo missorum præsentia commentatur Lupus, ea vana sunt. d *Cum diversis*) Extat ex alia versione inter opera Marii Mercatoris, & quidem uberius.

(a) *A beato Cyrillo.* (b) *Omni de re.* (c) Fraterni. (d) Vatic. *solum.*
(e) *Hujus a me confessio.* (f) *Sibi sapient.* (g) Deum *hominem.* (h) *Partricem.*
(i) *Vobis & sapimus.* (k) *Ut ad invicem colloquamur.* (l) Ex *Ægypto.* (m) *Post.*
(n) Tunc Constantinopolitani. (o) *Ad missas.* (p) *necessitatem passus sit.* (q) *Ut.* (r) *Disputaret*

aliis autem fori negotium, aliis vero mariti-
mæ artes, (a) nunc vero quibusdam terrena
exercitia, pietatis agnitio omnibus hominibus
simul est utilis, & principibus & (b) sacerdo-
tibus, & potentibus & populis. Hæc ipsa ve-
ro, id est, pietatis agnitio, ut breviter aliquis
dicat, (parco enim, quoniam & ego [a] valde
sum fatigatus, & vos omnino [b] constricti)
consubstantialis est deiloquium trinitatis, hu-
manatio unigeniti, & divinæ naturæ ad huma-
nam naturam nostram in utero virginali uni-
tio ineffabilis, duarumque in uno filio con-
templatio naturarum. Ob hæc vobis frequen-
tius diximus quoniam *Christus*, id est, hoc ap-
pellationis nomen, significativum est utrarum-
que, id est, Dei & hominis. Et si dixerit ali-
quis solum Christum (c) dicere utrumque,
intellectus vero eorum quæ dicuntur coaptatur
ad unamquamque naturam: Hinc & beatus
evangeliorum conscriptor Matthæus ad gene-
logiæ Mysterium veniens, a neutra natura prin-
cipium generationis exortus est, nisi ab ipso
Christo, qui est omnium dominus: Oportet
vero id ipsum & manifestius dicere, ut effi-
ciatur ad perspiciendum cunctis facilior intel-
lectus. *Liber*, inquit, *generationis Jesu Christi*.
Non ait, *Liber generationis Dei verbi*, neque:
Liber geneseos hominis. Si enim dixisset: *Liber
generationis hominis*, purum nobis hominem
Christum videretur ostendere. Si vero dixisset,
Liber geneseos Dei verbi, divinitatem nobis (d)
ex parte humanitatis induceret. Utrasque igi-
tur naturas in appellatione Domini Christi
complectitur, ne quid horum sine alio possit
intelligi. Hinc est quod & beatæ sanctæque
virgini aptum est ut & Christi genitrix nomi-
netur, duplici significatione vocabuli, id est,
Dei genitricis & hominis genitricis. Quoniam
vero conveniens est propter illos qui etiam cla-
riorem de (e) partice Christi exigunt intelle-
ctum, & maxime cum sint Ecclesiæ filii, &
hoc apud eos uti vocabulo clariori, propterea
quæ prius brevi appellatione de beata illa &
sancta virgine prædicavimus, hæc & nunc ma-
nifestioribus nominibus exclamamus: quoniam
sancta virgo & Dei genitrix (f) ideo quia il-
lud templum quod in ea ex spiritu sancto crea-
tum est, deitati erat unitum; hominis vero
genitrix, eo quod nostræ naturæ primitias as-
sumpsit Deus. Hæc sunt in brevi dogmata pie-
tatis. Hæc semper memoriter custodite, ubi-
que male hæreticis placita (g) declinantes.
Non credatis eo quod apud illos consuetum
nomen est ut Dei genitrix nominetur, sic &
Ecclesiam Dei dicere Theotocon: quia sic &
filii apud nos & apud illos appellatio una est,
sed ipsius filiationis inter nos & illos non unus
est intellectus. Apud illos enim vocabulum fi-
lii nomen est solum nudumque illa similitudi-
ne quam filius habet ad patrem, apud nos fi-
lii appellatio (h) vera est instituta. Sic rursus
apud illos Dominus omnium Christus appella-
tur Deus, quod confitemur & nos, sed apud
illos, ut creatus, creditur Deus, apud nos ve-
ro, sicut ejus genitor, increatus. Non igitur
pro similitudine nominis in eumdem depona-
mur ab hæreticis de his quæ loquimur intelle-
ctum, sed Deum & hominem unum filium fa-
teamur: neque Deo in carne (i) confuso. Im-
mutabile est enim quodcumque divinum est.
Et hoc Deus Judæis ostendens inquit: *Ego
sum, ego sum, & non sum mutatus*. Neque
in naturam incorpoream carne translata. Non
enim erubescit (k) videns quam suscepit na-
turam, neque confunditur in ipsa regnare. Si
enim (l) revereretur, eam minime suscepisset.
Suscipiens vero propter incommensurabilem ca-
ritatem, habet inseparabiliter quam suscepit.
Horum bonum est possidere memoriam sem-
per in Christo, cui gloria in sæcula. Amen.

CAPUT QUARTUM. ...79

Epistola Joannis Antiocheni Episcopi ad Firmum Cæsareæ Cappadociæ Episcopum.

AFfectus quidem qui secundum Deum est tempore nescit extingui, nec potest quo-
modocumque corrumpi. Unde tuæ religiosita-
tis memores permanemus, qui parvo quidem
tempore in Constantinopoli tuis amicitiis frue-
bamur, virtutis vero tuæ experimentum tem-
pore (m) prolixiori sumpsimus. Præter alios
enim in cohabitationibus es suavis, & viden-
tibus te (n) humilitatem cum suavitate præ-
stas. Dum vero humilitatem sectaris, excelsas
habes cogitationes. Sed de his quidem hacte-
nus (o) habes & dictum sit. Excedit enim
styli epistolaris mensuram virtutum tuarum di-
numeratio. Quod autem nunc instat, hoc tuæ
Deo amabilitati significo, quoniam per Dei
gratiam perturbatio quæ erat Constantinopoli
jam quievit de quæstione dispensationis piæ sus-
ceptione sententiæ; non quod pœnitentia vel
correctio sit secuta, sed quia sana intelligentia,
& nomen Dei genitricis competenter accepit.
Sapiebat siquidem sic (p) prius sanctissimus
Episcopus Nestorius, sicut res ipsæ docuerunt.
Cavebat vero nomen, veluti dare posset, ut
diximus, unde nos sequaces hæretici Apolliná-
rii reprehenderent. Quia vero sic & ante sa-
puerit inde convincitur quia & cito (q) con-
stitit, admonentibus nobis, sicut a propriis fit,
& ipsum nomen accepit, & in duobus sermo-
nibus sanam fidei expositionem & irreprehen-
sibilem nobis direxit. Transmisit autem nobis
& capitula quædam sive propositiones quæ cir-
cumferuntur in regia civitate ad læsionem com-
munis Ecclesiæ, tamquam quæ religiosissimi
Episcopi (r) Cyrilli; quæ quidem ejus esse
non credo, eo quod ipsa compositio ab ejus
discrepet charactere, & multum sint peregrina
ab his qui piam doctrinam discendo nutriti
sunt. Consonant enim, magis vero sunt ea-
dem

Collata cum codice Vatic.

a *Valde sum fatig.*) nimirum propter laborem corporis & contentionem animi in negotiis quæ expedita fuerant in secretario. Hic rursum inutiliter laborat Lupus. b *Constricti*) Marius Mercator, *constipatione laboratis*. Obscura certe ac ridicula loquendi ratio. Sed interpretem fefellit ambiguitas Græcæ vocis, quæ referri debet ad impatientiam auditorum, qui haud dubie asperè urgebant Nestorium cito eis ac breviter explicare rem de qua agebatur, ut docent hæc verba in editione Marii Mercatoris: *de his quæ frequenter dicta sunt, tamquam dicta non sint, urgetis; & circa exactionem vehementer insistitis.*

(a) *Necnon quibusdam.* (b) *Sacerdotibus militibus.* (c) *Dixit.* (d) *Expertem.*
(e) *Partico.* (f) *Dei genitrix est; & hominis genitrix ideo quia, &c.*
(g) *Declinantes* deest. (h) *Firma est sic &c.* (i) *Converso.* (k) *Deus quam &c.*
(l) Vereretur. (m) *Prolixius.* (n) *Utilitatem.* (o) *Habes* deest. (p) *Plus.*
(q) *Consensit.* (r) *Sint Cyrilli.*

dem his propter quæ Apollinarius a Christi est A disruptus Ecclesia, in unaquaque antiquarum synodorum esse hæreticus judicatus, quin etiam condemnatus. Intendunt namque ista capitula, sicut licet tibi legenti cognoscere, corpus quod Deus verbum de sancta virgine assumpsit, ejusdem cujus divinitas esse naturæ, divinitate permutationem, sicut nosti, non valente suscipere. Unitionem namque summam & conjunctionem dicere pium est, identitatem vero naturæ dicere nimis illicitum est, quod præsumpserunt quondam Apollinarii & dicere & sapere. Licet ipsi quoque qui hoc ad interemptionem repererunt fidei, suam tamen (*a*) impiam hanc perfidiam denegabant. At vero eorum qui nunc sunt quidam hoc ipsum cum fiducia docent, B (*b*) unam dicentes & eamdem humanitatis divinitatisque esse naturam. Quæ ne patiamur & nos, rogo tuam religiositatem. Si hæc capitula in Pontica sint diœcesi vulgata, dignare hæc ipsa inspicere; & cognoscens incongruitatem quæ in eis est, abjura ea apud omnes Deo amicissimos Episcopos qui eadem sentiunt, in nominato auctore seu patre verborum, quem neque novimus, neque credimus, si dicamus. Verbum enim caro factum est, non permutatione naturæ, absit: (Immutabile est quod divinum est) sed quia in forma Dei existens, evacuavit semetipsum, formam servi accipiens, id est, perfectum hominem sumens. Invenies vero in his sapientibus propositionibus sive ca- C pitulis & alteras quasdam vocum novitates, quæ omnino ab ecclesiastico charactere, ac fide quæ in nobis est aliena sunt. Ego quidem hæc velut in brevi capitulo nuntiavi, hoc tantum interim studens, ut ego nota hæc tuæ Deo amabilitati tantummodo facerem. Tua vero diligentia ubique adstruet, ut si illic fuerint ubicumque perlata, minime approbentur, ut fidem paternam servare incolumem immobiliter valeamus, quam nos defendere convenit ac tutari, etsi viam nos oporteat ponere, valedicentes Apollinarii malæ credulitati.

Idem vero Joannes multis Archiepiscoporum legitur scripsisse [a] *similia.*

☞ *Post superiora verba Cod. Cassinens. addit quod Lupus, qua de causa incertum, prætermisit.*

SAcra Theodosii ad Synodum jam collectam per Candidianum Comitem Domesticorum quem pro disciplina nunc (f. tunc) præesse jusserat Imperator, ne qua in Civitate perturbatio nasceretur, aut ne aliqui Episcoporum ante finem causæ recederent. Præcepit vero in his Imperator qualiter deberet audientiæ ordo servari, si omnes qui jam vocati fuerant convenissent. Hæc supra jam posita est ante principium gestorum synodalium.

CAPUT QUINTUM.

[b] *Contestatio proposita in publico contra Clericos Constantinopolitanos, & in Ecclesia insinuata, quia sectator esset Nestorius Pauli Samosateni anathematizati ante annos* [c] *centum viginti ab Episcopis orthodoxis.*

CAPUT SEXTUM. ....So

☞ *Epistola Sanctissimi, & beatissimi Doctoris Ecclesiæ Isidori presbyteri & Abbatis Monasterii circa Pelusium. Ad Archiepiscopum Alexandriæ Cyrillum.*

QUid proficit tibi quod ad instar Joannis in eremum quondam recesseras, quod aliquando magno cum studio expetisti qui nunc illum Dymani potius æmularis, & ad proprias curas iterum repedasti, & in eremum perturbari, solusque degens importunitati subjiceris? Sub quiescendi enim prætextu mentis vertiginibus, atque confusionibus circumferri, & sensum replet amentia, & quæ olim sunt elaborata, offuscat, & passionibus victoriam præparat, & ex bellatore dedititium facit. Nemo autem Deo militans implicat se negotiis sæcularibus, ut placeat ei, qui eum militare dignatus est; sed fit totus armatus ad certamen, C quod principi militiæ placuerit, confligere præparatus.

Ejusdem Dogmatica ad Timotheum lectorem.

SIcut hamum nautæ escis operiunt, & pisces improvidas capiunt; sic nequissimi propugnatores hæresum suaviloquio malignos sensus suos operientes, illaqueant simpliciores ad mortem. Omni igitur custodia muni cor tuum, ne unquam suscipias unam post incarnationem Christi naturam. Alterius enim peremptio est ad unum consensus, aut divinæ conversæ, aut nostræ imminutæ. Hæc est Mannitis profunda caribdis, per quam cunctos deponere studuit in D gehennam.

Ejusdem Isidori ad eumdem Cyrillum Alexandriæ episcopum.

ASsentatio quidem acute non cernit, odium vero ex toto non videt; si igitur ab utraque pestilentia vis purus existere; noli violentas sententias exequi, sed justo causas committe judicio; quia & Deus, qui omnia novit antequam nascantur descendere, & clamorem Sodomorum misericorditer videre dignatus est, nos docens integerrime examinationis exemplum. Multi enim te vituperant eorum qui E Ephesi convenerunt, tamquam proprias inimicitias exequeris, non ea quæ sunt Jesu Christi orthodoxæ quæras. Theophili nepos est, inquiunt, & imitatur illius voluntatem. Sicut enim ille eructavit vesaniam manifestam contra Deiferum, & Deo amabilem Joannem; sic & iste gloriari desiderat, etsi est judicandorum multa distantia.

a *Similia*) Id est, a parte, in eumdem modum. Itaque hæc epistola fuit encyclica. b *Contestatio*) Extat supra in gestis Concilii Ephesini. Non edidit autem Lupus, quia iisdem omnino verbis extat in codice Cassinensi ac in vulgatis editionibus. c *Centum viginti*) Rectius in vulgatis, *centum sexaginta*.

(*a*) *Tamen nuper.* (*b*) *Atque perniciem unam.*

Ejusdem ad imperatorem Theodosium ante synodum Ephesinam.

SIquidem tu ipse tempus acceperis, ut adsis his quæ in Ephesum judicanda sunt, bene novi quod ea inculpabilitas subsequetur. Si autem populari odio decernendum tradideris, quis ab offensionibus illam synodum liberabit? His autem medicinam præstabis, si tuos feceris a dogmatizando cessare ministros ad magnum chaos discissos, ut imperatori pareant, Deo vero repugnent; ne forte & tuo imperio commotionem superducant, dum contra petram collidunt ecclesiæ suæ infidelitatis machinamenta. Illa enim firma persistit, & neque portæ inferni ei poterunt dominari, sicut ejus fundator promisit.

Ejusdem ad Cyrillum Episcopum.

MUlta quidem scripturarum testimonia, multæ autem paternæ speculationes veracem rationem incarnationis Domini sincere declarant; licet nostra mente, atque indagatione superius sit mysterium. Quod autem verus, & super omnia Deus homo sit factus, nec ex eo quod erat conversus, & quod non erat assumens in naturis duabus subsistens, filius absque initio, & sine fine, recens & sempiternus; nec ipse utique denegabis plures habens sancti Patris nostri Athanasii super his assensus, hominis qui divina ultra naturam penetravit.

Ejusdem ad eumdem.

OPortet te, o mirabilis, semper non esse vertibolem, nec divinarum errore preventum, nec videri tibimetipsi contrarium. Nam si ea quæ nunc scripsisti contra illa quæ priora sunt compares, apparebis, aut adulationi subjectus, aut minister temporis opportunus, & una quidem gloria superatus, magnorum vero bellatorumque sanctorum certamina minime incitatus, qui per omnem vitam in peregrinis affligi sustinuerunt potius, quam malam credulitatem, vel usque ad auditum suscipere.

Ejusdem ad eumdem.

TErrent me exempla scripturæ divinæ, & compellor scribere quæ oportet. Sive enim pater sum, sicut ipse dixisti, Heli condemnationem metuo, quoniam peccantes non corripuit filios; sive filius tuus existo, sicut magis novi, eo quod magni illius Marci habitum gestes, Jonathæ formido vindictam, qui patrem quærentem ventriloquam non prohibuit; & prior ab eo qui peccaverat, ille qui potuit prohibere in bello defunctus est. Ut igitur & ego non damner, & ipse a Deo minime judiceris, depone litigia, nec in tuæ injuriæ ultione quæ tibi a mortalibus debetur hominibus Ecclesiam viventem decipias, & æternam illi dissensionem sub pietatis figmento componas.

Ejusdem Theodosio Diacono.

SIcut dum virgo adhuc esset natura Domini parens factus est (f facta est) & incarnationis processio diminutionem non fecit castitatis, sic signato sepulcro, resurrectio facta est. Dei namque inhumanati erant utraque.

Ejusdem ad eumdem.

NOn est sanum naturales demonstrationes quærere eorum, quæ supra naturam sunt. Quamvis enim & caro vera factum sit verbum, non tamen purus homo fuit Christus, sed potius Deus inhumanatus, in utrisque naturis unus subsistens Filius Dei.

Ejusdem ad Hermogenem episcopum.

VIrga arundinea, infirmum fundamentum multarum voluptatum, voluntas, quæ baculus putatur, & sagitta potius invenitur. Neque enim valet sustinere, immo & omni aura concutitur, & contra cedrus (sic) sævit extensa. Ægyptus rursus Pharaone militat duce; non quidem jam peregrinis Jacob filiis ædificandarum civitatum labores imponens; sed omnes sacratos census hæresis exigens.

Videte ne quis vos seducat, sed firmum fundamentum stet. Deus enim inhumanatus, neque versus est, neque confusus, neque divisus: sed unus est sine initio, & sempiternus filius, & ante incarnationem, & post incarnationem sic a nobis adorandus.

Ejusdem ad Archibium presbyterum.

HOc quod ab Apostolo dictum est: *quoniam in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*, tu quidem dicis te non intelligere; ego vero arbitror dictum pro *essentialiter*. Non enim divinitatis operatio, quam gignit substantia, templum ipsum inviolabile gubernabat; sed substantia habens operationum multa millia, non particulare Charisma, sed fons, inquit, bonorum, idem qui patri conregnat, & eorum quæ ultra mundum sunt regit imperium, & terrena gubernat. Inhumanatus est, & militaribus armis stetit in prælium, ut & illa decoraret, & victoriam humano generi obtineret, & pessimos dæmones effugaret, & principem eorum, & nimia elatione distentum dissolveret, & multis millibus Charismatum impleret ecclesiam. Rex, inquit, militiæ suscepit ducatum, non militiæ princeps imperiali est ornatus dignitate. Rex in forma servi occultavit in prælio propriam dignitatem; non miles regis sibimetipsi gloriam diffamavit.

Rex erat legem ferens, non miles legislatorem se esse præsumens. Hoc enim quod ait; *ego autem dico vobis*, regis fuit; quod vero inquit: *Volo; mundare*, Imperatoris. Quod autem dixit: *fiat tibi sicut vis*, habentis in potestate quidquid vult.

Quod vero ait: *tace, obmutesce*, dominantis vox est. Et similiter accipienda quæcumque sunt alia; ne singula dinumerans prolongem literas. Si vero passio te perturbat, quæ contra Deum quidem præsumpta est, carnem vero attigit, audi Apostolorum summum, qui scribit ita: *Christo igitur passo pro nobis carne*. Si igitur cui claves creditæ sunt cœlorum carnem proprie definiit passam, quæ erat susceptibilis passionum. Impassibile namque est quod est divinum: etsi Judæi tamquam qui hæredem punierunt, omni tragœdia pertulere majora, te tamen passio non perturbet, sed ad gratiarum deducat actionem, quia ille rex, ille impassibilis,

bilis, ille qui obumbrationem momenti (*momenti*) non recepit, dedit propriam carnem, & multa ut infirmus homo locutus est, ut ad pugnam malignum provocans superaret, qui & trophæa clara defigens, ascendit in cœlos nostræ circumamictus naturæ primitias. Si vero homo erat, ut inquiunt, purus, divina ornatus gratia, propterquam causam dum multos virorum sanctorum Judæi peremissent, nihil tale substinuerunt; propter istum vero omnis tragœdia eorum passionibus comparata superatur? Sed claret quia illi quidem sancti erant; hic vero Unigenitus Dei inhumanari dignatus.

Ob hoc enim, quod non ab uno merito ad patiendum quæ passi sunt ducebantur; sed illi quidem servi fuerant, hic autem Deus. Judæis nata est irremissibilis ultio; dixerunt enim: *iste est hæres*, custodes vineæ hæredem punire gestierunt. Nonne vero conservum filium Patrisfamilias proprium, non unum ex semetipsis ad filiationis dignitatem sublimatum. Nam quomodo post servos missus legitur filius, quod vereri quoque oportuit. Quomodo autem dictus est secundus homo de cœlo; quomodo vero Deus advenit, si cooperatus est homini; quomodo vero humiliavit semetipsum Deo æqualis existens; quo autem modo Deus Filium misit in similitudinem carnis peccati; aut quomodo non vilescunt incontaminata mysteria, si corpus, & sanguis hominis esse videantur? Quomodo autem dixit: *corpus autem aptasti mihi*. Quomodo vero scriptum est: oportet habere & hunc aliquid quod offerat? Quomodo & illud legimus quia captivos redemerit sanguine suo? Vel quomodo Dominum gloriæ crucifixerunt? Qualiter vero: *Verbum caro factum est*? Quomodo autem: *multifarie & multis modis olim locutus est Pater in Prophetis; novissime vero in filio*? Aut quomodo similiter filius participatus est eorumdem? Verum ne universa dinumerantes multitudinem nimiam tuo ingeramus auditui, unum ad quod universa intendunt dicemus, idest quia illum, qui Deus erat, humilia loqui, & dispensativum simul & utile est, & nihil inviolabili naturæ præjudicat. Cum vero, qui homo est divina, & supernaturalia quædam loqui, summæ præsumptionis est malum. Nam regi quidem licet etiam humiliter agere; militi vero, vel magistro militiæ non licet imperiales voces emittere. Si igitur Deus erat, sicut & revera erat inhumanatus, & humilia habent locum, si vero homo erat, excelsa non habent locum.

Ejusdem ad Amantium.

QUoniam mens ea quæ super mentem sunt intelligere non valet, neque sermo ea quæ ultra sermonem sunt loqui; hoc enim sic se habere divina scriptura confirmat, dum dicit: *gloria Domini occultat verbum*, seu abscondit sermonem, idest omni verbo melior est, atque superior gloria Dominica; & non dixit natura, a qua gloria est, sive substantia, cedant universa humanæ naturæ magnitudini tantæ rei, & non substantiam perscrutentur, sed adorent dignitatem. Cedat etiam universus Angelorum, & Archangelorum, virtutumque populus supernarum. Ad hoc enim respicit id quod discere voluisti, scriptura dicente: *operuit cœlos virtus ejus*. Significat enim, quia omni Angelica multitudine, & omnibus sanctorum turmis major est sermo divinæ substantiæ.

Ejusdem ad Cyrillum episcopum.

OLim quidem a sacerdotio corrigebantur, castigabanturque peccata regnantium; nunc vero sub ipsis factum est; non quia propriam perdiderint dignitatem, sed quod ab his, quibus tradita est, non similiter sicut a nostris majoribus habeatur. Olim namque evangelicam gerentibus & apostolicam vitam, his qui erant sacerdotio coronati consequenter erat sacerdotium regno terribile. Nunc vero e diverso sacerdotio regnum; magis vero non ipsi sacerdotio, sed his, qui videntur quidem sacerdotium gerere: per ea vero, quæ agunt injuriant illud. Propter quod mihi videtur, & regnum consequenter facere; non enim volens injuriare sacerdotium, quod etiam veneratur, id agit; sed ostendens quia illi hoc injurient, qui incompetenter utuntur, eos digne castigant.

[a] *Has omnes beati Isidori Presbyteri & Abbatis Pelusiotæ excerpsi & transtuli ex epistolis ejus* [b] *duobus millibus, quæ sunt per quingentenas distributæ in Acœmetensis monasteriis codicibus vetustissimis quatuor, ubi etiam per ordinem singularum numerus continetur, &* [c] *ultima est quam ego quoque ultimam posui. Deo gratias.*

Testimonium quod Irenæus posuit in opere suo, quod tragœdiam nominavit, ex Nestorii dictis in libro [d] *de historia, ut laterent quæ ad Ephesum pertinent. Intexit vero Irenæus hæc verba in libro suo primo, per quæ ostenditur quia ipse quoque Nestorius quaterniones vel alia scripta sua, quæ Romam sancto Cœlestino direxerat, abnegavit. Et hinc quoque orientales Episcopi eum tardius a ceteris damnaverunt, quia ejus hæc esse probari nequiverant.*

[e] HÆ quidem contra [f] Ægyptiacum, quod ex sola voluntate pendebat, a nobis destinatæ sunt literæ. Ille vero omittens mihi per epistolam declarare si quid ei tamquam blasphemum vel impium videbatur debere notari, convictionum terrore permotus, & adjutrices ob hoc perturbationes exquirens, ad Romanum Cœlestinum convertitur, quippe ut ad simpliciorem quam qui posset vim dogmatum subtilius penetrare. Et ad hæc inveniens viri illius

a *Has omnes*) Verba sunt Irenæi, translata in linguam Latinam ab auctore hujus synodici.

b *Duobus millibus*) Facundus in loco paulo ante laudato. *Isidorus Presbyter Ægyptius Pelusiota, quem duo millia epistolarum ad ædificationem Ecclesiæ multi scripsisse noverunt.* c *Ultima est*) Non quidem, ut arbitror, omnium epistolarum, sed earum quas ad Cyrillum scripsit. d *De historia*) Hinc collegit Lupus operis Irenæi, quod divisum erat in plures libros, unum fuisse *de historia* sive historicum. Sed istud non dicit auctor synodici. Illud tantum ait, Irenæum in opere suo inseruisse testimonium ex Nestorii libro de historia. Sane ex fragmento sequenti & ex annotatione posita in calce istius fragmenti Nestoriani colligitur Nestorium composuisse historiam eorum quæ sibi contigerunt: quod etiam colligi facile potest ex iis quæ scribuntur ab Evagrio lib. 1. cap. 7. e *Hæ quidem*) Verba sunt Nestorii ex opere historico.

f *Ægyptiacum*) Cyrillum Episcopum Alexandrinum.

illius simplicitatem, circumfert pueriliter aures ejus illusionibus literarum, olim quidem nostra conscripta transmittens, quasi ad demonstrationem convictionum quibus contradici non posset, tamquam ego Christum purum hominem definirem, qui certe [a] legem inter ipsa meæ ordinationis initia contra eos qui Christum purum hominem dicunt & contra reliquas hæreses innovavi. Excerptiones vero intertexens sermonum conscripta [b] composuit, ne societatis compactione detegeretur illata calumnia, & quædam quidem allocutionibus nostris adjiciens, aliquorum vero partes abrumpens, & illa contexens quæ a nobis de dominica humanatione sunt dicta, velut de puro ea homine dixerimus; divinitatis autem quæ a nobis dictæ sunt laudes quatdam quidem modis omnibus a conscriptis abscindens, nonnullas vero extra ordinem relinquens, ita seductionem verisimilem concinnavit. Et ut in paucis ejus nequitiam, qualis sit etiam circa reliqua, propalemus, dictum est a nobis alicubi, dum contra paganos loqueremur dicentes quod nos substantiam Dei creatam noviter ex virgine prædicemus: *Non peperit, optime, Maria deitatem, sed peperit hominem divinitatis inseparabile instrumentum*. At ille vocem *divinitatis* immutans fecit: *Non peperit, optime, Maria Deum*. Hic vero multum differt dicere *Deum* & dicere *deitatem*. Nam hoc quidem substantiam divinam incorporeamque significat, carnem vero nequaquam. Composita enim caro est & creata. Vox autem qua dicimus *Deus* & templo divinitatis est apta, quod unitate ad divinam substantiam Dei obtinet dignitatem, non tamen in divinam substantiam permutatum est. Rursus a nobis alibi est dictum contra eos qui nominum similitudinem audientes sic scandalizantur tamquam similis dicatur & honor. Et cum dicimus Christi particen, sic pavescunt tamquam si hoc nomine dominatoris Christi deitas abnegetur, eo quod multi hoc nomine apud scripturam veterem similiter appellati sunt. Et inde putant quia circa eos Christum nominamus. Et hinc contra hos ergo, ut dixi, in ecclesiasticis sermonibus a nobis est dictum quia non sequitur similitudinem nominis honoris æqualitas. Et sunt allocutiones meæ, quæ his prorsus factæ sunt vocibus: *Vel si templum deitatis & spiritus sancti descensionem non eamdem dicimus qualis facta est in Prophetas, non talem qualis in Apostolos celebrata est, sed neque talem qualis est in angelis, qui ad divina ministeria consortantur. Dominator enim Christus etiam secundum corpus omnium dominus. Sicut ergo Deum dicimus omnium creatorem*, (*Dicit vero scriptura & Moysen Deum, inquit enim, Deum te posui Pharaonis*) *sed illi voci honorem similem minime deputamus, sic neque quod communis vox sit qua dicimus* Christus & Filius, *circa vocis similitudinem debemus offendere. Sicut enim Israel filius nominatur, inquit enim, Primogenitus meus filius Israel, & filius iterum Dominus. Ait enim: Hic est filius meus dilectus, non tamen sicut una vox, sic & unus est intellectus. Et sicut dicitur Christus Saul, & Christus David, & rursus Christus Cyrus, & deinde Babylonius, dum certe David circa pietatem nequaquam fuerint similes, sic vocamus quidem Christum vel filium etiam dominatorem, verumtamen communio nominum æqualitatem non facit dignitatis*. His ita dictis a nobis illa ultima ubique subducens, id est, *id quod est Christus*, id quod est, *non eandem dicimus habitationem qualis facta est in Prophetas, non talem qualis in Apostolos facta est*, id quod est, *sed similibus vocibus honorem similem minime deputamus*, & id quod est, *verumtamen communio nominum æqualitatem non facit dignitatis*, hæc omnia calumniæ dentibus secans jactat in auribus hominum ea quæ ante ista sunt posita, id est: *Dicimus Deum omnium creatorem. Dicit vero & scriptura Moysen Deum*: & id quod est: *Filius nominatur Israel Dei, filius nominatur etiam Dominus*: & id quod est: *Dicitur Saul Christus, & David Christus, & deinde Babylonius. Sic ergo dicimus Christum etiam Dominum Christum*. Hæc igitur ita componens, & ab aliis abscidens, ut diximus, contexuit per istam calumniam, tamquam si quis ex Pauli verbis, per quæ contestatur scribens: *Quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit*, abrumpat id quod ait prius: *Si circumcidamini*, & accuset Paulum quasi prædicantem: *Quia Christus nihil vobis prodest*. Et quid oportet ut per singula ita dicendo prolongemus narrationem? Simpliciter multis falibus & latrociniis & additamentis, sicut ei visum est, utente Cyrillo, seductionibus ejus mox tam alii quam etiam Cœlestinus abreptus est.

Ecce his verbis usque adeo negavit sua fuisse Nestorius quæ apud sanctam synodum Ephesinam ab eo dicta leguntur ut sic se dicat has impietates minime prædicasse sicut Paulus Apostolus post conversionem docere non potuit quia Christus nihil prodesset hominibus. Quid ergo aliud orientalibus Episcopis ad purgationem suam, sicut putabat, dixisse credendus est nisi quod etiam in ea quam vocavit historia quasi pro sua satisfactione conscripsit? Aut quis ei neganti non facile crederet, dum videat non solum catholicos, sed & universos hæreticos totis viribus non solum non negare propria dogmata, sed etiam vindicare?

CA-

a *Legem*) Ea extat in Codice Theodos. *l.* 65. *de hæreticis*, data III. Kal. Junii, id est, die quinquagesimo post ordinationem Nestorii. Est autem lata contra omnes ferme hæreticos illorum temporum. Vide Socratem lib. 7. cap. 27.

b *Composuit*) Id est, Cyrillus. Excerpta porro illa Cyrilli ex operibus Nestorii, quibus permixtæ erant confutationes sancti Cyrilli, extant in tomo sexto operum ejusdem sancti, in libros quinque divisa.

CAPUT SEPTIMUM.

Collata cum eodem Vatic. Codic.

Contestatio directa beato Cyrillo & his qui cum eo convenerant ab aliis diversarum provinciarum Episcopis, qui Joannem Antiochenum [a] *sustineri* (*a*) *volebant, & tunc eo præsente synodum fieri, eo quod,* [b] *sicut scripserat beato Cyrillo, vix ei iter triduanum supererat.* [c] *Directa vero est* [d] *pridie quam celebrarentur gesta contra Nestorium, per quæ depositio ejus est facta.*

DOminis nostris fratribus & comministratoribus Cyrillo & Juvenali Episcopis [e] Tranquillinus & Alexander & Helladius & reliqui Episcopi qui cum eis, in Domino gaudere. Nota quidem rectæ glorificationis est fides quæ a divinis & adorabilibus scripturis ab olim nobis est prædicata. Nihilominus hæc ipsa nobis a sanctis patribus tradita est qui in Nicæna synodo congregati sunt, quorum tot (*b*) passiones erant pro pietate quot membra. Quia vero propter nonnulla certamina piissimus & amicus Christi Imperator literis suis orthodoxos sacerdotes undique ad Ephesum convocavit, in hoc quoque imitatus proprium circa fidem zelum, & sumus pene omnes per divinam gratiam congregati, deest autem præsentiæ sanctæ synodi religiosissimus Joannes Antiochenus Episcopus, qui & ipse jam in januis est juxta quæ nuper suis literis intimavit, & per eos quos præmisit præfectianos atque magistrianos nuntiata sunt. Similiter etiam [f] nonnulli ex occidentalibus Episcopis synodo adfuturi, (*c*) mandarunt autem vestræ reverentiæ, tamquam qui graviter habent sustinere usque ad ejus adventum, & urgent de his quæ visa sunt piissimo Imperatori, (ne audientia celebretur antequam prædicti Deo amicissimi Episcopi sint præsentes,) hujus (rei) gratia has ad reverentiam vestram direximus literas, ut sustineatis Deo amicissimorum comministrorum præsentiam, & nec eos qui depositi sunt suscipiatis A quoquo modo, neque illos qui ab Episcopis suis vel olim sunt excommunicati vel nuper. Manifesta enim sunt quæ de his definiunt regulæ; & prævaricantibus se defixere increpationes non modicas, quæ nullo modo queunt despici a sancta synodo. Et illud vero reverentia vestra cognoscat, quia omnia quæ ab audacibus abrupte fuerint perpetrata, contra præsumentium retorqueantur audaciam & a Christo Domino & a divinis canonibus.

[g] Tranquillinus Episcopus Antiochiæ Pisidiæ subscripsi.

Alexander Episcopus Apameæ Syriæ subscripsi.

Helladius Episcopus Tharsi Ciliciæ subscripsi.

Berenianus Episcopus Pergæ Pamphyliæ B subscripsi.

(*d*) Fritilas Episcopus Heracleæ Europæ subscripsi (*e*) per Euprepium Episcopum Byziæ.

Himerius Episcopus Nicomediæ Bithyniæ subscripsi.

Dalmatius Episcopus Cyzici subscripsi.

Severus Episcopus Synnadensis Phrygiæ salutaris subscripsi.

Mæonius Episcopus Sardeorum Lydiæ subscripsi.

(*f*) Maximianus Episcopus Anazarbi Ciliciæ secundæ subscripsi.

Dexianus Episcopus Seleuciæ Isauriæ subscripsi.

Dorotheus Episcopus Marcianopoleos Mœsiæ secundæ subscripsi.

C Alexander Episcopus Hierapoleos Euphratesiæ subscripsi.

Pius Episcopus Pessinuntis Galatiæ subscripsi.

Timotheus Episcopus a [h] Scythia subscripsi.

Eutherius Episcopus Thyanorum Cappadociæ secundæ subscripsi.

Asterius Episcopus Amidæ Mesopotamiæ subscripsi.

Petrus Episcopus Trajanopoleos Rhodopes subscripsi.

Basilius Episcopus Larissæ Thessaliæ subscripsi.

Diogenes Episcopus (*g*) Lonopoleos, obtinens etiam locum Metropolitæ (*h*) Bosseriii Episcopi Gangrensis Paphlagoniæ, subscripsi. D

[a] Julia-

---

a *Sustineri*) Id est, expectari. b *Sicut scripserat*) Joannis epistola ad Cyrillum extat supra.

c *Directa prius*) Recte igitur vetus interpres eam epistolam posuit ante actionem in qua depositus est Nestorius: quod etiam observatum est in editione Romana.

d *Pridie*) Id est, VI. Kal. Julias. Nam gesta de depositione Nestorii celebrata sunt, X. Kal. Julias, supra.

e *Tranquillinus*) Hinc emenda catalogum Episcoporum talsæ synodi Ephesinæ supra, inter quos recensetur Stranguilus. Quo loco Græcus textus habet Tranquillinum. f *Nonnulli ex occident.*) Id est, Arcadius & Projectus Episcopi, quibus legatio occidentalium demandata est VIII. Idus Majas hujus anni, & ad Concilium pervenere una cum Philippo Presbytero & Siricio Notario sedis apostolicæ VI. Idus Julias, ut legitur supra.

g *Tranquillinus*) Hoc loco subscribunt sexaginta & octo Episcopi partis Nestorii, in quibus ipse Nestorius non connumeratur. Præterea alii quoque Nestorii fautores subscribunt sententiæ depositionis a schismaticis latæ adversus Cyrillum & Memnonem, numero octodecim, nimirum Joannes Episcopus Antiochenus, Joannes Damasci, Antiochus Bostrorum, Paulus Emesenus, Apringius Chalcidis, Ausonius Himeriæ, Musæus Aradiæ seu Antaradi, Zous Isbuntis, Placon Laodiceæ, Polychronius Epiphaniæ, Macarius Laodiceæ, Cyrus Marcopolitanus, Helladius Ptolemaidis, Tarianus Augustæ, Marcianus Abryti seu Abydi, Heliades Zeugmatis, Marcellinus Arcæ. Et infra cap. XIII. in epistola pseudosynodi ad clerum Euphratesiæ nominantur, præter istos, Rabbulas Episcopus Edessenus, Olympius Carpasiæ, Eustasius Nutinæ, & Petronius Neuvæ. Itaque sunt omnes simul octuaginta novem. Et tamen supra monuimus eos fuisse tantum triginta septem. Istud vero intelligi ita debet, tum quidem omnes istos Episcopos stetisse cum Joanne Antiocheno, sed paulo post, quum revelatæ fuissent blasphemiæ Nestorii, *recedentes ab illo, sanctum Concilium adierunt*, ut legitur supra, in relatione universalis Concilii ad Augustos. Hi ergo in primis a Nestorio recesserunt, Berenianus Episcopus Pergæ, Dalmatius Cyzici, Severus Synnadensis, Mæonius Sardeorum, Pius Pessinuntis, Fuscus sive Phoscus Tiatyrenus in Lydia, Timotheus Tomorum Scythiæ, Beunantius Hierapoleos Phrygiæ, Paulus Daldi, Euprepius Byziæ, Joannes Lesbi, Commodus Tripoleos, Eutherius Stratoniciæ, Joannes Aureliopoleos, Petrus Prusæ, Eugenius Apolloniadis, Severus Sozopolis, Ætius Piolitensis seu Pæniorum, Timotheus Germanorum, Theodorus Ataliæ, Timotheus Termesi & Eudociadis, Ædesius Isiodorum, Ablabius Amorii, Hermolaus Attudeorum, Asclepiades Trapezopolis, Libanius sive Libianus Palæspoleos, & Rabbulas Edessenus.

h *Scythia*) Sive Tomorum provinciæ Scythiæ, ut supra &c.

(*a*) *Sustineri*. (*b*) *Passionibus*. (*c*) *Mandavit autem vestra reverentia* & sic semper est in singulari. (*d*) *Fritilas*. (*e*) *Pro Euprepio episcopo &c.*. (*f*) *Maximinus*. (*g*) *Lonopoleos*. (*h*) *Bosphorii*.

[a] Julianus Episcopus Sardicæ Diaciensis subscripsi.
(a) Beunantius Episcopus Hierapoleos Phrygiæ subscripsi.
Jacobus Episcopus Dorostoli Mœsiæ subscripsi.
(1) Vox corrupta pro Dr. Hard. Athanasius Episcopus [1] (b) Dinela Mœsiæ secundæ subscripsi.
[b] Theophanius Episcopus Philadelphiæ Lydiæ subscripsi.
Paulus Episcopus Daldi Lydiæ subscripsi.
Euprepius Episcopus Byziæ (c) Europæ subscripsi.
Joannes Episcopus totius Lesbi subscripsi.
(2) Lege, Tmolitæ Lydiæ ex Act. vi. Hard. Fuscus Episcopus [2] Lydiæ subscripsi.
Commodus Episcopus Tripoleos subscripsi.
Eutherius Episcopus Stratoniciæ Lydiæ subscripsi.
Joannes Episcopus civitatis [c] (d) Autiliopolitarum Lydiæ subscripsi.
(3) Forte, Limenius ut in Act. 1 Hard. (e) [3] Nimenius Episcopus Helenopoleos Lydiæ subscripsi.
Theosebius Episcopus Cii Bithyniæ subscripsi.
Petrus Episcopus Prusæ Bithyniæ subscripsi.
Eugenius Episcopus (f) Apolloniadis Bithyniæ subscripsi.
Anastasius Episcopus Tenedi Cycladum subscripsi.
Cyrillus Episcopus Adanorum Ciliciæ primæ subscripsi.
Esychius Episcopus Castabalorum Ciliciæ secundæ subscripsi.
Severus Episcopus Sozopolis Pisidiæ subscripsi.
Ætius Episcopus [d] (g) Piolitensis Hellesponti subscripsi.
Timotheus Episcopus [e] (h) Termanorum civitatis Hellesponti subscripsi.
Athanasius Episcopus [f] Psimorum civitatis subscripsi.
Daniel Episcopus Faustinopolitanus subscripsi.
(i) Filtanius Episcopus Theodosianopolitanorum subscripsi.
[g] Eustratius Episcopus (k) subscripsi.
[h] Theodorus Episcopus [h] Italiæ subscripsi.
Paulus Episcopus (l) Eutinnorum subscripsi.
Timotheus Episcopus Termesi & Eudociadis subscripsi.
Ædesius Episcopus [i] (m) Isiodorum subscripsi.
Geruntius Episcopus Claudiopolis Isauriæ subscripsi.
Aurelianus Episcopus [k] (n) Trenopolis Isauriæ subscripsi.
[l] Abrahamius Episcopus Amorii subscripsi.
Polychronius Episcopus Heracleæ Cariæ subscripsi.

A Zosius Episcopus [o] (o) Echinti Arabiæ subscripsi. (o) Lege Esbonitis Hard.
Hermolaus Episcopus [m] Alludeorum subscripsi.
Asclepiades Episcopus Trapezopolis subscripsi.
[n] Evadius Episcopus (p) Nalentiæ subscripsi.
Libanius Episcopus [o] Paulæ subscripsi.
Salustius Episcopus Coritici Ciliciæ subscripsi.
Valentinus Episcopus [p] Malli subscripsi.
Pausianus Episcopus Hipatæ Thessaliæ subscripsi.
Theoctistus Episcopus Cæsareæ Thessaliæ subscripsi.
Maximus Episcopus Demetriadis Thessaliæ subscripsi.
Julianus Episcopus Lariffæ Syriæ secundæ subscripsi.
B Diogenes Episcopus Seleucobeli Syriæ secundæ subscripsi.
Theodoretus Episcopus Cyri Augustæ Euphratesiæ subscripsi.
Meletius Episcopus [q] Cæsareæ Augustæ Euphratesiæ subscripsi. (q)

CAPUT OCTAVUM.

[r] *Epistola Nestorii & qui cum ipso ad Imperatorem Theodosium de his quæ tunc in Epheso gesta sunt*

C IN Ephesinam civitatem convocati a vestra pietate & absque mora venientes, voluimus quidem vestris obedientes literis sustinere omnes undique adventuros Deo amicissimos Episcopos, maxime vero sanctissimum magnæ civitatis Antiochiæ Præsulem, & eos qui cum ipso veniunt Deo amicissimos metropolitanos Episcopos, & eos qui ab Italia vel Sicilia veniunt, & sic commune cum cunctis celebrare Concilium, & communi decreto firmare fidem sanctorum patrum qui Nicæam congregati sunt. Nam multæ post illam synodi factæ nihil innovare præsumpserunt contra eam, sed in ea permanendum esse sanxerunt. Dum vero videremus ad hoc eos qui ab Ægypto sunt valde resistere & putare quod nos nequicquam dilationibus uteremur, promisimus ad Concilium convenire quocumque tempore magnificentissimus Comes devotissimorum Domesticorum Candidianus, hujus rei gratia a pietate vestra destinatus, nos convenire voluisset. Hæc vero & ipsi per Deo amicissimos Episcopos demandavimus. Quia vero agnovit magnificentia ejus & sanctissimum Joannem magnæ Antiochenorum civitatis Episcopum & eos qui cum eo Collata cum eodem Cod. Vat.

sunt

---

a *Julianus Ep. Sardica*) Infra cap. VIII. *Julianus Episcopus Sardicensis*. Item cap. XIII. XXVIII. CXC. Hinc emenda epistolam orientalium ad Rufum Episcopum Thessalonicensem in tomo superiori Conciliorum ubi idem Julianus male vocatur Episcopus *Eridica*, cum scribendum fuerit *Sardica*. Ceterum etiam codices Græci bibliothecæ regiæ habent ἐφεσίνης. b *Theophanius*) Vide supra.
c *Autiliopolitanum*) Sive Aureliopoleos. Vide supra. d *Piolitan.*) Legendum, *Panionum*, ut supra. e *Termanorum*) Corrig. *Germanorum* sive *Germania*. Vide supra.
f *Psimorum*) Puto reponendum esse *Scepsiorum* sive *Cepsiorum*. Vide supra.
g *Eustratius*) Forte *Eustathius Episcopus Parnassi*, ut in tomo superiori Concilior. vel forte *Eustasius Episcopus Nutinæ*, ut infra cap. 13 h *Italia*) Corrig. *Attalia*. Vide supra. i *Isodorum*) Sive *Sydorum*, ut supra. k *Trenopolis*) Leg. *Irenopolis*, ut tom. super. Concilior.
l *Abrahamius*) Sive *Ablabius*, ut supra. Male *Alalius*, ut alio loco.
m *Alludeor.*) *Attudeorum*, supra. n *Evadius*) Sive *Evagrius Valentia*, ut infra cap. 15.
o *Paula*) Vel potius Paleaspoleos, ut supra. p *Malli*) Ita constanter scriptum est in hoc synodico in gestis Concilii Ephesini supra, *Mutublacen*. Vide Strabonem lib. 14. ubi multa de Mallo Ciliciæ oppido. q *Cæsareæ Aug.*) In superiori tomo Concilior. Neocæsariensis.
r *Epistola Nestorii*) Extat ex versione Peltani in tomo super. Conciliorum.
(a) *Benantius*. (b) *Divelumisia*. (c) *Et Iropa*. (d) *Autiliopolitarum*.
(e) *Limentar*. (f) *Apollonidiadis*. (g) *Piolitum*. (h) *Terminorum*.
(i) *Filatanius*. (k) *Episcopus Parnas*. (l) *Erinnorum*. (m) *Tisindorum*.
(n) *Trinopolis*. (o) *Hechynti*. (p) *Valentia*.
(*) In Vaticano codice post subscriptiones legitur: *Hi omnes suprascripti episcopi sunt sexaginta octo*

sunt propinquasse: (Hoc enim directi ab eo praefectiani & magistriani manifestum fecerunt) nuntiati vero sunt & alii ex occidente Deo amicissimi Episcopi advenire, constituit omnibus universorum sustinere praesentiam, secundum quod visum est pio vestro regimini. Et nos quidem quietem dileximus, acquiescentes his quae vestra scripserat pietas. Ægyptii vero & Asiani, neque quod communiter expedit Ecclesiis cogitantes, neque pacificam legitimamque intentionem vestrae pietatis amplexi, immo vero & ecclesiasticas & imperiales sanctiones calcando, effugerunt quidem consonam fidei confessionem, abrumpere vero clare volentes ecclesiasticum corpus, inter semetipsos sunt congregati, alienaque operati tam ecclesiasticae consequentiae quam etiam literis his quae nuper a vestra pietate sunt scriptae. Unam siquidem cum concordia universorum fidem exponi in literis quas destinavit vestra pietas praecepistis, apostolicis evangelicisque conscriptis & sanctorum patrum dogmatibus consonantem; sed praedicti nihil horum cogitantes ex toto, apud semetipsos egerunt quaecumque egerunt, quae a cunctis imperium vestrum faciet aliena. Secum vero seditionarios quosdam dispergentes in forum, civitatem confusione impleverunt, domos nostras publice circumdantes, aggressi (a) & perturbantes nostrum commune Concilium, quaedam quoque intolerabilia comminantes. Princeps vero seditionis factus est Memnon Episcopus. Et sanctas Ecclesias sanctaque ecclesiastica martyria & sanctam [a] Apostoli basilicam nobis quidem clausit, ne esset vel quo refugere, seditione fugante, possemus; ipsis vero majorem patefecit Ecclesiam, ibique illos effecit habere Concilium. Et mortem minatur omnibus nobis. Igitur vestram supplices pietatem quaesumus & nimium rogamus ac poscimus, quoniam vestri amatoris Christi verticis obedimus literis, & simpliciter ad Ephesum venimus, ignorantes nobis has congressiones barbaricas imminere, ut jubeatis nos illaesos ab omni fraude servare & legitime Concilium fieri, nullo Clericorum neque monachorum nec nostro nec Ægyptiorum introeunte Concilium, neque ullo Episcopo qui ad perturbationem Concilii adsit, nisi qui vocatus advenerit. Duos autem cum Metropolitano uniuscujusque provinciae electissimos, & qui possint scire hujusmodi quaestiones, intrare jubete Concilium, & sanctorum patrum fidem cum pace & consonantia confirmare. Alias jubete nos absque periculo redire ad propria. Minantur enim & ipsa nos vita privare.

Et subscriptiones.

Nestorius Constantinopolitanorum Episcopus subscripsi.

Fritilas Episcopus Heracleae Thraciae metropolitanus subscripsi.

Helladius Episcopus Tharsi metropolitanus subscripsi.

Berinianus Episcopus Pergae metropolitanus subscripsi.

Maeonius Episcopus Sardeorum metropolitanus subscripsi.

Dexianus Episcopus Seleuciae Isauriae (b) metropolitanus subscripsi.

Alexander Episcopus Apameae metropolitanus subscripsi.

Dalmatius Episcopus Cyzici metropolitanus subscripsi.

Eutherius Episcopus Thyanorum metropolitanus subscripsi.

Petrus Episcopus Trajanopolis metropolitanus subscripsi.

Julianus Episcopus Sardicensis ( ) c metropolitanus subscripsi.

Basilius Episcopus Thessaliae metropolitanus subscripsi.

Cyrus Episcopus Aphrodisiadis metropolitanus subscripsi.

(d) Maximianus Episcopus Anazarbi metropolitanus subscripsi.

Alexander Episcopus Hierapolitanus subscripsi.

Dorotheus Episcopus Marcianopolis Moesiae metropolitanus subscripsi.

Et omnes alii, qui erant pariter, [b] subscripserunt similiter.

CAPUT NONUM.

Contestatio Candidiani Comitis, quam publice, mane audiens synodum celebrari, in Ephesio proposuit.

SAnctissimo Episcopo metropolis Alexandriae Cyrillo, & reverentissimis Episcopis qui cum eo sunt congregati, Flavius Candidianus magnificentissimus Comes devotissimorum Domesticorum Quoniam ex quo in Ephesinam civitatem veni, nihil aliud deprecatus sum communem sanctamque synodum vestram nisi ut cum pace atque concordia quae ad fidem rectamque glorificationem nostram pertinent (e) exponerentur, sicut & Dominus noster jussit & piissimus Imperator, scit religiositas vestra; & sufficit mihi testimonium quod ipsa veritas praebet, quia nihil aliud egerimus praeter haec. Quoniam vero & dum congregandos vos esse in sanctissimam Ecclesiam praeter aliorum Episcoporum cognoscerem voluntatem, nondum veniente sanctissimo Episcopo Antiochenae metropolis Joanne vel his qui cum ipso sunt, non cessavi rogans ut id fieret quod dixi superius; & unumquemque sum contestatus ob hoc, ne forte particularis fieri synodus videretur. (f) Extremo vero nihilominus, cum congregati essetis in sanctissima Ecclesia, occurrere festinavi, & ea quae visa sunt Domino nostro & piissimo Principi, licet (g) videam ex superfluo facere, dum semel noscetis haec eadem ex literis divinitatis ejus directis ad vos. Verumtamen edocui dispositionem ejusdem Domini nostri & piissimi Principis hanc esse. Velle namque eum dixi fidem nostram absque ulla

a *Apostoli basilicam*) Id est, sancti Joannis. Vide supra & relationem orientalium ad Imperatores tom. superiori Concilior. Vide etiam acta Conciliabuli ibi.

b *Subscripserunt simil.*) In tomo superiori Concilionum subscribit Himerius Episcopus Nicomediae, qui hic praetermissus est.

(a) Vatic. Sacrum, & perturbantes.

(b) Inter Dexianum & Alexandrum Cod. Vatic. inserit: Imerius episcopus Nicomediae Metrop. subscripsi.

(c) *Sardiensis*.

(d) In Vatic. sic scribitur: *Maxim.*

(e) *Disponerent*.

(f) *Externo*.

(g) *Id jam*.

ulla discordia ab omnibus idem sapientibus roborari, & nolle particulares quasdam synodos fieri, quod maxime in hæreses & schismata convertere novit religionem nostram fidemque orthodoxam. Insuper dum reverentia vestra exigeret sacram Domini nostri & piissimi Principis, quæ directa est ad sanctam synodum, relegi, prius quidem id facere non annuebam (nec enim dicere refutabo) eo quod non adessent omnes qui ad sanctissimam synodum jussi fuerant convenire; sed quia vestra religiositas inquit ignorare se quæ præcepta sint a Domino nostro & optimo Principe, necessarium mihi visum est apparere, ut etiam non præsentibus aliis reverentissimis Episcopis omnibus relegerentur divinæ atque adorabiles literæ. Nihilominus vero & postquam vobis manifestavi quæ sunt decreta divinitus, in eadem supplicatione permansi, deprecans reverentiam vestram & poscens nihil novum fieri priusquam cuncti sanctissimi patres atque Episcopi ad synodum convenirent, sed sustineretis quatuor tantummodo dies sanctissimum Episcopum Antiochenorum metropoleos cum aliis qui pariter sunt, necnon & illos qui cum sanctissimo Episcopo Nestorio sunt; ut vestra religiositate pariter congregata, & omni sancta synodo collecta simul in unum, si qua essent quæ forsan in dubitationem venirent, a quibus nos sumus extranei, cunctis vobis præsentibus judicarentur, & tunc cum consensu omnium vestrum ostenderetur quis prave ac præter regulas ecclesiasticas credere videretur, an certe recte omnes pariter confiteri, sicut sanctorum patrum religio habet. Hæc igitur non semel sed etiam sæpius admonens, & suppliciter postulans, nihil profeci. Verum quia nihil eorum quæ a me sunt dicta servatum est, sed a vobis injuriose ac violenter expulsus sum, necessarium duxi hoc mea contestatione vobis constituere manifestum, & per hoc edictum clare dicere nullum vestrum novi aliquid facere, sed omnium sanctorum Episcoporum sustinere præsentiam, & sic communi consilio quæ ad catholicam sanctamque fidem pertinent judicari. Si quis vero ex propria voluntate ductus ea quæ ab immortali & optimo vertice jussa sunt commovere voluerit, sciat se sibi ipsi reputaturum quicquid evenerit, præjudicium vero se (1) alii non inferre. Non enim pigebit me hæc eadem denuo iterare. Quoniam vero, sicut vestra sanctitas novit, hoc placuit Domino nostro & piissimo Principi, ut sub præsentia simul omnium sanctorum Episcoporum qui ab ejus divinitate sunt convocati ea quæ in dubitationem veniunt dissolvantur, propterea & sacra quæ ad sanctissimam synodum vestram directa sunt, & quæ ad me ipsum ab eorum divinitate sunt scripta, huic edicto præposui; ut per omnia cognoscentes quæ a Domino nostro & optimo Imperatore præcepta sunt, a tali præsumptione cessetis. Cognoscite igitur quod scripti hujus exemplar etiam Domino nostro piissimo Imperatori transmissum est.

Propositum est decimo Kalendas Julii in Ephesina civitate.

CAPUT DECIMUM.

Item contestatio alia magnificentissimi Comitis Candidiani post synodum.

QUoniam cognovi a multis reverentissimis Episcopis quod aliqui eorum, postquam prima particularis synodus facta est, illic necessitate perducti sunt, quorum nonnulli etiam subscripsisse perhibentur his quæ facta sunt ab illis qui primo die fuerant congregati, ob hoc universis qui eodem die minime convenerunt per epistolam scribo, conjurans per Deum omnipotentem & per Christum ejus & per sanctum spiritum & incolumitatem Dominorum mundi ut nihil præter illa quæ a dominis nostris piissimis Imperatoribus præcepta sunt faciatis, sed exspectetis universalem synodum & sanctissimorum Episcoporum præsentiam, necnon & judicium Dominorum nostrorum piissimorumque Principum. Cognoscat ergo religiositas vestra eis relatum fuisse de omnibus.

CAPUT XI.

Item edictum magnificentissimi Comitis ad synodum,

FLavius Candidianus magnificus, & gloriosissimus Comes devotissimorum Domesticorum. Ad confusionem perturbationemque totius civitatis intendens, non mediocri stupore detentus sum. Nimis namque rationi contrarium est propter ea quæ hesterno die sunt acta cujuslibet animum non permoveri. Nec enim quemlibet reverentissimorum Episcoporum nescire arbitratur devotio mea quoniam nec semel nec secundo solum, sed etiam sæpius, juxta ea quæ a divino & inviolabili vertice sunt præcepta, cunctis manifestum feci quod oporteret omnibus simul reverentissimis Episcopis convenientibus pariter de piæ & orthodoxæ fidei [a] acribia [1] discuti quæstionem. Unde etiam scripto ac sine scriptis apud eos quos oportebat asserui ne quis particularem synodum faceret, neque vero cum eo aliquis conveniret si quis irrationabiliter agere aliquid tale præsumeret. Clarum namque est quia quæ ex una parte sunt gesta præter formam quæ a mundi dominis data est, nec firma nec legitima putabuntur. Propter quod & nunc unumquemque admoneo ut exspectet per omnia Deo amicissimi Antiocheni Episcopi Joannis adventum & eorum qui venire pariter nuntiati sunt, insuper & illorum qui ab occidente, ut dicitur, aderunt. Impossibile est (enim) ut aliquid eorum quæ ex parte atque utcumque geruntur, ulla dignum ratione ducatur, eo quod & contra dominorum mundi præcepta sit factum.

(1) Integritate. *Hard.*

☞ In

a *Acribia*) Id est, summa, capite. Alibi acribia significat diligentiam, ut infra cap. LV. LXXXVI. XCII & in Concilio Lateranensi Martini Papæ act. 2. in libello monachorum Græcorum, & act. 3. in prosecutione Sergii Episcopi Templannensis. Hinc *acribiaje* pro *diligenter*, *accurate*, in eadem Act. 3. in gestis pro exhibesi Sergii Episcopi CP. & *acribiosissimus* act. 4 in epistola Pauli CP. ad Theodorum & act. 5. in prosecutione Papæ Martini. Item *acribiosius* pro *diligentius*, *scrupulosius*, ibidem act. 8. in epistola Sergii CP. ad Cyrum Alexandrinum.

(1) *Ab alio.*

A

☞ *In Codice Cassinensi, & Vaticano hæc subduntur a Lupo, nescio quæ de causa omissa.*

QUoniam similia his in relatione ad Principem scripsit idem (*Cassinensis habet*, ideo) Candidianus ad alia credidit (*ita tulit primigenia manus Codicis Vaticani: sed alia manus transversa linea delevit* †, *ut modo legatur*, credidi) transeundum.

Mox enim post triduum veniens Joannes Antiochenus Episcopus, & inveniens inter se divisos Episcopos, hujusmodi gesta confecit, quæ subter annexa sunt. Sed quia utraque illis, quæ olim posuimus, inprimis scripta proposita sunt, similiter ad S. Joannem, sicut ad alios destinata, ut ad S. synodum convenirent, hic ea non necesse est inseri. Post sacras ergo sic legitur.

Antiocho consule VI. Kal. Jul. præsente in metatu suo sanctissimo, ac Deo amicissimo Joanne Episcopo Antiochenorum metropolis Orientalis Diœcesis & quæ cum eo est S. Synodo. Magnificentissimus, & gloriosissimus comes Candidianus devotissimorum domesticorum dixit.

Mihi quidem magnopere ea erat oratio, ut & tua religiositate præsente &c. *Sequuntur acta conciliabuli Joannis Antiocheni, quæ dantur inter acta Ephesina Græco-Latina, sed alterius interpretationis, atque illa ego quidem dedissem, nisi mutilatus Vaticanus codex denegasset; Cassinensem vero consulere tunc præ absentia non licuit.*

Post acta Conciliabuli hujus, & documenta ejus quædam in Actis Concilii Ephesini jam relata, datur in eodem Cassinensi codice epistola ejusdem Conciliabuli ad Imperatorem existens inter eadem Acta Ephesina Græco-Latina, quæ incipit: Juxta piarum literarum, &c. *Qua absolutæ epistola subditur in eodem Cod.*

Priusquam Imperator ad hanc responderet epistolam Joanni Episcopo & Concilio quod cum eo erat, venit sacra ad relationem Candidiani Comitis per Palladium Magistrianum, quam olim posuimus. Ad ipsam vero idem Patriarcha eademque synodus respondit Imperatori, quæ subtus adjecimus.

Tum subditur relatio Joannis Antiocheni & synodi ejus &c. Hoc pii Imperatores &c. *quæ extat inter Acta Græco-Latina. Excipit dein epistola ejusdem Joannis ad Clerum Constantinopolitanum.* Intellexit haud dubie &c. inter eadem Acta G. L. *legenda, eique attexitur alia ad Senatum Magnosane &c. ibi pariter occurrens; cum tertia ad populum &c.* Lex est sine scripto &c. *Atque tunc demum ea veniunt quæ hic excusa sunt.* Incipiunt secunda commenta, &c. ☙

CAPUT XII. 95

Incipiunt secunda commenta synodi quæ cum Joanne Antiocheno Episcopo convenit in Ephesо.

S*Anctissimus Joannes, præsente sancta synodo & magnificentissimo & gloriosissimo Comite Candidiano, dixit.* Sabbatho meridie, dum jam advesperasceret, agnoscentes quoniam qui omnia inique & illicite faciunt, volunt & nunc, propria utentes temeritate ac pertinacia, Missarum celebrare collectam, rogavimus magnificentiam tuam, dantes in scripto petitionem, B ut transires usque ad eos, & contestareris ne calcarent ecclesiasticas sanctiones & pia decreta, neque collectam celebrarent viri quorum juste quidem quidam depositi, alii vero communione privati sunt propter hæreticam vesaniam & inexplicabiles tumultus illicitos piarumque sanctionum contemptum. Rogamus ergo magnificentiam vestram ut certum sanctæ synodo faciatis si hæc ipsa vere illis magnificentia vestra innotuit.

Magnificentissimus Comes Candidianus dixit. Postquam petitionem a vestra religiositate suscepi, nihil omnino monui, quia nec ratio erat. Sed quia ad reverentissimos Cyrillum Episcopum & Memnonem & reliquos iter direxi, & illic apud eos plurimos reperi congregatos, & rogavi ne Missas per se ipsi tenerent, quia & in præcedentibus diebus, etiam prius quam venirem, & sanctam Pentecostes & reliquas collectas usque ad hanc dominicam celebrare noluerunt, sed revera [a] Clerici officium compleverunt. Rogavi etiam ut sustinerent de his quæ egerunt responsa piissimorum Principum Dominorumque nostrorum. Ego autem neutram partem volo celebrare collectam, ne forte aliquod schisma sanctæ atque orthodoxæ generetur Ecclesiæ.

Sancta synodus dixit. Rogamus adhuc & hæc addiscere a magnificentia vestra, utrum depositionem Cyrilli & Memnonis & reliquorum D excommunicationem, quam & per petitiones edocuimus magnificentiam vestram, prædicti cognoverint, quam publice ob hoc ipsum per omnem proposuimus civitatem, ut manifesta hæc omnibus qui cum ipsis sunt Episcopis fieret,

Magnificentissimus Comes Candidianus dixit. Si de aliqua vili causa proponeret sancta religiositas vestra, & hoc quoque notum fieri posset. Quanto magis virorum depositio præfatorum, quæ tantopere publicata est, & per tota proposita civitatem? Hoc ipsum namque E civitas commurmurat universa. Et magna eam multitudo transcripsit. Insuper & me rogante ut dominico die Missæ non fierent ab eis, revera Memnon hujus civitatis Episcopus coram omnibus dixit: Quia quantum cognovi, & deposuit nos sanctissimus Episcopus Joannes cum synodo quæ cum eo est. Qui non dicam contra hanc synodum prævalere quodcumque non potuit, crede quia nec soli mihi sine synodo

a *Clerici offi. compleverunt*) Lupus existimat duplicem horum verborum sensum esse posse, nimirum Cyrillum & Episcopos qui cum eo erant non celebrasse divina, sed Clericos coram ipsis celebrasse, vel Episcopos illos non celebrasse tamquam Episcopos sed ut Clericos dumtaxat, hunceque sensum priori præfert. Neminem autem puto dubitare posse quin prior sensus sit solus bonus. Valde enim metaphysica est illa distinctio Episcopi non episcopali sed clericali modo celebrantis.

poterat prævalere. Qui ergo ista dixit, quomodo depositionem suam nescire potuerit, me interrogari superfluum est.

Sancta synodus dixit. Quæsumus ut discamus a magnificentia vestra si obedierint consiliis vel denuntiationibus vestris, & minime collegerint?

Magnificentissimus Comes Candidianus dixit. Ego in ipso sabbatho ad vesperam rogavi, & sequenti die valde diluculo vadens ad reverentissimum Episcopum Cyrillum, id est, dominico die, non cessavi rogare atque precari ut meæ postulationi concederet. Illi vero non acquiescentes exierunt, collectamque fecerunt; contra quos contendere ultra non valui.

Sancta synodus dixit. Manifesta sunt quæ audaciter & illicite ab eis consuete sunt facta, quæ in tempore competenti ad pios & Christi amicos perferemus auditus.

CAPUT XIII.

Dominis reverendis & honorandis Presbyteris & Diaconis & reliquis Clericis & amico Christi populo in Hierapoli Euphratesiæ, sancta synodus orientalium & eorum qui ex diversis regionibus atque provinciis per gratiam Dei in Ephesum convenerunt, in Domino gaudere. Quoniam consequens videtur existere quod hi qui sursum universa fecerunt ad peremptionem rectæ fidei, & confusione ac perturbationibus atque iniquitatibus res ecclesiasticas compleverunt, salutem propriam desperantes, dirigant ad vos, ut etiam vestram reverentiam perturbent illicitis & iniquis literis suis, idcirco agnoscite quod aliqui eorum propter hæreticam Cyrilli sententiam, quam confirmare præsumpserunt subscriptionibus suis, & propter alias perversitates suas depositi sint, reliqui vero universi excommunicationis nodo suppositi, & nullam vim sacerdotii retinent ad ligandum sive solvendum vel aliquid aliud ad sacerdotes quod pertinet operandum. Non igitur perturbet reverentiam vestram si quæ ab eis literæ dirigantur. Infirma enim sunt & araneis debiliora quæ a depositis atque excommunicatis fiunt. Oportet vero religiositatem vestram, scientem quoniam de nulla re tantopere cogitamus quantum de pia fide quam prædicti tentaverunt suis vocum novitatibus amovere, non solum pro nobis oretis, sed & fortiter voto animi propugnetis ut communicatores efficiamini pro pietate sudantium, & laborum retributiones hujus mundi reportetis ab omnium Deo. Pro rectis autem dogmatibus æstuamus, pro quibus divinus Apostolorum chorus pium sanguinem fudit, pro quibus martyres temporum singulorum omni modo in suis corporibus excepere tormenta, & varias mortis species sustulerunt; quæ sanctorum patrum qui Nicæam sunt collecti Concilium scripta confessiones confirmans, usque ad nos & eos qui post nos erunt homines destinavit.

(1) Deest in MS nomen Episcopi Joannes.

(1 Joannes) Episcopus Antiochiæ incolumes vos in Domino persistere oro, reverendissimi atque fidelissimi

A Joannes Episcopus Damasci metropolitanus similiter.

Tranquilinus Episcopus Antiochiæ Pisidiæ metropolitanus.

Alexander Episcopus [a] Amaseæ metropolitanus.

Fritilas Episcopus Heracleæ metropolitanus.

Dexianus Episcopus Seleuciæ metropolitanus.

Cyrus Episcopus Tyri metropolitanus.

Himerius Episcopus Nicomediæ metropolitanus.

Helladius Episcopus Tharsi metropolitanus.

Antiochus Episcopus Bostrorum metropolitanus.

Alexander Episcopus Hierapolitanus.

Julianus Episcopus Sardicæ metropolitanus.

Maximinianus Episcopus Anazarbi metropolitanus.

B Petrus Episcopus Trajanopolis metropolitanus.

Eutherius Episcopus Thyanorum metropolitanus.

Basilius Episcopus Larissæ Thessaliæ metropolitanus.

Rabbulas Episcopus Edessæ metropolitanus.

Asterius Episcopus Amidæ metropolitanus.

[2] Bosforus Episcopus Gangrorum metropolitanus.

[2] Hic subscripsisse ponitur Actioni primæ. *Hard.*

Paulus Episcopus Emesæ.

Dorotheus Episcopus Marcianopolis metropolitanus.

Macarius Episcopus Laodiceæ.

Geruntius Episcopus Claudiopolitanus.

Musæus Episcopus [b] Aradiæ.

C Polychronius Episcopus Epiphaniæ.

Hesychius Episcopus Castabalorum.

[c] Flaccus [3] Episcopus Laodiceæ.

[3] Et hic subscripsisse ponitur Actioni primæ. *Hard.*

Theophanius Episcopus Philadelphiæ.

Theodoretus Episcopus Cyri.

Valentinus Episcopus Malli.

Jacobus Episcopus Dorostoli.

[d] Jarianus Episcopus Augustæ.

Olympius Episcopus Carpasiæ.

Aurelius Episcopus Irenopolis.

Heliades Episcopus Zeugmatis.

Meletius Episcopus Neocæsareæ.

Marcellus Episcopus Arcæ.

Anastasius Episcopus Tenedi.

Marcianus Episcopus [e] Abydi.

D Theosebius Episcopus Cii.

Eustasius Episcopus [4] Nutinæ.

[4] Vox corrupta. *Hard.*

Daniel Episcopus Faustinopoleos.

Helladius Episcopus Ptolomaidis.

Ausonius Episcopus Himeriæ.

Diogenes Episcopus [f] Lonopolis.

[f] Lege *Jonopolis*. *Hard.*

Cyrillus Episcopus Adanorum.

Cyrus Episcopus Marcopolis.

Julianus Episcopus Larissæ.

Evagrius Episcopus Balentiæ.

Zosis Episcopus Hesbuntis.

Petronius Episcopus Neuvæ.

Salustius Episcopus Coricii.

E Maximus Episcopus Demetriadis.

☞ *Post hanc epistolam in Cassinensi additur:* Aliæ epistolæ ejusdem synodi ad Imperatorem Theodosium; *& statim sine titulo subditur:* Præfulgens pietas vestra ad benefaciendum orbi terrarum &c. *quæ est epistola in actis G. L. inserta incipiens ex recenti versione:* Pietas vestra quæ benefaciendo &c. *Hanc excipit* Ypomnisticon

a *Amasia*) Legendum, *Apamea*. b *Aradia*) Alibi *Argadi* & *Antaradi*, nimirum in sententia depositionis Cyrilli & Memnonis; ubi legendum, *Aradi*, & *Antaradi*, ut & isthic. c *Flaccus*) *Placon* in sententia depositionis Cyrilli & Memnonis, & *Placcus*, infra cap. XXVVIII. d *Jarianus*) Scribe, *Tarianus* Mala infra cap. XXVIII. *Trajanus*. e *Abydi*) Abryti in sententia depositionis adversus Nestorium & Cyrillum. f *Lonopolis*) Ita etiam supra cap. VII. At infra cap. XXVIIII. *Ninopolis*.

con synodi Orientalis &c. *& est relatio Orientalium, quæ cum superiori relatione in Actis Græcolatinis continuatur. Secundum hanc sequitur eorumdem relatio ad Reginas:* Contraria iis, quæ sperabamus, *& est inter acta Græcolatina. Venit ordine epistola eorumdem ad præfectum, & magistrum* ad summum, ut dici solet *& est pariter inter acta Græcolatina. Tum* epistola ad præpositum, & Scholasticum Eunuchi similiter. Ita legit titulum epistolæ, quæ in actis Græcolatinis inscribitur: Eorumdem ad Præpositum & Scholasticum pariter epistola: Inter delicta, &c. *Comparet post hæc* ejusdem synodi alia epistola, cujus titulus est hic in cap. XIV. Quanquam epistolam Lupus emisit, utpote quæ extat inter acta Græcolatina: Ne temerarii eorum conatus. *Darem illam ex eodem codice Cassinensi siquidem per tempus mihi licuisset exscribere. His præmissis demum succedunt ordine ea quæ dedit Lupus, & ex eo Baluzius a cap. XV.*

CAPUT XIV.

Ejusdem synodi alia [a] *epistola ad Imperatorem Theodosium, quam scripserunt post Irenæi discessum, cognoscentes quæ contra eos adversa pars egerat. Direxerunt vero jam prædicto Comiti, ut cum aliis Principi offerret & hanc.*

His igitur præponentes Nicænam fidem subscripserunt universi Episcopi qui cum Joanne convenerant.

CAPUT XV.

Epistola Nestorii ad [b] *scholasticum eunuchum Imperatoris Theodosii.*

ADmiror amatricem Dei animam tuam, & certe dum firma est & circa fallacias non expansa, quomodo fabulas approbaverit immundorum, dicentes de nobis quod abjuraverimus vocem qua Dei genitrix nominatur; quam, sicut nosti, sæpius diximus. Diximus vero ita, ne aut purum hominem quis suspicaretur Dominum Jesum Christum aut Deum humanitate nudum. Si enim dæmonum filii pro vera satisfactione satagerent, dixissent utique illa quæ a nobis in Constantinopoli dicta sunt, sicut & tua admirabilitas novit. Nunc autem maxime quidem neque collocutio nobis ad invicem fuit. Si enim verba quæ inter me atque alios Episcopos habita sunt, quæ privatim velut in exercitationis experimentum sunt facta, has nostras & Cyrilli collocutiones vocant, mentiuntur quidem. Scito tamen quia hoc a nobis sæpius ad ipsos dictum est, & bene se habere & ab ipsis & a nobis est creditum Dei particen & hominis sanctam virginem nominare, Dei particen non ita, quasi ex ipsa Deus verbum sumpserit existendi principium. Quomodo enim hoc esset, dum virginis ipse creator sit? Sed ne purum quis hominem fuisse illum qui est genitus suspicetur, hominis vero particen, ne dispensationem, nostras primitias, cum Manichæis pariter abjuremus, (Hæc enim ab ipsorum velut in præexercitatione sunt Episcopis dicta, & mutue ad invicem sæpius & bene se habere frequenter utraque pars dixit, ita ut hinc plaudentes quoque recederent) Cyrillus tamen colloqui nobis & ante omnino fugit & hactenus fugit, capitulorum quæ scripsit convictionem, eo quod absque contradictione sint hæretica, per hoc evadere putans. Quomodo igitur admirabilitas tua contra nos accusationem recepit hujusmodi, dum certe retineat quia sic utrasque voces & in Constantinopoli propter dispensationis mysterium unitionemque ineffabilem dixerimus? Non igitur, quæso, sic facile factis contra nos accusationibus credatis. Nos enim vocem qua Dei genitrix nominatur, si cum voce ponatur illa quæ est hominis genitrix, integerrimum pietatis credimus characterem. Quando enim dicimus *Christus* & *Jesus* & *Filius* & *Unigenitus* & *Dominus*, ambo hæc appellatio ista significat, & hanc non approbantibus vocem significat, tamquam duarum naturarum, id est, divinitatis & humanitatis significativum, Dei genitricis & hominis genitricis protulimus nomen, ut latere neminem posset quia nec Manichæi errorem nec Pauli possimus incurrere, undique præmuniti. Qui enim dicit id quod nobis consubstantiale est inseparabili divinitate plenum de virgine genitum, in re ingenue totum dominicæ dispensationis mysterium prædicat. Negatio vero horum cujuslibet unius est totius dispensationis ablatio: quam quicumque abjurant, contra eorum caput & conversum est & cito amplius convertetur. Quod vero est omnino deterius, & maxime nunc, & multam Domini Christi indignationem provocat, dignumque est mille fulguribus atque fulminibus, violabilem dicere unigeniti deitatem & mortuum Domini verbum & in sepulchro indiguisse solatio & resurrectionem meruisse cum carne; quæ universa ab ecclesiastica orthodoxia sunt aliena, & quæ nunquam recipientur a nobis. Absit enim a nobis ut divinitatem, quæ nostrarum primitiarum vivificatrix existit, hanc aliquando putem vita fuisse privatam aut indiguisse vivificantis majoris. Cujus enim nec caro vidit corruptionem, quomodo quis hujus divinitatem dicens cum carne fuisse corruptam, non erit dignus particeps esse cum dæmone? Incorruptibilis enim divinitas, & omnis mutationis insusceptibilis secundum vocem quam dixit per Prophetam Deus: *Ego sum, ego sum, & non mutabor*. Licet autem Deo amicabili animæ tuæ quæ scripserunt patres sumere univer-

a *Epistola*) Mirum est Lupum, qui plurimas epistolas hoc synodico comprehensas ob eam causam dare se professus est quod essent ex alia versione quam ea quæ extat in vulgatis Concilii Ephesini exemplaribus, istam omisisse, quam habemus tantum ex interpretatione Peltani. b *Scholasticum*) Infra cap. XVI. scriptum est *scholasticum cubicularium*. In tomo superiori Conciliorum extat epistola orientalium ad Præpositum & scholasticum. Rursum infra in capite CCXII. istius synodici refertur epistola Epiphanii Archidiaconi Alexandrini ad Maximianum Archiepiscopum CP. in qua mentio est Chrysoretis Præpositi, quem fuisse amicum & fautorem Nestorii ex eo constat quod illic dicitur esse contra Ecclesiam. Ex hoc loco collegit Lupus scholasticum eunuchum Imperatoris Theodosii, ad quem data est præsens Nestorii epistola, Chrysoretem fuisse. Verum hic eunuchus neque cubicularius dicitur neque Præpositus, & ubi mentio est Chrysoretis Præpositi, non additur eum fuisse eunuchum aut cubicularium aut scholasticum. Cum autem in eadem epistola Epiphanii videamus alios præter hunc eunuchum fuisse scholasticos, rursum alios Præpositos, certum est incertam admodum esse conjecturam, quæ Chrysoreti inscriptam putat epistolam istam Nestorii. De scholastico eunucho, qui favebat Nestorio apud Imperatorem, vide infra cap. XLI. in epistola Acatii ad Alexandrum.

versa, & ab illis addiscere quia nos orthodoxe A
prædicamus, & quia sordidis illis ea sit spes
quod per subreptiones verbum superent veritatis. Fingentes enim æquivoca orthodoxis patribus nomina, simpliciores seducere tentant. Ut puta est Basilius quidam de Ancyra, vir qui unus ex hæreticis fuit. Est Cæsareæ Cappadociæ unus eorum qui pericula pro fide sustinuit plurima. Est & hæreticus Melithon, est & alius Melithon orthodoxus. Est Vitalis, qui orthodoxorum fuit Episcopus. Est & alius Vitalis, qui ab impio est Apollinario consecratus. Sunt & aliorum multorum similia nomina. Et ut non per singulos horum sumentes similitudinem nominum, simplicibus proferunt, & ad perditionem trahunt per æquivocationem, B
non intelligentes quia sit etiam Basilius Ancyræ. Et a multis vero hujusmodi facile corrumpitur ars eorum, quod ad decipiendum æquivocationibus abutantur. Sed hæc quæso ut ipse devites, sicut qui vas integerrimæ ac sincerissimæ rectitudinis fidei, & temetipsum laboribus exercere dignare ad excidendam quæ multis innititur fraudibus hæresim. Testis enim est Deus quia si hæc apud Ecclesias obtinuerint quæ nunc ab immundissimis istis, nescio quomodo, nihil aliud restat nisi ut illa colant Ecclesiæ quæ Arius & Eunomius & Apollinarius tradiderunt. A me vero Dominus omnium nihil exacturus est amplius nisi ut eos qui possint hæc prohibere [a] commemorem, quod a principio & nunc usque faciens non quievi, & vos Dei servos semper commemorans ne despiciatis perennem nobilitatem religionis; ita ut si ea quæ ad orthodoxiam pertinent, vestro studio confirmationem debitam potuerint obtinere, a me, teste Deo, episcopalis honor facillime respuatur. Et ne forsitan de hoc me fingere arbitreris, si fuerit confirmata religio & orthodoxia Ecclesiis restituta, exige a me ut hinc jam vobis per literas valedicam & ad pristinam conversationem monasterii valenter redeam. Ab hujusmodi enim quiete nihil est divinius neque beatius apud me. Vellem vero & relationes quas contra nos & orientales religiosissimos Episcopos direxerunt venire ad discussionem coram piissimo & amatore Christi Imperatore, aut illic me quoque præsente, aut coram directis huc aliquibus, ut vel ex ipsis commoveremini ad exterminationem illorum qui falsiloquiis suis omnia turbaverunt. Ex toto enim cunctorum quæ retulerunt nihil omnino est verum.

CAPUT XVI.

Post hæc directus est Comes largitionum Joanne cum sacris de depositione Nestorii & deatorum Cyrilli & Memnonis, quæ in prioris codicis parte posuimus. Cujus Comitis ista [b] relatio est.

SCiens quod ad pietatem pertinet divinis parere decretis, omnia juxta intentionem incontaminabilis apicis, secundum quod potui, egi. Quæ vero sint subsecuta, ex iis agnoscere poteritis. Multo labore & celeritate usus (in) Ephesiorum civitatem (pervenì.) Et adhuc celerius potui pervenire, nisi diverso impedimento causæ fuissent, quas annuente Deo, cum venerim, præsentialiter enarrabo magnificentiæ vestræ. Continuo ergo tam hos qui hinc quam eos qui inde convenerant sanctissimos episcopos cum reverentia salutari. Partes namque has conveni nominatim propter discordiam quæ contigit inter eos. Perturbatis autem cunctis, & Cyrillo ac Memnone includentibus semetipsos, illis qui convenerant per me ipsum præcepi, per alios vero his qui erant absentes mandavi ut alio die absque ulla dilatione ad meam mansionem cuncti concurrerent. Ne fieret pugnæ conflictus, intermiscui eis militum turbas circa loca utrique parti contigua. Oportebat siquidem me de hoc ipso esse suspectum, propter rabiem quæ inter eos nescio unde provenit. Adveniente autem Nestorio mox ut effulsit aurora, & post non multum Joanne religiosissimo Episcopo cum sanctissimis Episcopis qui pariter sunt, etiam Cyrillus advenit cum cunctis Deo amicissimis Episcopis præter Memnonem solum. Mox itaque multa perturbatio atque confusio nata est, dicentibus his qui convenerant cum Cyrillo se nullo modo posse vel ipsum adspectum Nestorii sustinere, qui ab eis fuerat condemnatus. Convenientibus tamen eis, divinæ (scripturæ) facere volui lectionem. Dicentibus vero his qui Cyrillo consentiunt, neque absque ipso divinorum terribiliumque fieri lectionem, neque præsente Nestorio, sed neque convenientibus secum orientalibus sanctissimis C
Episcopis. Et multa propter hoc facta seditione, magna vero pugna & bello, hæc ipsa dicere cœperant & qui cum Deo amicissimo Joanne persistunt sanctissimi Episcopi, confirmantes & ipsi Cyrillum non oportere esse præsentem dum lectio divinorum fieret decretorum; quippe quia & ipse cum Memnone damnatus esset ab eis. Multa vero contentione facta de hoc, & magna diei parte consumpta, expedire providi ut absque Cyrillo atque Nestorio decreta imperialia reliquis vulgarentur; quia nec scripti in præfatis fuerunt a dominis mundi. Reclamantibus vero & ad hoc Deo amicissimis Episcopis qui una cum Cyrillo convenerant, & volentibus neque cum his qui cum Deo amicissimo Joanne advenerant patienter audire, D
eo quod dicerent eos irregulariter fecisse damnationem Cyrilli & Memnonis, vix prævalui persuasione ac violentia, si oportet verius dicere, usus, separatis Nestorio & Cyrillo, universam synodum præparare ut audire decreta imperialia paterentur. Coadunatis igitur omnibus, lectionem celebravi venerabilium syllabarum per quas damnati sunt Nestorius & Cyrillus & Memnon. Patienter vero suscipientibus lectionem, atque faventibus his qui cum Joanne reverentissimo convenerant, illi qui cum Flaviano reverentissimo fuerant congregati, quia non canonice Cyrilli & Memnonis fuerat damnatio facta, graviter susceperunt hujus lectionis auditum. [c] Sic ergo est lectio celebrata, ad vesperum declinante die. Ne vero major adhuc perturbatio fieret, Nestorium quidem suscepit ad custodiendum magnificentissimus Comes devotissimorum Domesticorum Candidianus, qui in omnibus quæ a me vel deliberata vel acta sunt adfuit. Cyrillum vero custodiendum tradidi clarissimo Comiti & Præposito

a Commemorem) id est, commoneam. Vide supra. b *Relatio*) Extat ex alia versione tom. super. Conciliorum ex edit. ne Roberti Vvinteri. c *Sic ergo*) Hæc capitula non extant in editione Vvinteri.

sito quartæ scholæ Jacobo. Quoniam vero Memnon, ut prædictum est, aberat, evocans œconomum atque defensorem necnon & primum Diaconum sanctissimæ Ephesinæ civitatis vel Ecclesiæ, manifestavi hæc ipsa eisdem, quia idem Memnon cum prædictis fuerat condemnatus. Admonui eos, & hoc, ut ecclesiasticas pecunias suas sub omni (cautela) & periculo custodirent. His ita dispositis, quia oportebat me orationibus quoque vacare, ad Ecclesiam descendi sanctissimam. Cognoscens vero in episcopio Memnonem degere, direxi ex his qui mihi ministrabant devotissimorum palatinorum primicerium ad prædictum, ut saltem pariter loqueremur, & discerem si ad mè se centurum modis omnibus abnegaret. Ille vero absque mora venit ad me. Cumque a me culparetur cur mane non venerit, dixit se ægritudine fuisse retentum, atque ideo non venisse, ita ut nec sustineret secundum admonitum meumque sibi præberi consilium, sed ad meam domum, sermones meos præveniens, adveniret, ac quiescens divinis imperialibusque præceptis. Traditus est igitur & ipse eidem clarissimo Comiti Jacobo, & custoditur tam a devotissimis scutariis quam ab honestissimis palatinis. Hæc sunt quæ a me primo gesta sunt die. Quoniam vero me oportebat Deo amicissimis episcopis etiam pro pace adhibere sermones, ob hoc ne contra orthodoxam religionem hæreses innascantur & schismata, & ad hos sermones deposui memetipsum, & omni virtute quæ possibilia sunt studeo agere, Domino adjuvante, & pietate atque recta intentione, Domini mundi. Quamvis videam execrabiles & implacabiles ad invicem Deo amicissimos Episcopos, nescioque unde ad tantam usque tristitiam asperitatemque pervenerint. Quicquid vero amplius agi potuerit aut per me aut per literas, propitiante Deo, cum multa celeritate manifestabo magnitudini vestræ.

CAPUT XVII.

Epistola Joannis Antiochenæ Episcopi & [a] synodi quæ cum eo [1] convenit ad Imperatorem Theodosium, quam direxerunt per eundem Joannem Comitem; in qua etiam catholicæ fidei illa confessio continetur quam postea Cyrillus Alexandrinus Episcopus [b] per pacificam laudavit epistolam, scribens eidem Joanni Antiocheno præsuli per legatum pacis Paulum Emesenum Episcopum.

(1) Ephesum scilicet. Non vero Antiochiam, de qua Synodo Liberatus c. 8. ut perpetem putat Baluzius.

Consequenter quis eos qui nunc sunt valde beatificet homines ultra illos qui ante nostram fuere progeniem, eo quod a vestro gubernentur imperio. Decem millibus siquidem curis pro mundo vestra pietas utens, omnibus cetenis providentiam pro pia religione præposuit. Præhonorat etiam laudandissimum regnum vestrum ea quæ Dei sunt ultra universa terrena, quoniam fides in eum optimas cogitationes vestras & actus ad universa bona pietati vestræ cooperatur. Hæc ita se habere semper quidem cognoscimus ex ipsis effectibus, maxime vero in præsenti hoc factum est tempore manifestum. Nam dum sacerdotes improvisis perturbationibus comprehensi sunt, & contra invicem bella commovere confligunt, commotaque sit nostra concordia, [c] Ægyptio mundum consuete turbante, [d] decretum vestræ pietatis quod per magnificentissimum & gloriosissimum Comitem cunctarum largitionum Joannem promulgatum est, fac est ad vanas æstuationes omnium reprimendas, si tamen velimus sobrie agere. Illud vero magis est universis, quod in ipsis literis vestrum præcepit imperium auferri quidem scandala quæ ab aliquibus rectæ superintroducta sunt fidei, illa vero uti regula & mensura fidei quæ de Deo a patribus in Nicæa exposita est; quæ neque minus habens aliquid neque superfluum, compendiosam salutem præstat, paucis verbis continens totum quicquid nobis de pietate tradiderunt scripturæ divinæ; quæ & abjuravit eos qui nobis volunt inducere novitates sensuum errantium. Hujus rei gratia literis pietatis vestræ susceptis, intuentes quod imperii vestri intentio rectæ patrum fidei conveniret, festinavimus illa quæ nuper exposita sunt a [e] Cyrillo capitula evangelicæ & apostolicæ doctrinæ contraria condemnare, in quibus omnes tam qui nunc sunt quam qui olim quolibet tempore fuerunt sanctos anathematizare præsumpsit. Quæ ille in præsenti tempore quasi episcopalis perturbationis quæsitam diu occasionem reperiens, & cooperatricem sumens ignorantiam plurimorum, quorundam vero & morbum, qui occultatus olim, nunc manifestus effectus est, & fraudulenta pertinacia utens, synodica confirmare auctoritate tentavit. Hæc autem, sicut vestrum cognovit imperium, & Deo amicissimus atque sanctissimus pater noster & Episcopus Acacius sanctam synodum [f] per literas edocuit quod Apollinarii impietati conveniunt. Novit vero hæc clare vir qui centum decem vitæ annos explevit, omnem vero vitam in evangelicis certaminibus defudando transegit, & synodis multis interfuit, & eos qui Apollinaris dogmata sentiunt semper secundum locum [g] proximos habuit. Unde & tam facillime comprehendere valuit quod illius vesaniæ sint præfata capitula. Hæc ut projicerent & eos qui olim seducti sunt Episcopos, & in eis subscribere fuerunt passi, rogavimus cum Joanne gloriosissimo Comite, & ut a recta fide ea faterentur aliena ac nobiscum subscriberent rectam patrum fidem qui Nicæam convenerunt, & eos persuadere nequivimus, quia jam semel eos contigit male præveniri. Et compulsi sumus inter nosmeti-

a *Synodi*) habitæ apud Antiochiam, cujus meminit Liberatus cap. VIII. *Et congregans, Joannes iterum Antiochiam Concilium, dictavit fidem ita se habentem: Confitemur &c.* ut infra. b *Per pacificam*) cujus initium *Exultent cœli*. Extat supra. c *Ægyptio*) id est, Cyrillo Episcopo Alexandrino. Alludit autem, nisi fallor, ad historiam Ægypti a Moyse occisi, quæ extat in capite secundo Exodi. Ægyptiorum ferociam notat Theodoretus epist. 20. d *Decretum*) id est, epistolam missam per Joannem Comitem sacrarum largitionum, quæ edita est supra e *Cyrill. capitula*) Vide supra. (f *Per literas*) scriptas ad eos qui Concilium Ephesi celebrabant, qui cum propter longam senectutem illuc accedere non potuisset, epistolam ad eos scripsit de causa quæ tunc agebatur. g *Proximos habuit*) Nam Beræa, cujus Episcopus fuit Acacius, erat ejusdem provinciæ cujus & Laodicea, in qua urbe primum cœpit Apollinaristarum secta, ut Socrates tradit lib. 2. cap. 46. historiæ ecclesiasticæ. Immo hæresis illa adeo grassata est ut parum abfuerit quin eam amplecterentur omnes orientis provinciæ a Cilicia usque ad Phœnicen, ut ait Sozomenus lib. 6. cap. 27. Recte igitur isthic scriptum est Acacium semper secundum locum proximos habuisse eos qui Apollinaris dogmata sentiunt.

metipsos ipsius sinceritatem fidei confiteri atque ipsi subscribere, & excutere scripta confessione illam superfluam, malorum seniuum plenam, expositionem capitulorum. Illorum namque paucorum verborum rectæ fidei confessio sufficit & omnem hæreticum errorem convincere & veritatem volentes imbuere. Neque enim de his quæ ad unigeniti divinitatem pertinent prædicta sanctorum fides patrum huc atque illuc ferri permisit, sed consubstantialitatem prædicans inconcusse intellectus fidelium præmuniit, Arianam destruens hæresim, & dispensationi integerrimos terminos tradidit, inconvertibilitatem nos & immutabilitatem divinitatis unigeniti docens, & non esse hominem purum Dominum nostrum Jesum Christum, sed revera filium Dei credi præcipiens, consonans divinis sanctisque scripturis annuntiat. Unde & nos illa sequentes, fidei quidem confessionisque expositioni neque adjicimus quicquam neque subtrahimus, sufficiente ad omnia expositione paterna. Quoniam vero, Imperatores piissimi, præcepistis post hunc assensum inviolabilis fidei & de sancta & Dei genitrice virgine innotescere nos vestræ insuperabili pietati, hoc enim nobis nuntiavit Joannes magnificentissimus & gloriosissimus Comes, & hoc a Deo auxilium postulantes, (ultra hominem namque est de talibus disceptare) innotescimus pietati vestræ quæ sumus ex divinis scripturis edocti, non quasi contra incomprehensibilia quidlibet annitentes, sed confessione propriæ infirmitatis his qui contra nos tentant assurgere præcludentes, inquimus illa quæ sunt ultra hominem. [a] Confitemur igitur Dominum nostrum Jesum Christum, filium Dei unigenitum, Deum perfectum & hominem perfectum ex anima rationali & corpore, ante sæcula quidem ex patre natum secundum deitatem, in fine vero dierum eundem propter nos & propter nostram salutem de Maria virgine secundum humanitatem, consubstantialem patri eundem secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum vero naturarum unitio facta est: propter quam unum Christum, unum Dominum, unum filium confitemur. Secundum hunc inconfusæ unionis intellectum confitemur sanctam virginem Dei genitricem, propter quod Deus verbum incarnatus est, & [b] in humanitate & ex ipsa conceptione sibimet uniit templum quod ex ipsa [c] suscepit. Hæc a deiloquis viris edocti, evangelistis, Apostolis, atque Prophetis, & his qui per singula tempora piæ fidei fuere doctores, nos quoque exposuimus [d] in brevi capitulo, vestrum postulantes ac deprecantes imperium, piam religionem, quæ periclitatur corrumpi ab eo morbo qui illatus est Ægyptiacis capitulis, consuete protegere ac decernere ut omnes qui præsunt sanctis Ecclesiis sacerdotes damnent ea quæ ad inficiendas Ecclesias introducta sunt contra orthodoxam fidem a præfato Cyrillo capitula, soli autem confessioni subscribant quæ a sanctis patribus in Nicæa congregatis est facta. Nec enim possibile est aliter pacem in Dei Ecclesias obtinere, nisi illa impia expositio fuerit abdicata.

CAPUT XVIII.

HOnorandissimis & Deo amicissimis presbyteris & Diaconis & reliquis Clericis ac monachis & amicæ Christi plebi quæ est in Antiochia orientis, sancta synodus orientalium & aliarum regionum provinciarumque quæ per Dei gratiam in Epheso congregata est. *Nobiscum Deus*, cum Propheta clamamus. Pro divinis enim dogmatibus certamus, & hæreditatem paternæ fidei intactam servari studemus, & apostolicam doctrinam, sicut suscepimus illibatam, sic servare posteris festinamus. Propter quod & audacter longum iter assumpsimus, & itineneris labores sustinuimus, & multitudinem quæ ad hæreticam vesaniam declinavit fiducialiter despeximus, & impietatis auctorem Cyrillum Alexandrinum ab episcopatu fecimus alienum, & Ephesium, qui ei ad universa cooperatus est, Memnonem eodem decreto damnavimus, & subjectos eorum, qui etiam confirmare impietatem ipsorum subscriptionibus præsumpserunt excommunicatos effecimus. Et nota hæc piissimis & Deo amicissimis Imperatoribus fecimus. Et suscipientes quæ a nobis gesta sunt, rescripserunt significantes se condemnationem prædictorum suscipere patrum. Et præcepere ut omnes expositæ in Nicæa fidei a sanctis ac beatis patribus subscribamus, & exorta scandala abscindantur, & a rectitudine fidei abdicentur. Directus vero est & Joannes magnificentissimus & gloriosissimus Comes universarum largitionum, ut hæc perduceret ad effectum. Qui in custodia munitissima Cyrillum tenet ac Memnonem, semotim quemque detrudens, & multitudinem militum præfatis domibus circumsistens. Sed nec his factis quiescunt illi qui sursum versum cuncta perturbant, & confusione ac seditione mundum compleverunt; sed perpetrantes consueta perturbant, & contra semetipsos regulam commoventes. Nam dum sint excommunicati, semetipsis audacter sacerdotii ministerium resumpserunt, & communicaverunt damnatis; quod fieri non licet, eo quod clare id canones interdicant; id est, ut qui damnantur vel excommunicantur, absolutionem sibimetipsis minime tribuant, sed sustineant synodale judicium; quod si semetipsos absolverint, nullam pro se causationem tales objicere alterius admittantur; sed & quisquis eis communicaverit, fiat ab ecclesiastico ministerio alienus. Hac confixi regula, & nullam, sicut placet canonibus, spem restitutionis habentes, [a] confundunt atque perturbant & ubique constitutas Ecclesias seditionibus complent. Hæc igitur sciens religiositas vestra, pro nobis quidem securo sit animo, & laudet in canticis omnium Deum pro ejus circa nos habita providentia, pro illis vero oret, ut tandem aliquando ab infestissima sibi ægritudine liberentur, & invitet doctores Ecclesiæ continue in collecta contra hoc impium dogma facere sermonem, & per

(a) Forte addendum, una Mand

a *Confitemur*) Extat supra, ex antiqua versione synodi Ephesinæ. Rursum extat apud Liberatum, ferme iisdem verbis, cum ista. b *In humanitate*) Legendum, *inhumanatur*, ut supra. Liberatus habet, *homo factus*. c *Suscepit*) Postea nonnulla supra relata, & apud Liberatum leguntur quæ isthic non habentur.
d *In brevi capitulo*) id est, strictim, summatim. Vide supra.

per sanctorum patrum vestigia Dei populum ducere, ut universi cognoscant qualis sit circa quam pugnamus impietas. Si vero fuerit quicunque transmissus ab is qui hujus hæresis languore detinentur ad nostram maximam civitatem & quæ mater est pietatis, hunc tenere caute religiositas vestra dignetur atque judicibus tradere; ut discant qui seditionem agere tentant quantum bonum sit disciplina, & quantum malorum ferculum pertinax tyrannicaque voluntas.

Joannes Episcopus Antiochiæ. Incolumes in Domino conservemini, Domini honorandissimi atque religiosissimi.

Joannes Episcopus Damasci similiter.

Dexianus Episcopus Seleuciæ similiter.

Antiochus Episcopus Bostri metropolitanus similiter.

Alexander Episcopus Hierapolitanus similiter.

Asterius Episcopus Amidæ metropolitanus similiter.

Helladius Episcopus Ptolomaidis similiter.

Musæus Episcopus [a] Aradi & Antaradi similiter.

Apringius Episcopus Chalcidis similiter.

Meletius Episcopus Cæsareæ augustæ similiter.

Macarius episcopus Laodiceæ similiter.

Theodoretus Episcopus Cyri similiter.

Diogenes Episcopus [b] Seleucobeli similiter.

Eo quod nimium portitoris instaret occasio, non potuerunt universi qui nobiscum sunt Episcopi subscribere.

Idem religiosissimus Joannes Archiepiscopus interlocutus est suprascripta.

CAPUT XIX. 107

Domino meo per omnia sanctissimo patri Episcopo Acacio Joannes, Joannes, Alexander, Alexander, Dexianus, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus, Musæus, Meletius, Diogenes. Et olim quidem tuam perdocuimus sanctitatem quanto studio egerimus ut ab ecclesiasticis dogmatibus radicitus amputemus Apollinarii vetaniam redivivam per Cyrilli Alexandrini doctrinas, & quia deponentes ipsum vel Memnonem, qui ei ad omnem nequitiam cooperator accessit, innotuimus piissimis & amicis Christi Imperatoribus nostris, & [c] rescripsit eorum pietas, se approbasse significans depositionem quæ a nobis est facta; & præcepit ut omnes nos expositæ a sanctis patribus in Nicæa fidei [d] subscribamus, abjurantes ea quæ surrexerunt scandala, sicut & [e] tuæ sanctitatis literæ continent. Nunc vero & hoc tuæ innotescimus sanctitati, quia & dum jam literæ istæ sunt traditæ, ipsi tamen, quos jam semel erroris præoccupatio tenuit, pugnantes pro hæretica ipsa dementia, id est, qui prædictis capitulis subscribere præsumpserunt, & nec volunt illa ab orthodoxa fide projicere, sicut amicorum Christi Imperatorum nostrorum decreta jusserunt, sed nec acquiescunt, ad disceptationem provocati a nobis, nostris objectionibus respondere, (Prædictorum namque hæreticorum capitulorum paratas convictiones habemus tam ex scripturis divinitus inspiratis quam ex sanctorum patrum conscriptis, quæ cum multis composuere laboribus) omnia vero confundunt ac perturbant, & implent seditionibus civitates atque provincias, iniquas & illicitas contra nos dirigentes epistolas, quæ nullius quidem virtutis sunt. Quod enim possint robur habere qui ab omni officio sacerdotii sunt remoti? Possunt tamen simplices perturbare. Cognoscat vero religiositas vestra quia excommunicati olim a nobis, eo quod cooperati sunt hæretici Cyrilli vesaniæ & nis quæ illicite atque inique sunt facta, & officium gerere præsumpserunt & communicare damnatis. Scit autem religiositas vestra quæ de talibus sunt [f] regulæ constitutæ, & quia eis nullum locum veniæ tribuunt. Et ista committunt videntes quod Cyrillus & Memnon injuriosissimi trusi serventur a multitudine militum. Semotim namque unumquemque trudentes nocte dieque custodiunt. Exoretur itaque sanctitas tua hymnire quidem pro nobis omnium Deum, nutumque ejus inexpugnabilem pro nostris partibus obtinere, orare vero etiam pro illis, ut tandem aliquando exuti a noxiis sensibus suis, ad paternam redeant fidem. Aliter enim pacem reddi Ecclesiis possibile non est, nisi impia expositio illa fuerit abdicata. Omnem fraternitatem quæ tecum est plurimum salutamus. Incolumis & orans pro nobis permaneas, Domine sanctissime ac sacratissime pater. Similiter omnes præfati Episcopi subscripserunt.

a *Aradi & Antar.*) Lupus ediderat, *Aradia Tentaridi*. Nos emendavimus. Aradi & Antaridi meminit Plinius lib. 5. c. 20. *contraque Aradium Antarados septem stadiorum oppidum*. In tom. superiori Concilior. legitur *Argadi & Antaradi*. Sed gravius erratum est inferius, ubi cum Græcus textus habeat Μουσαίος Ἀρουδῶν, versio vulgata, cujus auctor est Pelanus, habet *Musæus Arcadiopolitanus*, quia in margine adnotatum est alibi legi Ἀραδιωπολίτης. Melius nostra superius allata, ubi scriptum est *Aradi* in antiquis exemplaribus nostris & in edit. Contiana. Infra c. cccxx. hujus synodi vocatur Episcopus Antaradi. Vide infra in gestis synodi Chalcedonensis Act. xiv. b *Seleucobeli*) Hic typographi scripserant: *Seucobeli*. Supra cap. viii. recte editum est *Seleucobeli*, ubi notatus eam urbem esse in Syria secunda. Theodoretus cap. 3. historiæ religiosæ commemorat Basilium quendam, qui apud Seleucobelum Syriæ urbem monasticum exstruxit habitaculum. c *Rescripsit eor. pietas.*) Eorum literæ habentur supra, quæ scriptæ sunt ad Episcopos utriusque Concilii, tamquam si Nestorius, Cyrillus, & Memnon ab omnibus depositi fuissent. De quo graviter apud Imperatores conqueruntur Episcopi catholici in relatione quæ extat supra, ubi scribunt se damnasse Nestorium, Cyrillum & Memnonem non damnasse sed magis eos admirari pro zelo orthodoxæ fidei.

d *Subscribamus.*) Hæc non leguntur in epistola Imperatorum, sed tantum ipsos custodire fidem quam sanctissima synodus sub divæ memoriæ Constantino facta concorditer roboravit. e *Tua sanctit. litt.*) quarum exemplar miserant Imperatores, ut legitur supra, quæ nunc non extant. f *Regula constituta.*) Recte fortassis hoc loco adnotat Lupus Episcopos illos respicere ad quartum canonem Antiochenum, quo statuitur ut si quis e clero depositus ausus fuerit sacra celebrare, neque ullam amplius in synodo spem restitutionis habeat neque defensionis locum, & ut omnes ei communicantes abjiciantur ab Ecclesia. Sed quod idem Lupus addit eo canone usum esse Acacium Episcopum Berrœensem adversus Chrysostomum, non est extra difficultatem. Ex actis quippe Concilii apud Quercum habiti, quæ extant apud Palladium, constat, non quidem canone Antiocheno usos esse adversarios Chrysostomi, sed quodam Sardicensi qui nunc non extat. Vide tom. super.

CAPUT XX. ...108

a Epistola Theodoreti Episcopi Cyri ad Andream Episcopum (a) Samosatenorum.

AB Epheso scribens tuam sanctitatem saluto. Et infirmitatem beatifico quam Dei tibi dilectio præstitit, ut auditu potius quam experimento disceres quæ hic mala commissa sunt, mala superantia omnem verbi veritatem, omnemque vincentia conscriptorum narrationem, & lacrymis digna perennibus & continuis ductibus. Periclitatur enim ecclesiasticum corpus exscindi. Quin potius sectiones recepit, nisi sapiens medicus divisa & putrida membra revinciat pace & salute corroboret. Insanit contra Deum rursum Ægyptus, & repugnat contra Moysen & Aaron servos ipsius, & pars maxima Israelis consentit inimicis. Pauci vero valde sunt salvi ac sustinent pro pietate certamina. Conculcata est reverentia pietatis: Damnati ministrant, & damnatores sedent gementes in domo. Qui cum damnatis communione privati sunt, ipsos condemnatos deputant, ab eademque damnatione solverunt. Talem synodum ludo fecerunt Ægyptiaci, Palæstini, & cum Ponticis Asiani, cumque istis & occidens. Hunc enim languorem maxima jam pars mundi recepit. Qui mimorum risus sic [b] depompaverunt impietatis tempore pietatem? Quis unquam comœdiæ scriptor talem fabulam finxerit? Quis denique tragœdiæ digne poeta hujusmodi commenta conscribat? Tanta ac talia mala intra Dei Ecclesiam concreverunt. Immo vero eorum quæ commissa sunt breviter narravi particulam. Alia enim nec dici sine periculo possint. Oret ergo sanctitas tua, & Christum Dominum deprecetur exurgere & hanc maris reprimere tempestatem, ac desideratam patrare tranquillitatem; ut hoc impetrantes gratuitum donum, clamemus cum sancto David: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.*

CAPUT XXI.

c Epistola Comitis Irenæi, quam cunctis a quibus fuerat directus Episcopis ante Comitis largitionum Joannis rescripsit adventum.

VIx mihi nunc copia data est vestræ sanctitati epistolam destinandi & reperiendi literarum qualem volui portitorem, ut ea quæ de causa præsenti per gratiam Christi [d] nostro secundum Dominum notificarentur affectu. Venimus namque ad regiam civitatem, dum me Ægyptii triduum prævenissent. Quanta vero A mox & circa ipsum ingressum pericula sustinuerim, nec ipso facile est referri sermone, nedum dicam per epistolam designare. Præintroeuntes enim optimi, & omnibus [e] aperte atque æque usi, (sufficiat enim id solum dicere) omnium pene auditus præventione obtinuerant, alios quidem quomodocumque falsis locutionibus adducentes, alios vero contra nos calumniis sibimet adiciscentes, omnes vero in communi ac semotim consuadentes, ita ut magni judices & in dignitatibus constituti ac diversis militiis assentirent, quoniam & congrua inquisitione & consequenter judicio & omnibus pariter Dei amicissimis Episcopis una proferentibus eandem sententiam contra eum qui B ab eis abrupte fuerat condemnatus, mirabilis illa depositio sit facta, magnificentissimum & amatorem Christi [f] scholasticum cubicularium suaserunt ut evidentissime diceret quia in Epheso Dei genitricis vocem nec audire omnino pertulerit. Veruntamen propter invincibilem fortitudinem veritatis & orationes vestras prævalui per divinas miserationes, postquam prima, ut dixi, evasi pericula, magnificentissimis [g] judicibus colloqui, & eis totam, prout possibile fuit, veritatem narrare negotii. Qui ea quæ diximus agnoscentes, & ad ipsos auditus Principum perducere sunt coacti quæcunque vel in causam præsentem vel contra nos ipsos hi qui Ægyptio assentiuntur tyrannice commiserunt. C Et post omnia, ut epistolam minime producamus, dum multa inter hæc acta vel dicta sunt, tam ab eis qui quæ nostra sapiunt quam ab illis qui sentiunt in his cum Cyrillo, placuit, ut videtur, me & Ægyptios tam de personis nostris quam de causa certantes audiret piissimus Imperator, præsentibus quoque iudicibus maximis; dum certe ego sæpe sum protestatus nec ob hoc me venisse, neque talia ab Episcopis Deo amicissimis suscepisse mandata, sed solis literis venerim sicut portitor ministrare. Verum pro istis ego verbis paulo minus [h] deceptus sum. Quod autem placuit, absque ulla mora completum est. Divino igitur nutu etiam tunc favente nobis & in ipsam veritatem cor D Principis dirigente, ac per ipsas res demonstrante quia secundum veritatem cor regis in manu Dei est, adjudicati quidem sunt adversarii, (Oportet namque ad ipsum finem breviter pervenire) ita ut nullo modo valuissent veracia comprobare vel depositionis gesta vel illa quæ hic sua falsitate dixerunt; insuper modis omnibus demonstratum est quia nec Concilium consequenter Ægyptius convocavit, neque ipse potuit judicare, dum unus eorum fuerat qui judicari debuerant, nec omnino absque voluntate fuerit [i] sive consilio Candidiani Comitis inchoare negotium. Jam & omnes denuntiationes Candidiani magnificentissimi Comitis & scripta

a *Epistola*) Habetur ex alia versione in collatione quinta Concilii V. ubi dicitur scripta ab Epheso, quod etiam ipse Theodoretus docet in ipso initio. b *Depompaverunt*) In Concilio V. *deluserunt*, id est contumelis affecerunt. Infra cap. XXVIII. *depompabunt hæreses*. Epistola Episcoporum secunda Cappadociæ ad Leonem Imperatorem de cæde Proterii Episcopi Alexandrini: *Dum autem etiam depompatum dicatur omne corpus injuriisque subjectum, cum jam caruerit sensu &c.* quod explicant Episcopi Ægyptii ad eundem Leonem, miserum cadaver Proterii vulneratum ubique circumductum esse per omnia pene civitatis loca, ac plagis sine misericordia verberatum, divisumque esse membratim, & cetera quæ commemorare animus horret. c *Epistola*) Extat in tomo tertio Conciliorum Græce & Latine ex interpretatione Theodori Peltani. Ista vetus est. d *Nostro*) Legendum, *vestro notificarentur affectui*. e *Aperte atq. æque*) Peltanus, *commodè & ex voluntate*. f *Scholasticum*) In Græco est *Scholasticium cubicularium*, tamquam si cubicularius ille vocatus fuisset Scholasticius. g *Judicibus*) Male Peltanus *principes*, quod sequentia probant. h *Deceptus*) Peltanus, *ejiceptus*. i *Sive consilio*.) Ex Græco contextu, ubi legitur ἢ καὶ γνώμῃ, colligitur hæc verba idem hoc loco significare quod per vocem *voluntate* jam expressum erat, & utramque ab interprete positam esse ut lector eam præferret quam sensui convenientiorem esse putaret. (a) Casin. Cod. habet *Samosorum*.

pta ad synodum sacra per ipsum & hujuscemodi alia prorsus sicut revera in judicio jubente Imperatore sunt lecta, & nihil est per vestras orationes quod fuerit prætermissum ex omnibus quæ ostendunt illic inique fuisse præsumpta quæ facta sunt, ita ut mox inimicis veritatis adjudicatio a cunctis consona redderetur, & approbaretur ac firmaretur religiositatis vestræ judicium, & cum Ægyptio [a] duorum dirigeretur condemnatio in sancta Dei ecclesia a piissimo Principe, tamquam tyrannice atque illicite universa fecerint fautores Ægyptii & aliis quomodo pro his quæ commiserunt digni submitti suppliciis. In his igitur finem quæ ad hanc causam pertinent habuerunt, & hic datus est audientiæ terminus. Dum vero venisset Joannes medicus Cyrilli & syncellus, & venisset sicut nostis ex more, judicum plurimos alios quodammodo ex aliis videmus effectos, & a nobis, qui apud eos & ab eis judicati sumus; nec audire saltem quodcunque contenti sunt. Quidam namque sunt ipsorum qui jam nunc dicunt quia oportet quæ ab utraque parte facta sunt firmari, & damnationes non tantum duorum, si constent, sed trium personarum confirmari debere. Alii vero quidem: Rationes quidem solvi debent æque cunctorum. Ceteros vero ex Dei amantissimis Episcopis huc convenit evocari, ut rationes fidei eorum cum veritate quærantur, & illa quæ inique in Epheso facta sunt. Sunt vero nonnulli qui omnia quæ possunt faciunt & omnimodum studium conferunt ad hoc ut præcipiantur a piissimo Principe cum quibusdam certis formulis advenire & quoquo, inquiunt, modo perviderint, sive potuerint, de tota causa disponere; quorum hi qui diligunt vos, orant ne perveniant ad effectum, integre scientes malum eorum qui sic festinant esse propositum, & a quibus ad hoc sint [b] armati consilium. Sed hæc quidem, sicut Domino placet, ita proveniant. Pro me autem quæso, qui multa pericula sustuli, quique etiam nunc absque periculo non sum propter hostium multitudinem, quæ augetur per singulos dies, intentissime sanctitas vestra orare dignetur. Testis enim mihi est Deus quia dum vocarer ad Imperatoris judicium, nihil aliud credidi nisi in maris me rheuma fuisse jactandum. Dominus vero, sicut scriptum est, adstitit mihi, & ereptus sum de ore leonis, magis autem de multorum millium catulorum leonum.

CAPUT XXII.

Sancta synodus orientalium regionum & horum qui pariter ex diversis provinciis ac [d] partibus congregati sunt, id est, ex Bithynia, [e] Pisidia secunda, [f] Paphlagonia, Cappadocia, [g] Europa, Rhodope, Thessalia, [h] Dacia, interlocuta est quæ subter annexa sunt.

Propter has quæ nuper emersérunt ecclesiasticas quæstiones convocati ad Ephesum civitatem ab eis quibus a Domino imperium justa deliberatione commissum est, & quibus sunt totius orbis credita gubernacula, qui que regunt subditos sapienter ac pie, impigre præfatam comprehendimus civitatem. In modico vero tempore procurrente propter tribus quæ [i] ab Ægyptio Cyrillo sunt factæ, literæ a piissimis Imperatoribus nostris secundo tertioque venerunt admonentes ut cum vinculo pacis universa Dei uniuentur Ecclesiæ, & illa quæ in Nicæa exposita est a sanctissimis patribus nostris essemus fide contenti, abjectis uique his quæ nuper orta sunt scandalis. Unde & persuadere tentavimus illos Episcopos qui ea quæ sunt Ægyptii non renuunt, & expositis sub eo hæreticis capitulis subscripserunt, ut auferrent illa quæ orthodoxæ fidei aperte contrariantur, contenti vero essent expositione quæ in Nicæa facta est, secundum piissimorum Principum sanctionem. Persuadere vero illos minime prævalentes, eo quod illos semel tam male præoccupari contigerit, compulsi sumus nos, qui sanæ fidei permanemus, & nihil ei peregrinum subintroducti permittimus, hanc in scripto exponere, & subscriptionibus confessionem manu propria roborare. Sufficit enim expositio horum verborum, quæ pauca sunt, & integritatem pietatis edocere ac semitam veritatis ostendere & errorem vesaniæ hæreticæ confutare. Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, visibilium & invisibilium creatorem. Et in unum Dominum Jesum Christum, filium Dei unigenitum, qui natus ex patre, unigenitus, id est, ex substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero. Natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra; qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus & inhumanatus est, passus est, & resurrexit tertia die, adscendit in cœlos, ac venturus judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando quando non erat; & priusquam nasceretur non erat, & quia ex nullis exstantibus factus est, aut ex altera subsistentia sive substantia, dicentes esse vertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia. Hæc est fides quam patres exposuerunt, primum quidem contra Arium blasphemantem ac dicentem creaturam esse filium Dei, & contra omnem videlicet hæresim Sabellii ac Photini ac Pauli Samosateni, Manichæi quoque, atque Valentini, & Marcionis, & contra omnem videlicet hæresim, quæcunque contra catholicam & apostolicam surrexit; quos condemnaverunt trecenti decem & octo in Nicæna civitate collecti. In hac nos fidei expositione universi persistere confitemur, tam nos

a *Duorum*) Hæc vox non habetur in Græco. Tamen non esse superfluam docere videntur sequentia. b *Armati*) Legendum videtur, *animati*. c *Sancta*) Edita est in actis Conciliabuli, ex versione Peltani.
d *Partibus*) In Græco est διοικήσεων. Sic etiam in epistola orientalium ad Rufum Thessalonicensem.
e *Pisidia secunda*) In Græco & in vulgatis editionibus Latinis vox *secunda* refertur ad Cappadociam. Quare recte suspicatus est Lupus mendum hic esse. f *Paphlagonia*) Ita etiam vulgatæ editiones & codices Græci bibliothecæ regiæ. Sed Facundus lib. 7. cap. 3. legit *Pelagonia*, quo loco vide Sirmondum. g *Europa*) In Græco & in eadem epistola ad Rufum, tum etiam apud Facundum, post Europam ponitur Mysia, quæ istic deest. h *Dacia*) Non extat in Græco. Forte reponenda est Thracia, ut infra cap. 34. & apud Facundum.
i *Ab Ægyptio*) In Græco, ὑπὸ κυρίλλου τῶν αἰγυπτίων.

nos qui sumus in Ephesо congregati quam reliqui quoque Domino amicissimi Episcopi qui sunt in regionibus nostris. Profitemur etiam in omnibus quæ a vobis gerenda sunt permansuros. Obedimus namque sapienti, qui dixit: *Noli transferre terminos quos posuerunt patres tui*. Hæretica vero capitula quæ a Cyrillo sunt nuper exposita, quibus & anathematismos superfluos subjecit ac vanos, quæque etiam vario decreto ac subscriptione Episcoporum roborare tentavit, hæc itaque alienat ab orthodoxa fide sancta synodus quæ in Ephesо congregata est.

[a] (a) *Sanctum decretum auctores ejus confessionem fidei vocaverunt.*

CAPUT XXIII. 111

[b] *Mandatorum synodi orientalium Episcoporum & reliquorum qui pariter in Ephesum congregati sunt ad legatarios suos.*

SAncta synodus quæ in Ephesum per Dei gratiam congregata est, Domino amicissimis atque sanctissimis Joanni Archiepiscopo Antiochenorum magnæ civitatis, & Joanni Episcopo Damascenorum metropolis, & Himerio Episcopo Nicomediensium metropolis, & [c] Paulo Emesenorum civitatis Episcopo facienti sermonem pro sanctissimo & sacratissimo Berrhœæ Acacio, & Macario Laodicensis Episcopo civitatis facienti sermonem pro Cyro Episcopo metropolis Tyriorum, & Apringio Episcopo civitatis Chalcidensium facienti sermonem pro Alexandro Episcopo Apamenorum metropolis, & Theodoreto Episcopo Cyrensium civitatis facienti sermonem pro Alexandro Episcopo Hierapolitanorum metropolis, [d] præsentes præsentibus mandamus quæ subter annexa sunt. Quoniam propter ecclesiasticam causam, propter quam universi sumus in Ephesum congregati, nunc religiositas vestra secundum piissimorum Principum nostrorum decretum evocata est ad magni nominis Constantinopolim ad concertandum pro veritate ac fide sanctorum patrum rectisque dogmatibus, non autem præcepti sumus universi adesse vobiscum, oportet omnium nostrum vobis manifestam fieri voluntatem, quia permanemus in eis ac firma putamus quæ a vobis geruntur & ad Domini timorem pertinent & ad ecclesiasticam pacem & ordinis tranquillitatem, ob hoc præsens vobis mandatorium fecimus, per quod mandamus atque concedimus integerrimam quam vobis tradimus potestatem quam nos quoque ipsi præsentes habemus; ut cum, Deo juvante, ad prædictam perveneritis maximam civitatem, tum, si oportuerit ut coram piissimo Principe aut in consistorio vel coram sacro senatu, sive præsente synodo, de his quæ in quæstionem venerunt sermonem moveri contigerit, hunc cum vobis condecente fiducia sapientiaque ac diligentia moveatis pro Ecclesiarum utilitate communi, & suscipiatis certamen pro omnibus nobis, ita videlicet ut nos quoque permaneamus perseveremusque & amplectamur verba universa quæ de hac causa geruntur & fuerint gesta. Si vero & usque necessarium fuerit, pacto vel pace ecclesiastica vel re qualibet alia exigente ut pro nobis omnibus subscribatis, & hoc ipsum vestram quæsumus sanctitatem ut indubitate faciatis pro hoc quod communiter proficit universis, & pro gloria Domini Christi. Si vero nobis huc etiam synodicum visum fuerit destinari, cui subscriptione omnium sit necesse, universi communiter ac singulatim quisque profitetur huic cum tota devotione subscribere atque ad impium transmittere comitatum; illa tamen conditione servata, ut omnibus modis hæretica illa capitula quæ a Cyrillo Alexandrino Nicænæ patrum subintromissa sunt fidei, cum anathematibus expellantur, sicut quæ aliena sunt a catholica & apostolica Ecclesia.

Et subscripsi huic mandato universi orientales Episcop.

CAPUT XXIV. 115

Epistola [e] Præfectorum ad Nestorium, ut cum honore ad [f] suum monasterium remearet, unde ad episcopatum fuerat vocatus.

EA quæ per synodi visa sunt geri judicium tempore longo distulimus, licet nos multi valde culparent & existerent importuni. Quoniam vero literæ nobis tuæ sanctitatis redditæ sunt, manifestantes fastidiosum tibi esse quod in Ephesо remoraris, & desiderabile esse de reli-

---

a *Sanctum*) Valde puto legendum hic esse *suprascriptum* pro *sanctum*. Qui error profluxisse videtur ex imperitia lectoris, qui cum fortassis invenisset in veteri libro *ſſ*, putavit non aliter legi posse quam *sanctum*.

b *Mandatorium*) Antea legebatur, *Mandatorei synodi orientalis Episcopi & reliquorum &c.* Nos emendavimus. Porro mandatum istud ex duplici versione, quæ diversa est ab ista, extat supra.

c *Paulo Emesen.*) In editione Luci legitur *Paulo Emesenorum civitatis Episcopo facienti sermonem pro Cyro Episcopo & pro sanctissimo & sacratissimo &c.* Nos hæc verba, *pro Cyro Episcopo*, quæ non sunt hujus loci, & superflua sunt, ratione sustulimus. d *Præsentes*) Ante hanc vocem reponendum est nomen Helladii Episcopi Ptolemaidis, quod hic omissum est, itemque infra cap. XXVIII.

e *Præfectorum*) Non absurda est conjectura Lupi putantis hic legendum esse *Præfecti prætorium*. Nihil tamen mutandum est. Tametsi enim unus tantum Præfectus decerneret, omnium nomina ponebantur in titulo edicti; ut supra & in propositione legis quæ ab Honorio data est adversus Pelagium & Cælestium. Sufficiunt enim hæc exempla. Sic Imperatorum quoque omnium nomina ponebantur in titulis legum, quamvis datæ essent ab uno. Ceterum quod ait Lupus hunc Præfectum vocatum fuisse Isidorum, cui supra delegata est cura mittendi Nestorium in exilium, subsistere non potest. Nam rescriptum quo ista executio committitur Isidoro datum non est ante annum cccxxxxi. quo Isidorus simul Præfectus prætorio fuit & Consul ordinarius. Facilius crediderim eum Præfectum qui isthic ad Nestorium scribit fuisse Antiochum, quem anno cccxxxi. Præfectum prætorio fuisse docet lex quinta Codicis Theodosiani *De iis qui ad Ecclesiam confugiunt*, data CP. Kalendis Aprilis ejusdem anni quo habita est synodus Ephesina. Conjecturam nostram confirmat titulus epistolæ sequentis, ubi Præfectus vocatur Antiochenus, cum scribi debuisset Antiochus. Ejus cum laude meminit Theodoretus epist. 95.

f *Suum monasterium*) Situm ante portas urbis Antiochiæ, quod Euprepii olim dicebatur, ut tradit Evagrius lib. 1. cap. 7. ex quo etiam discimus Nestorium illic mansisse per quatuor annos, postea autem edicto Imperatoris Theodosii in locum qui Oasis dicitur esse relegatum. Falsus est ergo vehementer Lupus quum putavit primo quidem jussum deportari Nestorium in exilium Petrense sive in Oasin, illudque exilium postea fuisse commutatum in facultatem redeundi ad monasterium suum. Porro Petrense exilium non esse diversum ab Oaseno probat Baronius ad annum 436. Vide etiam Notas ejusdem ad diem 12. Junii.

(a) Casin. Cod. legit *Sanctum*.

reliquo tuæ religiositati ut iter assumas, eos A qui per omne iter debeant ministrare direximus, sive navigare, seu [a] per asinam, (a) id est, si per Ponticam viam proficisci placuerit, ita ut usque ad monasterium ministrent. Et angarias vobis annonasque transmisimus, [b] a Domino clementiam postulantes ut incolumis eat sanctitas tua & ita degat sicut desiderat ipsa. Consolationis enim te non credimus indigere, respicientes ad animam tuam, quæ sapiens est, & ad multa bona millia, per quæ super alios emines.

CAPUT XXV. 113

Epistola Nestorii rescripta ad eumdem Præfectum B prætorium [c] Antiochenum ad epistolam suprascriptam.

SUscepimus tuæ magnitudinis literas, in quibus cognovimus a piissimo & omni laude dignissimo Imperatore præceptum ut nos [d] in monasterio degeremus, & decreti donum sumus amplexi. Nihil enim nobis amplius honorabile est quam pro pietate remotio. Illud autem mentis vestræ magnitudinem quæso, ut pro religione frequenter ad memoriam piissimi Principis reducatis ut verbositates Cyrilli, quas adjudicavit pietas ejus, per publicas imperiales literas notet ubique, ut per universas orthodoxas legantur Ecclesias; ne forte ob hoc sine C literis pii Imperatoris dicantur ab eo Cyrilli scripta percelli, simplicioribus hinc sandalorum nascetur occasio, tamquam non vere dicantur. Et tuis vere est animis dictum, ad defensionem veritatis adhibere quæcumque possibile est. Sufficit namque hoc solum dicere ad te, qui per omnia quæcumque tibi committuntur bonus comprobaris existere.

CAPUT XXVI. 114

Iterum [e] alia epistola ab Episcopis orientalibus & confidentibus eorum ab Epheso, per quam respondetur [f] ad literas suprascriptas.

[g] VEnientes in Chalcedoniam, (in Constantinopolim si quidem nec nos nec [h] adversarii nostri sumus introire permissi propter bonorum [i] monachorum seditiones) ex opinione cognovimus quia [k] ante octo dies adventus nostri piissimo Imperatori placuerit Dominum Nestorium ab Epheso [l] dimitti quocumque ire voluerit. Et omnino doluit anima nostra. Quia si hoc verum est, ea quæ abique judicio & illicite facta sunt, interim roborari videntur. Nos autem cognoscat sanctitas vestra pro fide tota mente certare, & hunc laborem eligere usque ad mortem. Sustinemus vero præsenti die, id est, [m] Gorpiæi mensis undecimo, Imperatorem piissimum transmeare atque in [n] Rufinianis causæ audientiam facere. Oret igitur sanctitas vestra ut nobis cooperetur Dominus Christus, quatenus fidem sanctorum patrum confirmare possimus, & ea quæ contra Ecclesiam surrexere capitula radicitus amputare. Hæc ipsa & sapere & agere vestram quæsumus sanctitatem, & permanere pro fide orthodoxa bono nostro fervori. Quando autem præsens epistola scripta est, nondum venerat [o] Himerius. Putamus enim quod nunc ægritudinis inæqualitate detentus sit. Hoc autem nihil religiositatem nostram perturbat. Speramus enim quia & tristia extinguentur, & veritas refulgebit, prone concertante una nobiscum religiositate vestra.

C A-

a) *Per asinam*) Valde suspicor hic legi debere *Asianam*; tametsi sciam asinis, non equis, vehi tum solitos Episcopos Græcos pro sua modestia, ut ex Chrysostomo collegerunt viri docti. Conjecturam nostram confirmant verba quæ sequuntur. Cum enim dixisset Præfectus, *sive per asinam*, statim addit, *id est, si per Ponticam viam*. Epheso enim, quæ Asianæ metropolis erat, discedenti & proficiscenti Antiochiam pergendum erat per ipsam Asianam, quæ recta via est. Poterat deinde, relicta via recta, transire per Cappadociam, (quæ pertinebat ad diœcesim Ponticam, ut docet Marca lib. 2. de concordia cap. 3.) & hinc per Taurum montem & Syriam advenire Antiochiam. b *A Domino*) Et hunc quoque locum puto esse mendosum ac reponi debere, *Domini clementiam postulantes*.

c *Antiochenum*) Scribe *Antiochum* propter rationes paulo ante adductas.

d *In Monasterio*) Dejectus Nestorius sententia synodi Ephesinæ, rogavit ut sibi liceret reverti ad monasterium suum, ut ipsemet docet apud Evagrium. Usum autem propterea esse Antiocho apud Imperatorem colligi potest ex ista epistola.

e *Alia epistola*) Habetur ex alia versione in collectione Roberti Winteri, & hinc in tomo superiori Conciliorum ubi delenda est parenthesis illa, *ex gloria pientissimi Regis*, quæ est exclamatio cujusdam adversus Theodosium. Nescio autem cur in editionibus Conciliorum omissus sit titulus istius epistolæ, qui sic habet in editione Winteri. *Sanctissimæ & pientissimæ synodo quæ in Epheso Joannes*, (*Joannes*,) *Paulus*, *Macarius*, *Apringius*, *Theodoritus*, (*Helladius*,) *in Domino salutem. Postquam in Chalcedonem venimus &c.*

f *Ad literas suprascr.*) Id est, ad mandatorium suprascriptum, quod est editum cap. XXIII.

g *Venientes in Ch lced.*) Cum post depositionem Nestorii, ut scribit Evagrius, quidam Episcopi utriusque partis ex Ephesiorum urbe missi essent ad Theodosium, non statim permissi sunt accedere Constantinopolim, sed aliquantisper substiterunt Chalcedone. Illos fuisse septem ab utraque parte docent gesta Ephesinæ synodi superiora & hinc Liberatus. Attamen supra numerantur octo orientales, & alibi septem Episcopis catholicis additur Philippus Presbyter Ecclesiæ Romanæ. Nihilominus verum est septem tantum Episcopos ab utraque parte pervenisse Chalcedonem. Himerius enim Nicomediensis non venit, quia morbus eum invasit in itinere.

h *Adversarii*) Id est, catholici, Arcadius nimirum, Juvenalis, & cæteri nominati supra.

i *Monachorum*) Id est, Dalmatii archimandritæ & monachorum qui cum eo vitam degebant. Hi enim, Nestorio reprobato, adhæserunt catholicis, ut patet ex his quæ dicuntur supra. Vide etiam appendicem nostram.

k *Ante octo dies*) nimirum die tertia Septembris, ut existimat Baronius.

l *Dimitti*) Non quidem in exilium, sed ad monasterium suum juxta postulationem ipsius. Itaque ista Nestorii relegatio distinguenda est a pœna exilii in eum decreta. Et sic facile conquiesset controversia quam hic excitavit Lupus. m *Gorpiæi m. undec.*) Id est, undecima mensis Septembris, ut vult Baronius. Sed Lupus putat undecimum diem Gorpiæi incidere in quartam Septembris.

n (*Rufinianis*) Suburbio Chalcedonis, sic vocato ex nomine Ruffini viri consularis, qui illic Ecclesiam maximam construxit in honorem Apostolorum Petri & Pauli, monachosque juxta eam collocavit qui Clericorum in ea munus explerent, ut scribit Sozomenus lib. 8. cap. 17.

o *Himerius*) Episcopus Nicomediensis, qui in itinere remansit propter ægritudinem.

(a) Cod. habet *Vel*.

CAPUT XXVII.

Iterum [a] alia epistola quorum supra Episcoporum ad quos supra Episcopos.

PEr orationes vestræ sanctitatis fuit nobiscum Imperator noster collocutus. Et impetrato nutu divino facto nunc, convicimus interim contraria sentientes, ita ut omnia quidem nostra ab amico Christi Imperatore suscepta sint; quæ vero ab iis dicta sunt, insusceptibilia & inconsequentia videantur. Nam [b] sursum versum Cyrilli memoriam facientes, & rogantes ut ipse potius uteretur & pro se ipso satisfaceret, nunc huc usque obtinere minime potuerunt, sed audierunt quia oportet moveri de pia religione sermonem & fidem patrum roborari sanctorum. Convicimus vero & [c] Acacium, qui [d] inter gesta deitatem confessus est esse passibilem; eisque adeo motus est piissimus Imperator noster ut [e] blanteam chlamydem, quam induebatur, excuteret, sequ[illegible] retro subduceret præ magnitudine blasphemiæ. Vidimus vero & omnem senatum, qui erant in consistorio, valde approbare nos ipsos, tamquam revera pro vera fide laboribus desudantes. Placuit igitur piissimo Imperatori nostro ut unusquisque exponeret propriam fidem & pietati ejus offerret. Nos vero respondimus quia impossibile est ut alteram faciamus expositionem nisi quæ in Nicæa facta est a beatissimis patribus. Et hoc quoque placuit ejus imperio. Restat igitur illam in qua sanctitas vestra subscripsit pietati ejus offerre. Omnis autem Constantinopolitanæ populus civitatis ad nos sine cessatione [f] pernavigat, rogans ut pro fide fortiter decertemus; & ad eos fortiter compescendos, nec occasionem dare adversariis videamur, plurimum laboramus. Direximus autem vestræ religiositati expositionis exemplar, ut [g] duo authentica dignemini exemplaria transcribere, & subscribatis ambobus.

CAPUT XXVIII.

[h] *Exemplaria orientalium eis qui Constantinopoli sunt fratribus.*

PEr omnia Deo amicissimis & sacratissimis atque sanctissimis comministratoribus [i] Joanni, Joanni, Himerio, Paulo, Macario, Apringio, Theodoreto Episcopis, synodus quæ convenit Ephesi salutem. Cognoscentes certamina quæ a vobis per gratiam Dei pro fidei pietate sunt habita coram Christi amico atque piissimo Imperatore nostro, experimento agnovimus quia Dominus Jesus Christus suas non derelinquit Ecclesias, ita ut & nobis orthodoxis dignam præstaret gratiam, & multam confusionem contra inimicos effunderet, & piissimum Principem nostrum rectæ fidei sanctissimæ Ecclesiæ addicere præpararet. Et confidimus quia & competentibus sacerdotibus Christi fiducia dimicantibus vobis, & salvante Domino Imperatoris nostri piissimam vitam, pacificum finem præsens negotium sortietur. Et hæc quidem [k] depompabunt hæreses, refulgebit quidem rursus per universas totius mundi Ecclesias sanctorum patrum fides orthodoxa. Inimici vero nec cessant nunc usque consueta uti tyrannide, eo quod nullam senserint ultionem. Ubique enim per Ecclesias nostras mittentes damnationes illicitas, perturbant & cleros & populos. Subscripsimus autem in duas uniformes epistolas quæ a vestra sanctitate directæ sunt, pro quibus ut vos usque sanguinem quæsumus opponatis contra eam quæ nuper exsurrexit impietatem pro veritate bellantes, scientes quod in sanctitatis vestræ concordia permanentes, parati sumus prius animam reddere quam quodlibet hæreticorum capitulorum Cyrilli Alexandrini suscipere. Ea vero quæ [l] contra personam quæ injustitiam pertulit facta sunt cognoscentes, totius obstuporis sumus taciturnitate perculsi. Qui enim deposuerunt eum, in ipsis gestis hæreticis capitula hæretica, sicut nostis, patrum fidei conjunxerunt, & per hoc semetipsos hæreticos denotantes & a fide alienos orthodoxa. Quomodo igitur, quæso, possibile est ut ad unum, dum sunt contraria, hæc utraque conveniant, id est, ut depositio approbetur, & capitula improbentur? Si enim circa damnationem fide sunt digni, & in his quæ exposuerunt iidem hæreticis capitulis fide non habentur indigni. Si vero hæreticos eos convincunt esse capitula, ab hæreticis etiam depositio facta est. Hæc adlocuti sumus etiam Principem nostrum piissimum, & ad vestram direximus sanctitatem, ut quod vobis visum fuerit peragatis. Æstuamus enim, quod tristes dicimus, pro veritate; ne si confirmetur quæ ab hæreticis est facta dejectio, & capitula hæretica quamcumque obtineant firmitatem, & alia quæ ab eis contra multos facta sunt sacerdotes. Quæ omnia dum sanctitas vestra cognoverit, illa eam confidimus esse acturam per quæ & universa quæ contra omnes ab hæreticis sunt facta cassentur, id est, sive damnatio, sive excommunicatio, per synodicas literas imperialiaque decreta. Non ignorat enim religiositas vestra quod habeamus nobiscum nonnullos

---

a *Alia epistola*) Extat ex alia versione in eadem editione Roberti Winteri, & inde in tomo superiori Conciliorum. Ceterum titulus qui illic legitur, non extat in editione Winteri.

b *Sursum versum*) Winterus, *sursum deorsum*.

c *Acacium*) Episcopum Melitinensem, unum ex Episcopis catholicis qui missi sunt Constantinopolim.

d *Inter gesta*) Winterus, *commentariis*. Putavit Lupus magnum quoddam discrimen esse inter hos duos interpretandi modos, tamquam si gesta & commentaria diversa res fuissent. Itaque vult gesta fuisse tantum verbalia, ac postea relata in commentarios. Quod quam absurdum sit, nemo paulo eruditus ignorare potest.

e *Blanteam*) Sive blatteam, hoc est, chlamydem purpuream, pallium imperatorium.

f *Pernavigat*) Erant ergo adhuc apud Chalcedonem.

g *Duo authentica*) Factum esse quod postulaverant legati docebit sequens epistola.

h *Exemplaria*) Et hæc quoque extat ex alia versione in editione Basileensi Roberti Winteri, & inde in tomo superiori Conciliorum. Codex Cafinensis nullum titulum habet. Qui hic apparet, descriptus est ex editione Basileensi. i *Joanni*) Antiocheno & ceteris connumeratis supra cap. XXXII. Deest autem utrobique nomen Helladii Episcopi Ptolomaidis. Vide supra & editionem Basileensem, ubi reperitur nominatus Helladius. k *Depompabunt*) Editio Basil. *Infamentur hæretica*. Vide supra in Notis ad cap. XX.

l *Contra personam*) Id est, contra Nestorium. Editio Basileensis ista non refert ad unum, sed ad plures. Sic enim illic scribitur. *Quæ autem ad personarum deloneftationem attinent*. Verum de Nestorio hoc agi probat relatio sequens.

nullos Episcopos [a] qui in propriis mansionibus soli remanserunt. Direximus autem sanctitati vestræ & eam quæ nuper facta est interpretationem hæreticorum capitulorum ab Alexandrino Cyrillo, impietatem suam etiam per ipsam [b] subtilius ostendente. Sicut autem vestram rogavimus sanctitatem, dignemini habere curam quatenus celerius dimittamur, maxime quia tempus imminet hyemis.

Tranquillinus Episcopus Antiochiæ quæ est Pisidiæ metropolis incolumes vos orare pro me deprecor apud Deum, Domini mei fratres.

Et reliqui similiter scripserunt.

Helladius Episcopus Tharsi.
Alexander Episcopus Apameæ.
Julianus Episcopus Sardicæ.
[1] Bosforus Episcopus Gangrorum.
Petrus Episcopus Trajanopolis.
Cyrus Episcopus Tyri.
Rabbulas Episcopus Edessenus.
Alexander Episcopus Hierapolitanus.
Maximinus Episcopus Anazarbi.
Dorotheus Episcopus Marcianopolis.
Asterius Episcopus Amidæ.
Pausinus Episcopus Hypatæ.
Dexianus Episcopus Seleuciæ.
Basilius Episcopus Larissæ Thessaliæ.
Eutherius Episcopus Thyanorum.
Gerontius Episcopus Claudiopolis.
Musæus Episcopus Aradi.
Placeus Episcopus Laodiceæ.
Martianus Episcopus Abryti.
Cyrillus Episcopus Adanæ.
Fritilas Episcopus Heracleæ.
Cyriacus Episcopus Diocletianopolis.
Antiochus Episcopus Bostrorum.
Daniel Episcopus Faustinianopolis.
Marcellinus Episcopus Arcæ.
Salustius Episcopus [2] Coriæ.
Jacobus Episcopus Dorostoli.
Theophanius Episcopus Philadelphiæ.
Meletius Episcopus Neocæsareæ.
Diogenes Episcopus [c] Ninopolis. [3]
Polychronius Episcopus Epiphaniæ.
Hesychius Episcopus Castabalorum.
[d] Trajanus Episcopus Augustæ.
Cyrus Episcopus Marcopolis.
Polychronius Episcopus Heracleæ.
Helliades Episcopus Zeugmatis.
Anastasius Episcopus Tenedi.
[e] Valentinianus Episcopus Malli.
Julianus Episcopus Larissæ.
Diogenes Episcopus Seleucobeli.
Theotistus Episcopus Cæsareæ.

1 Lege *Bosphorus*. Hard.

2 Lege *Coryci*. Hard.

3 Lege, *Jonopolis*. Hard.

[f] *Relatio orientalium in Ephesio ad Regem.*

PIissimis & amicis Christi Imperatoribus Theodosio & Valentiniano Augustis synodus sancta quæ in Ephesum congregata est. Edocti ex literis sanctissimorum & Deo amantissimorum comministratorum nostrorum qui ad pium comitatum vestrum pro tota synodo advenerunt quod & introitus eorum [g] proprie a vestra pietate susceptus sit, & pro pia fide imperii vestri zelum, ita delectati sumus tamquam si cum præfatis præsentes fuissemus, cumque ipsis tranquillam pietatis vestræ faciem vidissemus. Cognovimus enim quomodo illa quidem quæ adversariorum sunt insusceptibilia facta sint vestro justo judicio, Nicænorum vero patrum fides, pro qua & præsentes Deo amicissimi Episcopi & nos quoque certamus, digna susceptione probata sit. Et credimus quia sic ex Domino vestra pietate pendente, ab his qui tentaverunt nullatenus commovebitur apostolica fides, per quam a progenitoribus olim vestrum regnat imperium, & omnes alienigenas subditos habet. Et circa hæc gratidicas voces & intentas pro pietate vestra deprecationes consuete obtulimus cum multa Domino Christo lætitia. Quoniam vero multa quidem fiducia est sacerdotibus coram vestro imperio, & illa ei insinuare præsumimus quæ in angustam nos æstuationem miserunt, quorum curationem quoque deposcimus. Unde quæsumus, ac nosmetipsos prosternimus vestigiis vestris, ut cum patientia nos humillime supplicantes pietas vestra suscipiat pro illa persona cui præjudicium factum est ab iis qui hæretica Cyrilli Alexandrini capitula susceperunt, impietatemque contra id quod divinitatis est effecerunt. Qui enim hæretica capitula subintroduxerunt, sanctorum patrum perturbaverunt fidem, quod ad ipsos pertinet, in ipsis gestis, & illicitam fecerunt depositionem. Et credimus quia indeclinabili rectoque judicio vestro justum minime apparebit condemnationem (ab illis) factam permanere quos hæreticos dignum (est) condemnari, dum convicti sint hæretici esse. Quæ vero ab eis facta sunt & contra canonicas sanctiones & piissimas literas, a multis jam particulatim didicit imperium vestrum, dum ille qui ab eis injustitiam pertulit, in ullo nec vestris sanctionibus contraisset, & ecclesiasticam fidem orthodoxe prædicasset. [h] Nam (etsi) ipse hujusmodi (sit qui millies fugiens tumultus caveat, & ipse privatim agere malit,) metuendum tamen est ne fidei læsio quæcumque contingat, eo quod illicita illa dejectio ab illis facta sit qui hæretica superduxere capitula.

Et subscriptiones.

CAPUT XXIX.

IMperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi semper colendi, sanctæ synodo quæ in Ephesina civitate convenit. Intentionem quidem nostram, etiamsi non scriberemus nunc, ex multis aliis noveratis, & quantum pro recta fide habeamus studium & pro unitione Ecclesiarum, a patribus hoc & ab avis edocti, & nihil usque hactenus sanæ fidei præponentes, propter quam etiam jam paulo ante in Ephesum vestram

a *Qui in propriis*) Eadem editio Basil. *desolatos in suis provinciis*.
b *Subtilius*) Eadem editio, *evidentius*. c *Ninopolis*) Supra cap. XIII. *Lonopolis*.
d *Trajanus*) Scribe *Tarianus*. Vide supra cap. XIII.
e *Valentinianus*) Supra cap. VII. *Valentinus*, quod melius est.
f *Relatio*) Addidimus hunc titulum ex editione Winteri. Eadem extat in tomo superiori Conciliorum.
g *Proprie*) Reponendum est *propitie*, ut sensus postulat. In editione Basil. *quod benignus illis ad vestram pietatem patroni accessus*. h *Nam etsi*) Quæ uncis conclusa sunt, addita sunt a Lupo ex editionibus vulgatis, quæ ex Basileensi Winteri propagatæ sunt.

stram congregare festinavimus sanctitatem. Et dum congregati essetis, omnia hujusmodi scripsimus per quæ consequens esset absque contentione vera fides, & quæ olim tenuit, inconcussibiliter permaneret, ad amicitiam vobis unitis. Quoniam vero propter intentionem impietatis ac sæpe contentiones inter vos factæ sunt quædam, & acta nonnulla quæ dissensiones haud dubie consequuntur, volentes in omnibus vobis terminari discordiam, magnificentissimum & reverentissimum divinorum [a] officiorum magistrum Joannem direximus, ut contentiones quæ inter vos natæ fuerant solverentur. Dum vero necessarium videretur & hoc ut huc vestrum nonnulli venirent, quo pietas nostra etiam præsens inter præsentes audiret, ut unitio quam studemus pio proveniret assensu, hoc quoque peregimus, universa peraventes suaviter disponenda. Sed quia permanet adhuc dissensio commissa, laborem reputantes vestram religiositatem sufferre ex ipsa necessitate Concilii, reverti Epheso ad propria concessimus universos & proprias rursum Ecclesias obtinere, quod unusquisque faciat cum Episcopis qui venerunt a provincia ejus. Cyrillum vero solum, qui Alexandrinus quondam fuit Episcopus, & Memnonem, qui fuit Episcopus Ephesinus, neque vobis connumeramus, & ab episcopatu novimus esse alienos, sicut olim vestræ a nobis scriptum est sanctitati. Ad proprias Ecclesias revertentes, civitatum quieti prospicite, dignam per omnia mansuetudinem sacerdotio amplectentes. Eorum siquidem quæ hic quomodocumque fecistis esse aliquam satisfactionem convenit per ea quæ sunt postea secutura. Erit autem, si ecclesiasticum decorem cum publica consequentia servaveritis.

CAPUT XXX. 118

[b] *Epistola Theodoreti Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum Episcopum, quam ponit Irenæus.*

Neque blandimenti neque asperitatis ullam speciem reliquimus, nec deprecationis, nec contradictionis, qua usi non sumus apud piissimum Principem & consistorium, clare obtestantes in conspectu Dei, qui cuncta desuper cernit, & Domini nostri Jesu Christi, qui futurus est orbem terrarum cum justitia judicare, & Spiritus sancti, & electorum ejus angelorum, ut non despiceretur quod corrumpitur fides ab his qui illa capitula hæretica susceperunt & in eis subscribere præsumpserunt, sed ut Nicæna fides exponi tantummodo juberetur, & expelleretur quæ superinducta est hæresis ad exterminium corruptionemque pietatis; & usque hodie nihil perducere valuimus ad effectum, eo quod huc & illuc circumferantur auditores. Sed tamen nihil horum nos dissuasit quod ab instantia proposita cessaremus. Sed in ipsa nunc usque persistimus. Hoc ergo, quod Domino favente sit dictum, peregimus, ut cum juramento Imperatori piissimo diceremus quia impossibile est ut nos Cyrillum & Memnonem in Episcoporum restituamus officio, & fieri non potest ut communicemus reliquis, nisi capitula hæretica ante summoverent. Nos igitur hanc habemus intentionem. Festinatio vero est iis qui ea quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi, & extra nostram illos restituere voluntatem. Et nihil horum pertinet nobis. Deus enim nostrum propositum exigit perseverantemque virtutem, & eorum quæ contra voluntatem sunt non exigit ultionem [c]. De illo vero amico hoc cognoscat sanctitas vestra, quia quoties ejus fecimus mentionem, sive coram piissimo Principe, sive coram consistorio Principis, fecisse adjudicati sumus injuriam. Tanta enim eorum qui intus sunt adversitas contra eum, & quod est omnium pessimum, quia & ipse piissimus Imperator nomen ejus plusquam ceteri aversatur, nobis manifeste dicens, *quia de hoc nullus mihi manifeste aliquid dicat*. [d] *Typum namque jam semel ea quæ ad illum pertinent susceperunt.* Verumtamen hic sumus, non cessaturi tota virtute curam de ista quoque gerere parte, scientes iniquitatem quæ in eum commissa est ab his qui sine Deo sunt. Festinamus vero ut & nos hinc liberemur, & vestra inde religiositas eruatur. Nihil namque hinc suavius sperare possibile est, eo quod auro cunctis sit satisfactum, & judices ipsi contendant quia una sit deitatis humanitatisque natura. Populus vero, favente Domino, salvus est omnis, & ad nos incessanter egreditur. Cœpimus namque & alloqui eos, & collectas celebravimus maximas, & per orationes tuæ religiositatis quarta jam vice feci ad eos de fide sermones; & cum tanta voluptate audierunt ut usque ad horam septimam minime recessissent, si patienter sustinuissent solis ardorem. In atrio enim, quod est maximum, & quatuor porticus habet, multitudo convenit. Et nos de superioribus locis habitationum sermonem habuimus. Clerus vero universus cum bonis illis monachis nos valde impugnat, ita ut una vice pugna commissa sit, quando a Ruffinianis prima collocutione revertebamur piissimi Principis. Et multi fuerunt vulnerati, tam laicorum qui erant nobiscum, quam monachorum quoque falsorum. Agnovit autem piissimus Imperator quod multitudo congregaretur ad nos, & solis nobis colloquens ait: *Agnovi quia collectas extraordinarias facitis*. Ego vero dixi ei: *Quoniam dedisti fiduciam cum venia, audi. Numquid justum est ut illi qui quidem hæretici & excommunicati sunt, ecclesiastica ministeria peragant, nos vero, qui pro fide certamen habemus, & propter hoc eos communione privavimus, in Ecclesiam non intremus?* Ille

a *Officiorum magistrum*: Ea dignitate ornatum cum rediisset Epheso, quod docet sequens epistola Theodoreti ad Alexandrum Hierapolitanum, & apud XXXI. hujus synodici. Tentari posset ex lege ultima Cod. Theodos. *De agentibus in rebus*. Joannem ad magisteriatum officiorum evectum esse in locum Paulini, quem magistrum officiorum fuisse constat anno CCCCXXX. mense Aprili. Verum eundem magistrum adhuc officiorum fuisse anno CCCCXL. legitur in chronico Marcellini Comitis. Ex his ergo colligi potest ratione constare conjecturam doctissimi viri Jacobi Gothofredi, qui ticulum legis XV. Cod. Theodos. *De metatis*, quæ inscripta est Joanni Comiti & magistro officiorum, datamque est eodem anno quo fuerior, censet ita emendandum ut legatur; *Joanni Comiti & Paulino magistro officiorum*. Nisi postrema pars tituli glossema est additum ab eo qui sciret hunc Comitem fuisse etiam magistrum officiorum. Nam nos semper fuit eum primum nominare in rescriptis Principum qui potior esset dignitate, contra quam hic evenit.

b *Epistola*) Extat ex alia versione in editione Basileensi Roberti Winteri, & in tomo superiori Conciliorum.

c *De illo amico*) Id est, Nestorio.

d *Typum*) Formam. Editio Basil. *specimen*.

Ille inquit: *Et ego quid faciam?* Respondi ergo ei: *Quod fecit is qui nunc magister est, quando erat Comes largitionum tuus, dum venisset ad Ephesum. Inveniens enim quod illi Missas quidem facerent, nos minime, compescuit eos dicens, quia nisi inter vos pax fuerit facta, uni parti collectam celebrare non sinam. Et oportebat pietas tua Episcopo præsentis loci præciperet ut nec nobis nec illis Missas tenere concederet donec conveniremus ad pacem, ut justum decretum tuum innotesceret universis.* Ad hæc respondens dixit: *Ego Episcopis imperare non possum.* Respondi igitur ego: *Ergo nec nobis imperet aliquid. Et accipimus Ecclesiam, celebramusque collectam. Et cognoscet pietas tua quia multo plures nobiscum sunt quam cum illis.* Super hæc vero diximus ei: *Quia collecta nostra nec lectionem sanctarum scripturarum habuit nec oblationem: solas vero litanias pro fide & pro vestro imperio fecimus, & pro religione pia sermones.* Approbavit ergo, & nunc usque id non prohibuit fieri. Crescunt igitur subinde collectæ nostræ, navigante ad nos multitudine populi, cumque omni voluntate audiente doctrinas. Oret igitur religiositas vestra ut finem Domino placitum causa suscipiat. Nos enim per singulos dies in periculo sumus, de seditioso impetu super nos monachorum & Clericorum suspecti, facilitatemque potentissimorum videntes.

CAPUT XXXI. ...119

[a] *Epistola Legatorum orientalium ex Constantinopoli ad suos in Ephesо.*

Dominis honorandissimis & Deo amicissimis Episcopis qui in Epheso degunt [b] Joannes, Himerius, Paulus, Macarius, Apringius, Theodoretus Episcopi, in Domino salutem. Quinquies jam coram Principe introivimus, & de hæreticis capitulis multa contendimus. Et juravimus sæpius Imperatori piissimo quoniam possibile non est communicare nos cum his qui contraria sapiunt, nisi capitula hæc fuerint abdicata, & quia nec si abjecerit Cyrillus capitula sua, suscipietur a nobis, eo quod princeps factus sit nuperæ hujus hæreseos; & nunc usque nihil obtinere potuimus, eo quod adversarii valde insistant, & hi qui audiunt, non increpent, eis resistentibus impudenter, neque compellant eos ad disceptationem collocutionemque venire. Illi namque capitulorum discussionem modis omnibus fugiunt, & de ipsis nec loqui omnino contenti sunt. Nos vero per orationes vestras usque ad mortem sumus parati persistere & neque Cyrillum suscipere neque capitula quæ ab eo exposita sunt, nec istis communicare, nisi expulsa fuerint quæ male subintromissa sunt fieri. Rogamus igitur & sanctitatem vestram ut nobis eadem sentiatis & eandem perseverantiam demonstretis. Pro pietate enim certamen habemus; in qua sola nobis est spes, & propter quam speramus salvatoris nostri benignitate nos perfrui in vita futura. De Deo amicissimo vero atque sanctissimo Episcopo Nestorio noverit religiositas vestra quia studium nobis fuit ut miceremus de illo sermonem; & interim non pervaluimus, eo quod cuncti adversarii & ad ipsum nomen sint infeste dispositi. Dum se tamen ista sic habent, festinabimus, si tempus invenire potuerimus placabilesque auditores, & hoc facere absque dubio; tamen si Dominus nostræ intentioni cooperator exstiterit. Ut vero neque hoc ignoret sanctitas vestra, scitote quia videntes Cyrillianos tyrannide, seductione, adulationeque, ac muneribus omnes fere, ut ita dicamus, evertisse, frequenter piissimum Principem rogavimus & magnificentissimum judicem ut & nos ad orientem & religiositatem vestram ad propria ire permitteret, hoc reputantes, quia in vacuum moraremur, nihil proficientes in causa præsenti, eo quod Cyrillus nobiscum modis omnibus [c] fugiat habere conflictum, sciens manifestam convictionem blasphemiarum quas in duodecim capitulis suis exposuit. Placuit autem post multas preces nostras piissimo Principi ut unusquisque nostrum reverteretur ad propria, ita ut Ægyptius & Memnon Ephesius in locis permaneant propriis. Sic enim poterit universos idem Ægyptius obcœcare per propria munera, ut ipse quidem, postquam mala multa millia perpetravit, ad sedem propriam revertatur, innocens autem vir ad suum monasterium mitteretur.

CAPUT XXXII. ...120

[d] *Contestatio prima Joannis Antiochenæ sedis Patriarchæ & reliquorum sex, quam Theodosio Imperatori a Chalcedone direxerunt, quando, eis illic relictis, intravit Constantinopolim cum his missis qui erant in legatione a beato Cyrillo & synodo quæ pariter convenit in Ephesum.*

Votivum fuerat neque a quolibet alio propter spes futuras & incongruas pietatis verbum prodi, nedum ab his qui sacerdotale officium sunt sortiti & Ecclesiarum defensionem. quos nescimus quomodo concupiscentia præsidendi & principatus amor & frigidæ quædam promissiones ad hoc usque depoluerunt ut omnia quidem Christianorum præcepta despicerent, soli vero ejus viri intentioni servirent qui ex præventu omnia speravit tam sibi quam etiam his qui ad hoc ei cooperati sunt evenire. Dicimus vero Alexandrini Cyrilli, qui solius controversiæ causa hæretica sanctis Dei Ecclesiis superinducens dogmata, & hæc convincenda præsentiens, per solum Memnonis ministe-

a *Epistola.*) Et hæc quoque extat in editione Roberti Winteri, & in tomo superiori Conciliorum. Titulum apposuimus ex editione Basileensi.

b *Joannes*) Repetendum est nomen Joannis, & sic legendum. *Joannes, Joannes, Himerius &c.*

c *Fugiat*) Hæc non cohærent cum his quæ legati orientalium ex Chalcedone scribunt supra cap. XXVIII. *Nam sursum versum Cyrilli memoriam facientes, & rogantes ut ipse potius uteretur & pro se ipso satisfaceret.* Quo loco, pro *vitetur* legendum est *venisset* aut quid simile.

d *Contestatio*) Hujus & duarum sequentium contestationum mentionem facit Theodoretus in epistola CXII. ad Dominum Antiochenum. *Constantinopolim evocati, cognitionem præsentis ipso Imperatore quinas habuimus, & tres post hæc ad eumdem protestationes misimus.* Ista ex alia versione extat in editione Basileensi Roberti Winteri, & tomo superiori Conciliorum ubi omissus est titulus editionis Basileensis, qui sic habet. *Petitio prima sextem orientalium Episcoporum missa Regibus ex Chalcedone, eo quod non permittebatur eis ingredi in Constantinopolim.*

nisterium & Episcoporum conniventiam prædictorum diffugere speravit eorum quæ peccando commiserat ultionem. Unde & quietem nimis cupientes, & in reliquis tenendam patientiam judicantes, circa hujusmodi tamen quietem patientiamque, perditionem fidei reputando, ad solos vos, qui cum superna virtute mundi salus estis, supplicationem convertimus, ad vos specialiter attinere putantes ea quæ sunt pro pia religione certamina, tamquam qui etiam nunc usque servastis eam, & per ipsam valde servamini. Nunc vero adhibemus supplicationem, sicut utique in conspectu sanctissimi Dei futuram satisfactionem, peroraturam pro nobis, si nihil eorum quæ pro religione facere possumus, per segnitiem omittamus, si & publicemus pro ea tuæ pietatis sermones. Non est enim quod amplius queant temporibus Christianis agere sacerdotes quam ut tam fidelem Principem protestentur, & simul toties promisimus ut tam vitam nostram quam corpora in certaminibus quæ habemus pro fide ponamus. Propter quod coram Deo, qui omnia conspicit, & Domino Jesu Christo, qui cum justitia judicaturus est universos, & sancto spiritu, cujus gratia gubernatis imperium, & electis angelis, qui vos servant, quos & adstantes videbitis illi terribili throno, & illas terribiles actiones, quas incessanter offerunt Deo, quas quidam nunc obliterare pertentant, quæsumus ut eam quæ nunc expugnatur ulciscamini pietatem, & jubeatis ut hæretica illa capitula, quæ superintroducta sunt fidei, expellantur, quia sunt omnimode a rectis dogmatibus aliena & hæreticis vesaniis consona, aut certe si quis eorum qui consenserunt & subscripserunt eis, & post veniam, quæ a nobis promissa est, vult ultra contendere, hunc venire ad medium jubeatis, & manifeste illum sub ecclesiasticis increpationibus tuæ pietatis judicio vindicate: Nihil namque ab hac re, o Imperator, tuo dignius esset imperio, pro qua & contra Persas olim & contra alios barbaros bello contendere festinasti, Christo tibi præclaras retribuente victorias, eo quod pro eo promptus exstiteris. Fieri vero coram tua pietate quæsumus inquisitiones in scripto. Sic enim procul dubio facilius dignoscentur & omni futuro tempore convincentur quicumque deliquerint. Si qui vero pro his quæ peccando commiserunt, hæsitantes ferre sermones seu reddere rationes, rectam fidem velut ex donatione imperantes subjugare voluerint, tui erit justi judicii providere, si non & ipsum vocabulum perdiderint magistrorum, qui hæsitantes certare pro his dogmatibus, quæ inducunt, & non convolentes probare quæ direxerunt, ne fecisse impie convincantur, nec ea expellere dignantur, ne forte infructuosa eis habita inter semetipsos conspiratio fiat. Jam siquidem meditantur ut pro hujus impietatis præmio sedium restituantur principatus, & alias ad corruptionem canonum formulas, quæ & per ea quæ olim sunt ab eis tentata jam proditæ sunt, & adhuc demonstrabilius elucescent, nisi tuum talia compescat imperium. Nam videbit eos non multo post etiam pietas tua hujus proditionis mercedes tamquam capta de fide Christi volentes spolia dispertire. [a] Nos vero olim quidem, dum quædam præsumpta sint a reverentissimo quondam Hierosolymitanorum Juvenali, quievimus, dum certe quæ debeamus bellare pro regulis videremus. Tunc quasdam festinationes & phantasias ejus hujusmodi contra utramque Phœniciam & Arabiam minime ignoramus. Nec tamen de his interim contendere possumus, qui certe de ipsis quoque civitatibus, quarum nobis cura commissa est, & ab ipsa, si oportuerit, vita facilius abscedemus quam relinquamus devotionem pro fide bellandi. Sed contra horum quidem spes tam Dei judicium quam tuæ pietatis opponimus. Nunc autem quæsumus ut de prima & sola fidei pietate sit cura, & ne illum qui sub sanctæ conversationis Constantino vix tandem splendor est factus religionis orthodoxæ, & præterea est confirmatus per beatos avum tuæ pietatis & patrem, a tuo vero imperio in alteras quoque barbaricas gentes & in Persarum firmatus est regione, periclitetur in ipsis imperialibus aulis & juxta vestram mergatur tranquillitatem. Non enim duplices Christianissimi doctrinas in Persidem directurus es, Imperator, nec aliquid apud eos magnum fides nostra putabitur, dum contendentibus nobis nemo sit judex, nec duplicibus prædicationibus sive mysteriis communicatur sana mente quilibet, nec vero pie est quis a tantis patribus abscessurus & sanctis, & qui reprehenduntur in nullo. Sed nec suavia, quæ ad imperium pertinent, eorum qui ad invicem contraria sentiunt ordinibus adscribentur, nec parum ridiculum erit quod tribuemus hostibus, & alias multa millia quis malæ contentionis eorum dinumerare poterit læsiones? Si vero est qui parvum cœlestium rerum putet affectum, facilius quidem quilibet sit alius quam cui Deus omnem mundi tribuit potestatem. At vero nobis omnino est suscipere a tua potestate judicium. Deducit namque mentem tuam Deus ad integram eorum de quibus quæstio est comprehensionem. Si vero est aliquid quod modo prohibeat, (non enim cuncta illa nobis effabilia sunt quæ tuæ pietati de rebus seu circa ipsas res constant) certe vel ad propria recessum nobis facilem securumque esse a tua tranquillitate deposuimus. Commissas enim nobis urbes non parum noceri ex hac mora conspicimus, dum certe hic nihil hæc ipsa proficiat propter eos qui & contra tuam, sicut claret, eligunt contendere pietatem.

CA-

a *Nos vero*) Editio Winteri. *At vero nobis quidem a piissimo Juvenale Hierosolymitanorum olim ordinatis fuimus, quamvis pro canonibus certandum esset, ne videremur nostra gloria causa dolere. Et nunc quoque illius studia & præstigias tales per Phœnicen secundam & Arabiam non ignoramus.* Lupus existimat versionem codicis Casinensis esse meliorem. Quamquam autem difficile sit de hac re ferre judicium, cum Græco textu careamus, ego tamen arbitror editionem Basilicensem esse convenientiorem historiæ Juvenalis. Vide supra.

CAPUT XXXIII. ....121.

Post contestationem Joannis & aliorum Episcoporum qui in Chalcedone retenti sunt intrante Imperatore in Constantinopolim cum parte adversa, hac ad Ephesum [a] sacra directa est Episcopis qui cum Alexandrino Episcopo convenerant, cujus post præfationem talis est textus.

NOs Ecclesiæ pacem cunctis aliis occupationibus honorifice præponentes, non solum per judices nostros, sed etiam per nos ipsos aggregare vos voluimus, impium esse & indignum nostro credentes imperio, si fastidientibus nobis, & non omnia quæcumque possibile est facientibus, dividerentur Ecclesiæ. Quoniam vero neque uniri vos possibile factum est, nec ad reddendam rationem de his circa quæ dubitatio est, venire voluit venerabilitas vestra, decrevimus ut orientales Episcopi ad suas patrias & Ecclesias revertantur & synodus Ephesina solvatur; ita videlicet ut Cyrillus intret in Alexandriam, & Memnone in Epheso permanente. Hoc enim significamus vestræ religiositati tantummodo, quod quamdiu vivimus, orientales adjudicare non possumus. Coram enim nobis nulla ex parte convicti sunt. Si igitur ulla pacis remansit intentio, hanc potius eligentes, nobis absque contentione rescribite. Alias de profectione vestra mox ad ista quæ scripsimus cogitate. Nos enim mali alicujus causa non sumus. Si qui sint, cognoscit Deus.

Missa sacra ultima omnium, directa est quando jam redierat in civitatem suam beatus Cyrillus Alexandriæ Patriarcha.

CAPUT XXXIV. 122

Contestatio secunda quam Joannes Antiochenus Episcopus & [c] reliqui ..... & totius synodi, a qua directi sunt, Imperatori Theodosio ad Constantinopolim direxere personas.

SÆpe jam pietatem vestram & per nos & per [d] relationes edocuimus quia periclitatur rectæ gloriæ dogma corrumpi, & Ecclesiæ corpus excindere moliuntur hi qui omnia confundunt, quique tam cunctas ecclesiasticas sanctiones quam omnes calcavere imperatorias leges, & universa pariter miscuerunt, ut hæresis quæ a Cyrillo est Alexandrino promulgata firmetur. Nam dum convocati a vestra pietate fuissemus ad Ephesum, ut discuteremus eas quæ exortæ sunt quæstiones, & evangelicam atque apostolicam fidem, quæ a beatis patribus est exposita, firmaremus, dum nec cuncti Episcopi convenissent qui fuerant convocati, illi fecerunt particulare Concilium qui hæretica illa capitula Arii & Eunomii atque Apollinarii vesaniæ consona inter gesta quæ in scripto sunt habita firmaverunt, & quosdam quidem seducentes, aliquos vero, qui de hæresi pulsabantur, ad communionem suscipientes non præveniente judicio, aliis vero excommunicationis solutionem pro mercede reddentes, nonnullos autem [e] spe principatus incompetentis armantes, sibimetipsis multitudinem collegerunt; tamquam nescirent quia fidei pietatem non ostendat multitudo, sed veritas. [f] Lectæ sunt quidem item literæ pietatis vestræ, quas per Candidianum magnificentissimum Comitem direxistis, quæ continebant quia oportet cum caritate fraterna & pacifice eas quæ pullulaverant discuti quæstiones, convenientibus his qui convocati sunt Deo amicissimis omnibus Episcopis pariter, & nihil lectio tanta profecit. Venit Palladius devotissimus magistrianus, [g] alteras imperii vestri literas deferens significantes quia oportet omnia quæ particulariter facta sunt exstirpari, & ab initio reconvenire Concilium, ac verum dogma firmari. Et hoc quoque pium decretum vestrum consuete contemptum est ab his qui temere universa præsumunt. Advenit deinde magnificentissimus magister Joannes, qui omnium tunc usque largitionum Comes erat, [h] alteras deferens significantes quod trium depositio a vestro imperio fuerit approbata, & quia pullulantia scandala oporteret evelli, & solam fidem quæ in Nicæa a beatis & sanctis patribus exposita est, ab omnibus roborari. Etiam istam legem consuete transgressi sunt, quod omnibus ludunt. Non enim quieverunt etiam pro hujusmodi lectione, & communicantes depositis, & eorum nomina, quasi essent Episcopi, nominantes. Nec vero passi sunt abdicare quæ ad morbum corruptionemque piæ fidei sunt promulgata capitula. Et hæc dum sæpius ad disceptationem vocarentur a nobis. Paratas enim hæreticorum capitulorum convictiones habuimus. Et testis est horum præfatus magnificentissimus magister, qui & nos & ipsos & tertio convocavit & quarto, dumque hoc proponeremus, audiit. Rogavimus prius hæc propter illorum pertinaciam, ut huc evocaremur. Et venimus, nec paululum remorati. Nec ex quo venimus, aliquando cessavimus, & coram pietate vestra & coram consistorio excellente rogantes ut pro capitulis certamen exciperent, & aut ad conflictum venirent, aut certe pellerent ea tamquam fidei orthodoxæ aliena, & permanerent in sola fidei expositione beatorum patrum qui Nicææ convenerunt. Et ecce illi quidem qui nihil horum facere voluerunt, sed in hac hæretica controversia persistunt, quæ ad ecclesiastica & sacerdotalia officia pertinent permittuntur implere; nos vero absque collecta tanto tempore permanentes & in Epheso & hic & illic, atque hic periculorum millia perpessi, & lapidati a servis amictu monachali coopertis, & hac paulo minus subito interempti. Quievimus

a *Sacra*) Eam super Græce edidit clarissimus & eruditissimus amicus noster Joannes Baptista Corelerius, & nos rursum editurl infra sumus inter fragmenta cum nova interpretatione Latina ab eodem clarissimo viro concinnata. Sunt autem quædam obscura in antiqua versione quæ facile explicari possunt ope verborum Græcorum.

b *Contestatio sec.*) Et hæc quoque extat in editione Winteri, & tomo superiori Conciliorum.

c *Et reliqui*) Legendum, *& reliqui seu ex totius synodi &c. direxere personas.*

d *Relationes*) Non quidem in scriptis, sed per legatos synodi, si vera est vetus interpretatio edita a Wintero.

e *Spe principatus*) Sive *honoris*, ut in editione Basileensi, hoc est, injecta spe episcopatus.

f *Lectæ sunt*) Habentur in tomo superiori Conciliorum.

g *Alteras literas*) Id est, rescriptum imperiale quod editum est supra.

h *Alteras deferens*) Eas nimirum quæ ad Episcopos utriusque Concilii datæ sunt, de quibus dictum est ad cap. XIX

vimus quippe pro fidei pietate omnia sustinentes. Post hæc placuit pietati vestræ & nos & illos pariter convocare, & eos qui pertinaces sunt cogere ad dogmatum venire disceptationem. Dumque hoc futurum sustineret pietas vestra, ad civitatem profecta est. Et illos quidem qui accusantur hæresis, & quorum quidam quidem propter hoc a nobis damnati sunt, alii vero excommunicationi subjecti, qui etiam nunc jam sub alia regula obnoxii sunt, ad civitatem venire præcepit, & sacerdotii ministerium gerere, & Episcopum consecrare. Nos vero qui certamen pro pia fide suscepimus, & omne periculum pro rectis elegimus sustinere dogmatibus, nec urbem jussit intrare, nec propugnare pro fide, dum expugnetur ab aliis, neque pro dogmatibus rectis insistere, sed nec ad propria saltem redire concessit. Et sumus Chalcedone anxii, & coarctati gemimus de schismate, quod contra Ecclesiam meditantur. Hujus rei gratia, tamquam qui nullum responsum potuimus obtinere, necessarium duximus pietatem vestram per has literas edocere in conspectu Dei & Christi ejus & sancti spiritus quia si quis ante restitutionem rectorum dogmatum fuerit ordinatus ab his qui hæretice de fide sentiunt, omnem necesse esse Ecclesiam separari, scindentibus sese & populis & cleris & contra invicem collidentibus. Nullus enim pie sentientium sustinebit ut illis communicet qui hæretice colunt & perditioni salutem propriam dedicant. Dum vero id contigerit, vestra præter intentionem propriam pietas agere compelletur. Schisma enim utique contra voluntatem confirmabitur, & contristabuntur hi qui pro fidei veritate certant, eo quod proditorie proprias animas tradere minime acquiescant, neque consentire his qui impia Cyrilli capitula vindicare contendunt. Multi autem sunt qui pro fidei pietate certant, tam nos orientalis diœcesis universi, & quæ nobiscum sunt cunctæ provinciæ ex Ponti atque Asiæ ac Thraciæ regione Illyricique & [a] Italiæ. Nec enim ulli Episcopi his Cyrilli dogmatibus acquiescere patientur, qui etiam vestræ pietati [b] codicem beatissimi Ambrosii direxerunt contraria huic quæ nunc pullulat culturæ edocentem. Uti igitur tale nil fiat, nec amplius vestra pietas æstuetur, quæsumus, deprecamur, rogamus ut ante ordinationem non fieri sanciatis nisi formam susceperint quæ ad orthodoxiæ pertinent fidem, propter quam & congregavit nos amatrix Christi summitas vestra.

CAPUT XXXV. ...123

[c] Contestatio tertia quam Theodosio Imperatori iidem septem Episcopi [d] direxerunt.

NOn ad hæc evocationem vestræ pietatis speravimus perventuram. Vocati enim sumus honorifice, sicut evocari ab Imperatore convenit sacerdotes. Et evocati ad fidem & confirmationem fidei sanctorum patrum, juste pio Imperatori obedientes advenimus. Et dum venissemus, neque ab ecclesiastica recessimus consequentia, neque vestra constituta contempsimus. Sic conversati sumus a die qua in Ephesum venimus usque hodie vestrorum nutuum secutores. Verum nihil nos circa præsentem vitam, sicut apparet, adjuvit custodia ordinis boni; magis vero, ut videmus, etiam validissime nocuit. Nam nos quidem, qui ea usi sumus, usque præsens in Chalcedone detenti degimus, vix tandem vero nunc dimissi sumus ut ad propria redeamus; qui vero omnia confuderunt, & turba compleverunt mundum, & contendunt Ecclesias separare, ac pietati evidenter obsistunt, quæ sacerdotum sunt gerunt, & utuntur Ecclesiis, & illicite speratæ [e] ordinationis, ut putant, obtinent firma promissa, & ea quæ ad pauperum offeruntur inopiam, expendunt seditionariis suis; dum certe non illis solis, sed etiam nobis sis Imperator. Pars enim non parva tui oriens existit imperii, in qua semper recta fides effulsit.

Super

---

a *Italiæ*) Epistola legatorum conciliabuli ad Rufum Thessalonicensem: *Italos quoque certum est novitatem illam nequaquam laturos esse*. Mirum est orientales connumerare Italiam inter provincias quarum Episcopi adhærebant Joanni Antiocheno & reliquis qui cum ipso erant. Nam catholici scribentes ad Imperatorem Theodosium post adventum Joannis Comitis sacrorum aperte supra profitentur, quod verum erat, omnem occidentem cum maxime Roma residere in vera synodo Ephesina; & rursum iidem ad eundem Principem scribentes per Arcadium, Juvenalem, & ceteros, ajunt supra universum occidentale Concilium per eos qui directi sunt sanctissimos Episcopos anathematizasse Joannem Antiochenum & reliquum recessionis Concilium; & Theodoretus supra cap. XX. scribit occidentem consentire adversariis Nestorii. Scio supra cap. VII. inter Episcopos qui cum Joanne Antiocheno erant subscriptum reperiri Theodorum Episcopum Italiæ. Verum hanc subscriptionem esse mendosam nos illic monuimus. Scio præterea orientales in epistola ad Rufum Episcopum Thessalonicensem scripta mentionem facere Martini Episcopi Mediolanensis tamquam eorum synodo consentientis. Sed ego valde puto Martinum, qui nondum scilicet divisos esse Episcopos, ad synodum Ephesinam scripsisse, & cum ejus epistola incidisset in manus orientalium, ad se scriptam dixisse, quorum synodum esse legitimam putabant, aliam vero, cui Cyrillus præsidebat, falsam. Nam cum Episcopi qui Ephesum vecerant divisi non sint ante finem mensis Junii, & epistolam ad Rufum datam constet mense Septembri, verisimile non est famam divisionis tam cito pervenire potuisse Mediolanum & hinc ad Ephesinam synodum orientalium rescribi potuisse. Quippe immensum est spatium si quis navali evectione velit hinc Ephesum contendere; & si terrestri itinere pergendum sit, a Mediolano usque ad Nicæam, quæ etiam aliquantum distat ab Epheso, sunt M. P. MDXXXIV. ut colligitur ex itinerario Hierosolymitano & ex itinerario Antonini Augusti. Quare cum legati synodi occidentalis, qui missi sunt VIII. Idus Majas, Ephesum non appulerint ante initium mensis Julii, affirmari posse videtur famam divisionis ad Martinum Mediolanensem & epistolam ejus ad orientales pervenire non potuisse intra trium mensium spatium, adeoque deinde videri simpliciter ad synodum, sed in orientalium manus incidisse; præsertim cum li qui tractarunt historiam Episcoporum Mediolanensium scribant hunc Martinum sine Martiniano, ut ipsi vocant, dogma Nestorianum acri & vehementi scripto confutasse, eumque librum Theodosio Principi destinatum transmisisse ad ipsos Ephesini Concilii patres.

b *Codicem B. Ambrosii*) Istius rei mentionem faciunt orientales in eadem epistola ad Rufum. Ajunt enim: *Nam Martinus sanctissimus Deoque dilectissimus Mediolanensium Episcopus ad nos scripsit, librumque beati Ambrosii de dominica incarnatione ad piissimum Imperatorem misit, qui hæreticis illis capitibus contraria docet*. Vide infra cap. LXXXIV.

c *Contestatio tertia*) Hanc etiam ex alia versione edidit Robertus Winterus. Extat autem in tomo superiori Conciliorum.

d *Direxerunt*) *a Chalcedone*, ut habet titulus in editione Basileensi, omissus in editionibus Conciliorum.

e *Ordinationis*) Lupus putat hic agi de confirmatione depositionis Nestorii. Sed manifestum est intelligi hunc locum debere de ordinatione Ecclesiæ Constantinopolitanæ; quam a catholicis peractam fuisse patet ex narratione ordinationis Maximiani, quæ edita est supra.

Super hanc vero etiam reliquæ regiones atque provinciæ ex quibus congregati sumus. Non igitur despiciat imperium vestrum quia corrumpitur fides, in qua & vos baptizati estis & vestri parentes, in qua defixæ sunt Ecclesiæ fundamenta, pro qua beati martyres multa millia pœnarum mortis libentissime susceperunt, cum qua & barbaros vicistis & dissolvistis tyrannos, qua & indigetis in bello quod nunc [a] Africam comprehendit. Erit enim vobis pugnator omnium Deus, si ejus pia dogmata defensetis, & prohibeatis exscindi corpus Ecclesiæ. Exscindetur enim, si superinductus fidei a Cyrillo & confirmatus ab aliis hæreticis sensus obtineat. Hæc jam quidem sæpius in conspectu Dei & in Epheso & hic obtestati sumus, & vestram docuimus pietatem, satisfactionem nobis acquirentes apud omnium Dominum. Exigit namque a nobis & istud, sicut scripturæ divinæ in apostolicis atque propheticis eloquiis docent. Nam beatus quoque Paulus exclamavit ac dixit: *Obtestor in conspectu Dei, qui vivificat mortuos, & Jesu Christi, qui testimonium præbuit sub Pontio Pilato, bonam confessionem*. Et Ezechieli Deus præcipit distinguere ab his qui in populo sunt. Et interminationem ponit dicens: *Si non distinxeris perentium sanguinem de manu tua perquiram*. Hoc judicium metuentes, necessarium fore credimus hinc docere imperium vestrum quia ea quæ sunt Apollinarii & Arii & Eunomii docent in Ecclesiis hi qui eis [b] impermisti sunt & illicite ac inregulariter sacerdotium gerunt, & non salvant animas ingredientium, si qui tamen illos & audire contenti sunt. Per divinam siquidem gratiam, quæ omnes homines parcendo gubernat, & misericorditer regit, & cunctos esse vult salvos, maxima pars populi sana est, & pro rectis dogmatibus pugnat. Propter quos præcipue dolemus ac pungimur animo, metuentes ne paulatim serpens languor plures obtineat, & commune fiat hoc malum. Hæc nos vestram rursus docemus tranquillitatem, nec unquam docere desistimus. Oramus ut annuat imperium vestrum deprecationibus nostris, nihilque subintroduci sanctorum patrum qui Nicæam convenerunt fidei permittatis. Si vero & post hanc nostram deprecationem, & coram Deo commonitionem non acquieverit pietas vestra, nos & pulverem pedum nostrorum excutientes cum beato Paulo clamabimus: *Mundi nos sumus a sanguine omnium*. Non enim quievimus nocte ac die, ex quo in istam benedictam synodum venimus, & Imperatorem & judices & milites & sacerdotes & laicos contestantes ne fiant traditæ a patribus fidei proditores.

CAPUT XXXVI. ...124

[c] *Pars sermonis unius quo in Chalcedone dicunt usum Theodoretum Episcopum Cyrensis Ecclesiæ.*

CHristus præsit nostro sermoni, per quem & ipsi sermones, & nos ejus divinorum ministri verborum; Christus, qui positus est in ruinam resurrectionemque multorum & in signum cui contradicetur, olim quidem ab Israele carnali, nunc vero etiam a spirituali; Christus, qui infidelibus quidem offensionis est lapis & scandali petra, non confundit autem credentes in se; Christus ille lapis quem reprobaverunt ædificantes, & factus est in caput anguli; Christus Ecclesiæ fundamentum; Christus lapis ille qui sine manibus est abscissus, & mons factus est magnus, & operuit orbem terræ secundum prophetiam Danielis; Christus, pro quo & cum quo & propter quem nos expugnamur, & propter quem nos sumus ab imperiali civitate prohibiti; sed non sumus cœlorum regno privati. Civitatem namque habemus Hierusalem cœlestem, cujus artifex ædificator est Deus, juxta Pauli Apostoli vocem. Christus propter quem Propontidis undas navigare præsumitis ut nostram vocem audire possitis, imaginem vocis esse putantes vestri pastoris. Concupiscitis enim delectabile melos audire vestri pastoris, illius pastoris quem compastores ejus [d] calamorum, sicut arbitrantur, subscriptionibus peremerunt, ad quos Deus exclamat per Prophetam: *Pastores multi corruperunt vineam meam, polluerunt partem meam; posuerunt partem meam desiderabilem quasi intransmeabile desertum*. Dicat de ipsis per alium quoque Prophetam: *Secundum multitudinem suam peccaverunt mihi. Ponam gloriam ipsorum in ignominiam*. Dicat per alium denuo Prophetam: *Væ filii desertores; fecistis consilium, & non per me, & conspirationes, & non per spiritum meum; ut adjiceretis peccatum super peccatum. Convertimini qui profundum iniistis consilium & iniquum*. Dicat ad eos Isaias: *Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri in peccatis. Lingua vestra locuta est nequitiam, & os vestrum iniquitatem meditatur*. Nemo loquitur justa, quia concipiunt dolorem, & pariunt iniquitatem. Ova aspidum ruperunt, & telam araneæ texunt. Videte accusationem malitiæ, & fragilitatis nequitiæ convictionem Ova aspidum, & telam araneæ. Hoc quidem malitiæ partus, illud vero infirmitatis convictio. Addit ergo dicens: *Et comesturus ex ovis eorum, confringens invenit monstrum*. Vidisti malitiam languidam, vidisti eum qui expugnatus est coronatum. Quia comesturus, ait, ex ovis eorum, confringens invenit monstrum. Quod est autem monstrum, nisi quia generare non

a *Africam*) Cui incubabant Vandali, Alani, & Gothi, ut docet Possidius in vita sancti Augustini cap. XVIII.
b *Impermisti*) Id est, miscri Ecclesiis. Nam editio Basileensis habet, *et qui permissi sunt Ecclesias habere*.
c *Pars sermonis*) Extat in editione Basileensi Roberti Winteri, & in tomo superiori Conciliorum Titulus in editione Basileensi sic habet. *Pars homiliæ Theodoreti Episcopi Cyri dict. a Chalcedone quum offensi abiturii* Mutatus est pessime in tomis Conciliorum, hoc modo. *Pars homiliæ Theodoreti Episcopi Cyri Chalcedone ad Orientalium legatos Nestorianique fautores habita*. Pessime inquam: Nam præterquam quod nihil ejusmodi legitur in antiquis libris, recte animadvertit Lupus hunc sermonem habitum ad Constantinopolitanos qui Chalcedonem accesserant eo tempore quo Episcopi ex Epheso evocati illic tendebant.
d *Calamor. subscrips.*) In damnationem Nestorii subscribentes in Concilio Ephesino.
e *Vidisti malit.*) Editio Basileensis. *Vidisti malitiam infirmantem, vidisti offendentem non offendentem, vidisti eum qui impugnatur coronatum*.

non potest? Ac si diceret: Quia malitia non potest venire ad perfectionem. Prædica igitur nobis etiam spem malitiæ. Ait enim, quod mirum est, sic dicens: *Et in eo basiliscus*. Hoc est mirum, quia & [a] basiliscus in eo & monstrum. Basiliscus vero malitiam significat. Quia enim bestia hæc [b] amarissima est omnium reptilium, ipsi partum malitiæ comparavit. [c] Monstrum vero idem rursus propter fragilitatem malitiæ dixit. Sequitur demum sententia hæc: *Tela eorum non erit ad vestimentum, nec operientur ab operibus manuum suarum*. Cur hoc? Quia opera eorum iniquitatis. Dic & speciem iniquitatis: *Pedes eorum ad malum currunt*. Ad quid faciendum? *Et veloces sunt ad effundendum sanguinem*. Quid ergo ad hæc? *Contritio & infelicitas in viis eorum*. Semitæ namque illorum, per quas ambulant, perversæ sunt, & viam pacis ignorant. Vere lamentationibus digna sunt ista, ut contra sacerdotes loquantur talia sacerdotes. Sed ista nos dicimus, non tam illos accusantes quam vobis potius providentes. Et post aliqua. *In veritate expavit super hoc cœlum, & ampliore terra est perturbata formidine, dicit Dominus. Quoniam duo & nequam fecit populus meus. Me dereliquit fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui aquam continere non potuerunt*. Dicit ad eos Dominus per Hieremiam Protam: *Transite ad insulam Cethim, & videte*. Non vultis, inquit, acquiescere verbis nostris, non consentitis Prophetis, non suscipitis legem, non creditis scripturis divinis? Paganorum filios doctores adsciscite. Ite ad gentes, & discite quomodo putativi dii honorentur ab eis qui certe non sunt dii. *Transite ad insulas Cethim, & videte, & in Cedar transmittite, & omnino perquirite si facta sint talia*. Quæ talia? *Si mutabunt gentes deos suos*. Quales illos? *Qui certe dii non sunt*. Et cur dicis hæc? *Populus autem meus mutavit gloriam suam, & quia nihil ei proderit*. Hæc etiam de istis convenit dici. Nam gentilium pueri ligna & lapides honorantes, immortalia hæc appellant. Tu autem, qui eos illa prohibes adorare, & solum verum Deum admones colere, qui montes in penso statuit & in statera colles, qui manu sustinet aquam & palma cœlum, & omnem terram gubernat, qui statuit cœlum sicut cameram, qui tenet gyrum terræ totius, & habitantes in ea tamquam locustas, qui verbo suo fecit hæc omnia, & in uno momento temporis præsentavit tamquam futura sint prius quæ ante non fuerunt, & qui dedit quæ non erant ut essent, propria voluntate, tu nunc velut hæc omnia oblitus, passionibus subjicis eum, & tamquam passibilem Dominum sic adorari quasi legis latione promulgasti. Paganorum quidem, sicut dictum est, pueri, cupiditatis nimietate languentes, & cœlum vocant impassibile, & solem impassibilem nominant, & leges de stellis velut immortalibus ferunt, & terram quam conculcant deificant. Nos vero invisibilem, increatum, incomprehensibilem imperscrutabilem credimus esse passibilem? Absit, salvator noster ac benefactor, ne unquam sic a tua recedamus adoratione, ne tuam sic ignoremus naturam, ne usque adeo circa tua simus indevoti dona, neque liberatorem nostrum passibilem suspicemur, qui nos ex passionibus ad impassibilitatem transduxit, qui donavit impassibilitatem passibilibus. Hanc deprecationem Deo & pro nobis & pro vobis offerimus, cui gloria in sæcula. Amen.

Sed eam ex nomine beati Theodoreti posuit Irenæus; qui dum Nestorianus fuerit, ut pro illo in exilium mitteretur, sciens doctrinam Theodoreti in Ecclesia Dei præfulgere, voluit propter illa quæ post gesta sunt ut varium denotare.

CAPUT XXXVII. ...125

Idem vero Irenæus & ista posuit post prædicta dicens.

d Sermo Joannis Antiocheni, quem dixit in Chalcedone post sermonem Aphthonii Presbyteri & Episcopi Theodoreti.

Sancta lex est ut quæ filiorum sunt, patribus deputentur. *Meus est igitur Galaad, & meus est Manasses*. Magis vero non mei, sed Dei sunt, qui nostrum sanctum gregem congregavit ad nos, instantiamque illi pro pia fide donavit super alia bona. Ego vero ad hoc surrexi tantummodo ut salutarem vos pariter & valedicerem vobis. [e] Carpemus namque iter, vobiscum manentes; & rursum vobiscum sumus, ad fratres nostros euntes. Permanet enim sine impedimento ubique dilectionis natura. Saluto vos atque rogo ut pacem habeatis ad Deum, qui ante quidem Christiani fideles eratis, nunc vero etiam confessores. Omnis qui magnam se novit obtinuisse substantiam, fortiter decertat, & eum pro his quæ possidet laborare non piget ne perdat hæc ipsa quæ possidet. Nemo igitur vobis auferat paternam fidem, quam nos quoque sicut depositum filiis commendamus. Attendite ad patres nostros atque majores, quos nec tormenta nec mors nec aliud quodvis humanum valuit ab effectu fidei submovere. Nostris vero temporibus parvæ minæ sunt, magna est merces; parvæ passiones, sed magnæ coronæ. Nemo vobis depositum rapiat, dico vero ad integritatem dogmatum. Nemo vobis deitatem persuadeat esse passibilem, neque unam naturam divinitatis & corporis. Nam illa quidem semper est per se divina substantia, illam vero suscepit. Unde conjunctionem prædicamus, non vero confusionem; unitionem, non tamquam aliquorum misturam. Deus istud propter illud, filius hoc propter illud, omnia hoc propter illud. Adoratur cum illo, glorificatur cum illo. Et hinc conjunctum inseparabiliter, ipsum naturæ nostræ primitiæ nominatur. Hæc custodite, & Deus pacis erit vobiscum, defendens vos quo ipse novit modo. Ipsi honor & gloria in sæcula. Amen.

CA-

a *Basiliscus in eo*) Eadem editio Basil. *basiliscus in illo & uterum hoc est flexile. Basiliscus autem malitiam &c.*
b *Amarissima*) Vvinter. *ferocissima*.
c *Monstrum*) Ibid. *Verum & illa ipsa uterus est propter infirmitatem malitiæ. Infirma enim est malitia*.
d *Sermo Joannis*) Habetur in laudata toties editione Basileensi, & in tomo superiori Conciliorum.
e *Carpemus*) Hoc membrum deest in editione Conciliorum, usque ad hæc, *& rursum vobiscum*.

A

CAPUT XXXVIII. ...126

Epistola sancti Joannis Antiocheni Episcopi, quam [a] Præfecto scripsit ab Ancyra.

INsatiabile quiddam revera nequitia est, & insatiabile nimium. Et hoc ex aliis quidem quis plurimis videat, nihilominus vero & ex istis qui omnes quidem Principum leges, omnes vero calcaverunt ecclesiasticas sanctiones & sursum versum cuncta fecerunt. Non [b] sanciati enim [c] Firmus atque [d] Theodotus, & qui cum eis, iniquitatibus quæ in Ephesо & quæ in Chalcedone factæ sunt, & seditionibus quæ in Constantinopoli, eversione priorum dogmatum, nunc rursus illicitis omnia tentant loca turbare. Nam nunc quoque cooperatorem sibi sumentes [e] illum quem in Constantinopoli produxerunt, direxerunt contra nos ad Ancyram literas infirmiores araneis & inaniores umbris, multam tamen eorum nequitiam prædicantes. Nam dum prius ipsi a nobis excommunicati sunt, eo quod hæreticis subscripserint Cyrilli capitulis, eorumque impietatem roborare præsumpserint, dumque excommunicationis conculcaverunt terminum, & comministrant condemnatis, & secundum sanctorum patrum regulas per hoc ipsi quoque depositi sint, suspensiones contra nos segregationesque miserunt, simile aliquid facientes velut si quis vinctus & adhuc ipsis vinculis obnodatus vincientem se vincire conetur. Memor est autem magnificentia vestra quia & quando Chalcedone degebamus, sæpius & piissimo Principi & vestræ magnitudini diximus quia quicunque a damnatis atque excommunicatis ordinatus fuerit, ordinationem habet illicitam & iniquam. Quomodo autem veniet spiritus gratia orantibus eis quibus interdicta est sacerdotis oratio? Hoc & olim docuimus magnificentiam vestram, & notum facimus in præsenti, quia nos nec istos esse scimus Episcopos, nec illum qui ab istis est factus. Nam illi quidem transgressione [a] regulæ sub regulæ facti sunt pœna; ille vero ab eis nihil accepit, quia nihil habebant quod impertirentur illi qui semetipsos ante privaverunt. Hæc si potestas vestra probaverit, quæsumus ut etiam piissimo & amico Christi Imperatori nostro legantur, & magnificentissimo gloriosissimoque Præposito, & omni amico Christi consistorio sive senatui; ut universi cognoscant quia nos usque ad præsens nulli nosmetipsos subjecimus crimini, & ordinabiliter omnia & consequenter, secundum quod placet regulis, egimus.

(1) Can. Antioch. IV. *Hard.*

CAPUT XXXIX. ...127

Epistola Joannis Antiocheni Patriarchæ & omnium qui in eadem civitate pariter convenerunt Episcoporum ad Imperatorem Theodosium post certamina quæ hi habuerant Episcopi in Ephesо & Chalcedone.

SCientes quia vestrum pietate ornetur imperium, & quia evangelicis & apostolicis dogmatibus faveatis, evangelizamus serenitati vestræ, præ omnibus hoc vos lætificare præcipue cognoscentes, quia per divinam gratiam, quæ orthodoxam fidem omnibus modis evacuari non B sinit nec permittit effluere, sed semper scintillam relinquit, & per hanc reaccendit extincta, quia omnes orientalis diœcesis Episcopi & Clerici & populi recti sunt salvis dogmatibus & perseverant in fide quæ a beatis patribus exposita est in Nicæa congregatis, & eligunt potius omnibus privari corporis membris quam vel unam rectæ illius confessionis syllabam prodere. Propter quod & Cyrilli capitula, tanquam valde contraria & sanctorum Apostolorum doctrinæ & sanctorum evangeliorum prædicationi & expositioni fidei quæ in Nicæa facta est, execramur universi; & amicam Deo vestram quæsumus summitatem in nulla Ecclesiarum quæ sunt sub cœlo permittere dogma illud impium C prædicari, sed ut nefas & blasphemiam ab universo mundo fugari præcipere. Decet enim vobis, quia ab ipso Domino Christo sumpsistis imperium, servare illi mundam dogmatum traditionem, omni additamento hæreseos liberatam. Sic enim super præsens imperium fruetur vestra pietas & futuro, quod & curis est liberum, & non recipit [a] fidem, sed illud quod senescere non potest, immortale gaudium tenet. Joannes Episcopus Antiochiæ. Incolumen vestram pietatem & multis annorum curriculis perdurare oro ecclesiis Christi & Romano principatui, Deo amicissimi & optimi Dei cultores & piissimi Imperatores.

(2) For. Joannem Hard.

D *Similiter & omnes pariter convenientes Episc. subscrip.*

CAPUT XL. ...128

Epistola Theodoreti Episcopi Cyri, quam scripsit ad populum Constantinopolitanum, per quam ostenditur quia non solum prius & posterius, sed & quando ab Ephesо ad Chalcedonem & a Chalcedone redivit ad Ecclesiam suam, semper E fidem catholicam prædicavit, licet Nestorium damnare distulerit, non credens illa ejus esse dogmata quæ & ipse Nestorius denegabat, & in Ephesо ex quaternionibus sub ejus nomine, nullo teste, probata credebat.

QUale quiddam patiuntur & faciunt avium matres, quoties nidos suos deprædandos adspiciunt, (Anxiantur enim & garrulæ stridunt, & ad similem volatum teneros adhuc pullos

---

a *Præfecto*) Antiocho. Vide supra cap. 24. 25.
b *Sanciati*) Legendum est, *sataati*.
c *Firmus*) Episcopus Cæsareæ Cappadociæ.
d *Theodotus*) Episcopus Ancyranus.
e *Illum*) id est, Maximianum Episcopum Constantinopolitanum ordinatum a septem Episcopis catholicis Constantinopolim missis a sacro Concilio, inter quos fuerunt Firmus & Theodotus. Vide supra.

pullos hortantur, ut aucupantium manus effugiant) tale aliquid patior simul & facio, lamentationes vestras ex literis audiens, & quasi vos garrule stridentes ac tremule mentis oculis cernens. Inspectis namque ipsis literis, mox lachrymarum cunctos humores expendi, & sicut dicit Propheta, exitus aquarum deposuerunt oculi mei. Et tacens simul ac gemens permansi diutius, hoc improvisum cogitans malum, & divisionem corporis Ecclesiæ, & prælium omni bello civili deterius. Non enim de una tribu tantummodo sumus, sed de utero uno, eundem gloriantes habere nos patrem omnium Deum, eandem matrem sanctissimum fontem. Non solum vero unius uteri sumus, sed & unius quoque thori, unius mensæ, unius & victus. Et licet membra multa simus atque diversa, unum tamen corpus efficimus juxta apostolicam doctrinam dicentem: *Vos estis corpus Christi, & membra de membro*. Sic nec naturæ cognatio, nec communio partuum, nec quod mystica mensa perfruimur, nec quod manus invicem sumus ac pedes & oculi, & quia unum corpus universi complemus, vinculum sufficit servare concordiæ, contemptis vero cunctis legibus pacis, tanquam laniantes propria membra discerpimus, & adversariis facti sumus præda facillima atque insultationis & illusionis occasio, eo quod invicem nobis sicut adversariis abutamur, incidentesque cuneum nostrum, & partes ejus in invicem vertimus. Unde rident quidem gentilium pueri, rident quoque Judæi, exiliunt agmina hæreticorum, ovantque cuncti adversarii veritatis, & nostris malis insultant, nos respicientes partitos, & propriam pacem nostrum prælium ducunt. Hos autem qui horum causæ sunt facti nec hoc evigilare facit atque ad semetipsos reverti, ut radicitus evellant quæ male sunt seminata zizania, salutaribus Apostolorum contemptis seminibus, quæ spiritus per omnia sancti gratia præstiti. Hæc igitur, mox ut epistolam legi, mente percipiens, ingemui, lamentatus sum, in lachrymis tunc rationes expendi quas peperit dolor, quando super ista quædam in animo introeunt, non error solum seducentium, sed & illorum qui seducuntur læsio. Sed dum recognovissem eum qui est a principio usque nunc Ecclesiæ statum, & quomodo semper expugnata, expugnans superans proficit, dum virtus a Domino in infirmitate (perficitur) ac probatur juxta ipsius Domini vocem, aliquantulum recreatus sum, nimietatemque dissolvi tristitiæ. Rememoratus enim etiam sanctorum evangeliorum doctrinas, inveni salvatorem Dominumque nostrum nihil suave neque festivitate dignum in torrena vitæ sanctis suis promisisse discipulis, labores vero atque sudores sua lege proferentem, & injuriosa jurgia & plagas atque flagella prædicere. *Ecce*, inquit, *ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Et ante Præsides & Reges ducemini propter me, & in synagogis suis flagellabunt, & eritis odio omnibus propter nomen meum*. Et post ista insurrectiones in invicem docens ait: *Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filios; & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient*. Eorum vero quæ dicta sunt finalis extremaque sententia continet etiam fructum; *Qui enim perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit*. Discimus ergo ex his nihil remissum plenumque lætitiæ quærere in præsenti vita, bonorum vero quæ sperantur ser-

A vationem viriliter sustinere & fortiter ferre quæcunque propter veritatem contigerint tristia. Hujusmodi enim perseverantia futura nobis bona providebit. Dicit enim beatus Paulus: *Quia tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit*. Confessionis nunc liberatio festivitatis initium est. Qui vero illa sustinent, eis non potest misceri tristitia. Et nunc experimenta innituntur rebus. Exspectationes fructuum pondus laboris exonerant. Unde & sanctorum Apostolorum contubernium, dico autem Petrus & Joannes, dum miracula & perflagellati fecissent, *exierunt gaudentes, quia digni facti sunt injuriam pro Christi nomine sustinere*. Et Paulus

B pietatis procertator exclamat: *Complacemus in infirmitatibus, in injuriis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis, in seditionibus pro Christo*. Explicans rationem dicit: *Quando enim infirmor, tunc potens sum*. Et non ait, *Tolero infirmitates & injurias*, & reliqua, sed, *complaceo*, inquit, id est, gaudens suscipio, cum voluntate flagellor, tormentis gaudeo, festivitas doloribus commiscetur. Et illa quidem natura sensibus ingerit, hanc vero voluntas adducit. Et mox infert inquiens ita: *Si gloriari oportet, de infirmitate mea gloriabor*. Et alibi: *Non solum vero, sed & gloriamur in tribulationibus*. Non autem dicit: *Perseveramus*, vel *toleramus*, vel *tribulationes patienter ferimus*, sed ait, *Glo-*

C *riamur in tribulationibus*, inter tribulationes declarans voluntatem, animæque fiduciam de spe notificans futurorum. Quia enim in principio certaminum summitas est dolorum, & circumvallantium se malorum multitudinem cernens, & deprecans ut eueret ex tribus certaminibus, judicem dicere audiit: *Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur*. Lætabatur postea flagellatus, insultabat cum torqueretur, extentus quasi in choro gaudebat. Cum plagis finderetur, hymniebat, gratias agebat in vinculis, & Ecclesias ex carceribus faciebat, noctes psalmodiis mutabat in dies. Irascebatur contra eos quos flere audiebat propter futuras ei tentationes, atque dicebat: *Quid fle-*

D *tis & confoditis cor meum? Ego enim non solum ligari, sed & mori pro Domini nostri Jesu Christi nomine paratus sum*. Ista omnis Apostolorum chorus faciens permansit. Hæc qui post illos fuerunt veritatis athletæ. Hæc sunt etiam multi qui pro pia religione contemnant atque perficiant. Non enim nos omnino deseruit illius gratia qui cernit desuper universa. Dereliquit autem nobis Dominus semen, ut non similemur Sodomis & Gomorrhis. Et est etiam per misericordiam salvatoris aurea grana in botro cernere, quæ juxta imaginem propheticam benedictio Domini nominantur. Et spicas non duas aut tres, sed multa millia solida in valle radicatas est videre. Olivas quoque non qua-

E tuor aut quinque tantum, sed numero plures super extremitatem plantatas montis excelsi, quæ ab inimicis furantibus auferri non queant. Hæc enim tropice sancivit de his quos pietas nutrit, qui divinum depositum minime perdiderunt, sed intentabile atque incontaminabile servavere. Scit Dominus qui sunt ejus, & adest præconfirmator, & excitatione levigat & clamat: *Non te deseram, neque derelinquam; & adhuc loquente te dicam, Ecce adsum. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. Et. *Confidite, ego vici mundum*.

Et.

Et. *Sufficit vobis gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur*. Ob hoc enim quia in pugnatione multa undique sagittarum millia excipientes neque fugiebant, neque cadebant, sed fortiter stabant, & habebant immobilem virtutem, hoc ipsum ait amplius prædictam ejus regni virtutem. Expendentes enim sagittas impugnabant adversum nos, & lapides ac lanceas nostros nos dejiciunt milites. Hoc igitur audientes verbum contra insurgentes molestias hæsitare non convenit, sed fortiter stare hereditatemque paternam inadibilem furibus custodire & supernum custodire nutum. Veniet enim quicunque venturus est, & non tardabit, & athletas proprios coronabit. Credimus vero quia & gregem suum, qui divisus est, celeriter uniet, & pascit nos continuo. Tamen sinit fieri sicut in principio, quando non erat nobis. Et eos qui erraverunt convertet, & languentes salvabit, & salvos custodit in omnibus. Confidite igitur vos, qui estis piæ religionis peculiare nutrimentum, & vestram ipsorum salutem operamini ad virtutes animi invicem provocantes, & divinas leges ad memoriam reducentes, deprecantesque Dominum ut hanc caliginosam nubem pinguemque dissolvat & omnibus lumen veritatis ostendat & doceat universos quia impassibilis & immutabilis est trinitatis natura secundum sanctorum patrum doctrinam qui in Nicæa convenerunt dicentem: *Eos enim qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, & antequam nasceretur non erat, aut quia ex non existantibus procreatus est, vel ex alia quacunque substantia, dicentes esse vertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat sancta catholica Ecclesia*. Qui ergo divinæ naturæ passiones apponunt, eam vertibilem dicunt atque mutabilem. Mutatur namque ac vertitur quod se aliter atque aliter habet. Qui autem vertibilem dicunt atque mutabilem, sub patrum maledictione sunt sanctorum. Si enim quod impossibile naturaliter existit, vertibilitatem mutabilitatemque sustinuit, quod autem convertitur ac mutatur, jam non est inconvertibile neque incommutabile, quomodo igitur per Prophetam Dominus exclamat: *Ego sum, ego sum, & non mutabor*? Si ergo & Deus semetipsum immutabilem vocat, & beati patres huic voci obedientes anathematizant qui hunc vertibilem atque mutabilem vocare præsumunt, quis ita propriam salutem despiciat ut & adversa alleget contra Deum, & his qui subtiliter divina edocti sunt aperte repugnet? Oportet igitur credere in patrem & filium & spiritum sanctum, & patrem quidem qui non sit ex aliquo alio, nec existendi causam ab aliquo habeat, filium vero ex patre quidem genitum consempiternum, non tamen eum qui hunc genuit existentem. Et nulli hoc verbum absque omni persuasibilitate videatur. Nam sicut filius quidem genitus est ex patre, sicut verbum vero est splendor gloriæ consempiternus patri, & quidem sicut filius ex patre, sicut verbum in patre, sicut autem splendor cum patre, sicut vere considens una cum patre, idem quidem credimus de spiritu sancto, quem nos Dominus docuit ex patre procedere, & Apostolus tradit dicens: *Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est*. Credimus igitur unam esse patris & filii & spiritus sancti divinitatem, unam dominationem, unum regnum & potestatem atque consilium in tribus proprietatibus

A

B

C

D

E

five in subsistentiis agnoscendam. At vero illis relinquamus minus & majus qui ea quæ infinita sunt tanquam per linguam pensare præsumunt. Nos autem unam trinitati oneramus adorationem. Præcipimur enim sic honorare filium sicut adoramus & patrem, & in omnibus spiritum sanctum patri & filio communicare sumus edocti. Tanta nobis ad præsens de divinæ naturæ deiloquio dicta sint. Isthic docens enim, non sicut disceptans, feci sermones. Et doctrinam fratribus, non inimicis, offerimus. De dispensatione vero credere convenit quia unigenitus Dei filius, Deus verbum, qui ante sæcula est, propter nostram salutem incarnatus est & inhumanatus, & habitavit in nobis, & factus est caro, non vertibilitate divinitatis, sed assumptione humanitatis. Forma enim Dei existens, formam servi accepit. Et in terra visus est per humanam naturam, & cum hominibus conversatus est. Propter quam etiam templum vocavit sumptam naturam, differentiam ejus qui accepit ad id quod assumpsit ostendens. Et quia hoc quidem Deus est, illud vero templum, utrumque autem unus Christus, unus Dominus, unus filius unigenitus, & idem primogenitus. Hoc enim nos etiam beatus Paulus edocuit: *Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia*. Et in Epistola ad Hebræos: *Jesus Christus heri & hodie ipse & in sæcula*. Et alibi: *Unus Dominus, una fides, unum baptisma*. Et patres autem qui in Nicæa congregati sunt inquiunt: *Et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei*. Quos sequentes, unum quidem Christum & Dominum confitemur filium Dei, in ipso uno autem duas naturas agnoscimus. Et novimus unum eundemque recentem & sempiternum, ex Abraham recentem secundum humanitatem, sempiternum secundum divinitatem, passibilem circa id quod visibile est, impassibilem circa invisibilem naturam. Ex Deo, quia Deus est; ex Abraham, quia homo est. Sic filium confitentes, agnoscimus quæ cujusque naturæ sunt propria. Hæc vobis iterum, velut in summa, de dogmatibus pietatis scripsimus. Direximus autem vobis & ea quæ a nobis ad monachos sanctissimos scripta sunt, & divinorum dogmatum latius opus habentes & claram Conciliorum cognitionem. Super hæc autem direxi vobis amatrici dilectionem, amatrici Dei congregationi, & ea quæ ad Deo amicissimos Episcopos a nobis dicta sunt, qui discere voluerunt quæ sit eorum quæ moventur causa. Petierunt enim a nobis hanc eis manifestam statuerem & claram. Si vero vacare potuero, & ea quæ de sancta trinitate & de divina dispensatione olim a me scripta sunt dirigo vobis; non ut satietatem vobis faciam divinorum, sed ut accendam desiderium vestrum, ardentiusque perficiam. Potens vero est Deus omni vos implere sapientia per spiritum & quod deest ex magistrorum interpretationibus adimplere, ut etiam dicat ipse de vobis: *Oves meæ vocem meam audient, & cognosco eas*, & ei respondeatis: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*.

CAPUT XLI. 129

Epistola sancti Acacii Berrhœensis Episcopi [a] antiquissimi & illo tempore claris sacerdotis, qui etiam confessor Arianorum temporibus fuit, cujus & scriptas contra beati Cyrilli capitula literas approbavit Theodosius Imperator [b] scribens ad synodum quæ in Epheso congregata est per Joannem Comitem largitionum, [c] sicut supra ostensum est; cui & in ipsa discordia posito & sedes apostolica & beatus Cyrillus cum magna veneratione rescripsit.

DOmino meo sanctissimo & Deo amicissimo fratri & comministro [d] Alexandro Acacius. Sicut pridem nuntiavi religiositati tuæ, pervenit huc Dominus meus per omnia sanctissimus Joannes Episcopus cum Deo amicissimis Episcopis Alexandro Apameæ, Archelao, Theodoreto, Thalassio, Eustatio, Mari, & Maru: & nunciaverunt quæ dicta sunt & quæ acta priusquam evocati sunt a religiosissimo & Deo amicissimo Imperatore nostro, quæ talia sunt ut nequeat complecti oratio. Omnem namque linguam superant ad loquendum quæ per concinnationem diaboli dicta sunt. Discussione vero facta coram piissimo & Deo amicissimo Imperatore nostro inter utraique partes, dum omnia piissimus Imperator cum orientalibus sentiret ac diceret, multa pecunia, quam dedit Cyrillus, pro peccatis nostris obruit veritatem. Nam postquam mortuus est [e] scholasticus eunuchus, piissimus Imperator res ejus inquirens & aurum, quod reliquerat infinitum, invenit hypomnysticum continens quia multas auri libras acceperit a Cyrillo. Et vero aurum tradebatur a [f] Paulo quodam filio fratris Cyrilli Alexandrini, qui illic Comes erat Consistorianorum; præter alia innumera quæ in variis speciebus sunt diversis oblata personis. Depositio vero Cyrilli & Memnonis fuerat confirmata, & ut prædicaretur quoque convenerat. Et sic tempus inveniens, dum custodiretur in Epheso, fuga est usus. Maximianus vero, qui in Constantinopoli est ordinatus Episcopus, orientalibus in Constantinopolim non permisit intrare. Cognovit autem religiositas sicut oportebat agnoscere. Videns enim multam turbam monachorum piissimus Imperator, valefecit Episcopis, satisfaciens eis. In angustia igitur nimia sunt qui ad Ecclesiam pertinent, & ad salvandum Dei omnipotentia indigent atque remedio. Qualiter vero hi qui ad nos a vobis venerunt consolati sint cum multitudine quæ pariter venit, & quomodo nos fuerint consolati prædicti religiosissimi Episcopi, reverentissimus Panicius Diaconus edocebit. Omnem quæ recum est in Christo confraternitatem plurimum salutavi.

CAPUT XLII. 130

Epistola quam præfatus Irenæus direxit, a beato Theodoreto Cyri Episcopo ad Candidianum Comitem Domesticorum ante pacem missa.

PRopter multa & ipsam memoriam Ephesiodio habens, gratias ei de una re ago præcipua, quia manifestam nobis fecit animam tuam, quæ est plena virtutibus. Sic enim athletas luctamina, & equos currendi certamen, & aurigas currus, & aurum coticula ostendit, utrum probatum sit, an adulterinum, ipsa decernit, sic & civitas illa, & illa vehemens tempestas, & densi atque crebri fluctus, & diversi atque contrarii flatus stabilitatem vestram & fortitudinem firmitatemque pro justitiæ partibus ostenderunt, & ferventes dilectores nos vostræ magnitudinis effecerunt. Ob hoc Epheso gratias agere cogar, in qua illud pessimum naufragium sustinuimus, in qua Ecclesiæ membra contra invicem seditione armata sunt, & unum corpus incisum est, & mala illa sunt perpetrata quæ taciturnitate sunt digna, quæ plus nobis tua scit magnitudo. Unde & de sanctissimo ac Deo amicissimo Episcopo & comministratore nostro [g] Theophanio scribens, verbis non egeo longis. Et ipsum namque manifeste novit magnificentia vestra, & scit injustitiam quæ præsumpta est contra eum. Quia igitur & adversamini & odistis eos quia talia commiserunt, linguam pro manu porrigite, & suadete illos qui habent hujus sententiæ vim, extinguere tandem flammam quæ male succensa est, & restituere male pulsis Ecclesias, & sistere risum qui contra nos est pietatis adversariorum.

CA-

a *Antiquissimi*) In epistola Theodosii Imp. ad synodum Ephesinam supra, scriptum est Acacium adjici sancto Concilio non valuisse *propter longam senectutem*. In capite vero II. istius synodici laudatur rursum ejus senectus, & c. XVII. orientales ajunt illum tum expleviſse centum & decem vitæ annos. Factus est Episcopus an. CCCLXXVIII. ut notat Baronius; furente nimirum Valentis Imperatoris Ariani persecutione adversus catholicos, de qua videndus Theodoretus in capite secundo historiæ religiosæ. b *Scribens ad synod.*) superius uti jam dictum est.

c *Sicut supra*) Nihil istiusmodi legitur supra, nisi quod in capite XVI. extat relatio Joannis Comitis sacrorum. Itaque oportet omissam a Lupo fuisse sacram quæ extat supra.

d *Alexandro*) Hierapolitano Euphratesiæ metropolitano Episcopo. Assentior enim Lupo, qui sic interpretatur.

e *Scholasticus eun.*) ad quem data est epistola Nestorii quæ extat supra cap. XV. ubi plura de illo diximus.

f *Paulo quodam*) Recte observat item Lupus falsum esse hoc loco Acacium, dum scriberet hunc Paulum fuisse filium fratris Cyrilli Alexandrini. Quippe ex epistola fratris ejus Athanasii Presbyteri Alexandrini, quæ extat in actione tertia Concilii Chalcedonensis, constat hos fratres fuisse filios Isidoræ sororis Cyrilli. In eą porro epistola multa habentur de eodem Paulo.

g *Theophanio*) Episcopo Philadelphiæ Lydiæ, de quo plura supra in gestis Concilii Ephesini. Hunc cum reliquis schismaticis ab ecclesiastica communione alienum fecit idem Concilium actione quinta. Post quam damnationem, quia perseverabat in schismate, alius in loco eius ordinatus est apud Philadelphiam. Attamen objici potest eum subscripsisse sententiæ depositionis a sancto Concilio latæ adversus Nestorium, ut patet ex tomo quarto Conciliorum & ex hac nostra nova collectione, ubi ille sic subscribit: *Theophanes Episcopus Philadelphiæ subscripsi*. Sed subscriptio illa perperam huc irrepsit ex codicibus Græcis, quam Latini non habent.

A

CAPUT XLIII. 131

Epistola sanctæ memoriæ venerabilis Andreæ Episcopi Samosatæ civitatis ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum, de [a] Rabbula Episcopo Edesseno, qui se ab orientali synodo separavit.

HI qui pro recta fide laborant scripserunt mihi ab Edessa quia Rabbulas apertissime declinavit a dogmatibus veritatis & persequitur rectæ fidei defensores, ita ut Theodorum [1] quidem beatum rectæ glorificationis magistrum præsumeret [b] anathematizare in Ecclesia & multa mala contra eum diffunderet, anathematizaret B vero & illos qui ea quæ illius sunt legunt, insuper & [c] qui illa quæ scripsimus, & quicunque veniunt & non portaverint [d] ad combustionem Theodori codicem, & eos qui præter illa quæ Cyrilli sunt sapiunt. Dicitur autem & prædicare quod una tantum natura sit Christi & expellere valide hos qui aliquid aliud dicunt. Superflue igitur, ut apparet, [2] Dominos contingimus, qui per taciturnitatem proditores veritatis efficimur. Et festivitas quidem quæ sistit in januis nunc convenire nos prohibet. Rogo vero ut mihi tua probitas indicet quæ oportet dicere vel agere super his, & priusquam nos convenire contingat. [e] Amici vero qui persecutionem sustinent interrogant nos si oporteat jam C scissionem fieri & ostendi fiduciam, quia circa ea [3] consilium minime id nunc usque fecerunt. Mihi autem rationabile videtur ut qui fiduciaiter impie agit, & omnes abjuravit orientales, & nos contra eum clare pugnemus. Si vero essent quidam fortes, & illud aliud fieri debuit. Et mihi quidem videtur quod in Constantinopoli suscipiens literas quas nunc usque sustinuit erupisset, & impietatem, quam olim conceperat, clarissime peperisset. Nobis vero tutum, sicut arbitror, non est ut de talibus ulterius taceamus.

(1) Mopsuestenum Episc.

(2) Forte, *deflores*, Hard.

(3) Forte, *concilium minime in id nunc usque* Hard.

CAPUT XLIV. 132

Synodicum decretum Joannis Antiocheni Episcopi & reliquorum ad Episcopos Osrhoenæ provinciæ contra eundem Rabbulam Edessenæ civitatis Episcopum.

A Multis & dignis fide viris [f] subtiliter & integre didicimus quia honorandissimus Rabbulas & Edessam perturbat & omnes qui vicinas provincias habitant, apostolicæ fidei valde contraria perpetrans, & eos qui recte sapere elegerunt vertit in fugam, & multa molitur contra orthodoxam fidem. Unde compulsi sumus, hæc discentes a plurimis, vestræ religiositati epistolam destinare; ut si vera sint ista quæ hic diffamantur a pluribus, immunes vos ab ejus communione servetis, donec eum evocantes ad nos, & integre discutientes quæ ad eum pertinent, aut ignoscamus satisfacienti, aut convictum subdamus satisfactionibus regulæ. Oportet enim vestram Deo amabilitatem in fidei causa uti fiducia qua & præter literas nostras vestra sanctitas utique uti potuerat; quippe quæ in divinis legibus ante conscripta est. Omnem fraternitatem quæ vobiscum est ego & qui mecum sunt plurimum salutamus.

CAPUT XLV. 133

Hypomnysticum Theodoreti ad Alexandrum Metropolitanum.

VEnientibus quibusdam, & qui præsentes se fuisse ipso tempore in ipsa Thyanensi civitate & hæc vidisse confirmaverunt, cognovimus quia [g] Firmus subtrahens aliquos qui erant de provincia sua, cum multitudine venit super Deo amicissimum [h] Eutherium, & quendam ex assessoribus ordinavit, & quia magnificentissimus Comes Longras Isauros ad auxilium sanctissimi Episcopi Eutherii destinavit. D Et portas quidem civitatis ad eos qui contra Episcopum venerant cives claudebant. Dum ergo ingressi fuissent universi, supervenientes tenuerunt, inter quos & eum qui ab eodem Firmo fuerat ordinatus. At vero ipse qui ordinatus est negavit ordinationem suam, dicens

a *Rabbula*) Venerat Ephesum cum Joanne Antiocheno, & subscripsit epistolæ orientalium ad Hierapolitanos, quæ extat supra cap. XIII. Idem cap. XXVIII. subscribit epistolæ eorundem orientalium ad Episcopos missos Constantinopolim. Postea ab eis recessit & se catholicis adjunxit, ut patet etiam ex Liberato cap. V. & ex epistola Ibæ ad Marim Persam, in qua Rabbulam vocat tyrannum. Ad eum extat infra cap. CXIII. epistola Cyrilli Alexandrini. Vide etiam cap. XLIV. CX. & CLXVII.

b *Anathematizare*) Ibas in epistola paulo ante laudata, quam refert etiam Facundus: *Ex quibus unus existit nostra civitatis tyrannus, quem & ipse non ignorat: qui occasione fidei non solum viventes punit, sed & hos etiam qui olim ad Dominum migraverunt: quorum unus est beatus Theodorus, veritatis prædicator, & doctor Ecclesiæ. Hunc ausus est, qui omnia præsumit, clare coram Ecclesia anathematizare.* Meminit hujus loci Liberatus, hæc ipsa verba referens.

c *Qui illa quæ*) Leg. *insuper & illa quæ scripsimus*. Conqueritur Andreas quod Rabbulas anathematizaverit quæ a se ac Theodoreto scripta erant adversus capitula seu anathematismos Cyrilli. Theodorus lector libro secundo scribit illum accusatum ab Andrea Samosateno fuisse quod contra duodecim capitula Theodoreti scripsisset. Quod cum falsum esse intelligeret vir eruditissimus Henricus Valesius, sic ex certissima conjectura emendandum putat hunc locum ut dicatur Rabbulas accusasse Andream quod contra duodecim capitula Cyrilli scripsisset una cum Theodoreto.

d *Ad combustionem*) juxta edictum Theodosii, qui, ut supra, jubet libros Nestorii omni studio conquisitos publice concremari. Eam constitutionem ad Theodori quoque Mopsuesteni, qui Nestorii magister esse dicebatur, libros, quos pejores Nestorianis esse alicubi scripsit Cyrillus, extendit Rabbulas; sicut postea quintum Concilium eandem relegens, sic legit tamquam si ab initio nomen illic Theodori scriptum esset cum nomine Nestorii. Vide infra cap. LXXXIII.

e *Amici*) Ibas Presbyter Edessenus & ceteri qui cum illo erant Edesseni, ut satis ostendunt hæc verba.

f *Subtiliter*) evidenter, ut supra cap. XXVIII. Item infra cap. LIV. LVII.

g *Firmus*) Episcopus metropolitanus Cæsareæ Cappadociæ primæ, unus inter primos synodi Ephesinæ.

h *Eutherium*) Episcopum metropolitanum Thyanensem in secunda Cappadocia, damnatum cum reliquis orientalibus in eadem synodo, deinde relegatum Scythopolim, ac postea Tyrum, ubi defunctus est, ut legitur infra cap. CXI.

& contra voluntatem se ordinatum fuisse & non acquievisse, ita ut mox se indueret chlamydem, & in theatrum vadens exspectaret ludos. Aliqui vero qui cum ipso erant fugientes, ad Nazianzum pervenerunt. Hæc agnoscens, multo dolore atque angustia sum repletus, cogitans Ecclesiarum quæ ubique sunt perturbationem & procellam solam & per omnia pessimam. Oret igitur sanctitas tua & Dominum deprecetur ut extinguat hanc validissimam tempestatem, & vel modicam serenitatem donet Ecclesiis. Quæ vero & contra Deo amicissimum Episcopum Dorotheum Martianopolitanum tentaverunt adversarii veritatis efficere, & ex ipsis agnosces, Domine, quæ ab eo ad amatorem Christi regiæ urbis populum per epistolam dicta sunt. Hujus enim rei gratia nobis ab aliis directum [a] exemplar earundem literarum tuæ sanctitati direxi.

CAPUT XLVI. ...134

Epistola Dorothei Metropolitæ, missa ad populum Constantinopolitanum.

REvertente reverentissimo Martino compresbytero suscepimus a vestra caritate literas; & colligentes nosmetipsos in idem, & legentes eas, confusi sumus immodice, colligentes quia in tali tempore multorum millium charitmatum plena & amica Dei navis vestra priorum sacerdotum siti nunc æstuat; ita ut nonnulli quidem vestrorum catechumeni de hac vita exierint, alii vero vita desiderantes ultima communionis judicium, in ipso vitæ termino id non potuerint obtinere, eo quod adversarentur communicare cum impiis, sed sic ad Dominum migraverunt. Verumtamen nostræ fidei nobilitatem recordati, quam didicimus a prioribus temporibus, ad gratiarum actionem conversi sumus omni tribulatione deposita; quia & ille justus judex, cum sit etiam clemens, & per omnia nostrum propositum noverit, etiam sola voluntate contentus est, & ad nostram sæpe intentionem mensurat divitias misericordiæ suæ ac fontem propriæ largitatis. Verumtamen vestræ caritatis epistolam non nos soli cognovimus, sed etiam legi eam Christo amicis plebibus cum literis orientalium Deo amicissimorum Episcoporum coram Ecclesia fecimus. Communem orationem cuncti pro vestra stabilitate ac fiducia, quæ secundum Deum est, cum compunctione cordis & lachrymis obtulimus Domino Christo, ut ad summa Ecclesiæ gubernacula in tempestate hac maxima deprecantes. Sed his ita gestis a nobis in Domini corde, nequam dæmon stimulatus de his quæ ab omnibus pariter atque affectu sincero fiebant, præparavit ut superveniret ad civitatem nostram cum magnificentissimo & religiosissimo magistro militiæ [b] Plintha [c] Saturninus quidam, qui diffamabat semetipsum ab apostatis & prævaricatoribus Episcopum fuisse ordinatum nostræ metropoli, qui & per violentiam caperę hanc studuit patrocinio viri prædicti; sed spiritus armati virtute populi nostri, imitatores vestræ in Christo fortitudinis facti sunt. Omnia enim reliqua in præsenti postponentes, intus intra sanctæ Ecclesiæ septa psalmis & hymnis & canticis spiritualibus semetipsos armantes, machinamenta adversariorum omnia, & Saturnini artes, & concinnationes eorum qui etiam patrocinabantur telam araneorum ostenderunt. Præparaverunt semetipsos ante de vita exire præsenti quam nequam & impium suscipere pseudoepiscopum, maxime cognoscentes quia unam Domini & salvatoris nostri naturam prodigiose denuntiet, alteram negans. Si enim, sicut putat, una natura est, necesse est eam aut mortalem esse aut immortalem. Et si mortalis est hæc circa eorum impiam factionem, igitur Deus verbum passibilis atque mortalis est. Si vero hanc impassibilem dicunt, clare circa illos Christianorum gloria est convicta, & salutaris baptismi evertitur donum. Ad quid enim jam pertinebit quod Apostolus ait: *Quicumque in Christum baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus ei per baptisma in mortem.* Ubi vero est & id quod est scriptum: *Sicut plantati facti sumus similitudini mortis ejus, sic etiam resurrectionis erimus.* Propter ista igitur simili zelo reverentiæ vestræ motus nostræ Ecclesiæ (populus) festinavit non deserere vestra vestigia. Unde & clementis Dei gratia effulgens super nos hoc præparavit ut omnem inimicorum conatum sumi vice dissolveret. Saturninus autem, sicut venerat, sic discessit. His igitur ita factis, & dum prædictus venerabilis presbyter Martinus propter id ad regiam pergeret civitatem, justum esse arbitrati sumus per humiles literas nostras hæc ipsa sicut dilectis nobis innotescere & rogare amicam Christi dilectionem vestram ut reaccendentes, per pium zelum ad Deum, pium desiderium circa patrem vestrum [d] (*a*) coepiscopum nostrum, hujus quidem sine oblivione habeatis memoriam vos, qui per ea quæ docuit ac docet nunc usque, dum leguntur, semper juvamini. Permanete vero in sana confessione patrum qui in Nicæa congregati sunt, absque omni simulatione clamantes: *Credimus in unum Dominum Jesum Christum filium Dei unigenitum, ex patre natum ante omnia sæcula*, consubstantialem nobis quippe, ut ex semine Abraham & David circa humanitatis naturam. Neque enim quiescimus unquam dicere duas naturas in filio; licet non videatur [e] hæredibus impiæ culturæ Apollinarii, qui dignus est exuri. (*b*) [f] Eundem tamen confitentes creatorem operatoremque universorum secundum deitatis rationem, e spiritu sancto & Maria virgine secundum [g] humanitatis fructum, impassi-

a *Exemplar*) Extat in capite sequenti. b *Plintha*) Anno CCCCXIV. Plintha fuit Consul cum Monaxio, idem haud dubie qui hic vocatur magister militiæ. Nam tum sæpe consularis dignitas tribuebatur magistris militiæ, ut docent exempla Dagalaifi, Timasii, Abundantii, Stilichonis, Constantii, & Dionysii.

c *Saturninus*) Valuit istius ordinatio repugnante licet plebe. Interfuit enim Concilio CP. Flaviani adversus Eutychetem, ut legitur infra in Concil. Chalced. Act. 1.

d *Coepiscopum*) in veteri libro scriptum erat, ut sæpe fit, *quoepiscopum*. Quod cum Lupus non intelligeret, sic reposuit, *quoque Episcopum*, inepto admodum sensu. Intelligit autem Dorotheus Nestorium Constantinopoleos Episcopum. e *Hæredib. Apollin.*) id est, Cyrillo Alexandrino & sequacibus ejus. f *Eundem*) Ita nos emendavimus. Lupus enim ediderat, *Et unde*. g *Humanitatis fructum*) Videtur legendum, *humanitatem factum, impassibilem & immortalem secundum deitatem, passibilem & mortalem secundum humanitatem*.

(*a*) *Coepiscopum* diserte legit Casinen. Cod. ut conjectura Baluzii in reprehensionem Lupi nihil valeat.

(*b*) Cod. legit *Et unde*.

passibilem & immortalem secundum (a) humanitatem. Hæc incessabiliter meditamini, in his permanete, ut profectus vester manifestus in omnibus sit. Rogamus autem vos, o amice Dei grex Christi, quo per operationes ac deprecationes supplicetis Domino Christo ut quantocyus hanc totius orbis terrarum increpet tempestatem & profundam nobis Ecclesiarum pacem donet.

CAPUT XLVII. 135

Alia Epistola Theodoreti ad populum Constantinopolitanum, commendatitia.

QUantum nos anxios facit error eorum qui rectam viam dereliquerunt, tam lætificat vestræ Deo amabilitatis fervens zelus pro evangelica fide. Invenimus enim & beatum Paulum dolentem quidem nimis de insania inimicorum, reanimatum tamen de unitate fidelium. Unde & Timotheo scribens tristitiam quam de illis habebat, revelavit & refrigerium quod de istis, inquiens: *Nosti quia averti sunt a me omnes qui sunt in Asia; quorum est Philetus & Hermogenes.* Et ostendens factam sibi per illam angustiam divinitus consolationem, mox superadjecit & hæc: *Det Dominus misericordiam Onesiphori domui, qui sæpe me refrigeravit, & catenam meam non erubuit, & veniens Romam studiosius me quæsivit & invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam a Deo.* Maximam igitur & nos habemus consolationem Deo amabilitatis vestræ devotionem; & firmitas fidei vestræ dissolvit tristitiam nostram, quam parit hiems quæ comprehendit Ecclesias. Unde etiam sæpius scribentes festinamus etiam ((b) accipere) sanctam lectionem vestram; & indicamus quia nos nocte ac die pro pietate laborem suscipimus, & speramus nos non perditures usque ad mortem doctrinam traditam nobis a sanctis Apostolis. Attestantur vero his literis & Domini mei sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Joannes & Petrus & Eliseus & Alphius & Jephthahe, qui elegerunt expelli ab Ecclesiis sibi commissis & multa millia luctuum species sustinere quam perdere apostolicam hæreditatem. Confidentes igitur quia non sustinebimus despicere ut vel (una syllaba) doctrinæ quam percepimus corrumpatur, state in fide, viriliter agite, & confortamini. Omnia vestra in caritate fiant, & Deus pacis erit vobiscum.

CAPUT XLVIII. ...135

Epistola Joannis Antiocheni Episcopi ad [a] Helladium Tharsi Episcopum, quando allata sibi Maximiani synodica, noluit ejus nomen in [b] diptycha recipere.

COndelector tuæ religiositati, quæ sic clare pugnavit. In circuitu namque ambulantibus impiis, vestra effulsit Ecclesia. Non enim pacificæ ramum portabant olivæ qui veherant, sed sanguinem & mortem insatiabiles requirebant. Unde defendentes in omnem prædicabimini orbem terræ, & claritatem vobis universa sæcula non deducent. Tales enim sunt priorum sortes animi, ut facilius universa deponant quam piæ fidei possessionem, circa quam quicumque damnificati fuerint, nihil eis prodest, etiamsi totum mundum lucrentur, juxta Domini vocem. Qui vero lucrati hoc fuerint, hæredes quidem æternæ sunt vitæ, obtinentes possessionem, qua nihil dignum est eorum quæ præsentia sunt nisi futura tantum, & quæ parata sunt piis his, qui parvo quidem tempore habent pro pia religione fiduciam, in illum vero qui absque senecta & fine est ordinem mutabuntur.

CAPUT XLIX. 137

Item epistola Joannis Antiocheni Episcopi ad clerum & populum Tharsensis Ecclesiæ, quando personuerat quod Imperator jussisset ut inde pelleretur Helladius, eo quod minime suscepisset Maximiani Episcopi Constantinopolitani synodica.

FAma quædam novelli facti contra Ecclesiam vestram significata, nobis etiam annuntiata est. Sive autem fama est, sive res, quam fore venit in notitiam vestram, quæ bene ac magne inchoavit pro Christi fide certamina fortiter propugnare, & favillam arbitrari ipsam facti quæ contra vos nuntiata est novitatem. Talia enim novit quidem dextera Dei dissolvere. Scit vero & egregius animus irrisione digna monstrare. Unde rogo vestram in Christo beatitatem neque corpore neque anima præter illa quæ olim nobis cognita sunt aut sapere aut in consilium sumere. Vult enim Deus ut ex nulla re quæ apud homines vel tristitia est vel suavis occasionem perditionis fidei faciamus. Nam si quæ ventilantur causæ dissidii, de sedibus aut præsidentibus essent, & non de piis impiisque dogmatibus, forsan haberet aliquam veniam remissio animi. Si vero confessionis est tempus, quæso ut fidem, quæ sola, omnibus præferamus, in qua & spem salutis habemus, pro qua hi qui ante nos fuerunt & vitam despexerunt & mortem, neque ad patiendum quodlibet hæsitantes neque ad agendum. Ne appareat inter vos aliquis qui commune prodat in animæ suæ damnationem. Magis autem ne quis appareat in Ecclesia vestra qui non sit defensor pietatis & putans bonum esse segnitiem. Decet enim & amicum Deo esse; ut omnis qui apud vos perstet unusquisque in ordine suo & ætate ostendere fortitudinem pro pietate religionis ad Deum & sacerdote sancto & pro civitate quæ & magnum dixerim quoque Paulum protulit, illum quem nullum periculum a Christi caritate sejunxit. Quam-

a *Helladium*) Tharsi Ciliciæ Episcopum, antea archimandritam monasterii Antiocheni post Theodosium, ut docet Theodoretus cap. 10. historiæ religiosæ. Valde senem fuisse quum factus est Episcopus hinc apparet quod Theodoretus ibidem scribat illum pastoralem monachorum curam gessisse per sexaginta annos ante quam ad episcopatum perveniret. b *Diptycha*) in codicem ecclesiasticum in quo scripta erant nomina communicantium cum Ecclesia cujus erant illa diptycha. In eo autem codice ponebantur seorsim Episcopi, seorsim laici, ut patet ex Facundo 4. cap. 1. Hinc idem lib. 8. cap. 6. recte catalogum Episcoporum vocat locum in quo nomina Episcoporum scripta erant.

(a) *deitatem. Passum vero fuisse atque secundum humanitatem.*

(b) In Cod. non extat *accipere*, sed est locus vacuus.

Quamvis vel si famam vanam ea quæ dicuntur esse noscamus. A

CAPUT L. ...138

Epistola Joannis Antiocheni Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum de [a] Aristolao, quem pro pace facienda misit Theodosius Imperator ad eundem Joannem & Cyrillum Alexandriæ Patriarchum cum epistolis suis, per quas [b] synodis omnibus inter eos pacem fieri jussit.

QUi me vocavit ad [c] Constantinopolim, jam in januis est mirandissimus Tribunus Aristolaus. Si autem in nostra fuerit potestate ire vel non, responsione congrua opus est B & quæ ex communi deliberatione descendit. Si vero violentum sustinuerimus aliquid, vel hoc eveniat ut valedicamus ad invicem; licet nostrum corpus ita sit fragile ut si Cyrillus millibus contra me necessitatibus abutatur, vias me assumere possibile non sit. Scriptum mihi est enim ab aliquibus amicis & propriis quia & in via mihi dolus interfectionis compositus sit, si passus fuero iter assumere. Et hæc agnoscens, quæso ut post collectam quæ hoc tempore Cyri fieri solet, simul cum Domino meo Deo amicissimo Episcopo Theodoreto & his quoscumque repereris advenire absque mora digneris. Ea enim quæ ad fidem pertinent, si cum fastidio cœperint agi, ad extrema pervenient, dum quid sim responsurus ignorem. Propositiones vero quæ nunc adferuntur, aperte sunt impiæ. Nam Cyrilli quidem capitula obumbratam habent incongruitatem. Nunc autem qui potestatem obtinuerunt inimici Dei, proponunt anathematizandos esse hos qui dicunt duas naturas, quod nec ipse qui primus exstat illorum Cyrillus dicere clare præsumpsit. Volo autem ut dum veneritis, quasi sub occasione honoris Domini mei magnificentissimi & gloriosissimi [d] magistri militum veniatis. Nam & ipse præceptum habet ut nobis violentus insistat de his ipsis importabilibus propositionibus. Hæc autem scripsimus per reverentissimum presbyterum Eliam. Omnem quæ tecum est fraternitatem plurimum salutamus.

CAPUT LI. ...139

[e] Hypomnesticum Imperatoris Theodosii ad Acacium Episcopum Berrhœæ.

HOc fuit a principio tuæ reverentiæ opus ut orthodoxia maneret & insuper augeretur. Jam enim & ante hoc tuo labore ac nisu divina membra catholicæ ac veræ fidei bene conjuncta sunt. Et nunc, quia diaboli cujusdam nequitia & non simplici neque regulari doctrina semina discissionis unitis & unum idemque sapientibus sparsa sunt, virtutem te recipere hortor illam, quæ omnibus nota est, ut B simul orationibus ad Deum & circa sacerdotes consiliis colligere quæ partita sunt atque conjungere quæ nec juste nec sancte in pugna sunt universa festines. Erit vero, ut arbitramur, hoc facile tuæ sanctitati, si reverentissimum Joannem Antiochenorum Episcopum non contendere neque insistere humanæ voluntati sive errori fueris exhortatus, magis vero institeris ut ab illo recedat. Contra ejus adinventiones novitatemque doctrinæ universi certant. Decet enim ut in hac [f] senectute & hoc certamen tua religiositas exequatur. Quod dum perelaboraveris, etiam eorum quæ olim fortiter peregisti prædicaberis victor. * * * *

CAPUT LII. ...140

[g] Hypomnesticum ad sanctum [h] Symeonem Styliten per eundem Aristolaum.

TOtam reverentiæ tuæ vitam ad Deum conversam & ita viventem ut possit habere fiduciam & circa nos ejus conciliare propitiationem intelligentes, necessarie ad has nunc sumus venire literas invitati, ut rem quæ revera ad divinam providentiam pertinet in hoc præcipue tempore agere festines. Dicimus vero pacem quæ bene fuerat radicata firmari, litigium vero molitione cujusdam diabolicæ malignitatis immissum præpares amovere. Be- C Dne autem novimus hoc futurum, confidentes de tuæ orationibus sanctitatis & instantia atque hortationibus ad eos qui fundare hanc poterunt & redintegrare discissam. Reverentissimus enim Joannes Antiochenus Episcopus, [i] si subscribere ejus depositioni voluerit qui semina contentionis immisit, & patefecerit non se consentire ipsi dogmati vocum novitate insipientiaque præsumpto, discissorum membrorum rursus sequetur unitio, in hoc simul concur-

---

a *Aristolao*) Sacra per eum missa ad Joannem Antiochenum extat supra ex qua & ex epistola Cyrilli ad Acacium Melitensem supra accepit Liberatus ea quæ de negotio isto scripsit. Alit autem Episcopos Constantinopoli repertos dixisse non aliter redintegrari posse concordiam Ecclesiarum *nisi prius iretur & præferretur unitas fidei vinculum*. Voces illæ, *prius iretur*, obscuræ, & merito, visa sunt clarissimo viro Joanni Garnerio. Vide supra De Aristolao vide rursum infra cap. CXCIV. & CCXIII. b *Synodis*) Puto legendum esse *modis*.

c *Constantinop.*) Hinc collegit Lupus Cyrillum & Joannem primo evocatos fuisse Constantinopolim, sed Theodosium postea mutasse, quod falsum est. Ex epistola quippe missa per Aristolaum constat Nicomediam statim delectam esse quo duo illi antistites convenirent, & pollicitum fuisse Imperatorem admissurum se eos post pacem factam. Itaque e Nicomedia facile venturi erant Constantinopolim. d *Magistri milit.*) Plinthæ, cujus mentio supra cap. XLVI. e *Hypomnestic.*) Hujus epistolæ mentionem facere videtur Paulus Emesenus in libello quem dedit Archiepiscopo Cyrillo supra. Videtur autem missa fuisse per Aristolaum.

f *Senectute*) Vide supra cap. XLI. & infra cap. LV.

g *Hypomnestic.*) Extat ex interpretatione Peltani, sed quæ emendata est ab editoribus Romanis, in tomo superiori Conciliorum. h *Symeonem*) Virum sanctitatis fama celebrem, ad quem etiam scripsisse postea Leonem Imperatorem in causa discidii quod tum turbabat Ecclesiam docet indiculus eorum ad quos idem Leo scripsit, qui habetur in codice encyclico. Hinc ergo acceperunt Evagrius, Nicephorus, & Cedrenus. De hoc rursum mentio infra cap. CXLVI. i *Si subscripserit*) Non aliter enim revocari posse concordiam Theodosio responderant Episcopi qui cum Maximiano erant quam si Joannes Antiochenus anathematizaret dogmata Nestorii & ex scripto profiteretur damnationem ejus, ut legitur supra & hinc apud Liberatum.

currentibus universis. Si enim fecerit hoc & A reverentissimo Episcopo Alexandriæ Cyrillo consenserit, cui & qui in occidente & qui hic sunt & qui ubique concurrunt, ea quæ olim divina clementia cohærebant; nunc quoque jungentur. Molestiam namque hanc & perturbationem superflua & inutilis, magis vero & noxia generavit illa doctrina; quæ depulsa ab animabus nostris, longeque fugata, orationibus vestris requiescere nos, sicut de adjutorio Dei confidimus, & reficere poterit. Sic enim nos dissolutio perturbat ut hanc & primam causam eorum quæ dure contingunt esse putemus: & confidimus quia secundum divinæ clementiæ arbitrium cuncta imperio nostro proficiant, si Ecclesiæ rectæque fidei membra con- B junctæ fuerint & unita. Ad hunc effectum & optimum certato certamen, ut superes dæmonum tentamenta. Deputabitur enim tibi & hoc ad maximum bellum fortissimamque victoriam. Qua obtenta, eris tui sequax, ea quæ professus es agens. De quibus & confidens esto, deprecatus ut indefinenter intercessionibus consuetis nos nostrumque imperium atque omnes qui sub nostro principatu sunt Deo commendes: quoniam nobis præcipue, qui convenientem curam pro ejus exhibemus pace, culturæ ipsius virtute larga bona præstantur.

CAPUT LIII. 141

[a] Propositiones quæ directæ sunt ab Acacio Berrhœensi Episcopo per Aristolaum Tribunum & Notarium Cyrillo Episcopo Alexandrino ex Concilio Episcoporum Joannis Antiochiæ, Alexandri Hierapolis, Macarii Laodiceæ, Andreæ Samosatæ, & Theodoreti Cyri, de pace facienda.

PErmanemus in fide sanctorum patrum qui in Nicæa convenerunt; quæ evangelicam & apostolicam doctrinam continet, & additamento non indiget. Manifestum vero ejus effecit intellectum & sanctissimus ac beatissimus Athanasius Episcopus Alexandriæ atque confessor in epistola ad beatissimum & Deo amicissimum Epictetum Episcopum Corinthi. Per- D manemus igitur & in ipsa, tamquam integram interpretationem habente prædictæ fidei. Quæ vero nuper superintroducta sunt dogmata, vel per epistolas, vel per capitula, tamquam quæ id quod est commune turbantia, excutimus, contenti antiqua patrum legislatione, & sequentes eum qui dixit: *Ne transferas terminos æternos quos posuerunt patres tui.*

CAPUT LIV. 142

Epistola Alexandri, Andreæ, & Theodoreti Episcoporum ad Helladium Tharsi Episcopum, sicut posuit Irenæus.

SCientes quantam curam solicitudinemque tua sanctitas habeat, necessarium duximus indicare quia intravimus Antiochiam convocati, & invenimus per divinam gratiam non vera esse quæ fuerant diffamata & inimicorum veritatis superfluam verbositatem & araneis similem. Habentes igitur de his quæ sunt agenda Concilium, & intuentes quia salva pietate, et- B iam de pace oporteat cogitare, quasdam propositiones direximus, & rerum composuimus modos, ut si quidem susceperint unam earum, suscipiamus eos in communionem, non consentientes his quæ contra sanctissimum Episcopum Nestorium ab eis facta sunt, sed ipsum quidem sicut habuimus habeamus, alios vero qui nostras propositiones susceperint suscipiamus ad communionem pro Ecclesiæ pace. Direximus vero propositiones ipsas, ut agnoscat religiositas tua quia non negleximus dogmata nostra, sed curam fecimus competentem. Ut vero & hoc tuæ religiositati manifestum faciamus, scito, Domine Deo amicissime, quia nos usque ad mortem pro pietate persistimus, C vindicantes eos qui nobis commissi sunt greges. Prius quam scripta est epistola; placuit ut una [b] sex propositionum, quæ vivacissima est, & dogmatum collectionem tenet, proponeretur eis cum epistola beatissimi & sanctissimi Athanasii Alexandrinorum civitatis Episcopi quæ scripta est ad sanctissimum [c] Epictetum Corinthi Episcopum, quam putamus habere tuam quoque religiositatem, quam resistens Apollinarii hæresi scripsit sanctissimus prædictus Episcopus, integre atque [d] subtiliter apostolicam doctrinam exponens. Et incipit. *Ratus ea quæ exposita sunt a sanctis patribus qui Nicæam convenerunt.*

CAPUT LV. 143

Epistola sancti Acacii Episcopi Berrhœæ ad Alexandrum Hierapolitanum Episcopum.

REdiit [b] [e] Alexandria, non Aristolaus per omnia admirandissimus & fidissimus Tribunus atque Notarius, sed nobilissimus magistrianus [f] Maximus, qui cum eo est. Hunc enim direxit ad nos deferentem & ipsius literas & sanctissimi Episcopi Cyrilli. Et [g] Episcopus quidem qui Romæ est unam ad me scripsit epistolam; [h] Alexandriæ vero tres vel quatuor, ex quibus unius rescriptum tuæ religiosi-

a *Propositiones*) Sex fuisse patet ex capitibus LIV. & LX. hujus synodici. Ifthic prima tantum ponitur. Vide infra cap. CVIII. Illarum porro auctorem fuisse Theodoretum ipse docet infra cap. LX.

b *Sex propositionum*) De quibus vide supra cap. LIII. & infra cap. LX. c *Epictetum*) Quam falsatam esse conqueritur sanctus Cyrillus in epistola ad Joannem Antiochenum & in epistola ad Acacium Melitinensem supra. Ejus fragmentum extat supra ex quo intelligimus tres saltem antiquitus fuisse Latinas istius epistolæ versiones. Tertiam enim ab istis diversam edidit nuper Paschasius Quesnellus.

d *Subtilior*) Evidenter. Vide supra cap. XLIV. e *Alexandria*) Hinc colligo Aristolaum primum profectum esse Antiochiam, utpote viciniorem Constantinopoli, & dein Alexandriam iviisse cum Maximo magistriano. Illic locutus cum Cyrillo, quemorientales hæredem Arii, Eunomii, & Apollinaris vocabant, ab eo accepit literas in quibus hæreticos illos anathematizabat, ut legitur infra cap. LVI. LXI. & LXVII.

f *Maximus*) De quo vide infra cap. LXI. & LXXVI. g *Episcopus Romæ*) Sixtus III. Cælestini successor. Non extat autem epistola ad Acacium quæ hic commemoratur. h *Alexandriæ*) Id est, Cyrillus Episcopus Alexandriæ. Is ergo tres aut quatuor literas de negotio pacis scripsit ad Acacium; quarum unam, id est, sequentem, Acacius misit ad Theodoretum. Istius autem responsoria extat infra cap. LX. Epistolarum porro a Cyrillo scriptarum ad Acacium mentio est etiam infra cap. LVII.

gioſtati direxi. Si igitur poſſibile eſt, fatigationem uſque ad nos facies. Si vero, ſicut ſcripſiſti, nunc uſque pedibus doles, inſpiciens literas Deo amiciſſimi Epiſcopi Cyrilli, & cognoſcens quanta uſus ſit [a] acribia in fidei cauſa, ſcribens ad nos acquieſce ad ea quæ nos reſcribemus cum Concilio Deo amiciſſimi atque ſanctiſſimi Joannis Epiſcopi & Pauli ac reliquorum qui Antiochiæ reperti fuerint Domini Epiſcopi. Ipſum vero reſcriptum epiſtolæ cum eis literis deſtinavi & Domino meo Deo amiciſſimo Epiſcopo Theodoreto, rogans cum veniat uſque ad nos. Si autem retinetur ob hoc quod illuc advenerit magnificentiſſimus magiſter militiæ, ſcribat ad nos quia conſentit ad ea quæ nos definiemus & quæ ad Alexandriam reſcribemus. Profunditiſſimæ autem [b] ſenectuti noſtræ ut parcatis quæſo, & detis manum hoc maxime agenti ut hoc nobis auferatur opprobrium & ad differentiam intolerabilis læſio. Scitis enim quia in omnibus vobiſcum ſum inconductus & quia in Epheſo quidem Deo amiciſſimus [c] Paulus Epiſcopus ſubſcripſit pro me. Ego vero, ſicut allegatis, ad pium Imperatorem noſtrum retuli per epiſtolam, ut hæreticum commemorans Deo amiciſſimum Epiſcopum Cyrillum, qui & reprehendit nos in his quæ ad nos ſcripſit in præſenti, quodam modo ſubmurmurans quod de ipſo tamquam de hæretico fecerim mentionem in his quæ ad Imperatorem ſereniſſimum per literas retuli. Omnem quæ tecum eſt fraternitatem ego & qui mecum ſunt ſalutamus.

CAPUT LVI.

[d] DOmino meo dilectiſſimo fratri & comminiſtratori Acacio Cyrillus in Domino ſalutem. Decentem ſe etiam nunc curam ſuſcepit ſanctitas tua. Intentio eſt enim illi ſecundum bonam voluntatem ſalvatoris omnium noſtram Dei ut conjungantur Eccleſiæ, & ut de medio quædam fiat puſillanimitas, perſuadeantur vero hi qui debent unanimes eſſe, atque omne quod contriſtat auferatur, & ea quæ diſrupta ſunt, caritatis vinculis reſtringantur. Sed, ſicut videtur, nonnulli eorum qui illic ſunt videntur quidem putari ad ſuperficiem clare injungere ad uſque tuæ perfectionis intentionem, aut ipſam vero latent, aut quaſi celare ſe ſtudentes efficiunt. Ea namque agere expetunt quæ fieri non queunt. Quid aliud eſt niſi rebus ipſis reclamare quod pacis faciendæ non habeant voluntatem? Et hæc dico epiſtolam relegens a tua perfectione tranſmiſſam, per quam didici expetere illos ut omne [e] conſcriptum & omnis epiſtola quæ ante ſynodum peracta eſt adjudicari aut abjurari a nobis debeant, conſentiri autem rectæ fidei ſymbolo quod definitum eſt ſecundum tempus a ſanctis patribus in magna Nicæna ſynodo. Ego vero, quoniam ſanctum quidem illud ſymbolum ſufficit ad omnem ſcientiam bonam, & de illo nihil omnino eſt, dicam utique atque conſentiam, etiamſi aliquibus aliis hoc ſapere minime videar aut dicere. Admiratus vero ſum illud. Neſtorio enim retortas illas & abominandiſſimas eructante voces contra omnium noſtrum ſalvatorem Chriſtum, & hoc coram Eccleſia, ſcripſimus quæ ſcripſimus, contradicentes ſcilicet, & pollutis vocum novitatibus ejus producentes contrariam veritatem. Et per gratiam Dei omnes ipſis intendentes, plures quidem mirati ſunt, & recto intellectu honoraverunt quæ a nobis dicta ſunt contra eum. Sed neſcio quid hi qui nunc debent anathematizare polluta illius dogmata & ab illius impietate ſemetipſos alienos efficere, ad omne contrarium ſtudium convertentes, exterminari quærunt quæ adverſus eum ſcripta ſunt. Quam rationem, quæſo, id habet? Intelligit enim ſanctitas tua quantam res habeat incongruitatem, ſi nos quæ pro recta fide ſcripſimus, quoniam noſtra ſunt, abnegemus, imo potius accuſemus piam fidem. Ergo ſi ſe illa contra Neſtorium recte non habent, ſive quæ contra perverſa ejus dogmata ſcripta ſunt, ſine cauſa depoſitus eſt; imo magis & ille quidem forſitan recte ſapit. Erravimus autem nos, non ei conſentientes, imo qui jam ſcripſimus his quæ dixit adverſa. Et certe Neſtorii multi ferunt codices omnia confundentes & perturbantes Eccleſias. Deinde quomodo nos ea quæ contra ipſum ſunt ſcripta delebimus, quæ forſan aliquibus juvamen vel breve contigit efficere? Pervidet igitur tua, quæ omni ſapientia eſt plena, perfectio quia rem impoſſibilem quærunt & tantum longe ſunt a voluntate mitigandi interjacentem diſcordiam ut eam reducant ad principium contentionis illius quæ narrari non poteſt. Cur enim non potius ad Epheſinam metropolim venientes cum ſynodo unum protulere decretum contra eum qui talia & tanta impie prædicavit? Nam ſi vel modicum tardaverant, quid prohibebat ut commentaria inſpicientes geſtorum ſatisfacerent eis quæ legitime fuerant facta, & conſentirent, ſicut dixi, recto & quod increpari non debet decreto cunctorum? Sed e contra, nec Dominum cogitantes, neque cauſam pro qua congregati ſunt, (non enim de communi quacumque cauſa ſermo erat, ſed de fide, perquam mundum ſalvavit Deus & pater) omnem cruditatem & omne fraternum odium in nobis oſtenderunt tam ſanctam & univerſalem ſynodum excommunicatione injuriantes, & hoc abſque judicio, quam etiam velut immitti dextera gladium ſævitiæ intingentes in me ac reverentiſſimo Epiſcopo Memnone. Ponamus enim quia ſecundum veritatem & tranſit nos aliquid quod ad rectitudinem dogmatum pertinet, aut circa alios modos ſubjecti aliquibus culpis eramus ſive peccatis, non oporteret dignos fieri prius ſermone colloquii? Atqui dum certe omnes ſuſtinuerimus Neſtorium, dum triennale tempus blaſphemando conſumeret, & nobiſcum vero ſanctitas tua & omne Concilium, fecimus abducere quidem illum ab eis, tranſ-

a *Acribia*) Infra cap. LXIII. *ut ſecundum acribiam ratiocinemur*. Acribia hoc loco ſignificat diligentiam, ut ſæpe alibi. Vide quæ dicta ſunt ad caput XI. ſupra.

b *Senectuti*) Vide ſupra cap. XLI.

c *Paulus ſubſcripſit*) Supra *Paulo Epiſcopo Emeſenorum facienti ſermonem & pro ſanctiſſimo Epiſcopo Acacio Berrhœæ*. Vide etiam ſupra cap. XXXII.

c *Domino*) Hujus epiſtolæ mentionem facere videtur ſanctus Cyrillus in epiſtola ad Acacium Melitinenſem ſupra. Illius vero initium & ſenſus referuntur infra cap. CXXXVI.

d *Conſcriptum*) Eadem habentur in laudata epiſtola ad Acacium Melitinenſem.

transformare autem potius ad illa dogmata quæ ad rectitudinem veritatemque respiciunt. Dum vero persisteret, & multo deteriora verbo laberetur adversus gloriam Christi & in ipsa Ephesiorum metropoli, de reliquo tamquam incurabili languore detentum sancta synodus removit a sacerdotio. Volo autem tuam sanctitatem [a] utile aliquid commemorare, quod ad præsens pertinet tempus. Quando enim in magna Constantinopoli sancta vestra synodus congregata est, tunc quando [b] Joannes est accusatus, deinde gesta sunt super eo a multis in scripto commentaria, cum futurum esset ut contra eum definitio proferretur, & essem [c] ego unus adstantium, scio me audisse sanctitatem tuam sanctæ synodo sic dicentem: *Quia si scirem quod nunc, si Joanni veniam largiremur, melior fieret semetipso, & recederet a duritia & asperitate quæ in eo est, omnes vos rogassem pro eo*. Admirabilis ergo etiam circa hoc iterum judicata est sanctitas tua, quippe ut quæ dixerit veritatem. Quid igitur oportebat sanctam synodum facere, quæ impœnitentem & sic pertinacem reperit illum qui rectæ fidei repugnavit? Quoniam vere dicit quia oporteat soli symbolo consentire, vel certe expositioni fidei trecentorum decem & octo, & ego ad hæc dico quia intentio fuit una sanctæ & universali synodo quæ congregata est in Ephesina metropoli ut symbolum confirmaret, quatenus & omnes ita confiterentur & crederent ac docerent, neque adjecto quolibet, neque detracto. Non enim est adjicere super illud, nec est auferre ab eo. Propter hoc enim & contra Nestorium decrevit sicut qui non suaserit illud, quin potius removerit atque blitteraverit, & secundum nullum quidem modum secutus sit illud, altera vero quædam & dogmatibus Ecclesiæ peregrina insane auribus insonuerit populorum. Actum est igitur in Epheso super hoc proprium commentum gestorum, [d] confirmante synodo expositam fidem a trecentis decem & octo patribus nostris qui circa suum tempus in Nicæa congregati sunt. Et direxi hoc, ut tua sanctitas bene cognoscat. Quia enim recte se atque irreprehensibiliter habet, clare ipsa lectio docet. Adiecimus vero & sanctorum beatorumque [f] patrum testimonia; ut sciant adeuntes quomodo intellexerint illi fidei symbolum qui & nos ipsos mysteriis imbuerunt. Igitur olim tam hoc ab omnibus facto, quare non magis & ipsi consentiunt: Si enim quod omnibus placuit ab omnibus confirmetur, obtinebit omnino pax, dum omnino a nullo ei fuerit contradictum. Igitur etsi nimis plura & valde pessima contra nos ab eis facta sunt, & omnis species adversa humanitati tentata est, sed considerantes quia Deo ac piissimo amicoque Christi Imperatori (placitum) & ipsum vero quod Ecclesiis utile est, & tuæ sanctitatis admonitiones omni reverentia dignas habentes, consequenter ut fratribus dimittimus quæ in nos commiserunt. Illud autem potius quærimus quod omnibus videtur bene recteque se habere. Complacet vero etiam Deo amicissimo Imperatori ut consentiant depositioni Nestorii, anathematizantes ejus blasphemias & polluta dogmata. Et nihil ultra residuum est ut contentio de medio auferatur. Recipient enim semetipsas Ecclesiæ invicem, Christo eis donante præmium pacis. Nec vero simpliciter quidem alienantium & inconsideratorum contra nos evomant verba, ea quæ sunt Apollinarii vel Arii sive Eunomii me sapere diffamantes, sicut in Epheso conscripserunt. Ego per gratiam salvatoris semper fui & orthodoxus, nutritus vero sum & inter manus orthodoxorum patris. Et neque illa quæ sunt Apollinarii sapui unquam, absit, nec ea quæ alterius cujuslibet hæretici. Imo vero anathematizo illos. Neque enim inanimatum dico Christi corpus. Confiteor vero quod animatum sit anima rationali. Et neque confusionem vel confermentationem vel refusionem factam confirmo, sicut aliqui dicunt; inconvertibilem vero & immutabilem subsistere secundum naturam Dei sermonem novi, & omnis passionis insusceptibilem secundum propriam naturam. Impassibile enim est quod divinum est, & conversionis obumbrationem minime suffert. Quin potius requiescit in propriis bonis. Hæc habet vero inconvertibile, in quibus est (ejus) existentia. Unum vero eundem Christum & Dominum unigenitum Dei filium, ipsum dico passum pro nobis carne secundum scripturas, sive secundum beati Petri vocem. Capitulorum vero virtus contra sola Nestorii dogmata scripta est. Quæ enim ille non recte dixit ac scripsit, ipsa ejiciunt. Qui vero anathematizant atque negant ejus vesaniam, cessabunt hæc quæ a nobis scripta sunt increpare. Videbunt enim capitulorum sensa solis illius contraire blasphemiis. Reddita vero communione, factaque inter Ecclesias pace, quando rescribere absque suspectione licuerit, vel eis qui illic sunt ad nos, vel nobis rursus ad eos, tunc & satisfaciemus facillime. Quæcumque omnino eorum quæ a nobis scripta sunt recte non intelliguntur a quibusdam, & hæc excandidabuntur. Satisfaciemus enim, Deo favente, non jam sicut repugnantibus, sed sicut fratribus, quia omnia recte habeant. Et eorum quæ scripsimus nos, Nestorii dogmata impugnantes, nihil est omnino quod dissonet vel sanctis scripturis vel certe fidei definitioni quæ exposita est a sanctis patribus. Dico autem illis qui in Nicæa suo tempore congregati sunt. Nostra igitur intentio ad pacem se habet non impetere quæ sunt definita, ita videlicet si Nestorii depositioni consentire voluerint & anathematizare contaminata dogmata ejus & communicare & ad concordiam venire, Christo juvante ad idem, qui est pax nostra secundum scripturas. Eis vero qui dicunt quia oportet ejici ea quæ contra polluta Nestorii dogmata scripsimus nullus acquiescet. Apertissime enim elingues nos esse volunt illius blasphemiis, cunctorum nundinantes taciturnitatem. Aut forsan magis & nos persuadendos reputant ut ea quæ sunt illius sapiamus, si quæ nostra sunt abnegé-

a *Utile*) Sic nos emendavimus. Lupus enim ediderat, *ut ille* nullo sensu.

b *Joannes*) Cognomento Chrysostomus Archiepiscopus Constantinopolitanus, de cujus judicio synodi habitæ in suburbio Chalcedonis quod Quercus vocabatur, de qua dictum est supra. Cyrillus hanc synodum vocat Constantinopolitanam, quia Chalcedo est vicina Constantinopoli.

c *Ego unus adstant.*) Hinc discimus Cyrillum interfuisse synodo in qua sanctus Joannes Chrysostomus excepit sententiam depositionis. d *Confirmante*) Vide supra. e *Circa suum tempus*) Id est, *per tempora*, ut alii interpretes vulgo verterunt. f *Patrum testimonia*) Ea extant supra.

gemus recte se atque immaculate habentia & contra illius vocum novitates stantia. Si vero illorum qui illic sunt quidam, secundum quod eis videtur, detrahunt aliquibus, ad ea quæ nec convenit transvertentes sensus eorum, sciant quia præter omnes qui in toto orbe sunt soli hi perpetrantes sapiunt. Consenserunt enim his quæ a nobis facta sunt, atque consentiunt universi, & recte se habentibus, & dictis, qui certe subtiles perscrutatores sunt dogmatum divinorum. Et illud autem super hæc tua religiositas cogitet, quia oportet ita componi pacem Deo amicissimorum Episcoporum ut non ulli displiceat eorum qui per omnem Romanorum sunt principatum & universalis fiat, ne minima scissura ingentes plures alias faciat. Omnino enim non consentient si tale aliquid fuerit factum quod non sequens videatur. Et maxime hoc cogitari oportet. Cunctis namque instantibus in Epheso, & non acquiescentibus communicare his qui ex oriente sunt, proponentibus vero quia non erit prius hoc nisi susceperint depositionem Nestorii & anathematizaverint nobiscum dogmata ejus, quomodo, nisi hoc fuerit factum, ea quæ ad communionem pertinent stabunt? Quis autem non clamabit contra nos, dum perdiderimus animas nostras, & negaverimus rectam fidem, & quæ recte dicta omnibus placuerunt nos ejecerimus, tamquam non recte sint dicta? An non oportet, facta pace, nos epistolas mittere his qui ubique super alios religiosissimos Episcopos eminent, ut & ipsi concordes effecti reddant eis communionem? Deinde quis sit qui eis suadeat si quid factum fuerit præter quod omnibus placet, & in quo omnes institerant, ut oporteret depositum haberi Nestorium & anathematizare insanissimam ejus doctrinam, quin potius verbositatem contra omnium nostrum salvatorem Jesum Christum? Contristatos vero nimis & intolerabiliter dolentes propter illa quæ contra me gesta sunt ab orientalibus tam ex clero Alexandriæ quam cunctos Ægyptiacæ diœcesis Episcopos religiosissimos sic mitigavit Dominus meus admirandissimus Tribunus Aristolaus ut mihi etiam levissimam pacis faciendæ redderet viam, & omnes venirent in hujusmodi voluntatem. Et plurimum quidem me fateor ejus admirabilitati esse debitorem, quia modo mihi sit cooperans ad omnia & competentibus rationibus quæ contristabant aboleverit. Saluta fraternitatem quæ apud te est. Te quæ nobiscum est fraternitas in Domino salutat.

CAPUT LVII. 145

Epistola Alexandri Hierapolitani ad Acacium Berrhœensem Episcopum.

ARbitror Dominum Christum præcipientem discipulis suis ut essent prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ, principaliter instruere ut caput omnium bonorum quæ in nobis sunt, rectam fidem sincerissimam conservarent. Sicut enim nulla salus est repentibus, si capite conterantur, sic neque Christiano qui sanam fidem corruperit. Propter hanc crucifixus est Petrus, Paulus capite cæsus est, diversis mortibus evangelistæ atque Apostoli compleverunt pium cursum, obsecuti sunt martyres. Irridebantur vero & subtannabantur omnes passionum temporibus ab his qui multiformes eis mortes crudeliter ingerebant. Scit sanctitas tua quia secundum Syricam vitam quidem peccator ego sum. Unde etiam quadragesimum jam annum ago, quibus mea plango peccata. Fidem vero rectam a prima die, sicut testatur sanctitas tua, usque ad mortem dilexi. Unde nec unquam cessavi his qui vicini sunt de hac abominabili hæresi inferre certamen quam Cyrillus ipsa quidem virtute renovat, Apollinarium vero anathematizat, simile aliquid faciens tamquam si & aliquis ex non existentibus Dei filium dicens anathematizet Arium, & ut sub una dicam omnes hæreses, ea quæ ipsorum sunt sapiens, hæc prædicat. Ubi enim Dei iter, nullum revereor. Cyrillus hæreticus est, unam naturam prædicans Christi, & ipsi universas passiones adjungens, & ipsam mortem. Et lucidum est cuilibet legenti cum veritatis amore capitula ejus, & epistolæ ad Hebræos interpretationem, & epistolas vel festivas vel alias, & universa ejus conscripta, invenire quod unam naturam Dei & hominis dicat, & quod sunt unum, & circa hunc sensum caro sit factus, & mortuus fuerit carne, & primogenitus factus fuerit Deus verbum ex mortuis carne. Sparsit vero carnis nomen propter unius naturæ confessionem. Quod si non ita est, minime opus est multiloquio. Confiteatur quia Christus, qui e sancta virgine genitus est, (Deus namque homo unus filius, unus Christus, unus Dominus) passus secundum humanitatem, crucifixus secundum humanitatem, & resuscitatus fuerit a mortuis per verbi divinitatem, quæ dixit: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus resuscitabo illud*. Si vero permanet in capitulis suis hæreticis atque conscriptis, nulla nobis pars est cum illo. Certamus enim circa tribunal Christi & Apostolum gentium præcipientem bonum depositum custodire per spiritum sanctum qui habitat in nobis. Licitum vero considerare volenti verba ejus ad seductionem, quia verbo quidem seducens impassibilem dicit Deum verbum, inconvertibilem, immutabilem, inconcussibilem, habentem, ut ejus dicto utar, in quibus est per substantiam; in unam vero naturam concludens duas, omnia prædicta divinitati unigeniti circumponit. Propter quod non recusavit [a] (in) interpretatione epistolæ ad Hebræos dicere quia & revixit Deus verbum, passus carne. Et hæc vero ex aliis ejus conscriptis, & maxime ex epistolis ejus quas tuæ nuper sanctitati [b] transmisit possibile est his possibiliter qui diligunt discere, [c] subtiliter pervidere quia dicens Dei sermonem immutabilem subsistere & omnis insusceptibilem passionis secundum propriam naturam, passionem fraudulenter coinproducit dicens Deum verbum carnem factum fuisse, non vero carnem assumpsisse. Hoc enim in totis fere ponit capitulis suis, carnem Deum verbum ubique factum dicens, tamquam sit ante dispensatio-

a *In interpretat.*) Ita nos emendavimus. Lupus ediderat, *non recusavit interpretationem epistolæ*. Supra in hac ipsa epistola mentio est interpretationis epistolæ ad Hebræos a Cyrillo concinnatæ.
b *Transmisit*) Quarum mentio supra cap. LV.
c *Subtiliter*) Evidenter. Vide supra cap. XLIV.

tionem quidem impassibilis, post dispensationem vero passibilis: *Per seipsum* namque, inquit, *impassibilis, Caro autem factus, ut homo sustinuit passionem*. Si vero confessus fuerit evidentissime duas naturas, liberat semetipsum ab hæretico sensu. Scit enim sanctitas tua, sicut olim mihi per epistolam scripsit, quia & [a] in Roma coram sanctæ memoriæ Episcopo Damaso, præsente tua sanctitate, motum est de hæresi Appollinarii; & [b] nobis duas naturas confitentibus, ut non divinitati passionem tribuamus, dicebant hi qui erant Apollinarii duos nos dicere filios; quod & isti sursum ac deorsum diffamant contra nos. Dicat igitur quia Christus mortuus est, filius passus est, unigenitus passus est. Cur addit quod verbum carne sit passum? Homine moriente, anima carne patitur mortem? Si vero blasphemum est ut hoc anima passa dicatur carne, ultra impietatem omnem est dicere filium Dei vel Dei verbum vel unigenitum circa intellectum hæreticorum passum carne. In divinis enim scripturis reperimus quia Christus mortuus est, filius mortuus est, unigenitus mortuus est, sanctus mortuus est, justus mortuus. Hæ namque appellationes universæ utrasque naturas ostendunt. Vox autem Dei verbi unam naturam signat. Secundum quem sensum nunc & filium dixit in epistola carne passum, ut significaret unigeniti passionem divinitate. Scio autem me ab Epheso scribentem direxisse tuæ sanctitati [c] allegationem Melitinensis Acacii, ubi sequens Cyrilli capitula & ejus intellectum, sic in scripto deposuit. *Mentitus est*, inquit, *divinam scripturam Nestorius, tamquam nativitatem mortemque non divinitatis, sed humanitatis, edoceat. Calumniatus est & sanctissimum Episcopum Cyrillum, tamquam Deum passibilem dicentem*. Et habemus totum tomum apud nos ad satisfactionem pro salubri fide bonæ hujus instantiæ. Nos igitur nullam communionem habemus cum his qui talia docent. Si vero potuerit ostendere aliquis sanctissimum Episcopum Nestorium contraria Prophetis & Apostolis & Evangelistis aut sapuisse aut sapere, & doctrinam ejus anathematizamus, & ipsum donec orthodoxiam prædicat quam multis in codicibus ejus & habemus & legimus. Nulla necessitas Christi potentia per ipsius gratiam violenter fiet, sed parati sumus omnia sustinere, ut neque impii neque iniqui simus.

CAPUT LVIII. 146

Epistola ejusdem Alexandri ad Andream. Episcopum Samosatenorum.

CRedat mihi religiositas tua quia relegens ea quæ scripta sunt a Domino meo sanctissimo Episcopo Acacio, & ea quæ ab Ægyptio illi per epistolam scripta sunt, quæ & tu omnino credo quod legeris, admiratus sum pr[illegible]ter [d] velocem ejus mutum ad mutabilitatem, & oravi ut mihi terra dehisceret; & nisi timor Dei retinuisset me, forsan continuo eremum petens, extremum spatium requisissem. Meminit enim sanctitas tua quales epistolas olim sanctissimis Episcopis destinavimus ab Antiocheno persuasi, quando adveniente mirandissimo Aristolao, ejus literis convocati convenimus, & euntes ad Antiochiam Concilium fecimus, & multa millia pertractantes deliberavimus, ut propter Ecclesiarum perturbationem mollem quandam propositionem & habentem vel modicum pietatis vestigium proponeremus Ægyptio. Sed & perquisivimus, scrutati sumus, invenimus vix qualem voluimus levem & rursus ab ipsa molliorem & denuo ab hac marcidiorem. Sed breviter dedimus clarissimo Tribuno propositiones. Complacuit vero ei quasi jam quæ mollior esset, una, & quæ volebat Nicæna fide nos esse contentos, expulsis his quæ quod commune est turbaverunt, sive per epistolas, sive per capitula; ad quam etiam ipsam contradixit, sicut scripsit, Ægyptius. Certat enim, sicut vides, pro capitulis suis & reliquis hæreticis superbisque conscriptis, confirmans ubique quod impossibile sit hæc unquam expelli quæ ab eo secundum scripturas sint dicta divinas & contra Nestorii, ut dicit, hæresim. Sed nos tentamus, ut video, sic manifestam illius hac fiduci[illegible] & tam cruda pro hæresi instantia orthodo[illegible]n diffamare, etiamsi non possimus propellere impietatis torrentem & in nostra deflectere. Ego vero in Dominum Christum credo, quia oculus meus dexter & dextera manus mea si proponatur, Cyrillo neque ejiciente hæretica dogmata, neque aperte confitente Christum & Deum esse & hominem, & passum secundum humanitatem, & resuscitatum per Dei verbi virtutem secundum sententiam Domini dicentis: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud*, abscindam potius membra mea per virtutem Domini quam cum istis impie agam. Quando ergo volunt, veniant, [e] ordinent. Paratus sum ego, coram Deo dico, discedere cum omni lætitia. Sicut enim in veritate credo quia Deus est, sic & satisfactum habeo quod pium sit manifestaturus Ecclesiæ dogma quando novit ipse, & veritatem non permittet absorberi. Verumtamen eorum quæ scripta sunt omnium exemplaria tuæ religiositati direxi.

a *In Roma*) Hanc synodum Lupus habitam fuisse censet anno CCCLXXIII. quo Petrus Episcopus Alexandrinus, quem certum est interfuisse Concilio Romæ adversus errores Apollinarii habito tempore Damasi, fuit in urbe. Aut igitur Acacius nondum erat Episcopus quum hæc synodus habita est, aut certe oportet eam serius habitam, cum vel ipso teste Lupo constet eum ordinatum anno CCCLXXVIII. De epistola porro Damasi adversus Macedonium, Eunomium, & Apollinarem vide quæ a nobis observata sunt tom. super.

b *Nobis*) Id est, catholicis. c *Allegat. Melitin.*) Ea hodie non extat. Eam tamen totam habebat tum Alexander Hierapolitanus. Non animadvertit autem Lupus heic agi de quodam opere Acacii Melitinensis Episcopi adversus Nestorium; ideoque cuncta refert ad epistolam ab Alexandro scriptam ad Acacium Berrhœensem. Allegatio hoc loco significat opusculum quo Acacius Episcopus Melitinensis testimoniis divinæ scripturæ ac fortissis patrum antiquiorum tuebatur Cyrilli Alexandrini sententiam de incarnatione Christi, Nestorianam vero refutabat. d *Velocem ejus*) Id est, Andreæ Episcopi Samosatensis, qui infra cap. LXIII. scribens ad Alexandrum dixerat utendum condescensione. Rursum vero Alexander cap. LXIV. repetit quæ heic dicuntur de de secessu in heremum. Vide cap. CVI. e *Ordinent*) Id est, alium in sede mea constituant Episcopum.

CAPUT LIX. 147

Epistola Andreæ Episcopi, per quam respondis ad epistolam hanc Alexandri.

RElegens ea quæ Cyrillus per epistolam scripsit, & quæ de his a tua sanctitate ad sanctissimum Episcopum Acacium sunt rescripta, sine falsitate dico, non sine spiritu sancto arbitratus sum ea quæ in tua epistola rescripsisti. Nam & quod verum est, & quod subtilitas dogmatis habet, in eis inveni, & obumbratum occultumque inimici dolum bene ac manifeste nudatum, ac fiduciam multam quæ decet Christi servum qui pro sana fide certat. Consors igitur & ego tuæ sanctitati uniusque sententiæ, & numquam præter hæc alia sapiam, confortante me Deo. Quomodo enim non turpe sit ut ille qui notha & reproba dogmata subinducit, tamen pro eis certet, nos autem pacis obtentu perdamus fidem? Admiratus vero sum & propositionem quam in ipsis literis posuit sanctitas tua. Si enim veri jam dogmatis est, & rectam fidem servat, & non intellectum suum fraudulenter occultat, si & duas naturas confitetur & impassibilem Christi divinitatem, quid prohibet ut & hominem eundem confitens Christum dicat quia passus est secundum humanitatem? Et de his quidem superfluum est multiloquio uti ad tuam sanctitatem. Ex litteris vero sanctissim. Episcopi Acacii videntur quodammodo hi qui sunt in Antiochia cessisse atque his quæ scripta sunt consensisse. Et bene quidem facit sanctitas tua præcipiens nobis ut minime perturbemur. Ego vero trepido ne per eos circa ipsas res illud confirmetur somnium quod non ante multum quidem tempus vidi, nimis autem coarctat meam animam. Videbam namque me esse cum tua religiositate, præsentibus aliis quibusdam non paucis Episcopis, loquens vero ad me dicebas Apollinarium hæreticum vivere. Me autem sæpius cum admiratione interrogante si vere viveret, confirmabas eundem virum superesse. Verum quodammodo, improvise utique, in domum quandam facti sumus in qua Apollinarius senex valde jacebat in lecto. Oportebat autem nos ad viri ipsius venire colloquium. Quod dum esset futurum, ipse ad autem mihi dixisti quia ille impius nunquam persuaderetur acquiescere his quæ dicebantur a nobis. Ego vero alterum quendam præter ipsum sedentem videns dicebam quod ipse esset cauta ut Apollinarius nostris verbis minime flecteretur. Dum vero venimus ad colloquendum ego & sanctitas tua, sedes autem ego portabam tam mihi quam tuæ sanctitati, juxta illius lectum subito video Apollinarium quidem stantem & eulogias dispertientem, sanctissimum vero Joannem jacentem in lecto & suscipientem ab eo, deinde & tuam religiositatem supponentem ei manus propter condescensionem inique coactam. Ego autem stans ad me ipsum dicebam: *Qualis est condescensio ista? In sanctum spiritum peccat. In ipsam Domini inhumanationem impia est. Et qualis est ista condescensio?* Et hæc dicens evigilavi. Et oro ut phantasia sit somnium hoc & nihil significans.

CAPUT LX. 148

Epistola Theodoreti Episcopi scripta ad Acacium Berrhœæ Episcopum de literis quæ ab Ægypto venerunt ad eundem Acacium.

EGo quidem non solum vocatus, sed etiam non vocatus, vellem semper venire juxta tuam sanctitatem. Tantum autem ab hac intentione delinquo ut nec tuæ possim sanctitatis literis obaudire. Rursus enim languor mihi valide supervenit, & pessimum tercranium post regressum de montuosis partibus incidi. Super hæc & magnificentissimus atque gloriosissimus magister militum hic est; propter quod & veniam peto. Et innotesco tuæ sanctitati quia in literis quæ ab Alexandria directæ sunt inveni ea quidem quæ ab eo dogmatice dicta sunt contraria his quæ olim sunt ab eo exposita, consona vero magis doctrinæ patrum. Et valde affectus sum, & laudavi Dominum Christum super mutatione quæ facta est per tuæ sanctitatis admonitiones. Aliquas vero partes epistolæ multis vidi vocationibus & multiloquiis falsis plenas. Nam dum oporteret a nobis [a] sex positas propositiones, cum breves essent, approbari ab eo, nescio cujus rei causa multis verbis usus effugit brevem pacis viam. Sic enim propositionem temperavimus ut nullis fuerat fugienda. Proposuimus enim, sicut tua sanctitas novit, permanere nos in fide quæ in Nicæa exposita est a sanctis & beatis patribus & in epistola sanctissimi & beati Athanasii, tamquam quæ hanc subtiliter interpretata fuerit, quæ vero nuper exsurrexerunt dogmata, seu per epistolas, sive per capitula, ejici, tamquam id quod commune est perturbantia, hæc relinqui quæ dissensionem præcipue fecerunt. Subscriptionem nos exigit depositionis [b] illius viri cujus judices non sumus effecti. Scit autem sanctitas tua quia ab omni carnifice durius nos trucidat conscientia nostra, si illa fecerimus quæ arbitramur non debere committi. Unde & beatus [c] Paulus dicit. Tuæ igitur sapientiæ sit sic dispensare causam ut facienda pax complaceat universis, & ante omnia Christo omnium Deo super hac obediatur.

CAPUT LXI. 149

[d] *Epistola ejusdem Theodoreti ad Andream Episcopum de hac ipsa re.*

MIrandissimus Aristolaus direxit ab Ægypto [e] magistrianum cum literis Cyrilli, in quibus anathematizavit & Arium & Eunomium & Apollinarium, & eos qui dicunt divinitatem Christi esse passibilem, & eos qui confusionem & remixtionem duarum naturarum

a *Sex propos.*) De quibus vide supra cap. LIII. & LX. Infra cap. LXXVII. *Propositiones enim meas illas decem.*

b *Illius viri*) Nestorii, ut patet etiam ex sequenti epistola Theodoreti.

c *Paulus dicit*) Desunt hæc verba Pauli ex capite secundo epistolæ ad Romanos, ut opinor.

d *Epistola*) Prior istius epistolæ pars extat inter opera Marii Mercatoris, & citatur a Pelagio II. In epistola tertia ad Episcopos Istriæ.

e *Magistrianum*) Maximum, supra cap. LV. De eo mentio infra cap. LXXVI. & CVI.

rum dicunt. Et in his quidem sumus [a] affecti, licet fuerit nostra propositio. Exigit vero subscriptionem depositionis quæ ab eis facta est & anathematismum dogmatis sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Nestorii. Scit autem sanctitas tua quia [b] indeterminate anathematizare præfati Deo amicissimi & sanctissimi Episcopi doctrinam idem est anathematizare pietatem. [c] Si vero convenit ut aliquid nos, anathematizemus hos qui dicunt purum hominem Christum, aut qui in duos filios incidunt unum Dominum nostrum Jesum Christum, & qui ejus divinitatem negant. [d] Hæc enim cum omni satisfactione unusquisque piorum anathematizat. Si vero volunt ut indeterminate & virum cujus judices non sumus facti anathematizemus & dogma ipsius, quod novimus rectum, impie facimus, ut arbitror, si ei obediemus. Arbitror vero hæc etiam tuæ sanctitati complacere, qui egregius pietatis propugnator existis & verus atque accommodus orthodoxiæ magister.

CAPUT LXII. 150

Epistola Andreæ Episcopi, quam Theodoreto Episcopo ad suam rescripsit.

ALexandrini literas legi; & a sua quidem putredine non recessit ullo modo, sicut & tua utique sapientia reperit easdem literas legens. Quia vero condescensione opus est, ut solvatur orbis terrarum schisma, & non amplius discissam despiciamus Ecclesiam, (forsan enim ad majus procedunt mala, si compositio nulla proveniat) bene tuæ placuit sanctitati illius quidem propositionem sicut impiam fugere, uti vero his quæ scripsisti & anathematizare eos qui purum hominem dicunt Christum & qui in duos filios unum Deum secant. Arbitror vero quod & subscriptionem modis omnibus exigat depositionis. Aliqui vero & hoc forsitan facient. Et arbitror etiam Cyrillum, etsi omnes minime subscribamus, illorum fore subscriptione contentum. Scit tua sanctitas quia hæc & ante in locutionem venerint, quando in Antiochia convenimus pariter. Ora igitur, quæso, ut nullum fiat impedimentum paci & ordinationi sanctarum Ecclesiarum.

CAPUT LXIII. 151

Epistola ejusdem Andreæ Episcopi ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum.

EOrum quæ ad me Dominus meus sanctissimus Theodoretus Episcopus scripsit exempla tuæ sanctitati direxi; & quia quidem Cyrilli errorem multoties millies anathematizet manifestum est his qui pervidere subtilius volunt. Quia vero tempus non permittit ut [e] secundum Acribiam ratiocinemur propter schisma generale quod factum est, & quia majora sustinentur mala de persistentia nostra, puto quod bene se habeat ut aliqua condescensione utamur pro ecclesiastica pace, & illius quidem propositionem fugiamus quæ impia est, sicut nec ille nostram suscepit, anathematizemus vero eos qui duos filios dicunt, quod nobis objiciunt insanissime, vel qui hominem purum Dominum nostrum Jesum Christum, & super his suscipiamus pacis compositionem. Reddent autem rationem qui impie sapiunt judici omnium. Et nobis, vel si dispensatorie pacem suscipiamus, pars nulla est cum his qui impie sapiunt. Prævideo autem quia de persistentia nostra nihil evincitur amplius nisi ut orthodoxi pellantur Ecclesiis & dogma ex toto absorbeatur. Quæso igitur sanctitatem tuam ut quantacumque possibile est condescensione magis utamur. Scit enim spiritualis sapientia tua quia sicut zelus in tempore suo multa millia peragit, sic & condescensio in tempore apto magna bona operatur. Et mihi quidem placent ista. Si vero melius aliquid pervidet perfectio tua, quæ secundum Deum est, notum nobis fac. Literas illas ad sanctissimum Episcopum Theodoretum dirigere dignetur sanctitas tua. Omnes qui circa tuam religiositatem sunt ego & qui mecum sunt salutamus.

CAPUT LXIV. 152

Epistola Alexandri Hierapolitani Episcopi ad Andream Episcopum rescripta.

LEgens quæ nuper a tua religiositate sunt scripta, pervidi quia satanas secundum veritatem petiit ut cribraret omnes nos sicut triticum. Ego vero, fide proposita, nullo modo impietatem esse condescensionem neque communionem cum hæreticis pacem Christi appello. Absit. Et da veniam, [f] velocitatem permutationis adspiciens oravi ut terra mihi dehisceret. Et vere, nisi timor Dei retinuisset me, continuo eremum petens, extremum spatium perquisissem. Puto enim quia & tuæ sanctitati dixi, jurejurando satisfaciens ei, & maledictionem contra memetipsum suscipiens, si alienationem a mysteriis conscius mihi sum aut per contentionem aut per odium aut per rebellationem aut per cujuslibet alterius gratiam facere aliquid in causa præsenti, sed ponens Deum & [g] Joannem ante oculos & affectum nostrum. Et superat timor Dei, & hæreditas Christi. Unde & a cunctis veniam postulo.

CA-

a *Affecti*) Marius Mercator, *gavisi, quamvis propositionem nostram ille diffugeret*. Ex quo patet isthic legendum esse, *licet fugerit nostram propositionem*. b *Indeterminate*) Idem Mercator, *indiscrete*.

c *Si vero*) In codice Casinensi scriptum erat. *Si vero convenit ut aliquid nos anathematizemus eos*. Lupus putans sensum esse imperfectum, vocem *anathematizemus* rursum posuit inter vocem *nos* & vocem *anathematizemus*. Verum ex Mario Mercatore apparet additamentum illud esse superfluum. Ob eam itaque causam nos sustulimus. d *Hæc enim*) Reliqua desunt apud Marium Mercatorem.

e *Secundum acribiam*) Id est, minutius ac scrupulosius, ut verbo Quintiliani utar. Vide supra cap. XI.

f *Velocitatem permut.*) Damnat Andream Samosatenum quod tam cito se transtulerit ad confirmanda capitula Cyrilli. Vide supra cap. LVIII.

g *Joannem*) Episcopum Antiochenum.

CAPUT LXV. 153

Epistola ejusdem Alexandri Episcopi ad Theodoretum Episcopum.

QUa hora suscepi sanctitatis tuæ literas, epistolam susceperam scriptam a Domino meo religiosissimo Episcopo Andrea, quæ contraria omnibus est prioribus. Et paulo minus alienus effectus sum, videns quod nos satanas expetierit ad cribrandum. Direxit autem mihi & ad se scriptam tuæ religiositatis epistolam continentem quod eos qui dicunt divinitatem Christi passibilem anathematizet Ægyptius, & eos qui confusionem & remixtionem duarum perhibent naturarum. Et ego quidem Cyrilli epistolam nullatenus hæc continentem vidi. Quin potius inveni eum certantem & in primis & in mediis & in ultimis pro capitulis suis reliquisque conscriptis in quibus omnem impietatem suam perexemplificat. Si vero vobis & recte se habere videntur quæ scripta sunt, & de reliquo qui hæc per epistolam scripsit inter orthodoxos deputatur, indifferenter vero & alia recepistis quæ ille quidem proposuit litteris, Joannes vero traducit omnes, ut inquiunt, dispensative propter pacem condescensionem amplexus, innocens ego sum a sanguine omnium. Unusquisque vero sicut novit ea quæ ad se pertinent dispenset. Vivit omnium Dominus Deus meus, & Oasim & quemlibet extremum vicum præfero communioni hæretici & eorum qui orthodoxiam prodiderunt.

CAPUT LXVI. 154

Epistola Theodoreti Episcopi Cyri, quam scripsit Alexandro Episcopo, sicut posuit Irenæus.

PUto plus ab omnibus nosse Dominum meum sanctissimum & Deo amicissimum Joannem quia depositioni Domini mei sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Nestorii [b] consentire non patiar; quia memor sit eorum quæ [c] in Tharso & in Chalcedone & in Epheso facta sunt, & nuper post reditum in Antiochia a nobis sæpius dicta. Non igitur quisquam sanctitatem (tuam) inducat quia hoc ego facere patiar aliquando. Deo utique cooperante mihi meque firmante. Dogmata vero ista Cyrilli, quæ nunc ad Berrhœam per epistolam scripsit prava mihi esse non visa sunt, sed & valde contraria tam capitulis quam aliis ejus conscriptis. Unde & epistolam scribens Domino meo sanctissimo Deo amicissimo Episcopo Acacio hoc ipsum significavi. Et vere, si possem, venissem utique, & contulissem cum tua sanctitate. Vellem siquidem discere quid esset in veritate occultatum in eis quod ab evangelica doctrina sit alienum. Et hæc dico non quasi cui ad communicandum cum eo ista sufficiant. Oportet enim clare illa exponi cum fide Nicæna, & subscribi ab eo & ab omnibus quorumcunque suscipiemus communionem. Noverit enim sanctitas tua quia tam longe sum suave aliquid existimare venturum ut Archimandritæ monasterji mei [d] de cella mihi ædificanda mandaverim. Hic namque illum in his diebus contigit inveniri.

CAPUT LXVII. 155

Epistola Maximini Episcopi Anazarbi ad Alexandrum Episcopum.

LIteras suscepi Domini mei Deo amicissimi & sanctissimi Episcopi Joannis quasi Ægyptius anathematizasset Apollinarium & Eunomium & Arium & eos qui dicunt remixtionem factam, duas autem naturas confessus fuisset Dominum nostrum Jesum Christum; & simpliciter, ut non plura dicam, laudat eum de his quæ nuper dogmatizavit. Alius vero aliquis, unus ex his qui diligunt nos, direxit nobis exemplar epistolæ quæ ab Ægyptio [e] ad Dominum meum Deo amicissimum Acacium Episcopum scripta est, confirmantem quidem priora capitula & fortiter instantem pro eis, dicentem vero non se communicaturum nobis nisi anathematizaverimus Dominum meum Deo amicissimum & sanctissimum Episcopum Nestorium fidemque ipsius. Ego vero hæc legens & illa, nimium incurri torporem, & incertus sum utrum præfatus sanctissimus Antiochenorum civitatis Episcopus illa laudaverit, an alia. Dignetur igitur tua sanctitas, quæso, Domine mi & amicissime, hanc angustiam nostram solvere & per epistolam nos docere quid horum sit verius. Dum vero intraverit vestra sanctitas Antiochiam, mox mihi dignare tua scripta dirigere, & universi continuo pariter ingrediemur. Orare vero pro nobis & pro pia pace sanctarum Ecclesiarum incessanter, quæso, dignare.

CA-

a *Epistola*) Istius epistolæ fragmentum extat inter opera Marii Mercatoris, male additum epistolæ ad Andream Samosatensem quæ extat supra cap. lxi. pag. 840. ut recte monuit Christianus Lupus. Nam præterquam quod in codice Bellovacensi Marii Mercatoris divisa est a superiore, ac titulus ostendit diversa esse ista fragmenta, in Vaticano habet hanc inscriptionem. *Item ejusdem Theodoriti ad Alexandrum Hierapolitanum Syriæ Præsulem adseverantis nunquam se in damnatione Nestorii præbere consensum*. Pelagius II. in epistola tertia ad Episcopos Istriæ referens initium istius epistolæ ex versione Marii Mercatoris scribit eam datam esse *ad Alexandrum Syriæ Palæstinarum Præsulem*. Quo loco Lupus putat reponendum *Euphratesiorum* pro *Palæstinorum*, ut habent editiones. Palæstina Syriæ pars fuit, itemque Euphratesia & Phœnicia. Ideoque facile Pelagio fuit hoc labe. Vide Ammianum Marcellinum lib. xiv.

b *Consentire non patiar*) Apud Marium Mercatorem: *præbere consensum quæ in Tarso & Chalcedone & Epheso facta est*. Ita enim habent antiqua Mercatoris exemplaria. At vir clarissimus Garnerius animadvertens sensum esse imperfectum, sic interpolavit: *præbere consensum, nec violare communem promissionem quæ in Tarso &c.* Verum ex citata Pelagii epistola apparet nihil aliud illic olim fuisse in libris Marii Mercatoris quam quæ etiamnum a nobis leguntur. Cæterum hiatus ille recte suppletur ex iis quæ in hoc capite nostro adduntur. Sensum autem hunc esse arbitror. Nemo est cui melius quam Joanni Antiocheno constare possit quo ego animo sim affectus erga Nestorium, ut qui præsens semper fuerit ubi de hoc negotio actum est, sive in Tarso, sive Chalcedone, sive apud Ephesum. c *In Tharso*) Vide infra cap. cxxxvi. extremo.

d *De cella*) Sic supra cap. xxiv. & xxv. vidimus Nestorium rediisse ad monasterium suum. Sic Dominus Antiochenus, ut patet ex actione Concilii Chalcedonensis. Vide infra cap. lxviii.

e *Ad Acacium*) Extat supra cap. lvi.

CAPUT LXVIII. 156

Epistola Helladii Tharsensis Episcopi ad eundem Alexandrum Episcopum.

PEr omnes literas, per priores dico & per præsentes, cognoscentes ad integrum, sanctissime amice Dei, animæ tuæ pro pietate intentionem, beatificantesque tuam sanctitatem de apostolico proposito, oramus ut nos tuæ sanctitatis vestigia consequamur, quo possimus & hostes adversos apostolico animo fortiter sistere, & eos qui ab incepta stabilitate desistunt dijudicare similiter. Nihil enim illi ab aliquo hæreticorum videntur languore distare, quia dum necessitas nulla evenerit, confessionem rectam perdiderunt, fingentes jam Ægyptium patrum fidem fuisse complexum & priorem abnegasse errorem. De confusione vero præsenti utatur quibus quomodolibet liberemur, atque in silentio convivamus. Et nos similem habemus, o sanctissime, voluntatem; & volebamus, sicut conscientia nostra testatur, conversationem in monasterio assumere, nisi nos similis tuæ sanctitatis discretio detineret, & non esse absque periculo crederemus gregem nostrum absque violentia & necessitate deserere. Oramus vero ut resolutionem vitæ potius impetremus. Nec enim aliam solutionem calamitatum præsentium sustinemus, nisi ut liberati a præsenti vita, eam quæ sustinetur recipiamus spem.

CAPUT LXIX. 157

Epistola Alexandri Episcopi Hierapolis, quam rescripsit Helladio Archiepiscopo Tharsi.

IN præsenti confusione sanæ fidei & Ecclesiarum Dei dissensione, quorum causam Cyrillus impius præbuit principaliter, nullam talem, si verum est, habemus mitigationem consolationemque qualem tuæ memoriam sanctitatis, & per sermonem & per literas addiscentes & pro pietate instantiam tuam & duarum Ciliciarum consonantiam & pro orthodoxiæ prædicatore concordiam, id est, sanctissimo Episcopo Nestorio. Et beati vos, sicut veritas habet, qui hujus estis propositi atque constantiæ. Præstet autem Dominus ut etiam firmamentum totius efficiamini orientis & eorum qui per diversas provincias pro fide certant orthodoxa. Pervenerunt enim quæ ad vos pertinent in universam terram. Quia vero cognovit sanctitas vestra ex his quæ nobis innotuistis quia hæreticam Cyrilli epistolam ad sanctissimum & sacratissimum Acacium, in qua pro universis decertat hæreticis conscriptis suis, quidam sic justificaverunt ac si esset orthodoxa, rogo sanctitatem vestram ut quicquid verbo sive scripto de hoc ad vos fuerit demandatum, non hoc absque inquisitione ac discussione suscipiatis, sed cum omni præinquisitione perscrutemini, & primum quidem ut quæ de ipso dicant, ab ipsis quæ ab eo diriguntur literis cognoscatis; deinde non excusetis quatenus & duo & tres ex vobis ad Ægyptum pergant, & si orthodoxa sunt quæ ab eo dicuntur renuntient, Aut ab eis certissime de his quæ nuntiata sunt agnoscamus. Et si quidem consenserit sua esse quæ nuntiata sunt, seu præter scriptum sive scripto, cum sint orthodoxa & hæreticorum capitulorum negationem habentia & præcedentium dolorum tenebrosorumque dogmatum ejus, & communicemus ei, & amplectamur eum, & ejus genua teneamus, & nihil eorum quæ ad ejus honorem pertinent omittamus; si vero contraria significata fuerint his quæ dicuntur ab eo, habeamus qualiter cum conscientia bona & firmitate securitateque usque ad sanguinem fidem veram defendere. Cognoscat enim sanctitas vestra quia si toties millies esse illum diffamemus orthodoxum, non tamen corrigat de præteritis, nihil proficiemus amplius nisi ut proditores rectæ fidei judicemur. Non enim patietur de cetero nisi ut cum majori audacia, cooperante sibi tempore, ipse quidem fiducialiter agat per hæresim, nos autem ita dedititios suos in toto mundo nobis detrahens, allerat, quippe quasi qui hæresim negaverimus, acquieverimus vero ejus orthodoxiæ secundum ipsum. Olim namque, olim votum est natum, quia & his qui Romæ sunt & ubique nostram correctionem annuntient. Quæso igitur sanctitatem vestram non transitorie neque indiscusse acquiescere his quæ nunc renuntiantur ab Ægypto, sed, ut prædixi, omnia facere nihilque relinquere eorum quæ ad laborem & opus vel pertinent ad itineris fatigationem atque studium; ut dignoscentes veritatem, aut revera pœnitentem suscipiamus, aut persistentem refutemus Ægyptium. Sic enim & reliqua rectæ fidei permanentia sacerdotium radicabitur, & nullus nos, tamquam si ipsi magis quam Christo serviamus, blasphemabit. Si vero & oportuerit per hanc perseverantiam & provincia & civitate & vita carere, arbitror sanctitatem vestram prone universa suscipere & pati & facere quam a sola spe nostra, dico vero rectæ glorificationis fide, recedere, pro qua & Patriarchæ & Prophetæ & ipse salvator noster est passus & reliqui universi. Confidimus vero in Domino quia habebimus cooperatorem & ipsum Dominum Christum, qui nostri certaminis fautor existet: qui utique præstaturus est nobis, tamquam promptè pro sua fide certantibus, ut & pro prædicatore orthodoxiæ, qui injustitiam pertulit, ad piissimum Imperatorem nostrum legatione fungamur.

CAPUT LXX. 158

Epistola Theodoreti Episcopi ad Helladium Episcopum de Himerio Episcopo Nicomediæ. Et hanc, sicut posuit Irenæus, duximus transferendam.

TAciturnitatem præsenti tempore servare deliberans, inveni hanc noxiam nimis serentemque periculum. Unde taciturnitatem solvens, non prohibebo labia mea, cum Propheta clamabo; sed ea quæ mihi recta videntur & justa, his qui sunt a tua sanctitate innotesco, & a vestra sanctitate omni cum voluntate suadebor quæcumque expediunt. Igitur [a] manifestum tuæ facio sanctitati quia ex Ægypto missam legen-

a *Manifestum*) Ista clarius exprimuntur in epistola sequenti.

gentes epistolam, invenimus doctrinæ ecclesiasticæ congruentem & contrariam duodecim capitulis e regione illis quibus hactenus perstitimus ut hæreticis repugnantes. Et deliberavimus pro Ecclesiæ pace eos quidem qui super his quæ peccaverunt se correxerunt in communionem suscipere, injustæ vero atque iniquæ damnationi sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Nestorii neque manu neque lingua neque mente acquiescere. Iniquum namque revera & ultimo supplicio dignum est illi quidem qui mundum confudit, & terram & mare turbis complevit, & vix nunc expositionem nostram suscepit, impartire veniam, illum vero qui ab ipsa pueritia hæc esse e doctrina docuit, injustæ homicidiali huic tradere interfectioni. Nam simile quoque est istud ac si omnes illos Deo amicissimos perdamus Episcopos qui nobiscum in Epheso & Chalcedone & [a] Constantinopoli pro veritate certarunt & usque ad præsens cum fervore certant, & despiciamus leges quæ pro omnibus impugnantur & foris ab Ecclesiis degere compelluntur. Deliberavimus igitur non prius vel Ægyptiis vel Constantinopolitanis communicare donec propugnatores pietatis proprias [b] receperint Ecclesias. Scribat igitur sanctitas tua Deo amicissimo & sanctissimo Episcopo Himerio, & persuadeat ejus religiositati quia & pietatem non prodidimus, & curam fraterni amoris habuimus, & studium votumque habemus aut cum eis traditos nobis populos regere, aut cum illis expelli, & quietem quæ absque periculo est recipere. Et mihi autem intentionem dignare tuæ innotescere sanctitatis, Deo amicissime. Nimis enim coarctor, eo quod nihil a vestra amabilitate de his quæ aguntur sumus edocti.

CAPUT LXXI. 159

Epistola Theodoreti Episcopi, sicut idem Irenæus posuit, ad Himerium Nicomediensem Episcopum.

ET cui decet ut superet omnibus bonis nisi ei qui possessionem bonorum omnium congregavit, & hanc in semetipso circumfert? Vicisti, Deo amicissime Domine, sicut in aliis omnibus, sic in festinatione allocutorias literas dirigendi; & dum nos sumus & inertes & somnolenti & circa urgentia fastidiosi & negligentes, tuo nos alloquio suscitasti, & pari illius atque spirituali revera affectu ad memoriam revocasti. Verum ne omnes causas literarum tarditatis occultans memetipsum fastidii culpæ subjiciam, modicam quandam veramque satisfactionem pro nosmetipsis adhibebo. Habitamus civitatem longe alicubi sitam ab illa via qua equi transcurrunt, & ideo neque ipsos qui ad nostram provinciam veniunt cernimus, nec cum illis vero esse contingit qui hinc proficiscuntur. Et propterea non obtinemus consolationem dirigendi literas ad vestram sanctitatem. Ad hæc, cum prius assueti fuissemus sæpius ire ad Antiochiam atque illic moras habere, unde facile erat & dirigere & suscipere literas, a multo jam tempore in domo habitare atque illic elegimus quiescere. In præsenti enim hoc, tamquam quod amplius expediret, sumus amplexi. Hæc sunt quæ nos usque ad præsens prohibuerunt sanctum tuum caput amplecti per literas. Sed sanctitas tua & hac necessitate superior facta est, quæ Dominum meum honorandissimum & Deo amicissimum Strategium comministrum direxit ad nos, quem omni festivitate conspeximus, ut salvatoris nostri Christi Diaconum, & tuæ sanctitatis dilectione ferventem, & omnia facere ac pati eligentem pro te, qui pietatis athleta es & fortis pro pietate certator. Beatificamus enim, ut bene novisti, Domine Deo amicissime, tua clara & magna certamina & fixum firmumque fortis tuæ animæ sensum & pro apostolica fide sudores & labores atque pericula, per quæ tibi æternæ & a corruptione superiores, &, ut complexe dicamus, perficientur divinitus datæ coronæ, & Domini carum caput ornabunt. Nos enim circa nihil utiles Ecclesiæ Dei sumus effecti. A piis enim fidelibusque omnibus ac pleni zeli fervorem & piam sanctorum patrum confessionem spirantibus circumoperti despicimur potius quam despiciamus, & regimur quam regamus. Tua vero sanctitas in ipsa flamma existens, & circa tres illos adolescentes in medio camini choros exercens, unam magnamque habuit consolationem sancti spiritus auram, quæ & flammæ impetum sparsit, & ejus caminum permutavit in rorem. Et quidem de tuæ certaminibus sanctitatis a nobis tanta sint dicta. Superat enim non solum mensuras epistolæ sed & maximam conscriptionem tuorum bona fama certaminum. Quod vero de pace fit murmur, significavimus tuæ sanctitati quia dum certe omnino proximi sumus, nihil ad integrum novimus, sed tanta scimus quanta nobis nuntiant hi qui hic ad nos revertuntur ad propria. [c] Intentionem nostram tuæ manifestam facimus sanctitati. Legentes literas quæ nunc ex Ægypto directæ sunt, & crebro eas apud nosmetipsos discutientes, ecclesiasticæ doctrinæ illas congruentes reperimus & contrarias duodecim capitulis quæ usque ad præsens permansimus expugnantes. Et deliberavimus ut si [d] receperit sanctitas tua divinitus sibi commissas Ecclesias, communicemus quidem Ægyptiis & Constantinopolitanis & aliis qui cum eis militaverant contra nos, quia nostrum, magis vero Apostolorum dogma confessis, ei vero quæ dicitur [e] damnationi sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Nestorii minime assentiamus. Injustum namque secundum veritatem & clare impium perspicitur, etiamsi eisdem subjectus esset criminibus quibus & alter, illi quidem veniam impertire, huic vero claudere pœnitentiæ januam. Multo magis iniquum & amplius impium est illum qui est insons interfectioni contradere. Sciat igitur sanctitas vestra quia prius eis non communicabimus nisi vestras receperitis Ecclesias. Hæc vero non ego solus, sed omnes sanctissimi hujus regionis Episcopi in unum convenientes habito [f] Concilio deliberavimus.

Jam

a *Constantinopoli*) Itaque orientalium quidam Constantinopolim accesserunt post collationes habitas apud Chalcedonem. b *Receperint ecclesias*) Inter eos qui Ecclesiis suis ejecti fuerant sequens epistola docet Himerium quoque Nicomediensem fuisse. c *Intentionem*) Hanc partem istius epistolæ vertit etiam Latine Marius Mercator. d *Receperit*) Probat hic locus veram esse lectionem quæ extat in antiquis exemplaribus Marii Mercatoris, ubi legitur, *ut si sanctitas vestra receperit*. e *Damnationi*) Hanc pericopen laudat Pelagius II. in epistola tertia ad Episcopos Istriæ. f *Concilio*) In codicibus Marii Mercatoris scriptum est *consilio*.

Jam supra ostendimus quæ Nestorius sua dogmata denegabat, & orientales Episcopi judicium fieri cupiebant se præsente atque Nestorio, & si re vera talia sentire convinceretur, eum se anathematizaturos cum tali ejus dogmate promittebant. Hoc enim Alexander in sua ad Acacium dixit epistola. Theodoretus vero scribit: Quia hominem, cujus non sumus judices facti, inauditum non possumus damnare. *Nemo ergo catholicus & Deum timens potest Theodoretum de fide reprehendere, cum maxime audiat eum laudantem dogma epistolæ quæ ante unitivam directa est ab Ægypto, contra quam multi Episcoporum orientalium clare dixerunt quia apostolica fides esset adversa. Et quod pro omnibus est notandum, ante Ecclesiæ pacem legitur facta. Hæc tamen diximus salva illa quæstione, si ejus sunt.*

CAPUT LXXII. 160

Epistola Theodoreti rescripta ad Alexandrum Hierapolitanum. Irenæus dicit, sicut (a) apparuit, suspectus. (b)

TUÆ factus sum sanctitati tamquam prodiderim pietatem. Non enim me scribente quomodo intellexerim epistolæ Cyrilli dogmata, & discere volente si quid sit in eis aliud latens quod hæreticis ejus capitulis conferatur, admonuerat religiositas tua nihil scribere super hoc. Ego vero testem Deum invoco in animam meam, neque sedis desiderium, neque civitatis cupido, neque persecutionum timor subegit me usque ad præsens, sed incorrupto decreto & indeclinata mente illas literas legens, convenientes nostris esse duxi intellectus earum. Quid enim aliud orabam audire, ut hoc venerarentur hæretici, nisi quia inconvertibilis est Dei sermo & impassibilis atque immutabilis, & neque fermentatio neque confusio neque retemperatio facta est in unitione Dei verbi ad carnem. Et hæc tamen in literis comperiens, minime tutum putavi esse ut super his soli communio fieret, sed ut evidentius fieret & clarius horum exponeretur intellectus, sicut & olim literis quas ante has scripsi mandaveram, vitans omnino damnationis subscriptionem. Et hæc autem per condescensionem suscepi, & putans nec tuam contradicere sanctitatem. Hæc vero, & in Antiochia & in Berrhœa & in Hierapoli sumus sæpius collocuti. Hæc & Domino meo sanctissimo & Deo amicissimo Episcopo Andreæ per honorandissimum & reverentissimum [a] Diaconum fortissimorum tertio Stabilisianorum, dum illuc adveniret, scripsi. Et quia non de quolibet nobis certamen est, sed de ipsa spe nostra, venissem utique, si mihi hoc corpus infelix concederet, ad sanctitatem tuam, ut majori discussione & communi colloquio comprehenderetur sententia litterarum.

Ubique notandum quantum distet Theodoreti intentio ab his qui pro ea usque ad finem cum Nestorio permanserunt, item ab Alexandro & Eutherio, vel aliis similibus, & quantum consonet his qui pacem ecclesiasticam asserunt, item Joanni & Acacio & Andreæ & similibus.

CAPUT LXXIII. 161

Epistola Eutherii Episcopi metropolitani secundæ Cappadociæ Tyanensis civitatis ad Joannem Antiochiæ Archiepiscopum de eisdem litteris.

MAgnos patres atque doctores vos dedit nobis Dominus Christus ad defendendum, ad docendum, ad omnem animæ ducatum. Necesse est igitur nos quidem & importunos esse & discere quæ oportet, vestram vero sanctitatem & non graviter ferre deprecationes, & monita paterna præstare. Quod autem nunc me movit, hoc est Legi Alexandrini epistolam multa quidem & alia incongrua continentem, ut contra dogma pertinaciam malam, & alias propositiones non pias. De his justum judicavi ut indicarem quæ meæ humilitati placuerunt; ut aut confirmentur quæ bene se habent tuæ sanctitatis nutu, aut corrigantur quæ forsitan per ignorantiam fierint vita contraria. Et prius quidem de capitulis hoc suspicor, ut non prius uniamur expositori eorum nisi omnino ea voce propria & subscriptione repulerit quæ habent præcipue blasphemiam. [b] An ad hæc manebunt sicut ille præcepit? Sed nos, qui ei concedimus id, & insuper eum tot laudibus [c] atque præconiis quæ fecistis, ab omni excusatione nos ipsos efficiemus extraneos. Si enim tunc quidem sic ea judicaverimus mala ut eorum scriptorem unanimiter dejiceremus, & excommunicatos illos qui ea susceperant faceremus, nunc autem sic tolerabilia ut uniamur scriptori eorum non corrigenti hæc quæ tunc nobis damnatione visa sunt digna, quis nos a justa increpatione liberabit, qui eum tunc quidem deposuimus velut constitutum merito sub reatu, nunc autem rursus excipiamus eum velut insontem? Impugnant enim se invicem judicia hæc & faciunt nos illi reatui subjici quem pronuntiat Apostolus dicens: *Si enim quæ destruxi, hæc iterum reædifico, prævaricatorem memetipsum constituo.* Sed & capitulorum incongruitas cui bene susceptibilis apparebit? Quis carnaliter Dei particeps sanctam virginem suscipiat? Quis unitatem naturalem, & per hoc coactivam, quia super omnem naturam virtutemque? Quis unam naturam, Dei & hominis formam? Quis anathematizare præsumat eos qui pie adscribunt excelsa quidem divinitati, humilia vero humana-

a *Diaconum*) Puto reponendum, *Decanum fortissimorum tertio Stabilisianorum*. Habetur in Codice Theodosiano titulus *De Decanis*. In collatione septima Concilii quinti mentio est militum *de numero tertio Stabilisianorum*, qui tendebant Antiochiæ. At in codice Bellovacensi ejusdem Concilii legitur *Stablisianorum*. Quæ varia lectio utilis esse potest ad confirmandam eorum sententiam qui putant eosdem esse Stablesianos milites, quorum mentio est in Notitia imperii, & Stabilisianos in synodo quinta commemoratos. Porro cum divisi illi essent in varios cuneos, ut docet eadem Notitia, dicebantur Stabilisiani de secundo & tertio numero, sicut Equites tertio, quinto, sexto, nono Dalmatæ, & Equites quarti clibanarii Parthi, in eadem Notitia imperii.

b *An ad hæc man.*) id est, capitula Cyrilli, ut arbitror. At Lupus in scholio ad hunc locum sic intellexit ac si ageretur de Episcopis, & ita suppler. *An ad hæc manebunt omnes ubique alii Episcopi, sicut ipse præcepit?*

c *Atque præconiis*) Videtur addendum, *extulimus*, aut aliquid simile.

(a) Cod. Casin. sert. *apparet*. (b) In eodem Cod. incipit Epistola ab illo titulo: *Sicut apparet suspectus sua factus &c.*

manitati, non scissa unitione ullo modo quam Apostoli & evangelistæ facientes ab hac legislatione anathematizati sunt? Quis consentiat terribili contra Episcopum sanctum gloriosumque Basilium sententiæ, qui Deiferam dixit Domini carnem, qui etiam cum his qui præsumunt Deiferum nominare anathematizatus est? Quis autem communicet ei qui Paulum, vas electionis, anathematizavit per illa quæ inquiens ait: *Si quis quasi hominem vi operatum Dei verbi Jesum dicit, anathema sit*? dum sanctus Paulus clare dicat: *Secundum operationem potentiæ virtutis ejus, quæ operatus est in Christo, suscitans eum a mortuis*. Quis vero incidit a verbo carnem, & sic fert adorationem debitam, sicut jussit iste qui ait: *Si quis præsumat dicere assumptum hominem coadorari oportere Deo verbo & conglorificari, anathema sit*. Quis vero ab ipso Domino audiens quod in spiritu Dei ejiciat ipse dæmonia, & discens a Paulo id quod est, *Qui manifestatus est in carne, justificatus est in spiritu*, glorificari a spiritu Dominum nostrum Christum Jesum confiteri recuset? Immo quis eos qui hoc confitentur & anathematizare præsumat? Quis vero pronuntiare audeat circa hujus ineffabilem vocum novitatem Deum verbum Apostolum factum ac principem sacerdotum, ut per hoc eum facturam quoque pronuntiet, ter beato (Apostolo) Paulo clamante: *Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Jesum Christum, qui fidelis est ei qui fecit eum*. Aut quis est qui Domini carnem non ex nostra natura sumptam, sed ipsius verbi propriam, tamquam si aliunde substiterit, dicere eligat vel audire? Quis vero cunctos simul sanctos anathematismo supponat? Quis enim dixerit Deum verbum passum carne & crucifixum carne & primogenitum ex mortuis eum qui semper vivit & est immortalis? De quibus convincere quidem latius facile est, sicut factum [a] in contradictionibus quæ a multis & quæ a nobis ipsis factæ sunt; nunc vero, quippe ut in epistola, breviter necesse est subsignare: dum certe etiam sine omni impietate manifesta essent, oportebat tamen ea ut novella refutari & non suscipere ad injuriam præcedentium, quæ perfecta existunt, horumque ad receptionem non egent. Si dicis, Bonum est quod nunc habeo, facta est expositio dogmatis ad succurrendum pestilentiæ mundi, languorem minime sistes nisi materiam languoris evacuaveris effectricem. In vanum mederis extrinsecus, qui intus plantasti & radicasti perniciem. Si enim deterioribus excussis, meliora fuerint introducta, meliora obtinebunt locum, manentibus autem blasphemiis quæ superinducuntur, egregia injuriam sustinebunt, & reprobabilia fient. Quæ enim communio lucis ad tenebras, & quæ pars fideli cum infideli? Statio enim secundi est interemptio prioris. Unde dicit Apostolus: *Interimit prius, ut statuat secundum*. Qui vero se dicit anathematizare Apollinarium & vesaniam ejus, dum non evertantur illi consonantia dogmata, inductio est & risus, tamquam si quis accusans eam quæ genuit multa venena, offerat tamen ipsa venena, & qui per potum multos extinguens idcirco se arbitretur demonstrare quoniam illos qui crudeliter perempti sunt ipse non læserit, quia accusat terram. Super hæc subscriptiones tamquam victor exigere gloriatur ad illius impudentem damnationem qui neque judicatus neque convictus, neque peregrinum aliquid fidei quæ ab olim tradita est nobis conscriis dixit, quem vel unde culpemus omnino non novi. An forte quia illis novis dogmatibus non assensit quæ nos adjudicavimus prius quam novitates vocum quas scriptura non tradit, ipse testimoniis sacræ scripturæ præposuit? Quare ea quæ sunt Apostolorum & Prophetarum & Evangelistarum & ipsius Christi, qui est omnium Dominus, absque vitiatione prædicavit? Sed contra illos sententiam proferemus, si adjudicamus hunc ea quæ illorum sunt prædicantem. Quæcumque autem in mirabilibus illorum gestis sive commentis ex hujus adscripta nomine a veritate dissonantia inveniuntur, nisi ostensa fuerint audacia falsariorum confecta, hisque nocentem deprehendi contigerit, modis omnibus suscipiemus addictionis sententiam. Et nullus sic odit animam suam ut non mox anathematizet ea quæ manifeste fuerint prava cum ipso qui ea dixit, sive ille vel angelus de cœlo fuerit qui dicere præsumpserit incongrua. Quis autem poterit obliviscі illa verba congrua tua, quæ memoria digna sunt, quæ nos instruxerunt in Epheso, quia dum duo mortifera præcipitia proponuntur, hinc quidem quia dicitur dogma fuisse corruptum, illinc vero quia contra ipsum iniquus exstiterit, nihil hic interest utrum ex illo præcipitio quod minus videtur aliquis ruat, quia æque periclitabitur, nihil prohibet & ex illo quod minus videtur aliquis ruens similiter periclitetur. Et quidem quod mihi placuit, breviter indicavi, sciens melius esse quicquid illud est paci. Quapropter temporalem peccati punitionem (satius est quam) æternum sentire tormentum. Tuæ vero est sanctitatis & manifestare quæ certa sunt & tam literis quam orationibus confirmare, & quæ meditata sunt nuntiare, ut præveniatis adversariorum nequitiam, & quietem beneplacitam magis eligere, si nihil præter pacem fiendum est atque concordiam. Didicimus enim quia sit & falsi nominis pax ab eo qui clare dixit: *Quia zelatus sum in peccatoribus, pacem peccatorum videns*.

CAPUT LXXIV. 162

Epistola ejusdem Eutherii Thyanensis Archiepiscopi, quam scripsit Helladio Tharsensi Archiepiscopo, lectis literis ab Alexandria & Joannis Archiepiscopi ad Alexandrum Episcopum & Alexandri ad Joannem.

QUantum nos vulneraverunt literæ aliorum, quorum quidam rectam fidem impudenter expugnant, alii vero dogma ex parte maxima prodiderunt, tantum me tuæ sanctitatis lætificavit epistola; & nisi hanc pro omni medicamine habuissem quæ operaretur contra universam passionem, subito tanta me tristitia velut transitorie irruens peremisset. Lætificaverunt autem me & aliorum orthodoxorum

a *Contradictionibus*) Lupus putat hoc loco intelligi opus quod extat inter opera sancti Athanasii cum hoc titulo. *Adversus eos qui dicunt, Deus verbum est passus carne.*

xorum literæ ostendentium dignum zelum de contradictione & resistentia pro pietate. Hæc vero dico ostendens quam habeam Deo cooperante intentionem, sequi festinans in his quæ proposita sunt non errantia tuæ vestigia sanctitatis, cujus ad bonum nutibus oro servire & omnia quæ pie ab eo deliberantur atque judicantur rata habere atque servare & ad effectum, quanta mihi est virtus, adducere, & per ipsa æternum lucrum in memetipsum acquirere. Omnem fraternitatem quæ cum tua est fraternitate plurimum salutamus.

CAPUT LXXV. 163

Post hanc epistolam suam verba posuit Irenæus dicens ita.

HÆc quidem de literis ex Ægypto tam ad Antiochenorum Præsulem quam ad alios sacerdotum hic qui Thyanensem regebat Ecclesiam scripsit. Joannes vero omne quicquid poterat agens persistebat & scribens ut ad sententiam propriam transduceret universos. Propter quod & ad servum Dei (*a*) Alexandrinum mox de his ipsis similia scripsit. Et hæc dum de prioribus literis hæsitaret.

Hic prius notandum de epistola Eutherii, quia orientis Episcopi non credebant Nestorii illas epistolas vel sententias quas ex ejus nomine synodus Ephesina damnabat. Quod si ejus esse probarentur, parati erant & ipsi & hujusmodi ejus scriptis anathema dicere, sicut & Theodoreti attestantur epistolæ. Demum qui cum Nestorio perstiterunt, Joannem & Theodoretum inter fidei proditores & ante pacem notare nitebantur Ecclesiæ, quia Theodoretus fidem Cyrilli epistolæ ad Acacium valde laudabat, quam cuncti isti & Irenæus apertissime hæreticam scribunt. Constat igitur quæ sit Theodoreti fides, quia literis in melioribus consonans, a deterioribus valde dissentit.

CAPUT LXXVI. 164

Epistola Joannis Archiepiscopi Antiocheni ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum, quam rescripsit de literis ex Ægypto, propter ea percupatus ab Andrea Samosateno Episcopo.

LIteras tuæ religiositatis accepi, & hoc ipso quod susceperim lætificatus sum. Solent enim literæ piorum, qualescunque sint, gaudium suscipientibus exhibere. Legi vero & illas quas ad Dominum meum perque omnia sanctissimum communem patrem Acacium Episcopum direxisti; & vidi subtilitatem, magis autem minutiarum dialecticæ minutissimas quæ in epistola ferebantur. Non tamen hanc subtilitatem video præsenti tempori utilem. Dum enim vos oporteat delectari eo quod de comedenti exierit cibus & ex amaro dulcedo, & ab eo qui non sapit ea quæ nostra sunt, illa quæ nostra sunt, illa quæ sapimus nos, patimini illud quod in Proverbiorum libro dictum est: *Is qui vincit, negavit se esse victorem.* Homo Dei, commemora temetipsum, quoniam totietas hæresis Apollinarii in naturarum mixtione & confusione omnem consistentiam habet. Ipse vero id latius repulit, anathematizans mixtionem quæ apud eum jacet in multis ejus, sicut & ipse nosti, conscriptis, & confusionem naturarum, & alterum dicens esse divinitatem, alterum corpus. Sic enim supersignans adjecit: *Quia impassibilis est divinitas, quia duæ naturæ.* Quod nullus hactenus eorum qui nunc sunt in Ponto habitantes aut dixit aut sapuit. Et sunt hæc manifestissime convictio contra eos. Et utinam contingat eum qui est ex vicinis tuis occurrere in hanc confessionem, & alios qui ultra Taurum sunt. Et omnia ipsis quoque soluta sunt. Vides enim quia omnino his quæ illi dicunt & his quæ ipse in capitulis posuit sunt ista contraria. Verum ne sermonem producam, ad aliud eorum quæ nobis visa sunt venio. Fui in Berrhœa; & dum multa nobis hic exercitatio facta fuisset, & communis pater Dominus meus Acacius sanctissimus Episcopus omne bonum moveret ut Ecclesiarum status in semetipsum redeat, placuit ut rogatus a nobis Dominus meus religiosissimus & communis frater Dominus meus Episcopus Paulus ad Ægyptum iter assumat pro pace universali; ut ibi conflictu habito per vivam vocem, quæ dicuntur ad majorem manifestationem clarioremque perveniant; ut illud fiat quod ab his qui foris sunt sapientibus dicitur: *Ea quæ de Deo dicuntur, & sæpius audiuntur, vix tandem sicut aurum purgantur.* Noli ergo esse pusillanimis, quæso. Sufficiens est enim Deus inchoatam suavitatem & clariorem reddere & firmiorem, dum facta fuerit ista profectio ad bonum, sicut arbitror, Ecclesiæ Dei. Et vere magnum est ut adsumat animum Dominus meus Paulus, despicien. & infirmitatem corporis & senectam, & multa millia fluctuationes, quas dinumerare facile non est, ac semetipsum committat & provinciæ peregrinæ & viro qui non parum est exasperatus a nobis, licet non ex nobis. Si vero dicis quia crucifixus sis mundo & mundus crucifixus sit tibi, quoad te bene se habet, ad mundum vero id nihil est. Nec enim philosophiæ nunc nec martyrii tempus est, sed correptionis totius orbis terrarum & perturbationis ecclesiasticæ. Significo Deo amabilitati tuæ quod piscator demissus sit, magis vero sublatus, & quieverit turpiter. Adfert vero id non modicam consolationem. Valde enim eum & ipsa Ægyptus execratur, sicut cognovimus a [a] magistriano qui venit, ipsi plus perturbationis adscribens. Hæc per epistolam scripsimus studiose, ut unde luctus nostros mitigemus habeamus. Hæc quidem sic se habent. Deo amicissimus vero Episcopus [b] Archelaus etsi pro dogmate nihil est passus, veruntamen per orationes tuas multatus est ad octo millia solidorum

a *Magistriano*) Maximo; de quo supra cap. LV. & infra cap. CVII.

b *Archelaus*) Episcopus Euphratesiæ, ut putat Lupus. Certe non est Archelaus Episcopus Myndi. Hic enim non adhærebat Nestorio aut orientalibus.

(*a*) Garnerius legendum censet *Alexandrum* ad quem est sequens epistola.

rum ab [a] Augustino Seleuciæ. Et placuit ut [b] (a) describerent universi. Para igitur quantum devotio tua suggesserit. Quod si non habeas, vel legitima ei prospice. Peremptorie enim addictus es. * * * * *

CAPUT LXXVII. 165

Epistola Joannis Archiepiscopi ad Alexandrum Episcopum, de Paulo Episcopo.

ARbitratus sum me aliquid utile incepisse. Quia vero religiositas tua necessaria quidem meæ epistolæ reprehendit ut prava, reliqua vero velut insana projecit, melius est me acquiescere tuis quam te illa quæ mea sunt dure suscipere. Tamen vel hoc unum tibi ut placeat quæso, quia iter Domini mei religiosissimi & communis nostri fratris [c] Pauli Episcopi non sit superfluum, sed utile ac necessarium. Verisimile est enim euntem ipsum obtinere aliquid quod non discrepet a nostra sententia. Propositiones enim meas illas [d] decem, quas communiter composuimus, portans recessit. Et verisimile est quod vir ille velut majorem quandam satisfactionem perficere super eas impetrabit. Amat quippe colloquium multas difficultates adimere. Si igitur aliquid votivum per gratiam Dei obtinens remeaverit, bene se habet. Alias, communiter nobis deliberandum est quid agi oporteat.

CAPUT LXXVIII. 166

Epistola Dorothei Metropolitani Mœsiæ & ejusdem provinciæ Episcoporum ad Joannem Antiochenum Patriarcham de ipsa legatione Pauli ad Alexandrium pergentis.

BEnedictus Deus, qui & olim sub Apostolorum temporibus novum & benedictum nomen quasi aroma quoddam, (id est, a vestra metropoli in omnem orbem terrarum diffudit, ut Christiani vocarentur, & nunc autem festinante adversario evertere orthodoxiæ confessionem, mox vos armavit zelo divino, & opposuit contra omnia machinamenta nequissimi, ut nostra, quæ a patribus ad aures nostras missa est, hereditas fidei inconcussa servetur, pro qua & multum studium exercentes minime fatigamini, omnia propter Dominum sustinentes; ita ut debili corpore ad Deo amicissimum iter assumeretis Acacium, & per eum Deo amicissimum comministrum nostrum Emesenorum civitatis Episcopum Paulum dirigeretis, & eum sic transmitteretis Ægyptio sicut medicum ad languentem, quin potius, ut arbitror, putridum, ut in ipso providentiam facientes ecclesiasticæ totius orbis tranquillitatis. Hæc namque universa per literas vestræ prospici agnovimus sanctitatis; & valde nobis quæ a vobis provisa sunt placuerunt, præcipue vero circa hanc partem qua cum pia cautela & recta nostra confessione curare anguem festinatis, ut duæ naturæ Domini Christi inconfusæ per confessionem dicantur, rationabiles occasiones ab ipsis qui reciderant a pietate sumentes. Dignetur vero amatrix Christi sanctitas vestra, sicut & cœpit, ante omnia ut illa pars piæ confessionis nostræ muniatur, neque aliqui duas inconfusas Christi naturas negent, neque hi qui eas orthodoxe prædicant abjurentur ab eis, neque manus aliter his qui lubricati sunt porrigatur nisi scandala in scripto peremerint, anathematizantes capitula quæ impie ab eis exposita sunt & omnia quæcunque orthodoxæ piæ nostræ religioni & ipsi subintroducere absque probatione tentarunt, & quæ introducta ab aliis receperunt, subscriptionibus ea roborantes quæ aliena sunt ab orthodoxa fide. Hæc non tamquam præcipientes scribimus, Deo amicissime, sed sicut filii patribus damus consilium suggerentes.

CAPUT LXXIX. 167

Ad manifestandam divisionem eorum qui cum Joanne Antiochenorum Archiepiscopo sentiebant, & eorum qui Nestorium cum ejus dogmatibus, quæ & ipse negaverat, post istam epistolam prooemium Irenæi, de quo sæpe diximus transcribamus. Quod ita se habet.

TErtia, *inquit*, pars hujus codicis continet illa quæ acta sunt in Alexandria, quando inter se consenserunt, & Cyrilli circa eas malas artes, & Pauli ad eum impias pactiones, & ut in summa dicatur, ea quæ ante sunt gesta quam Paulus & Aristolaus ad Antiochiam remearint. Postquam codicis partem ea quæ de ipsa Antiochenorum (Episcopus) primum per literas ubique scripsit, nihil eorum quæ cum Ægyptio eis composita sunt faciens manifestum sacerdotibus orientis.

CAPUT LXXX. 168

Epistola prima post Ecclesiæ scissionem, quam Joannes Antiochenus Episcopus per Paulum Emesenum Episcopum Cyrillo Alexandrino Episcopo pro pace facienda direxit.

IPse salvator & Dominus noster Jesus Christus & alia quidem multa millia salutarium præceptorum tradidit discipulis suis, & duo ista, quæ quidem videntur esse ad invicem quasi e regione contraria, omnem vero inter se consonantiam servant, dico vero pacem & bellum, bellum quidem pro semetipso & pro pia quæ de ipso est confessione, pacem vero quæ ab eo est ad eosdem, secundum quam cunctorum constans conjunctio ubique fidelium una intelligatur Ecclesia, eorum qui inter gentes ac barbaros ubique per totum mundum intellectum pium conservant. Ipsis vero potius æquivocibus est utendum per omnia sanctis in quibus bellum initur & suam nobis tribuit pacem: *Non veni mittere pacem in terram, sed gla-*

a *Augustino*) Legendum, *Augustali*. Noti sunt Augustales coloniarum.
b *Describerent*) Reponendum videtur, *describerentur*, id est, conferrent alii Episcopi partem suam multæ quam Archelaus non erat solvendo, sic tamen ut arbitratu suo tribuerent quantum putaverint largiendum, ut ait Imperator Valentinianus l. 1. Cod. Theodos. *Ne quid publica lætitia*.
c *Pauli Episcopi*) Emeseni, qui fuit interpres & nuntius pacis. Vide supra.
d *Decem*) Supra cap. LIV. & cap. LX. sex tantum dicuntur.
(a) In Cod. legitur: *describerentur*.

gladium, &, *Pacem meam do vobis*. Hanc tunc quidem quando discerpserit pia in Christo confessio, hoc melius bellum est; & eos qui conteruntur salvos facere novit, dum non defendunt illa quæ sua sunt, sed illa quæ Domini. Quando vero pia (confessio intro) missa est, tunc idem sapientium pax totius ecclesiastici corporis salus est. Hæc a me simpliciter dicta sunt, neque honoris amore, (longe enim hoc a consuetudine mea est) sed ut ostendam quia divisio quidem quæ contra te, Deo amicissime frater, in tempore facta est pro veritate magis, non pro re aliqua corporali, nec inimicitiis vel pusillanimitate proveniens. Erat enim quædam nobis ad invicem amplius quam aliis scilicet circa nos dilectio & affectus; quem licet secundum faciei adspectum non plantaverat collocutio, sed unitio rerum valde optime atque firmissime sufficienterque contigerat. Sed accepi discordiæ causam illorum capitulorum transmissionem, quæ utinam nunquam fuisset, effectam. Credere enim mihi tua a Deo amabilitas debet quia in tantum nos ob stuporem miserunt ut nec putaremus tua hæc esse inter ipsa principia, (& utique forsitan cognovit id sanctitas tua ex epistolis nostris, quæ ad aliquos scriptæ essent) sed alicujus eorum qui non illa quæ nostra sunt, id est, Ecclesiæ, sapiunt. Et hoc, inquam, suspicati sumus, super eis valde turbati. Quorum capitulorum non modica salvatio facta est. Et spem vero adhuc nobis præstant perfectæ sanationis ea quæ nuper a te, Deo colendissime, scripta sunt: quæ directa quidem sunt ad Dominum meum Deo amicissimum, communem patrem Acacium, lætificaverunt autem cunctos qui sunt pacis ecclesiasticæ amatores; super quibus & nos nimis sumus super modum affecti, licet conjuncta essent multis quidem, quod attinet, fraternis accusationibus, præstabant enim nobis satisfactionem quandam non modicam. Et indigent non multo additamento, quod ipse te peracturum esse promisisti, illud dicens: Quoniam cum pax fuerit facta, adhuc amplius excandificabitur quod ad satisfactionem pertinet. Plus autem nos illud lætificavit, quia beati & communis patris Athanasii epistolam gratissime suscepisti, quæ sufficiens est omnes discordias solvere, eo quod non solum recte contineat, sed & ob hoc quod ille, dum fide sit dignus, auferat conflictus earum. Sit enim nobis hic interpres, cui merito debeat credi illius fidei quæ in Nicæa a patribus sanctis exposita est, eo quod sint quidam vel eorum qui intra Ecclesiam sunt, vel illorum qui foris Ecclesiæ, qui proferunt eam tamquam quoddam magnum juvamen ferat hominibus, divertat vero eorum quæ impia sunt quorundam ad proprium sensum & ad id quod simpliciter unicuique placuerit. Sufficit hoc tantummodo dicere. His igitur bene inchoatis, illa per quæ inter nos ad invicem fuerat facta diversitas de reliquo jam quiescant, illa vero quæ ad pacem pertinent maneant. Occurramus laborantibus per universum mundum populis per diversas opiniones, quibus huc atque illuc distrahuntur, dum multi eos distrahentium nesciant neque quid loquuntur, neque de quibus affirmant. Exundant enim ubique anathematismorum nimbi ingenti numero, & contumeliæ quas fratres adversus fratres & [a] sacerdotes adversus sacerdotes exquirunt, & in populos populi. Nam alii quidem Judæos nominant Christianos. Est Apollinarii ista contumelia contra universalem Ecclesiam, quem cum sensu ejus plurimi susceperunt. Ille enim impius & adversarius Dei oppugnantes errores suos, dico autem patres Ecclesiæ, Judæos nominare minime reveretur. Alii vero istos paganos gentilibusque deteriores appellant, qui forsan sæpius una secum communionem sumpserunt ineffabilium mysteriorum. Et nihil est aliud videre fieri per omnem terram nisi perturbationem bellumque infandum & iram irrevocabilem & crudelitatem quæ omnem superat inhumanitatem barbaricam. Et non est qui condoleat super contritione Joseph, invicem voluptatem præstantes hostibus pietatis. Et hæc dico non velut illos quidem inculpans, hos vero a culpa excipiens, sed omnia deputans confusioni quæ facta est propter peccata communia. Proficient namque evangelio. Et paganis atque hæreticis imminentibus, necessario contra nos pietatis inimici desæviunt; qui præsentis perturbationis tempus amplexi, impudenter omnia corruperunt. Unde ipsiusmet Christianitatis reverentia conculcata est, inimici vero Dei subito sonuerunt, levaverunt caput super populo Dei, & adversum te cogitaverunt consilium. Propter hæc omnia meum fratrem, tuæ vero Deo amabilitatis dilectorem, Dominum meum sanctissimum Episcopum Paulum ego & Dominus meus sanctissimus Episcopus Acacius invitavimus, ipse vero libenter arripuit, ut ad vestram perveniret sanctitatem, ut qui semper inter ecclesiasticos extitit clarus, & sciens rebus competere & verbis, & habens ad Dominum reverentiam; qua utens præclare sæpius in commune profuit, regente se Deo. Magis vero prodest propter eam quæ sibi inserta est devotionem. Hunc adspicere dignare suaviter, confidenter te (ei) committens tamquam mihi; & tamquam si ego, ita fiducialiter se tibi ipse committet. Et una consideretis illa quæ mundum recolligere valeant. Non enim tantum vel me vel te considerare (debet) Deo amabilitas tua quantum quomodo ablatis scandalis in semetipsam revertente parte ad Ecclesiam Christi, ut his factis, & ea quæ placuerunt piissimo amatori Christi Imperatori de ecclesiastica pace proveniant.

CAPUT LXXXI. a. 169

Epistola Theodoreti Episcopi ad Alexandrum Euphratesiæ provinciæ Metropolitanum. Irenæus dixit.

MUrmurando nos aliqui pulsant propter opiniones quæ veniunt ex Ægypto, [b] reve-

a *Sacerdotes*) Ibas in epistola ad Marim Persam scribens de schismate exorto inter Episcopos post damnationem Nestorii, ait: *Et propter hoc multa tristitia inter eos facta est, & in contentione erant Episcopi adversus Episcopos & populi adversus populos.*

b *Reverere*) Id est, timere ne pax fiat

vereri nos arbitrantes si liberemur a cunctis, & nesciunt quia quies a nobis valde diligitur, dulcior est cunctis quæ in hac vita delectant. Usque adeo enim desideramus eam ut absque alicujus impulsione ad hanc currere cupissemus, nisi terror nos illius [a] judicis prohiberet. Quia vero id ita fieri minime tutum est, sustinet necessitatem voluntas, ut desiderio cum venia perfruatur. Quia igitur quæ diffamat rumor multa sunt atque distantia a veritate (& nata) animam perturbare, tuam sanctitatem quæso ut quæ vera sunt nos per literas doceas; quatenus ad hoc ipsum nos præparantes aptemus. Nam & cum pietate desideramus pacem, & cum iniquitate ac impietate refugimus.

CAPUT LXXXII. ...170

Epistola Andreæ Episcopi Samosateni ad Alexandrum Episcopum Hierapolis.

PRæcolligit quidem sanctitas tua recte ab ipsis initiis finem ecclesiasticæ causæ. Ego vero ex literis quas modo accepi non eumdem præcolligam, sed unum sciam. Manifestas causas habeo; & quæ quidem sint necessarium non est in literis ponere. Sciat autem sanctitas tua quia suave sit nihil, sed Alexandrinus quidem, sicut apparet, neque permutare aliquid vult eorum quæ semel male conscripta sunt, neque transire a proprio sensu. Et ideo nihil ab Ægypto in tanto tempore scripserunt per epistolam qui profecti sunt. Nos vero, etsi multoties millies persistat in impio dogmate, contenti sumus his quæ olim per epistolam scripta sunt, quæ integre orthodoxiam prædicant. Talia quidem præsentia sunt. Qualem vero habeant finem, & usque ad quid sit statuta perditio, noverit Deus omnipotens. (Dum) vero indigne mortalem nunc prædicant eum, clare pro sua impietate fiduciam gerunt; dum qui eos pascere videntur, studiose illos incitantes exerceant, non ad blasphemiam solum, sed ad omnes impudentias atque malitias. Et qui non consenserit, impius & Dominum negans ubique prædicatur & multarum millium mortium dignus. Et hi vero qui olim quidem nec ferebant hujus impietatis auditum, incongrui nunc & segnes facti, pene ubique ad reprimenda hæc quodam modo cesserunt, atque ipsi quoque curvati sunt, ne forte & illa quæ adversarii proferunt bene se habeant requirentes, & illos maxime qui valde primores inter nos videbantur pro orthodoxia certare, videntes ad aliud declinatos, & pacem ad illos amplexos. Et super his quidem Ecclesiæ calamitatem geminus, & nos ipsos nocte ac die & aliis vero multis tristitiis vulneramus, eo quod præsens sit omnium temporum pessimum tempus. Et frequenter desideravi ob hoc in solitario loco alicubi devacanti tuæ colloqui sanctitati & quidem nihil aliud agere, flere vero ac lamentari tantummodo tam pro his quæ dicta sunt quam pro aliis quæ pene jam duci perdidici.

Hæc dum geruntur in oriente, pax in Alexandria facta est, Paulo ad Cyrillum Episcopum Alexandriæ dante epistolam pacis, & Cyrillo per eumdem Episcopum ad Joannem Antiochiæ Episcopum pacificam epistolam transmittente per Clericos suos. Quia vero culpantur aliqui orientalium quod de hac pace quasi aliter quam debuerant suspicati sint sive conscripserint, videamus & Cyrilli Archiepiscopi post pacem diversis directas epistolas. Sic tamen etiam synodales codices debite & sincere cum Dei timore quæramus, & videbimus puto quia nemo possit unam partem, eorum dumtaxat qui Theodoreto idem senserant, de Nestoriani dogmatis suspicione culpare, qui tamen & alteram (a) de Eutychiani dogmatis favore, si tamen non est ex ejus parte, pulsaverunt.

CAPUT LXXXIII. ...172

Epistola Acacii Episcopi Melitinensis ad Cyrillum Archiepiscopum Alexandriæ [b] de pace quæ inter ipsum &c. orientales Episcopos facta est.

Hanc vero pro dogmatibus suis proferunt sectatores Dioscori & Eutychis contra catholicos; ubi & [c] addunt aliquod nomen Theodori Episcopi Mopsuestiæ.

QUoniam didici quod per gratiam Dei prævalueris orationibus, etiam præter præsentiam corporalem, ut in Ecclesiis statueretur quod in studio fuit, & literæ Deo amicissimi & amatoris Christi Imperatoris venerint ad clarissimum & per omnia habentem virtutem mentis Tribunum Aristolaum jubentes ut unumquemque Episcoporum compelleret in sua Ecclesia anathematizare polluta Nestorii atque Theodori dogmata impietatis, gratias agens honorabili dominatori Deo, & multum pro vestro studio orans, scribo pro omnibus quidem salutans reverentiam tuam, & rogo zelum tuum, qui secundum Deum est, ut pro cunctis quidem æqualiter Ecclesiis cogites, & nec quamlibet Ecclesiam despicias, sed aut per vestram ipsorum præsentiam, aut directis aliquibus cum admirandissimo & clarissimo Tribuno fidelibus atque zelantibus viris ex tuis sodalibus, cogatur unusquisque publice anathematizare Nestorii & Theodori dogmata, præcipue hos qui dicunt duas naturas post unitionem, proprie unamquamque operantem. Eorum namque qui in Germanicia sunt aliquos experimentatus inveni quidem duos filios dicere recusantes, at vero duas naturas dicere non abnuentes. Unde si concedatur ut dicatur atque doceatur ab eis quia unaquæque natura per semetipsam operatur, & hæc quidem passa est, impassibilis vero illa permansit, nihil est aliud nisi duos iterum filios confiteri & partes induci. Rogo igitur incomparabilem tuam & devotam Deo animam, pervigila in causa, a Domino Christo tempus accipiens, & perfice Ecclesiarum sine scandalo ac sine cicatrice vel macula unionem.

Ad

a *Judicis*) Obscurum est quem judicem intelligat Theodoretus. Lupus explicat de Cyrillo, propter duodecim capitula. b *De pace*) Hinc recte collegit Lupus hanc epistolam scriptam esse sub initium anni CCCCXXXIII.
c *Addunt nom. Theod.*) Hinc docemur huic Acacii epistolæ idem contigisse quod legi Theodosii adversus Nestorium: quæ cum adversus ipsum tantum lata sit, in Concilio tamen quinto sic relecta est ac si Theodorus quoque cum eo damnatus esset a Theodosio. Vide supra & infra cap. CXCIV. & CCXXXII.
(a) Codex legit: *ex altera ... pulsaverit.*

A

Ad hanc Cyrillus Episcopus illam (a) de Ecclesiæ pace dicitur [a] epistolam rescripsisse quæ nota est, quamque infra invenies loco & numero suo, id est.

CAPUT LXXXIV. 173

Testimonium ex [b] epistola Cyrilli Episcopi Alexandriæ ad Successum Diocæsareensis civitatis provinciæ Isauriæ Episcopum secunda.

ETsi unus dicatur a nobis unigenitus filius Dei incarnatus & inhumanatus, non tamen fermentatus est ab his, sicut illis videtur; neque vero incarnatura mutasset verbi naturam, sed nec carnis in verbi: sed in proprietate quæ secundum naturam utroque manente, atque intelligendo secundum modum quem modo reddimus, ineffabiliter & inenarrabiliter unitus, unam nobis ostendit filii naturam, verumtamen, ut dixi, incarnatam. B

Hæc falsè intelligunt qui putant unam incarnatam naturam ita dictam quasi ex duabus unam per unitionis compositionem factam. Hoc enim & continue sequentis verba & adjectum de natura hominis composita monstrant exemplum. Nullis enim mediis adjecit & hæc.

Non enim de solis simplicibus secundum naturam vere dicitur unum, sed & de illis quæ per compositionem conscripta sunt, sive in idem conducta; qualis quidem res est homo ex anima & corpore. Aliena enim specie sunt alia, & ad invicem non consubstantialia; unita vero unam perfecerunt hominis naturam; licet in rationibus compositionis differentia instet secundum naturam eorum quæ ad unitatem conducta sunt.

Audiamus jam nunc quomodo dicat esse contrarium dicere duas naturas Christi post unitionem & dicere unam incarnatam. Et quia hæc, ut dicit, impugnent se invicem, unde amplius constet quia unam naturam post unitionem vult dici compositam ad negationem duarum. Nam post paucis ipsius epistolæ sic ait.

[d] Addisco autem quod super hoc & aliud sit quod in quæstionem venit. Qui enim dicit carne pati Dominum nuda, irrationalem facit & non spontaneam passionem. Si vero quis dicat cum anima intellectuali pati eum, ut sit spontanea passio, nihil prohibet dicere natura humanitatis eum passum. Si igitur hoc verum est, quomodo non dabimus duas naturas subsistere per unitionem indivisibiliter? Ergo quisquis dicit, Christo igitur passo pro nobis carne, nihil aliud dicit nisi, Christo pro nobis passo natura nostra.

Hæc verba, quæ sunt omnino catholica, hic sacerdos sibi pro quæstione magis opponens, & quasi destruens quæ fuerat per epistolam pacificam paulo ante confessus, mox contra hoc indivise hujusmodi verba produxit.

Repugnat iterum nihilominus hæc propositio his qui dicunt unam naturam filii esse incarnatam; & quasi vanum id volentes ostendere, contendunt utique duas naturas subsistentes ostendere. Sed ignoraverunt quoniam quæcumque non secundum speculationem dici amant, hæc omnino in alteritatem, quæ in parte semota est & seposita est, modis omnibus abscedunt ab invicem. Sit autem nobis rursus ad exemplum secundum nos homo. Duas etenim etiam super eo naturas intelligimus, unam quidem animæ, alteram vero corporis. Sed puris dividentes intuitibus, & tamquam in speculationibus subtilissimis, seu mentis phantasiis suscipientes differentiam, non per partes ponimus naturas, neque vero abrupte per utrasque incisionis permittimus ire virtutem, sed unius videlicet esse intelligimus, ita ut duæ jam non sint duæ, videlicet utrumque apud semetipsum, per ambas vero unum perficiatur animal.

C *Ubique Deum hic comparans animæ & humanitatem carni, usque ad hoc venit ut unum ex Deo & homine factum diceret animal. Unum vero animal unum genus est, una substantia, una natura, una etiam species. Nos vero non secundum solam speculationem duas naturas intelligi dicimus, ut ex utriusque dici possit & una: absit. Nec rursus, ut ait, omnino in alteritatem, quæ in parte semota est & seposita, modis omnibus abscedere ab invicem: absit. Nec vero dicimus quia in solis subtilissimis mentis phantasiis suscipimus differentiam, nec iterum quia per partes sint ponendæ naturæ, neque abrupte per utramque incisionis permittimus ire virtutem; sed illa utimur ratione quam beatus Gregorius Nazianzenus Episcopus scripsit, quamque ipse Cyrillus Alexandriæ Patriarcha in Ephesina synodo inter testimonia patrum cum reliquis approbavit Episcopis, dicens [f] quia in Christo, qui secundum deitatem suam coadimplet cum patre & sancto spiritu trinitatem, e converso se habeat quam ipsa vere sanctissima trinitate. Sicut enim in trinitate divinitatis humanitas non præjudicat numero personarum, & sicut ibi rursus trium numerus subsistentium personarum divinitatis singularitatem minime secat, sic hic naturarum subsistentium numerus singularitatem subsistentis personæ incidere non potest, ac per hoc sunt ibi una trium subsistentiarum non est persona, sed natura, sic hic una duarum naturarum non natura est, sed persona subsistens. Subsistere vero dico quod nec accidens sit, sicut dicitur pars civitatis & populi, nec translatitia, sicut vicem suscipiens alterius alter agit utilitates & causam alterius. Nam quia unam naturam Christi ex duabus factam fuisse*

D

E

a *Epistolam*) Habetur supra. b *Testimonium*) Horum fragmentorum ex epistola secunda Cyrilli ad Successum excerptorum impugnatorem esse censet Lupus Irenæum amicum Nestorii, quamvis id dicat esse incertum. At illius esse non posse has impugnationes hæc res indicio est quod ex calce istius capitis apparet illas scriptas esse post tempora Eutychis & Dioscori. c *Epistola*) Hæc epistola habetur integra ex alia versione in capite CCXV. istius synodici. d *Addisco*) Sunt verba Cyrilli, sed sumpta ex oppositionibus hæreticorum.

e *Repugnat*) Verba sunt Cyrilli refutantis superiorem objectionem. f *Quia in Christo*) Non sunt ipsa verba Gregorii Nazianzeni, sed auctoris istarum impugnationum. Vide supra.

(a) In Cod. inseritur longam.

fuisse per mixtionem usque adeò non dicere licet ut inter Apollinarii dogmata ab Ecclesia Christi ante damnatum sit quam nascerentur hi de quibus nunc sermo fit, beati Ambrosii Mediolanensis Episcopi enim dignissima scripta testantur, viri apud Ecclesiam Dei ultra ceteros Episcopos famosi, & quem pro meritis suis non solum catholici, sed ceteri principes ejus temporis ultra omnes sunt veritis sacerdotes, cujus etiam testimoniis Ephesina synodus [a] *usa est. Dicit ergo Ambrosius in libro* [b] *contra dogmata Apollinarii scripto inter multa similia & hoc.* Et hos igitur qui in phantasmate venisse Dominum Jesum Christum prædicant & illos condemnare debemus qui diversa erroris linea non unum eumdemque filium dicunt, sed alium esse qui ex Deo patre natus sit, alium qui sit generatus ex virgine, cum evangelista dicat quia verbum caro factum est, ut unum Dominum Jesum Christum, non duos crederes. Nonnulli etiam aliud Dei verbum, aliud Dei filium crediderunt, cum ipsum qui in principio erat verbum apud patrem in sua propria venisse evangelista testetur. Sunt autem qui tamquam ad unum Prophetarum, ita ad Christum factum esse verbum arbitrati sunt, non ipsum esse Dei verbum. Sed de nullo Prophetarum dictum est quia verbum caro factum est. Nullus Prophetarum abstulit peccata mundi. De nullo alio dictum est. *Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.* De nullo Prophetarum legimus quod sit dominus majestatis, quod de Christo Apostolus dixit quia Judæi dominum majestatis crucifixerunt. Sed dum hos redarguimus, emersunt alii, qui carnem Domini dicunt & divinitatem unius esse naturæ. Quæ tantum sacrilegium inferna vomuerunt? Jam tolerabiliores sunt Ariani, quorum per istos perfidiæ robur adolescit, ut majore contentione asserant patrem & filium & spiritum sanctum unius non esse substantiæ, quia isti divinitatem Domini & carnem substantiæ dicere tentaverunt. Deinde cum isti dicant quia verbum in carnem, capillos, sanguinem & ossa conversum est & a natura propria mutatum est, datur illis locus ut infirmitatem carnis ad firmitatem divinitatis quadam facta divinæ naturæ mutatione detorqueant. Sunt etiam qui in tantum impietatis prodierint ut putent quia divinitas Domini circumcisa est, & imperfecta de perfecta facta est, & in ligno non caro sed illa operatrix omnium substantia divina in carnis specie coagulata pendebat. Quis autem non horrescat qui audiat quia non ex Maria virgine, sed ex divina substantia passibilem sibi carnem fecerit Dei verbum? Quod asserendo eo prolabuntur ut non ex tempore corpus Domini esse susceptum, sed coæternum Deo verbo semper fuisse contendant. Horum omnium auctores sunt qui divinitatem & carnem Domini unius naturæ fuisse dixerunt. Legi enim, quod non crederem nisi ipse legissem, legi in quam, in [c] quibusdam libris sic positum, & organum & eum a quo movebatur organum, unius in Christo fuisse naturæ. Quod ideo posui ut ex scriptis nomen deprehendatur auctoris, & adversant quamvis exquisitissimis argumentis & phaleratis sermonibus non posse vim veritatis obduci. Et hic mihi frequenter Nicæni Concilii tractatum se tenere commemorat. Sed in illo tractatu patres nostri non carnem, sed Dei verbum unius substantiæ cum patre esse dixerunt, & verbum quidem ex paterna processisse substantia, carne autem ex virgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Nicæni Concilii nomen obtenditur, & nova inducuntur quæ numquam nostri sensere majores, cùm utique scripturæ dicant quia Christus secundum carnem passus est, non secundum divinitatem, scripturæ dicant quia virgo in utero accipiet & pariet filium. Accepit enim virtutem, & peperit filium, quem & ipsa suscepit. Denique hoc etiam Gabriel proprie sermone declarat dicens: *Et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Dei filius.* Et te, inquit, ut secundum hominem quod ex ipsa nasceretur adverteres. Ex se enim generavit Maria, ut quod generaretur ex ipsa, in eo, salva generationis dominicæ prærogativa, corporis esset vera natura. Sed & Paulus dicit se prædestinatum esse in evangelium Dei, quod ante, *inquit*, promiserat per Prophetas de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem. Et ad Galatas: *Postquam autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere.* Et ad Timotheum dixit: *Memor esto Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David.* Ergo ex nobis accepit quod proprium offerret pro nobis, ut nos redimeret ex nostro, & quod nostrum non erat, ex suo nobis divina sua largitate conferret. Secundum naturam igitur se obtulit nostram, ut ultra nostram operaretur naturam. De nostro sacrificium, de suo præmium est. Multaque in eodem & secundum naturam invenies & ultra naturam. Secundum conditionem corporis in utero fuit, natus est, lactatus est, in præsepe est collocatus. Sed supra conditionem virgo concepit, virgo generavit, ut crederes quia Deus erat qui novabat naturam, & homo erat qui secundum naturam nascebatur [d] ex homine. Ergo si caro omnium & in Christo subjacuit injuriæ, quomodo unius illa cum divinitate dicitur esse substantiæ? Verbum & caro, quæ de terra habet naturam, & unius substantiæ verbum atque anima, qua perfectam naturam suscepit humanam? Unius autem substantiæ verbum cum Deo secundum paternam professionem & ipsius Domini assertionem, qui ait: *Ego & pater unum sumus.* Unius ergo substantiæ pater cum terreno corpore prædicatur? Et adhuc indignamini Arianis, qui dicunt filium Dei creaturam esse, cum ipsi dicatis patrem cum creaturis unius esse substantiæ? Quid au-

a *Usa est*) supra. b *Contra dogmata*) Sive in libro de incarnationis dominicæ sacramento cap. 6. Hunc librum ad Theodosium Imperatorem missum fuisse ab Episcopis Italiæ docent orientales supra cap. XXXIV.

c *Quibusdam*) Vulgatæ editiones & vetus liber bibliothecæ Colbertinæ habent *cujusdam*, quod melius est. Sed quod postea sequitur, *ut ex scriptis*, melius est quam quod habent editiones, *ex scripturis*. Codex Colbertinus habet, *ex scriptis*.

d *Ex homine*) Postea nonnulla sequuntur apud Ambrosium quæ auctor iste prætermisit. Vox autem *omnium*, quæ paulo post isthic sequitur, extat etiam in codice Colbertino. At in editionibus legitur, *omni*. Postea legendum est *esse substantia. Si enim unius substantiæ verbum & caro, quæ de terra habet naturam, cur unius substantiæ asseratur verbum atque anima, quam perfectam natura suscepit humana*. Quamquam codex Colbertinus legit simpliciter, *esse substantia. Verbum & caro, quæ de terra habet naturam, cur unius &c.*

autem dicitis aliud dicendo ista nisi ut aut limum Adæ terramque nostram divinæ substantiæ comparetis, aut certe divinitatem in terrenæ corruptelæ injuriam transferatis? Dicendo enim quia verbum caro factum est, in terram dicitis utique esse conversum, quia caro & ossa de terra sunt. Scriptum est, inquiunt, quia verbum caro factum est. Scriptum esse non nego, sed considera quid sequatur. Sequitur enim: *Et habitavit in nobis*, hoc est; illud verbum quod carnem suscepit, hoc habitavit in nobis, hoc est, in carne habitavit humana. Et ideo Emmanuel dictus est, hoc est, nobiscum Deus. Hoc ergo est, *verbum caro factum est*, pro eo quod est, homo factum est. Sicut etiam Johel dixit: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem*. Non enim super irrationabilem carnem, sed in homines futura promittitur spiritus effusio. Et si secundum literam vos tenetis, ut putetis ex eo quod scriptum est quia verbum caro factum est, verbum Dei in carnem esse conversum, numquid negatis scriptum esse de Domino quia non peccatum fecit, sed peccatum factus est? Ergo in peccatum conversus est Dominus? Non ita: sed quia nostra peccata suscepit, peccatum dictus est. Nam & maledictum dictus est Dominus; non quia in maledictum conversus est Dominus, sed quia nostrum suscepit in se maledictum. *Maledictus omnis qui pendet in ligno*. Miraris ergo quia scriptum est, *Verbum caro factum est*, cum caro assumpta sit a Dei verbo, quando de peccato quod non habuit scriptum est quia peccatum factus est, hoc est, non naturam operationemque peccati, utpote in similitudinem carnis peccati factus, sed ut peccatum nostrum in sua carne crucifigeret, susceptionem pro nobis infirmitati obnoxiam corporis peccati carnalis assumpsit. Desinant ergo dicere naturam verbi in corporis naturam esse mutatam, ne pati [a] (*a*) temperatione videatur natura verbi in contagium mutata peccati. Aliud enim est quod assumpsit, aliud est quod assumptum est. Virtus venit in virginem, sicut & angelus ad eam dixit: *Quia virtus altissimi obumbrabit te*. Sic natum est corpus ex virgine. Et ideo cœlestis quidem descensio, sed humana conceptio est. Non ergo eadem carnis potuit esse divinitatisque natura.

Licet hæc lectio tota sufficienter notet hæresim quæ unam ex duabus dicit in Christo factam naturam, finis tamen ejus quasi e contrario est hanc tenentibus nunc usque dementiam. Non minus vero & præfatas denotant lectiones, quæ non solum in epistola ad Successum secunda, sed & in epistola [b] *ad Acacium Melitinensem &* [c] *Eulogium jacent. Et in aliis vero pluribus ante pacem scriptis similia continentur. Sed hoc plus est hic, quia & post pacem contra universæ Ecclesiæ fidem illa denuo renovare reperiuntur propter quorum suspectionem mota sunt universa litigia. Ergo qui Theodoretum culpant de epistolis quas bona intentione scriptas, si tamen ejus sint, per gratiam Dei ostendere poterimus, aut contra Ambrosium dicant non esse hæresim dicere unam naturam Christi post unitionem tantummodo, & sequacibus Eutychis atque Dioscori aperte jungantur, ac secernantur a ceteris, aut certe non reprehendant quæ nesciunt quomodo Theodoretus dixerit, ne alterius, quem venerantur, quæ scimus quomodo dicta sint, damnare omni rationis consequentia compellantur. Si enim de utrisque non tacere partibus præ timore Dei, sed utrasque voluerimus humana præsumptione discutere, ad utriuslibet impietatis omni necessitate rationis præcipitamur abrupta, & quod est deterius, si unam naturam ex duabus post unitionem bene posse dici putemus in Christo, pariter quoque audeamus de mortuis judicare, quomodo non horremus dicere quod excludemus Ambrosium, quasi pietatem pro gravissima impietate damnet, sicut & alii plurimi patres. Sed jam ex ipsius Cyrilli Alexandriæ Archiepiscopi dictis probemus quod hæc ipsa ante pacem prædicaverit quæ post pacem.*

CAPUT LXXXV. ...173

[d] *Cyrilli epistola ad Theognostum & Charmosynum Presbyteros & Leontium Diaconum Constantinopoli degentes, Apocrisiarios suos*

Cyrillus Theognosto & Charmosyno Presbyteris, & Leontio Diacono, in Domino salutem. De omnibus rebus scribimus vobis. Deinde tamquam nihil agnoveritis sic scribitis, turbis nos replentes. Scio igitur scripsisse me vobis quia bene [e] senissimus & Dei colentissimus Acacius Berrhœæ per adhortationem aliquorum de oriente reverentissimorum Episcoporum scripsit ad me per Dominum meum magnificentissimum Aristolaum quia oportet omnia obliterari quæ [f] in codicibus vel epistolis scripta sunt, & solo symbolo esse contentos quod in sancta Nicæna synodo expositum est. Ego vero ad hæc multorum versuum [g] epistolam rescripsi ad eum, quam & utique modis omnibus accepistis. Hoc enim edocuit dilectissimus Eulogius Presbyter. Et nunc vero veniente reverentissimo Emesenæ civitatis Episcopo Paulo ad Alexandriam, omnia sunt formata, suaviter quidem atque pacifice, caute vero, sed sicut oportuit. Nec enim [h] depositionem Dei colentissimi Episcopi Maximiani recepimus aut communicatores habere aut absolvere (a sententia) quæ prolata est super eis. Neque simpliciter præfato Paulo communionem dedimus pro sua persona tantummodo, nisi obtulisset prius chartam, confitens quia Dei genitrix est sancta Maria, & quia anathematizat Nestorii dogmata. Sumens vero [i] dicendi in Ecclesia locum, magna voce dixit: *Quia Dei particem sanctam virginem confitemur, & quia anathematizamus eos qui non dicunt hoc, & quia unus filius Christus & Dominus, non duo*. Quia vero non venit

a *Temperatione*) In editionibus & in exemplari Colbertino, *interpretatione*. b *Ad Acacium*) Habetur superius. c *Eulogium*) Presbyterum Alexandrinum. Vide supra. d *Cyrilli*) Hunc titulum nos addidimus, descriptum ex operibus sancti Cyrilli, ubi hæc epistola habetur Græce & Latine. e *Senissimus*) id est, valde senex. Vide supra cap. xli. f *In codicibus*) Vide supra in gestis synodi Ephesinæ, & c. lxxx. hujus synodici g *Epistolam*) habetur supra cap. lvi. h *Depositionem*) id est, eos non recepimus qui a Maximiano Episcopo CP. depositi sunt, neque cum eis communicamus, neque illos absolvimus a sententia quæ adversus illos data est. i *Dicendi*) Fragmentum ex ista homilia retulimus supra tom. superiori. Erat autem Lupus, qui hunc locum interpretatur de libello quem Paulus dedit Cyrillo ut supra.

(*a*) Cod. legit. *interpretatione*.

venit chartam habens quod anathematizaret Joannes Nestorii dogmata, & confiteretur quod & depositum haberet, sed erant simpliciter epistolæ quæ ab eo directæ sunt nihil necessarium habentes, dixi quia non ei possumus communionem reddere antequam faciat hæc. Dum vero vidissem fastidientes eos ob hoc, & ipsum reverentissimum Episcopum Paulum nimium coarctatum & Dominum magnificentissimum Tribunum & Notarium Aristolaum, solutionem dans causæ, & ne pacem refutare putaremur, dum causa per dilationes adhuc longas traheretur, scripsimus communicatorias literas. Dictata est vero charta cum consilio reverentissimi Episcopi Pauli, in qua debeat subscribere & Antiochenus. Et misi cum admirandissimo Aristolao duos Clericos, ita ut si subscriberet Joannes dejectioni vel damnationi Nestorii & anathematizaret dogmata ejus, daret ei communicatorias literas, alioquin detineret eas, suscipiente cum juramento admirandissimo Aristolao quia charta ipsa minime perderetur. Dixit autem. Quia si noluerit subscribere, recto cursu Constantinopolim petam, & edocebo ipsum piissimum Principem nostrum quia nihil paci obest Alexandrina Ecclesia, sed Antiochenus est qui non diligit pacem. Nullum igitur æstuare sinatis. Non enim sic deliramus ut anathematizemus quæ nostra sunt, & in his quæ conscripsimus permanemus, & eadem sapiemus. Recta enim sunt, & quæ accusari non debeant, & scripturis divinis consona & fidei quæ a sanctis patribus nostris exposita est.

CAPUT LXXXVI. 174

Epistola Joannis Episcopi Antiochiæ ad Theodoretum Cyri Episcopum de pace inter Ecclesias facta.

Quis loquetur potentias Domini, auditas faciat omnes laudes ejus? Pervenerunt ab Alexandria suavia & bona nuntia, quæ sperari non poterant, uno sensu conjungentia pietatis quæ ubique sunt terra marique Ecclesias Christi. Et per Dei gratiam futurum est post paululum ut ipsa quæ nobis fuerint scripta, tuæ religiositati vel deicolentiæ destinemus, in quibus Dominus meus religiosissimus Episcopus Cyrillus usque ad satietatem usus dogmatis [a] acribia, suscipiens atque approbans ea quæ a nobis sunt destinata, magis vero per hymnos laudans, quippe ut bona & bene composita & patrum confessioni consonantia, componens vero & ipse similia & omni satisfactione plenissima. Unde justum duximus esse hoc suavium rerum nuntio te ut peculiariter perlætificarem, ut ex parte etiam unusquisque suscipere gaudium queat. Arbitror enim quod omnes qui Deum diligunt, festivitatem celebrabunt; quoniam suscipimus auditum quod omnium sensus fidelium restauret & erigat. Periclitantem namque & scissam in multas & varias opiniones piam patrum confessionem ex inspireto Deus in semetipsam reduxit gaudium donans his qui in cœlo sunt & qui in terra. Expulsus est enim clare ab epistola ille adulterinus sensus unius naturæ, imo potius languor, & confessa quidem est differentia naturarum. Porro vero unius singularitas & summa conjunctio expulsa est, etiam subintroducta illa consubstantiatio & unitio prædicatur. Et dividimus voces ut naturas, non solum nos, quibus a principio & a patribus vocum est super salvatore amica divisio, sed hi qui sunt in Ægypto, sicut & nos qui sumus in oriente. Totum vero in Dei opus est per exercitationem collationis quæ cum caritate est habita. Scit enim affectus sæpius majora necessitate prævalere; & sæpe quod contentio revocare non potuit, hoc gratia sua persuasione restituit. Et ut non in prolixum ducam sermonem, ipsa in scriptis ad vos post paululum veniet rectæ fidei confessio, cum secundæ literæ eas fuerint subsecutæ, per quas manifeste omnia scitura est Deo amabilitas tua. Exivit enim ab Ægypto, & in via est, annuente Deo, Dominus meus sanctissimus Episcopus Paulus, qui illa potuit pro generalitate peragere quæ nos quidem orabamus, Deo autem complacuerunt. Et hujus præsentiam sustinentes, ne lateret aliquid [b] de Dei colentia, hæc interim scripsimus, volentes communi corpori satisfacere sanctæ Dei Ecclesiæ. Omnem quæ tecum est fraternitatem salutamus.

CAPUT LXXXVII. 175

Epistola Theodoreti Episcopi Cyri ad Joannem Antiochiæ Episcopum rescripta, & supra appositæ respondens nuntiæ pacis.

Optima magistrorum militia & contra hostes in totum cunei cornu stant, & pro his qui laborant fortiter pugnant; & cum pacem celebraverunt, non præsentes tantum, sed & absentes præliantium in pace facienda connumerant secum. Et magnus David, dum progressus aliquando ad prælium victor existeret, (spolia ad) civitatem retulisset, non solum his qui bellati fuerant, sed & his qui vasa custodire præcepti sunt, æquam distribuit portionem. Et lex facta est ex illo, præcipiens ut hi qui fuerunt bellica instrumenta, cum bellantibus partem prædæ similiter sortiantur. Quomodo igitur non sit incongruum ut dum lex præcipiat ut (cum) illi qui longe a prælio sedent in custodia vasorum, facti fuerint utiles, aliis participent æqualia, nos perdamus eos qui nobiscum decertarunt pariter ac despiciamus, dum ab his qui prius communes inimici fuerant expugnentur viri qui in Epheso & in Chalcedone fortiter pro pietate præliati sunt, & usque ad præsens steterunt una nobiscum, & laudabiliter agere minime quieverunt? Si igitur pax quæ diffamatur firma subsistit & vera est, oportet ut omnes ea fruantur, & nemo a nostro cuneo foris sit. Si vero res pacis inanis, & nudum nomen hujus fœderatores dederunt Deo odibilem & omni pio indignam pacem, quia talem esse arbitramur. Nec enim sanctum est nec salubre ut nos quidem depositiones sive damnationes justas solvamus, & ordines illicitos suscipiamus, & his qui omnia sursum ac deorsum fecerunt impertiamus veniam, ab illis vero, & in ipso pacis tempore, quæ sunt hostium perpetrentur, & egregios nostri cunei pellant ab Eccle-

a *Acribia*) Vide quæ notata sunt supra ad caput xi

b *De Dei col.*) Puto legendum, *tuam deicolentiam*, id est, religionem, pietatem. Vide paulo supra.

Ecclesiis. Scribat igitur sanctitas tua & amatori Christi Imperatori & magnis judicibus, & eis faciat manifestum quia minime patiemur hanc suscipere pacem communionemque illorum amplecti nisi prius hi qui certaminum tempore nobiscum fuerunt suas receperint Ecclesias. Tuam enim sanctitatem decet talem pacem Ecclesiis providere quæ ab omni macula sit libera, & quæ pios non amplius quam ipsum prælium vulneret. Hæc ad præsens scribere sum coactus, literas iterum suscipiens sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Himerii culpantis nos tanquam communis certaminis proditores. Ergo & ipsum refoveat sanctitas tua, & Imperatoribus significet quia nos deteriorem prælio arbitremur hanc pacem. Nam pugna quidem illa nos & apud Deum coronat, & apud eos qui divina sapiunt ornatos efficit. Pax autem talis & hic nos confusione replet, & apud justum judicem dignos efficiet supremo (*a*) supplicio.

CAPUT LXXXVIII. 176

[a] Epistola ejusdem ad [b] Theosebium Episcopum. Ambas Irenæus ponit.

EX quo quidem mali nominis reliquimus Ephesum, neque scripsi tuæ sanctitati, nec frui me contigit tuis literis. Et ut communem satisfactionem faciam, arbitror causam fuisse non itineris longitudinem, sed ex eo quod ab illa via qua currunt equi longius & nos & tua religiositas habitet. Verumtamen etsi literas non accepimus, tuis continue delitiamur in laudibus. Audivimus enim zelum tuum pro pietate & fortitudinem contra iniquitatem, & multum miramur animi perseverantiam. Nam nos quidem longe ab hostibus existentes, & extra sagittarum, sicut dici solet, casum sedentes, [c] nihil (*b*) arduum bonorum virorum virtutem sermonibus elevare, ab ipsis operibus abstinentes. Tua vero Deo amabilitas in medio hostium constituta, & ab eis undique circumdata, cum circumfusi sint inimici, fortior exstat a malis, & quasi vir fortissimus aliquis armis amictus, galea quidem emissarum nubem repercutit sagittarum, lancea vero fugat instantes. Sic sanctitas tua omnimodis spiritualibus armis amicta, scuto quidem fidei ignitas iniquorum sagittas extinguit, gladio autem spiritus & divinorum doctrina sermonum falsitatem convincit, fortitudinem vero veritatis ostendit. Propter quod beatificamus te, sanctissime, & Dominum deprecamur, simile aliquid facientes his qui sedentes in terra, pro eis qui pugnant inter pelagi fluctus ferventes exorent, ut si placet ipsi, tempestates cælitus solvat. Si vero adhuc oportet eos qui nobis sunt similes corripi & eos nobis ostendi, hoc vobis robur donet usque in finem certaminum. Communis namque confidentia erit & virilitatis principalitas omnibus qui in hoc stadium descendere eligunt; quod quidem malignus aperuit, nostræ naturæ superbiens, utile vero fecit bonorumque procurationi accommodum Deus ille qui maligni machinationibus utitur ad salutem: Denique & nunc illos qui contraria doctrinæ apostolicæ adstruebant, & qui unam naturam factam docebant Christi naturas, & temperationem super inconfusa unitione dogmatizabant, & illas passiones quæ pro nostra salute carni Domini sunt illatæ inconvertibili & incommutabili divinitati adscribere tentaverunt, in alteram doctrinam, quæ his est e regione contraria, manifeste reduxit, & evangelicam redoceri regulam compulit. Unde duas confiteri naturas præsenti tempore persuasi sunt, & vertibilitatem confusionemque ab ecclesiasticis exiliantes dogmatibus, naturarum (differentiam) clara prædicant voce, & passiones carni coaptantes, impassibilem divinam confirmant esse naturam. Tantum & ipsis adversariis hoc stadium profuit, non propter diaboli nequitiam, sed propter Dei nostri misericordiam & sapientiam. Credimus quod & iniquitatem convincat, sicut impietatem nudavit, & justitiæ prospiciat, sicut pietatem ostendit, & omnibus persuadeat quia nihil est quod non regatur ab eo, neque quid negligat, sed omnia sapienter gubernans permittat ad modicum contra navem sævire procellas, ut virtutem propriam navigantibus innotescat. Viriliter igitur age, Domine, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Et me autem suffulcias tuis orationibus, quæso, qui valde tali præsidio egeo tam propter animæ infirmitatem quam propter corporis quoque languorem.

CAPUT LXXXIX. 177

Verba Irenæi, quæ post Joannis epistolam suprascriptam contra Theodoreti dixit.

HIs credens imo vero inductus iste amator Dei & Ecclesiæ quondam doctor, qui regebat currum, est valde quidem obductus de bonis pacis nuntiis. Quomodo enim posset aliter evenire? Nondum vero sciens hujus modum famosissimæ passionis, sed neque omnino in animo pro nimietate impietatis accipiens quæ molimina essent, non ad ipsum solum, sed insuper ad alios multos similibus usus est literis.

CAPUT XC. 178

Epistola Andreæ Samosateni Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum.

MUlti & per literas & per semetipsos pacem nobis annuntiant; & hi videntur nobis condelectari de hoc bono nuntio. Ego vero ea quæ sunt in medio cernens, sicut & tua sanctitas novit, videor quidem cum fastidio suscipere nuntios; ingemisco vero apud memetipsum cogitans, quasi non aliquid novius nunc

a *Epistola ejusdem*) id est, Theodoreti, si Lupus nihil omisit eorum quæ in codice Casinensi interjacent inter superiorem epistolam & istam.

b *Theosebium Episc.*) Cli in Bithynia, ut patet ex cap. VII. & CXC.

c *Nihil arduum*) id est, difficile nobis non est sanctorum virorum præclare gesta laudibus in cœlum evehere. Itaque necessarium non est glossema quod huic loco attexuit Lupus, ideoque sustulimus.

(*a*) In Cod. est: *judicio*. (*b*) *est arduum*.

nunc nobis ab Alexandria (a) [a] deferatur. Nam [b] literas quidem quæ ab Alexandria directæ sunt legens, quas & olim tuæ sanctitati transmisi, clariorem vidi impietatem divulgari. Video autem multos eorum qui videbantur pro fide certare particulariter subdeponentes & satisfacientes pro his qui nos ad jurgia concitaverunt, tamquam perducti sint & sapiant recte, & quem exitum causa suscipiat videre non possum. Vereor autem ne circa Antoninum meum inveniam ut eulogias ab Apollinario accipientes. Tua vero sanctitas, Domine, sufficienter pro pietate decertans, & nos confirmat atque corroborat, & Deus cunctis te foventibus columna, & firmamentum veræ fidei existet.

CAPUT XCI. 179

Epistola Joannis Antiocheni Episcopi ad Imperatorem Theodosium de pace Ecclesiæ.

DEo amicissimis & piissimis Imperatoribus nostris, qui digne sunt honorati a Deo vel ordinati, Theodosio & Valentiniano Augustis, Joannes Episcopus Antiochiæ vestræ devexæ Syriæ, in Domino gaudium. Opportunum nunc illo eloquio prophetæ dixere quia erunt prava in directa. Quando enim Deus aliquid facit, consequitur in his quæ fiunt facilitas nominis, & nullus divinæ resistit voluntati. Voluit nunc & complacuit ei ut per intentionem vestram piam & has beatas curas quas pro Ecclesia Christi vestrum suscepit imperium ad pacem conjungere orbem terrarum & dare unitionem, in qua non alius aliud quid sapit de ecclesiasticis dogmatibus, sed unus sensus salvatur & idem de humanatione Domini nostri Jesu Christi. Idem sapimus igitur universi. Et communis nobis est facta confessionis convenientia complectens his quæ olim & a principio exposuerunt patres, satisfacientibus nobis ad invicem in his de quibus nos ambigebamus, decertando contra Dominum meum Dei colentissimum Episcopum Cyrillum. Ipse vero nunc ea quæ a nobis sunt directa suscipiens, & quæ componentes pietati tuæ in Chalcedonensi civitate tradidimus, his acquiescens, & approbans ea, similibus intellectibus contexuit nobis idem confitentem fidei apostolicæ traditionem. Expulsa est igitur universa hæresis atque contentio, pietate vestra incolumi orbi terræ, cujus sceptra cum pia confessione nutrita sunt, & certe obtinuerunt & obtinebunt in perpetuum, divina dextera continente. Et ut vestrum nosse possit imperium vel ea quæ a nobis ad eum scripta sunt, vel ab eo ad nos, in quibus unum eundemque sensum paternum in ministrando servamus, ipsas ad invicem nostras epistolas his literis nostris subdentes direximus, tradentes epistolam clarissimo Tribuno & Notario vestro Aristolao, quo ministro est usus in causa, ut voluntas vestra proveniret, cum pia & sancta sit. His igitur ita se habentibus, & fide indubitabilitatem suscipiente, secuti sumus omnia quæ præcepistis, piissimi Imperatores, per Dei colentissimum sive religiosissimum Episcopum Paulum, virum quem nostis & vos, ut arbitror, pace gaudentem & scientiam non modicam possidentem in ecclesiasticis rebus. Suscipimus igitur & ordinationem sanctissimi & religiosissimi sive Dei colentissimi Episcopi Maximiani, viri cujus virtutem conversationemque ab olim novimus. Et depositum sive damnatum habemus Nestorium, qui olim [c] fuit magni nominis Constantinopolim Episcopus, anathematismo subjicientes quæcunque ab eo aliene ac peregrine dicta sunt contra apostolicam doctrinam. Supplicamus autem pietati vestræ ut perfectam festivitatem præstetis mundo, quatenus nulla civitas ab hac celebritate communis festivitatis extorris sit, & jubeatis ut Deo amicissimi Episcopi, qui inter præcedentes turbas expelli Ecclesiis visi sunt, ad priorem habitum reducantur & ab omni importunitate sint liberi, ut nullæ [d] pusillanimitatis reliquiæ Ecclesiis resideant. Facile vero est ut id a vestro imperio fiat, eo quod hujusmodi correctionum vetera quoque habeatis exempla, quæ antiquos quidem Deo amicissimos Episcopos propriis sedibus reddiderunt, eos vero qui inter turbationem fuerant ordinati vacare fecerunt & sustinere illorum de vita præsenti recessum. His enim, sicut diximus, Deo favente, bene ac recte provenientibus, orationes ac deprecationes pro imperio vestro fient a cunctis hominibus. Per vos enim & per vestram pietatem Ecclesiis quidem prior est restituta tranquillitas, Christianæ vero salvatæ sunt res. In pace de reliquo degunt civitates & populi atque provinciæ. Superdecet etenim vestro imperio ut sine turba sit. Et quales vos estis, tranquilli & mansueti, talem convenit esse etiam rerum statum, dum debeant & in commune omnes & proprie unusquisque complecti hanc unitionem, quæ præter omnem facta est spem. Laudabilis enim & apud Deum quisque beatus est, qui etiam per singulas partes quæ fuerant confusa restituit, & secundum Domini vocem, quæ inquit, *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*; cujus inexpugnabilem virtutem novimus nunc etiam cooperaturam huic vestræ Deo amabilitatis intentioni. Fons namque omnis boni vos estis, & diffunduntur a vestris regnis in omnem mundum beneficiorum rivi, & fruuntur de reliquo Dei sacerdotes anteriori quiete, qua ad hoc præcipue indigent ut sinceras & studiosas pro vestro faciant orationes imperio.

CA-

a *Deferatur*) Post hanc vocem in editione Lupi diverso charactere, ut ille assolet quum aliquid de suo ponit, additur hæc verba. *Pax cum corruptione fiet fidei*. Nos sustulimus, quia sensus absque his constat.

b *Litteras ab Alex.*) id est, Cyrilli ad Acacium, quæ extant supra cap. lvi. De his enim hic agi patet ex capite lx.

c *Fuit magni*) Lupus hunc locum sic interpolavit, *fuit apud magni*, quia nesciebat Constantinopolim dixisse antiquos per omnes casus, ut supra monuimus. Vide infra cxcix. *quam fecit ad aliquos Constantinopolim Clericos*.

d *Pusillanimitatis*) id est, iracundiæ, indignationis ut patet ex canone quinto synodi Nicænæ; ubi pro eo quod Dionysius Exiguus vertit *pusillanimitate*, vetus interpres apud Isidorum habet *indignatione*. Vide supra c.lxi. *de medio quadam fiat pusillanimitas*. Item cap. lxxv. *pusillanimitate pro ventum*.

(a) Nihil de suo adjecit Lupus; sed ita legitur in Codice: *pax cum corruptione fiet fidei*.

A

CAPUT XCII. ...180

Epistola [a] Meletii Episcopi rescripta ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum contra Paulum Episcopum Emesenum.

NON delectabamur quidem nec antea divina hac quæ vituperatur condescensione, dum certe obumbrantes eam plurimi essent. Nunc autem post incontradicibilem claramque demonstrationem modis omnibus per gratiam Dei firmabimus quam prius quoque de ipsis sententiam tenebamus. Melius est enim ut quis illa stabilitus in fide apostolicorum dogmatum, & nullo modo in quocunque remissus ab illa acribia quam circa ea quæ divina sunt oportet ostendere, ipse doctor sit veritatis ex ipsis operibus; his qui pie vivere volunt, quam condescensionis occasione ab optima pietatis altitudine decidat lubricando. Illud namque omni modo consequetur, ut ipse saltem periclitetur in nullo, etiamsi nullus fuerit cui prosit. Licet volentibus, licet absque terrore in adamantinam turrim veritatis adscendere. Et via enim [b] jacta est, & nemo qui veter. E contra vero & plures omnino sunt qui hortentur; si tamen aliquis sanctorum qui dormierunt multitudinem computet aut etiam turmas angelicorum exercituum, qui gratanter utique complectuntur atque ad adscensum perducent quoscunque desiderare adspexerint veritatem, ut petant eam; quia & multi sunt quibus bona persistentia prodest. Unde & melius puto ad hanc descensionem non esse debere festinos nec alteros tali salute præponere ex hoc. Unde ne ab alio quidem erit quicunque protectus. Utrumque vero similiter perditionis retibus capi necesse est. Nec rem quidem humilitatis per gratiam Dei iste proposuit. Direximus vero & Ægyptii epistolæ rescriptum, quod nobis nuper allatum est, quam fecit ad aliquos Constantinopolim Clericos suos, qui eum culpaverunt quasi anathematizasset quidem propria dogmata, præparasset vero universos ab eis absistere eaque conspuere. Unde clare conspicere poteris & qualis pax ecclesiastica facta sit, & quæ sint a divinissimis legatis nostris acta, & quia potius sit receptus, Deo amicissime Domine mihi. Dignare autem, quæso, consuete pro mea humilitate intercedere.

Et ex istis scriptis satis ostenditur, quod ubique notandum est, quia omnes isti orientales qui nolebant damnare Nestorium, non Cyrillum sed Joannem cessisse dicebant, & (a) qui habebant contrariam voluntatem, contraria opinione de utroque tenebantur.

B

C

D

E

CAPUT XCIII. ...181

Item epistola Alexandri Episcopi ad Andream Episcopum, hoc ipsum probans.

VEnit finis, & (b) communio re vera facta est ad impium Cyrillum, non Cyrillo hæresim relinquente, sed nobis ipsis per [c] unum verbum quod est in epistola positum inferentibus hæresim. Verum qualem de illa epistola sententiam teneam tua religiositas non ignorat. Quoniam vero nulla mihi pars neque sors est cum eis, sed sive exilium, sive mors mihi, sive præcipitium, sive ignis, sive bestiæ proponantur, Deo me roborante, universa sustineam potius quam communicem talibus firme teneat sanctitas sua. Scripsit autem mihi & Antiochenus epistolam; orthodoxum diffamavit, universos tentans consuete decipere. Sic & nunc, quasi nullus neque aures neque oculos neque cor habeat, correctionem fidei mutationemque Ægyptii diffamavit, non erubescens & illa quæ in ipta ipsius Ægyptii leguntur epistola. Et continuo dictavi hypomnysticum. Nec enim eum Episcopum scribo, de reliquo incidens memetipsum a communione Cyrilli & eorum [d] qui eis additi. Et ipsum hypomnysticum interim retineo; non quod aliud quid cogitem, sed ut & tuæ sanctitati mitterem & Deo amicissimo Episcopo Theodoreto. Hæc ipsa igitur necessarium duxi tuæ nota facere sanctitati, ne circa nos contristaretur quasi nihil super hoc indicassem.

CAPUT XCIV. ...182

Ejusdem Alexandri Episcopi ad Theodoretum Episcopum similis epistola.

VIx tandem quæ parturiebant & sculpebant mox post dejectionem Ægyptii qui circa honorandissimum Paulum cum Domino Joanne parere nunc & ad lucem deducere valuerunt. Memor est autem sanctitas tua quia nec ullo pertuli eis communicare consilio. De epistola illa quæ apud Ephesum facta est, in superficie quidem quasi ex occasione Joannis Comitis scripta est, tamquam dixisset Imperator ut ei aliquid indicaremus de voce qua dicitur *Theotocos*, id est, *enixa Deum*, in veritate autem vox hæc, ut quærebatur a nobis, ad proditionem & calumniam illius qui rectam fidem docebat inserta est. Ut igitur nihil eorum quæ sentio tuam lateat sanctitatem, indico quia chartas quæ factæ sunt Ephesi, per quas & orthodoxorum constantiam & hæreticorum recessionem scriptis teneo, & Cyrilli hæretici codices ad præsentiam unanimi cuidam commendavi. Volo enim ad animæ meæ satisfactionem in his, præcipue a curis remotus, iterando meditari. Nec enim satis ad me attinet de chartis & vilibus libris, sive dentur mihi, dum exiero a loco meo, sive non dentur. Hæc ut in brevi a me ad tuam religiositatem scriptæ sunt,

---

a *Meletii*) Episcopi Mopsuesteni in secunda Cilicia, ut patet ex capite exc. Plures illius & ad eum epistolæ extant in hoc synodico. b *Jacta*) Puto legi debere, *facta*. c *Unum verbum*) Id est, Theotocon, ut explicatur in sequenti epistola. Quare inutilis & supervacua heic est annotatio Lupi censentis heic agi de unione secundum hypostasim. d *Qui eis additi*) Puto legendum, *qui ei sunt additi*. Infra in epistola Joannis, *communionem eorum qui eis adjiciuntur*.

(a) In Cod. est: *quia*. (b) Cod. *communis*.

sunt, non volente quidem contra quemlibet quodcumque movere de eis quæ aguntur, nec sustinente vero communionem eorum qui eis adjiciuntur, ut § qui remanserint consoni nobis, & placuerit eis permanere in paræciis [a] nos, hoc fiat. Alioquin continuo de medio nos tollamus, & segregans animam meam salvem. His enim quæ a Paulo oblata & ab Ægyptio recepta sunt consentire non patiar, confirmante me Deo, neque si mihi præcipiantur multa millia mortium, sed nec si orbis consenserit universus. Quod quidem conditionaliter dico: quia & metuo eum qui ait usque ad mortem pro veritate certare, & insuper novi quod præmeditata a multo tempore nunc venerit ad effectum proditio catholicæ vocis. Et quidem ut in festivitatibus sive præconiis atque doctrinis incircumspecte Dei genitrix sive Deum enixa ab orthodoxis tantummodo sine adjectione diceretur, vel Deicidæ Judæi, vel quia verbum incrassatum est, & quæcumque sunt talia, quæ magis insuspecte dicta ab orthodoxis invenimus, sane nulla accusatione sunt digna, eo quod nec dogmatice sint posita ista, &, ut dixi, non maligne sint dicta, quippe non a sordida voluntate, sed nec tali tunc quæstione proposita. At vero post corruptionem totius orbis, & ex quo prædicari nunc cœpit passibilis Deus ab impiis Cyrilli capitulis, dogmatice poni solam vocem, quæ enixam pronuntiat Deum, id est, Theotocon, absque illa quæ pronuntiat hominis genitricem, id est, anthropotocon, nihil est aliud nisi ea quæ Cyrilli sunt prædicari. Universas siquidem passiones ac mortem hoc unum dictum pariter introducit, licet multoties millies altera vox per quoslibet circuitus apponatur, & subtiliter legenti epistolam totam perspicere licet ab ejus hæresi nullo modo liberam. Verum si sana conscientia & hi qui offerebant obtulerunt & ille qui suscepit, quid vetuit ut sanctam virginem dicerent Christotocon, id est, Christum enixam, hi qui clare Deum hominemque perfectum consubstantialem nobis prædicabant Dominum Christum? Si vero & voce hac composita delectantur, cur respuerunt ad vocem quæ est Theotocos & anthropotocos adjungere? Absit enim ut unquam quemlibet piorum Dei genitricis nomen pigeat confiteri, si una ponat & hominis genitricem? Nam sicut est impium refutare vocem anthropotocos cum Theotocos, ita & Theotocos cum anthropotocos. Quando vero utræque voces ponuntur, & eorum qui Deum passum prædicant hæresim & illorum qui purum dicunt hominem Christum simul abjurant. Manifestati autem sunt patres hæreseos utriusque, sicut & magni doctores Ecclesiæ, qui pro sana fide certarunt contra hæresim Apollinarii dogmatum resistentes, utrisque usi vocibus; per quas & omnes hæreses perspicue notaverunt, & orthodoxiam irreprehensibiliter prædicaverunt.

Et hæ epistolæ, & quæ sequuntur Theodoreti Cyrensis Episcopi, ab Irenæo sunt in ea quæ ejus dicitur Tragœdia per ordinem positæ. Declarant autem sufficienter differentias utrorumque, & qui catholicæ, qui autem videantur altera voluntate moveri; si veræ tamen sunt.

CAPUT XCV. 183

[b] *Incipit Epistola, ut ajunt, Theodoreti Episcopi ad Joannem Antiochiæ.*

Deus, qui sapienter omnia indagans, & nostræ unanimitati prospiciens, & saluti populorum parcens, præparavit ut conveniremus in unum, is & consonans ad invicem cunctorum voluntates ostendit. In communi enim legentes Ægyptias literas, & earum mentem discutientes subtiliter, consona nostris ea quæ quidem sunt per epistolam scripta cognovimus & duodecim capitulis quasi e regione, contra quæ usque ad præsens perstitimus, dimicantes. Illa namque habent carnaliter carnem factum ex Deo verbum & unitionem secundum substantiam, & conventum circa unitionem naturalem, & Deum verbum primogenitum factum ex mortuis. Interdicunt vero & vocum quæ de Christo sunt divisionem. Et alia autem præter hæc habebant ab apostolicis quidem dogmatibus aliena, ex hæreticis vero zizaniis germinantia. Quæ autem nunc in epistola continentur, clare nobilitate evangelica decorantur. Prædicatur namque in eis Deus & homo perfectus Dominus noster Jesus Christus, & duæ naturæ, earumque differentia, & unitio inconfusa, non quasi per liquidorum invicem mixtionem coagulatumve fermenti, sed ineffabiliter & Deo decenter effecta, & quæ naturarum proprietates integras conservavit, & impassibilis quidem Deus verbum atque inconvertibilis, templum vero passibile ac morti ad modicum traditum, & resuscitatum rursus unita Dei virtute. Spiritus quoque sanctus non ex filio aut per filium habens subsistentiam, sed prodiens quidem a patre, proprius vero, quia & ei consubstantialis sit, nominatus. Hanc rectitudinem conspicientes in literis ipsis, & quasi e regione contrarium reperientes eis quæ ante conscripta sunt, conlaudavimus Deum, qui blæsorum linguas solvere dignatus est, & incertum sonum in articulatam vocem suavemque traduxit. De his igitur hanc habuimus sententiam. Altera vero diffamata sunt quædam, quæ nos nimium turbaverunt. Dicunt enim quod is qui hic pœnitudine usus sit, non solum dejectionis sive damnationis subscriptionem a vestra sanctitate nitatur exigere, sed anathematismum quoque doctrinæ sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Nestorii. Quod si id verum est quod hæc velut ex arce præcipit civitatis, simile aliquid facit tamquam si quis vix tandem perductus ad consubstantialem Deo & patri filium confitendum, mox iterum anathemate feriat eos qui hoc a principio sapuerunt atque docuerunt. Et iste siquidem postquam vix tandem nostris dogmatibus est adjunctus, mox eorum anathematismum conatur exigere, quasi pro ipsa rerum rectitudine pœnitens. Quia igitur hoc omne nostros valde per-

a *Nos*) Legendum, *nostris*. b *Incipit epistola*) Edita est supra tom. super. Græce & Latine ex interpretatione v. c. Joannis Baptistæ Cotelerii, qui eam intuit esse suppositam Theodoreto. Contra Lupus in scholio ad hanc epistolam pronuntiat illam certissime esse Theodoreti.

perturbat, quæso sanctitatem tuam & iterùm quæso ut doceas nos utrum vera sit quæ omnes nos perturbavit opinio. Nam de subscriptione tuæ scribere sanctitati arbitror esse superfluum, quæ sæpe promisit nullum se contra voluntatem ad ista compellere. Hæc in communi scribere cuncti [a] (a) voluimus, sed deliberavimus potius ego & sanctissimus & Deo amicissimus Andreas Episcopus, non synecliticis literis, sed amicabilibus, hæc tuæ innotescere sanctitati, & sapientibus meditaminibus tuis eam quæ ex opinione nata est perturbationem restituere sanitati. Deo meo autem Domino sanctissimo & Deo amicissimo Episcopo Alexandro rogamus tuum sanctum caput ut tua utens consueta sapientia sustineas patienter. Credimus enim quia & ipse una nobiscum voluntate consentiet, etsi nunc ambigit, subtilitatem nominum quærens, ac minime intellecta confessione contentus.

Hanc quoque scripturam ex nomine Theodoreti Episcopi interserit Irenæus; quæ utrum sit vera nescimus: quippe quam viventi nullus legitur objecisse, vel docuisse cujus sit. Nec tamen mihi, si ejus est, inexcusabilis, fateor, videtur epistola. Nam quod pro omnibus potuerit rectæ fidei intentione conscribi, illud ostendit quod laudet fidem unitivæ epistolæ beati Cyrilli, quam non solus, ut probavimus, execratur Alexander, sed nec ullus alius approbavit eorum qui cum Nestorio separati ab Ecclesia remansere. Quod autem in dejectionem Nestorii non consentit ad præsens, hoc ei commune cum ceteris coepiscopis & prius fuit & post non parva in parte tunc usque permanserat Concilio orientis; quorum nullus quasi ab hæreticis tunc reversus est pœnitens, quia sufficiebat Ecclesiæ Dei eos mutare sententiam. Aliud porro est de persona, aliud de fide non recta sentire; sicut aliud est ipsum malum furti laudare, & aliud nondum tibi compertum furem quasi insontem, eo quod insontem putaveris, vindicare. Similis de dogmate ratio est. Nam non solum de Theodosio tunc Principe, sed & de aliis pluribus legitur, immo & de sanctis Cælestino Papa & Cyrillo Alexandrino, quod approbaverint [b] ejus initia, quippe quem tantæ civitati, sicut & scripta eorum loquuntur, consenserant præsidere, dum Presbyter Antiochiæ fuerit: quod canones nisi pro magnis doctrinæ ac morum meritis non permisissent. Talis vero ut adhuc apud orientales tunc usque putaretur idcirco contigit quia negabat se in Constantinopoli talia prædicasse qualia vulgabantur. Et insuper [c] Joanni Antiocheno Episcopo rescribens, & Dei genitricem clarissime dixerat, & alia quæ illum scribere potuisse mirantur qui ipsa legerunt. Et quod est amplius, ipsi fides apud Ephesum se assensisse conscripsit quæ communiter in unitivis Cyrilli & Joannis mediante Paulo Episcopo literis continetur; in quam tamen ficte consensisse Nestorius postea deprehensus est. Quippe cujus complices, quorum unus est iste Irenæus, hanc fidei confessionem clarissime arguunt quam tantopere Theodoretus laudat. Nam reprehendens hic ipse Irenæus suprascriptam Theodoreti epistolam, & contra hanc laudans Alexandri, sic ait: Divino ardens zelo magnus ille Alexander, & quodammodo futura prophetizans, proditionem vocis accusat. *Et hoc clare conspicimus ex ipsis Cyrilli literis. Omnes namque deceptionis materias hinc accepit; & hoc primum atque ultimum, quin potius solum deducens ad medium, orthodoxam quidem doctrinam exprobrat ut pollutam, proprium vero hac occasione exaltat errorem & interserens mox aliqua ex nomine B Cyrilli, adjecit ita:* Hæc providens magnus Alexander ab olim, proditionem vocis exhorruit, tamquam quæ sufficiens exstat, si Theotocos solum, non adjecto anthropotocos nomine, proferatur, hæreseos inferre languorem, & ecclesiastica corrumpere dogmata. *Idem vero Irenæus paucis mediis subjunxit & hæc.*

CAPUT XCVI. ...184

d Epistola Alexandri ad Theodoretum, per quam vocis quidem proditionem accusat, declarat autem quomodo epistolam falsantes qui circa Paulum Emesenum Cyrillo Ægyptio obtulerunt.

MEmor sum quia quando sumus ad invicem collocuti in loco qui dicitur [e] Arbathimilas, tunc tuæ dixerim sanctitati, dum certe nihil ante prætexuerim quasi verum aliquid aliunde audiverim, ne forte pacis hujus legatus solam vocem quæ est Theotocos Ægyptiis detulisset. Et puto non absque Dei providentia fuisse id dictum. Ad nos namque pervenit epistola Joannis quæ nuper facta est ad Cyrillum, & a Cyrillo ad eum, quæ circumferebantur in urbe; in qua nomen enixæ Deum tantummodo Ægyptius obtinens, tamquam cunctis erroribus propriis accommodum, multis eam laudibus prædicavit, dicens nunquam se aliter sapuisse nec sapere præter hoc. Et vere dixit, quia hoc est quasi arx totius ejus hæreseos. Et memor est utique sanctitas tua qualiter Ephesi positus communionem talis epistolæ tota virtute refugerim, dum certe illa valde accusaret eas quæ inerant Cyrilli capitulis blasphemias. In novella namque epistola, dum transcurrissem totam partem quæ etiam Cyrilli jacet in literis, & contulissem ad eam quæ tunc a vestra religiositate conscripta est, reperi quia neque initia neque fines illius ipsius epi-

a *Voluimus*) legendum, *noluimus*. b *Ejus initia*) id est, Nestorii. Et litteras quidem Cælestini in quibus laudat ejus initia habemus supra Cyrilli testimonium puto nunc non extare. c *Joanni rescribens*) Hæc Nestorii epistola extat supra cap. III. d *Epistola*) Hæc verba esse Irenæi docet annotatio posita in fine superioris epistolæ. e *Arbathimilas*) Infra cap. XCIX. scriptum est *Marbathimar*.
(a) Cod. legit: *volumus*.

ADMONITIO NECESSARIA.

Quotiescunque titulos capitum animadverteris scriptos charactere quem typographi vocant parvum Romanum, cujus in titulo capitis XCVI. habes exemplum, scito verba esse Irenæi.

epistolæ posuerunt hi qui ad Ægyptum directi sunt. Hoc autem claret non ex illis solum vocibus quas idem transcripsit Ægyptius, sed & ex illis per quas multis jurgiis & accusationibus & ipsum & ejus capitula perfuderunt & ipsius hæresim detestati sunt qui tunc Ephesi conscribebant. Accipiet igitur, tunc ut dixi, Ægyptius per hunc unum sermonem eorum consensum ad omnia conscripta sua hæretica, & in nullis in quibus pridem simulaverat veritatem habet de cetero hæresis tutamentum. Et intente legentibus epistolam manifestus est ipse quoque proprie veneni semper jaciens semina. Direxeram vero & easdem literas, nisi nossem quod eas tua sanctitas habeat.

Idem Irenæus ait.

CAPUT XCVII. 185

a Epistola Theodoreti, quam rescripsit Episcopo Alexandro.

CUlpavi & ipse hujus rei causa Paulum. [b] Falsa est. Et eorum memor sum quæ Ephesi contigerunt. Novi subtiliter causam, tamquam si hodie facta sit. Et tanquam coram ipsis veritatem sic dico, quia mox ut legi redargutionem a te factam, dolui animo, sciens discretionem sanctitatis tuæ; mihique valde displicuit quod mediator ejus quæ dicitur pacis factus, quia sciens perturbationem quæ Ephesi facta est atque molestiam, hac magis propositione usus est, & non illis aliis quæ in Antiochia factæ sunt. Ego vero propter omnia necessarium arbitror ut ubicunque jubes conveniamus, sed & Dominus meus Deo amicissimus Episcopus Andreas. Si vero tuæ placuerit sanctitati ut & alii Episcopi veniant Hierapolim aut in Zeugmate, quatenus pariter utrum si quid agendum sit deliberemus, (non enim parva causa versatur, sed principalissima omnium) scribere igitur dignetur sanctitas tua prædicto Deo amicissimo Episcopo & Domino Andreæ. Et si promiserit se adfuturum, dignetur sanctitas tua significare mihi quo veniam, & continuo adero.

Hæc epistola, si vera credatur, non inexcusabilis mihi videtur. Potuit enim non ob hoc ei despicere Paulus Emesenus Episcopus quia quasi non convenientem fidei catholicæ pacem fecerit, sed quia non ita ut infirmioribus consuleret orientis Episcopis. Et certe ipsas unitivas epistolas circa fidem paulo ante laudaverat, immo nec unquam laudare desit.

Idem Irenæus ait. (*a*)

CAPUT XCVIII. 186

e Epistola Andreæ ad Alexandrum, indicans quod neque ipse in aliquo judicet contra Nestorii personam, sed potius contra eos qui non ita habebant.

GRatias egi Deo suscipiens tuæ religiositatis literas, per quas jussisti nos in Zeugmate convenire. Primum quidem quod fruar sancto & paterno capite; secundo vero quia & de proposito negotio forsan aliquid considerabimus quod & nobis prosit & expediat orbi. Nec enim ad verborum pugnas, neque ad contentiones, neque ad concussiones conveniemus. Sed & nos parati sumus paternæ tuæ pietati acquiescere in his quæ utiliter & secundum Deum proponit. Atque ipse rursus novi quia pie sis dispositus circa nos, nec te negabis nostro consilio, si quid apparuerimus utile suggerentes. De sanctissimo vero Episcopo Nestorio quod deliberatione ulla non egeam (nec enim quicquam contra eum vel dicendum habeo vel agendum, sicut nec adversus sanctitatem tuam) & per alias literas significavi jam sæpius. Conveniamus igitur, sicut placuit. Aut enim & in commune aliquid utile ex nostra deliberatione proveniet, aut saltem nos ipsi [d] multa consolatione levabimur, invicem benevolentia nostra fruentes. Dignare vero, Domine, & omnium Domino consuetas orationes offerre pro nobis.

CAPUT XCIX. 187

Item verba Irenæi.

Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Alexandrum, per quam promittit anathematizare quæ circa Joannis personæ doctrinam, nec ipse eorum pariter communicator existere.

Has ad hoc præcipue posui ut notum fit quæ sint unde impetitur vel beatus Theodoretus vel quisquis conscripsit.

SCit sanctitas tua, etiamsi minime dixero, quia propterea & [e] Marbathimas prius & in Hierapolim tunc adveni & nullius alterius rei causa nisi ut communiter tractaremus quid agere deberemus & quod convenisset manciparetur effectui. Quia igitur tuæ sanctitati complacuit ut conveniremus in Zeugmate, quæso sanctitatem tuam ut minime differas. Omnia enim quæ desiderat religiositas tua, ut spero, facienda sunt, & nullus in ullo tuæ sanctitati resistet. Omnes enim & ut patrem & ut dominum & reveremur & reveriti sumus & venerabimur. Quæso igitur iterum sanctitatem tuam fatigari dignare. In veritate enim credo quia bonorum auctor Deus quæ ad nos attinent

---

a *Epistola*) Et hic quoque titulus est Irenæi.

b *Falsa est*) Puto hæc verba esse ex glossemate & ex margine irrepsisse in textum. Quam conjecturam nostram confirmat scholion adjectum in fine epistolæ. Itaque sic legendum arbitror. *Culpavi & ipse hujus rei causa Paulum, & eorum memor sum quæ Ephesi contigerant.*

c *Epistola*) Hunc quoque titulum additum esse ab Irenæo docent ultima verba superioris scholii.

d *Multa*) Legendum videtur, *mutua*. Vide præfationem Concilii Vasensis secundi. Sedati epistola ad Ruricium Lemovicensem de synodo Agathensi: *desiderium commune mutua sustaretur aspectu.*

e *Marbathimas*) Supra cap. XCVI. *Arbathimilas*. Infra cap. CLXVII. *Harbath meum montem.*

(*a*) Verba hæc uno contextu continuantur cum titulo sequentis epistolæ: *Epistola &c.*, & ita pariter res se habet in epistola superiori.

nent dispensare dignatus est, nec nos relinquet, ut aut offendamus in eum aut confundamur apud homines, illuminans mentem nostram, & quod placitum sit ostendens. [a] Nam & olim vestræ sanctitati dixi quia anathematizaverunt dogma Domini mei sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi Nestorii, neque ego his qui hoc fecerunt communicabo. Et si tuæ complacuerit sanctitati & hoc inseri literis quæ [b] à nobis sunt dirigendæ, fiet & hoc. Noli igitur immorari, quæso per vestigia tua sancta. Deo [c] tuo rem cedo, & ipse gubernabit uti novit sanctitatem tuam & humilitatulam nostram.

CAPUT C. 188

Ejusdem Irenæi.

d Epistola, *inquit*, Alexandri ad Theodoretum, per quam suum tali conditione promisit adventum, si ei per literas satisfieret de his propter quæ satisfactionem nitebatur exigere.

ET tua religiositas novit quod propter ejus rectam etiam nunc venire vobiscum de his quæ aguntur [e] ut paria. Quoniam vero cognovi de reliquo quæ jam data sit ab eis forma damnationis ejus personæ, nimis mihi ridiculum videtur anathematismum capitulorum petere [f] (*a*) a viro qui orthodoxum cum suo dogmate condemnavit, & maxime quia tuæ quidem religiositati videtur immutatum fuisse Cyrillum. Et nihil distat an quis te condemnare compellat, si communicaveris ei qui damnavit orthodoxa prædicantem. Verumtamen quæ tunc in [g] Antiochia inter nos collocuti sumus, dicentes quod si Cyrillus illam conditionem susceperit, abjeceritque capitula, pacem fieri convenit, scientes videlicet illud hæc diximus, quod hæreticorum capitulorum ejectio sit & rectæ fidei robur & eorum quæ contra illam personam sunt gesta subversio, & scandali generalis solutio. Quia igitur certum habeo quod impius Cyrillus magis impius apparuerit ex his quæ modo sunt scripta, & ipse non mutatus sit, sed eos qui ei adjecti sunt ut suos receperit, quomodo est possibile ut ego ab eo anathematismum capitulorum petam qui per ipsam communionem cum Cyrillo initam & personam deposuit ac damnat, sicut integerrime credimus? Continuo namque veraciter & opprobrio & ridiculo erimus, si postquam prodiderimus orthodoxam fidem, nunc derisoriam satisfactionem voluerimus exigere. Hæc necessario arbitratus sum innotescere tuæ religiositati, ut mihi des veniam quod nusquam fatiger. Si autem quæ dictavit religiositas tua voluerit dirigere, & addatur etiam de ipsa persona, ut Antiochenus per sua nobis scripta satisfaciat de anathemate illorum capitulorum, & quia orthodoxiæ prædicatorem nec ipse damnat, & nobiscum resistit usque ad mortem eis qui expetunt ejus condemnationem, non propter personam, sed proprer orthodoxiam quam prædicat illa persona, & direxeris hæc mihi quæ dictaveris, ut & scriptum eorumdem exemplar accipiam cum subscriptione omnium vestrum qui estis ejusdem diœcesis, Deo amicissimi Episcopi, insuper autem & illud authenticum quod ab ipso transmittitur, si tamen voluerit satisfacere nobis, non abnuam fatigari. Dominus enim Nestorius non propter pravitatem vitæ circa eos est condemnatus, sed propter hæreticam damnatus est fidem. Qui igitur eum condemnat, & ejus fidem pariter damnat. Ego igitur dupliciter scandalizor in Domino Joanne, tamquam & fidem prodiderit & damnaverit eum quem novit orthodoxum cum propria fide. Si autem vos nullo modo hæc offendunt, superflue ego de cetero vobiscum convenio.

CAPUT CI. 189

Epistola, *inquit*, Andreæ ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit invitans eum ut mox consentiret ad factam pacis compositionem.

AB hac tuæ sanctitati scribo. [h] Provincia exii, multis adversus nos perturbatis ex calumniis [i] Gemellini, & [k] Rabbulæ satisfacere volens. Unde modo præcipue insistens, quæ-

a *Nam & olim*) Hoc fragmentum extat inter opera Marii Mercatoris, male illic in editione Garnerii assutum epistolæ Theodoreti ad Himerium Nicomediensem. Sane in codice Bellovacensi disjunctum ab illa est, & locus huic vacuus relictus tamquam ad scribendum titulum, qui sic habet in codice Vaticano. *Ejusdem Theodoreti ad Alexandrum Heropolitanum*. Si Lupus hæc monumenta sensisset, non adnotasset ad caput LXXI. hujus synodici hoc fragmentum pertinere ad epistolam Theodoreti ad Himerium, & additamentum esse quod Theodoretus pro Nestorio ad Himerii consolationem fecerit propria manu.

b *A nobis*) Apud Marium Mercatorem, *Antiochiam*. c *Tuo*) Videtur reponendum, *totam*

d *Epistola*) Responsoria est superioris, qua Theodoretus urgebat Alexandrum ne gravaretur adesse Concilio Zeugmatensi, cujus ipse Alexander fuerat auctor. Respondet ergo, ut arbitror, eam sibi mentem esse ut illuc proficiscatur, neque satis video quibus rationibus fretus Lupus diversam sententiam amplexus sit. Nam cum in codice Casinensi legatur tantum, *Et tua religiositas novit quod propter ejus rectam etiam nunc venire vobiscum de his quæ aguntur*, Lupus sic emendavit & supplevit: *Et tua religiositas novit quod propter ejus rectam fidem etiam nolim & nunc venire & tractare vobiscum de his quæ aguntur*. Non restituimus hæc verba secundum auctoritatem veteris exemplaris. Quamvis enim certum sit deesse aliquid post vocem *rectam*, difficile est æstimare an legendum sit *fidem*, *confessionem*, *monitionem*, *exhortationem*, aut aliud quippiam. Periculosior est conjectura verbi *nolim*, quod Lupus addidit, cum certo nescire possimus an Alexander detrectaverit adesse synodo, an vero promiserit se adventurum. Quamquam magis huc inclino ut existimem promisisse.

e *Ut paria*) Hæc corrupta sunt, ut opinor. f *A viro*) id est, a Joanne Antiocheno, ne quis hoc cum Lupo intelligat Cyrillum. Quod etiam patet ex sequentibus verbis, *ut ego ab eo anathematismum capitulorum petam qui per ipsam communionem cum Cyrillo initam &c.* g *Antiochia*) Vide supra cap. LVIII.

h *Provincia exii*) Ex hoc loco & ex capite CVI. apparet Andream Episcopum Samosatensem consuetum esse mutare solum sua provinciæ propter tumultus adversum se excitatos. In primis vero adversarium gravem expertus est Alexandrum Metropolitam suum. Abiit ergo in Mesopotamiam, in qua constitutus erat Rabbulas Episcopus Edessenus, ei satisfacere volens, quod ei crimini vertit Alexander.

i *Gemellini*) Non fuit is Episcopus in provincia Osthoena, aut Clericus Ecclesiæ Edessenæ, ut putavit Lupus, sed omnino quidam incola Euphratesiæ provinciæ, ac, nisi conjectura fallit, Ecclesiæ Samosatenæ Clericus aut minister. k *Rabbulæ satisfacere*) Commotus erat Rabbulas adversus Andream propter condemnationem capitulorum Cyrilli, ut diximus supra cap. XLIII.

(*a*) Ab exordio hujus capitis usque ad verbum *petere* adeo abrasa est Codicis scriptura, ut difficile & interdum nulla ratione legi possit.

quæso sanctum caput tuum ut vel nunc considerans opportunæ condescensionis utilitatem, cogites de communione ac pace cum ceteris sacerdotibus ineunda. Nec enim vel ipsi a veritate recedentes, neque nos prodita pietate amplexi sumus pacem, sed duarum naturarum confessionem reperientes in scriptis & impassibilitatem divinitatis, quod maxime prius erat oppositum seu resistens. Si vero non sunt anathematizata capitula ab illo qui fecerat ea, maxime quidem & illa respuit ea quæ post facta est recta confessio. Cogitet vero tua perfecta in Christo sapientia quod nec erat possibile illum sic accusatorem suum fieri evidenter qui suspectus erat periculi sui. Et idcirco pax & conjunctio Ecclesiarum provenire non poterat, sed in suo statu schismata permanebunt, & contra invicem cujusque nostra contumacia & adversus Ecclesiam a paganis & Judæis & hæreticis irrisus. Nunc vero intendat divinitas tua quia ex quo in hoc condescensio facta est, quiescunt quidem scandala universa, sopitur vero & quæ nunc usque diffusa est adversus Deum blasphemia mortalem divinitatem dicens, ut in Ecclesia adstruunt sacerdotes. Quantum igitur bonum est, ut per ipsas Alexandrini literas suadeatur universis quod impassibilem & immortalem divinam naturam oporteat confiteri? Hæc ex multo affectu quem circa tuam habeo sanctitatem scribere audeo. Licet enim instar capitis in omnibus nos præcellas, sed integre nosti quod & a minimis membris sæpe solatium adferatur. Et si volueris, Domine, suasus a nobis aliquid paululum cedere, non longo temporis intervallo videbis quanta utilitas ex hac causa provenier. Omnes tuæ proprios sanctitatis ego & qui mecum sunt valde plurimum salutamus.

CAPUT CII. ...190

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, (a) quam rescripsit rogans ne de hoc ei ulterius instaretur ab eis.

De hoc ecclesiastico negotio nihil tibi habeo quod scribere valeam ab his quæ tuæ sanctitati olim per epistolam intimavi. Biennii enim tempus est ex quo universa assecutus quæ scripto & absque scripto a contrariis vel a nobis prolata sunt, comprehendi, ut arbitror, propositum Cyrilli hæreticum & rectæ fidei quæ vindicatur a nobis. Si vero cuicumque aliter videtur de directis sive responsis, suæ quisque voluntatis est dominus. Hoc vero dedi responsum & Dominis per omnia Deo amicissimis Episcopis & Domino Theodoreto, qui scripsit ut hæc ipsa sentirem quæ & tua sanctitas scribit. De cetero igitur est supervacuum ut aut ego scribam aut tua sanctitas aliquid super hoc indicet. Volo enim nosse tuam religiositatem quod nulla sit mihi pars cum communicantibus eis. Relinquere vero Ecclesiam propter violentiam sæcularem ob hoc differo tantum, sub testimonio veritatis, ne videar veluti desertoris & proditoris ovium Christi incurrere adjudicationem.

CAPUT CIII. ...191

Epistola, *inquit*, Andreæ, quam fecit his rescripsit Deo amicissimo Episcopo Alexandro, iterum rogans eum ut ceteris adsentiret.

Multum contristor de sanctitate tua, Domine, cogitans quantam festinationem machinationemque instruat dæmon ad perturbandam Dei Ecclesiam quæ tuo est commissa regimini, invidens ei quod sub te valde profecerit. Pro qua re ego vinctus in lecto ad has litteras profilivi. Et rogo sanctitatem tuam & tango vestigia ut accommodum sive aptum tuæ vitæ præteritæ etiam nunc facias cogitatum, committens Deo exitum rerum. Non enim ita vixisti, nec talia sunt quæ per omnem vitam peregisti, ut despiciaris a bono Deo; nec sic eum coluisti ut de te omnino non cogitet. Sed valde confido quia exitum quendam mirabilem inopinatumque præstabit his hujus temporis tristibus quem nos interim cogitare non possumus; quia ipse, sicut solet, post augmentum pessimorum potest solatium suum erga proprios cultores ostendere. Quæso igitur ut neque turberis, neque ab Ecclesia exire disponas. Hoc enim nimis est impium, & mercenarii potius quam pastoris opus, nec inultum tot prodere animas, sed eversionem cunctorum quæ prius mirabiliter operatus es habens. Cogita vero, ut dixi, potentiam Dei, & quia ille, qui & ea quæ in cœlo & quæ in terra sunt reconciliavit ad pacem, & membra Ecclesiæ divisa conjunget, & dabit tuæ satisfieri sanctitati, ut aliis sacerdotibus communices atque consentias: quia & nos non simpliciter, nec velut si quis dicat, impie ad hanc intentionem respeximus, sed cogitantes quid expediret Ecclesiis.

Idem Irenæus ait.

CAPUT CIV. ...192

Epistola Alexandri Episcopi, quam rescripsit Andreæ, culpans eum quod dum rectam fidem prædicat, communicet tamen Cyrillo nullo modo recedenti ab hæresi.

Gratias quidem tuæ admonitioni ago venienti ex affectu benevolentiæ; ut autem non multam chartam propter nos expendas, quiesce quæso a monitis. Nam quia & impius Cyrillus hæreticus est, & qui ei, sicut scripsit, illam chartulam obtulerunt, cooperatores facti sunt magisque principes perditionis contra orthodoxam fidem, scit amans Deum anima tua. Nam & ea quæ pertinent ad sanctissimum Episcopum Nestorium qualiter disposuerint, suis animabus nequaquam parcentes, omittantur, Dei judicio reservanda. Forsan vero & ille injustitiam committit qui religiositatem vestram velut irritantem accusat. Nam & orthodoxi estis, & rectam fidem prædicatis, & estis operati confusionem, & dispensative orthodoxiæ hæresim miscuistis. Unde quiesce quæso monere nos. Nec vobis enim, Deo

a *Quam rescripsit*) Ad Andream Episcopum Samosatensem, ut colligi potest ex superiori epistola & ex sequentibus.

Deo me confortante, nec Cyrillo communico non anathematizanti evidenter hanc hæresim, neque communicantibus ei. Vos autem quod ad vos attinet peregistis, festinastis, cucurristis, ovem perditam requisistis. Nec vult ipsa inveniri. De reliquo quiescite. Coram terribili enim illo tribunali utique videbimus invicem.

CAPUT CV. ...193

a Epistola, *incerti*, ejusdem, quam scripsit ad Joannem Germanicia, qui similiter eum pro pace rogaverat.

ET olim vestro congregato [b] conventu in Zeugmate, id est, Deo amicissimorum Episcoporum atque pastorum, ad quærendam salvandamque ovem quæ perierat, & omnem pastoralis disciplinæ speciem ostendentibus, dum ego non possem ad altitudinem præstitæ vobis scientiæ pervenire & inspicere penetralia pœnitentiæ abominationis Ægyptiacæ, multis aliis inter hæc motis, ut propositiones vestras minime repetam & pœnitudines, cognovistis quod adjaceat mihi, cooperante Deo, qui & lumen scientiæ nobis rectæ fidei donat, omnem piam condescensionem recipere & impiam dispensationem refugere quæ fit sub pacis obtentu. Et nunc autem nihilominus eandem tenemus sententiam. Intentio enim mihi est ut ubique inconcussam conscientiam servem & ab omni hæretica mixtione discretam terribilem mysteriorum divinorum & cœlestium communionem. Si autem mihi, quod absit, (præceptum namque habemus dominicum ut oremus ne intremus in tentationem) ex imperiali necessitate jubeatur ut aut impii illius communionem amplectar (modo enim nobis, ut exercitatis in aliis causis, facilia videntur universa) aut decem millia mortes excipiam, Deo me & tunc denuo roborante noscetis quod vos ad persuadendum nobis sitis infirmi, sed nos proclives non simus ad perdendum quod accepimus a Domino Christo depositum, cujus procul dubio & restitutionem deposcemur ab eo.

CAPUT CVI. ...194

Epistola, *incerti*, Andreæ ad Oeconomos Deo amicissimi Episcopi Alexandri; quod communicaverit Antiochenis & reliquis omnibus.

AUdio quod valde irascatur sanctissimus Episcopus, & per multa loca contra nos epistolas dirigat, [c] quasi viderimus religiosissimum Episcopum Rabbulam, quod quidem nondum contigit. Quod si & evenisset, nescio si quid commune commissum sit unde indignari debuerit. Qui enim semel communicavi sanctissimo Episcopo Joanni, pacemque amplexus sum, ab ejus communione & colloquio aspe-

ctuque repulsurus sum, & hanc ultionem mihi imponere, majorem, nec si impie, quod absit, egissem, mihi imponere, valuisset; quippe qui & Judæis colloquitur & paganis, in præsentiam nostram venire non pertulit, quia sanctissimo Episcopo Joanni communicavimus, quem dixi orthodoxum. Forsitan vero & per singulos Episcopos expetendus sum singulas ultiones. Igitur ne semper noviter perturbetur, ecce aperte dico, sicut & olim scripsi, quia & postquam allata est ultima epistola ex Ægypto clare continens orthodoxæ fidei dogmata, ego & amplector pacem, & omnibus ubique sanctissimis Episcopis communico, & sanctissimo Episcopo Sixto, & Cyrillo, & Maximiano, & Rabbulæ, & Melitinensi, & omnibus Ponticis, & a nullo discissus sum, dum apud eos omnes obtineant dogmata veritatis & unitio atque pax Ecclesiæ ad gloriam Dei pertineat. Et confiteor Dominum Christum Deum esse atque hominem, duas naturas, unam personam, humilia & sublimia de eo divinis scripturis inserta, hæc quidem ut de homine, illa vero ut de Deo inconfusa unitate obtinente, & uno existente, ut dixi, Domino & Christo. Si ergo vult de cetero ipse ut catholicus cum catholicis amplecti pacem & liberare a scandalis naufragantes per discordias & contentiones nostras, faciet bene. Si autem non vult, ego quidem contristabor quod ita dispositus sit, judex vero Deus est omnium. Nullus ergo mihi de cetero quæstiones importet. Clare enim sententiam meam a principio aperui, & nunc nihil novi deliberavi, sed quæ ab initio tenui mox ut allatæ sunt literæ. Atque utinam possibile mihi esset ut omnes qui non consentiunt conjungerem adunaremque Ecclesiæ, esseque mihi a Deo donata efficacia hæc, qua me arbitrarer maximum ad æterna reperisse remedium sive solatium.

CAPUT CVII. ...195

Epistola Pauli Emiseni Episcopi ostendens ejus intentiones.

DOmino meo & propter omnia magnificentissimo magistro militiæ [d] Anatholio Paulus. Clare sciens quod magnificentia vestra valde desideret cognoscere declarari Dei pacem & ordinationem, nota facio quæ per Dei gratiam Berrhœæ una cum devoto [e] Maximo magistriano cognovi ex eis quæ scripsit Deo amicissimus Cyrillus Episcopus, quia per Dei gratiam propositionibus nostris assensit, & omnia suscepit atque approbavit ex plurimis quæ a nobis sunt. Quomodo enim non ita faceret, cum recta essent dogmata & patrum sensibus consona? Pro qua re, Domine [f] magnificentissime & gloriosissime, in omni voluptate esto, cognoscens quod per gratiam Dei velociter in oriente vestro & Dei Ecclesia, ordinem susci-

a *Joannem Germ.*) De quo agitur in capite cxx. ad eum extat epistola cxxv. Theodoreti de his quæ per viam adversus eum & Dominum Antiochenum acta sunt in latrocinio Ephesino. Ex quo colligitur hunc Joannem superstitem fuisse illo tempore. b *Conventu in Zeugm.*) de quo vide supra cap. xcvii. & sequentibus.

c *Quasi viderim*) Vide quæ supra dicta sunt cap. cx.

d *Anatholio*) Sic vulgo scribitur in antiquis codicibus Latinis. Fuit is vir magnæ dignitatis per eas tempestates, ut qui magister militiæ fuerit in oriente, Consul, Patricius, ac synodo Chalcedonensi interfuerit primo loco inter judices imperatorios, ut etiam notat Lupus. Ad eum extant plures epistolæ Theodoreti.

e *Maximo*) Vide supra c. LXI. & cap. LXXVI.

f *Magnif. & glor.*) Concilium Chalcedonense: *magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum & Exconsule ordinario ac Patricio Anatholio*

piens competentem, pace consueta fruetur, A vestra magnificentia magis quam magni æstimante ut cœpta pax perfectum perducatur ad terminum. Festinat vero ad Berrhœam Dominus meus sanctissimus & Deo amicissimus Joannes Archiepiscopus, ut manifestissime de omnibus colloquatur & statuat. Dato enim per gratiam Dei principio universa de reliquo ad correctionem perfectam prona erunt. Vobis namque incolumibus, orienti nihil deerit ad integram dogmatum emendationem & omnimodam Ecclesiarum tranquillitatem. Hæc scripsi sciens quod ea quæ nuntiata sunt magnitudinem vestram valde lætificent propter amorem qui in vobis est Dei & validum atque ferventem zelum circa orthodoxiam. Præ- B dictus vero sanctissimus Archiepiscopus jussit ut per nos hæc bona nuntia vestra magnanimitas disceret.

CAPUT CVIII. ...196

Epistola, *inquit*, Cyrilli ad Rabbulam Edessenum Episcopum, nuntians quod omnino non recipit propositiones quæ a Joanne sunt destinatæ.

Plissimo & amatore Christi Imperatore dirigente Dominum meum mirandissimum Tribunum Notariumque Aristolaum, Christianum virum, & pro recta fide valde certantem, ut ad pacem copularet Ecclesias, & scribente clare quod Antiochenus deberet prius subscribere quidem Nestorii damnationem, anathematizare vero scelesta ejus dogmata, & tunc communionem nostram quærere, scripsit ad me Dominus meus religiosissimus & optimus senex Episcopus [a] Acacius incongruam quandam propositionem, quasi ab orientis Episcopis, magis autem, si oportet dicere veritatem, ab eis qui ea quæ sunt Nestorii saperent: Nam dum eos oporteret sequi quod congruit, & (juxta) intentionem piissimi Principis omniumque orthodoxorum anathematizare scelesta Nestorii dogmata, e contraria petunt [b] vacare universa quæ a nobis scripta sunt sive in tomis sive in conscriptionibus; & sic, inquiunt, Ecclesiæ communicabunt ad invicem. Hoc autem clare dicere est quod oporteat nos rectam fidem denegare & Nestorii consentire blasphemiis. Si enim nostra exterminamus, quæ se bene habent & inexprobrabiliter asserunt veritatem & rectæ fidei militant, approbabimus ea quæ sunt Nestorii, & erimus admirantes ejus insaniam. Sed illorum quidem propositionem intelleximus. Contristati enim sunt quod blasphemante Nestorio, ab orthodoxis contra eum sermones scripti sunt & epistolæ. Qualia vero & nos scripserimus sciet tua perfectio, dum legeris paria eorum. Ob hoc enim tuæ illa religiositati direxi.

CAPUT CIX. ...197

Epistola [c] *Maximini ad Alexandrum, quam scripsit dum cognovisset de Andrea & de* ([d] *Joanne*) *Germanicia.*

VAlde confusus sum cognoscens ex literis tuæ sanctitatis illum qui est Germaniciæ, & eum qui est Samosatenorum, semetipsos a sancto vestro dirupisse (Concilio.) Non crederem, si id nuntiaretur ab altero. Verumtamen & nos hæc ipsa pertulimus ab Alexandrino & Rossio. Reliqui enim cuncti per bonum Deum & sanctas orationes tuas firmi per- B sistunt. Qui vero sunt in nostro confinio, præcipue qui montana habitant, quibus & in Cappadocia & in Armenia negotiandi necessitas, multa millia malorum sustinent eo quod mihi [e] Cæsareensis scripserit, & a me nec rescriptum potuerit impetrare nec ut ipse susciperem literas ejus. De reliquo igitur adversus nostros implacabile prælium assumpserunt. Sed rogo sanctitatem tuam ut assiduas pro nobis preces digneris effundere, ut & illius in semetipsum nequitia convertatur, & nostri perfectissime roborentur.

CAPUT CX. 198

Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Helladium, indicans quod non abscesserit ab illis quæ inter ipsos semel in negotio convenerunt, neque injustitiæ quæ in illum personam commissa est acquiescere patiatur.

QUando præcipue literarum consolatione nos oportuit frui, vehementior quippe nunc est erecta tempestas, tunc & ipsa fraudamur, & damnificamur ea quæ nobis sola supererat. Ego quidem semel secundoque scripsi de his quæ vertuntur, & poscens commune consilium, & manifestans sententiam meam, & claram mihi tuæ sanctitatis intentionem rogans, & nec semel impetravi rescripta. Unam D vero solam per totum tempus commendatitiam suscepi epistolam. Et valde me obstupuisse confiteor. Vereor quippe ne qua adversum nos accusatio veniens, opus namque tale multorum est, licet semper, præcipue tamen hoc tempore, tuæ caritatis turbidaverit puritatem, suadens quod relicta acie dedititii fuerimus effecti, & quasi quidam multipedes aut chamaleontes colorem secundum petras & folia verterimus. Unde ad has rursum literas venio, ac rogo ut sanctitas tua eadem sit circa nos. Adjuvante siquidem gratia Dei non imitamur varios rheumatum cursus qui interdum quidem huc, nonnumquam vero illuc recurrere solent, sed festinamus in eis quæ a principio deliberavimus, quæ recta sunt, permanere, & tristia, E quæcumque venerint, sustinere, & nutum desuper exspectare Unde eam quidem quæ ex Ægypto est directa epistolam, quia orthodoxa, recepimus; mercedes vero quas pro eadem sua recta fide poposcit, qui eam vix tandem discere valuit, ut odiosam Deo & abomi-

a *Acacius*) Vide supra cap. LIII. b *Vacare universa*) Vide supra.
c *Maximini*) Episcopi Anazarbi, ut patet ex capite VII. & ex CXLII CXLIV.
d *Joanne*) De eo vide supra cap. CV.
e *Cæsareensis*) id est, Firmus Cæsareæ Cappadociæ Episcopus

minandam sumus aversati. Nam quis unquam eorum qui sub pietate nutriti sunt mercedem rectæ fidei homicidium postulavit, vel quis tribuit postulanti? Aut quis veracem appellet eum qui sine mercede honorare noluerit veritatem? Demus enim non esse malam quæ est petita mercedem docuerit. Mihi enim videtur nec illum nominare perfectum qui propter regnum cœlorum virtute animi pollet, sed quem boni detinet amor, & qui bonum propter ipsum complectitur. Et testatur hoc Dominus dicens ita: *Qui diligit me, implebit mandata mea*. Et non ait, *Qui desiderat regnum cœlorum*, sed, *Qui diligit me*. Si vero & meminit ubique mercedum, aliquando quidem dicens, *quoniam ipsorum est regnum cœlorum*, aliquando vero, *quia ipsi hæreditate possidebunt terram*, & quæcumque sunt talia, hoc facit ostendens propriam largitatem, & animas fastidiosorum ad bona sustollens. Perfectorum vero est proprium proclamare: *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum*. Et: *Ego enim non tantum ligari, sed & mori paratus sum pro nomine Domini nostri Jesu Christi*. Et: *Conplaceo mihi in infirmitatibus, in persecutionibus, in seditionibus, pro Christo. Quando infirmor, tunc potens sum*. Sed iste orthodoxiæ assertor seu præceptor egregius mercedem orthodoxæ fidei expoposcit, & mercedem scelestam & bestiis sanguinem potantibus condecentem. Verum clamemus ei, quia diis tuis culturam non exhibemus, & imaginem quam statuisti auream non adorabimus. Talem tenemus sententiam, Deo amicissime Domine. Nullus igitur nos apud vos impetat velut alia sapiamus. Sed orate ac deprecamini Deum & animam nostram, quæ infirma est, roborare, & corpus, quod graviter est dispositum. Dexter enim pes meus torpore detentus lecto nos rursus affixit. Sed novi quod & hoc utiliter atque salubriter dispensaverit universitatis inspector.

CAPUT CXI. 199

Epistola, *inquit*, Helladii ad Alexandrum, indicans quod propter eam quæ facta est causa proditionem Cilices convenire placuerit.

IN omnibus gratias agimus communi Domino & salvatori Christo, qui nos dignos fecit propter desiderium sui & piæ fidei confessionem in medio ebriorum plurimorum spiritales amplecti vigilias. Magis autem gaudemus quia instar capitis tuam inscribimus sanctitatem in certaminibus quæ hic qui tentationes exercitari permisit propter nostrorum multitudinem delictorum, hoc quo voluerit modo ipse compescet, maxime si pro pietate certantes firmo statu adversariis resistamus. Quia vero consequens erat ut postquam cognovimus execrandas impiorum pactiones, colligeremus Deo amicissimos hujus regionis Episcopos, ut deliberarent una nobiscum quid sit agendum, hoc facere Deo propitio habemus paratum. Ea vero quæ tali Episcoporum synodo formari contigerit, nota utique faciemus tuæ sanctitati Ora pro nobis, Domine per omnia Deo amicissime.

CAPUT CXII. 200

Epistola, *inquit*, Maximini secunda Cilicia ad Alexandrum, qua indicavit quoniam convenientes certa quædam definierunt de causa quæ agebatur.

[a] Hierapolitanum. *Hardouinus*

QUoniam nihil eorum quæ hic fiunt tuam latere convenit sanctitatem, necessario & nunc quæ statuta sunt a nobis tuæ sanctitati innotescere festinavi, quorum direxi & paria. Dignetur ergo, his inspectis, religiositas tua quæso huic causæ auxilium ferre tam per sanctas orationes tuas quam per eam quæ tibi inest boni constantiam. Universam tecum constitutam fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus.

CAPUT CXIII. 201

SYNODUS ANAZARBENSIS.

Synodus Anazarbensis. Sancta synodus secunda Ciliciæ, quæ per gratiam Dei in Anazarbo metropoli convenit, interlocuta est quæ subjecta sunt.

MOta immodica perturbatione contra piam fidem, & infamibus vocibus aures hominum circumsonantibus, ex literis piissimorum & amicorum Christi Imperatorum, quæ omnes Deo amicissimos Episcopos pariter convenire jusserunt, ad Ephesiorum metropolim venimus. Sed Cyrillus Alexandrinorum quondam civitatis Episcopus [a] (*a*) antiqua patrum in fide non permanens, eam duodecim capitulis commovere tentavit, & anathematismos adjecit, per omnem terram monstrans propriam putritudinem. Hic prius quam cuncti Deo amicissimi Episcopi convenirent, circa quod amicis Christi nostris Imperatoribus placuit, præsidens ex auctoritate Concilii usurpavit sibimetipsi judicium, & calumnia circumvento Deo amicissimo Episcopo Nestorio, qui & absens erat, nec a fidei pietate recesserat, ut putavit, condemnationem supposuit. Nos igitur, qui undique convenerámus, orthodoxi Episcopi ex orientali regione diversisque provinciis, [b] deposuimus eum alienumque a sacerdotio fecimus una cum Memnone Ephesio, qui & in omnibus ei cooperatus est & impiam voluit hæresim roborare. Reliquos vero qui eis assenserunt communione privavimus donec suum cognoscentes errorem, impia quidem dogmata Cyrilli anathematizaverint, sanæ vero patrum confessioni acquieverint. Hæc dum cognovissent amatores Christi Imperatores, atque [c] approbassent confirmassentque damnationem quæ super eos a nobis facta est, jusserunt unumquemque sanctorum Episcoporum ad propriam reverti provinciam. Verum quoniam nunc convenientes in Anazarbo metropoli propter ecclesiasticas curas, agnovimus quod nonnulli præter illa quæ tunc in commune placuerunt, non ejectis Cyrilli capitulis, ab eoque ea quæ exposuit admit-

a *Antiqua*.) Sic nos emendavimus. Antea enim legebatur, *manu qua*.
b *Deposuimus*.) Sententia adversus Cyrillum & Memnonem habetur tom. superiori Conciliorum.
c *Approbassent*.) Vide supra cap. 46.
(*a*) Baluzii emendationem approbat Codex, revera enim legit: *in antiqua*.

mittentes, in communionem receperunt eumdem Cyrillum, placuit convenientibus nobis ut Cyrillum quidem sic habeamus ut habuimus & ante damnatum, eos vero qui eum receperunt in communionem non respuentes per propriam subscriptionem hæretica quæ exposuit capitula esse nobis a communione alienos donec ea quæ pridem communiter placuerunt effectui mancipentur & anathematizet Cyrillus impia capitula sua, permaneat vero in fide trecentorum decem & octo qui Nicææ convenerunt, neque adjiciens ei neque auferens aliquid. Non patiemur autem, cooperante nobis Domino Christo, aut Cyrillum quasi orthodoxum in communionem recipere aut eos qui ei adjuncti sunt, nisi hæretica capitula illa omnibus fuerint modis expulsa, etsi ad ignem & ferrum ferarumque dentes nos oporteret congredi.

Maximinus Episcopus Anazarbi consentio [a] (a) suprascriptis & subscripsi.

Secundum hanc subscriptionem universi subscripserunt.

CAPUT CXIV. 202

[1] Tarsensis ad Alex. Hierapolitanum. *Hard.*

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Helladii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum; per quam indicavit quod convenientes Episcopi secundæ Ciliciæ certam formulam deferint de causa quæ vertitur; quam prima quoque Ciliciæ Episcopi approbant.

QUoniam quidem synodus Deo amicissimorum secundæ Ciliciæ Episcoporum colligenda erat agnovisti utique omnino, Deo amicissime. Quia vero & congregata sit, & formatum sit ab eis, sicut & mandaverunt nobis per Deo amicissimum Presbyterum Mopsuestiæ Olippum, ut in illa damnatione habeatur [2] Ægyptius cui olim suppositus est donec anathematizet impia illa capitula, & hi vero qui ei communicant excommunicati habeantur, necessario & nos amplectentes hunc pro pietate zelum apostolicisque dogmatibus sanctorum vere Episcoporum, sequentes quoque apostolicum eorum propositum, & acquiescentes his quæ ab eis synodaliter exposita sunt, tuæ mandavimus sanctitati ut si quidem possibile est, huc usque fatigeris, subscripturus ipsi synodico, quod & facere debes. Si vero ab hoc aliqua forte violentia prohiberis, quamquam nihil sit hoc violentius, sicut & tu, Deo amicissime, utique dicis, nisi forte corporalis infirmitas, innotescere nobis dignare per literas quod placet. Impossibile est quippe, sicut nos æstimamus, etsi hoc multoties millies simulent hi qui susceperunt Ægyptium nihil obesse pietati, subsistere apostolicum dogma, nisi fuerint abjurata illa scelesta capitula.

[2] Cyrillus Alex. *Hard.*

CAPUT CXV. 203

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Dorothei Metropolitani Mysiæ ad Antiochenum Joannem, quam scripsit ex opinione adversus quod Alexandriæ inter Paulum & Cyrillum convenerit.

QUi naufragaverunt a pia fide nostra, [b] quæ unit (b) sarparis proprii fulcita, inter multas hic opiniones disseminant, dicentes quod religiositas tua & qui cum ea sunt sancti Episcopi acquieverint ad Ægyptii communionem, non damnatis conscriptionibus duodecim cognitis. Blasphemia eo quidem ora sumpsit quod ipsa capitula perfectis quidem sint probabilia, his vero qui capere nequeunt aliena. Unde, inquiunt, rogati Ægyptii in communionem orientis sanctam synodum receperunt. His ita disseminatis ab ipsis, alteram fraudem machinati sunt contra pios. (c) [c] In regia siquidem civitate simpliciores volentes decipere, proprios servos atque domesticos & alios quosdam colligentes ante auroram, in forum quod dicitur Constantini sub prætextu litaniæ convenire fecerunt, præparantes ut unus occurreret populo cum crucibus & cereis ille [d] deceptor qui ab illis desertoribus est illicite ordinatus. Sed non diu fraudem suam tegere valuerunt; sed [e] deprehensi nolendo fortiores operati sunt populos persistentes in sua pietate, qui discentes hunc dolum declinaverunt errorem. Dum vero eis nec ista sufficiunt, finxerunt ab admirandissimo Aristolao literis ad Maximianum fuisse transmissas, quas & in publicum in ambone legi fecerunt, narrantes sic pacem factam fuisse inter sanctitatem vestram & Ægyptios ut vestræ calculo sanctitatis & Maximiani ordinatio firmaretur, & sanctissimus ac Deo amicissimus Episcopus Nestorius condemnatus reputaretur. De his igitur universis subtiliter discere volens, coactus sum reverentissimum Presbyterum Eustochium cumque ipso Thomam monachum destinare, rogans ut nos per vestras literas digneris instruere veritatem. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus.

CAPUT CXVI. 204

Idem hanc posuit epistolam.

DEo amicissimis & sanctissimis Dominis meis & cum omni reverentia nominandis sanctis comministratoribus Alexandro & Theodoreto Eutherius gaudere. Divinum sanctitatis vestræ zelum, qui ubique pervenit, nocte dieque fulgentem clamant jam universa terra & mare, a quo & nos, valde segnes, stimulati sumus ad bonorum desiderium piæque confessionis instantiam, ita ut audeamus per literas deprecari & de eis quæ agenda sunt commonere.

a *Suprascriptis*) Hæc emendatio nostra est. Lupus ediderat *sanctis*. Hauddubie in veteri libro scriptum erat *ss.*

b *Quæ unit*) Puto locum hunc esse corruptum.

c *In regia*) id est, Constantinopoli. Et hunc quoque locum nos emendavimus. Lupus ediderat, *Integra*. Emendationem nostram confirmant ea quæ paulo post dicuntur de foro Constantini, de quo si plura scire cupis, consule Constantinopolim Christianam doctissimi amici nostri Caroli Dufresnii. Quare vehementer falsus est Lupus, qui hic agi putavit de Martianopoli & eius Episcopo Saturnino ejecto a plebe.

d *Deceptor*) Maximianus Episcopus Constantinopolitanus. Vide supra.

e *Deprehensi sunt*) activa significatione, id est, deprehenderunt.

(a) In Cod. est: *sciss.* (b) In Cod. *& arparis pro proprii fulcita rem multas &c.*

(c) In Cod. vere est: *in regia.*

nere. Perclaruit igitur hoc esse justum præsenti in tempore ut adjiciat sanctitas vestra ceteris rectitudinibus suis & hoc studium quod nunc exigit tempus, ut dirigatis aliquos cum communi hac formula & literis accommodis ad occidentis partes, & excitetis ad hoc pro fide certamen eos qui illic sunt habentes insitum fidei zelum. Timor est enim ne prævenientibus literis aliorum quasi unitio facta sit, & rebus incongruis consentientibus universis, segniores appareant ad ea quæ male acta sunt corrigendum. Et nos quidem quasi in libro quæ sunt placita exponentes, id est, ego & Dominus meus per omnia sanctissimus Episcopus Helladius, horum rescripta vestræ quæ secundum Deum est caritati direximus. Vestræ autem religiositatis est & probare & proferre & ad finem perducere. Quæ cum sanctitate vestra est fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus.

CAPUT CXVII. 205

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Eutherii Thyaneusis Episcopi & Helladii Tharsensis, scripta ad magni nominis Romæ Episcopum Sixtum.

MUltam providentiam humani generis per singula tempora faciens Dominus Christus, alio tempore alia luminaria præparavit ad eorum ducatum qui bonæ sint voluntatis convictionemque contrariorum, & mendacii quidem destructionem, veritatis autem confirmationem. Sicut etiam sub illo [b] amore Pharaone beatum Moysen contra Jamnes & Mambre, & sicut super Simonem magum Petrum bene vincentem, sic & contra eos qui nunc insurrexerunt inimicos tuam protulit sanctitatem, per quam bonæ spei sumus & nos quod orbis terrarum ab Ægyptio liberetur errore, qui Moyses novus existens omnem quidem Ægyptium hæreticum percuties, salvabis vero omnem Israelitam orthodoxum. Igitur contra veritatem multis millibus gestis, & mundissima orthodoxiæ margarita multas excipiente inimicitias, & quantas nulla unquam tradit historia, ab his qui harum vocum novitatem contra paternam fidem apostolicam repererunt, nostrum quidem est, qui triplices multiplicesque patimur tempestates, & pene in piratas incidimus, ad eum clamare qui a Deo productus est gubernator, eumque pro amore veritatis quanta possibile est edocere; tuæ autem gratiæ sapientiæque est non despicere neque otiose transcurrere hujusmodi quæstionem tantamque causam, sed & perscrutari cum dilectione boni laboris & imponere emendationem cum tota constantia & Deo dilecta fiducia. Et olim siquidem sæpius jam ex Alexandria hujusmodi hæreticis zizaniis insurgentibus, sufficit vestra apostolica sedes per universum tempus illud ad mendacium convincendum impietatemque reprimendam & corrigenda quæ necessarium fuit, muniendumque orbem terrarum ad gloriam Christi tam sub illo ter beato & inter sanctos habendo Episcopo [c] Damaso quam sub pluribus aliis gloriosis atque admirabilibus. Cujus rei gratia & nos præsumimus has supplicationes offerre, ut adjuvetis orbem terrarum & in illa parte quæ errat, & in illa quæ tyrannidem sustinet, quæque ad hoc impugnatur ut ad ea quæ non conveniunt assensum præbeat, eo quod nec velit nec expedire judicet ut Ægyptiorum capitulorum varias vocum novitates excipiat. Scribens enim Cyrillus Alexandrinus blasphemam vocum novitatem per bis sena capitula universæ divinitus inspiratæ scripturæ contrariam & anathematizantem legitimas & antiquas sanctorum patrum traditiones, & maxime illorum qui excelsa quidem Christi divinitati adscribant, humilia vero humanitati ejusdem, nusquam unitione ejus intercidenda, proposuit ei, qui tunc sanctam sedem regebat magni nominis [a] urbis, qui fuit a principio probatus & notus circa fidem, circa vitam, circa doctrinam verbi, & circa universa, Nestorio, ut aut consentiret capitulis ejus, atque subscriberet ea, & permaneret Episcopus; aut certe periclitaretur in gradu, & a sancta Ecclesia pelleretur. Ille autem propositioni nequam Dei timore prælato, elegit potius multis millibus periculis sibi injuste inferendis tradere semetipsum quam dolis hæreticis præbere consensum & confirmare totius orbis errorem. Ad hæc synodus convenit in Epheso; & in nullo correptus, neque rationem reddere expetitus, antequam convenirent qui sustinebantur universi, exactus est ultionem, dum illorum capitulorum blasphemiæ obviaverit, & omni crudelitate ei quæ dicitur damnationi & aliis aliquibus subjectus est, dum certe Cyrillus auctoritatem judicis non haberet, sed ejus qui judicandus est ordinem, eo quod contra invicem moverint quæstiones; & erat præsidens reus; & sententiat princeps, qui sustinebatur multis sententiis supponendus. His gestis, aliis quidem cuncta quæ acta sunt lachrymis digna, aliis vero ridicula videbantur, ita ut ille qui Antiochenam tenebat Ecclesiam Dei, post hæc veniens, Cyrillum quidem & Memnonem damnationi subjiceret communi decreto Deo amicissimorum sanctissimorumque Episcoporum usque ad viginti duorum Metropolitanorum ceterorumque qui pariter aderant, qui illos hæreseos ac seditionis principes judicarunt, & ecclesiasticarum æmulos sanctionum; ceteros vero qui eis ad omnia incongrua complices exstiterant alienos a communione fecerunt. Sed illi egregii contra veritatem simul & regulas sibimetipsis indulgentiam relaxantes, terribilium mysteriorum communionem irreverenter sibi continuo præsumpserunt, alios vero communicare sibi periculose fecerunt, ita ut

[a] Constantinopoleos *Hard.*

[b] Lego amato. *Hard.*

a *Multam Providd.*) Hanc epistolam edidit etiam Lupus in dissertatione de appellationibus Romanis.

b *Amore*) Ita codex Casinensis, ut Lupus monet. Vox illa nullum hic sensum facit. Itaque ille reposuit *majore*, instituta videlicet comparatione inter Pharaonem & Cyrillum. Verum quia nec ipse Lupus admodum probat hanc emendationem, nos vocem mendosam remigrare fecimus in textum.

c *Damaso*) Christianus Lupus hic affert exemplum Lucii Ariani Episcopi Alexandrini & Maximi Cynici Constantinopolitani, quos a Damaso solo damnatos esse ait. Errat autem vehementer. Nam primo Damasus Lucium non damnavit solus, sed cum consilio Episcoporum Italiæ & totius occidentis, ut colligitur ex epistola Concilii Italiæ ad Theodosium Imperatorem edita in appendice Codicis Theodosiani. Ad Maximum vero quod attinet, certum est eum non fuisse damnatum a Damaso, quem potius ei favisse adversus Nestorium ostensum a nobis est lib. 5. de concordia sacerdotii & imperii cap. 21

BALUZII NOTAE.

ut omnes divinæ regulæ decreto subjaceant, quæ eos qui ita regunt omnino perdamnant. Hæc addiscens Deo amicissimus & bonus victor Princeps continuo definivit vacare quæ sic inordinate inconsequenterque sunt gesta contra eum qui in nullo convictus est, abrupte vero & furiose addictus, denuo autem de dogmate cum veritatis amore fieri quæstionem per interrogationem & responsionem & demonstrationem quæ omnibus suaderet, non quæ auctoritate tyrannica imperaret. Illi vero ad solutionem canonum id quoque adjecerunt ut nec his piis literis obedirent. Et nihil de fide dicere vel audire aequiescentes ulterius, ad solam se universi pertinaciam contulerunt; ad consensum cœperunt trahere judicii alios quidem fraude, alios violentia, alios præmiis. Constupentes super his nos per multum tempus rogabamus, obtestabamur cum omni fiducia, provocabamus ut nihil irrationabiliter fieret aut teneretur, sed de quæstione quidem dogmatum & de Cyrilli capitulis communis proponeretur tractatus atque Concilium, & quod omnibus placuisset, una sententia firmaretur, de [1] eo vero qui tyrannidem sic aperte [2] pertulerat judicium verax fieret atque legitimum; ut convictus quidem de corruptione veritatis, adjudicationem consone sustineret ab omnibus; si vero ex toto innoxius probaretur, in scripto abdicaret illa nobiscum quæcumque incongrua quidam vel ex ejus persona vel ex aliorum nomine ex suspicione aut accusatione jactaverant. Sed ista quidem displicebant his qui ex sola auctoritate devincere, non autem vel suadere vel suaderi volebant, præcipiebant vero universis ut abrupte anathematizarent & damnationi subscriberent. Quicumque autem se integriori deliberationi servasset, damnabatur, [3] ordinabatur ab eis, subjiciebatur calumniis, malæ doctrinæ vocabatur. Ordinabantur pro talibus alteri, quia consentire nolebant. Laudare quidem damnatione digna capitula, damnare vero eum qui, quantum nos conscii sumus, nihil aliud dixit nisi ea quæ a sanctis Prophetis & Evangelistis & Apostolis per spiritum sanctum manifeste sunt tradita. Volebant enim & Apostolos criminari, dum supervacue adjudicant illum qui ea quæ ipsorum sunt prædicabat. Talem namque & eorum quæ dicuntur gestorum fecerunt actionem, ut inconsona & incerta adversus illum virum proferrent, & plerumque irreprehensibilia reprehenderent. *Cur*, inquiunt, *Nestorius dixit quod passio non deitatem sed humanitatem Christi attigerit?* Interdum vero falsa scriberent, ponendo quod ab ipso dicta fuissent verba quæ nec quicumque infidelium imo nec agrestium dæmonum dicere præsumpsisset, id est, quod Christus esset Christus Domini, sicut Saul, sicut David, sicut infidelis Cyrus; in quibus facile est convincere volenti calumniam. Ea vero quæ de Antiocheno Joanne sunt gesta, si esset possibile, tacere velimus. Sic irrationabilis apud nos ejus mutabilitas facta est & manifesta transgressio & proditio veritatis quæ ex improviso completa est sive peracta. Ille enim, quia antequam veniremus ad Ephesum, hæreticam capitulorum reperit fraudem, plurimis per literas indicavit per primam Cappadociam secundamque, & per diversos locos ut ab eis se observarent admonuit, quasi Eunomio & Ario & Apollinario consonarent, & qui acute ac fervide in Cyrilli damnationem prosilivit, & ad hoc omnes hortatus est. Quippe adiit & ipsam regiam civitatem, ut huic impietati resisteret. Et idem nobis scripsit adhuc Ephesi constitutis, prius quidem dicens quia illum, id est, Nestorium dimissum cognoscentes ab Epheso, valde doluerunt animæ nostræ, eo quod illa quæ sine judicio & inique sunt gesta videantur interim roborari; deinde quia etsi illa blasphema capitula Cyrillus abjecerit, cum ne tunc quidem suscipere per sacramenta promisimus, eo quod princeps ipse sit factus iniquæ hæresis. Unde alterum cor accipiens ignoramus, omnibus motibus suis est adversatus, & Cyrilli communicator effectus non repellentis quæ male conscripserat, qui eum numquam susceptum se, vel si ea refutasset in scripto, juraverat. Et solus vinculum solvit quod cum tantis Cyrillo & Memnoni noxiis consequenter intulerat. Et nullam securitatem his qui pro pietate fuerant offensi procurans, ipse quidem reconciliatus est ei quem pridem sic amare notaverat; permisit vero Ecclesias perturbari, & præsules quosdam manere depulsos, alios autem adhuc multipliciter exturbari. Sed etiam litteras mirabiles fecit, in quibus ait damnatum se habere Nestorium & anathematizare quicquid impie dixit aut sapuit. Sic & accusatione ac demonstratione defecit ut nec diceret, *Illam vel illam sive illam anathematizo sententiam*, sed ait: *Quicquid ab eo impie dictum est*; dum certe aperte dicere debuisset, ut ab eo sensu quisque cautior redderetur; sicut clare abominamus nos Cyrilli capitula, & quæsumus universos ut se ab insita illius malignitate custodiant, præconvincentes eas quæ in ipsis sunt blasphemias, & eas clare omnibus publicantes. Hæc pauca de plurimis cum multa sibi viatione conscripsimus, scientes quod horum omnium nimietas non solum Hieremiæ lamentationibus digna sit, sed & universam tragœdiam superaverit. Rogamus vero & sanctis tuæ religiositatis provolvimur pedibus ut manum porrigas salutarem, & auferas mundi naufragium, omniumque horum inquisitionem jubeas fieri, & his illicitis cœlestem superduci correctionem; ut revocentur quidem sancti pastores, qui injuste sunt a suis ovibus effugati, & reddatur gregibus ordo & antiqua concordia, & ut non ultra lamentatus & mugitus pro votis offerantur ac psalmis, dum multi dispersi sunt; & ne quiquam periclitentur circa ea quæ præcipua sunt, dum vitant ab hæreticis vel lavacrum regenerationis vel mysticam communionem accipere, quæ ab orthodoxis sumere ad salutem minime permittuntur. Quæ ex parte quidem videntes, ex parte vero audientes olim concurrissemus ad sanctitatem tuam nos, qui e diversis regionibus sumus, id est, ex Euphratesia, ex utraque Cilicia, secunda Cappadocia, Bithynia, Thessalia, & Mœsia, ut & fontes effunderemus lachrymarum, & publice deflueremus peregrina & insueta hujus vitæ mala, nisi detineret nos luporum terror insidiantium gregibus ad rapinam & ad errorem omnemque adversitatem. Unde coacti sumus nostra vice dirigere religiosissimos Clericos & monachos, qui impleant locum nostrum. Quæsumus igitur ut absque dilatione exsurgatis, & fervido zelo magnum victoriæ trophæum contra æmulorum cuneos erigatis, ante oculos habentes boni pastoris diligentiam, simul & studium circa ovem quæ erraverat. Et non absque periculo deputetis si quid fastidiose circa tot pasto-

[1] Cyrillo Alexandrin. Hard.
[2] Lege, *pretulerat* Hard.
[3] hoc est, in ordinem redigebatur. Hard.

stores & oves agatur, dum illæ quidem errent, illi vero tyrannicam sustineant violentiam. Imitamini potius, & magnum pietatis præconem Paulum, oculum mundi, quem nos ut pignus habere familiaritatis nostræ erga vestram credimus sanctitatem. Civis enim noster existens, errore totius orbis extincto, illius apostolicæ sedis factus est ornamentum, & a beato Petro [a] dexteram societatis accepit, ut appareret ab utrisque æquam subtilitatem dogmatum custodiri. Etiam quæsumus ne despiciamur a vobis nos, quos tot mala circumdant. Non enim de pecuniis vel gloria aut quolibet alio temporalium decertamus, sed pro pietatis possessione communi, pro paterno fidei thesauro, pro spe communi fidelium, pro bona confessione Apostolorum, pro immortali certamine martyrum, & maxime pro adventu clementiaque dominica, cujus virtutem invincibilem invocantes sine cessatione clamamus: *Parce Domine populo tuo, & ne dederis hæreditatem tuam in opprobrium.*

Eutherius Episcopus metropolis Thyanensium subscripsi. Et quæso ut me ores incolumem, Deo amicissime & sanctissime pater.

Helladius Episcopus metropolis Tharsi subscripsi. Et rogo ut me ores incolumem, Deo amicissime & sanctissime pater.

CAPUT CXVIII. 206

Multa inter has abstuli quæ ex sua persona intulit Irenæus. Sed hæc quæ sequuntur ab eo dicta non inutilia, sicut cetera, credens, ad hoc præcipue transtuli ut homo Nestorii sequacissimus quam se hostiliter habeat ad ea quæ in epistola Ibæ quæ ad Marim Persam cunctis suæ regionis innotescenda facta est continentur, sicut & de aliis studiis fautorum prædicti, satis appareat

Compositores, *inquit*, oportebat revera ut ne hoc quidem præterirent isti propugnatores veritatis egregii, quatenus universa quæ erat agenda implentes, inconcussam propriam conscientiam custodirent. Nec enim Rex cœlorum plus a nobis exigit quam propositum; ad quod respiciens & bravia donat, & mercedes deputat, & exigit ultiones. Et hujus quidem rei Abraham Patriarcha est testis, qui nec filio est privatus, & maximam illam pro sacrificio mercedem recepit; illius vero ille cui creditum talenti negotium, quem quia id neglexit tantummodo, tormentis deputavit, ostendens damnum quod ex eorum quæ in nobis sunt negligentia sustinemus. Quæ isti Deo amicissimi pastores memoria retinentes, qui in lege Domini meditantur die ac nocte, dum certe jam comperissent quod deceptus jam Cyrilli versutiis qui Romanæ Ecclesiæ præsidebat, adversus Nestorii personam calumnias perversis reprehensionibus approbasset, legatos tamen ad occidentem impigre direxerunt, manifestasque fecerunt hujusmodi fraudes, quæ in hanc causam etiam de recenti fuerant paratæ. Hoc idem vero mox & magnus fecit Alexander, accusans illas impias pactiones quæ super alia incongrua & in fide auxerunt discordiam. Nam solum siquidem quia per ea quibus interluserunt fœdera isti mirabiles extincta non est orientalium contra Ægyptium rixa, sed & omnes contra invicem sunt divisæ, præcipue orientis Ecclesiæ, occasione dissensionis accepta ab hac falsi nominis pace. Quod autem illa non pax sed potius piæ concordiæ dissipatio & cunctis pugnis deterior fuerit, sufficiunt quidem & suprascripta declarare. Clarius vero multis ipse rem prædicat.

CAPUT CXIX. 207

[c] Domino meo per omnia Deo amicissimo & sanctissimo Episcopo Alexandro, Theodoreto, Abbibo, Heliadi, Mari, Davidi, Acilino, [d] Meletius. Dignum & gratum est vestræ sanctitatis etiam præsens studium, & gratum Domino Christo, qui nobis speculatores hujusmodi in præsenti quoque largitus est, ut ad eos intendentes habeamus qualiter, prout est in tanta hujus vitæ tempestate possibile, nostra itinera dirigamus. Non enim nostra sunt cuncta, sed ejus qui continet universa. Sat est nobis ut vel intentione sincera, si nihil amplius, contendere valeamus; ad quam respiciens omnium Dominus præstiturus est, utique vestræ sanctitatis orationibus, ut nec triplicibus voluminibus submergamur. Eos quidem qui ad occidentem directi sunt Deo amicissimos Clericos ita suscepimus ut consequens erat nostros & qui pro tali causa sunt destinati, quos etiam dimisimus ut per gratiam Dei ad ulteriora procedant. Festinamus autem, si Dominus annuerit orationibus vestræ sanctitatis, & nos similia gerere: quia oportet omnino ut offeramus & nos quæ credimus expedire. Forsan enim volens Deus amplius probare eos qui se sunt digni & redarguere noxios, permisit usque adeo adversarios crescere. Erit vero id his qui bene certant non ad defectum meriti. Quomodo enim fieri hoc potest, dum futuram magis coronam provideat, sed potius ad animarum erectionem, eo quod opportunum tempus invenerint ad sui propositi virtutes ostendendas & ad eam quam quieti meditabantur fortitudinem, sicut & hi, ut arbitror, qui (*a*) aliter prius certant post ea studia

CAPUT CXX. 208

Deo amicissimo secundum veritatem & sanctissimo patri Episcopo Nestorio Theodoretus. Quod habitare in villa non mutuam & [f] obsequi regulæ, & excelsi throni non sim desiderio compeditus, tuam nosse arbitror sanctitatem. Nam si & aliud nihil, saltem soli-

citu-

[a] *Dexteram*) Sumptum ex capite secundo epistolæ Pauli ad Galatas. Hoc argumentum urget & Ivo Carnotensis epist. 61. [b] *Compositores*) Verba sunt Irenæi. [c] *Domino*) Legendum. *Dominis meis per omnia Deo amicissimis & sanctissimis.* [d] *Meletius*) Episcopus Mopsuestenus.

[e] *Deo amicissimo*) Hæc epistola habetur ex alia versione in collatione quinta Concilii quinti, & rursum ex alia apud Marium Mercatorem. In Concilio vero quinto adnotatum est eam esse scriptam post unitatem factam inter orientales & Cyrillum: quod etiam colligi potest ex præfatiuncula Marii Mercatoris, sive potius ex titulo quem idem Mercator apposuit huic epistolæ, qui sic habet in codice Vaticano. *Item epistola ejusdem sceleratissimi Theodoreti directa Nestorio jam in exilio pro sua perfidia constituto, qua satisfacit* &c. ut in editione Garnerii. [f] *Obsequi regulæ*) Concilium V. *nec sæculari curatione nec gloria.* Mercator, *& obsequium gloriaque non superet.*

(*a*) In Cod. non legitur: *aliter*

citudo civitatis, cujus gubernacula sum sortitus, satis est ad docendum me hanc philosophiam. Præter ipsam siquidem solicitudinem & causarum turbas plurimas habet quæ sufficiunt ad abigendum eos quoque qui nimis talibus gaudent. Nullus igitur religiositati tuæ suadeat quod ego præsulatus amore oculos claudens, idcirco ut orthodoxas susceperim literas ad Ægypto. Dico enim, sicut coram veritate ipsa, frequenter eis perlectis, subtiliterque discussis, inveni ab illa eas hæretica amaritudine liberas, easque timui ullo modo maculare, dum certe oderim non minus aliis illarum patrem, sicut totius mundi perturbationis auctorem. Et spero non me soluturum pœnas ob hoc in die judicii, quia justus judex est inspector intentionis. His autem quæ contra tuam injuste & inique facta sunt sanctitatem, nec si ambas manus meas quilibet abscindat, patior assentire procul dubio divina mihi cooperante gratia & animæ imbecillitatem roborante. Et hoc manifestum feci & illis per literas qui exigere nitebantur. Direxi vero & sanctitati tuæ eorum quæ illis respondi rescripta, ut agnoscas quia divino nutu a nullo sumus tempore permutati, neque multipedes aut [a] chamaleontes ostendi; quorum hi quidem petras, illi vero folia, quibus adhæserint, colore imitantur. Omnem quæ cum tua religiositate est in Christo fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimum salutamus.

CAPUT CXXI. 209

[b] Ea quæ rescripta sunt, inquit, ad prophetiam de ea quæ dicitur Ægypti pœnitentia.

(a) [c] VEl si veram quis putet vel si fictam Ægyptii pœnitentiam, mihi utique plurimum est odium contra eam. Odi enim fictam, sicut hypocrisin meretricis honestam faciem præferentis. Abominor vero eam quæ vera nominatur ut immaturam, similemque circa Esau pœnitentiam, quæ valde & eum quem correxisse videtur accusat, eo quod de pristinis malis quasi de bonis insultet, & illa solum digna sit voce prophetica: *Væ qui vocat amarum dulce, & dulce amarum*. At ille conditiones contra orthodoxos, quasi mercedem qua peccantibus veniam dederit, ita proponit; & dum proposuit, celeri est adoratus assensu; quasi dominus misericordiæ loquens, qui ab adorantibus se, tamquam veniam perceperint, diffamatur. Et misit per eos satisfactionis pœnitentiam multis lachrymis plenam & ad eos qui ei clementiam donaverunt ita loquentem: [d] *Quia supervacua omnino & importuna Ecclesiarum discordia facta est*, [e] (b) *nunc præcipue habeo satisfactum*. Quis non ei sicut misericordia A digna loquenti misereri queat, aut veniam lugenti non præstet? Pene enim genua tangens, & lachrymis utens pro literis, his qui cum deposuerant clamat: [f] *Superflua & vana sunt quæ fecistis, & occasione rationabili nuda. Sed ego de vobis subtiliter persuasus fero sententiam*. Multum ejus qui deliquit obsequium circa eos qui exstitere clementes, irrationabiles eos integerrime ac non ambigue appellantis. Nunc quippe, inquit, vana. Sic maxime mihi est satisfactum quod vana sint & superflua quæ fecistis. Ea enim, ait, quæ mea sunt sentientes, imperite hactenus faciendo suspicabamini me a vobis diversa sensisse. Et pœnitentiæ quidem ipsius tale est prœmium. Post pauca vero istæ B sunt ejus voces amplius compunctivæ pœnitentis: *Chartam nobis*, inquit, *ille porrexit irreprehensibilem confessionem fidei continentem*. Vide pompam, quæso, uniuscujusque sermonis, quæ cum diaboli est damnata superbia. *Chartam* dixit, & ei nec literarum nomen donare dignatus est. Et addidit: *nobis porrexit*. Et ad judicandum rogatus extollitur. Et adjecit: *irreprehensibilem confessionem fidei continentem*. Tamquam parcens aliquid infamatis, irreprehensibiles eos decernit. Et hoc post ista declamans: *Quam chartulam ille*, inquit, *a te affirmabat esse compositam & ab eis Deo amicissimis Episcopis qui illic sunt*. Quid est aliud quod ait nisi ac si diceret. Diffidebam quidem dogmatis apud vos esse irreprehensibilem fidem; C deposui vero suspicionem quam contra vos habui, eo quod essetis de impietate dogmatum diffamati, juranti plurimum illi qui mihi chartam obtulit credens, & quod non falleret affirmanti. Quomodo igitur aliquis insultantis, quasi ipse magis ignoverit, pervicaciam putet pœnitentiam? Sed forsan superat quidem ut juste damnatus, ne salvari videatur, progrediens vero exposuit veritatem? Videamus ergo, si placet, & sequentia literarum. Et prius quidem ad medium deducamus primum bonæ hujus circa eos pœnitentiæ capitulum: [g] *Si de cœlo*, inquit, *& non ex virgine sanctum corpus dicimus factum salvatoris omnium Christi, quomodo jam Dei genitrix intelligitur? Quem namque omnino non peperit, nisi verbum sit quod* D *Emmanuel genuerit secundum carnem*. Hæ voces ejus & insensatæ & blasphemæ plurimum sunt. Insensatæ quidem, quia ut bene dici demonstret carnem non esse de cœlo, utitur hac voce qua Dei genitrix nominatur. Qui per omnia immurmurat auribus omnium quod majus est deceat appellari. Si igitur amplius est genitricem Dei vocari, quomodo majoris nomen id quod minus est designet? Qualiter vero ille qui eam vocem, quæ est Emmanuel, tamquam divinitatis, quæ ex virgine nata est, Dei verbi significativam accipiens, dum prophe-

[a] *Chamaleontes*) Concilium V. *verspellionos*.

[b] *Ea quæ*) Et hæc quoque epistola est Theodoreti, quem constat tum a Cyrillo vehementer abalienatum fuisse.

[c] *Vel si veram*) Hoc est initium istius capitis, non vero pars tituli. Quod non animadvertens Lupus, existimavit dubium non esse quin sint verba Irenæi.

[d] *Quia supervacua*) Hæc verba sunt Cyrilli ex epistola ad Joannem Antiochenum supra.

[e] *Nunc præcipue*) Hoc segmentum frustra diviserat Lupus a superioribus Cyrilli verbis. Porro pro eo quod ille scripserat *ab eo*, nos reposuimus *habeo*. Eadem epistola Cyrilli: *nunc maxime nobis est satisfactum*.

[f] *Superflua*) Sunt eadem quæ paulo ante relata sunt verba Cyrilli, sed paraphrastice exposita; sicut paulo post paraphrastice etiam exponit hæc verba, *quam chartulam a te affirmabat &c.*

[g] *Si de cœlo*) Vide supra.

(a) Codex hic Lupo favet potius quam Baluzio, nam ab illis verbis: *ea rescripta*, usque ad: *Odi fictam &c.* rubricatis characteribus est exaratus. Dein ab illis: *Odi &c.* niger exorditur.

(b) E hic Codex Lupo favet, habet enim: *nunc præcipue ab eo*.

pheticum testimonium profert, & frequenter sursum ac deorsum clamat de virgine, *Genuit secundum carnem Emmanuelem*, nunc humanitatis partus significationem suscepit hoc nomen? Theotocos nomen quare prætulit Emmanuelis nomini, ut nomen verbi tantummodo vel tantummodo deitatis partæ de virgine? Si vero Emmanuelis vocabulo verbum, quod partum est, significari dicit, eo quod idem vocabulum prædicet *Nobiscum Deus*, quare rursus id ipsum ut non deitatis, sed carnis quæ est ex virgine, significativum dicit, & proclamat quasdam voces sibimetipsis contrarias? Et hoc quidem demonstratio est eorum quæ ab ipso sunt dicta dementiæ. Verum repetens easdem voces, cerne etiam quanta sit blasphemia: *Si enim de cœlo*, inquit, *& non ex virgine sanctum corpus dicimus factum, quomodo jam Dei genitrix intelligitur? Quem namque omnino non peperit, nisi verum sit quod Emmanuelem genuerit secundum carnem*. Non perterretur vesanis hominibus prædicans quia Dei nomen significatione est genituræ carnalis, ita ut carnis genitrix sit Dei genitrix. Quod ergo sit nomen divinitatis illius quæ unita est carni, & quæ est cum genita carne, si dum Dei genitrix dicitur, illius est vocabulum partus qui consubstantialis est virgini? Alterum e duobus. Aut Deus verbum significatur cum Dei genitrix dicitur, & hinc absque nomine carnis est partus; aut si Dei genitricis nomen constitutivum carnis est, circa ipsum ergo idem est carnis genitrix quod Dei genitrix. Et quomodo ei stabit quod ait: *Genuit secundum carnem Emmanuelem*? Nisi forte dixerit quod virgo peperit carnem secundum carnem. Præter hæc vero suave ducerem requirere illum quem putet a Propheta Emmanuelem fuisse prædicatum, utrum inseparabile illud Dei verbi templum, in quo nobiscum per opera Deus videbatur, an ipsum proprie verbum. Nam si proprie ipsum verbum dixit ab ea quæ est Emmanuel appellatione illud hominem nudum ea quæ illi inde est dignitate, quem nobis quasi parum facientibus se fingit objicere; si vero id ipsum nomen soli proprie visibili deputat, Emmanuelem nobis quasi alterum quendam præter Dominum Christum ex virgine diffamat genitum. Sed hæc quidem nobis hactenus dicta sint. Veniamus vero & ad secundam talis pœnitentiæ falsitatem: *E cœlo*, inquit, *descendens Deus verbum exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, & appellatus est filius hominis, cum id quod erat maneret, hoc est, Deus. Inconvertibilis enim & immutabilis est secundum naturam, tamquam unus jam intelligendus cum propria carne*. His occulte proprietates naturarum instar fermenti commiscet. Et cavens quidem consuetum sibi unius naturæ vocabulum, ne signum notum sit blasphemiæ, prout diceret, *Una natura*, interposuit: *tamquam unus*. *Inconvertibilis enim*, inquit, *& immutabilis est Deus verbum secundum naturam, tamquam unus jam intelligendus cum propria carne*. Dicit: *unus intelligendus cum propria carne*. Et quod *unus*, non adjecit. Nec enim dixit *unus filius*, aut *unus Christus*, aut *unus genitus*, aut aliquid tale *intelligendus cum propria carne*, ne aliam verbi & aliam carnis intelligamus proprietatem. Et evidentiorem nolens in his quæ sequuntur blasphemiam fecit dicens: *Nominatus est Deus verbum & homo de cœlo, perfectus existens in deitate, & perfectus idem ipse in humanitate*. Non dicit: *perfectus Deus existens in homine perfecto*, sed *perfectus existens in deitate*. Et iterum, *perfectus idem ipse in humanitate*, ut ipsas naturas tamquam partes ponens invicem completivas, bene sonantem naturarum confusionem auribus intromittat. Propter quod ab eo & id quod est *idem ipse* supponitur ad occulte fallendum. Non Christus, non filius idem ipse, sed *verbum nominatum est*, inquit *& homo de cœlo, perfectus idem ipse in humanitate*. Idcirco & naturarum fecit post modicum mentionem, eo quod orthodoxis suave sit has voces audire. Et post capturæ escam inducit confusionem, quippe ut qui supervacue naturarum nomine ad suspicionem cavendam est usus erroris. Quid enim dixit? *Et si non ignoratur differentia naturarum, ex quibus unitionem dicimus ineffabilem factam*. Rursus id quod dixit, *ex quibus*, tamquam partes sint invicem naturæ dominicæ in unum quiddam factæ, sic addidit. Oportebat namque ut diceret, non *ex quibus*, sed *quarum dicimus unitionem ineffabilem factam*. Non enim ex naturis, sed ipsarum naturarum ineffabilis est unitio. Taceo quod & carnis per crucem obitum per propriificationem divinitatis naturæ deputat, & sic divinam substantiam inducit esse passibilem, & quia verbi dorsum ad verbera datum fuisse prædicat. Et nec hoc intelligere potest, quia injuriæ ad id quod divinum est per propriificationem facta relatio est, non autem passionum, quæ naturaliter carnis sunt, facta est divinitati proprietas. Et hæc non confunditur dicere qui paulo ante sacras voces illic dixerat, quæ ita se habent: [a] *Scimus vero deiloquos viros quasdam quidem vocum communificantes ut super una persona, quasdam vero dividentes, ut super duabus naturis, & Deo quidem dignas secundum divinitatem Christi, humiles vero secundum humanitatem tradentes*. Et iterum: *Confitemur Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei unigenitum, Deum perfectum, ante sæcula quidem ex patre genitum secundum divinitatem, in ultimis autem diebus ex Maria virgine secundum humanitatem*. Verum manifestus est quod per necessitatem divinitus & ineffabiliter sibi ingestam ad ista consenserit, sicut & Balaam nolens benedixit. Rursus vero ab ea relaxatus, ad semetipsum revertitur & ad consuetam confusionis blasphemiam. Nusquam ergo inter verbositates suas apparet de duabus naturis, quod mortua quidem fuerit caro, deitas vero resuscitaverit eam. Et quid oporteat amplius in gurgite conversari, qui forsitan nec de his quodcunque dixissem, nisi tua me religiositas per suas literas excitasset? Quid enim mihi commune sit ad discernendum quis vere mendaciterve pœniteat, qui apud memetipsum quiesco, & ea quæ ait David cum voluptate proclamo: *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me*? Ego igitur semel ea quæ ad me attinent Deo commendans, impietatis hujus vanum laborem derideo, recipere hanc a divi-

a *Scimus vero*) Non sunt verba Cyrilli, sed orientalium confessionem fidei ad Cyrillum mittentium per Paulum Emesenum. Vide supra.

divina dextera sustinens ei a me commendatam spem, quæ voces illas non audit quæ inde inefabiliter emittuntur: *Quia nullus eas rapit de manibus meis*. Gratias vero ago Deo amicæ misericordiæ tuæ, quæ secundum Deum tantum circa nos habet affectum, quem semper narramus & aliis qui culpant forte aliquid ex ignorantiæ falsitate. Absit enim ut tantum apud nos valere unquam possit oblivio ut obliviscamur illa certamina quæ pro recta fide a tua religiositate sunt gesta; quibus & donaturus est utique omnium dominus ex victoriis adversus impietatem & hic & in futuro coronam. Non enim est piorum patronus Christus infirmior patrono impiorum diabolo. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimum salutamus.

CAPUT CXXII. ...210

DOmino meo reverentissimo & Dei colentissimo comministratori Theodoreto Episcopo Joannes in Domino salutem. Quoniam quæ inter nos olim Deo tantum mediante placuerunt pro tua munitione & existimatione etiam in scripto a nobis dari tuæ sanctitati postulasti, Deo amicissime frater, promittens sub testimonio Dei nulli interim hæc prodenda, nisi forte post hæc tempus exegerit atque necessitas, utile arbitratus sum ut has literas ad tuam scriberem sanctitatem, unde divina gratia complacente omnem potestatem tuæ tradidi sanctitati uti fiducialiter machinationibus atque dispensationibus ut fratres nostros, qui a nostra unitione dissiti sunt, suorum membrorum captione rejungas; ut sciens divinitati esse complacitum omnibus ad hoc uti modis, universisque, prout est possibile, consiliis in eam causam ita uti ad eos, si ita oportuerit, leniendos seu molliendos. Et hoc fieri mihi nullam ingeret contristationem, sicut confiteor coram Deo. Dico autem etiamsi videar apud illos a tua caritate & contumeliis affici. Nam quid tam magnum se putet aliquis sustinere pro tot & talium fratrum salute & pace, quando ipse omnium dominus, unicus filius Dei, tantam condescensionem ultronee ostendit pro nostra salute? cujus & nimium peculiaris discipulus pro suis secundum carnem fratribus anathema esse a carissimo & omnipotente optabat magistro. Nihilominus vero & beatus Moyses pro Israel secundum carnem de vita æterna deleri proposuit, & certe dum loqueretur omnium Deo. Hæc igitur hisque similia sæpius atque indefinenter in mente tua volvens, Deo amicissime frater, confortante te Domino Christo, tota (qua) consuevisti diligentia aggredere rem prædictam.

Joannes misericordia Dei Episcopus Antiochiæ Syriæ scripsi atque subscripsi.

Incolumis orans pro nobis permaneas, Deo amicissime frater.

CAPUT CXXIII. ...211

Epistola, *cujus*, Joannis Antiocheni, quam scripsit Tauro (a) (Præfecto prætorio) atque Patricio, congaudens quidem ei de (b) ordinatione Procli Constantinopolitani Episcopi, rogans vero eum adjuvare se contra obstinatos qui se ab ejus communione sejunxerant.

LIteras magnificentiæ vestræ suscipiens, per quas dignati estis innotescere factum per gratiam Dei Constantinopoli præsulatum, hoc gaudium plena voluntate suscepi propter bona quæ universis Ecclesiis Christi ubique futura sunt, quod & magnificentia vestra, dum bona nuntiat, designavit. Scitote siquidem, c magnificentissimi Domini, quia non parva mihi viri illius experientia sit, sed & quædam multa notitia, & noverim quam se ad universa d accommode habeat. Et confidenter dico quia magna Deus Constantinopolitanorum donavit Ecclesiæ per studium vestrum & curam Deo amicissimi Principis: qui cum bene viderit, e velociter quoque deliberata complevit, ne ulla invidia bonum judicium violaret. Sed sicut effectum est per magnificentiam vestram, sic rogo ut annuatis & de istarum pace partium cogitare. Sunt enim pauci quidam effrænati, qui pacem, quam Deus donavit, & quam pius executus est Imperator, propriam duxerint læsionem, & præferant non esse sub Principe super omne quod expedit tam sibi quam cunctis Ecclesiis, dum certe omnino sit dignum ut approbent ordinationem Domini sanctissimi Episcopi Procli. Non injuriemur a paucis, quorum inordinabilitas ubique est diffamata, & ad deteriora inde proficiunt quia nunc usque & nos & vos circa eos lenes existimus.

CA-

a *Præfecto prat.*) Has voces, quæ deerant in editione Lupi, nos addidimus ex aliquot legibus Theodosiano Codice comprehensis, quæ inscribuntur Tauro Præfecto prætorio & Patricio, huic ipsi nimirum. Fuit Consul anno CCCCXXVIII.

b *Ordinatione Procli*) qui factus est Episcopus CP. anno CCCCXXXIV. ut colligitur ex Socrate lib. 7. cap. 40. Vide infra cap. CXLV.

c *Magnif. Domini*) Lupus existimat legendum esse, *magnificentissime Domine*. Verum nihil hic mutandum est. Ennodius lib. 4. epist. 26. scribens Eugeneti: *Domini mei, salvete pro desiderio supplicis*. Idem epist. 27. ad Senarium: *Valete, mi Domini*. Ruricius lib. 2. epist. 16. ad Turencium: *Hæc not, fratres optimi, non pontificali auctoritate sed fraterna pietate fidenter scribere unanimitati vestræ præsumpsimus*. Sunt & alia exempla. Vide infra cap. CLXXXIV.

d *Accommode*) Id est, placide, benevole. Socrates lib. 7. cap. 41. *Proclus vero placidus erga omnes fuit, dum hæreticos hac ratione pertuli quam vi ad rectam fidem adducere studerent.*

e *Velocter*) Socrates lib. 7. cap. 40. ait Theodosium Imperatorem, vacante sede CP. post mortem Maximiani, veritum ne ea res tumultum in populo excitaret, ut contigerat in postremis vacationibus, Episcopis qui tum aderant Constantinopoli absque ulla cunctatione mandavisse ut Proclum in episcopali sede collocarent, nondum deposito Maximiani corpore.

CAPUT CXXIV. —212

Epistola, inquit, (a) Meletii Episcopi ad Maximinum Anazarbi, per quam significavit de Domitiano Quæstore & de sacris quas contra eos impetraverat Joannes Antiochenus.

ANtequam tristia dicam, solutionem eorum tuæ innotesco sanctitati. Si vero & ad illa commemoranda perducor, ad eorum confirmationem quæ dicuntur compellor id facere, simul & ut ordinem gestorum in mea narratione custodiam. Audivimus olim quod multum sategerit Verus, qui pro b Joanne Constantinopoli latitat, & aurum multum distribuerit aliquibus ut posset obtinere sacram quæ nos cogeret aut communicare Joanni aut exire ab Ecclesiis; quod etiam veraciter contigit. Nam Domitianus, qui nunc Quæstor est, scripsit Deo amicissimo episcopo c Helladio quod sacram quidem contra nos obtinuisset Verus prædicta jubentem, ipse autem benignitate qua circa eum detinetur hanc interim cohibuerit publicari, necessarium putans, antequam publicetur illa, & præcepta per eam necessitas ingeratur, ut ille his quæ ab eo scripta sunt acquiescens, absque ulla necessitate reconcilietur Joanni. Ob hoc enim d Decanum quoque se direxisse dixit, ut reconciliationis inter utrumque futuræ ministrum. Erat vero tantum scænica simulatio ad præstandum Joanni pro auri acceptione composita. Sic enim nuntiavit nobis, qui huc venit, admirandissimus judex, qui & præsens Constantinopoli fuit, & unumquodque eorum quæ gesta sunt novit, quippe cujus erat causa. Sacra quidem contra nos data est plena. Sed per omnia magnificentissimus Taurus Præfectus hoc cognoscens, & sicut revera divino aliquo impetu motus, illam quidem publicari non sinit; intrans vero ad Principem, futuras ex hoc eversiones obtestatus est urbium, & aperte dixit quod qualis est Thracia, talis & Cilicia erit, quæ pene sola remansit ad tributa solvenda, si hoc impleri permiserit, & sic vacare sacram modis omnibus fecit. Hinc jam Domitianus, quasi mercedes recepti restituens, primum, quia aliud quod ageret non invenit, Decanum e Joanni direxit, jactitans quidem quod retinuerit sacram, interimque si non parueritis, ut ait, his quæ ab eo scripta sunt dirigendam. Qui etiam suadet ut absque ulla dilatione Joannis amplectamur communionem. Quem quia & venturum didicimus ad tuam sanctitatem, hæc ei innotescere festinavimus, ut noveris quomodo cum eis agas, Deo amicissime Domine mi. Direximus vero & rescriptum eorum quæ a Domitiano ad Deo amicissimum Episcopum Helladium scripta sunt, & eorum quæ ab eodem Deo amicissimo Episcopo Helladio scripta sunt nobis, ex quibus magis quæ a nobis dicta sunt intelligere poteris, & quod vir ipse despiciendus omnino sit, illa ad deci-

A piendum excolens quæ olim divino nutu repulsa sunt: quæ etiamsi prævaluissent, nullatenus nobis perhonoranda essent Imperatoris præcepta terreni contra cœlestis & sempiterni Regis.

CAPUT CXXV. —213

Epistola, inquit, vel hypomnisticum magnificentissimi quæstoris ad Episcopum Tharsi Helladium, hortans eum Antiocheno adjungi.

OMnem bonorum affluentiam tuæ sanctitati adesse perfectam integre sciens non leviter affligor, ea quæ nunc aguntur considerans, B amator pacis Ecclesiarum, & hanc votis & opere sanctissimam inconcussamque conservans. Quomodo eam nuper minime amplectaris, mihi valde mirabile videtur. Sed etsi quis concedat quod (a) (si) unus homo his quæ justa sunt non fruatur, & pro meliore utilitate multorum quod uni est utile omittatur, tolerabilis hujusmodi (b) (sit) compensatio. Quando vero nec illi nocetur qui sibi noceri putat, immo e diverso ipse aliis nocet, quomodo non quod multis est utile sanctitas tua consuete lucratur? Scit enim sanctitas tua quod bene de aliis dicens, in ipso quod est principale commisit, & sibimetipsi reputare debet quod a potestate f detectus est. Et hæc C melius a me novit sanctitas tua. Rogo igitur ne, ut dixi multipliciter, noceamus, confusionem quidem multitudini inferentes, & civitatibus indisciplinationem & inoptandorum multis pessimorum provisores efficiamini, ut acceleret continuo cum Deo amicissimo & sanctissimo Joanne Episcopo inire colloquium, & ut amplecti tua sanctitas ejus pacem communionemque festinet una cum ceteris Episcopis primæ & secundæ provinciæ Cilicum. Sciat enim divina virtus quod decretum divinum completum subscriptumque, etiam promulgandum, hujus rei gratia interim retinui quod spem suavem mihi ipsi dictaverim quod meis hortatibus, quin potius ipsi veritati, tua sanctitas acquiescat, & corrigat quæ contristant. Quæso igitur religiositatem tuam ut celeriter id fieri jubeas; ne dum divinæ literæ editæ fuerint, correctio desperetur. Et quidem certum est quod in nullo noceatur sanctitati tuæ, cui nunc potius valde nocetur eo quod utilitates multorum proprias reputet, & similiter plurimorum suas faciat læsiones. Sed & divinitas solet ab illis exigere rationes quibus corrigenda commisit.

CA-

a *Meletii*) Episcopi Mopsuesteni in secunda Cilicia. b *Joanne*) Episcopo Antiocheno, quem exosum habebant orientales propter pacem factam cum Cyrillo Alexandrino. c *Helladio*) Tharsensi Episcopo. Vide epistolam sequentem. d *Decanum*) palatinum, ministerianum adhærentem famulationibus Imperatoris. Vide Jacobum Gothofredum ad titulum Codicis Theodos. *De Decanis*, ex quo sua descripsit Lupus. e *Joanni*) Puto reponendum esse *Helladio* propter ea quæ supra ac paulo post dicuntur. Quam conjecturam confirmat etiam sequens epistola. f *Detectus*) Arbitror legi debere *dejectus*, id est, depositus. Hunc quippe in primis deposuerat Ephesina synodus, ut colligitur ex epistola Cyrilli ad Donatum Episcopum Nicopolitanum tom. super. Conciliorum. (a) In Cod. deest *si*. (b) *est*.

CAPUT CXXVI. ...214

Epistola, *inquit*, Joannis Episcopi Antiocheni ad Deo amicissimum, Episcopum Alexandrum, per quam indicavit quod præcepit Imperator ut nullus orientalium Episcoporum Constantinopolim proficiscerentur.

PLacuit piissimo & amico Christi Imperatori nostro præcipere ut nullus Deo amicissimorum Episcoporum nunc ad ejus comitatum fatigetur, sed unusquisque in sua persistat (Ecclesia.) Hæc nota per me fieri vestræ religiositati prospexit. Quia igitur nec justum nec absque periculo esse arbitramur quæ nuper nobis præcepta reticere, manifestamus vobis oportere omnibus parere præceptis & vestrum quemque quiescere soventem Ecclesiam suam, quia sanctum est pio Imperatori & amico Christi indubitabiliter obedire. Dignare igitur hæc eadem nota facere his qui sub tua religiositate sunt Deo amicissimis Episcopis. Causam vero post paululum cognoscet religiositas tua. Omnem quæ tecum est fraternitatem plurimum saluta.

CAPUT CXXVII. ...215

Epistola, *inquit*, Alexandri Episcopi in personam Magistriani, qui præfatas attulerat litteras.

EPistolam mihi reddebat admirabilitas tua [a] Antiocheni; quam non suscepi propter aliquas ecclesiasticas quæstiones. Lecta vero mihi est a bonitate tua. Et ut hoc possis ostendere, hanc epistolam feci ad tuam nobilitatem, declarans quod in his quæ præcepta sunt a piissimo & amico Christi Imperatore nostro permaneo, ut nec fatiger nunc ad ejus pium comitatum, & in mea Ecclesia persistam, orationes faciens pro ejus imperio. Notarius vero qui mecum est accepit ejus exemplar.

CAPUT CXXVIII. ...216

Irenæus ait.

Et hæc epistola Theodoreti ad Meletium Neocæsareæ de his quæ Joannes in diversis vicibus inique commisit.

MEmor sum eorum quæ mihi locuta est in Hierapoli religiositas tua, quando mihi Antiocheni intentionem nuntiasti, dicens quod pacem desideraret, (jurans) nihil unquam quod nos contristaret se esse facturum. Vide igitur, A Deo amicissime, sacramentorum veritatem. Vide vineæ Nabuthæ direptionem & injustas contra legem ordinationes. Vide transgressionem canonum & divinarum legum despectum. Quæ ei concedit regula ut [b] in aliena parrochia consecret? Immo quæ non hanc injustitiam vetat? Non ei sufficit illicite ordinare, sed & adjecit alteram impietatem, ut talibus viris committeret sacerdotium. Et Marinianum Deo amabilitas tua plus omnibus novit, & (de) Athanasio clare audis. Unde cognoscat religiositas tua quod a communione talia præsumentis nos ipsos abscidimus, timentes judicium Dei, similiter vero & eorum qui has consecrationes iniquas suscipiunt communionem vitamus. Hæc vero in præsenti B scribere sum coactus, memor quæ sit caritas sanctitatis, & volens, ut in omnibus eminens, nulla reprehensione maculeris. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus.

CAPUT CXXIX. ...217

Idem Irenæus inquit.

PEr omnia Deo amicissimis & sanctissimis Episcopis Syriæ & Ciliciæ primæ ac secundæ & secundæ Cappadociæ, Alexander, Theodoretus, Heliades, Abbibus, Maras, David, Acilinus, in Domino gaudere. Propheta quidem C Hieremias unius civitatis incendium & hominum captivitatem lugens, fontem petebat lachrymarum, solitudinis ultimum requirebat, & lamentationes conscripsit, ut angustiam qua intus urebatur efferret per lamentationem quasi per fumi evaporationem. Nos vero Ecclesiæ Dei oppugnationem, sanctorumque ulterius proditionem, ac sacerdotii corruptionem lugentes, vos, o compastores, ad lamentationum participationem vocamus; non ut ignorantes doceamus, neque ut lætos perducamus, ad luctum; sed ut luctus communione vel parva quædam consolatio acquiratur. Novit enim sanctitas vestra quæ inique atque illicite vel sint facta vel fiant, illam quæ præter omnium Episcoporum orientalium voluntatem ad D Alexandriam est directa [c] legationem, illam quæ tyrannice & non ecclesiastice ab eo facta est damnationis, ut putavit, [d] solutionem, dum paulo minus ducenti in [e] Ægyptii damnationem consenserunt, duos aut tres in communionem tyrannidis assumens, & omnes alios respuens, hunc quidem, sicut suspicatus est, solvit, illum vero qui [f] neque judicatus est, ne-

---

a *Antiocheni*) id est, Joannis Episcopi Antiocheni, qui superioris epistolæ exemplar per magistrianum miserat ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum, ut reor. b *In aliena parrochia*) Hinc recte collegit Lupus Joannem Episcopum Antiochenum præsumpsisse Episcoporum ordinationes in provincia Euphratesia, hauddubie contra canones, qui singulas provincias suis permiserunt Metropolitanis. Attamen Innocentius Papa scribens ad Alexandrum Episcopum Antiochenum, ei concesserat uti vicinos Episcopos alterius provinciæ consecrare ipse posset. Quam auctoritatem secutus Joannes, Marinianum quendam & Athanasium consecravit Episcopos in Euphratesia, in locis nimirum eorum qui subscribere nolebant in damnationem Nestorii & suscipere pacem quæ inter Joannem & Cyrillum constituta fuerat. Hi videntur fuisse Abbibus Dolichii & Acilinus Barbaliss. Vide c. CXXXI II. CXXXIV. CLVI. & CXC. Et Athanasius quidem ordinatus est in loco Abbibi, ut docet in capite CXXXIII. Theodoretus. Marinianus vero, ut arbitror, in loco Acilini. Vide rursum infra cap. CXLIX. CLXV. c *Legationem*) quando Paulus Episcopus Emesenus a Joanne Antiocheno missus est ad Cyrillum Alexandrinum pro pace componenda.

d *Solutionem*) quum Joannes Cyrillum in suam admisit communionem, insuper habita depositione ejus decreta ab Episcopis orientalibus. e *Ægyptii*) Cyrilli Alexandrini, quem Joannes & alii orientales fere triginta deposuerant, ut legitur supra. Quod autem isthic & infra cap. CXLIX. paulo minus ducenti in damnationem Ægyptii consensisse dicuntur ita interpretatur Lupus ut eam post synodum suis subscriptionibus aut consensu firmaverint plerique orientalium.

f *Neque judicatus*) Judicatus sane fuerat Nestorius in synodo Ephesina. Verum quia orientales damnationem illam contendebant factam esse non servato juris ordine, præsertim quia Joannes Antiochenus non fuerat expectatus, idcò illam nullam fuisse censebant. Vide epistolam sequentem.

neque præter apostolicam doctrinam quodcunque prædicat, sed vestigia paterna secutus est, id est, Deo amicissimum & sanctissimum Episcopum Nestorium, crudeliter & latrocinaliter [a] interemit, non accipiens in mente oculum cuncta cernentem, non futurum judicium metuens, non continuis conscientiæ sagittis arctatus, non homines miseratus, quos vulnerant ista, non scripta pro illo viro testimonia quæ ubique transmisit, ante paululum quidem quam synodus fieret Galatas & Cappadoces suadens quod ille vir esset orthodoxus, in synodo autem ubique terra marique epistolas dirigens, & accusans impietatem iniquitatemque commissam. Omnibus his exclusis, non solum iniquam & injustam damnationem suscepit, sed anathematizavit doctrinam ejus orthodoxam. Verumtamen & his gestis silentium nunc usque tenuimus, aliquam mutationem horum tristium sustinentes, & Ecclesiæ tranquillitatem videre cupientes, dum certe pene per singulos dies plurimis imo cunctis murmurantibus audiamus quod potestas sacerdotii, quæ divinum munus est, sit facta venalis, & qui gratis acceperunt, & gratis dare præcepti sunt, quæ divina sunt pecuniis vendunt, & filii Sion pretiosi, dum præ sole fulgere debuerunt, ut vasa testea facti sunt opera manuum figuli. Quod vero est deterius omnium pessimorum, dum contra leges ordinet, ipsam iniquitatem nec celare contentus, divinis rebus insultat, & pompam de sanctis mysteriis ducit, mox post ipsas ordinationes de ordinatorum vita triumphans, & talia dicens quæ etiam his qui sæculariter vivunt, curam tamen adhibent [b] castitati, abominanda & execrabilia sunt, nedum dixerim illis viris quorum propositum est castitatem sanctitatemque docere. Unde jam taciturnitatem putantes non impune constare, ab ejus quidem communione separavimus nosmetipsos, futurum judicium metuentes. Vos autem, qui præsidetis Ecclesiis, & ovium Domini estis boni pastores, rogamus ut oves Domini vindicetis, quæ tam nimie corrumpuntur, & tanta pestilentia devastantur, & non despiciatis, dum conculcentur apostolicæ leges & violentur patrum decreta; sed rememoremini doctrinam beati Pauli; Corinthiis enim scribens ait: *Si quis fratrum nominatur aut fornicator aut avarus aut idolis serviens aut contumax aut ebriosus aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere*. In præsenti autem non una species præfatorum, sed omnis simul malorum cuneus per hunc se ingessit Ecclesiis. Unde oportet sanctitatem vestram, quæ illud terribile judicium novit, non despicere Ecclesias Dei, quæ in tanta sunt tempestate, & periclitantur commune sustinere naufragium, sed vindicare tota virtute & impetus voluminum frangere & crescentem nequitiam sistere, quæ & universos desiderat obtinere, & pestilentia sui omnia certat implere.

Ego vero Alexander, qui vestram sanctitatem saluto, [c] ultra annum jam, sicut nostis, habeo quod post adventum Pauli memetipsum ab Antiocheni communione sejunxi.

Religiositatem vestram & eos qui cum ea sunt nos & qui nobiscum sunt plurimum salutamus.

CAPUT CXXX. ...218

[d] Domino meo per omnia amicissimo patri atque sanctissimo [e] Alexandro, [f] Theodoreto, [g] Heliadi, [h] Abbibo, [i] Maræ, Davidi, [k] Acillino, [l] Helladius, [m] Matronianus, [n] Cyrillus, [o] Zenobius, in Domino gaudere. Dolenda & intolerabilia quidem quæ a vestra nobis nuper scripta sunt sanctitate, o religiosissimi, non autem nova, nec aliena a confusione præsentium temporum, & ab his quæ ex illo præsumpta sunt tempore quo vel in Epheso vel post hæc inconvenienter ac pessime in canonum contumeliam gesta sunt; quæ per ordinem recordati & ingemiscentes a profundo, tractavimus apud nos communem Deo amicissimorum Episcoporum synodum congregare ac literas synodicas vestræ Deo amabilitati (destinare. Sed possibile) non fuit, prohibentibus, ut videtis, diebus, eo quod Paschæ festivitas instet. Nos qui in metropoli sumus inventi, & Deo faventе unam sententiam novimus esse cunctorum, sicut ex persona communi hoc tantum vestræ Deo amabilitati rescribimus, quia oportet ad cunctorum Dominum deprecandum nos ferventius erigi, quia nec est possibile, sicut ipsi quoque fatemini, Deo amicissimi, aliunde oriri tantorum malorum solutionem. Licet enim propter nostrorum multitudinem peccatorum deteriora firmentur, & augeatur apud eos qui sic volunt cotumelia regularum; sed, si voluerit Deus, sola voluntate placabit multiplicem & importabilem diabolicarum magnitudinem tempestatum. Et hæc scribimus, non quasi sanctitas vestra monitis nostris indigeat, sed quia nimia difficultate temporum desperamus, & quod tanta & talia quæ audivimus mala fieri permittantur; quæ tamen Deus suæ benignitatis more potens est amovere & præstare suis Ecclesiis celerem pacem. Orate pro nobis, Deo micissimi, & omnem quæ vobiscum fraternitatem ex nobis & ex eis qui nobiscum sunt plurimum salutate.

CA-

a *Interemit*) damnavit. Sic enim orientales de damnatione Nestorii palam loquebantur ac si Cyrillus & alii hominem occidissent, ut patet etiam ex capite cxxix. & cxc. §. 14.

b *Castitati*) Dictum istud adversus Athanasium, qui turpiter vivens deprehensus est in urbe Theodoreti, ut ipse ait in capite cxxxiii. Vide cap. cxxxv. c *Ultra annum*) Hinc recte collegit Lupus hanc epistolam scriptam esse sub initium anni cccxxxiv. d *Domino*) Responsoria est ad epistolam superiorem. Legendum autem est. *Dominis meis per omnia Deo amicissimis patribus atque sanctissimis*. e *Alexandro*) Episcopo Hierapolitano, Euphratesiæ metropolitano. f *Theodoreto*) Cyrensi, cujus sedes subjecta erat Hierapoli.

g *Heliadi*) Zeugmatensi in eadem provincia. h *Abbibo*) Dolichii in eadem Euphratesia. i *Maræ, Davidi*) Episcopis Euphratesiæ. k *Acilino*) Barbalissi in Euphratesia. l *Helladius*) Tharsi Ciliciæ metropolitanus Episcopus. m *Matronianus*) is ipse, ut opinor, qui Concilio Chalcedonensi interfuit cum aliis Episcopis provinciæ Ciliciæ primæ, ubi vocatur Episcopus Pompejopolitanus. Vide tom. superiorem Conciliorum.

n *Cyrillus*) Episcopus Adanorum in eadem Cilicia prima. Vide supra cap. vii. xiii. xxviii.

o *Zenobius*) Episcopus Zephyrii in eadem Cilicia prima. Vide infra cap. cxc.

A

CAPUT CXXXI. ...219

Dominis meis & per omnia Deo amicissimis & sanctissimis Episcopis Alexandro, Theodoreto, Heliadi, Abbibo, Marae, Davidi, Acilino, Hermogenes, Meletius, Hesychius, Heliodorus, in Domino gaudere. Nos quidem, ex quo iniquitates commissæ sunt contra sanctarum Dei ecclesiarum decreta, ex tunc lugemus, & sumus in multo dolore. Nunc autem sanctitatis vestræ suscipientes epistolam, & quæ sunt facta noscentes alterius tristitiæ augmenta suscepimus, cogitantes quod per omnia ecclesiastica decreta calcentur. Oportebat vero B & sanctitatem vestram, quia id quod docet omittunt, & super peccata sua majores adinveniunt injustitias, per singulos dies esse attentos in causa & celerrime ordinare & non protrahere tempus, ut illi nocentes faciant quæ fecerunt. De communione enim arbitramur meminisse sanctitatem vestram quia rescripsimus religiositati vestræ & anno præterito, indicantes vobis hoc ipsum quod nos separassemus ab eis usque adeo ut non quiescant per singulos dies in quibus possunt debellare nos. Sed qui pugnat pro injustitiam patientibus Deus, ipse per orationes vestras quod expedit sanctis ejus Ecclesiis celeriter faciat, & det nobis de reliquo a malis requiescere. Et nunc vero id ipsum rescribimus acquiescentes eis quæ vestræ visa sunt sanctitati. Religiositatem vestram & eos qui cum ea sunt nos & qui nobiscum sunt plurimum salutamus.

CAPUT CXXXII. ...220

Epistola, inquit, Alexandri Episcopi Apameæ ad Deo amicissimum b Alexandrum Episcopum, quam rescripsit rogans ut ubi possibile est, convenirent ad deliberandum de his quæ geruntur, quid fieri oporteret.

Volebam tuæ colloqui sanctitati & de his quæ aguntur conferre. Quod non nunc prius deliberare concepi, sed olim & diversis D impedimentis revocatus sum, aliquando quidem ab instante corporali infirmitate cujus adhuc reliquias fero, nonnunquam vero ex causis quæ nos coarctant. Quia igitur nec me illuc modo nec tuam sanctitatem huc venire c sancti dies permittunt, dignare in itineris medio in aliquo monasterio aut vico, ut tibi placuerit, fatigari & colloqui nobis. Hoc enim & mihi & tuæ expedit sanctitati, & sicut coram Domino dico, nisi præsens sanctus dies officeret, non me illuc venire pigeret. Si igitur hoc fieri approbas, dignare innotescere mihi & ubi & quando aderis, ut eadem die concurramus.

CAPUT CXXXIII. ...221

Epistola, inquit, Theodoreti Episcopi ad magnificentissimum (d) magistrum militum scripta de his.

Quanticunque divinæ agnitionis lumine digni facti sumus, & illius radii nitorem suscepimus, credimus & esse Deum & humana intendere & sapienter omnem gubernare creaturam, quippe quam produxit, & cui esse donavit. Cernens igitur atque conspiciens eam, utique bonis gaudet operibus, iniquitatem vero & alia malignitatis studia respuit. Dum vero abominetur ista & illa recipiat, omnino utique justas retributiones metitur operariis horum; & neque dignitatem, neque divitias, neque potentatum, neque aliquid horum quæ in hac vita prælara sunt judicat computanda, sed mentis fructus & cogitationum partus & rerum discutit actiones. Eos autem quibus majores dispensationes commisit, majores exigit ultiones. Inquit enim scriptura divina: *Potentes potenter tormenta patientur*. Et. *Cui multum est datum, multum ab eo & exigent*. Et. *Omnia nuda & aperta sunt coram eo*. Et. *Omnes adstabimus tribunali Christi, ut recipiat unusquisque per corpus qualia egit, seu bonum, sive malum*. Et beatus David clamat ad Deum: *Quia tu reddes singulis secundum opera eorum*. Quia ergo hanc habes, optime, fidem, & in terminis C ac legibus scripturæ divinitus inspiratæ permanere desideras, & magnam illam, terribilem, desiderabilemque salvatoris nostri præsentiam sustines, in qua retributiones quisque secundum vitam suam conversationemque recipiet, noli, oro, deceptoribus credere, nec facilem præbeas aurem tentantibus fallere; sed fortissimo Job crede dicenti: *Quia auris verba dijudicat, gustus autem cibos degustat, in multo vero tempore sapientia invenitur, & in longa vita disciplina*; & ab eis qui nos calumniari & accusare pertentant exige ultionem, si unquam in vico ecclesiastico agrestium multitudinem congregantes armavimus, si operariis curatoribusve præcepimus D reditus non præstare præpositis, si aliquid eorum quæ ad eos pertinent retinuimus, dum certe multa millia injustitiarum nobis ab eis irrogata ferremus. Grandem siquidem contra nos multitudinem congregantes, incendere minabantur sanctorum bonorumque victorum & athletarum Christi e Cosmæ & Damiani basilicam; & quod minabantur forsan opere perpetrassent, nisi occursum nostrum reverita multitudo fugisset. Expetat ab eis ultionem magnificentia tua pro impietate commissa in sanctissimum f Abbibum Episcopum, quem nobis ejecerunt semivivum, nec vitæ finem in lectulo eum suscipere permittentes; qui nec g libellos refutatorios dedit, neque delirus est factus E & perdidit intellectum, sicut mentiuntur, se excusare tentantes. Et cognoscet hoc magnificentia tua ex literis quæ ad nos ab eo sunt scri-

a *Dominis*) Epistola est Episcoporum Ciliciæ secundæ, ut patet ex nominibus Meletii Episcopi Mopsuesteni & Hesychii Castabalorum. b *Alexandrum Episc.*) Hierapolitanum, unum ex præcipuis Nestorii defensoribus. c *Sancti dies*) id est, Paschæ, ut recte observatum est a Lupo. d *Magistr. Milit.*) Dionysium, ut opinor. Vide cap. 121. 43. 77. 82. cum sequenti. e *Cosmæ & Damiani*) Joannes Moschus in capite 127. Prati spiritualis mentionem facit basilicæ sanctorum Cosmæ & Damiani in Palæstina sitæ. f *Abbibum Episc.*) Dolichii in provincia Euphratesia. Vide infra cap. 190. g *Libellos refutat.*) id est, libellos quibus renuntiabat dignitati suæ, post quos alius Episcopus ordinatus est in Ecclesia Dolichii tamquam vacante. Vide infra in capite sequenti.

scriptæ, cujus vestræ magnitudini paria destinavi, ut ex eis agnoscatis impietatis quæ in illo præsumpta est magnitudinem. Nonne perquam optime a communione eorum nos ipsos abscidimus, sed justi judicis judicium formidantes. Scimus namque subtiliter [a] Athanasii vitam. Deprehensus est enim & apud nos in [b] xeneona turpiter vivens; & vivunt adhuc ex eis qui eum detexerunt multi & testimonio digni. Sed & in regia urbe multos habet qui conspexerunt ejus illecebras, præfectianos, magistrianos, & publicos civitatis, quorum testimonia in scripto nobis Chalcedone oblata nos legimus, & [c] qui eum consecravit illicite. De [d] Mariniano enim dicere superfluum puto, qui omnibus fere Antiochiæ habitatoribus parvo tempore factus est notus. Multi sunt canones qui præcipiunt non debere Episcopum consecrari neque [e] absque Metropolitano suo, neque sine decreto suæ regionis Episcoporum, sed ut aut cunctis præsentibus ordinatio celebretur, aut illis solis absentibus qui vel propter infirmitatem vel propter alias necessarias occupationes absfuerint & per scripta consentiunt, ut Christi gregum pastores cum concordia consecrentur ac pace. Si quis vero his omissis fuerit ordinatus, hujusmodi ordinationem infirmam reprobamque esse dixerunt. Contra legem vero agentes & in aliena provincia ordinantes & ipsos canones deponi præcipiunt. Hæ nos leges ab illis transgressæ ab iniquitatis auctorum communione recedere compulerunt. Non enim discordiæ & rixæ servimus, sicut tua suspicata est magnitudo, nec perturbationibus delectamur & turbis, sed omnia eligimus pati quam calcari ecclesiasticas sanctiones. Idcirco illum alium Absalon contra patrem reunivimus oblatrantem, atque ab eo accepimus juramentum, quod Dolichiensium non invaderet civitatem adhuc illo superstite qui eum presbyterum dispensatoremque constituit, commisitque ei sacras pecunias, & continuo dimisimus eum. Qui jurans decem millibus sacramentis, non per scripta solum, sed etiam sine scriptis, sub testium præsentia plurimorum, moxque impietatem tantam despiciens, & nec patris senectam miseratus, nec communionem mensæ formidans, nec naturam reveritus, tamquam tyrannus Dolichium comprehendit. Propter hæc adversum nos pugna surrexit, & nos illam equorum phalangem cum voluptate suscepimus, & vituperationem quæ variis præceptis est posita, memores Domini legum qui dixit: *Beati estis cum exprobraverint vos, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne verbum malum contra vos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlo*. Et iterum: *Si mundus vos odit, scitote quia & me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, ideo odit vos mundus*. Sed & beatus Paulus consolatur nos dicens: *Omnes qui volunt pie vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur. Mali autem homines & seductores proficient in pejus, errantes, & in errorem mittentes*. Et propter hæc quidem delectamur, dum contumeliam vel irrisiones patimur, & tam fortiter ac pessime impugnamur. Dum vero recordamur quia [f] vir pius, inde ornatus, habens caritatis maximam curam, resurrectionem judiciumque exspectans, & justam retributionem sustinens, nequicquam contra nos tale iter assumpsit, & publice in nos proposuit contumelias, & Deo amicissimos [g] circitores injuste trahi præcepit, dolemus animo, & magnis tribulationibus vulneramur. Ait enim magnus David: *Si inimicus meus exprobrasset mihi, supportarem utique. Et si hic, qui odit me, super me magna locutus fuisset, absconderem me utique ab eo*. Unde injuriam quidem fortiter sustinemus, & Domino supplicamus veniam dare peccatis. Didicimus namque a divinissimo Paulo dicere: *Injuriam sustinentes benedicimus. Dum persecutionem patimur, toleramus; dum maledicimur, supplicamus. Sicut purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsema usque nunc*. Rogamus vero magnificentiam vestram non facile credere his quæ dicuntur, nec abrupte adversum nos accusationes excipere, sed subtiliter quærere veritatem. Sic enim & placabis omnium Dominum, & fructus gloriæ carpes apud homines universos.

CAPUT CXXXIV. 222

Libellus reverentissimis & Deo amicissimis Episcopis Alexandro, Theodoreto, Maræ, Davidi, Acilino, ab Abbibo Episcopo Dolichii missus, per quem indicavit quæ ab Antiocheno inique commissa sunt.

PErvenit ad me quod apertam contra sacerdotii culmen tyrannidem & suam coram cunctis metuentes infamiam qui me ab urbe mea pepulerunt, opinionem falsam ubique feminaverint quod non prius in Dolichio Episcopum fecerint quam refutatorios a me libellos acciperent. Innotesco igitur vobis, per orationes vestras jurans, quia neque libellos refutatorios Antiocheno direxi, neque unquam volens ab hoc episcopatu recedam, & violenter expulsus silere non patiar; sed vestra nihilominus sanctitate pro me suis orationibus concertante, non me pigebit, ut spero, nec subire itineris longitudinem nec ad plurium concurrere Episcoporum Concilium. Talia enim sustinui pacis tempore qualia nullus, dum contra pietatem facere cogeretur, sustinuisse monstratur. Nullum igitur locum apud vestram religiositatem illorum falsitas habeat qui excusans excusationes in peccatis, & nunc quidem dicunt quod me defuncto ad alterius ordinationem perducti sint, nunc autem quod a me fuerint dati libelli per quos episcopatus repudiaverim curam.

a *Athanasii*) Qui superordinatus est Abbibo. Vide supra cap. 128. & infra cap. 165. Erat autem Presbyter & Oeconomus Ecclesiæ Dolichii, ut dicitur paulo post.
b *In xeneona*) id est, in hospitio.
c *Qui eum*) id est, Joannes Antiochenus. Hunc enim simul cum Theodoreto fuisse Chalcedone ostendunt gesta Ephesini Concilii.
d *Mariniano*) Quem fuisse ordinatum puto in cathedra Acilini Episcopi Barbaliss, ut dixi supra.
e *Absque Metropolitano*) Respicit ad canonem quartum synodi Nicænæ, & ad canonem 19. Antiocheno.
f *Vir pius*) Magister militum, ad quem scripta est hæc epistola.
g *Circitores*) Puto hic agi de Episcopis injuriam passis.

CAPUT CXXXV. ...232

Epistola, *inquit idem*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, Theodoreti, Abbibi, Heliadis, Mari, Davidis, Acilini, Euphratesiæ provinciæ Episcoporum ad Augustas, quibus scripserunt innotescentes quæ ab Antiocheno diversis vicibus in eos commissa sunt.

DEus pietate ornavit imperium vestrum. Unde & diutissime permansit ac permanebit. Ipse enim vos protegit. Et hoc sæpius per ipsas res docuit imperium vestrum. Defendite igitur & vos, o amicæ Christi, ejus quæ oppugnatur Ecclesiam; non quod indigeat manus humanæ solatio, sed ut vobis ipsis insenescibiles & æternas procuretis coronas. Quæ autem sit pugna, hoc in brevi edocebimus. Venimus ad Ephesum pridem propter eas quæ natæ sunt ecclesiasticas quæstiones. Sed nec judicio facto, nec inquisitione, nec conflictu, neque colloquio, quidam quidem deposuerunt sanctissimum Episcopum Nestorium, quidam vero contradixerunt depositioni, injustam eam iniquamque dicentes; quorum unus fuit & Antiochenorum Præsul, sicut & vestra pietas novit. Et multa quidem certamina pro eo fecit Ephesi, ac plurima Chalcedone in consistorio & (coram) piissimo & amico Christi Imperatore nostro, orthodoxum nominans eumdem virum, & ipsam depositionem de iniquitate accusans; sed postquam rediit inde, & dejectionem suscepit & anathematizavit dogma veritatis. Adjecit vero his & alteram iniquitatem his quoque pejorem. Eos enim qui communicare sibi in hoc homicidio & impietate noluerunt e diverso impugnat. Unde & contra nostram provinciam oblatravit, & contra sanctorum patrum regulas [a] duos Episcopos ordinavit, abominabiles viros atque perversos, & totius operatores lasciviæ. Pervasit vero & martyrium sancti & boni victoris Sergii martyris, quod sub Hierapolitana erat Ecclesia, & [b] noviter illic contra morem ordinavit Episcopum, cujus nec latet iniquitas, sed omnibus nota est. Ob hoc compulsi sumus Deo amicissimos Clericos ac monachos destinare cum præsentibus literis, per quas vestram quæsumus pietatem ne despiciatis Ecclesias Dei, sed edoceatis de his quæ contra nos fiunt iniquitatibus piissimum & amicum Christi Principem nostrum, suadeatis vero ut jubeat ejus imperium iniquas ordinationes vacare, Episcopos vero nostræ provinciæ secundum sanctorum beatorumque patrum regulas ordinationes celebrare, basilicam vero sancti & boni victoris Sergii martyris secundum pristinum morem sub Ecclesia hujus esse metropolis, (uti erat) antequam & magnum id ipsum templum fabricatum est & illi altissimi muri & alia intra eandem [1] munitionem ædificia. Decet enim [c] sanctitatem vestram & hanc iniquitatem removere & sanctorum beatissimorumque patrum regulas roborare, quorum orationibus vestrum munitur imperium.

[1] Forte, *manserem*.

CAPUT CXXXVI. ...224

Epistola Alexandri Episcopi respondentis super his Joanni Archiepiscopo.

SApientissimo Salomone determinante per divinam gratiam contraria tempora & dicente, *Tempus flendi, & tempus ridendi*, arbitror tempus præsens non infantilis ludi; sed esse lachrymarum & gemituum & multorum luctuum. Quis enim non lamentetur legens impii Cyrilli capitula & reliqua illa conscripta quæ conveniunt eis, & hanc quam nunc ad Dominum meum sanctissimum & Deo amicissimum Episcopum Acacium scripsit epistolam, cujus proœmium sic se quodammodo habet, [d] *Decentem se etiam nunc*, inquit, *curam suscepit sanctitas tua*, videns cum omni instantia & fortitudine his ipsis ubique utentem tam in proœmiis quam in finalibus per quæ & primogenitum ex mortuis factum fuisse Deum verbum & revivisceret Deum verbum & conventum naturalem & secundum subsistentiam unitionem sustinere & in unam naturam redactum evidentissime prædicavit. Et pro his decertat tamquam pie se atque orthodoxe habeant & divinis scripturis consona sint, ita ut nec unquam projicere hæc assumat, tamquam divinis quidem scripturis consona: evertentia vero impia & polluta, juxta ipsum, Nestorii dogmata, nec unquam nos aliter in communionem vel a se esse recipiendos, vel ab eis qui ei eadem sapiunt excommunicationem fore solvendam, nisi & Nestorium condemnaverimus & blasphema, sicut ipse dicit, & impia ejus dogmata anathematizaverimus. Et in medio epistolæ pollutas suas vocum novitates & objectiones falsi nominis scientiæ & tortuositates ostentans cogitationum suarum, scripsit ita: *Quia inconvertibilis*, inquit, *& immutabilis, & omnis passionis insusceptibilis est Dei sermo, impassibile est enim quod divinum est, & conversionis obumbrationem minime suffert*, & reliqua. His vero adjecit: *Quia omnis passionis insusceptibilis est secundum propriam naturam*: & superinduxit: *Quia passus est Christus & Dominus & unigenitus filius Dei carne*. Quæ dicens, conclusionem delusit. Et magis hoc omnibus subtilius sanctitas tua (novit, sciens) ejus impia dogmata, quæ & per multas direxit provincias antequam proficisceremur ad Ephesum, per Cappadociam & Galatiam & omnem orientem, & omnes contra ipsa movit, quocumque conscribere potuit. Sed & post reditum ab Epheso per epistolam scribens sanctitas tua ea quæ in Epheso facta sunt admirandissimo & magnificentissimo Appiniano duci Mesopotamiæ, integerrime abominabilem capitulorum conscriptorem illiusque exposuit hæresim. Si igitur, sicut sanctissimo Episcopo Acacio orthodoxa esse visa est epistola, sic etiam tuæ sanctitati, superfluam arbitror fatigationem Domini mei Deo amicissimi Episcopi Pauli ad Ægyptium. Tuæ enim sanctitatis epistolam & Cyrilli ad sanctissimum Epi-

a *Duos Episcopos*) Marinianum Barbaliski & Athanasium Dolichienses. Vide supra cap. 133.
b *Noviter*) Hinc videtur posse colligi novum episcoparum institutum esse in quadam basilica sancti Victoris constituta in Græcia Hierapolis. Quæ conjectura confirmatur ex his quæ paulo post dicuntur de restituenda basilica illa Ecclesiæ metropolitanæ Hierapoleos. Vide infra cap. 16.
c *Sanctitatem*) Pietatem, divinitatem. d *Dicentem*) Extat supra cap. 56.

Episcopum Acacium perlegens, cum pariter A essent nobiscum & Deo amicissimi Episcopi & multi reverentissimi Clerici, & eorum qui nostræ sunt civitatis, & eorum qui de provincia sunt, aliorumque multorum, nihil inveni, neque ego, neque qui erant præsentes, consonans quodcumque vel simile. At vero cognoscat sanctitas tua quia impius non nunc his decipulis utitur. Direxi primi anathematismi ejus interpretationem, ubi impium Apollinarium fidem patrum exponit, ad seductionem utens dictis his: *Quia neque fermentatio, neque retemperatio neque refusio substantiæ ejus ad carnem facta est.* Posuit vero in ipsa interpretatione: *Quia & semen Abrahæ apprehendit, & similiter nobis participatus est sanguine & carne.* Et mox sceleratus & impius adjicit: *Genitus est enim ex sancta virgine secundum carnem, & homo apparuit secundum nos.* Et possibile est ei qui timore Dei & reverentia interpretationem primi capituli legit plurima invenire, in quibus & obumbrare videtur, & manifestissimam hæresim suam exponit, sicut & in multis suis conscriptis. Si igitur persistat in iisdem Ægyptius, & non negat quidem capitula, (nec) confitetur vero Christum, ex quo evangelizavit sanctæ virgini angelus, Deum esse & hominem, eumdem sine dubio & filium hominis propter naturam quæ est ex semine Abraham & David, & ipsum procul dubio Dominum David propter divinitatem, Deo verbo templum a mortuis suscitante secundum sententiam Domini Christi, & in sæculum infinitum duas naturas in uno filio, Domino, & Christo inconfuse & indivise cognoscendas, nos nullam communionem cum eo habemus, neque cum his qui communicent ei absque hac confessione. Ut enim & Prophetas & Apostolos & Evangelistas & martyres taceam, nunc vel beatam Susannam sequi studeo dicens: Sive enim hoc fecero, non effugiam manus Ægyptii & communicantium ei. Omnia vero eligibilius est nobis sustinere ab Imperatoribus & judicibus & aliis hominibus quam piam confessionem & sanam prodere fidem, vel si multa millia essent subsannantium nos. Unde epistolam supremam de causa proposita dirigens tuæ religiositati, manifestam rationem sentiat jam meam. Ego enim sanctissimum Episcopum Nestorium scio in sermonibus suis ea quæ Prophetæ & Apostoli & Evangelistæ prædicantem. Et oportebat obturare nos aures, proponente nobis impio Cyrillo ut anathematizaremus dogmata ejus velut impia atque polluta. [a] In Tharso [b] quinque ex his deposuisti hæreticis, & consonavimus vobis. Nunc autem promittit Cyrillus quia si facti fuerimus hæretici, dabit nobis ipse communionem.

CAPUT CXXXVII. 225

Epistola, *inquit*, Dorothei Metropolitani Mœsiæ ad Deo amicissimum Alexandrum Episcopum Euphratesiæ & Theodoretum.

PActionem quæ pridem sub pacis simulatione non bene cum Ægyptio facta est nunc clare detexit [c] Proclus, qui in magna illa ordinatus est civitate. Scripsit enim contra nos [d] literas calumniis plenas tam ad reverentissimum clerum quam ad amicum Christi orthodoxum populum. Igitur ad integriorem præfatorum scriptorum comprehensionem compar epistolæ ejusdem propriis meis literis junctum B vestræ religiositati direxi; ut si vobis rectum videtur & utile quo omnes nos ad [e] magnam civitatem pariter concurramus, ut cum competenti in Deum fiducia colloquamur amico Christi Imperatori pro orthodoxa fide, id minime negligamus. Notum vestræ facio sanctitati ut mihi secundum Deum [f] congaudeatis quia reverentissimus clerus & amicus Christi orthodoxorum populus per dies in Domino provehuntur, concertantes evangelicæ fidei. Omnem quæ vobiscum est fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimum salutamus.

CAPUT CXXXVIII. 226

C [g] Epistola, *inquit*, Theodoreti Episcopi ad Dorotheum Mœsiæ Metropolitam.

AUdientes vestram fortitudinem roboramur, & in vos intenti segnitiem deponimus. Exemplar enim principale virtutis omnibus qui imitari voluerint vos certaminibus his præsidens proposuit Deus, ut per imitationem vestris insigniamur characteribus. Quia igitur multa vobis est apud Deum fiducia, sic ferventem illic nobis sustinentiam providete & orationibus stabilite ut firmi & in dogmatibus persistamus, & claudamus oculos, ne sanguinis injustum judicium videamus, & claudamus aures nostras, ne audiamus & cadamus in terram. His enim bonis ac talibus perfruemur, D si vestras impetraverimus orationes.

CAPUT CXXXIX. 227

Epistola, *inquit*, ejusdem ad amicum Christi Constantinopolitanum orthodoxorum populum, per quam eos hortatur ad patientiam, & circa dogmata contrariorum pœnitentiam declarat.

[h] QUi nauticæ arti dant studium & in mari vivere deligunt, dum pessimis tempestatibus repugnant, a contrariis flatibus, sævis voluminibus oppugnantur, ac multa caligine detinentur, si subito eis ignis illuxerit, con-

a *In Tharso*) Supra cap. LXVI. *memor eorum est quæ in Tharso & in Chalcedone & in Epheso facta sunt*. Obscurum autem est quod hic ait Theodoretus, depositos ab orientalibus apud Tharsum fuisse quinque ex illis hæreticis. Nam quum Tharsi adessent orientales, quod fuit diu ante pacem factam, alios velut hæreticos deponere non poterant præter Cyrillum & ejus sequaces. Cyrillum sane & Memnonem deposuerant apud Ephesum; reliquos excommunicaverant nisi resipiscerent. Difficultatem istam utcumque solvit epistola Meletii Mopsuestieni infra cap. CXLI. CLXXIV. b *Quinque*) Infra cap. CLXXIV. *septem*, quod est melius. Ex capite quippe CXLI. apparet depositos fuisse Episcopos qui Constantinopolim missi erant a Concilio Ephesino. Hos autem fuisse septem patet ex his quæ dicuntur supra. c *Proclus*) Ordinatus est post mortem Maximiani anno CCCCXXXIV. mense Aprili, ut docet Socrates lib. 7. cap. 40. d *Scripsit litteras*) Hic Lupus theorizatur ac divinat, seriem harum litterarum fuse exponens. e *Magnam civitas.*) Constantinopolim.

f *Congaudeatis*) Assentior Lupo, qui hinc conjecit Dorotheum favore cleri ac populi adjutum mansisse in sede sua, Saturninum vero, qui in loco ejus fuerat ordinatus, non fuisse susceptum. Vide supra cap. XLVI.

g *Epistola*) Nescio rationes quibus inductus Lupus existimavit hac epistola Alexandrum Hierapolitanum respondere litteris Dorothei Marcianopolitani. Mirum quippe non est Theodoretum rescribere, cum ad eum quoque data eodem exemplo fuerit epistola Dorothei.

h *Qui nautica*) Hanc epistolam putat Lupus scriptam esse post priorem sancti Cyrilli epistolam ad Acacium Berrhœensem, id est, nondum plene reddita Ecclesiæ pace.

solantur & resumunt excusso terrore fiduciam, quæ eos meliora sperantes desperare non sinit. Tale aliquid etiam nos perpessi nunc sumus, vestræ Deo amabilitatis literas perlegentes. Multam namque Ecclesiarum concussionem videntes, & tempestates & procellas undique cernentes illidi, & hinc volumen servens & accrescens, & naufragium minitans, & pinguem nebulam diffusam, & quæ sunt cominus conspici non sinentem, velut si igniculum subito quendam & introitum portus vestras vidimus literas, & consolatione perfruimur, & fiduciam sumpsimus, & fortiter patimur impetus tempestatis, & puram sustinemus serenitatem. Fidelis enim Deus est, qui non permittet nos tentari ultra virtutem; sed cum tentatione faciet & proventum, ut sustinere possimus, & falsitatem quidem convincere valeamus, veritatem vero lucidius comprobare. Convicta siquidem nunc quoque est compositio falsitatis, & virtus veritatis ostensa. Ecce enim qui salvatoris nostri Christi naturas impio sermone confuderant, & unam præsumpserant ejus prædicare naturam, & ut divinitati passiones deputarentur legem protulerant, & ob hoc sanctissimum & Deo amicissimum præpositum sacerdotum Dei Nestorium oppugnaverant, tamquam in chamo & freno maxillas contracti, & a sinistris ad dexteram tracti, didicere veritatem, & contraria docent, illo ducatu retrahentes ad veritatem quem pro veritate oppugnaverant. Pro una enim natura duas nunc confitentur, & eos qui contemperationem vel confusionem dicunt anathematizant, & divinitatem Christi impassibilitate venerantur, & carnis esse passiones docent, & evangelicas dividunt voces, & excelsas quidem Deoque dignas divinitati adscribunt, humiles vero humanitati coaptant. Tales enim ab Ægypto allatæ sunt literæ. Sed hi qui vix tandem veritatem dogmatis didicerunt, & evangelicam regulam normamque edocti sunt, adhuc sunt malevoli hactenus circa illum qui eis horum doctor est factus, atque illum qui eos ab errore liberavit & ad veritatem deduxit, ut impium & hostem & operibus & verbis impetere tentant, & latrando adversus eum satiari non volunt. Sed non superabunt veritatem, quia res firma est veritas. Ipse enim Christus est veritas. Et convicit quidem jam, sicut dixi, adversitates mendacii, & veritatis radium subindicavit qui coronat veritatis amatores. Ostensurus vero est eam clarius, & falsitatem omnino disrumpet. Et discent qui usi sunt ea quod sit Deus in cœlo, qui & ea quæ fiunt conspicit, & quæ dicuntur audit, & ponit suis athletis certamina, & leones fame ac furore diffluentes mansuetudinem docet, & ignem sine mensura nutritum & nimis accensum in auram roris immutat, & incensu magno istum fugacem salvum conservat, & in cisternam cœni cum Propheta descendit, & qui illic eum miserant, per bella captivos expellit: ipsum vero æneum murum & turrim robustam statuit barbarorum qui ei præstat obsequium, & in bellis vero enitescere præstat, & per duos plerumque fideles multoties dena millia infidelium fugat. Et hujus rei testis est Jonathas & armiger ejus, qui soli contra alienigenas confligentes nutu divino universa alienigenarum millia fugaverunt, & ab invicem fecere consumi. Sed deficiet me tempus narrantem Dei mei mirabilia & ejus providentiam, quæ fit in nobis per singulos dies. Hæc igitur scientes, dilectissimi & Deo amicissimi fratres, in eum præsumite qui dixit: *Confidite, ego vici mundum*. Etsi enim nos misericordia ejus sumus indigni, tamen propter David servum suum & Hierusalem quam elegit, & procellas extinguet, & tempestatem sistet, & in directum denuo ferri præcipiet Ecclesiæ navem.

CAPUT CXL. ...228

Sacra, *inquit*, a Joanne Antiochiæ impetrata tam contra Deo amicissimum & sanctissimum Episcopum Hierapoleos Alexandrum quam contra Helladium & Maximinum & Theodoretum Deo amicissimos Episcopos.

Ecclesiarum pacem & hanc procurantium diligenter omnimodum honorem & affectum cunctorum causam bonorum existere ambiguum non est. Quia enim concordiæ & religionis viam intactam & immaculatam custodiunt, hujus rei gratia honore maximo ac præcipuo fruuntur affectu. Si qui autem sub simulatione religionis putari custodes quærunt, præcipui dogmatis corruptores rerum testimonio demonstrantur.

CAPUT CXLI. ...229

Epistola, *inquit*, (a) Meletii ad Neotherium Comitem, qui eum per literas fuerat exhortatus & admonuerat ut Antiocheno reconciliaretur.

Ignorare videtur admirabilitas tua quod nec pro pecuniis, nec pro possessionibus, neque pro ulla alia quæ ad hanc vitam pertinet causa sit hoc nostrum certamen, neque ut placeamus hominibus, nunc usque perstitimus. Absit enim sic nos esse vesanos. Qua enim sub præmii spe (pro) propria causa eligimus mori? Qua utilitate sustinemus Principum minas, distortiones, seu eversiones, & prætensionem exiliorum? Aut quid eorum quæ humana sunt prævaluit contra nos usque adeo ut ob hoc adversum cunctos instituamus certamen? Et certe videmus eos qui valde contentionibus studeant illatis sibi a majoribus violentiis cedere, etiam dum nolint. Unum tantummodo in rebus humanis invictum est, Deo dedita conscientia, illi placita ex toto corde defendens. Recolit enim futurorum spes, & eam quæ sustinetur beatitudinem, & ad Deum confidentiam, & alia quæ multo sunt universis hujus vitæ meliora quanto per infinita sæcula porrigentur. Hinc homines universorum præsentium fiunt despectores, sciendo quia etsi a præsenti vita solvantur, succedit procul dubio beatitudo cœlestis & cum Domino Christo regni consortium. Et idcirco non solum pro nihilo præsentia deputant quidam, sed & pro summo beneficio habent ut liberentur ab eis, bene scientes quod futura obtinere non possint nisi a præsentibus liberati. Neque nos igitur,

a *Meletii*) Episcopi Mopsuesteni in secunda Cilicia.

tur, per gratiam Dei, pro gratia vel inimicitiis cujuslibet hoc certamen inivimus, sed pro pia fidei confessione, pro conscientia Christo devota; propter quem pro nihilo ea quæ in præsenti sunt sæculo deputamus. Et quia hæc non fingam, audi per partes cum brevitate qua possibile est. Capitula Cyrillus exposuit plena universis hæresibus, propter quæ universus perturbatus est orbis. Collecta est Ephesi synodus. Advenit illuc & [a] iste ab Antiochia; & adjudicans tunc expositoris insaniam, deposuit eum cum toto orientali Concilio. Juravit coram Principe *quia etsi pœnituerit Cyrillus, non ei restituo episcopatum, eo quod hæresiarcha sit factus*. Et habemus exemplaria horum. Reversus est a Constantinopoli ad orientem idem Antiochenus. Collegit rursus in [b] Thario Concilium. Scripsit synodicas literas, in quibus & Cyrillum deposuit & eos qui pro eo adscenderant Constantinopolim, quorum manifesta sunt nomina. Ad ultimum venit [c] Aristolaus, accepit propositionem ut anathematizaret Cyrillus ipsa capitula & ea quæ male exposuerat universa, & esset rectæ fidei confessione contentus. Suscipiens Cyrillus hanc conditionem per Aristolaum, [d] scripsit Acacio Berrhœensi epistolam versuum plurimorum, affirmans de capitulis quod bene se haberent & nunquam repellerentur ab eo. Post hæc misit Antiochenus ad Cyrillum [e] Paulum Emesenum. Qui vadens, agensque illa quæ nunc dinumerare non possum, ad ultimum reportavit [f] epistolam quæ anathematismum capitulorum nec per somnium contineret, minus vero deteriora capitulis in superficie prædicaret. Ex hac epistola diffamabatur jam quasi Cyrillus de his quæ conscripserat pœniteret. Et ab Antiocheno ita susceptus est. Hæc Cyrillus addiscens [g] scribit Constantinopolim quibusdam Clericis suis quod neque pœnituerit de his quæ conscripsit, neque omnino aliquid eorum quæ exposuerat moverit, sed neque rogans quemlibet ita receptus sit, sed potius e diverso ipse rogatus sit & Antiochenum susceperit. Et horum omnium exemplaria detinemus. Hæc ipsa vero [h] ad Melitinensem scripsit Acacium, quod nec submoverit aliquid eorum quæ a se exposita sunt, neque ullum de reconciliatione rogaverit, quin potius e diverso Antiochenum rogatus exceperit, ubi unam filii post unitionem dixit esse naturam. Et ipse hujusmodi per totum mundum clamat, & singulis vicibus asseverat quod nec respuerit quæ ab eo sunt scripta nec repellere patiatur usque ad mortem. Propterea nosmetipsos ab Antiocheno sejunximus, eo quod Cyrillo sic existenti perverso post tanta succubuit & per ipsam communionis cum eo unitatem semetipsum comparticipem ejus effecit. Non propter aliquas quippe quas nec habemus inimicitias ad Joannem, sed propter conscientiam nostram, quæ Deo devincta est, quam non possumus pro humana decipere gratia, etsi multa millia nobis quis inferat mortium. Unde & magnopere agimus pro illa persona, eo quod Deo vincta sit conscientia nostra. Sed dicit quod Cyrillus capitula illa respuerit. Ostendat ergo ejus epistolam nominatim anathematizantem illa capitula & Nicænæ fidei confessione contentam. Sed non habet quod ostendat, sed pro magno profert nobis epistolam quæ tantum differt a capitulis quantum non per omnia sic aperte blasphemat. Sed de hac nobis nullus est sermo. Verum si vult inter nos inimicitias solvi, persuadeat Cyrillo anathematizare per epistolam nominatim omnia quæ male exposuit, & Nicæna illa expositione beatorum patrum esse contentum, sicut ea beatus ille Theodoretus Dominus noster explanavit. Ipse enim est verus illorum quæ exposita sunt intellectus. Aut si hæc non fecerit, anathematizet ipsum cum capitulis ejus, hæc ausus videlicet in communicantes omnes qui eadem quæ Cyrillus adstruunt, & soluta sunt omnia. Nos enim per gratiam Domini Christi diligimus Ecclesiæ pacem. Diligimus vero ita ut ea perfruamur devota Deo conscientia, non vero ut nosmetipsos per illam gehennæ tradamus. Hoc enim non jam pax est, sed omnimoda exterminatio. Et nulla nobis alia remanebit adversitatis occasio, nisi propter piam fidei confessionem. Alioquin omni sumus damnatione digni, & revera infelicissimi omnium, si propter viles occasiones quæ sunt divina turbamus.

CAPUT CXLII. 230

Rescriptum, *inquit*, publicatum ut te minis eorum quæ scripta sunt ad magnificentissimum Comitem & Vicarium Titum a gloriosissimo (i) magistro militum Dionysio.

Quid de Helladio & Maximino & Alexandro & Theodoreto reverentissimis viris Episcopis definiri censuerit imperialis clementia, ipsæ divinæ literæ [k] præfulgentes tuam magnitudinem poterunt edocere. Quomodo vero & a nobis iidem sint commoniti, [l] subjecta designat. Unde diligentia tua præceptum nostrum suscipiens elaboret ut omni arte & subtilissima argutia perveniat ad effectum quæ imperialis decrevit auctoritas. Nec enim parva gloria tua magnitudo fruetur, si celeritatem tantæ causæ afferre valueris. Pertinet ad animarum nostrarum religionem, pertinet, ut ita dixerim, ad cœlestis divinitatis curam præsentis qualitas causæ. Unde dum tuam magnificentiam & divinæ literæ & nostra auctoritas præparant, commoneat vero per dies ac noctes

a *Iste ab Antiochia*) Putat Lupus Joannem Antiochenum sic a Meletio designari per contemptum, quia eum ipso etiam Episcopi nomine judicabat indignum. Quæ conjectura confirmatur ex capite CXLV. & ex capite XCIII. ubi ita legitur de eodem Joanne: *Nec enim eum Episcopum scribo, de reliquo incidens memetipsum a communione Cyrilli & eorum qui ei juncti addita.* b *In Thario*) Habitum est illud Concilium post reditum ab Epheso, id est, anno ccccxxxi. ut arbitror. Vide supra cap. LXVI. & cap. cxxxvi. & infra cap. ccl.

c *Aristolaus*) Vide supra cap. L. d *Scripsit Acacio*) Ea epistola extat supra cap. 56.

e *Paulum Emes.*) Vide supra. f *Epistolam*) Habetur supra. g *Scribit CP.*) id est, Eulogio Presbytero suo. Vide supra. Falsus est ergo Lupus, qui putavit hic agi de epistola a Cyrillo scripta ad Theognostum & Charmosynum, quæ descripta est supra cap. 85. h *Ad Melitin.*) Et hæc quoque habetur supra. i *Magistro Militia*) per orientem, ut docet caput 176. k *Præfulgentes*) Hic locus confirmat sententiam Sirmondi de Principum rescriptis per provincias ita promulgari solitis ut præponerentur edictis judicum, non vero subjicerentur, ut putabat Salmasius. Vide Propempticum Sirmondi lib. 2. cap. 2. Vide etiam supra cap. 9. & infra cap. 183. & seq.

l *Subjecta*) id est, subjecta huic rescripto. Ea autem extat in capite sequenti.

nodes orthodoxæ pietatis reverentissimus cultus, tota urbana tranquillitate servata, absque ullo strepitu ac perturbatione, divinitus imperatis competens præbebis obsequium.

CAPUT CXLIII. ...231

Epistola, *inquit*, magnificentissimi Dionysii magistri militum, quam scripsit ad unumquemque Episcoporum qui nominantur in sacra, ut aut consentirent his quæ ab Antiocheno sunt gesta, & communicarent ei, aut ab Ecclesiis & civitatibus exirent.

INvictus Dominus non ignorat quantum suo prosit imperio cultus sinceri devotio, quantamque securitatem & illuminationem provinciis præparet fidelis investigatio cultus orthodoxi. Hinc utique & dignus efficitur impetrare quicquid a propitia poscendum deitate crediderit. Necesse est enim ut prospere universa contingant, si Deo paruerit ea quæ apud ipsum definita est veritate. Motus igitur sanctitate congrua, dum cognovisset beatitudinem tuam Joanni Antiochenæ civitatis Episcopo non adesse in sanctis neque communicare in mysteriis adorandis, cœleste decretum dare dignatur, quod in his quæ sunt priora præfulget, ut aut communices præfato ac reliquis qui cum eo consentiunt in cœlestis divinitatis cultu, aut recedas a civitate & sancta Ecclesia cui præesse dignosceris. Igitur divinis literis pertractatis, unum e duobus facies. Necesse est enim ut aut communices Joanni Episcopo catholicæ Ecclesiæ, ut ablatis contentionibus sancta Ecclesia quiete fruatur ac pace quam peperit, aut contendens formam divinitus datam subire cogaris. Privaberis enim urbe, privaberis & Ecclesia, si meliori sorte obedire & assentire nolueris. Sit igitur deliberationis tuæ ut divina & adorabilia præcepta recipias, si iram principalem declinare desideras.

CAPUT CXLIV. ...232

Epistola, *inquit*, Helladii Episcopi ad Deo amicissimum Episcopum Meletium, quam scripsit indicans ei quod sunt a Constantinopoli mandata, & de his petens quæ essent gerenda tractatum.

SUnt vero, quæ mandata sunt, hæc. Quia & orthodoxe docet Proclus, & patrocinator est, & multam habet fiduciam apud Imperatorem. Et missurus est ad Antiochenum cum sacris synodicam suam, ut eam suscipi ante omnia præparet; & quam qui non receperint, pellantur Ecclesiis. Necesse fuit ut quæ scripta sunt a nobis a regia urbe a religiosissimo compresbytero Anastasio & reverentissimo condiacono Thartitio ad tuæ cognitionem religiositatis perducerem. Igitur exemplaria destinavi, ut legens atque pertractans, celeriter nobis quod placuerit demandare digneris & quid agere debeamus. Nos enim ex tua religiositate pendentes, cum tuo gerere volumus universa consilio. Ora vero ante omnia pro nobis, Domine.

CAPUT CXLV. ...233

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi & sanctissimi Episcopi Meletii ad Helladium, per quam rescripsit quod neque ipse ab eis quæ semel pie placita sunt absistet, neque credere justum esset his qui illa nuntiaverunt, dum per opera ipsa docuerint quod propter tempus a Procli sint suscitati fautoribus.

GRatias quidem tuæ sanctitati ago, Deo amicissime Domine mi, quod talis curæ participes nos adsciscere dignatus es. Ego vero ad ea quæ nunc scripta sunt hoc remando tantummodo, quod neque hunc qui [a] beatificat Maximianum, [b] qui nuper obiit, quippe a Cyrillo (&) eis (qui) ea quæ ejus sunt sentiunt, [c] ordinatus est, & qui eos pro impietate adversus veritatem quantumcunque potuit adjuvit, neque quemquam novi, quisquis sit, qui [d] Joannem vocet Episcopum, neque aliquid eorum quæ ab ipso dicuntur accipio; sed nec si angelus de cœlo, secundum beati Pauli præceptum, me persuadere voluerit. Nam si esset vere credendum quod idem vir Nestorium Deo amicissimum Episcopum haberet Episcopum, & Cyrilli deteriorisque ab eo Joannis communionem respueret ut diabolicam, nec tunc quidem per omnia inculpabile foret ejus ordinationem recipere, etsi multoties millies ante hoc schisma consecratus esse dicatur, eo quod omnino hæc omnia ex priori perturbatione & inordinabilitate, per quam cuncta dirupta & in invicem per partes incisa sunt, pendeant, nihilque ratum sit legitime apud eos. Forsan tamen nihil nobis nocere videretur injustitia illa quæ [e] in personam commissa ab aliis videretur quos a nostra omnino communione suspendimus. Nunc autem quomodo sane his credere poterimus testimonium ferentibus quod existat orthodoxus qui pium nominat & Joannem, & manifeste dicit quoddam decretum dirigendum esse per quod pii cogantur ejus approbare synodicum. Ego igitur, Deo amicissime Domine mi, non abscedo a priori sententia, neque patior conscientiam meam in quocunque decipere, etsi omnes se dediderint præsenti sæculi vanitati, propter eum qui me a principio adscivit, ut devotam Deo servare studeam conscientiam meam. Jam de reliquo quicquid voluerint agere contra nos, ipsorum sit hoc in tempore potestatis. Hoc solum rogo, ut consuetis orationibus tuis nobis cooperari digneris.

CA-

a *Beatificat*) quia nimirum Proclus Maximianum sanctæ memoriæ virum & beatissimum vocaverat in epistola synodica de ordinatione sua, cujus initium habetur infra cap. CL. b *Qui nuper obiit*) Hinc colligitur epistolam istam scriptam esse anno CCCCXXXIV. haud multo post mensem Aprilem, cum in ea agatur de Maximino Episcopo Constantinopolitano nuper mortuo & de Proclo in locum ejus ordinato. Maximianus enim obiit pridie Idus Apriles, & statim ei suffectus est Proclus, ut docet Socrates lib. 7. cap. 40. c *Ordinatus est*) Proclus. Vide supra cap. CXXIII. d *Joann. vocet Episcop.*) Vide supra cap. CXLI. e *In personam*) Nestorii.

A

CAPUT CXLVI. ...234

Epistola Theodoreti, *inquit*, Episcopi ad Alexandrum Deo amicissimum Episcopum, per quam significavit quod magnificentissimus (a) Comes Titus & sanctissimi monachi insurrexerint in eum per literas, tamquam qui debebat pacem communionemque amplecti Antiocheni Joannis.

MUltas per hos dies sustinui perturbationes multasque tristitias, quales nunquam, quarumque alias prætermittam. Venit admirandissimus atque clarissimus Tribunus Euricianus cum literis magnificentissimi & gloriosissimi Comitis Titi tam ad sanctos monachos scriptis quam ad Dominum [b] Jacobum & Dominum [c] Symeonem & Dominum [d] Baradatum & ad nos. Quæ literæ minas continebant ut si non acquiesceremus pacificari, mox, nobis projectis, ordinarent alios. Et quidem risi de minis. Pessime autem me sancti monachi afflixerunt, multa pro pace rogantes, ut culpantes. Dum vero irascens ego, & male accipiens ista, paratus essem & civitatem relinquere & provinciam & ad vitam monasticam confugere, afflicti promiserunt usque ad [e] Gindarum mecum discedere & Antiocheno suadere ut illuc adveniret mecumque loqueretur. Me autem dicente quod nisi [f] ejicerentur illi, impossibile esset fieri pacem, direxerunt tres Deo amicissimos Presbyteros & Archimandritas tam [g] ad eum quam ad magnificentissimum Comitem Titum, mandantes eis non esse justum ut viros sanctos, & qui suas provincias ornaverunt, sic injuste & inique projicerent. *Si quid enim tale fuerit gestum, perturbationem necesse est subsequi. Si igitur pacis curam geris, dignare venire ad Gindarum; & sumentes Episcopum nostrum, veniemus ad te.* Igitur necessarium duxi hæc ipsa tuæ innotescere sanctitati, ut eam nihil eorum quæ agimus lateat. Ire vero ad Antiochiam omnino interim recusavimus. Oret igitur sanctitas tua hoc quod Deo placeat dispensari & ea fieri quæ expediunt sanctis Ecclesiis.

CAPUT CXLVII. ...235

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Theodoretum, quam rescripsit ad hæc quæ ab illo sunt scripta, dirigens ei conditiones quasdam de ipso negotio.

TUa quidem sanctitas bene fecit in scripto nobis quæ nuper acta sunt indicare. Ex parte autem nobis hæc ipsa & opinio nuntiat, quæ super ea quæ dicuntur & ea quæ aguntur solet adjicere falsitatem. Veruntamen ego per gratiam Dei, quæ me nunc usque roboravit, spero quod nullius metuam minas, ut aut impio Cyrillo communicem aut orthodoxiæ proditoribus, qui & anathematizaverunt eam, & orthodoxum dejecerunt, ut ex hoc, quod ad ipsos attinet, clare ubique falsitas prædicetur. Nam quod crescat apud eos atque proficiat mali nominis hæresis, puto quod & ipsa quæ nunc a Constantinopoli scripta sunt tuam docuerint sanctitatem. Et in Antiochia vero non unus, nec duo, nec decem tantum de Hierapolitanis adfuerunt in Ecclesia, inter quos erat & Dominus meus Deo amicissimus Presbyter Maranas, quando & Macedon in majori hebdomada in cœmiterio & Antonius Chalcidis Episcopus in Ecclesia sancti Zachæi aperte Deopassianam hæresim prædicaverunt. Hæc scribere sum coactus, nimis ægre suscipiens, propter sanctorum monachorum contra nos curiositatem. Rogo igitur ut etiamsi omnes [h] mortuos ab initio mundi resuscitent, siquidem [i] quiescant, orent pro nobis. Si autem damnant nos, parcat illis Deus. Nec enim majoris auctoritatis sunt quam de cœlo angeli, & quam chorus ille Apostolorum, quos anathematizavit per Paulum Christus si quid præter evangelium Christi evangelizare præsumpserint. Si unquam vero contigerit ut alicui eorundem sanctissimorum monachorum tua sanctitas colloquatur, & super hoc moverint ipsi sermonem, suade illis ex me quia secundum veritatem, nec si mihi totum cœlorum regnum Joannes, cujus non est dominus, dederit, non autem dico [k] Rasaphas & alias hujus solitudinis civitates, ei communicare sustinebo, nisi prius

a *Comes Titus*) Implens locum magistri militiæ potestatis, ut legitur infra cap. CLXXXIII. seu Vicarius, ut in capite CLIV. scriptum est *loci servatoris*. Hujus rursum mentio est infra cap CLXXIII. CXC.

b *Jacobum*) Presbyterum & monachum magni nominis, cognomento Nisibenum, cujus encomium enarrat Theodoretus in capite 11. historiæ religiosæ, & ad quem extat epistola 28. ejusdem Theodoreti. Assentior enim Nicephoro Callisto, qui lib. 15. cap. 22 eum vocat Nisibenum, huc adductus, ut opinor, auctoritate codicis encyclii, ubi inter nomina eorum ad quos Leo Imp. scripsit in causa Timothei Æluri Episcopi Alexandrini, recensentur Jacobus monachus Nisibenus, Symeon monachus, & Varadatus monachus, illi ipsi nimirum qui in ista quoque epistola nominantur, & eo quidem prorsus ordine. Vide Evagrium lib. 2. cap. 9.

c *Symeonem*) cognomento styliten, de quo pluribus actum est supra cap. LII. Vide Theodoretum cap. 26. historiæ religiosæ. d *Baradatum*) Recensetur, ut dixi, in indiculo eorum ad quos Imperator Leo scripsit de discidio Ecclesiæ Alexandrinæ, sed pro Baradato Baradocus vocatur in antiquis exemplaribus Ecclesiæ Bellovacensis & monasterii Corbejensis. Apud Theophanem, ut quidem editus est, vocatur Barda, itemque apud Anastasium Bibliothecarium in historia ecclesiastica. Qui error irrepsit ex divisione syllabarum. Nam pro eo quod editum est Βάρδα τῷ μοναχῷ legendum est Βαρδατῷ, uti etiam legitur in codice 5091. bibliothecæ Colbertinæ. Rescripsit autem ipse ad Leonem Imperatorem. e *Gindarum*) civitatem Seleucidis, cujus meminit Ptolemæus lib. 5. eamque locat prope Gephyra. In tabula Peutingeriana Gendarus ponitur inter Gephyra & Cyrrum hoc modo:

Ab Antiochia Gephyra M. P. XXII.
A Gephyris Gendarum M. P. XXII.
A Gendaro Cyrrum M. P. XXXVI.

Itaque Gindarus erat posita medio fere spatio inter Antiochiam & Cyrrum. f *Ejicerentur*) id est, monachi, non quod eorum expulsionem peteret Theodoretus, sed quia videbat non aliter pacem amplexurum Joannem quam si illi ejicerentur. g *Ad eum*) Joannem Antiochenum. h *Mortuos*) Ex hoc loco conjecit Lupus aliquos mortuos a monachis illis, quos suspicatur eos tres fuisse qui in superiore epistola nominantur, resuscitatos fuisse. Verum alius opinor sensus est hujus loci, nimirum non deserturum se evangelium Christi, etiamsi omnes qui ab initio mundi mortui sunt, ad vitam reducerentur & aliam fidem prædicarent. Vide infra cap. CLXVII. i *Quiescant*) id est, ut ego arbitror, acquiescant, nobiscum sentiant in causa fidei.

k *Rasaphas*) Sita erat hæc civitas in Palmyrene regione inter Chollen & Suren, ut docet tabula Peutingeriana. Rhesapha prope Chelleu locat etiam Ptolemæus lib. 5.

prius correcta fuerint consequenter illa quæ per orbem terrarum sunt operata hoc fidei naufragium. Memor enim sum dicentis: *Quia neque altitudo, neque profundum, neque præsentia, neque futura, neque alia creatura poterit nos separare a caritate quæ est in Christo Jesu Domino nostro*. Et gratias ago Deo quod cum illis sunt & synodi & sedes & regna & judices, nobiscum vero Dominus Deus & munda atque intemerata fides in eum. Et per sanctas orationes tuas, quia nisi me timor Dei retineret, non expectarem violentiam per sæculi potestates inferendam. Sed ne Christi gregem videar prodidisse, necessitatem sustineo. Sciens igitur sanctitas tua propositum meum, si ei id placuerit, & [a] Antiochiam introire non renuat, & quicquid novit aliud agere. Ego enim quæ a principio definivi, in ipsis permaneo. Quia vero non sim contentiose dispositus, sed habeam piæ condescensionis affectum, & eam grate suscipiam, & hæ quas nunc direxi chartas tuæ satisfacient sanctitati.

Satis ostendit beati Theodoreti subjecta responsio, si tamen vere has ejus esse approbemus epistolas, cum reverentia & affectu Archiepiscopi tunc sui hujus Alexandri, & adversitate beati Joannis Episcopi, & voluntate omnes secum pariter uniendi, non vero Nestoriani erroris assensu, ad universalem pacem tardius accessisse; quippe qui & unitive beati Cyrilli epistola fidem, quam tantopere nititur impugnare Nestorius, perseverantissime ab initio approbavit, & prætulit duorum Episcoporum causæ, dejectionis Nestorii, & anathematismo dogmatis ejus. Et nunc ad hæc ad omnes illius conditiones Alexandrum Episcopum suum conatur adducere. Et postea hoc per multas cum singulis efficacissime egit epistolas, ut omnes ad unitionem perduceret. Quod & in cunctis, eo suadente, paucissimis exceptis, suo studio, annuente Dei gratia, adimplevit. Unde & magnas inimicitias sustinuit eorum qui usque ad finem suo errori pertinaciter adhæserunt.

CAPUT CXLVIII. ...236

(b) Epistola, *inquit Irenæus*, ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam (Theodoretus) rescripsit significans ei quod legerit directas sibi conditiones, & unam tanquam minus se bene habentem (non) probaverit.

LEgens tuæ sanctitatis epistolam, inspiciens vero & tria exemplaria, magis illud sine nomine approbavi. Duorum namque priorum unum quidem simplex erat, alterum vero intemperate ardens. Bene autem se habens mihi illud est visum, quia & condescensionem cum mensura habuit & [c] acribiam laudabilem. Continebat enim ut intenderemus in illa [d] synodica, & quæreremus si superfluum nihil haberent & rectæ fidei consonarent, nullumque haberent assensum ad ea quæ Ephesi male sunt gesta, & susciperentur pro Ecclesiæ pace, alioquin omni modo fugiantur atque refutentur. Dignetur igitur sanctitas tua ut si [e] ab oriente redierint qui hæc ipsa deportant, inspicias & quæras, & nobis quod verum sit innotescat. Ego enim murmur audivi quod is qui nunc obtinuit sedem, orthodoxe docet. Et docuit vero me hoc per literas clare Dominus meus sanctissimus & Deo amicissimus Episcopus [f] Helladius. Et eorum quæ mihi ab eo scripta sunt tuæ sanctitati rescripta transmisi. Direxit vero mihi & exemplar epistolæ Domini mei sanctissimi & Deo amicissimi Episcopi [g] Eutherii, eandem virtutem continens. Rogo igitur sanctitatem tuam ut legens hæc, sicut de recta fide, sic & de Ecclesiarum cogites pace, quæ secundum veritatem nimis commoventur, & facti sumus universo populo ridiculum. Si autem tuæ sanctitati videtur ut conditiones Antiocheni pro pace suscipiamus Ecclesiæ, ut exclusis his qui ab eo inique sunt ordinati, foris ab Antiochia colloquamur, & hoc facies sicut tuam decet religiositatem. [h] Non autem tuam lateat sanctitatem quia & ego Antiocheni ad piissimum Principem literas legens, valde anima mea dolui: quia evidenter novi quod scriptor ejus, idem sentiens, absque judicio & justitia condemnavit eum qui [i] nihil noviter (a) ejus doctrinam docuit. Anathematismus vero illic insertus sufficiens est quidem plus & ab ipso dejectionis assensu perturbare legentem. Veruntamen non indefinite, sed cum quadam determinatione positus modicam quandam præbet consolationem. Non enim dixit, *Anathematizamus ejus doctrinam*, sed *quæcunque ab eo aliene sive quocunque modo dicta vel sensa sunt præter apostolicam doctrinam*. Ego quidem præsumpsi rogare. Tuæ vero sit sapientiæ & pertractare quod expedit, & non irasci, sed intentionem nostram perquirere.

CAPUT CXLIX. ...237

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri, quam denuo rescripsit Deo amicissimo Theodoreto, dirigens ei & (k) proœmium synodicorum Procli.

NON ignorat sanctitas tua quid sit quod me a communione Antiocheni a principio sequestravit. Scit hoc & oriens & occidens, & septentrio atque meridies. Et nullus mihi eorum sermo est, quia aut vituperent, aut accusent me, aut mihi contumelias ingerant. Semovit autem me non ordinationum turba, per quas iniqui viri promoventur, & illis Dei præponuntur altaribus quæ [l] ad Antiochenum minime pertinent, sed proditio fidei

---

a *Antiochiam*) Non solum ergo Theodoretum orat Alexander accedere Gindarum, sed etiam, si necesse fuerit, Antiochiam usque proficisci. b *Epistola*) Apud Mercatorem habet hunc titulum. *Ejusdem Theodoreti ad eundem Alexandrum postea quam rescivit Joannem Antiochenum Episcopum anathematizasse dogma Nestorii.*

c *Acribiam*) diligentiam. Vide supra. d *Synodica*) Assentior Lupo, qui hoc intelligi putat synodicas Procli literas de ordinatione sua, quam conjecturam confirmat sequens epistola. e *Ab oriente*) non ab Antiochia sive orientali diœcesi, ut Lupus existimavit, sed a Constantinopoli, quod sequentia probant, *et qui nunc obtinuit sedem*. f *Helladius*) Tharsensis. g *Eutherii*) Thyanensis. h *Non autem*) Hæc postrema pars istius epistolæ extat apud Marium Mercatorem. i *Nihil noviter*) Hæc obscura sunt. Melius apud Mercatorem. *nihil præter doctrinam sanam novit aliquid & docuit.* k *Proœmium*) Extat infra cap. CL. Porro invidiam propterea adversus Theodoretum concitatam fuisse a Dioscoro Alexandrino quod adhæsisset his synodicis Procli docet ipse in epistola 86. ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum. l *Ad Antiochenum*) qui illicitas ordinationes fecerat in Euphratesia, ut dictum est supra cap. CXXVIII.

(a) Codex legit: *noviter propter ejus*.

dei, & communio [a] hæretici, depositi quidem prius a fere ducentis Episcopis, cedente vero nunc ei communionem Joanne & Paulo. Et hanc constantiam & habui & habebo, confortante me Deo, ut nulli eorum communicem qui communicant Cyrillo non excutienti & anathematizanti in scriptis impia sua capitula. Et si [b] hic qui nunc communicat ei dicatur orthodoxus, & vel nunc ab orthodoxis ordinatus, vel ante confusionem & iniquitatem quæ Ephesi facta est consecratus, etsi ipse multis millibus vicibus anathematizet impia Cyrilli capitula, non vero etiam communionem Cyrilli confutet, quicunque talis est, meus communicator esse vel dici non poterit. Quæ autem subinde cognovi, & quæ agnovero, aut per verbum, sicut coram Domino a dignis fide viris, aut per literas, vel quæ sit confusio prædicationis in Ecclesia Constantinopolitana, vel quæ virtus exinde allatorum synodicorum, vel quæ corruptio quorundam nostræ provinciæ Episcoporum, qui Antiocheno adjunguntur, & in omnibus circumferuntur cum Ægyptio, scribere superfluum duco, unam habens intentionem, quam & cuncti qui nos sciunt noverunt, ut habeam constantiam pro sana fide, & fugiam hæreticam communionem. Veruntamen prædictorum synodicorum procemium studiose transcribens, quippe ut quod mihi sat est ad satisfactionem causæ præsentis, exemplar ejus tuæ religiositati direxi. Memor enim sum & eorum quæ paulo ante mihi a tua sanctitate mandata sunt, quam ea testificari pro me arbitror quod hoc fuerit plane propositum meum, Deo, nisi fallor, illuminante mentem meam, talemque satisfactionem condente in ea ut neque tribulatio neque angustia neque persecutio neque fames neque nuditas neque periculum neque gladius separet nos a sana fide, ut tempori potius quam pietati militemus.

CAPUT CL. 238

Initium synodicæ [c] Ecclesiæ de Proclo facta.

NON minus quam quandolibet, etiam nunc opportune ostendit gratia Dei suam manifestissime bonitatem contra malitiæ magnitudinem, Ecclesiæque ægritudinem virtute clementi resistens, & dum grave profundum metueretur, veloci efficacique medicamine curans, & futurum periculum admirabili & insperato quodam salvationis modo præveniens. Quoniam quidem multa medio tempore tempestas tenuit seditiosorum, qui ex corruptificis seminibus doctrinæ Nestorii surrexerunt, & insistebant, dum pro sanctissima Ecclesia in medium staret sanctæ memoriæ Maximianus, qui omni quidem diligentia usus est ad hujus mali peremptionem, nec tamen sufficit hanc malam plantationem eradicare. Igitur dum subito idem beatissimus a præsenti vita migrasset, tamquam facultatem præsumptionis susciperent qui hanc parturiebant seditionem, neque in occulto habere neque absconditam nequitiam suam continere dignati sunt, sed coacervatæ multitudines in multis partibus civitatis Nestorium publico clamore reposcebant, & urbi pericula Ecclesiæque minabantur incendium; & certe ista etiam sub illo beatæ memoriæ huic repugnante languori.

CAPUT CLI. 239

Epistola, *inquit*, Theodoreti ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrium, quam scripsit indicans quod multa oportet cogitare de pace; & maxime quia certi essent qui thronis eorum insidiarentur.

PRæstitit gratia Dei regressum Domini mei reverentissimi & Deo amicissimi Donati Presbyteri & Acacii Diaconi, & ab illa qua defruebamur consumebamurque cura liberavit. Quæ vero sit eorum [d] qui sursum sunt intentio ex allatis ab eo literis tua sanctitas noscet. Omnes enim vel in quocunque nobis ferre adjutorium desistentes, pro pace nobis consilia obtulerunt. Qui vero valde sunt [e] zelotæ, verentes hoc pessimum tempus, nec literis nos dignos esse duxerunt. Integrius vero hæc addiscet sanctitas tua a prædictis Deo amicissimis viris. Quæ agnoscens rogo ut quod Ecclesiis expedit, in commune cogitetis. Instantia enim nostra, ut video, ad nihil suave proficiet, sed perturbationes Ecclesiis & populos, qui [f] pascuntur a nobis, lupis cruda vorantibus tradet. Claret enim quod exitus nostros intendunt, & erunt producendi pro nobis. Et timor est ne pro hac nimia acribia pœnas Deo solvamus, ea quæ nostra sunt intendentes, & non considerantes quod populis expedit. Omnia ergo pensans & librans sapientia tua, & lucrum lucro & damnum damno contraponens, eligat majus lucrum & minus damnum. Sic enim & Deo, ut puto, placebimus, & conscientiam minime vulnerabimus, & eis qui ubique in nos adspiciunt proderimus, & commissos nobis populos non perdemus. Sufficiens vero est dominator omnium Deus & sanctarum gubernator Ecclesiarum quid agi debeat per tuas nobis orationes ostendere & ab his multis ac pessimis nos voluminibus liberare & modicam nobis serenitatem tranquillitatemque donare.

a *Hæretici*) Cyrilli Alexandrini. Vide supra cap. CXXIX. b *Hic qui nunc*) Proclus Episcopus CP.
c *Ecclesiæ*) Legendum *epistolæ*, ut & sensus ipse docet & superior epistola.
d *Qui sursum sunt*) id est, ni fallor, qui in regia urbe & in sacro comitatu degunt, quod etiam confirmari potest ex initio capitis CLIII.
e *Zelotæ*) id est, studiosi, amici. Suprà cap. XX. in titulo: *ad quendam zelotem*. Cap. II. *non cedentes de reliquo illis qui ex occasione pietatis zelotas ac studiosos nostri se ipsos desiderant*. Ait ergo Theodoretus, etiam amicos orientalium abstinuisse a scribendo, quia timebant ne litteræ ipsorum inciderent in manus adversariorum. Postea tamen Parthenius monachus rescripsit infra cap. CLIII.
f *Pascuntur*) Sic nos emendavimus pro eo quod a typographis perperam positum erat *pascuerunt*.

CAPUT CLII. ...240

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Theodoretum, quam rescripsit rogans quidem non sibi de eisdem fieri importunitatem, dirigens vero ei literas a Constantinopoli Deo amicissimi monachi Parthenii.

DUm sæpe tuæ scripserim sanctitati de his, superfluum puto eadem de eisdem rescribere. Rogo igitur religiositatem tuam legere epistolas quas tibi ante transmisi, & non mihi existere importunum. Vivit enim Dominus Deus, lucrum conferens lucro præfero ante omnia desiderium Dei & regnum cœlorum honori & gloriæ sæculi hujus. Et damnum damno comparans, approbo magis eam quæ hic est expulsionem & exilium & temporalem mortem & opprobrium hominum & irrisiones æterno tormento. Non vero miretur religiositas tua quod tu quidem scribas illa, quia Cyrillum putas orthodoxum, ego vero ista, quia Cyrillum habeo hæreticum ab omnibus. [a] Quando (*a*) expellebantur temporibus nostris beatissimi Episcopi, ut pauca de pluribus dicam, [b] Meletius, [c] Eusebius, [d] Bartes, [e] & reliqui omnes, sciebat hæc Deus, & præ omnibus pro Ecclesia cogitabat; & rationem non exegit ab eis qui idcirco propulsi sunt, quare non communicantes hæreticis permanserunt in Ecclesiis suis. Et ideo, confortante me Deo, paratus sum cum omni satisfactione & coram Principibus & præsidentibus & coram synodis de sola nostra spe fiducialiter agere, & omnia, si Deus permiserit, sustinere. Quicquid ergo tua sanctitas novit expedire Dei Ecclesiæ quæ tibi commissa est, id agat. Meam namque sententiam novit Deo amabilitas tua. Veruntamen ea quæ mihi sunt scripta a Deo amicissimo presbytero & Archimandrita servo Dei Parthenio religiositati tuæ (transmitto,) hoc necessarium putans.

CAPUT CLIII. ...241

Epistola, *inquit*, Parthenii Presbyteri & Archimandritæ ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrinum.

SCripsit mihi sanctitas tua quia diminutum sit tuæ sanctitatis gaudium, eo quod ego de his quæ transierunt inter hos dies tuæ religiositati non scripserim, quasi nos remissiores utique fuerimus effecti. Hoc ergo cognoscat sanctitas tua; quia quælibet insurgat tribulatio contra nos, sicut & multæ per dies singulos excitantur, quas & tacemus, ne arroganter fingere aliquid videamur, non nos evertunt a recta confessione quam tenemus in Christo; & quod ita dispositi sumus, ipse Dominus vobis innotescet. Sicut enim qui quotidie incipit pati, sic stamus, scientes quod & mercedis retributor finem cujusque sustineat: quia non inchoare tantummodo unumquemque apud eum, sed & perficere facit esse laudabilem. Quod & tua nos sanctitas sæpe edocuit cum sanctissimo illo & Deo honorabili Archiepiscopo nostro & teste Christi Domino Nestorio. Scito, Domine mi, quod hi qui hic sunt, proficiunt magis in reprobam mentem, nunc quidem impassibile id quod divinum est prædicantes, nunc autem velut ex pœnitentia aut oblivione evertunt id quod paulo ante dixerunt, & dispensationem denegantes, prædicant phantasiam. Et omnia omnibus & dicere licet & facere. Et sicut scriptum est: *Labia nostra a nobis sunt. Quis noster Dominus est*. Volunt autem & nos sibi communicare ad hominum deceptionem. De credulitate autem dicunt: *Habe qualem vis fidem, tantum communica nobis*. Sed absit ut nos a veritate alieni esse patiamur usque ad vitam & mortem. Veritas vero est confiteri Dominum nostrum Christum filium Dei vivi, Deum perfectum, hominemque perfectum. Et damus passiones quidem humanitati Christi, divinitati vero miracula, unum Christum, unum Dominum prædicantes, qui descendit, passus est secundum carnem, venturus in gloria patris judicare vivos & mortuos. Hanc tenemus fidem, quam & a vestra sanctitate didicimus, & in ipsa persistimus, & ab hac confessione usque ad vitam & mortem nullus nos poterit separare. Constantia enim sanctitatis tuæ circa veritatem clausit omnibus os, & excitavit etiam dormientes. In uno enim climate orientis existens usque ad occidentem & ultra perlucens, clarior conspiceris a sole visibili, illa qua Christum diligis caritate. Dignare vero orare pro nobis, & bonum nuntium de optabili tuæ sanctitatis incolumitate præstare.

CAPUT CLIV. ...242

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Acilinum Barbaliss. Episcopum, qui indicaverat ei quod multam instantiam sustineret magnificentissimi (f) loci servatoris Titi his qui sunt in castro mandan-

---

a *Quando expell.*) Lupus, qui hic legit *expellebant*, putavit quædam verba hic deesse & hinc nasci obscuritatem. Legendum est *expellebantur*, uti nos repositimus, & constat sensus. Tum aliter interpungendus hic locus quam in editione Lupi. b *Meletius*) Episcopus Antiochenus, a Constantio primum, dein a Juliano, tertio a Valente pulsus in exilium, ut est apud Baronium. Fallitur ergo Lupus, qui censet hic agi de Meletio Episcopo Mopsuestiæ.

c *Eusebius*) Episcopus Samosatenus, in Thraciam pulsus anno CCCLXX. ut ostendit idem Baronius ex Theodoreto lib. 4. hist. eccles. c. 13. d *Bartes*) Episcopus Edessenus, pulsus in insulam Aradum, dein in Oxyrinchum oppidum Ægypti relegatus anno CCCLXXI. Vide eundem Baronium. e *Et reliqui*) Horum quosdam relegatos fuisse Diocæsaream colligi potest ex Facundo lib. 4. cap. 2. & lib. 11. cap. 2.

f *Loci Servatoris*) id est, Vicarii, ut legitur infra cap. CLXXXIV. Orientem regebat magister militiæ Dionysius, ut in capite CLXXVI. scriptum est. Hujus locum in provincia Euphratesia implebat, ut cap. CLXXXIII. dicitur, Flavius Titus Comes Domesticorum. Flavius vero Lybianus erat Præses ejusdem provinciæ. Præfidalis officii Euphratensis mentio est in Codice Theodos. *l. 2. De venat. ferar.* Utar autem hac occasione ut emendem insigne mendum typographicum quod irrepsit in Concilium Lateranense Martini Papæ tomo sexto Conciliorum ubi pro *loci servatoriam sedis Hierosolymitanæ arripiens*, ut vere habent omnes alia editiones & vetus codex Ecclesiæ Bellovacensis, *loci servatam* editum est, quod interpres Græcus ita vertit: τῆς τοποτηρησίας τῆς ἁγίας Ἱεροσολύμων Θρόνου λαβών. In Concilio sexto, ubicunque τοποτηρητὴς nomen positum est, editiones Latinæ habent *vicarii* aut *locum tenentis*, sed optimus & antiquissimus codex Ecclesiæ Bellovacensis legit *locum servantis* aut *servatoris*. Res aliquot exemplis probanda est. Initio actionis decimæ: *Anastasio glorioso Exconsule patricio & locum agente Comitis, imperialis ex cubiculo*. Vetus codex, *loci servatore* pro *servatore* per errorem librarii. Nam paulo post ita scriptum est: *Theodoro Presbytero & locum agente Archiepiscopi Ravennæ*. Idem vetus codex, *loci servatore*. Actione XIII. *Petro Presbytero locum servante sedis Alexandriæ*. Idem codex, *loci servatore*. Sunt plura alia exempla ejusmodi. Sed ista sufficiunt.

(*a*) Reipsa in Cod. legitur: *expellebantur*.

dantis ut aut præparent eum introire ad Antiochenum, aut de eodem (a) castro propellerent.

UT eadem scribam, mihi quidem segnities non est, tuæ autem religiositati est munimen. Sciens ergo sanctitas tua quia & permansionis & exitui tui rationem redditura est Domino Christo, id faciat quod cum tractatu & deliberatione perspexerit. Hanc epistolam vero scripsi, non quod mihi displiceat tuæ sanctitatis actio, absit, sed potius ut quæ me muniunt dispensarem. Si vero illa etiam nunc firma sunt quæ prius indicaveras, quæso ut minime contristeris. Juxta Apostolum namque dicendum est, *Non sunt condignæ hujus temporis passiones ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis*, & *quia nobis donatum est, non solum ut in eum credamus, sed & patiamur pro eo*. Ego vero hoc scribo, quod & præsente religiositate tua crebro dicebam, quia duæ me causæ ab omni ambiguitate perliberant, quod mihi conscius non sim esse me militiæ desertorem & Christi ovium relictorem, ut aut imperiali necessitate compellar, aut ab universo consonanter meo grege repudier. Quæso igitur ut hæc ipsa apud te etiam ipse confirmes, & aut publicam necessitatem aut refutationem tui castri sustineas.

CAPUT CLV. 243

Epistola, *Inquit*, Meletii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit cognoscens quod post introitum Deo amicissimi Episcopi Theodoreti in Antiochiam commoti Cilices de rebus propositis diverse tractarent.

CLare Deus tuæ revelat sanctitati & nonnulli abscondere volunt quod omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi. Ego autem promissionibus credens eorum qui hæc a tua percunctati sunt sanctitate, id est, utrumne oporteret scribere, an minime. Erant enim nimii, ut & esse videntur, pro pietate omnia gerere promittentes. Sic præsumpsi tuæ pridem scribere sanctitati ut minime pigritares usque ad nos iter assumere. Nescio autem quomodo contra verba propria venientes, in rebus alio tempore alias nobis formas ostendunt perturbationemque animæ, id est, in his quæ eis ex necessitate placuerant, quippe per ista monstrantes, & nunc quidem ista interrogantes, nunc vero alia proponentes, (quia) nullam stabilitatem suæ sententiæ habent; sicut de illis animalibus fertur quod in adspectu cernentium colorum varietates subito mutent. Et videtur mihi quod eos tædeat quod & usque ad præsens simulationem servaverint, & non primi aliorum diabolo semetipsos addiderint. Sed quidem quid alii velint nos satagere non oportet. Nam & prius mandantes si oportet dirigi eas quæ dicuntur benedictiones, an non, & ex mea sententia cognoscentes non modo eas dirigi non debere, sed nec ab eis suscipi litteras, omnia contraria peregerunt. De me autem noveris, Deo amicissime Domine mi, quod ex quo cognovi factam cum impio Cyrillo conjunctionem ab Antiocheno, semel tantum per magistrianum literas ejus accepi; quas & in latoris faciem jeci, ita ut nec ipse præsumeret a nobis reciprocas poscere, neque ille nobis ulterius scripta transmitteret. Omnem quæ cum tua religiositate est in Christo fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimum salutamus.

CAPUT CLVI. 244

Epistola, *Inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Deo amicissimum Episcopum Meletium quam scripsit, eum quidem approbans pro tali constantia, reliquorum vero inconstantiam reprobans, & indicans persecutionem factam Deo amicissimo Episcopo Acilino.

QUia Cilices, paucis exceptis, semper & calidi & tepidi fuerint, ut non dicam, frigidi & sublimes & humiles, quales etiam nunc inventi sunt apud nos, tuam non latuit sanctitatem, quæ & meam de his sententiam novit. Semper enim, dum ad eos scriberem, in tuæ sanctitatis judicio posui utrum hæc eadem dirigerentur, an non. Habemus vero etiam nunc, per gratiam Dei, eandem de Cilicibus consolationem sicut & prius habuimus, hoc est, divinitus datam constantiam & invincibilem zelum sanæ fidei, tuam sanctitatem. Suffecit enim Deo & unus quando submersit orbem generale naufragium, & tres in Babylone quando per terrorem fornacis accensæ omnes idolo servierunt. Rogo igitur sanctitatem tuam ne refutes sæpius nos ad præsens instigare certamen. Ecce enim clare videmus illud Isaiæ impleri Prophetæ, quod ait: *Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt*. Et. *Non est judicium in viis eorum. Semitæ namque eorum per quas ambulant perversæ sunt, & nesciunt pacem. Ideo judicium recessit ab eis*. Et beati ac ter beati qui oppugnantur a talibus per Ecclesiam malignantibus. Quapropter beatifico nunc Dominum meum Deo amicissimum Episcopum [b] Acilinum, a Barbalisso ab eis expulsum, qui pariter [c] est nobiscum, & olim coronas emeruit. Sole enim clarius fere ab incunabulis conversatus est, nunc vero per calumnias & factiones a sua abjectus Ecclesia per magnificentissimum [d] loci servatorem atque fortissimum. Sed ora quæso & pro hoc ipso qui me rogavit id scribere, & pro constantia, ut Dei voluntatis signaculo roboretur.

a *Castro*) Hinc collegit Lupus Episcopum fuisse positum Barbalissi contra canones, non animadvertens multa esse loca episcopalia in notitiis quæ castra erant; in Mesopotamia superiore, castrum Turandios, castrum Lornes, castrum Isphrios, & multa alia; in secunda Armenia, castrum Marticertum, castrum Polios, castrum Bajulvos, castrum Ardon; in Africa, castellum Medianum, castellum Jabaritanum, castellum Tatroportense, castellum Titulianum, castellum Ripense, castellum Minoritanum; in Gallia, castrum Cabilonense, castrum Matisconense, castrum Vindonissense, castrum Ebredunense, castrum Rauracense, castrum Ucetiense. Prætermitto Italiam & cæteras provincias, quæ multas sedes episcopales habuerunt in castris. Sufficiunt enim hæc exempla.

b *Acilinum*) Vide supra cap. CXXVIII. & infra cap. CXC.

c *Est nobiscum*) Lupus ex his verbis collegit Acilinum ejectum a Tiro confugisse ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum. Sane paulo post dicit Alexander rogatum se ab illo fuisse ut istam epistolam scriberet.

d *Loci servatorem*) Id est, Vicarium Titum. Vide supra cap. CLIV.

CAPUT CLVII. ...245

Epistola, inquit, Hesychii Castabalensis Episcopi ad Episcopum Meletium, indicans quod persuaso Antiocheno ut in literis nihil superfluum poneretur, id est, de Nestorii depositione, personæ communicaverint hi qui erant ex secunda Cilicia.

Sicut illic de præsenti tuæ religiositati promiseram quæ in causa contigerint nuntiare, studui per has litteras id implere. Convenit igitur per gratiam Dei Christi ut his quæ in illa epistola superflue legebantur exclusis, suscipiantur illa quæ bene & apostolice dicta sunt a Domino meo per omnia Deo amicissimo & sanctissimo Joanne; ut & sanctitate ejus perfeci, ut per has nuntiemus & quæ sint quibus assensimus, & quæ a quibus abstinemus. Sciet autem subtiliter sanctitas tua ex his quas ad eum dictavimus literis, quarum destinavi rescriptum. Et dignare quæso, quod tamen non ut ministrans consilium scribo, sed ut commemorans, sic de hac causa tractare sicut a sancto ac beato Domino illo nostro nutritus, ut modis omnibus maneat indisruptum corpus Ecclesiæ Domini Christi.

CAPUT CLVIII. ...246

Velut ut anagnosticum, inquit, Deo amicissimi Episcopi Meletii ad Maximinum Episcopum Anazarbi.

Hi quidem qui scripserunt qua intentione scripserint non habeo dicere; sed illud novi, quod nos ad impia manifeste invitent. Namque præbendo consilium ut ne Ecclesias obtineant hæretici, nos eas potius Joanni communicando teneamus, quid est aliud dicere nisi: Ne alii hæretici futuri sint, vos potius esse hæretici festinate? Claret enim quod qui his communicare delegerit qui omnes hæreses incongruitate vicerunt, unus eorum ipse quoque sua communione reddatur. Sicut enim qui adhæret Domino, unus est spiritus, sic & qui adhæret hæreticis, unus est spiritus. Nam quid est aliud cum talibus una communio nisi ad eos conjunctio per animæ affectum? Quare de his proprie fortasse dicetur quod qui eis adhæserit, unus sit spiritus. Hæc autem clarius indicavit humilitati meæ Deo amicissimus Episcopus Helladius per literas quæ mihi sunt redditæ tertia sabbathi, meridie; quas etiam mandare tuæ disposueram sanctitati, nisi lector cum tuo, ad quod respondeo, anagnostico pervenisset. Illi autem rescripsi quod per gratiam Dei nec noverim illos qui semper quidem contra nos synodos facere meditantur, sunt vero a semetipsis depositi, nec reputo eos ullatenus. Qui enim sunt illi qui nos ad synodum provocent? quos oportebat, si tamen justitia servaretur a nobis, ad judicium provocari, & eorum quæ ab ipsis inique & insane sunt præsumpta reddere rationes. Igitur nec respondebo ullatenus ei quem direxerint, si tamen revera venerit aliquis, sed ad directores suos inhonoratum remittam. Si vero habere visi fuerint Principis nutum, tunc credens ex permissione Dei esse hanc rem, & per has tentationes bonam circa se devotionem monstrare, abscedam potius ab Ecclesia ista, opere docens per gratiam Dei quemque volentium ut barathrum perditionis effugiant, quam patiar communicando eis in hac Ecclesia permanere & memetipsum omnibus prodere. Quæ ad tuam sanctitatem nunc a me dicenda provideo super contestatione Clericorum. Ridiculum namque est, sicut illi non trahuntur ad curiam, ego meam fallacem conscientiam coram Deo, & perdam & me & populum quem mihi commisit, dum me illi sequi debeant, si bene præfuero, & sicut dux fuerit Dominus Christus. Manifestum vero est quia eum qui pro pietate certat non solum nihil metuere oporteret; sed & ad sustinendum dira omnia esse tota devotione præparatum, ne perdat pretiosissimam margaritam. Me vero confortante Deo, de Ecclesia mea exiero. Si ita contigerit, non solum mancipem nominent, sed & si quid est pejus, & quicquid aliis vilius. Si autem volunt, & ad forum purgandum me deputent, ut manibus meis plateæ pulverem mundem, sicut in judicum fieri solet adventu. Si vero & his est aliquid deterius, ad aliud adjudicent. Nam cujus votum est pro conscientia Christo devincta & per custodias expendi & per omnem tormentorum speciem trahi usque ad ultimum spiritum, huic quid de omnibus ceteris pertinebit? Pro qua re mihi eveniet tuæ sanctitatis orationibus ab Ecclesia, si hoc Deo videtur, & si tempus restat, abscedere, opere cunctis qui mihi commissi sunt demonstrante quomodo sit ab eis perditorum fugiendus assensus. Si vero aliquis me sequi voluerit, lucrabitur semetipsum. Alioquin ego quod facere debui faciam, si me dignatus fuerit Dominus Deus. Credo autem quod dignetur pro sua clementia. Quid autem mea interest utrum multi an pauci sint mei consortes. Nam siquidem Antiochenus institerit, non contristat, etiamsi nullus adjutor sit. Si vero imperiale præceptum necessitatem simul intulerit, nihil proderunt solatia plurimorum. Quippe qui & absque hoc, si a me non perditus fuero, nec sic quidem aliquid mihi pertinet propter Christum, cui commisi spes meas; excepto quod infelicium perditionem potero lamentari, quia non oro ex ipsorum perditione lucrari. Verumtamen Dominus Macarius, sicut scimus, ex quo ejus agnovit miseriam, nec scripsit ei, nec fecit ut de Episcopo mentionem. Quod si eum minime deposuit, non tamen idcirco ei communicare dicendus est. Non enim potuit synodum facere contra eum. Quod autem ad se attinet, fecit, ab eo se animo separando, qui ulterius nec scripsit ad eum, nec eum nominavit Episcopum, imo & e contrario in collocutionibus amarissime ejus faciens mentionem. Nam nec nos nunc Cyrillum & Joannem ab Ecclesia fecimus alienos, sed non ob hoc communicare eis credendi ullatenus sumus donec illorum perditionem nostris animis inducamus. Et quidem miseriæ meæ per gratiam Dei ista voluntas est. Si vero Joannes anathematizaverit ista capitula, cumque eis Cyrillum, qui ea exposuit, & agit pro eis, & non subscripserit ordinationem Procli, per hoc utcunque compensans ea quæ contra Deo amicissimum Episco-

a Ut & sanc.) Locus corruptus

scopum Nestorium inique præsumpsit. Etenim A Proclus amplectitur procul dubio Cyrilli & Joannis communionem. Unde & de ea quæ dicitur ejus confirmatione synodicam utrisque transmisit. Si ergo Joannes hæc fecerit, & Deo amicissimum Nestorium Episcopum fuerit se habere confessus, non dictum tantummodo, sed ut eum in Ecclesiam introducat, & cum eo sedeat, tunc cum nostra ipsorum securitate seu munitione amplectemur ejus communionem. Præter hæc autem decies millies ab Ecclesia pelli exorem & per universa mortis genera transire quam communionem ejus amplecti, etiamsi nullus e clero vel populo hanc beatam viam carpentem me sequi voluerit.

CAPUT CLIX. 247

Epistola, *inquit*, Maximini & eorum qui erant ex secunda Cilicia ad Antiochenum de communione. Et de capitulis fecit ut hæreticis mentionem.

SUscipientes tuæ sanctitatis literas per Dominum admirandissimum Comitem Neoterium, omnino delectati sumus super expositione fidei sanctitatis tuæ, quomodo prius sanctorum beatorumque patrum qui Nicææ convenerunt tua sanctitas fecerit mentionem, deinde illorum sanctorum proposuerit nomina qui semper claritate rectæ fidei micuerunt & pro pietate fortiter decertando coronati sunt. Hæc clarificaverunt animas nostras, hæc corda nostra festivitate repleverunt. Nihilominus vero anathematismi contra omnis contaminationis & impietatis Apollinarium & abominandissimas expositiones ejus nos supergaudere fecerunt. Et oramus ut sanctum tuum caput donetur nobis longissimo tempore perpetuo hæc exponens simul & admonens. Quæ enim præterita vel scripta vel dicta sunt, aliena ducimus a sanctorum beatorumque patrum fide. Expositioni vero tuæ sanctitatis orthodoxæ existenti & satis clare prædicanti piam fidem acquiescimus. Et non nos dijudicet religiositas tua, eo quod hactenus ad paternas tuas ulnas non percurrimus. Etenim semper nos omnino turbaverunt illa capitula, quæ & tua religiositas sæpius ut prava existentia repulit. Nunc autem optima expositione tuæ religiositatis accensi, rogamus sanctitatem tuam ut ores pro nobis quod in fidei pietate perstemus & diligenter servemus vitæ munditiam. Hoc namque de nobis tuæ religiositatis est lucrum, ut filii tui animi virtute proficiant. Omnem quæ tecum est fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimum salutamus.

Judicent & de istis qui beati Theodoreti ac beati Ibæ dicta condemnant, & pariter de Antiocheno præsule sancto Joanne, qui talia scribentes minime respuit.

CAPUT CLX. 248

Epistola, *inquit*, Theodoreti Episcopi ad Helladium Tharsensem, qui ei scripserat, & direxerat literas quæ a Constantinopoli venerant. Scripsit vero ei hortando eum ut uniretur Antiocheno, firmans quod a nemine cogeretur depositioni consentire personæ.

ET literas quas tua sanctitas destinavit inspexi, & magnificentissimi atque gloriosissimi [a] Quæstoris epistolam legi, quam per Deo amicissimos [b] Donatum Presbyterum & Acacium Diaconum nobis destinavit. Legi vero & alias literas amicorum, & inveni quod omnes pro pace nobis hortatus offerrent. Memor vero est & sanctitas tua quia & a principio dixerim orthodoxam esse epistolam quæ ab Ægyptio directa est, & nullam circa eam quandolibet discordiam habui. Hæc igitur apud memetipsum cogitans omnia, & quod unum sit Ecclesiæ dogma, & quia hæreticorum illorum capitulorum virtus evacuata est, dum duæ naturæ pro una prædicentur, & confessa impassibilis deitas, collocutus sum Domino meo Deo amicissimo Episcopo Joanni, & inveni eum pro orthodoxia studiose certantem & Ecclesiæ unitionem fieri festinantem & depositionis subscriptionem minime exigentem ab eis qui facere nollent. Inveni vero & eos qui sunt secundæ Ciliciæ ad eum communionis [c] epistolam destinasse. Necessarium igitur æstimavi dirigere honorandissimum & reverentissimum Presbyterum Basilium cum his literis & rogare sanctum tuum caput ne perdas gregem tibi commissum, dum causæ nullius interfit. Nam per gratiam Dei & recta fides obtinuit, & ad injustitiam nos secum nullus impellet. Quæso igitur sanctitatem tuam iterumque ne differas litteras, sed ut scribas, & salves Ecclesiam, quandoquidem nec tua conscientia vulneratur. Nec enim nos justus judex alienæ injustitiæ exiget ultiones. Inquit enim: *Qui ligat sarcinam, ipse & portabit. Et qui uvam acerbam comederit, ejus dentes obstupefient.* Nos convenit & contentiones sistere & Ecclesias conjungere & commissas a Deo non perdere oves, ne ob hoc tormenta solvamus.

CAPUT CLXI. 249

Epistola, *inquit*, ejusdem ad Cyrillum Adanensem, quam scripsit rogans & ipsum ut pro pace satageret, confisus quia nihil ab eo expeteretur nisi sola communio.

TEmpus pugnæ, & tempus pacis, inquit sapiens Salomon res bene dispertiens & quid sit proprium tempori cuique determinans. Igitur præsens tempus non belli, sed pacis est. Nam & apostolica doctrina per Dei gratiam tenet, & hæreticorum quievit nova vox dogmatum, & unus est sensus Ecclesiæ. Et secum nos injustitiam facere nullus impellit, nec ad damnationem quisquam cogit insontis. Et hæc manifeste cognovi colloquens Domino meo sanctissimo & Deo amicissimo Episcopo Joanni, & subtiliter ejus intentionem comperiens. Dignare igitur, sanctissime Domine, quia & hi qui ad secundam Ciliciam pertinent, ad me synodicam

a *Quæstoris*) Domitiani, cujus epistola ad Helladium extat supra cap. cxxv. & cujus mentio fit in capite cxxxv.
b *Donatum*) Vide supra cap. clx.
c *Epistolam*) Habetur supra cap. clxx. Illius rursum mentio est in epistola sequenti.

diam direxerunt, communicatores se ejus literis confitentes. Hortare Dominum Deo amicissimum Episcopum Helladium ut pro unitione curet Ecclesiæ, quando quidem nec ejus conscientia vulneretur. Oportet enim sanctitatem tuam pacem Ecclesiæ procurare. Sufficienter quippe invicem, velut in nocturna pugna, consumpsimus. Et operare ut nosmetipsos de reliquo cognoscentes, jam tandem amplectamur & pacem.

Et has superiores epistolas ex nomine Theodoreti positas non me arbitror inaniter transtulisse, licet rationabiliter ambigam utrum vere sint ejus. Sed idcirco id egi ut quis talibus adversarii abutuntur, etiam circa hæc instruantur orthodoxi per gratiam Dei. Qui enim beati Iba adamarint epistolam, [a] *ejus abnuunt esse; quæ etiam gestis* [b] *universalis Concilii absolute sub ejus nomine continetur. Absque dubio Theodoreti credi desiderant, eo quod eam operi suo Irenæus ille contexat: qui dum prius acerrimus Nestorii defensor exstiterit, postea anathematizanti eum cum dogmate suo communicavit Ecclesiæ. Unde aliis, & ipsi Theodoreto magnopere duxerat exprobrandum. Ac ne hoc tantum laicus agere videretur,* [c] *a Domno Antiocheno Præsule Tyriorum metropolis Episcopus ordinatus est. Multa enim talia ejus inter has epistolas dicta pro inutili longitudine prætermisi; cujus ad hoc aliqua transtuli ut ejus intentio nosceretur. Primus ergo hic ipse Irenæus, deinde consimiles ejus sunt abusi talibus, ut quasi de mutabilitate Theodoreto exprobrarent. Abutuntur his & Acephali, dum certe in non dicendo Ephesi secundo Concilio apud eorum auctorem Dioscorum nulla ex his legantur objecta. Quod certe immaniter videntes ad hoc impulit indigentia objectionum, ut de illis quoque addicendus judicaretur quæ adversum duodecim capitula ante pacem conscripserat. Sed hanc objectationem serotinus & novelius error a veteri mutuatus est, adversariorum testimonia dignæ fide dicendo. Ego autem scripta hæc tanto in melius accipienda perspicio quanto Theodoreti probare potuerint; licet in eis illa intentione quam videre non volunt, post Ecclesiæ ex parte unitionem de beati Cyrilli dictis destruere & injuria damnatum videatur dixisse Nestorium. Tota namque intentio pro caritate secundum Deum proximorum fuisse monstratur. Per hoc solum suadere studuit ut ad Ecclesiæ Christi pacem trahens orientis Episcopos, nullum foris ab ea æternæ tradendum perditioni relinqueret. Quod tunc eis aliter suadere non poterat nisi talia interim verba misceret; Quippe quando & ipse sanctus Joannes Antiochenus Præsul cum adunatis sibi coepiscopis suis, id est, magno illo sene Acacio Berrhœensi, & Paulo Emeseno, & aliis, simili hac intentione tolerabat. Quis igitur sic malevolentia cæcus sit quem ad malam suspicionem sola hæc dicta inclinent, & non potius ad boni propositi effectusque intellectum trahant? Qui longe clarius meliores existunt, quoniam tot pastores & plebes abstulerunt Nestorio, & Ecclesiæ reddiderunt unitati. Nam fructus horum scriptorum illi nimirum sunt quos legemus post paululum, uno spiritu damnatis erroribus; ad quod nisi tali dispensatione perduci non poterant. Intellexisse vero eos integre Theodoreti intentionem & ex ipsa circa fidem Nestorii & ejus adversitate cognoscitur. Nam dum Nestorius unitivæ Cyrilli ad Joannem epistolæ fidem clarissime impiam demonstrare festinat, eam Theodoretus constantissime asseverat orthodoxam. Et insuper post tales ad se Nestorii litteras, hoc idem faciendo persistit, ad Helladium metropolitanum Episcopum in sua epistola dicens:* [d] Memor est autem sanctitas tua quia & a principio orthodoxam esse dixi epistolam quæ ab Ægyptio directa est, & nullam circa eam quandolibet habui discordiam. *Quod ei ille Alexander, qui ab hoc ipso Irenæo per omnia valde laudatur, in epistola quam* [e] *supra posuimus improperat dicens:* Non vero miretur religiositas tua quod tu quidem scribas illa, qui Cyrillum putas orthodoxum, ego vero ista, qui Cyrillum habeo hæreticum. *Quæ omnia evidentius elucent, si scriptis his Theodoreti illa Nestorii conferamus.*

CAPUT CLXII. ...250

Epistola, *inquit*, ejusdem ad Mocimum Deo amicissimum Oeconomum Hierapolitanæ Ecclesiæ, per quam significat quod in Antiochiam ingress. a Joanni collocutus sit, & ea de quibus agitur decenter & optabiliter composuerit.

QUi facit omnia longe melius quam petimus vel intelligimus, præparavit nos colloqui cum Domino meo sanctissimo Episcopo Joanne; & sermone de singulis habito, terminum quem volebamus accepimus. Invenimus quoque remedium quod sufficiat Domino meo Deo amicissimo Episcopo vestro, subtilitatis dogmatum causa. Dignare igitur, Deo amicissime, proloqui religiositati ejus & cum nobis ad persuadendum facilem præparare. Speramus enim quia, jubente Deo, circa diem mensis hujus vigesimum omnem vobis collocutionem nostram narrabimus, ut & vos Domini mirabilia obstupescatis. Qui nobiscum sunt, salutant tuam religiositatem.

CAPUT CLXIII. 251

Epistola, *inquit*, Meletii, quam scripsit ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, indicans quod communicaverint secundæ Ciliciæ sacerdotes, primæ vero eos sequi potius vellent.

RE vera, nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis veritatis semen sanctitatem tuam, sicut Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus effecti. Qui enim videntur adhuc pro pietate confligere, ut non dicam cunc-

ti

a *Ejus abnuunt esse*) Facundus in epistola contra Mocianum: *Non enim vel hoc fatemur quod Iba sit, sed quod ejus esse dicatur.* Pelagius II. in epistola secunda ad Episcopos Istriæ: *Quisquis igitur epistolam quæ Iba dicitur ostendere quod sit ex synodo nititur, quid aliud quam gesta ejusdem synodi destruere conatur?* Et paulo post: *quæ nimirum si vera creditur, etiam tota sancta Ephesina synodi fides ac reverentia dissipatur.* Gregorius lib. 7. Ind. 2. epist. 53. *Epistolam vero quam in ea reverentissimus Iba denegat suam.*

b *Universalis Conc.*) Chalcedonensis, ubi habetur in actione decima. Verum sanctus Gregorius in loco paulo ante laudato ait eam in extrema parte synodi jacuisse. Diversæ ergo olim fuerunt collectiones gestorum Concilii Chalcedonensis. Etenim in codicibus Rustici epistola Iba habetur in eadem actione decima. Non extat autem in Juliano. Habetur etiam in collatione sexta Concilii V.

c *A Domno*) Falsum istud. Etenim Irenæum a Theodoreto Episcopo Cyrensi ordinatum esse docet epistola 110. ejusdem Theodoreti, quæ data est ad Dominum Antiochenum. d *Memor*) Fragmentum est epistolæ Theodoreti quæ extat in capite clx. e *Supra*) cap. clxi.

di nos, erubescendo tuæ sanctitatis pro pietate constantiam, videntur utcumque hactenus recertantes, ut post bella inviti tentantes; quasi rationem Deo non simus reddituri, ad quem referri contingit hujus certaminis causam; dum certe fructus servetur, restituendus in tempore suo his qui ex tota virtute diligunt Deum, & ob hoc sincerissime in præsenti ostendunt pro pietate constantiam. Sed optamus donari nobis tuam diutissime sanctitatem eam quæ in hac vita emersit caliginem dissolventem perfectæ circa Deum notionis festa lampade. Nos autem, sicut jussisti, Domine mi Deo amicissime, Episcopo Helladio sanctitatis tuæ misimus literas, & reciprocas accipientes tuæ sanctitati direximus. Quæ autem circa nos agantur veremur edicere. Unde id omittens, quæso sanctitatem tuam, consuete ora pro nobis, ne nos valeat impietatis unda submergere: quæ intolerabilis, ut videtur, existit, nisi dives quædam desuper gratia venerit.

CAPUT CLXIV. 252

Epistola, *inquit*, Helladii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, qua indicavit quod secundi quidem Cilices communicaverint, compellatur vero & ipse ab omni clero & Episcopis provinciæ suæ Antiocheno conjungi, dicentibus sibi præfatis ne deteriora mala contingant his quibus nunc coarctatur Ecclesia.

Convenientia quidem tui apostolici propositi & zeli quem pro pietate geris a principio usque ad finem, & ista sunt quæ nuper nobis per Deo amicissimum Episcopum Meletium tuæ sanctitati porrecta sunt scripta. Ego vero & quæ scripsi, & quæ locutus sum reverentissimo illi & optimo, minime obliviscor, & nunc tuæ Deo amabilitati hæc ipsa significo: quoniam dum multa ac pessima contra Ecclesiam Dei mala versantur, ad medium venditionis & emptionis præsunt homines prava sentientes & indiscreti, & alia inoptabilia & vitanda, quorum nec numerus potest explicari, quid agam reperire non valeo. Nam quiescere quidem & meam solius observare animam æstimo amplectendum, sicut testis est conscientia mea; & multis emere velim, ut a principio usque ad finem æquali uterer vita, nihil pro commissi ministerii necessitate relaxans, neque meliore, velut ita dixerim, conversatione prælata. Sed si prodidero iterum quibus non oportet Ecclesiam Dei & fidelissimos Christi populos, nescio an vel parva mihi satisfactionis particula in diem judicii relinquatur. Unde omnem simul securitatem omnemque pariter curam jactans in omnium Dominum, in ipsum solum confido, præcipue videns quod omnis noster Deo amicissimus clerus & fere cuncti sanctissimi Episcopi compellunt nos ad conjunctionem prospicere. Et secundi quidem Cilices, quod & tu, Deo amicissime, jam fortassis audisti, & pacificati sunt & Antiocheni amplexi communionem, & apud nos peragere hæc ipsa festinant. Ego vero remansi cum duobus Deo amicissimis Episcopis tantum, non minor zelo, ut arbitror, pietatis a tua sanctitate, deliberans una cum eis neque præter Domini Christi facere voluntatem, neque Ecclesiam Dei & fidelissimos & amatores Christi populos prodere. Tuæ sit orationis, Domine, mihi de reliquo, ut ucut desiderii nostri est, ita hæc pia dirigatur intentio.

CAPUT CLXV. 253

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi, Episcopi Alexandri, quam Thaustæ rescripsit, vituperans quidem scripta ipsius, admonens vero eum ne desereret ea quæ semel Deo amabiliter judicasset.

Judicium quidem de talibus, Deo amicissime Domine, tuum est per omnia Deo amabilitati conveniens per omnes spiritales viventi virtutes. Ego autem rogo ut illud mente percipiat Deo amabilis anima tua, quod ubique per orbem tempore isto publica exeritur audacia ab ægrotantibus ea hæresi quæ nuper emersit, aut ei præbetur locus ab eis qui esse sani videntur. Et clare illud propheticum opere perpetratur, quia *& ipsi commiscebantur meretricibus, & cum consecratis idolo sacrificabant; & intelligens populus*, quin immo, ut veterius repetatur, sacerdotes, qui intelligunt, *compellunturfornicari*. Quid igitur quæso convenit ulterius sustinere eos qui secundum veritatem pro pietate certant, nisi utique ut pellantur & exilientur & persecutionem sustineant omnemque speciem tormentorum, juxta Apostoli sententiam, qui ait: *Omnes enim qui volunt pie vivere in Christo, persecutionem patientur. Mali vero homines & deceptores proficiunt in pejus, errantes, & in errorem mittentes?* Sed ecce, ut scripsimus pridem, serenissimus & mansuetissimus Imperator noster, dum certe sicut contra hæreticos ad eum accusatores nostri retulerint, nihil nobis proposuit aliud nisi ut aut communicemus orthodoxiæ proditoribus, aut segregemur ab eis. Nos autem, qui pro pietate certamus, quid oportuit sustinere? Requiem, honorem, gloriam, permansionem temporalem, &, ut complexe dicamus, præsentis temporis fruitionem, an omnem speciem tormenti & pœnæ? Nullus enim, dum pro pietate certaret, distributis unquam deputatisque tormentis abscessit; sed e diverso suo quidem proposito ad dira omnia præparatur. Necessitate vero corruptibilis corporis, una vel secunda pœna ad finem pervenit. Meliusque jam fuerat a principio nos exivisse, nec multos ad pietatem in nobis attonitos roborasse, quam nunc ad tam mansuetam clementemque propositionem torpescere. Et hæc nunc mihi non ad tuam religiositatem dicta sint, sed ad meam meditationem, propter secundas has literas. Tria sunt ab Antiocheno commissa, communio cum hæretico, rectæ fidei anathematismus, orthodoxi hominis depositio. Quid horum quæso excusare valebimus, & pro quibus ei communicare vitabimus? Nam duo quidem manifesta sunt quod ab eo in Deum commissa sint, tertium vero in hominem. Verum quia Dei sacerdos est læsus, & hoc quodammodo refertur ad Deum. Illud vero Heli cogitato sacerdotis: *Si peccaverit*, inquit, *homo in hominem, orabunt pro eo*. Quomodo igitur est possibile ut nos pro pietate certantes deseramus quæ prima & quæ necessariora sunt causæ, & pro iniquitate quæ in personam commissa est resistamus? De pietate quidem pro nihilo taceamus; objiciamus vero non nos esse in dejectione participes, ex quo semel ejus communionem fuerimus amplexi? Ego vero ordine & consequentia progrediens, credo in Dominum Christum, quia etsi exilium nobis minentur & mortem, communicare ei nullatenus sustinebo, quando

& de-

& decies millies orthodoxus esse prætendatur; idcirco præcipue quia communicaverit hæretico, & abjuraverit rectitudinem fidei. Qui vero nunc boni sunt circa vos, per suos proprios, per quos ad nos scripta miserunt, & ipsam, tempori succumbentes, addixere personam. Quicquid ipsi personæ scripserint pridem, quando meliorum de ea gerebant spem, tuam non latuit sanctitatem. Nonne autem stupendum, seu mirum, quod nobis in præsentis certaminis tentatione contigit idem, falsa eorum qui nos amare videntur misericordia, veritate vero oderunt, & reprehensiones, & contumeliæ, & subsannationes, & exprobrationes eorum quæ circa tempora immutantur, nec pro veritate certant, & blandimenta propriorum, & ipse circa eos nec rationabilis neque necessarius noster affectus. Per hæc namque universa & tentati & probati sunt qui Christi martyres confessoresque sunt pietatis effecti. Et alii quidem vicerunt, nonnulli autem plerumque succubuerunt. Quem namque eorum non circumdedit multitudo affinium, conjugum, filiorum, fratrum, parentum, amicorum, vicinorum, sodalium, affectus firmitatem monstrantium, & a constantia circa Dominum revocare tentantium? Non habemus pecunias & munera & naves plenas oneribus, quæ mittamus; sed habemus orationes & lacrymas, & gemitus compunctionem, & ad Dominum vigilias. His namque armatur veritas, illis autem multitudo contra veritatem. Sed sub debito sunt, inquiunt, Ecclesiæ nostræ. Ergone ob hoc deficienda est pietas? Unde vero debent? Numquid deliciati sumus ex eis? Numquid donavimus nostris? Numquid nostra solvimus debita? Quod etsi eis thesauros decem millia congregemus, nonne bonum est ut verba Domini Christi teneamus in mente: *Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur, animæ vero suæ faciat detrimentum?* Instant enim nobis cogitationes hujusmodi, quas per gratiam Dei alteris cogitationibus sobriis & verbis scripturæ destruimus. Bonum vero est in statu sistentibus illa divina monita meditari, quæ inquiunt: *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri invocabimus.* Et. *Contra me*, inquit, *garriebant qui sedebant in porta.* Et. *In me psallebant qui bibebant vinum. Ego vero & oratio mea ad te Deus. Tempus beneplacitti Deus.* Et illud Hieremiæ: *Ego autem non desiisti post te consequendo, & diem hominis non desideravi.* Et. *Quia non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram revelari in nobis gloriam.* Quæ autem nuper magnis contra me elicuerunt studiis, requies mihi sunt & libertas, si hoc permiserit Deus, ad hoc prælio non dicendo. Quam enim speciem contrarietatis adversum me Antiochenus non exercuit? Nonne militum magistros & judices adversus meam armavit humilitatem? Nonne [a] martyris Ecclesiam a me abstulit, in quam fere trecentas auri libras expendimus, & Ecclesiam sub debito fecimus? Nonne [b] invasit parochias meas? Nonne militarem commovit cohortem contra [c] Episcopum senem; eoque expulso, introduxit sacrilegum? Nonne alibi [d] fornicarios & criminum stigmatibus inustos ordinavit? Nonne hanc omnem, quod ad se attinet, regionem adversus nos invitavit? Et per eum qui me confortavit gaudium, & corona, & exultatio, & exercitium, & unctiones mihi hæc omnia facta sunt, ut experimento discerem quia in multa probatione tribulationis abundantia gaudii nostri est. Ad recommemorandam vero religiositatem tuam & eorum quæ ab Epheso pridem scripsimus ad sanctas Dei orientales Ecclesias, transcribens ex chartis ecclesiasticis quæ apud nos sunt, exemplar tuæ sanctitati direxi.

Hic illud non posui, quia supra jacet.

CAPUT CLXVI. 254

Epistola Theodoreti, *inquit*, Episcopi ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, quam scripsit postquam ingressus Antiochiam Joanni est colloquutus, & præfatus senex Deo amicissimus ejus, id est, Theodoreti, colloquium non est passus ulterius.

Ego, etiamsi me tua religiositas persequatur & pellat & utatur vectibus contra nos, non desinam procidens supplicare & provolvi pedibus ejus sanctitatis & tenere illa genua quæ in orationibus expendisti, & ad quorum obsequium pertinet universa peragere, & quibus testimonium perhibent ea quæ nuper sunt acta. Post turbas enim decem millia & non pauciores perturbationes, quas sustinui, videns in magno periculo animas quæ commissæ sunt nobis, in domo facto colloquio universa nobis per gratiam Dei votive peracta sunt. Servo autem narrationem collocutioni futuræ. Invenimus enim & satisfactionem quæ tuæ mundæ conscientiæ satis sit, & ab omni eam dubitatione valeat prævenire: cui & Isauri cedentes & Cilices, amplexi sunt communionem ad Dominum meum sanctissimum Episcopum Joannem. Spero autem, concedente Deo, ad tuam venire sanctitatem circa diem mensis hujus vigesimum. Omnem quæ cum tua religiositate est in Christo fraternitatem ego & qui mecum sunt plurimum salutamus.

CAPUT CLXVII. 255

Epistola, *inquit*, Dei amicissimi Episcopi Alexandri, qua respondit indicans quidem causas quæ id non finerent fieri, rogans vero ne ob hoc sibi de cetero instaretur.

Arbitror quod religiositas tua non solum nihil omiserit eorum quæ ad salvationem pertinent infelicis animæ meæ, sed & supergressa sit illum pastorem velocissimum qui in evangelio legitur. Ille enim semel ivit ad ovem quæ perierat inquirendam; tua vero sanctitas & [e] Harbath meum montem & Hierapolim & Zeugma & Antiochiam nunc adiit ad animam meam, quæ periit, inquirendam. Quiesce igitur quæso de cetero & ipse fatigari & conterere vos. Ego enim non quomodo agant Cili-

a *Martyris*) Sergii, quæ sub Hierapolitana erat Ecclesia, ut dicitur supra cap. cxxxv.
b *Invasit Parochias*) Supra cap. cxxxii. de hac ipsa re: *quæ ei concedit regula ut in aliena parochia consecret?*
c *Episcopum senem*) Alexandrum Hierapolitanum, qui heic loquitur.
d *Fornicarios*) Athanasium nimirum, qui superordinatus est Abbibo Episcopo Dolichii. Vide supra cap. cxxxiii.
e *Harbath meum*) Supra cap. xcvi. scriptum est *Arbathimilas*, capite vero xcix. *Marbathimas*.

Cilices & Isauri intendo; sed si [a] omnes qui fuerunt a sæculo homines a mortuis resurgentes Ægyptiæ abominationis impietatem pietatem vocent, digniores eos fide nullatenus duco a scientia quæ mihi Deo largiente donata est. Et nihil horum quæ scripturus sum dicerem, sicut testis est veritas, nisi talia nobis, quasi exquisita propter nos satisfactione, per epistolam tua sanctitas indicasset. Arbitror autem quod ego potius locum habuerim tuæ scribere sanctitati, deposuisse quidem me talem proventum, investigasse autem veritatem. Pro talibus causis sancti monachi qui sunt Alexandriæ epistolas direxerunt per Chometum his qui in Ægypto fuerunt, Acacio reverentissimo Diacono & Xenodocho, & Syllacio religioso Presbytero & Gazophylaci, execrantes impietatem Cyrilli & pestilentiam quæ comprehendit Ecclesiam Dei, & sibi indicari rogantes si aliqui Deo amicissimorum Episcoporum per orientem relicti sunt qui non sunt hujus temporis facti; ut si remanserint, scriberent iisdem monachis ut venirent & habitarent sub umbra eorum. *Hic namque*, inquiunt, *ab altis sedibus Deus passibilis prædicatur*. Deo amicissimus Presbyter & Archimandrita [b] Parthenius & mihi & tuæ religiositati direxit epistolam, quia cum fiducia nunc in Constantinopolitana dogmatizantes Ecclesia dicunt quia ille immortalis est mortuus. Et ante paulum quam susciperem tuæ religiositatis [c] epistolam, undecimo quidem die veniens indicavit quod propter hanc hæresim ab ipsa Ecclesia infinitæ multitudines se separarint. [d] Andreas vero Deo amicissimus Episcopus ante hos mihi dies per epistolam scripsit quod in tota Pontica regione Deus passibilis prædicetur. Deo amicissimus & sanctissimus Episcopus ex Ægypto tuæ religiositati per epistolam indicavit: [e] *Rabbulas de vobis quidem sapit quod pietatem cognoveritis; de nobis vero ubique scribit evidenter nos hæreticos nominans*. Qui sunt a secunda Cilicia mihi synodicum direxerunt, in quo & Cyrillo dederunt anathema, excommunicantes eos qui eum ut Episcopum habent. [f] Simili mihi epistola indicavit Helladius quod simul & ipse decreverit unam sententiam in his quæ Deo amicissimis secundæ Ciliciæ Episcopis placuerunt, & quia nonnulli illius regionis Episcopi altera sapiunt, sui permutatione tempori servientes. Quinque epistolas habeo Deo amicissimorum Presbyterorum [g] Photii atque Martyrii, duas quidem communiter scriptas, in quibus orthodoxam epistolam, tres vero a solo Deo amicissimo Photio, in quibus eam nominavit hæreticam. Deo amicissimus Zebinas, qui in Antiochia fuit, Proponianus Eurethæ, Eustolianus in Anazarbo cum reliquis Episcopis coram Ecclesia anathematizavit Cyrillum & communicantes Cyrillo. Verumtamen & comperi nunc. Aurelius Flavius est. Potui ex his, ut prædixi, tuæ religiositati investigandæ veritatis dare consilium, sed præsenti tempore judicavi tacere. Et per sanctas orationes tuas omnes hi qui condemnaverunt impium Cyrillum, sicubi dixerint orthodoxum, permutati sunt, circa hanc partem illorum forte ponentur a me quorum sanctus meminit [h] Paulus. Rogo igitur religiositatem tuam, quia nec insanus sum nec delirus, ut parcas senectuti meæ. Sic enim vere noscet sanctitas tua in orationibus ita mea genua laborasse ut ipse dixisti. Ego enim ante triginta annos, dum Julianus quidam vita evangelica vivens, Apollinaris morbo langueret, & nominaretur super oblationem in Ecclesia Chalenti & vicino monasterio, usque (laboravi dum) auferretur nomen. Sciet etiam illud, quia decem millia mortes sustinere paratus sum quam tali communioni præbere consensum.

CAPUT CLXVIII. ...256

Epistola, inquit, Theodoreti ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, qua significavit quod Cilices & Isauri sub scriptis conditionibus Antiocheno sint adunati.

SEu suscipiat quæ a nobis vel apud nos aguntur sanctitas tua, sive etiam non, nos non quiescimus, illa facientes tota virtute quæ coram terribili illo tribunali damnationem qualemcumque nobis non inferant. Etsi in aliis enim negligentes & fastidiosi sumus, nullamque rerum divinarum facimus curam, sed in talibus & oramus & satagimus ne studiosis bonorum multo infirmi simus. Innotesco igitur sanctitati tuæ quia Cilices & Isauri & eulogias Antiochiam direxerunt, & in literis suis ut Episcopos nominarunt & Alexandrinum & Constantinopolitanum, adjicientes non se communicare depositioni sanctissimi Episcopi Nestorii. Hæc mihi indicaverunt nonnulli communium amicorum, mandantes ut etiam nunc tuam deprecer sanctitatem, & ad sanctos pedes tuos cadam, & persuadeam quatenus his quæ cunctis placuerunt communiter acquiescas. Putant enim me cuncta posse apud sanctitatem tuam. Unde iterum rogo animam tuam sanctam ut suscipias hanc deprecationem meam, & condescendas pro Ecclesiæ pace.

CAPUT CLXIX. ...257

Epistola, inquit, Deo amicissimi Episcopi Alexandrini, quam retulit Deo amicissimo Episcopo Theodoreto, insinuans quia nihil interesset apud se quod Cilices & Isauri Antiocheno communicaverint, quando ipse omnia sustinere pro pietate delegerit.

AB initio ego nec vos nec Cilicas sum secutus. Et maxime vos, qui aliquando quidem super nubes volatis, aliquando vero ad illius genua ut dedititii observatis. Quippe orbis terrarum notatus a vobis est, & utraque propria estis voluntate perpessi. Vos autem dixi, ut facerem commune quod tuum est. Sed a principio memetipsum a Cyrillo impio separavi & a communionibus eorum qui usque ad præsens pro sua impietate certant, vos maxime suæ hæresis cooperatores accipientes. Nihil enim nunc usque nos latuit eorum quæ ab illo conscripta sunt, sed inter manus habemus & ea

a *Omnes qui fuerunt*) Idem Alexander supra cap. CXLVII. *etiamsi omnes mortui ab initio mundi resurgant*.
b *Parthenius*) cujus mentio supra cap. CLII & sequenti. c *Epistolam*) Extat supra cap. CLIII.
d *Andreas Episc.*) Samosatenus. e *Rabbulas*) Episcopus Edessenus. Vide supra cap. XLIII & sequenti. f *Simili epistola*) Habetur supra cap. CLXIV. g *Photii*) Presbyteri Constantinopolitani, qui discipulus ac fautor Nestorii fuit. Vide supra.
h *Paulus*) in epistola ad Galatas *Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædifico, prævaricatorem me constituo*

& ea quæ [a] Berrhœensis scripsit Acacius, & [b] ea quæ per Emesenum Paulum & quæ [c] adversus tuam religiositatem scripsit, & quæ [d] ad Clericos suos Constantinopoli remorantes, & quæ [e] ad Melitinensem Acacium, postquam cum Paulo fœdus communionis iniit, ubi & acriter pro sua hæresi agit. Antiochenum namque nec habui hæreticum unquam, nec habeo, etsi propter tempus inter utramque in nonnullis variari partem potuerit. ET POST ALIA. Conjuro igitur te per sanctam trinitatem ut ad me desinas. Spero siquidem in eo qui crucifixus est. Quippe apud me valere fecit amplius pietatem, & quatuor gubernatores & alios mundi judices quiete superavit, nec permissurus me scandalizari per te. Ego enim cum tanto jam gaudio me expulsuros excipiam ut si auri mihi ulla copia, exceptis vasis ecclesiasticis, esset, plures eis eulogias quam pro bonis nuntiis darem. Nam quia Ecclesia nostra nec habet quodcumque nec habuit, neque ego accepi, neque tribui cuilibet usque ad obolum unum, sæpe me arbitror intimasse. Unde nec codicem quemlibet ejicere pertuli, sed nec unum per gratiam Christi obolum ex ecclesiastica facultate. Sed ex his quæ mihi direxerunt amici habeo ad animalium conductionem; & sic sum quotidie quasi in fritoria positus, Domino teste. Absque enim necessitate irrefutabili pascua non relinquo, Dei judicium metuens; ne & hic inter tentationes ab eo constitutus, & in futuro rationem relictionis exsolvam. Necessitas autem & hic nos a dubitatione & illic a damnatione liberos præstat. Non igitur hujus rei gratia tua religiositas fatigetur, sed oret pro nobis tantummodo.

CAPUT CLXX. 258

Theodoreti ad Nestorium, *inquit Ivenatus*, sanctissimum, ut persuideret sanctissimum Alexandrum adunari Antiocheno.

DOmino meo & secundum veritatem Deo amicissimo atque sanctissimo patri & Episcopo Nestorio Theodoretus in Domino salutem. Pessime quidem ægrotavi postquam redii a Germanicia; amplius vero me conficiunt & & validius cruciant ea quæ geruntur circa Dominum meum sanctissimum Episcopum Alexandrum. Nec enim Domini verbis acquiescere patitur dicentibus, *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis*, nec juramentis beati Pauli, quibus usus est ad suadendum nobis quod anathema fieri a Christo juraverit pro impiis Judæis; sed vult commissa sibi pascua perdere, & ultiones ob hoc debitas pro nihilo deputat. Unde iterum tuam sanctitatem rogo ut eis scribas & ejus sanctitatem persuadeas Paulum audire dicentem, *quia non quæro quod mihi soli expedit, sed quod pluribus, ut salventur*, & acquirere ut pusillum delinquat. Sic enim ponamus quasi & hoc fiat ut a multo delicto ceteros liberet. Scis enim clare quod dico, Deo amicissime Domine; & nosti causas mei doloris. Unde nec pluribus verbis indigeo; sed tuæ supplico sanctitati ut eum vehementius increpes. Arbitror enim quia si id fiat, non refutabit nostra colloquia, atque ita, Deo favente, difficilia cuncta solventur.

Dubitare me fateor an epistola Theodoreti sit credendo, qua hortari narratur Nestorium ut ejus correctione Alexander, id est, quasi alter Nestorius, corrigatur, dum tria & eadem uterque proponeret, id est, ut Cyrilli scripta decernerentur hæretica, ut non damnarentur Nestorii dogmata, ut ejus dolectio solveretur; alioquin ut quod erat residuum, non communicarent his qui ista renuerent. Theodoretus autem contrario evidenter tramite means, perspicue ad id quærere colloquium apparebat Alexandri ut ei de communione cum Joanne ineunda (persuadere) posset. Tale igitur erat, si credendum est, quod Nestorio suadere susceperat, ac si diceret: Increpa Alexandrum, cum communicat tibi ac tuis, & non potius communicatoribus Cyrilli depositoribus tuis & anathematizantibus tua dogmata. Nisi forte, ut assolet, Theodoretum magnæ utilitatis spes & nimia caritatis intentio assumpta rei difficultatem non sivit intendere. Nihil namque amplius erat agendum quam quo suas partes Nestorius ipse dissolveret & sui causa disruptos Ecclesiæ restitueret. Una quippe causa erat Alexandri & ceterorum partis ejusdem; & quod in illo obtineretur a Nestorio, Ecclesiæ tot Episcopis non absque gregibus suis Theodoretus magno utique caritatis cupiebat instinctu. Unde necessario & illud evenerit, ut (caritas) in illo jam cœpta haberi firmaretur, ab ipso auctore destructa: quod si per hanc obtineretur epistolam, de fructu ejus omnes, puto, catholici lætarentur. Quin etsi, ut contigit, impetrare non posset, ille interim vir ita excitavit quicquid pro Ecclesia contra hæresim facere valuit ut nihil quod fieri deberet omitteret. Qua usque adeo mihi summum tenere videtur intentio ut nec optato fine melior esse potuerit, nec eo quod evenit debeat judicari deterior. Neque illud autem credo quod talia scripta Theodoretus, si tamen ejus sunt, quod ubique dicendum est, absque suæ opinionis apud aliquos offuscatione legenda crediderit. Sed quid mirum si æstimationem apud quosdam despexit pro tali negotio, pro quo despicere posset & vitam? Nonne apud sapientes & justos hinc clarus enitescet? Sciendum namque est usque adeo veritatis esse sententiam qua hi qui per animi tumorem ex sua corripi persona non sustinent, seu ad recertandum continuo irritantur, detorta in alterius personam correptione monendi docentur ut eam sanctus Joannes, præclarus Ecclesiæ doctor, Constantinopolitanus Episcopus & utatur multoties & valde commendet, scripturæ divinæ explanando sententias. Itaque quantumlibet quis præfationem laceret hujus epistolæ, quæ forte sola jactantis est, illius tamen calumniarum tenebris involvere non valet caritatem, si Theodoretus hortando Nestorium qualiter ad Ecclesiam revocaret Alexandrum, oblique ipsi Nestorio mon-

a *Berrhœens. Acacius*) In epistola ad hunc Alexandrum, quæ extat supra cap. LV.

b *Ea quæ per Emes.*) Hujus loci sensum, alioqui non admodum difficilem, assequi non potuit Lupus. Agitur hoc de epistola Cyrilli de pace ad Joannem, quam a Paulo Emeseno delatam esse ad eum docet Liberatus. *Assendens ergo Antiochiam Paulus obtulit Joanni Archiepiscopo & omni Concilio ejus epistolam Cyrilli.*

c *Adversus r. religiosit.*) id est, apologiam Cyrilli adversus reprehensiones Theodoreti, quæ extat tom. superiori Conciliorum.

d *Ad clericos suos*) nimirum ad Eulogium supra & ad Theognostum & Charmosynum supra cap. LXXXV.

e *Ad Melitinenses*) Habetur supra.

monstrare cupivit quia & semetipsum debuit Ecclesiæ reddere pœnitendo.

CAPUT CLXXI. 259

Epistola, *inquit*, Meletii ad Deo amicissimum Episcopum Alexandrum, qua scripsit quod hi quidem qui erant ex secunda Cilicia communicaverint, alii vero Cilices & Isauri similiter sint transgressi quæ pie judicaverunt olim.

GRatias Domino Deo, qui per singulas generationes elegit eos qui protegunt veritatem, ut quæ perire periclitatur in plurimis, in paucis ejus tuitione servetur, demonstrationem donans per ista plenissimam eo quod impossibile sit omnino conspirationem mali hujus ex toto exterminium fieri. Manet vero in paucis testimonium quod hæc Deo sint placita, etsi omnes pariter ad contraria studia convertantur. Gratias autem Domino Deo, qui hæc semper quidem ad munimen pietatis dispensat, & nunc vero tuam sanctitatem ad simile pro nobis obsequium, ut dum periclitetur pietas in omnium voluntate, apud religiositatem tuam maneat mysterium veritatis. Verumtamen humilitatem nostram similibus Paulo illi beato ad tuam verbis uti sanctitatem convenit & dicere: *Omnes nos Cilices reliquerunt, præsens sæculum diligentes, & abierunt unusquisque post cor suum*. Magis autem tuam quidem sanctitatem valde ista dicere convenit, quæ & ante hoc aliis præfulgebat, quando videbantur defendere pietatem, & nunc in universam terram sola præfulget. Nos autem solum grates convenit reddere omnium Domino Deo, qui reliquit nobis tempore Christianorum penuriæ sacerdotem, & cunctorum simul bonorum solitudinis summitatem & basim & robur & fundamentum tuam sanctitatem, ut nulla exurgente tempestate turbemur; qui & hoc præstet ut usque ad finem nobis tua sanctitas constet. Est enim Dominus omnium qui perficiat, ad confusionem quidem uniuscujusque ruentium & ad munitionem permanentium, si tamen adhuc aliquis est relictus. Sicut enim video, sacerdotum nullus remansit ubique nisi tua sanctitas. Sed dignare quæso & pro humilitate nostra orationes facere consuetas, ut digna efficiatur omni qua dignum est voluptate tentationes sustinere pro Christo.

Irenæus continuo interposuit inquiens pro eo qui composuit.

Sapienter quidem Deo amabilis iste sacerdos epistolam intimavit huic magno veritatis athletæ. Erant vero omni verbo superiores ejus meritorum divitiæ & pietatis desiderium. Omnia enim quæ præsentis sunt sæculi damnum putabat, ut lucrifaceret Christum, juxta vocem Pauli Apostoli, omnia postponens carissimi quam habebat ad Deum. Unde utique in finem persistit incommotus idem pietatis propugnator egregius, quin immo turris adamantina, quam tantæ amicorum simul & hostium phalanges ab Jesu caritate dividere nullatenus valuerunt. Sed opus est in ejus laudibus immorari, dum liceat ex literis quæ sequuntur addiscere quæ pastor Cyri Theodoretus ad Antiochenum sua epistola indicaverit, quantaque & ipse eum semper veneratione coluerit qui adversus eum tales inimicitias exercebat. Inquit enim: *Recolat sanctitas tua & illa verba quæ ab ea olim dicta sunt nobis, quia Dominum Alexandrum omnes pariter ferimus & portamus, & ei importunitatem quamlibet inferri a quocumque non sinimus*. Hæc enim clara voce sic dixit. Iste vero in suis literis posuit, sicut continuo videbimus. Verumtamen nos non ex his hunc sanctum senem miramur per quæ eum quidam vel verbis vel literis laudaverunt, sed ex constantia circa Deum & pro veritate certaminibus, sicut ipsæ res prædicant.

CAPUT CLXXII. 260

Epistola (a) Deo amicissimi Episcopi Theodoreti ad Joannem Antiochenum, causa Deo amicissimi Episcopi Alexandri.

NOn per neglectum distuli ad tuam sanctitatem literas destinare, sed nesciens nunc usque quid scriberem. In suo siquidem tenore permansit Dominus meus sanctissimus & Deo amicissimus Episcopus Alexander, credens eum summæ esse justitiæ: cujus rei gratia neque amicos affatus neque preces admittit, sed evangelicorum transgressionem mandatorum deputat dispensativam condescensionem. Quia igitur eum clare a principio, Domine, nosti, sed & aliam virtutem viri expertus es, quæso sanctitatem tuam ut patienter agas & eos qui ei tentant importuni esse prohibeas. Hoc enim coram veritate dico, quia & tuæ sanctitati decus plurimum providebit, necnon lætificabit ipsum, qui nullam consolationem ulla habet ex parte. Nec enim colloqui nec scribere patitur dilectoribus suis, nec ab eis excipere literas; unumque nunc habet tantummodo votum, ut quacumque occasione a cura liberetur. Consequens vero est ut & emolliatur temporis spatio. Si vero idem ipse perstiterit, nec hinc sanctitati tuæ ulla læsio erit nec nobis nostrove in commune collegio. Quæ enim per Dei gratiam docet sunt orthodoxa & convenientia ecclesiasticæ fidei; perturbare autem neque valet, neque tentaturus est; quoniam silentium tenet, Ecclesiæ pacem in nullo contaminans. Si vero ejectus fuerit, cognoscet sanctitas tua quod maxima læsio inde contingat. Aperte siquidem divisio ex hoc ecclesiastici corporis fiet Constantinopoli & in aliis plurimis urbibus, eo quod per simplicitatem nesciam nunc nonnulli putent eum integerrimæ fidei defensorem. Alii vero factis juvenilibus aggaudentes, & propter hoc contentiones in excelsum attollere festinantes, occasiones assumunt. Multam vero & tuæ religiositati, ignosce mihi hæc præ dolore scribenti, blasphemiam congregabit, si hoc contigerit, sicut nihilominus id quod prius dixi, omnem gratiam & patientiæ laudem afferet. Qui enim nactus copiam ulciscendi non utitur potestate, nullis laudibus minor est. Recolat autem sanctitas tua & illa verba quæ ab ea olim dicta sunt nobis: *quia Dominum Alexandrum cunctis pariter & ferimus & portamus, & ei quamlibet importunitatem inferri a quocumque non sinimus*. Et propter universa tam quæ est commune disponens quam quæ proprii sunt decoris, prohibeas eos qui illi infestari tentaverint. Hoc enim & placere arbitror omnium Deo, & homines, non amicos tantum, sed & inimicos, ad laudem movere.

Et reliqua per ordinem scripta sicut ab Irenæo sunt posita (b) exequar in.....

(a) In Cod. non legitur. *Deo*

(b) In vol. sic legitur: *posita ex ea sunt inferta, & ea pro nam transmitam.*

CAPUT CLXXIII. 261

DOmino meo per omnia Deo amicissimo & sanctissimo Episcopo [a] Meletio [b] Titus. Multa & diversa subinde hic [c] diffamantur de sanctitate tua, quibus exitus consonat, eo quod nolit usque ad præsens sanctitas tua totius orbis & catholico & orthodoxo communicare conventui, ab aliquibus forsan qui quod expedit comprehendere nequeunt dissuasa. Nunc igitur sero tandem revigilare desidera contra versutias inimici, & omnium sanctorum Episcoporum affectum recupera, & noli ad præventiones & multiloquia tendere, quæ juvare nihil possunt, quin immo & hic & in futuro sæculo nocent. Claret enim quod Dei providentia omnes sanari homines velit. Quomodo ergo credibile est quoniam solam sanctitatem tuam jusserit suis teneri judiciis? Cognoscat igitur [d] angelus tuus quod [e] divinæ literæ venerint certa quædam contra eos qui non obediunt sancientes & contra non communicantes tanto universalique Concilio. Nos enim, qui semper oramus ut nequaquam diaboli mala prævaleant, rogavimus Deo amicissimum Archiepiscopum Joannem differre donec hæ literæ redderentur. Omne igitur tuæ religiositatis studium sit malas quidem cogitationes deponere, prodire vero & ad Antiochiam pervenire. Hoc enim multis modis fieri expedit. Si autem post has literas sanctus angelus tuus occurrere non voluerit, nullus habebit ulterius unde in quoquam vituperet aut eumdem sanctissimum & Deo amicissimum Episcopum Joannem aut nos ipsos, quando sub omni velocitate hæc ipsa exequi cœperimus quæ a divino vertice sunt præcepta. Si enim divinæ literæ inobedientes comprehenderint in eis in quibus videntur degere urbibus, intolerabilis eis tristitia fiet. Incolumes sitis.

CAPUT CLXXIV. 262

DOmino meo per omnia reverentissimo & admirandissimo & magnificentissimo Tito Meletius. Quoniam quidem providentia Dei, sicut in literis ipse prædixisti, o admirandissime Domine mi, omnes homines salvare velit, constat, sed non utique divinam voluntatem, sicut videmus, sequuntur hominum voluntates; quarum nos dominos faciens Deus, sicut cuique videtur, eis uti permisit ad probandam rationalis animæ vel benevolentiam vel malevolentiam circa Deum. Sic namque Cain quidem fratricidium præsumpsit, parum cogitans divina præcepta. Sodomitæ vero ad omnes impietatum & iniquitatum declinaverunt species, nullam facientes memoriam voluntatis divinæ.

A At populus Judæorum crucifigere omnium salvatorem Christum minime formidavit, dum certe debuerit eum qui ex eis ad omnium salutem apparuit cum festinatione recipere, sicut & volebat ejus dispensationis intentio. Et ut breviter dicam, omnis scriptura divina talibus exemplis referta est per quæ clareat quod innumeri semper exstiterint qui præter divinam voluntatem ad deteriora dilapsi sunt, omnino autem pauci qui salutem secundum Dei obtinuerunt voluntatem. Non tamen ob hoc aut mali præferendi sunt optimis, aut optimi criminis rei esse putandi sunt, eo quod non sint malis admixti. In nullo enim reprehendimus Abel quia Cain moribus non assensit, nec nos tamquam de insania incusamus eum, qui reliquos sui temporis universos non fuerit imitatus. Nec Abraham delirasse putavimus, qui ex omnibus generis sui solus Deo complacens factus est, & idololatriæ errori peregrinationem pro pietate præposuit. Nec Loth ab eo quod decet excessisse dicemus, qui solus ex omnibus Sodomitarum renuit opera. Nec despiciemus Moysen, qui regali obsequio præposuit pro pietate pericula. Nec præteribimus tres pueros, qui soli ex omnibus noluerunt imaginem Nabuchodonosor auream similiter aliis adorare, sed pro benevolentia sui erga Deum flammas elegere fornacis. Sed nec Apostolos, tamquam gentis nulla pars fuerint, qui cum duodecim numero essent ex omni populo Judæorum, in illum soli crediderunt qui ab illis deceptor & Dei adversarius vocabatur, & certe hoc ipso eis ad præsens nihil aliud promittentem nisi tribulationes & persecutiones & mortes. Sed numquid eis infructuosa vel præsenti in tempore facta est diligentia competens? Et certe vide quod Abel quidem majorem fiduciam post mortem possidet apud Deum, & Noe mire salvatus est a totius mundi naufragio. Vide Abraham, qui principium & radix correctionis omnium factus est, & propter virtutem pater cunctorum fidelium meruit appellari. Vide Loth, qui ignem largissimum evasit. Vide Moysen, cui totius Israelitici populi commissus est principatus, & figuris honoratus est veri pastoris. Vide pueros, qui Babylone super omnes apud Chaldæos sint prælati mirabiles, & honoribus primis ac maximis benigni apud alienos effecti sunt (*a*). ([f] Vide) sanctos Apostolos, [g] quare (*b*) qui & apud omnes & Imperatores & privatos sive subjectos tanta veneratione colantur ut pro summo beneficio habeant qui omnibus dominantur si Pauli scripturæ quisque sciat attendere ad consonantiam plurimorum, & quæ ad se attinebat diligentiam virtutis, nullius putaret esse juvaminis, neque aliquoquam dignus existeret (*c*) & eorum quisque pene particeps esset, nunc autem

a *Meletio*) Episcopo Mopsuestiæ in secunda Cilicia, cujus nomen sæpe occurrit in hoc synodico.

b *Titus*) Comes devotissimorum Domesticorum & Vicarius magistri militiæ. Vide supra cap. CLIV.

c *Diffamantur*) id est, dicuntur, narrantur. Marci cap. 1. *At ille egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem*. Actor. 1. *A volis enim diffamatur est sermo Domini*. Vide glossarium Dufresnii.

d *Angelus*) Et paulo post *Si autem sanctus angelus tuus*. Hinc collegit Lupus Christianam fidem semper tradidisse unicuique fideli, præsertim Episcopo, esse proprium custodem angelum. Viderint alii. Supra cap. XXXIII *electis angelis qui vos juvant*. Vide etiam infra cap. CCIII.

e *Divina literæ*) id est, præceptum imperiale, illud opinor quod extat in tom. super. Conciliorum.

f *Vide Sanc. Apost.*) Ita nos reposuimus, cum antea legeretur *sanctis Apostolis*. Et certum erat hiatum esse, cui supplendo hæc verba intulerat Lupus. *Dignitat eadem obvenit sanctis Apostolis*. Nos maluimus sequi priorem legendi modum.

g *Quare*) Puto legendum *quippe*.

(*a*) Hic locus vacuus est in Cod. quem de suo implevit Lupus illis verbis a Baluzio sublatis: *Dignitat eadem obvenit sanctis Apostolis*.

(*b*) Post *quare* in Cod. est lacuna, quam hic Baluzius nec signat, nec implet, sed Lupus ita explet *& ipsi facti sunt qui &c.*

(*c*) Est hic pariter in Cod. locus vacuus a Baluzio neglectus, id a Lupo sic occupatus, *& idoneus nisi eorum &c.*

autem quia & soli apud semetipsos virtutes diligentes vita tali, apud omnes veneratione coluntur, & in futura vita sustinent beato & infinito lumine comprehendi. Non igitur vel nunc abjectos faciet apud Deum paucos qui tota pendent benevolentia circa eum, & ob hoc vituperantur, injuriantur, effugantur conspiratione plurimorum. Etsi enim nos sicut illi pauci ac beati non sumus, sed tamen illos modis omnibus imitari jubemur. Cujus rei gratia sicut in simulacris & imaginibus similitudines corporum, sic illorum virtutes divinis inscriptæ sunt literis, ut nos eorum exemplar attendentes, facta ipsorum confidenter æmulemur, & non arbitremur nos novi aliquid instituere præter illa quæ apud veteres gesta sunt, etiamsi id ab omnibus incusetur. Et ne nos putes hæc nunc vane percurrere, & ut scias ex ipsa necessitate & Deo devincta conscientia nos ad imitationem cogi priscorum, & ipsam causam breviter audi pro qua non inconsequenter nos ab Antiocheni separandos communione putavimus. Dogmata Cyrillus exposuit omni impietate repleta. Propter ipsa eum Ephesi Antiochenus deposuit ut impium, participes adsciscens ad hoc plurimos alios e diversis provinciis & omnes orientalis regionis Episcopos. Abjuravit ejus ubique doctrinam, ut errori Apollinaris per omnia consonantem. Imperatore præsente juravit, sicut ipse Chalcedone [a] scripsit Ephesi constitutis, quorum rescripta salva sunt apud nos, quod nec si pœnituisset Cyrillus & sua capitula rejecisset, eum ad communionem recipere acquiesceret qui princeps exstaret hæresios. Deposuit eum rursus [b] in Tharso & cum (eo) [c] septem qui pro eo adscenderunt Constantinopolim, factis synodalibus literis, quas & cuncti subscripsimus. Super hæc permansit Cyrillus non solum suorum scriptorum nihil abjurans, sed & prædicans ea cum majori fiducia. Et ille qui coram Imperatore juraverat nec pœnitentem Cyrillum se ad communionem recepturum, ad eum in Ægyptum misit supplicem Paulum; sicut & illud quod apud nos est exemplar ostendit. Et ipse ubique Cyrillus affirmat, tam per ea quæ scripsit Constantinopoli degentibus [d] Clericis suis, quam per illa quoque quæ [e] ad Acacium Melitinensem, qui exprobaverat ei quasi a suis recesserit & ad communionem fuerit ab Antiocheno receptus. Taceo de eiusdem Cyrilli literis ad [f] Acacium Berrhœensem scriptis inconvincibilem habentibus instantiam tam pro iisdem capitulis quam pro omnibus quæ prius & postea impie exposuit. Post quæ Antiochenus Paulum in Ægyptum direxit, tam dogmata Cyrilli suscipiens, pro quibus eum secundo damnaverat, quam rectitudinem fidei anathematizans in scripto, & omnia faciens sicut ei placuit. Et horum testis est ipse Cyrillus, qui ejus satisfactionem suscepit: qui in suis ad Acacium Melitinensem literis hanc eandem commemorans epistolam ad Acacium Berrhœensem quam fecit, mox intulit inquiens. *Quia nisi Antiocheno ea quæ a me ad Acacium scripta sunt placuissent, non utique a principio Paulum direxisset ad me.* Interpretatur vero Cyrillus idem in eisdem literis suis epistolam quam detulit Paulus, quæ sursum ac deorsum ab Antiocheno profertur, ut nihil omnino a capitulis differentem, sed eadem intentione conscriptam, & male ex insania intellectam abeis qui eam orthodoxam quidem dicunt, sed his quæ ab eo prius sunt exposita esse contrariam, necnon & doctrinæ Nestorii consonantem. Verum nos hæc omnia omittentes, hujusmodi conditionem dedimus Antiocheno, ut aut suaderet Cyrillum anathematizare omnia, sua & sola apostolica doctrina esse contentum circa eorum quæ scripta sunt intentionem, & sic conjungeretur Ecclesiæ, aut ipse Antiochenus anathematizaret in scripto Cyrillum cum impiis dogmatibus ejus, contra quæ prius sæpe decrevit, & nomen Deo amicissimi Episcopi Nestorii, qui pro sola pietate tanta perpetitur, sanctis inscriberet diptychis. Sed (nihil) horum facere voluit. Propter hæc nos dilentimus ab eo, atque ab ejus communione disjungimur. Si enim puro incongruis ille persistit, quantum est ut nos pro pietate perstemus, pro qua utique & a communione ejus avertimur, non ab illa fide recedentes cum qua eum euntem ad Ephesum & ab Epheso revertentem suscepimus, sed ipsam servantes ut apostolicam & a beatis patribus traditam quam a magno [g] Theodoro, qui ea quæ illi tradidere tradens claruit, accepimus. Et ignosce quæso nobis non valentibus decipere conscientiam nostram. Si autem propter hæc tranquillissimus Imperator præcepit nos ab Ecclesiis ejici, facito quod justum est, nec malevolentiæ gratia differas ad finem quæ sunt præcepta perducere. Ego enim mox ut ipsam videro authenticam sacram, nec enim rescripto ero contentus, & ut didicero quæ illi relata sunt, ne forte adversum nos clementibus mentiti sint auribus adversarii veritatis, & invenero quod omnino me exire ab Ecclesia jubeat, glorificans & nunc sicut prius, in quo me reperit contigerit schemate abicedo ab Ecclesia, Imperatorum legibus omnibus modis cedens. Paratus sum per gratiam Dei non ab Ecclesia egredi solum, sed etiam decies millies mori quam possim apud Christum lædere meam conscientiam. Nec enim licet minorem me inveniri ab illo infante annorum septem, qui cum beato [h] Babyla propter Christum capite cæsus est, cui totius Ecclesiæ & [i] Ecclesiæ cujus Theodorus exstitit doctor commissus est præsulatus. Ut vero & illud propter prædicta commemorem, scito, admirandissime Domine mi, quia etsi non pro ipso bonæ causæ merito starem, & ipse terror tam civitatis quam territorii hujus me in hac adversus Joannem discordia detine-

a *Scripsit*) Ejus epistola extat supra cap. XXXI, ubi hæc ipsa verba legunturi.
b *In Tharso*) Vide supra cap. LXVI. cap. CXXXVI. & cap. CXLI.
c *Septem*) id est, Arcadium Episcopum occidentalis Ecclesiæ, Juvenalem Hierosolymitanum, Flavianum Philippensem, Firmum Cæsareæ Cappadociæ, Theodotum Ancyranum, Acacium Melitinensem, & Eveptium Ptolomaidis. Hos enim Constantinopolim miserat Cyrillus, seu potius Ephesina synodus. Vide supra cap. LXV.
d *Clericis suis*) Eulogio Theognosto & Charmosyno supra cap. LXXXV.
e *Ad Acacium*) Hæc epistola diversa erat ab ea quæ extat supra.
f *Acacium Berrhœen.*) supra c. LVI.
g *Baryla*) Episcopo Antiocheno, qui sub Decio passum esse tradit Eusebius lib. 6. hist. eccles. cap. 39. Vide Baronium ad diem 24. Januarii.
f *Theodoro*) Episcopo Mopsuestiæ.
i *Eccles. c. Theod.*) Hic locus confirmat eorum sententiam qui putant Theodorum Mopsuestenum Ecclesiæ non esse diversum a Theodoro Presbytero Antiocheno, cujus meminerunt Gennadius cap. 12. & Facundus lib. 10. cap. 1.

tinere sufficeret; qui si me ei tantummodo communicasse cognoscerent ante sacram, me & vita privassent. Nec enim cujus sint discipuli nescis, vel quomodo pro zelo dogmatum divinorum universi moveantur, ita unanimes existentes tamquam si una sit anima omnium. Pro qua re omnibus modis est tutius ex necessitate repelli quam vel absque ipsa nocere apud Deum conscientiæ suæ, & ab eis qui nunc mihi subjecti sunt vitam instar canis amittere. Si vero quisquam nos abrupte in quibuscunque accusare voluerit, pro nihilo deputamus. Calumniari namque & contumeliam facere facile est, & omnibus adjacet. Non omnium vero est dicere veritatem.

CAPUT CLXXV. 263

Epistola, inquit, Zenobii Episcopi (a) Zephyrii ad Deo amicissimum Episcopum (b) Alexandrum, insinuans exisse ab Ecclesia Deo amicissimum Episcopum Meletium.

PErsonali quidem præsentia tuæ sanctitatis benedictione repletus sum, quando solus bene ab Epheso remeasti, sicut ipsæ res omnibus ostenderunt; literis vero tuæ non sum fruitus sanctitatis. Unde nunc præsumere sum coactus ut literas incipiam tuæ sanctitati dirigere. Et rogo ut des mihi veniam. Multa enim & amabilis Deo constantia tua hoc me præsumere præparavit. Hic enim nullus pro pia fide perstitit, sed universi tempori serviunt, & pariter simulatores effecti sunt qui videbantur esse constantes. Solus inter hujus Ciliciæ Episcopos perstat ad finem Dominus meus Deo amicissimus Episcopus Meletius, qui [c] ejectus est militari superinducta cohorte, [d] juxta eorum qui sunt Antiochiæ jussionem. Ora igitur, Domine, & nos fieri dignos tam ejus celeriter comitari vestigia quam tuæ etiam sanctitatis, ut possimus in die Domini Christi vos intercessores pro nostra pusillitate proferre.

CAPUT CLXXVI. 264

Deprecatio Joannis Episcopi Antiochiæ contra Deo amicissimum, inquit, Meletium Episcopum.

PIissimis & amatoribus Christi Imperatoribus nostris Flaviis Theodosio & Valentiniano triumphatoribus, victoribus, Augustis, postulatio & deprecatio a Joanne Antiochenæ Dei Ecclesiæ Episcopo. Generis vestræ pietatis imperium in excelsum tulit & hanc provexit ad gloriam fides in Deum, qua sanctissimam & catholicam semper augeri vultis Ecclesiam, & cuncta quæ in ea exurgant zizania desideratis abscindi. Quia igitur hoc utimini zelo, o piissimi & boni victores Imperatores, & eos qui obliterare volunt patrum doctrinam, alienos a sacerdotali existere dignitate post nos, quibus canones de hac re concedunt judicium, decrevistis, expelli vero a sanctissimis Ecclesiis & urbibus, in quibus videntur existere, & talis ad orientem sanctio vestra pervenit, hanc promulgavimus magnificentissimo & gloriosissimo Præsidi utriusque militiæ & [e] Exconsuli Dionysio; & consonans ejus accipientes præceptum, prævalere potuimus malignitati Meletii, qui pridem Mopsuestiæ Episcopus fuit, subjicientes eum depositioni. Introduximus autem & præfecimus ipsi populo e gregibus Christi [f] Chomatium Deo amicissimum Episcopum. Præfatus vero Meletius major esse legibus vestris & tranquillitate Romana volens, in partibus ejusdem territorii delitescit, concussionem perturbationemque sanctis Dei Ecclesiis ingerens, & præsumens post dejectionem sacerdotale ministerium. Et justum est supplicare ut qui peregrinus est a sancta disciplina & Ecclesia, peregrinus fiat & ab universa provincia Cilicum, præcedente pia sanctione ad magnificentissimum & gloriosissimum [g] magistrum militiæ orientis vestri, ita ut inde quidem pellatur, [h] deducatur vero ubi vestræ pietati placuerit. Et hoc impetrato, consueta vota solvemus pro permansione & victoria imperii.

CAPUT CLXXVII. 265

Epistola, inquit, Deo amicissimi Episcopi Meletii ad Deo amicissimum Alexandrum, quam scripsit postquam militum superventu expulsus est.

ET cui prius quam tuæ sanctitati quæ circa nos geruntur referri conveniens sit? Sive enim congaudere oportet de his quæ nobis a Christo donata sunt, sive etiam pro his quæ residua sunt orare, ad eam necesse est, ut ad patrem, pro cunctis filiorum bona referri. Dignatus est enim nos Dominus Christus orationibus tuæ sanctitatis incorruptum sibi ovile usque ad exitum custodire quod nobis indignis & pro virtute commisit, & permisit rursus auferri, quando id bene se habere judicavit: nec enim quod ejus desierit unquam providentia, etsi ad præsens esse difficile videatur. Et quidem diabolus ab olim grande habuit prælium contra eum, & nunc illud perturbare omnino per ministros suos studuit, non solum inimicos armando, sed & ex nobis ipsis ad hoc quosdam ministros accipiens: qui & observavit dominicum diem, & sub uno cunctos ad introeundum contra nos concurrere præparavit. Dominus autem Christus, qui contra eum semper ejus convertit insidias, & propriis dispensationibus subjicit, & nunc ei inutilem fecit universum contra Ecclesiam impetum, dum nos perturbari non sivit, sed omnem Ecclesiam in sua devotione construxit, ita ut non solum clareret malum, sed & civitas tota cum provincia universa consonam pro fide acciperent voluntatem, ipsis quoque a pietate alienis, id est, Judæis, & hæreticis aliis,

a *Zepyrii*) in prima Cilicia, ut hic recte monet Lupus. Vide infra cap. cxc. b *Alexandrum*) Hierapolitanum c *Ejectus est*) exiliatus in Melitiana Armeniæ civitate, ut dicetur infra cap. cxc. Vide cap. CLXXVI. cum tribus sequentibus. d *Juxta eorum*) Vide cap. CLXXVI. ubi ista explicantur.

e *Exconsuli Dionysio*) qui Consul cum Florentio fuit anno Christi cccxxix. f *Chomatium*) In Antiocheno Concilio sub Domno, quod refertur in actione xxv. Concilii Chalcedonensis, & in synodo Mopsuestena habita sub Justiniano Augusto, cujus acta relecta sunt in collatione quinta Concilii quinti, Episcopus ille Mopsuestenus vocatur Thomas. Neque dubito quin isthic quoque sit ita legendum.

g *Magistrum militiæ*) id est, Dionysium. Vide supra cap. CXLII. & cap. CLIV. & infra cap. CLXXIX.

h *Deducatur*) Deductus est in Meletinam Armeniæ civitatem, ut dicetur infra cap. cxc.

aliis, non parvo quodam contra adversarios odio motis, nec circa nos parvum quendam ostendentibus affectum, dum certe nos latentes sæpius degeremus, ne quicunque putarent quod a nobis instigarentur ad hoc. Quod & valde [a] suspecti inimici dexteræ altissimi, non ab Ecclesia nos tantum, sed & a civitate repulerunt, nec usquam juxta eam manere sinentes. Sed hæc quidem a Domino Christo etiam nunc cuncta pro nostra sunt dispensata humilitate. Nos vero magis pluribus debitis sumus obstricti, quos dignos majoribus fecit quam nostræ virtutis est. Unde modis omnibus deficimus ad solvendum. Quam enim Deo possumus gratiarum actionem reddere, qui nimietate clementiæ sustinere tentamenta pro se & nostra dignatus est parvitate? non quo grave aliquid pateremur, quia perfectiora sufferre sumus indigni, sed & propositum tantummodo haberemus, quod & maximum nimis est ad nos, qui sumus voluntatis omnino despectæ. Sed rogo ut orare digneris quatenus usque ad finem digni efficiamur gratia Domini Christi; ut sicut ei placet, ita residuum præsentis sæculi transigamus. Dominum meum & sanctissimum Episcopum [b] Acilinum plurimum salutamus.

CAPUT CLXXVIII. ...266

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi Alexandri ad Meletium, Deo amicissimum Episcopum, quam rescripsit ad præfatas literas post exitum ejus.

SI esset mihi desiderium meum adimplere possibile, literis non erat opus, sed adventus præsentia; vel potius juxta psalmistam columbæ pennas expeterem, ut veniens requiescerem juxta habitaculum coronati, & viderem juxta Prophetam sanctitatem tuam sicut in solitudine uvam, aut ut magis proprie dicatur, ut acinum botri cunctorum totius Ciliciæ sacerdotum, quem exterminaverunt vulpes, quæ propemodum secundum veritatem vineas deleverunt; non exterminaverunt autem, eo quod benedictio Domini sit in eo. Vere enim præsenti in tempore sufficeret tuæ sanctitatis aspectus adamante nos facere firmiores. Nam ii cogitatio tantum tuæ secundum Domini certamina sanctitatis omnibus nos circumdat Domini armis, ut nullo modo emissis variis multimodisque sagittis vertamur in fugam, quomodo non nos omni modo roboraret talis aspectus, qui nos non per verba sed per res ipsas armaret, & in semetipso exponeret quid sit: *Ne disperdas in finem*? Intendisti enim, Domine per omnia Deo amicissime, indeclinabiliter in auctorem fidei & consummatorem Jesum, & sunt repositæ tibi coronæ, non expulsionis tantum. Non enim te ad definitum præparasti tormentum, sed claret quod præparatus sis omnia sustinere. Sic contra impietatem parasti temetipsum. Unde & ille qui donis suis nostros supervincit labores, tuæ sanctitati coronam justitiæ reddet circa varietatem tui propositi passionum spiritalium munerum divinitate effulgentem. Certasti enim bonum re vera certamen, & cursum consummasti, fidemque servasti. Unde & quod ista consequitur, Deus qui mendax non est, illud tuæ sanctitati retribuet in quod hic jam bona conscientia tua intendendo lætatur, & gaudio sancti spiritus adimpletur. Potest autem sanctitas tua nostram consolari absentiam attentioribus orationibus, donec donet & nobis per clementiam suam Dominus vestris comitari vestigiis. Certus enim sum veraciter quod ego intentionem habeo hanc ut tuam sanctitatem sequar, & una eos qui prius certarunt & coronati sunt. Pauci quidem, sed apud Deum pretiosi. Melior namque est unus Domini voluntatem faciens decem millibus injustorum. Fruensque sanctis orationibus tuis non desciscam a vestro consortio; nec a vestra separabit me caritate tribulatio, aut angustia, aut persecutio, aut fames, aut nuditas, aut periculum, aut gladius; maxime quia religiositas tua, quæ portum Dei voluntatis obtinuit, majorem circa nos habet curam, tamquam qui adhuc marinis undis obsistimus & omnimodis malorum spirituum tentamentis nunc quidem tentantium nos minis, nunc vero subruere adulationis blandimentis. Unde & talem mihi posui legem, ut fugiam cunctorum loqui mihi volentium & adspectum & verba & ipsam quoque memoriam. Quod non ex propria assumpsi sententia, sed ex divinis scripturis edoctus. Nec enim Dominus respondit perversis, cum judicaretur, sed sicut ovis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine voce. Non enim quo dicant aliquid, sed quo capiant, collocutiones & alloquia nobiscum conferre captant. Docemur vero & in veteribus scriptis quod Ezechias pius post Rapsacis Dei adversarii voces magistris militiæ tacere præceperit, nihilque Dei adversariis responderi. Unde & nos, repellentes eorum colloquia qui in Ægyptum corde sunt reversi, & qui non solum dicunt, *Demus initium, & redeamus in Ægyptum*, fileamus, & tantam misericordiam sustineamus a Deo, qualiacunque sæva superinducere adversum nos concessi fuerint æmuli. Quæ omnia insuspiamus cum lætitia, & cogitemus quod, sicut beatus inquit Paulus, non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in eos qui stigmata Christi, quorum tu dignus effectus, in suo circumferunt corpore. Unde rogo ut digneris nos per venerabiles literas tuas juvare ad instantia certamina. Dominus meus Deo amicissimus & sanctissimus Acilinus, quis tecum coronatur, salutat & complectitur religiositatem tuam.

CAPUT CLXXIX. ...267

Interpretatio, *inquit*, præcepti magistri militum (c) Dionysii, quam scripsit ad clarissimum judicem secunda Ciliciæ.

DIvina auctoritas per annotationem terribilem Meletium quondam Mopsuestenæ civitatis Episcopum in Meletina degere Armeniæ provinciæ civitate præcepit. Susceptis igitur præceptionibus nostris, lectis vero & divinis responsis, quæ in missis præfulgent, observare debes quæ ab immortali sancita sunt vertice, utens militari solatio ad iter idem, sita-

le so-

a *Suspecti*) id est, suspectum habentes, ægre ferentes.
b *Acilinum*) Barbaliss Episcopum, qui sede sua pulsus, ad Alexandrum Hierapolitanum confugerat.
c *Dionysii*) magistri militiæ per orientem. Vide supra cap. CLXXVI. & infra cap. CLXXXI.

le solatium necessarium forte perspexeris; admonendo utique nostrum Vicarium ut competens solatium deputetur, ad quem de hac parte scripsimus; quamvis competenter sufficere civiles ordines arbitremur.

CAPUT CLXXX. 268

Domino meo Deo amicissimo & sanctissimo, *inquit*, patri Alexandro Episcopo (a) Titus.

QUemadmodum sanctitatem tuam semper peculiari amore dilexerimus & magnopere obsequi ei fategerimus, arbitramur & ipsam clare nosse rebus ex ipsis. Quia igitur & nunc ex eadem voluntate detinemur, & secundum Christum religiositatem tuam egregiam desideramus existere, dignare, sanctissime Domine, vel nunc, cum susceperis literas nostras, communicare sancto catholicoque Concilio secundum divinas & adorabiles literas. Nam & sanctissimus Theodoretus & sanctissimus Helladius, & alii qui ad modicum voluerunt separare seipsos ab hoc sancto Concilio, agnoscentes quod est inrecusabile, & quod est impossibile, & quod placitum Deo, & quia universali synodo oporteat obedire & imperialibus sanctionibus, a discordia quidem recesserunt, communicarunt autem sanctæ & catholicæ synodo. Hoc autem facere tuam sanctitatem præ omnibus oportebat, quæ manifeste novit res, & tempore est provecta. Rogamus igitur ne despicias precatorias præsentes literas nostras, nec des locum diabolo volenti discordias contra sanctam consubstantialemque immittere trinitatem; sed ut conculces aculeos ejus, & concordiam synodi sanctæ recipias. Nam si post has literas meas sanctitas tua in dilatione perstiterit, eisque communicare noluerit, claret quod (a) b non sit de cetero necessarium c divinis literis uti, quæ aperte præcipiunt ut hi qui sanctæ synodo communicare noluerint, in exilium a sanctis Ecclesiis repellantur.

CAPUT CLXXXI. 269

Domino, *inquit*, meo sanctissimo & Deo amicissimo patri Episcopo Alexandro (d) Dionysius.

(b) DIvina & e immortalis veritas pacem desiderat, adhibet vero plurimam curam & suæ pietati decentem circa rectæ fidei cultum. Scientes igitur intentionem pii Principis nostri, prius per has literas nostras tuam religiositatem duximus salutandam & adhortandam ut quæ decent faciat; inter hæc vero & illud est, ut communicet sanctitas tua Deo amicissimo Episcopo Joanni. Hæc namque causa pacis erit omnibus sanctis Ecclesiis. Nec enim volumus Ecclesias amplius perturbari & animas imperitorum perverti quid faciant nescientes, dum perturbatio detinet vos, qui pacem prætenditis universis. Dignare igitur, tantum memor & amicitiarum nostrarum & adhortationis, omnem tristitiam deponere & convenire in idem religiosissimo viro, ne cogamur divina & imperialia constituta executioni mandare. Salvam religiositatem tuam & orantem pro nobis salvet omnium Deus, Domine sanctissime pater. Ignoscere mihi habet religiositas tua, si quid facere compellendus sum, divinam formulam sequens, si huic epistolæ consentire nolueris.

CAPUT CLXXXII. 270

Epistola, *inquit*, Deo amicissimi Episcopi (f) Alexandri, quam rescripsit ad literas suprascriptas, in causa eadem suum (c) demonstratus propositum.

BEnevolentiæ quidem circa meam vilitatem retributiones clemens Deus præstet vestræ clementiæ. De causa vero quæ vertitur, quoniam nostræ vitæ caput est pietas, coram terribili tribunali Christi omnem reservo satisfactionem. Ut vero etiam magnitudini vestræ in brevi respondeam, indico quod g ille qui nunc contra nos quatuor imperiales has literas clementer obtinuit, & ante Ephesum & in Ephesso & post Ephesum hæreticum sciebat Ægyptium. Quod manifeste cognoscere licet ex literis ejus, quæ usque nunc apud plurimos salvæ sunt. Postquam vero suscepit hypomnisticum per admirandissimum Aristolaum ut & Cyrillo communicaret & Nestorium deponeret & anathematizaret ejus doctrinam, dum sit orthodoxa, sicut ipse per plura scripta confessus est, cedens hypomnystici minis, fecit universa. Et nunc adversum nos usque ad sanguinem pugnat, eo quod parati simus per virtutem Dei contra Cyrilli hæresim repugnare usque in finem & orthodoxam fidem absque permistione servare, non ineundo communionem neque cum hæretico neque cum communicantibus ei. Habemus namque præ oculis illam terribilem vocem Domini Christi, quæ per Apostolum gentium Paulum dicta est: *Quoniam si nos aut angelus de cœlo evangelizaverit vobis præter id quod evangelizavimus, anathema sit*. Unde quæso ut quando tibi placuerit illam persecutionis quæ contra nos lata est formam promulgare, mihi vestra jubeat magnitudo ut sub silentio & absque strepitu abeam, & hoc modo quæ sancita sunt impleam. Quando enim de pietate proponitur, obedire oportet Deo potius quam hominibus.

C A-

a *Titus*) Vicarius Dionysii magistri militiæ per orientem. Vide supra cap. CLIV.

b *Non sit*) Tollenda est negatio. Sensus enim est. Si sanctitas tua in contumacia perstiterit, necessarium erit adversum te exequi mandata Principis, qui præcepit ut in exilium omnes pellantur qui sanctæ synodo communicare noluerint. Vide epistolam sequentem.

c *Divinis literis*) sanctioni imperatoriæ. Lupus ediderat, *divinis literis*. *Utique aperte præcipiunt*. Nos emendavimus. d *Dionysius*) magister militiæ per orientem. Vide supra cap. CLXXIX.

e *Immort. veritas*) id est, Imperator Theodosius. Quamquam valde suspicor legendum hic esse. *Divinus & immortalis vertex*, ut infra cap. CLXXXIX. & alibi passim. f *Alexandri*) Hierapolitani.

g *Ille*) id est, Joannes Episcopus Antiochenus, qui post pacem cum Cyrillo factam preces Imperatori Theodosio obtulit adversus contumaces, & rescripta adversus eos obtinuit, ut patet etiam ex capite CLXXVI.

(a) Cod. legit: *nosse & de cetero necessarium divinis literis utique*. (b) Cod. ipsa legit *Divinus & immortalis vertex* (pro vertex). (c) *manifestans*.

A

CAPUT CLXXXIII. ...271

Præceptum, *inquit*, gloriosissimi loci servatoris Titi ad clarissimum Lybianum Euphratesiæ judicem.

FLavius Titus gloriosissimus Comes devotissimorum Domesticorum, [a] implens locum magistri militiæ potestatis, Flavio Lybiano carissimo Præsidi Euphratesiæ provinciæ. Divinissimi Principes nostri ut hi qui non assentiunt Deo amicissimo Episcopo Joanni, perturbant autem sanctas Ecclesias, dum pacem renuunt orbis, a locis propriis amoveri propria lege præceperunt, sicut & veneratio adorabilium præfulgentiumque literarum manifestius edocebit. Quia igitur Alexander Hierapolitanus Episcopus a [b] sorte reverentissimorum Episcoporum semetipsum fecit alienum, nec enim patitur præfato Archiepiscopo in divinis communicare mysteriis, curet caritas tua, hac auctoritate suscepta, eundem Alexandrum, si in proposito perstiterit, loco proprio amovere, eumque in ejus loco suscipere quem sanctorum Episcoporum synodus probaverit ordinandum. Si vero id tuam virtutem, quod non arbitramur, excedit, dum devotissimi milites in ea constituti sint civitate, uteris eorum solatio. Etenim quæ oportet ad ipsos quoque direximus, ut cum deliberatione communi nostra præcepta festinetis implere. Si vero & majori opus est manu, aut si hæc res & nostram præsentiam postulaverit, sufficies continuo indicare. Nam dum id clare constiterit, divinis præceptionibus ministrantes cum sufficienti [c] solatio continuo veniemus. Quo autem tu mox ad præfatam civitatem vadas, & nostra præcepta implere festines, Hypatium specialiter deputari præcepimus, cui & mandata dedimus ut non solum te cogat nostris præceptionibus obedire, sed & de tua nos præsumptione, si ita contigerit, nosse faciat. Ultio enim contra neglectum tuum competens consequetur.

CAPUT CLXXXIV. ...272

Relatio, *inquit*, Lybiani Euphratesiæ judicis ad magnificentissimum Vicarium Titum.

PRæceptum magnificentiæ vestræ [d] decimo septimo Kalendas Maii per Hypatium, qui est ex ordine magistri militiæ, nostræ est redditum parvitati, cui divinæ & adorabiles literæ [e] præfulgebant, [f] jubentes reverentissimum & Deo amicissimum Alexandrum Hierapolitanum Episcopum aut communicatorem sanctæ synodi fieri aut ab episcopatu quiescere. Insinuo igitur quod suam prædictus, quæ in se est, opere declaraverit voluntatem, & Hierapolim dereliquerit, episcopatum tenere minime delectatus, [g] Domini magnificentissimi & per cuncta sanctissimi.

CAPUT CLXXXV ...273

Relatio, *inquit*, secundæ Euphratesiæ judicis, qui perturbationem civitatis agnoscens propter exitum sanctissimi Episcopi Alexandri factam, direxit magnificentissimo Comiti orientis, transmittens & populi acclamationes tam ad se quam ad magnificentissimum Comitem Titum factas, & ad ipsum quoque Antiochiæ Præsulem.

HIerapolis & devotioni serviens, & pio desiderio stimulata, divino quidem motui cessit & præcepto magnifico gemens. Nunc vero expetit misericordiam, qua diligatur ejus desiderium, expansa super Alexandro sene, & luctus quidem suscitans per plateas, inundans B autem lachrymis solum, & fere in ipsam jam divinitatem quid ausa præsumere. Nec enim consuetas actiones exhibet gratiarum. Et recessit claudens sanctas Ecclesias, & tale quid agens quale cui veniam competat impartiri: quoniam percutiente conscientia vel quid perpetrent nesciunt, anhelantes defectum, ne illum quem valde complectuntur amittant. Hoc quidem per pusillitatem irarum pervenit ad finem. Nam sacra quidem loca reserata sunt, & consueta complentur. Quod autem reliquum fuit, petitiones sub conjuratione depositas inspexi omnium qui boni videntur & qui pro patre precantur ac supplicant ut ab illo pascantur qui eos a pueris magister mitissimus educavit. C Eidem namque nec vitam se vivere arbitrantur nisi super eos episcopatum Deo amicissimus Alexander teneat; cujus vitam quidem mirantur, obstupescentes sacerdotii pietatem, & pietatis pondus diligentes, & doctrinas justitiæ suis circumferentes in linguis, colligentesque cuncta, quæ multa sunt, ad roborandum sui amoris ardorem, adjicientesque præfatis quod ante tempus suum de hac vita recedant, & nisi efficiatur quod petere instant, in semetipsos mali aliquid perpetrabunt, pueri simul ac senes, mulieres ac virgines, & omnes maturæ ac senilis ætatis, si defuerit adhuc ad sanctæ Ecclesiæ præsidendum qui eam est habere sortitus, dum necdum quieverit lege D naturæ. Dum tuæ intersit magnitudinis, cujus operis est quicquid illud mali sit discutere a subjectis, & ea quæ plena sunt tristitiæ ac difficultatis abigere, & pacem lætitiamque civitatibus introferre, ea quæ subsecuta sunt indicavi, ut quicquid steterit fiat. Ceterum dum pridem talia facere institissent, reverentissimus Alexander relationem fieri non permisit, Domine admirandissime & magnificentissime. Oro Deum, ut tu, Domine mi, incolumis & per E omnia felix temporibus longis perdures, communis salvator, & beneficiorum præstitor.

a *Implens locum*) id est, Vicarius. Vide cap. seq. & supra c. CLIV.
b *Sorte*) societate, numero. Actor. XXVI. *ut accipiant remissionem peccatorum & sortem inter sanctos*. Colos. I. *gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum*.
c *Solatio*) id est, auxilio. Vide Notas ad Capitularia Regum Francorum.
d XVII. *Kal. Maii*) anni CCCCXXXV. ut Lupus existimat.
e *Præfulgebant*) descriptæ in fronte edicti vicariani, ut mos erat. Vide supra cap. CXLII., & infra cap. CLXXXIX.
f *Jubentes*) Ita nos emendavimus, cum antea per errorem legeretur *jubens*. Vide supra cap. CXXIII.
g *Domini*) pro *Domin.*.

CAPUT CLXXXVI. 274

Hic Irenæus illa subjecit. Ideo posuimus ne quis miretur cur hæc voces populi minime scripserit.

MAnifestat quidem relatio illius provinciæ judicis illam plurimam civitatis lamentationem, quin imo & confusionem, quam pro reparatione illius Deo amicissimi pastoris grex Christum diligens sustulit. Multo amplius vero ea quæ ab universa multitudine acclamata sunt circa eum quanto affectu constringerentur ostendunt, desiderii æquitatem, & orbitatis amaritudinem, & angustiæ rationem. Etsi superfluum duxerimus easdem voces adscribere, quippe ut nimis plurimas existentes, & contra aliquos blasphemias valde multiplices continentes. Unde & bonus Joannes omnino formidans, atque eos qui his usi sunt metuens, has protulit voces, & per hanc allocutionem scriptam eis consolationem seu potius deceptionem obtulit.

CAPUT CLXXXVII. 276

Hypomnisticum Deo amicissimo clero Hierapolitano & Christi amatoribus plebibus ab Joanne.

AUdivi supplicationem vestram, quam per acclamationes in Ecclesia fecistis ad nos, & magnificentissimum & gloriosissimum Comitem Dominum Titum; & ego ipse hæc eadem opere provenire oro vobiscum. Cognovistis enim procul dubio propositum nostrum, quia nihilominus ad illum suavem hominem deprecandum pro quo ipsi rogastis, ut vanæ suæ phantasiæ præferret ecclesiasticam pacem, quam totus orbis cum pietate amplectitur, sed quod patitur, quia sic aversus est ab omni medicamine ut nec colloqui cum Dei sacerdotibus sustineret, neque ullatenus ad eorum virorum veniret affatus quorum precibus mundus ipse salvatur. Eligens enim optimos Deo amicissimorum Episcoporum sæpius destinavi, qui eum commovere potuissent ne infestaret ecclesiasticam pacem quam mundo Deus inopinate largitus est. Ille vero ex arrogantia & ea qua detinetur obstinatione aures obsurdans, inexorabilis perstitit; quin imo permansit mala sibimet coacervans, dum nos ab hac viri malevolentia sumus insontes, & nunc ad satisfactionem vestram, & ut possit videre amatrix Christi Ecclesia vestra quod non occasione captata quasi contristantem adversum nos, & tantas nobis contumelias ingerentem quantas ipsum decebat inferre, dum nos per gratiam Dei nihil læderemus, ex eis a sua illum removerim Ecclesia, sed quia nobis inobediens exstitit volentibus ut nostrum fieret membrum & Ecclesia vestra toti communicare demonstraretur Ecclesiæ. Unde circa eum cuncta servavimus quæ ad remedium pertinebant. Sed & nunc quæ nobis sufficere dignum est peragentes, spondemus quia si possibile fuerit ut correctione resipiscens deponat superbiam pristinam, parati sumus excipere & ad vos cum nostra atque illius festivitate remittere. Si autem jam semel statuit præcipitare se ipsum ad communionis quidem lasionem, perditionem vero animæ suæ, nos quidem & Deo & hominibus satisfecimus; vos vero quod vobis ipsis expedit quæso perquirite.

Erubescant jam veritatis inimici, qui credentes præfatis sub nomine Theodoreti epistolis, eum Nestorianæ impietatis volunt criminari fautorem, cui tale testimonium præbet Joannes Archiepiscopus nimium cunctis Nestoriani erroris fautoribus inimicus; sicut ipsi quoque apertissime clamant, dum contra obstinationem pertinaciamque Alexandri veraciter dicit: ut nec colloqui cum Dei sacerdotibus sustineret, neque ullatenus ad illorum virorum veniret affatus quorum precibus mundus ipse salvatur. Eligens enim optimos Deo amicissimorum Episcoporum ad eum sæpius destinavi, qui eum commovere potuissent ne infestaret seu violaret ecclesiasticam pacem quam mundo Deus inopinate largitus est. *Quod per nullum Episcoporum fecisse nisi per Theodoretum & Andream, sicut ex superioribus claret, poterit inveniri. Ex his vero & illud verum roboratur quod a nobis intentio Theodoreti integerrime comprehensa sit.*

CAPUT CLXXXVIII. 277

a Interpretatio, *inquit*, sacra quæ promulgata est magnificentissimis & gloriosissimis Præfectis de exilio in Petram magnificentissimi Comitis Irenæi.

DAmnato principe portentuosæ culturæ Nestorio, justum est ut impiæ ejus culturæ participes sentiant validissimam pœnam. Ob hoc Irenæum, qui maledictum Nestorii cultum non solum secutus est, sed & instituit & studuit multas cum eo provincias, eo quod ipse tali culturæ præesset, evertere, nudatum cunctis dignitatibus & insuper ipsa propria facultate, & [b] Photium vero eisdem impietatibus implicatum, adæque facultate nudatum, quæ & in publicam proficiet rationem, in Petris exiliari decrevimus, ut paupertate perpetua & locorum solitudine crucientur, Isidore pater honorandissime. Gloriosa igitur atque magnifica auctoritas tua huic nostro decreto pragmatico competenter obediet, deputato sufficienti solatio ut ad præfatum exilii tramitem præfati religiosis nostræ violatores abigantur.

CA-

a *Interpretatio*) Cum hæc sacra directa sit ad Isidorum Præfectum, ad quem etiam missa est sanctio imperialis de Nestorio in exilium mittendo, ut supra ostensum est, huc valde inclinarem ut hæc decreta dicantur anno cccexxxvi. nisi repugnans videretur Irænæum relegari in eundem exilii locum in quem deduci præceptus est Nestorius. Attamen cum Irenæus & Photius, quos ob eam rationem locis separati oportuit, Petras tamen simul proficisci jubeantur, nihil obstare videtur quo minus sentiamus sanctionem quæ de illis in Petram mittendis emissa est datam eodem tempore fuisse quo de Nestorio in exilium pellendo ipsum est.

b *Photium*) Difficile est affirmare quis fuerit hic Photius. Probabile tamen est eum fuisse qui una cum Anastasio dogma Nestorii disseminasse dicitur in Lydia supra. Nec obstat quod ejus facultates in publicam transcribi jubeantur utilitatem. Etenim tum in hæreticos valebant constitutiones quæ in reos majestatis latæ erant

CAPUT CLXXXIX. 278

Interpretatio, *inquit*, præfati præcepti.

QUæ sint quæ de Irenæo & Photio sunt sancita a divino & immortali vertice præfulgens divinarum literarum tenor ostendit. Magnificentia igitur tua his quæ sunt decreta divinitus absque mora obediens, ad loca in quæ jussi sunt duci cum competenti solatio præparet [a] veredos duos cum duobus parippis [b] Oresti & Stephano, qui singulariter directi sunt ad peragenda quæ divinitus decreta sunt quæque nostris præceptionibus continentur, coadjuvantibus eos ex Syria tam regionum judicibus quam provinciarum quarunque ordinibus, insuper & Defensoribus, & reliquo solatio vel auxilio, & Decurionibus vel curialibus.

CAPUT CXC. 279

Quanti, *inquit*, a sanctis Ecclesiis exierunt, nolentes suam conscientiam vulnerare, neque acquiescere factis Cyrilli, seu ejus sustinere communionem.

I.

ALEXANDER Episcopus Hierapolis Euphratesiæ, qui & exiliatus est in Famothin Ægypti metallum.

II.

ABBIBUS Dolichii; quo ejecto ab Ecclesia, alter ordinatus est a Joanne.

III.

DOROTHEUS Marcianopolitanus Metropolitanus Mœsiæ. Iste ejectus, exiliatus est in Cæsarea Cappadociæ.

IV. & V.

VALEANIUS, & Eudocius Mœsiæ; qui sub eodem Dorotheo existentes, ultro ab Ecclesiis recesserunt.

VI.

MELETIUS Mopsuestenus secundæ Ciliciæ. Hic exiliatus in Melitina Armeniæ civitate defunctus est, multa millia passus ab Acacio ejus Ecclesiæ Præsule.

VII.

ZENOBIUS Episcopus Zephyrii primæ Ciliciæ, qui ultro quidem reliquit Ecclesiam, post hæc vero in Tiberiadem relegatus est; sed & inde A fugatus, dum se hunc ipsum denuntiasset existere.

VIII.

EUTHERIUS Episcopus Thyanensium, Metropolitanus Cappadociæ secundæ; qui ab Ecclesia ejectus, relegatus est quidem Scythopolim; similiter & inde fugatus, in Tyro defunctus est.

IX.

ANASTASIUS Tenedi, qui ultro cessit Ecclesiæ; & eos qui erant per exilia circumcirca iniens, ita defunctus est.

X.

PAUSIANUS Hypatæ, qui & ultro cessit Ecclesiæ.

XI.

[d] BASILIUS Metropolitanus non acquievit; qui multa millia passus non acquievit ut cum reliquis [e] eum qui non deliquerat condemnaret.

XII.

JULIANUS Metropolitanus Sardicensis; qui & ipse se insontem a fraterna punitione servans, ad multa millia periculorum pervenire prælegit.

XIII.

THEOSEBIUS Episcopus Chii; qui erubescentibus cum ejicere habentibus potestatem, in sua est defunctus Ecclesia. Nec tamen Nestorii depositioni consensit, nec communicare ullatenus pertulit his qui Cyrillo adjuncti sunt.

XIV.

C ACILINUS Barbalissi Euphratesiæ. Hic a castro quidem [f] fugatus est; dum communicare Antiocheno non acquiesceret; post hæc autem [g] communicavit quidem, non tamen & [h] homicidio assensit.

XV.

[i] MAXIMINUS Demetriadis Thessaliæ, qui mox se ipsum post factam in Nestorio iniquitatem ab Ecclesia separavit.

CAPUT CXCI. 280

Lex quæ contra Nestorium proposita est.

IMperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper Augusti. Debita a nobis piissimæ religioni cultura, & *cetera quæ* [k] *posita sunt prius*; *quibus jubetur ut Nestorii vindices vocentur Simoniani, et libri ejus urantur, ut nusquam talibus li-*

a *Veredos duos*) Orestes & Stephanus, quibus commissa erat cura ducendi in exilium Irenæum & Photium, accipiunt e publico veredos duos cum duobus parhippis. Veredus quid sit omnes intelligunt. Parhippum sic explicat Imp. Julianus in l. 14. Cod. Theodos. *De cursu publ.* ubi ita legitur. *Et quamquam quid sit parasippum & intelligere & discernere sit proclive, tamen ne forte interpretatio depravata aliter hoc significet sublimitas tua noscat parhippum eum videri & habendum esse si quis usurpato uno vel duobus veredis, quos solos evectio continebit, alterum tertiumve extra ordinem commoveat.* Quo loco vide interpretem.

b *Oresti*) Fuit ea ferme tempestate Orestes Præfectus Alexandriæ sive Ægypti, cujus meminit Socrates lib. 7. c. 13. Verum ille diversus videtur ab eo qui isthic nominatur cum Stephano.

c *Alter*) id est, Athanasius. Vide supra cap. CXXVIII. & cap. CXXXIII.

d *Basilius*) Larissæ Thessaliæ metropolitanus. e *Eum*) Nestorium. f *Fugatus est*) & alius in loco ejus ordinatus, Marinianus nimirum, de quo vide supra cap. CXXVIII. & cap. CXXXIII.

g *Communicavit*) adeoque redditus est Ecclesiæ suæ. Quo fit ut suspicer de illo agi apud Evagrium lib. 1. cap. 10. ubi Aquilinus Episcopus Bybli dicitur depositus fuisse judicio Episcoporum qui in prædatoria synodo Ephesina convenerunt. Fortassis ergo substituendum hic est nomen Acilini Episcopi Barbalissi. Attamen in Concilio Antiocheno Domni, quod relectum est in actione XIV. Chalcedonensi, adfuisse reperio Benetium Episcopum Bibli. h *Homicidio*) idest, depositioni Nestorii. Supra cap. LXX. *injusta homicidiali huic tradere interfectioni.* Ibidem *impium est illum cui injuria est interfectioni contradere.* Cap. CX. *mercedem recta fidei homicidium postulavit.* Cap. CXCV. ex Irenæo: *Volebat enim homicidio suo universos de cetero per orientem ab apostolicis quidem dogmatibus abscedere.* Theodoretus in sermone habito apud Chalcedonem supra cap. XXXVI. *Concupiscitis enim detestabile malos audire vestri pastoris, illius pastoris quem compastores ejus calamorum, sicut arbitramur, subscriptionibus peremerunt.* Item Episcopi Euphratesiæ supra cap. CXXXX. *Nestorium crudeliter & latrocinaliter interemit.*

i *Maximinus*) Supra cap. VII. cap. XIII. vocatur Maximus.

k *Posita sunt prius*) Hinc patet aliquid hoc loco deesse. Etenim hæc lex nullibi apparet in hoc synodico. Habetur autem integra supra in antiqua versione Concilii Ephesini.

liceat convenire, ut proscribatur qui eis locum conveniendi ubicunque præbuerit; quod hic ponitur ab Irenæo.

CAPUT CXCII. 281

a) Synodica, *inquit*, Helladii & aliorum Ciliciæ Episcoporum, quæ scribentes postea Principi direxerunt, veniente ad hoc cum decreto Imperiali admirandissimo Tribuno & Notario Aristolao.

1) Episc. Tarsensis.
2) Adaneanis ep.
3) Malli Epis.
4) Incertæ sedis.
5) Augustæ Episc. *Mard.*

Religiosissimis & piissimis Imperatoribus nostris, digne honoratis a Deo, Theodosio & Valentiniano Augustis, [1] Helladius, [2] Cyrillus, [3] Valentinus, [4] Minodorus, [5] Tarianus, Episcopi primæ vestræ Ciliciæ. Scientes, o amici Dei & amici Christi Imperatores, vestrum circa pietatem zelum, quod ab initio habuistis erga Ecclesias dominatoris Christi studium & providentiam, & dominatorem Christum glorificantes persistimus quod tam pio dignos fecit imperio, & pro vestra diuturnitate atque victoria non desinimus exorare. Hac nobis actionis gratiarum præditis voluntate, hæc ipsa gratiarum actio præsenti in tempore magis suscepit augmentum. Adveniente siquidem ad vestræ Ciliciæ provinciam clarissimo viro Aristolao Tribuno & Notario, verum secundum piam sanctionem vestram & ipso quoque nobis declarante ardorem fervoremque vestrum circa orthodoxorum piam religionem, & quod ab unitione ecclesiastica nihil amplius studeatis, pronam nostram quoque voluntatem & obedientiam, quam circa vestræ Deó amabilitatis pias sanctiones habemus, ostendimus. Juxta enim divinas præceptiones vestras communionem cum sancta synodo quæ in Epheso facta est amplectimur, & Nestorium, qui quondam fuit felicissimæ Constantinopolis Episcopus, habemus depositum & anathematismo subjecimus super omnibus quæ impie coram Ecclesia docuit, seu in scriptis exposuit, seu semotim locutus est, sequentes sanctos Episcopos Xystum Romæ & [b] Proclum magni nominis Constantinopolis & Cyrillum Alexandriæ & Joannem Antiochiæ & omnes reliquos religiosissimos Episcopos, in omnibus quæ pie definiuntur ab eis coanathematizantes ipsum Nestorium & eos qui eadem impie asserunt, id est, Nestorianos, quos juste vestrum sic cognominavit imperium.

CAPUT CXCIII. 282

Has Irenæus literas multiloque impetens sic adjecit.

Epistola, *inquit*, Helladii, quam prius scripserat, quando sacra contra eos promulgata, ex necessitate communicatoribus Ægyptii communione conjuncti sunt.

Domino Deo amicissimo & sanctissimo Episcopo Nestorio Helladius in Domino salutem. Etsi ab initio usque ad finem multitudo peccatorum prævaluit ut omnia nobis in contrarium quam orabamus verterentur, veruntamen nos in æqua circa tuam, religiosissime, sanctitatem voluntate persistimus, & pro pietate certare tuam novimus sanctitatem, ac propter ipsam ea quæ apud tuam sanctitatem festiva voluptate ab ipsa credimus sustineri. Unde beatificantes animam tuam, quæ tantis ac talibus tentationibus probata perclaruit, Deo amicissime, oramus circa amorem divinum tui inveniri participes in judicii die. De aliis vero audisti utique, sanctissime. His qui circa Deo amicissimum Theodoretum sunt nos quoque connumera, ideo magis quæ eligimus eligentes, ne deteriora proficiant; maxime quia hæ quæ directæ sunt literæ omnem ferunt in semetipsis traditionis apostolicæ acribiam. Pro nobis vero ora Domine.

Qui tamquam de hypocrisi accusant Theodoretum propter illa quæ ex ejus nomine posuit Irenæus, satis terreri debent ne ipsi potius ut re vera hypocritæ suo in supremum diem judicio condemnentur. Nam de illis quidem perscriptis graviter questi, de istis Helladii nomine positis hactenus interim silent, nec condemnanda prætendunt. Unde benedicendus est Deus, qui in hoc quoque sæculo non celat veritatem, clarius in die judicii propalandam. Ecce enim suæ damnationi accumbunt, ecce Dei adversarii esse produntur. Videte attentius, quæsumus. Nonne per Imperatorem Justinianum, omni conspirata totius sæculi potestate, toto tricennali fere tempore id egerunt ut Theodori & Ibæ & Theodoreti scripta acerrime condemnarent? Quare de hac Helladii epistola omnino tacuerunt, nisi quia Helladius nominatim receptus in Chalcedonensi Concilio omnino non legitur, nec aliquid illic actum de eo per quod, si condemnetur, præfatæ synodi subruatur auctoritas, per quam Nestoriani complices adstruuntur erroris? Nam si Irenæo, qui & illas ex Theodoreti nomine posuit, creditur, ecce epistola Helladii, illa continens quæ magno strepitu in aliis accusantur, & nunc usque a nullo fuit specialiter impetita. Sed soli hoc merentur ab æmulis, per quos illorum destrui posse putatur auctoritas qui Dominum nostrum Jesum Christum in duabus perpetuis substantiis agnoscendum, in una vero persona eademque subsistentia, synodica definitione docuerunt. Sed numquid eorum fraudes, quæ etiam peccatoribus & pusillis & tardis hominibus immo & omni orbi patent, occultæ erunt eidem Domino Jesu Christo, qui omnia novit, & judicaturus est omnes? In quo, quæso, jam puri sint, qui fraudulentissimi sunt in quo se putant adjutores Dei & vindices veritatis? Duo adversa sunt veritas & falsitas, sicut dolus & puritas. Si dolus adjuvat veritatem, potest adjuvare puritas falsitatem, ac per hoc consonare virtus & vitium, & virtus (vir-

a) *Synodica*) Hinc colligi posse videtur synodum ab Helladio Episcopo Tharsensi celebratam esse eo tempore quo Aristolaus in orientem missus est ab Imperatore Theodosio, id est, anno Christi ccccxxxii. quo contigit Aristolai legatio ad Joannem Antiochenum. Verum ne ita sentiamus facit mentio Procli Episcopi Constantinopolitani, quem anno tantum ccccxxxiv. ordinatum fuisse constat ex Socrate ut supra cap. cxxiii. dictum est. Itaque oportet duas fuisse Aristolai legationes, unam quidem anno qui secutus est post synodi Ephesinæ tempora, aliam biennio post. Quam conjecturam esse veram patet ex capite cxciv. & cxcvii.

b *Proclum*) Admonet Lupus notandum esse quod heic Helladius Proclum Constantinopolitanum præponat Cyrillo Alexandrino ac Joanni Antiocheno, haud dubie propter audientiam Procli, quod parum probabile videtur. Erat enim Proclus vir bonus, & qui nihil novare ausus esset, ut colligitur ex Socrate lib. 7. cap. 41. Porro quæ heic Lupus disserit de pactis conventis inter Proclum & Domnum Antiochenum, quorum auctorem facit Theodoretum in epistola ad Flavianum Procli successorem, mera commenta sunt, cum nulla eorum mentio extet in illa Theodoreti epistola, quæ est 86.

(*virtuti*) *esse contraria. Quæ dum sint impossibilia, necessario arbitror sequi ut non sit veritas quæ dolo defenditur atque dilatatur.*

CAPUT CXCIV. 283

Epistola, *inquit*, Cyrilli ad Aristolaum Tribunum, quam scripsit rogante (a) Beroniciano Episcopo Tyri, formas dans anathematismi qui ab eis fieri debuisset.

DOminus meus religiosissimus Episcopus Beronicianus scripsit ad me quod pium [b] decretum Deo amicorum Principum tuæ admirabilitati sit traditum, per quod præcipitur ut universi religiosissimi Episcopi orientis anathematizarent impium Nestorium, & omnes ejus contra Christum blasphemias dicere Simonianam seu Nestorianam hæresim. Hoc est, ut arbitror, & aliud nihil. Significavit autem quia parati sint universi æstimationes vel opiniones suas a tali suspicione liberare, eo quod sint omnibus modis liberi ab illius blasphemiis. Ego pacem quæ per Christum præstita est Ecclesiis firmari volens, oro quidem ut cuncti hanc habeant intentionem, & a Nestorii vocum novitatibus sint mundi. Quia vero dicunt quod nihil amplius expetere debeamus super ea quæ imperiales & piæ literæ continent, & hoc petunt a tua virtute, dignare, omnium juvando opinionem, præparare illos anathematizare Nestorium & polluta ejus dogmata eumque habere dejectum, credentes unum esse Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei, utique unigenitum ejus verbum inhumanatum & incarnatum, non in duos filios incidendum, sed eundem ex Deo ineffabiliter genitum ante omne tempus, & in ultimis sæculi temporibus eundem secundum carnem ex muliere, ita ut & una ejus persona sit. Sic enim Dei genitricem intelligimus sanctam virginem, eo quod sit idem Deus simul atque homo, quippe qui inconvertibiliter & inconfuse incarnatus & inhumanatus est unigenitus, esse vero eum passibilem quidem humanitatis natura, pati vero eum impossibile natura divinitatis, pati eum propria carne secundum scripturas. His namque conjunctis anathemati adversus Nestorium omnis de cetero, ut tamen arbitror, vacabit incusatio, & munda erit conscientia hominum, ut nec hi qui per civitates sunt populi conflligant ulterius contra se, vel omnino scandalizans aliquid in magistris, confitentes quod cuncti teneamus in nobis rectam & inaccusabilem fidem. Hæc enim scripsi Domino meo Episcopo Beroniciano. Arbitror vero quod ad idem respiciat virtus imperialium decretorum, & nihil his quæ præcepta sunt adjecerimus.

CAPUT CXCV. 284

Idem Irenæus, ubi propter ista injuriarunt orientis Episcopos, ait.

Epistola Cyrilli ad Joannem Antiochenum, per quam causatur quod orientales anathematizassent quidem Nestorium, sed eadem quæ & ille illi prædicarent. Format autem & quomodo de cetero anathematismus expeti debeat.

PAcem quidem desiderare summum bonum est atque præcipuum. Et oportere dico ut qui sapere Christo placita volunt, contineant circa hoc studium suum, non remisse, sed fortiter. Verumtamen non ob hanc causam despici oportet pietatis in Christo virtutem. Possimus quidem & aliter diligere pacem, & bona quæ ex ipsa sunt obstupescere nimis, deducere vero ad medium non ea quibuscunque roboratur & inconcussibilis fit, sed potius illa quæcunque eam resolvunt & evertunt, & circa eam quæ composita est permanere non sinant. Hæc scribo contristatus valde. Dicuntur enim quidam illic religiosissimorum Episcoporum impium quidem Nestorium anathematizare & dementissima dogmata ejus, tentare vero rursus quasi ex permutatione ea quæ ejus sunt sapere & loqui & dissolvere conscientiam fratrum pro quibus Christus est mortuus. Miror autem quomodo, dum sint sapientes, lateat eos quia si quæ ejiciunt dogmata sapiunt, semetipsos anathematizant. Dicitur namque, & hoc pro veritate, etsi esse videtur onerosum, & hos qui nescio quomodo ea quæ Nestorii loqui audent clare dicere: *Non præsumpsi*. Volo namque in talibus ad credendum tardus existere pro magnitudine mali. Tua autem sanctitas, si tamen omnino sunt aliqui tales, dignetur eos monere atque confundere, & sistat sapientes vocum novitates Nestorii & loquentes. Nam quomodo anathematizant eas, vel quomodo pacem permanere desiderant, repugnantes ei, eamque evertentes ut iniquam? Sufficiebat quidem in suspectis anathematizare tantum impium Nestorium & dogmata ejus seu contra Christum blasphemias. Quoniam vero (veri) simile est quod deludant quidam hanc rem, dicantque, *Ob hoc ejectus est solum quod Dei genitricem minime fateretur, & aliud nihil*, ideo arbitror esse dicendum quoniam non hæc sola dejectionis fuit causa dictio, sed etiam plurimæ contra dogmata veritatis elevantes aculeum. Oportet igitur profiteri quia & anathematizant Nestorium & polluta

a *Beroniciano Ep. Tyri*) in Provincia Phœniciæ. Difficile est definire tempus quo ille ad episcopatum vocatus est istius civitatis. Lupus arbitratur successisse Irenæo, hunc vero Cyro, quem miratur nullibi nominari in gestis synodi Ephesinæ. Et tamen in mandato quod orientales Ephesi constituti dederunt legatis suis Constantinopolim proficiscentibus (quod editum est in tom. super. Conciliorum, & in hoc tom. & frequenter laudatur a Lupo) Macarius Episcopus Laodicensis dicitur, facere sermonem pro Cyro Episcopo Tyriorum metropolis. Et supra cap. XIII. & cap. XXVIII. inter reliquos Episcopos orientales subscribit Cyrus Episcopus Tyri. Huic igitur defuncto ait Lupus successisse Irenæum, & quidem anno CCCCXXXIX. post terminatam synodum Ephesinam; quod recte colligere se putat ex epistola XLIX. istius synodici, quam credidit ab Irenæo scriptam ad Candidianum, cum contra scripta sit a Theodoreto, missa ab Irenæo. Verum cum supra ad caput CLXXXVIII. dictum sit exilium Irenæi, quo una cum Photio relegatus est in Petras, videri contigisse ann. CCCCXXXV. quia sanctio imperialis missa est ad Isidorum, non absurda conjectura erit si quis Beronicianum Cyro successisse suspicetur, Beroniciano Irenæum. Nam Beronicianum Irenæo non potuisse succedere hinc manifeste colligitur quod Irenæus episcopatu Tyrio pulsus est anno CCCCXLVIII. rescripto Theodosii Imperat. quod editum est in hoc tomo Conciliorum & de exilio in prædatoria synodo Ephesina, ut Evagrius scholasticus tradit lib. I. cap. 10. Et successisse Photium docent acta synodi Berytensis habita Kalendi Septembr. P. C. Zenonis & Postumiani, relecta in actione decima Concilii Chalcedonensis.

b *Decretum*) Habetur supra.

luta ejus atque insana dogmata, & eum depositum habent, credentes unum esse Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei utique unigenitum.

Et cetera ita sequuntur his verbis subjuncta sicut in epistola ad Beronicianum usque ad locum ubi habet: & inaccusabilem fidem, *in quo & finitur*.

Et post hæc Irenæus multa contra orientis Episcopos ait. Et testimonia (a) *Ligiorum revocans ad medium, postremo adjecit*.

Ostensum quidem est integre per suprascriptas literas quia qui doctrinam Nestorii damnaverunt, semetipsos alienos ab ecclesiasticis promuntiavere doctrinis. Per quas enim contra illum sint visi decernere, ipsam clare abjuraverunt veritatem. Joannes vero, & certe nihil nesciens horum, dum præfatas Cyrilli literas suscepisset, per omnem viam venit & artem donec consacerdotes suos ad illud impelleret perditionis abruptum. Sed nec hoc Ægyptium valuit satiare, aut saltem sistere latrantem contra veritatem. Volebat enim (a) homicidio suo universos de cetero per orientem ab apostolicis quidem dogmatibus abscedere & ab ipsis quoque quæ ipse per Paulum quidem in scripto confessus est, unam vero naturam clare & quæ sunt talia prædicare, nihil ulterius contra expositorum rursus ab eo capitulorum vesaniam recertantes. Nihil igitur ob hoc curans vel de eis quæ ab eo pro acquirenda gratia ejus impudenter & impie acta sunt, mittens ad regiam civitatem, eosque ad solatium consecete aggregans quorum patrocinio & a principio fretus inierat bellum contra Nestorium, assumit etiam nunc sui propositi participes. Hi igitur scientes quæ ab orientalibus paulo ante fuerant acta, & quia omnia prius sibi proposita ignominiose opere compleverunt, alteram continuo contra eos, Cyrilli consilio, ædificavit factionem longe deteriorem prioribus. Etenim Maximum quendam monachi habitu circumpositum, & ferventer Apollinarii errore languentem, cum literis imperialibus & præceptis præfectorii & virtute maxime plurima ad orientem dirigunt, ut quasi per Joannis concordiam eius jam studium monstrantes, hæresis quidem languorem diffeniunt per orientis Ecclesias, præparent vero anathematizari qui orthodoxiæ egregiorum prædicatorum luminaria fuere clarissima, & Apollinarii deliramenta & præcipue novæ hujus venena hæresis detexerunt. Sed hi quidem qui propter ista directi sunt, valde orientem perturbaverunt, & si propter sanitatem populorum nihil amplius perficere valuerint, salutem saltem suam supra lucrati sunt. Joannes autem colligens orientis Episcopos, subjectis synodicis literis est usus.

CAPUT CXCVI. ...285

b *Epistola scripta Proclo Constantinopolitano Episcopo ab Orientali Concilio pro Theodoro & Diodoro quondam Episcopis*.

SI quidem sobrie agere velint qui turbis & juvenilibus levitatibus contra commune corpus Ecclesiæ nunc nescio unde potestate sumpta utuntur, & suas quidem patrias relinquentes, venientes vero c ad imperii urbem, & calumnia adversum proprios Episcopos eorum qui illic sunt d tordidantes auditus, non utique nunc necessarium fuerat.

His dictis, e *duas posuit epistolas Joannis Antiocheni Pontificis & totius sub eo Concilii orientis pro piæ memoriæ Diodoro & Theodoro Episcopis, & mediam solius Joannis, dicens*.

CAPUT CXCVII. ...286

Epistola Joannis ad Proclum, per quam gloriatur quod totum perverterit orientem. Et personam vero in ipsis literis accusavit.

ET prius & nunc suscipientes piissimi & amatoris Christi Principis de pace ecclesiastica sanctionem per conspicuum fidelissimumque Tribunum & Notarium Aristolaum, agnovimus & nunc & prius quæ sit secta Nestorii, quam contra rectam patrum fidem noviter adinvenit, & ipsum quidem ab eis dejectum. Quæ autem male sapuit vel dixit, seu in conscriptis, sive in expositionibus, hæc omnes abjecimus & anathematizavimus, & qui eum excipiunt, & qui ea eadem quæ ille aliene a pia confessione sapiunt. Quod fecerunt omnes religiosissimi orientis Episcopi, sicut & hi qui ubique sunt, id est, tam nos quam cuncti qui undique in Ephesum convenerunt Deo amicissimi Episcopi, quibus assensimus Nestorium deponentes dejectum. Et complacemus atque sentimus ut nihil neque adjiciatur neque dematur de expositione in Nicæa a sanctis patribus facta, sed ut permaneatur in ea, & ut (omnibus præfulgeat) venerabilis hæc ipsa de fide confessio sanctorum patrum qui in Nicæa congregati sunt; quam roboravimus etiam nos, & confirmantes per Dei gratiam permanebimus, in qua & nati & nutriti & baptizati sumus, eo quod ipsa trahat firmitatem credulitatemque in semetipsa, existentem in scripturis divinitus inspiratis & his quæ Prophetæ & Evangelistæ & Apostoli prædicarunt nec non & omnes gloriosi patres qui post eos usque ad Nicænum Concilium omni spirituali charismate micuerunt, & qui post ipsos quoque usque ad nos ipsos fuerunt. Adjicere vero aliquid ei, aut auferre ab ea, vel divertere, impium periculosumque judicamus. Non est enim tutum auferre terminos quos posuerunt patres nostri. Anathematizamus igitur eos qui aliene ab ipsa exponunt coram Ecclesia, vel qui male interpretantur hanc ipsam, vel qui eam studiose corrumpunt, & qui circa eam non forte ex ignorantia tale aliquid patiuntur quale hæretici pertulerunt, idest, Arius, & Sabellius, & Photinus, & ante eos Valentinus & Marcion, & Manichæus, & Paulus Samosatenus, seu Simon, & quicunque his similis sectæ sunt. Uti vero & volumus & commendamus universis illis verbis & illo sensu qui

a *Homicidio*) id est, subscriptione depositionis Nestorii. Vide supra cap. cxc. b *Epistola*) Nescio quibus argumentis persuasus Lupus hanc epistolam orientalium retulit ad tempora Dioscori Alexandrini & Joannis Antiocheni, tamquam si eorum ætate nomina Theodori Mopsuestensis & Diodori Tharsensis non venissent in controversiam. Nam Liberatus cap. 10. memorat fautores Nestorii, cum viderent libros illius blasphemos proferri non posse in publicum quia prohibiti fuerant imperiali lege, Diodori & Theodori volumina circumferre cœpisse ac congregatam fuisse propterea synodum Antiochiæ a Joanne Ecclesiæ illius Episcopo, in eaque synodo lectum ac laudatum fuisse tomum Procli ad Armenios, ad eumque remissum cum subscriptionibus Episcoporum qui huic Concilio interfuere. Præterea Facundus lib. 2. cap. 2. & alibi refert fragmenta ex epistola Joannis Antiocheni cum synodo orientis ad Proclum, in quibus Theodorus multum laudatur. Sed de his pluribus agemus ad ann. ccccxxxv.

c *Ad imp. urbem*) ad regiam urbem, ut loquitur Cyrillus ad Joannem Antiochenum & universam orientalem synodum scribens apud Facundum lib. 3. cap. 6. *Hoc autem & nunc, sicut vestra litera monstrant, ad regiam urbem pergentes movent &c.* Agitur enim illic de eadem causa ob quam ab orientali Concilio scriptum est ad Proclum. Vide etiam lib. 8. cap. 4. d *Sordidanter*) Liberatus cap. 10 de hac ipsa causa agens: *& intrantes regiam civitatem, & multorum sordidanter auditum, calliditate sua omnia perturbabant*. e *Duas epistolas*) ad Cyrillum, ut opinor, & Proclum. Vide infra in narratione de Concilio Antiocheno anni ccccxxxv.

(a) In Cod. est *Ilirgiorum*.

qui in præfato symbolo continetur, nec ullatenus abscedere præter eum. Qui vero id corrumpit, hunc esse ab omni Christiana confessione, & communione (alienum.) Intelligimus vero eam, traditamque recipimus circa intellectum & verbum & sermonem, sicut hi qui ante nos fuerunt Deo amicissimi Episcopi, in occidente quidem Damasus, Innocentius, Ambrosius, & alii patres, in Hellade vero & Illyrico Methodius & alii patres qui pietate claruerunt, & in Africa Cyprianus, in Alexandria Alexander, Athanasius, Theophilus, in Constantinopoli Nectarius, Joannes, Atticus, in Ponto qui circa Basilium atque Gregorium, in Asia Amphilochius, Optimus, in oriente Eustathius, Meletius, Flavianus, & omnes quicumque similiter talibus pietate micuerunt. Habet vero expositio fidei sic.

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei, genitum ex patre, unigenitum, id est, de substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo & quæ in terra, qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, incarnatus & inhumanatus est, passus est, & resurrexit tertia die, adscendit in cœlos, sedet ad dexteram patris, venturus est judicare vivos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt, Erat quando non erat, & quia ex non entibus factus est aut ex altera subsistentia, dicentes esse vertibilem aut mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica & apostolica Ecclesia.

Hæc ad eorum satisfactionem qui satisfactione indigent per tuam direximus sanctitatem. Nos enim omnia quæcumque oportuit fieri ante quatuor annos, mox ut venit ab Ægypto ter beatus [a] Paulus, & fecimus & egimus & diximus. Sed nescio unde nobis & Ecclesiis ab olim procuratus est malus iste circuitus, qui revolvitur mordens, non solum, quantum videtur, nos, sed & eos qui ubique sunt, nisi nunc Deus per vestram Deo amabilitatem restinguat incendium. Hi qui ex [b] Paralia sunt Deo amicissimi Episcopi his consona componentes & subscribentes direxerunt. Illi qui ex secunda Phœnicia venientes propter ordinationem religiosissimi [c] Episcopi Theodori, qui tua dignus est sanctitate, quemque te arbitror nosse, illum dico qui est a [d] secunda cathedra, id est, consessu, ipsi quoque subscripserunt. Cilices utique ab anno præterito his convenientia & consona per conspicuum Tribunum Aristolaum compleverunt. Arabes per Metropolitanum suum, qui hic adfuit, religiosissimum Episcopum Antiochum his acquieverunt. Mesopotamia & Osrhoena & Euphratesia & Syria secunda omnia quæ fecimus unanimiter vindicarunt. Ab Isauris quæ facta sunt olim vestra Deo amabilitas longe ante suscepit. Primæ Syriæ hæc ipsa nobiscum per semet & sapiunt & subscripserunt universi. Qualiter autem Deo amicissimus qui apud nos est clerus & audierit hæc & tuam religiositatem laudaverit propter has tuas beatas curas, adjacet tuæ sanctitati a clarissimo & fidelissimo Tribuno & Notario Aristolao discere, quem sicut filium proprium adspeximus, & per eum nota fecimus universa. Cessent igitur, quæso, hæc de cetero usque in finem per te & sapientiam tuam & sudores & labores singulorum dierum, qui semper Ecclesiis prosunt, pro quibus constituat te nobis Deus Ecclesiæ propugnatorem in longa & pacifica tempora; ut paulum ex his improvisis malis respirantes, quæ propter maledictum Nestorium mundus expertus est, adversum gentiles Phœniciæ possimus obsistere & Palæstinæ & Arabiæ, & adversum cuncta Judaica, & maxime quæ sunt Laodiceæ, (Subito enim impii Judæi Archidiaconum, mirabilem virum, in theatrum deducentes puniverunt) insuper & contra eos qui in Cilicia effrænate resistunt. Sunt namque adhuc rebellantium ex conspiratione Nestorii contra veneratorem vestrum Domnum Choneum, quem juvare dignare. Præstet vero Deus misericordiam & adjutorium suum magnificentissimo & gloriosissimo Præposito Domino Felici; qui clara corona indutus est, eo quod tali operatione magnam hyemem tempestatemque sedaverat.

CAPUT CXCVIII. 287

Postquam longo multiloquio præcipue Joannem sanctæ memoriæ & ejus coepiscopos maledixit, hic ipse Irenæus.

Epistola, *inquit*, Cyrilli ad Imperatorem accusantis contra eos qui circa Antiochenum Joannem, eo quod quasi anathematizare, *inquit*, visi Nestorium, ea ipsa sentiunt quæ & ille, eo quod Theodori & Diodori scripta mirentur.

ÆTernam vitam providere a terra est inculpabile ad Deum patremque qui in cœlis est inquiens: *Hæc est autem sola & æterna vita, ut cognoscant te solum & verum Deum, & quem misisti Jesum Christum.* Sed nescio quomodo quidam fingunt quidem rectis circa hoc pedibus ambulare dum claudicent, & veritatis viam deserentes vertantur ad alteram, quæ ad exterminium perditionemque perducit. Adhærent enim quorumdam conscriptionibus interdictis. Et ut clare dicam rei naturam, (siquidem scriptum est. *Et loquebar de testimoniis tuis coram Regibus, & non confundebar*) Theodorus quidam fuit, & ante hunc Diodorus Episcopus, hic quidem Tharsi, ille vero Mopsuestiæ. Hi patres fuerunt Nestorii blasphemiæ. In libris enim quos composuerunt, agresti insania usi sunt contra omnium nostrum salvatorem Christum, ignorantes ejus mysterium. Voluit igitur impius Nestorius ea quæ illorum sunt ad medium deducere, & a Deo sacra privatus est aula. Dum vero anathematizassent quæ ejus sunt nonnulli orientis Episcopi, altero modo hæc ipsa rursus inducunt, dum ea quæ sunt

a *Paulus*) Episcopus Emesenus, pacis interpres.

b *Paralia*) id est maritima quod Lupus interpretatur de insula Cypro, quam Paraliam olim fuisse dictam ait.

c *Episcopi Theodori*) Damasceni, qui Concilio Chalcedonensi interfuit, itemque Antiocheno sub Domno.

d *Secunda cathedra*) id est, cui primus post Patriarcham locus competebat in patriarchatu Antiocheno; ut hæc recte explicat Lupus, adductis verbis epanagnostici Basilii Imp. relato in actione prima Concilii octavi.

sunt Theodori admirantur, & eum recte sapere dicunt & consone patribus nostris, Athanasio dico & Gregorio atque Basilio. Sed mentiuntur contra sanctos viros. Scripserunt enim quantacumque Theodori & Nestorii malis sunt adversa sentientes. Quia igitur didici quod de his & vestris piis auribus ingerant quædam, rogo ut animas vestras intactas omnino impollutasque servetis a Theodori & Diodori impietatibus. Sicut enim supra jam dixi, Nestorius ea quæ ipsorum sunt est locutus, & ob hoc ut impius condemnatus est ab universali synodo apud Ephesum congregata juxta Dei voluntatem. Quoniam vero simulant quidem se symbolum confiteri quod expositum est in magna & antiqua synodo Nicæna, declinant vero ejus falsa interpretatione virtutem, rogaverunt Archimandritæ orientis orthodoxi interpretari a me idem symbolum; quod & interpretatum est. Et necessarium fuit ut in vestras pias & Christi amicas aures perveniret hoc opus. Vestræ siquidem tranquillitati inest inter alia bona & hoc, ut in sermonibus de recta fide sine cessatione delectari velitis.

(a) [a] Sanctam epistolam pro suis patribus ad hoc præcipue protulit Irenæus ut Nestorium probaret non esse novitatis auctorem, dum constet quod multæ hæreses patrum pro se ob hoc ipsum proferant lectiones, nec tamen ob hoc eorum principes non sint novitatis auctores. Nam ut de aliis interim sileam, Eusebius in opere apologetico pro Origene & dogmatibus ejus, id est, pro præexistentia & restitutione composito, quod martyris & ipsius Eusebii Cæsareensis nominibus prænotatur, multis valde præcedentium patrum testimoniis usus est pro prædictis erroribus. Nec tamen idcirco ab Ecclesia Dei vel Origenes absolvitur, quasi non fuerit novitatis inventor, sed illi pariter addicuntur. Similiter Ariani & Macedoniani abutuntur testimoniis Dionysii Alexandrini Pontificis, & cum eis etiam Donatistæ sancti martyris Cypriani & octoginta sex coepiscoporum ejus, Concilio facto. Et de omnibus his idem quod dixi servat Ecclesia. Et Pelagius, diabolici auctor erroris, etiam beati Joannis Constantinopolitani Præsulis & Mediolanensis Ambrosii & aliorum, ipsiusque Augustini, laudabilis tantæ expugnatoris hæresios. Nec tamen ob hoc vel ipsi Nestoriani dicere potuerunt quod nullus prædictorum fuerit novitatis inventor. An forte idcirco alios novitatis repertores asserunt nominari quia de præcedentium patrum nominibus scriptisque mentiuntur? Sed contra hoc nobis testis est illa vetustas & consonantia codicum, cuiqui non credit, nec contra Manichæos de novi testamenti librorum invenit quod adstruat veritate. Si ergo vere Manetis blasphemias execrantur, quomodo eis in maxima & summa suæ hæresis confirmatione poterunt consonare? Cur ergo ipsi novitatis inventores nostros patres accusant, dum longe antiquiores ab Ephesino, sed & alii ab ipso quoque Nicæno Concilio magistri clarissimi vere ac proprie, id est, summi ac sempiterni Dei genitricem beatam virginem, quæ substantialem patri filium peperit; dicant, & quæ illa ipse in nostram naturam suscepit, ejus dici per unitionem in unam personam subsistentiamque definiant quæ primus prorsus Nestorius abjurando damnatus est? Et ne nunc quidem correctus est, sicut ejus, quantum supra posuimus, ipso Irenæo dicente, ad Theodoretum scripta testantur, quæ contra fidem pacificæ Alexandrini Pontificis scripsit epistola. Hæc breviter diximus ad id solum, quia non ob hoc negandus fuit Nestorius novitatis inventor quia Theodorus & Diodorus a Cyrillo eadem sapuisse dicti leguntur.

CAPUT CXCIX. 288

Pars, *inquit*, (epistolæ). Theodori Ancyrani ad sanctum Vitalem monachum, qui erat in Cappadocia.

Etsi enim Cilicum quidam vobis impietate communicant, quos ante Nestorium decepit Theodorus, sed non oportet tuam religiositatem post tantam virtutem & tot tempora vitæ monachicæ subduci novitatibus dogmatum quæ superductæ sunt pietati ex quæstione juvenili, non ex nostra pristina fide. Dispensationis enim Christi miracula fides quidem fecit omnium lucrum, quæstio autem hoc lucro quærentem privavit. Præfuit vero huic ineffabilium & omnem superantium rationem mysteriorum unigeniti quæstioni prius quidem Theodorus, post illum vero Nestorius; quem nunc sequuti sunt Thyanenses.

CAPUT CC. 289

Pars, *inquit*, (b) epistolæ Rabbulæ Edesseni scriptæ ad (c) Ægyptium, significans quod qui ab eis oppugnabatur, id est, Nestorius, eos, qui circa beatum Theodorum secutus, sic usus est coram Ecclesia doctrinis.

Episcopus enim quidam provinciæ Cilicum, vir verisimilis dictu, & sufficiens ad persuadendum, altera quidem pro tribunali præferebat ad placendum populo, altera vero per dæmonis capturas ferebat in scriptis. [d] Qui in quorumdam suorum librorum principiis anathematismum legenti circumponebat, ne aliis proderet scripta. Iste primus exposuit non esse Dei genitricem secundum veritatem sanctam Mariam, tamquam Deo verbo non recipiente eam quæ secundum nos est genituram. Hoc nunc usque latens, ne tempore diuturniore roboratum firmius putaretur, secundum dispensationem Dei oblitus Nestorius, novæ incisionis auctor, in publicum protulit.

Idem Irenæus & ad hoc his testibus utitur ut quasi talem faciat syllogismum.

Ecce

a *Sanctam*) Legendum *suprascriptam*, ut in simili causa monuimus supra.
b *Epistola*) Extat in collatione quinta Concilii quinti. Citatur autem a Pelagio II. in epistola tertia ad Episcopos Istriæ, ex eadem interpretatione. Mutilus porro est hic locus in editionibus epistolarum Pelagii, quem emendandum esse ut habetur in Concilio V. docet vetus codex bibliothecæ Colbertinæ.
c *Ægyptium*) Lupus ediderat *Ægyptum*. Nos emendavimus, secuti auctoritatem Concilii V. & Pelagii II. qui docent eam epistolam scriptam esse ad Cyrillum Alexandrinum.
d *Qui in*) Sic legendum esse docent idem Concilium & Pelagius. Apud Lupum legitur, *Quin*.
(a) Cod. aperte legit *sanctam*.

Ecce his tribus testibus est credendum quod Nestorius Theodorum in sua prædicatione secutus sit. Rursus quod Theodorus ea ipsa docuerit quæ omnes clarissimi patres, testis est synodus orientis. Igitur, *inquit*, Nestorius eadem prædicavit quæ cuncti clarissimi patres.

In hit ideo erravit, quia temperantiam non attendit Ecclesiæ Dei, quæ usa est synodus orientis ad Imperatorem Theodosium in epistola pro Theodoro & Diodoro Episcopis, quam & ipse Irenæus posuit, inter alia inquit [a] Si quis vero, Imperator sancte, [b] immanifestum de tali dicat inveniri in ejus aliorumve conscriptis, nec hoc jam nunc est necessarium retractare. Quorum enim in sacerdotio & sacris operibus optimum finem vita suscepit, his pristinam gloriam dedicamus, & non eos esse judicamus ab eis ex quibus eos audacter quidam reprehendere volunt. *Aperte synodus orientis dicta Theodori sub sancta exceptione ut laudavit, ita & clarissimis ostendit consonare doctoribus, dicens:* Ex quibus quidem defunctos magistros Ecclesiæ temperantia laudet, ex quibus judicare non debeat, *id est, ex his quæ communia omnium sunt, non ex his si qua non inveniuntur esse communia. Quoniam vero præfatus Irenæus dicit quod Joannes & coepiscopi ejus eadem quæ Nestorius sentientes, sub hypocrisi ejus dejectioni consenserint, quædam testimonia ex libro Eutheris cohæretici ejus contra unitrvam beati Cyrilli epistolam, ubi & ejusdem Nestorii testimoniis utitur, hic transcribenda proposui, per quæ etiam nunc catholicorum & hæreticorum differentia dignoscatur, & maxime circa fidem, de qua nunc specialiter sermo est.*

CAPUT CCI. 290

[c] Epistola Eutherii quondam Thyanensis Episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum, contra pacem scripta Ecclesiæ Dei quæ facta est inter Cyrillum & Joannem Episcopum.

MOvet me ad scribendum consuete a Deopassianis adversus pietatem magna conscendens. Nunc vero duo me ista compellunt intacitum movere sermonem contra eos qui impiis assenserunt. Unum, quia oriens bene degens in pace prius, nunc sicut & ceteræ provinciæ perturbatur, & quia [d] is qui hujus perturbationis est causa, ut admirabile aliquid, delictum suum per epistolam laudat. Scribit namque ad Cilicum patres: *Si quis vero, quod absit, ab hoc bono avertitur, hic manifestus est quod ab olim & a principio non ea quæ Domini sunt, sed quæ sua, quæsierit.* A quo inquirere bonum est: A te interim quæ Domini sunt quæremus, quæ in Ephesо perdidisti, [e] non veniens tempore definito, atque nunc in Ægyptum dirigens contra fidem perpetrasti. Taceo interim quæ contra [f] personam quæ in invidia est fueris machinatus, sciens quod judicatio quæ pro pietate movebatur, illius defensioni proficeret. Sæpe enim potente persona pietas utitur circa fidem pro suo contra impietatem statu, quoties se viderit impugnari, sicut quondam sanctæ memoriæ Meletio Antiocheno Episcopo, & ante ipsum immortalis memoriæ Alexandrino Episcopo Athanasio. Dic igitur nobis quando tu ea quæ Domini sunt quæsieris, præteritis temporibus an præsentibus? Sed ne scrutatores tuæ conversationis putes, contra Ægyptii impietates sine pudore debellatus es. Ex tuo & ejus novello negotio, qualiter de præteritis dijudicatio nulla sit, hoc nobis ostende, & utrum correctio cujuslibet putanda sit judicemus, illiusne qui deliquit atque correptus est, an tua, qui dijudicasti & corripuisti? Dic quis alterum sit lucratus, quis sit peccati absque sua confusione corrector, quis imitatus Petrum, & ad pœnitentiam parate susceptus? Perscrutemur, si placet, & eorum quæ ad te [g] ab Ægyptio scripta sunt virtutem. Videamus si pacem quam redditam prospere mundo annuntias, rixæ adjectione factam non reperimus in te; & veni, ut attingentes ipsarum principium literarum, Ægyptiacæ illius interim dejectionis specimen videamus: qualiter in ipsis epistolæ proœmiis salvatoris quidem Christi præteriens faciat mentionem, imperialem vero mox dilatet laudem. Et hoc namque impiorum est proprium, despicere quidem patientiam salvatoris, obsequi vero eorum qui in terra prævalent potestatibus. Sed mihi dona ut de vanis illius circa hæc sermonibus taceam, ipsam virtutem earumdem inspiciens literarum. Quod vero est deterius, qui deludit irreprehensibile Domini consilium, semetipsum cœlitus consiliarium divinæ gubernationis efficiens. Nam sensum quem volentes ejus adhibent blasphemiis nomine pacis appellat, & ipsam a salvatore attributam quadam quasi lege pronuntiat. Adhuc autem conspectione digna est & ipsa insynceritas adulationis ad Principes. Miratur enim eorum pietatem a parentibus traditam, & per hoc eos suadere volens hanc ejus suscipere impietatem quæ illis beatis adversa est. Unde coronas iterum plectit ei qui occurrit ad ipsum, & auget ejus superbiam contra fidem. Ipse namque epistolæ verborum crepitus interpretatur illius animæ crudum tumorem. Quæ commemorari est bonum. [h] *Nam quo quidem modo Ecclesiæ sint divisæ, superfluum dictu est.* O protervia! Insontem semetipsum censet, & sola, qua contra alios dicat, interminatione seu comminatione contentus, probationem culpæ alterius putari vult quod ad accusandum prone paratus sit. Ubi sunt nunc qui tuba canunt [i] hujus pœnitentiam; Ubi sunt illusionis hujus impudentes præcones? Quid loquimini contra illum qui ab eo & aperte [k] theatrizamini? Videte quam de vobis exhibet pompam, & eos lætissimo risu traducit qui pridem quidem bel-

a *Si quis vero*) Hoc fragmentum tribus in locis refert Facundus, nimirum lib. 8. cap. 3. & 5.
b *Immanifestum*) Apud Facundum, *obscurum*. c *Epistola*) Non est epistola, sed invectiva adversus Cyrillum Alexandrinum & Joannem Antiochenum, ab Eutherio haud dubie missa ad Alexandrum.
d *Is qui hujus*) Joannes Episcopus Antiochenus. e *Non veniens*) Tarde enim venit ad synodum. Vide supra cap. 31. f *Personam*) Nestorium. g *Ab Ægyptio*) Cyrillo Alexandrino. Agitur itaque hic de epistola Cyrilli ad Joannem Antiochenum, quæ acriter & invidiose examinatur. Extat supra p. 669.
h *Nam quo quidem*) supra p. 671. *Quo enim modo divisæ sint, superfluum arbitror dicere.*
i *Hujus pœnitentiam*) Orientales enim pœnitentiam Cyrilli vocabant eam quam cum Joanne inierat pacem. Vide paulo infra p. 984. k *Theatrizamini*) Illudimini.

lati sunt contra eum, nunc vero ejus facti sunt fœderati. Quid enim dixit? *Quoniam vero superflus omnino & inopportuna Ecclesiarum discordia facta est, nunc nobis est præcipue satisfactum.* O incongruitas! Superfluam dicit tua discordiæ increpationem, impia cultura sua discoopertionem. Sed & satisfactionem superfluitatis hujus annuntiat. Dic, o optime, hujus satisfactionis speciem, de forma hypocritarum subsannationem triumphi in eos qui tibi prodidere veritatem. Scribe tuorum supplicum confessionem. Scribe occultas Judæ nunc contra divinitatem nundinas. Dic proditionis & modum. *Domino meo*, inquit, *religiosissimo Episcopo Paulo chartam nobis offerente irreprehensibilem confessionem fidei continentem, & hanc a sanctitate tua & ab his qui illic sunt religiosissimis Episcopis compositam confirmante.* Intende quæso confessionis conjunctioni. Ait enim: *irreprehensibilem confessionem fidei continentem.* Judex etiam nunc fit fidei qui damnatus est, judicat judices qui iudictus est, & exigit testimonium quasi veracior. Ait enim: *& hanc, a sanctitate tua & ab his qui illic sunt religiosissimis Episcopis compositam confirmante.* Quantam simulationem demonstrat absconditam? Confirmante, inquit, erroris eorum correctionem, gestorum contra me ab eis pœnitentiam, præcedentis errorum confessionis incongruitatem, mei magisterii utilitatem, meorum capitulorum conservationem. Etenim expetam, inquit, eos fidei hujus testimonium, ut eorum contra expositionem meam calumnia publicetur. Dico & *irreprehensibilem eorum confessionem*, ut adversantes mihi, accusatos nuper, credidisse convincam. Sed quid me detinet impœnitens Ægyptii elatio, dum me abstrahat jam [a] fratricidii perpetratio? Video namque illos hæreditate ejus qui iniquitatem ipsam passus est adornari & illius nitescere floribus. Dicite enim mihi; cujus doctrinas & expositis, quo prius hæc estis prædicante confessi? Et si quidem talia plurimos latent, fingite solos vestra vos discere; si vero clara sunt omnibus, cur occultitis hæreditatem quam diripitis? Verumtamen legamus, & horum demonstrationem videamus. *Confitemur*, inquit, *Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei, Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore, ante sæcula quidem de patre genitum secundum deitatem, ultimis vero diebus eumdem ipsum propter nos & propter nostram salutem ex Maria sancta virgine secundum humanitatem, consubstantialem patri eumdem secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem.* Hæc nunc scripsistis vos. Audite & [b] ejus dicta qui expugnatur a vobis, quam clare eadem dixerit. Sequens enim sanctos patres qui Nicææ convenerunt, & coram Ecclesia circa illorum expositionem verbum faciens, sic ait: *Vox significans & divinitatem & humanitatem, id est, id nomen quod est Christus, patres vera dicere facit utraque. Consubstantialis patri Christus, verum est. Etenim secundum divinitatem consubsistit. Consubstantialis nobis secundum humanam naturam, verum est. Et homo est enim.*

Vides quomodo unius linguæ sint prædicationes. Cur igitur abnegatis prædicatorem veritatis? Cur qui ei assentistis, contra ipsum cui consensistis furiose pugnatis? Cur refutatis cum cum quo ipsa sentitis, & alii, qui blasphemat, communione jungimini? Non mihi stilis verbis orthodoxi & operibus blasphemi. Res piciatis ostende, & vera eris de pietate conscribens. Sed dic, inquiunt, & residuæ confessionis identitatem & de virgine sancta præcipue. [c] *Confitemur enim nos*, inquiunt, *sanctam virginem Dei genitricem, eo quod Deus verbum incarnatus sit & inhumanatus, & per ex ipsa conceptionem univerit sibi templum ex ipsa susceptum.* Ego tibi ostendam & hujus confessionis similitudinem, etsi ab acribia recidisti. Participatus namque es cum hæreticis cumque orthodoxis quæ de virgine sapis. Et audi qualiter nec hoc prædicator veritatis omiserit. Sermonem namque de inhumanatione coram Ecclesia faciens, & infirmioribus auribus condescendens, sic ait: [d] *Opertet id & clarius dicere, ut omnibus sit perspicuus ejus quod dicitur intellectus. Liber generationis Jesu Christi. Non ait, Liber generationis Dei verbi, neque Liber generationis hominis. Nam si diceret, Liber generationis hominis, Christum purum nobis hominem demonstrasset. Si vero dixisset, Liber generationis Dei verbi, puram nobis traduceret divinitatem. Comprehendit igitur utrasque naturas in appellatione Christi, ut nullum sine altero intelligatur. Hinc sanctæ virgini convenit quidem & ex eo quod Christi sancta sit mater, ut duplici nomine appelletur. Quoniam vero oportet, & propter eos qui clariorem appellationis hujus exigunt intellectum, & maxime filios existentes Ecclesiæ, & dicto ad eos uti manifestiore, ideo & nunc quæ pridem breviore appellatione de beata illa & sancta virgine prædicabantur, hac manifestioribus appellationibus confitemur, quoniam ipsa sancta virgo Dei genitrix est & hominis genitrix; Dei genitrix quidem, eo quod templum illud quod in ea a spiritu sancto creatum est, unitum sit deitati: hominis vero genitrix, eo quod assumpserit nostræ naturæ primitias divinæ naturæ.* Quis igitur præfatæ confessionis expositionem secutus est? Tu qui Dei genitricem dixisti tantummodo, an & iste, qui Dei genitrici conjunxit hominis genitricem? Perimis confessionem fidei quam pius exposueras. Dixisti namque ex ipsa genitum Christum secundum humanitatem. Noli igitur perimere priora fugiendo quod sequitur. Quod vero non secutus sis patres orthodoxos, & maxime beatæ ac sanctæ memoriæ Episcopum Tharsi Diodorum, audies a beato condescensorie quidem dici Dei genitricis vocem concedente, non vero abscidi ab ea & hominis genitricem dogmatizante. Inquit enim. *Verumtamen dicatur propter unitionem Mariæ Dei genitrix. Deus enim fortis est semen Abrahæ per unitionem ad Deum verbum. Fatenda vero & hominis genitrix. Sic enim propter naturam hominis genitrix est Mariæ. Dei vero genitrix, non tamquam naturæ sit partus, sed quia is qui est ex Deo, homo natura, Deo verbo conjunctus est.* Vidisti subtilitatis expositionem. Cur igitur

a *Fratricidii*) Depositionis Nestorii, quam homicidium dictam fuisse notavimus ad caput exo

b *Ejus dicta*) id est, Nestorii. c *Confitemur*) Redit ad epistolam Cyrilli.

d *Oportet*) Fragmentum est sermonis a Nestorio habiti in Ecclesia, quod extat supra. Habetur etiam inter opera Marii Mercatoris. Eadem repetit Nestorius in epistola ad Cyrillum supra.

tur non secutus es sanctos patres? Major enim est accusatio illa: quia & dum promisissetis pariter omnino nihil adjicere fidei sanctorum patrum qui Nicæa congregati sunt, vocem quæ ab illis dicta non est adjecistis, secuti plures consonantes illorum: nunc vero & patribus illusistis, & discipulorum non estis secuti vestigia. Omnia autem fecistis soli placere festinantes Ægyptio. Unde & fictas illius assentationes vos suscepistis soli, dum sanctas ad decipiendum vos appellaverit voces. [a] *Has*, inquit, *adeuntes sanctas voces*. O multiformis error. Impiissime & veritatis inimice, nunc sanctæ sunt pietatis voces, nunc dixisti fidei verba, nunc tibi est rectæ glorificationis confessio prædicata. Tandem tege impudentiæ faciem. Nonne impugnatus a te doctor hæc te imbuit prius? Lege infelix inscriptos ad te apices. Vide, impudentia plene, clarius tibi explanatas has sanctas voces; & aut temetipsum ut fidei adversarium increpa, aut ironiam sanctæ hujus appellationis denuda. Quid enim tibi scripsit, etiam quando ei contumelias ingessisti? [b] *Et (si) mihi*, inquit, *aures ad fraternam medicinam præstiteris, ipsas tibi illorum sanctorum voces proponens, liberabo te a calumnia contra eos & contra divinas scripturas per illos. Credo*, inquiunt, *in Dominum nostrum Jesum Christum filium ejus unigenitum. Attende quomodo prius ponentes*, Dominus & Christus & unigenitus & filius, *quæ nomina divinitati & humanitati communia sunt, quasi quædam fundamenta tunc inhumanationis & resurrectionis & passionis superædificant traditionem, ut præpositis nominibus quibusdam utrarumque naturarum significativis, neque ea quæ filiationis & dominationis sunt incidantur, nec ea quæ naturarum in singularitate filiationis confusionis exterminio periclitentur*. Nonne hæc tibi scripta sunt prius? Sed istis & ea quæ ante nuper laudata sunt confer. [c] *Confitemur*, inquit, *Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei, Deum perfectum, & hominem perfectum*. Hinc intende quia edoctus es olim quod ut fundamenta sint divinitatis & humanitatis nomina. Dic vero & reliqua: *ante sæcula quidem ex patre genitum secundum divinitatem, in ultimo vero dierum propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine secundum humanitatem. Consubstantialem eumdem patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum unitio facta est, propter quam unum Christum, unum Dominum, unum filium confitemur*. Secundum hanc inconfusæ unitionis intelligentiam discute & hic rursus consonationis virtutem, [d] *ut præpositis*, inquit, *nominibus quibusdam communibus utrarumque naturarum significativis, neque ea quæ filiationis & dominationis sunt incidantur, nec ea quæ naturarum in singularitate filiationis confusionis exterminio periclitentur*. Vides quomodo tibi eumdem quidem ex indivisa & singulari filiationis intelligentia clarius scripsit. Ad hæc ubi tuam factam laudem suscipiemus? Hæc ipsa enim & odisti & miraris, & anathematizas & sacra dicis. Sed inquit: *Nunc admiror, ex quo vocem Dei genitricis accepi. Tunc enim non solum tacebatur, sed e contrario etiam projiciebatur. Christi enim genitrix, & non Dei genitrix, dicebatur hæc eadem*. Ostensum quidem tibi est & ex prædictæ vocis vi quin potius vocum expugnabilis ratio. Quia vero his literis intendens, abscindis consequentiæ rationes, ego tibi expediam epistolæ verba, ostendamque illum virum hanc vocem nullatenus repulisse. Ait enim hæc ipsa. [e] *Ubique*, inquit, *divina scriptura, quotiescumque dominicæ dispensationis memoriam facit, generationem passionemque non divinitatis Christi tradit, sed humanitatis, ita ut vocetur juxta scrupulosiorem appellationem sancta virgo genitrix Christi, & non genitrix Dei*. Secundum scrupulosiorem, inquit, appellationem. Ubi autem quæritur quod scrupulosius est, ibi non omnino perimitur quod simplicius est. Utrumque enim suscipientium commensuratur auditus. Sic enim ad eos & postea dictum est: [f] *Quia propter eos qui clariorem appellationem hujus expetunt intellectus*. Et id quod est: *Verumtamen dicatur propter unitionem & Dei genitrix, si non juxta hæreticum sensum*. Sufficiat igitur & ista convictio fraudis quæ contra illas literas facta est. Incongruum namque est relinquentes nos importabilem tuam contra salvatorem blasphemiam de simpliciori virginis appellatione contendere. Ipsa enim quæ visus es admirando laudare, mox pace nisus evertisti. Nam si quidem solum vocasses sacras illas voces, & continuo tacuisses, multorum subrepsisses auditibus. Quo vero compellit te ultio veritatis? Simulationis tenebras amisisti. [g] Age igitur, & nos rursus utamur gladiis contra te. Et prius quidem sibimetipsi repugnare monstremus tuæ temeritatis insaniam. Nam qui in superioribus epistolæ partibus decentia tempori pacis & sapere te & dicere promisisti, mox ex insidiis erigis prælium, & vespas agrestes appellas eos qui ad tuarum conscripserunt blasphemiarum convictionem. Ubi autem sunt etiam nunc qui tuba canunt hanc pacem, qui eum (qui) contumelias ingerit prædicant pœnitentem? Quid erratis, imo vero quid tentatis decipere? Non sunt hæc verba pœnitentis, sed nec iterum [illegible] [h] *sic & nos sapere invenientes*, pro[illegible] ut dicat: *Non nunc hæc ex pœnitentia sapimus, sed semper ita sapuimus, & sumus va[illegible] de 2sti*. Dic & aliud huic demonstrationi conveniens. *Oportebat namque clare intelligere quod omne fere nobis fuerit de fide certamen*. C[illegible]rtam[illegible] prætendit, o homo, & tu pacem nomin[illegible] prælium. Ille expoliatur ad luctamen, & tu [illegible]fers de pace leges. Si autem mihi hæc dicenti non credis, vide & ipsos sudores ejus certaminis, vide impietatis fomenta & defige mentem blasphemis ejus captionibus. Ecce enim sequens impia capitula sua, rursus ipsa defendit & confirmat apud nos. Interim namque Emmanuelis appellatione in generatione secundum carnem denuo utens, carnalem ac non Deo decibilem generationem virginis recommemorat. Deinde

a *Has*, *inquit*) supra *his vestris relectis sacris vocibus*.
b *Et si mihi*) Fragmentum ex epistola Nestorii ad Cyrillum supra.
c *Confitemur*) Redit ad fragmentum paulo antea laudatum ex epistola Cyrilli ad Joannem.
d *Ut præpositis*) Repetit verba quæ paulo ante descripta sunt ex epistola Nestorii ad Cyrillum.
e *Ubique divina*) supra p. 500. f *Quia propter eos*) supra p. 756. g *Age*) Compellit nunc Cyrillum, & eiobjicit verba sua quæ habentur supra p. 670. h *Sic & nos sapere*) Verba Cyrilli ibid.

ad reliqua, velut quadam consequentia, ad ipsam editionem capitulorum pergens, introducit scribens temperationis confusionisque unitatem. Audi enim quæ post hæc verba posuerit. *Qui vero*, inquit, *desuper ac de cœlo descendens Deus verbum exinanivit semetipsum, formam servi accipiens, & vocatus est filius hominis, perstans esse quod fuit, id est, Deus, inconvertibilis namque est & immutabilis secundum naturam, ut unus jam intelligendus cum propria carne, de cœlo dicitur descendisse. Nominatus vero est & homo de cœlo, perfectus existens in deitate, & perfectus idem ipse in humanitate.* Attende subtilitatem verborum, vide sermonum longitudinis intellectum. *Quia*, inquit, *desuper ac de cœlo descendens Deus verbum.* Et quid post pauca? *ut unus*, inquit, *jam intelligendus.* O optime, & quomodo jam cum carne est? Jam non solum verbum intelligitur, sed caro & verbum, inseparabiliter quidem ut una persona contemplandus, non vero unum verbum vel unus sermo intelligendus. Quid ad operis conversionis credulitatem? Quid corrumpis scripturam, quæ furto non subjacet? Quid nomen fugiens Christi, ad hoc divinæ naturæ circumvolveris ut eam dispensationis passionibus subdas? Sequere Apostolum Paulum, & ne illudas Christum, qui in eo locutus est. Non ait: *Ipse de cœlo descendens Deus verbum exinanivit semetipsum formam servi accipiens.* Sed quid dicit? *Hoc sentiatur in vobis quod & in Christo Jesu, qui in forma Dei existens, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Quæ verba & sanctorum patrum qui apud Nicæam convenerunt secuta est fides. Solus vero intellectus vestri Apollinarius institutor nominum remutationem contra eorumdem sanctorum patrum Nicænam confessionem & contra ipsam divinam scripturam fraudulenter induxit, pro Domino & Jesu Christo & filio, quæ sunt duarum naturarum significativa nomina, Deum verbum tantummodo exponens; ut dum solam divinam naturam personæ significat, tamquam quæ superet alteram, ipsam prædicet pro persona, & contemperet ambas in unam bene sonantem naturam. Hanc namque intentionem & tui sequuntur multiloquia verbi. *Deus*, inquis, *verbum ut unus jam intelligendus cum propria carne.* Dic & reliqua. *De cœlo*, inquit, *dicitur descendisse. Nominatus vero est & homo de cœlo, perfectus existens in in deitate, & perfectus idem ipse in humanitate.* Et quid est quod in divinitate & in humanitate cognoscitur esse perfectus? Quid est alterum quod præter illas quæ unitæ sunt naturas inducitur? Quid est præter ipsas quod in ipsis speculandum sit? Nam quod in aliquo est perfectum, alterum præter ipsum est in quo ostenditur esse perfectum. Quomodo nobis in tres duas scidisti naturas? Dic quid sit præter deitatem & humanitatem alterum quod in eis perfectum debeat speculari? Ne transeas quod est tuum. Noli fugere convictionem. Habes demonstrationem præ manibus. Profer expositionem capitulorum. Ostende inde manifeste quod quæritur, clamans naturalem & secundum subsistentiam unitionem. Hæc tibi enim objectum solvunt. Hæc tibi ædificant circa materiarum modum præter naturas ex naturis figuram, figuram quæ ex eis & fit & in eis est contemplanda. *Perfectus*, inquis, *existens in deitate, & perfectus idem ipse in humanitate.* Putasne perfectus Deus sermo secundum te in divinitate, an potius confiteberis secundum nos divinitate perfectum? Et rursus, putasne perfectus idem ipse, ut inquis, in humanitate, an potius iterum credes nobiscum perfectum Deum in homine perfecto? Deum namque tantum & hominem glorificamus, nihil alterum præter unitas agnoscentes naturas. Dic vero & quod sequitur: *& tamquam in una*, inquit, *persona intelligendus.* Quæ est latrantium tanta vesania? Non enim sufficit quod in naturis inducitur aliquid alterum, id est, exnaturale; & secundum subsistentiam unitione figura quædam, sed & in ipsa figura alterum quoddam peregrinum & inconstans dogmatizat: *& in una*, inquit, *persona intelligendus.* Non jam dixit unam contemplari debere personam, sed alterum in persona intelligendum. O intolerabilis ista confusio! O hæc contemplantia naturarum! Sed nos hanc similiter insilientem despiciamus ejus blasphemiam. Intendamus vero quomodo naturas dominicas completivas filiationis inducat. Nam dum perfectum supponit in eis alterum, introducit ex eis compositionem factam, qua filius perficeretur. Et ubi est inhumanationis filii perfectio, ubi permansio indefecta filiationis ante sæcula? Ubi est quem consubstantialem patrum fides absque mendacio dixit? Non sine causa, ut arbitror, qui vocati a te sunt vespæ, de cœlo te ominari carnem dixerunt. Nam si & caro implet filiationem, perfecta vero & ante adventum filiatio fuit, necesse est consempiternam dicere huic perfectioni & carnem. Consempiternam vero dicens, consubstantialem quoque dicturus es. Consubstantialem vero dicens, cœlestem sapere convinceris. Ne despicias. Non est tibi aculei parva plaga vesparum. Strangulat enim tuæ impietatis fauces, ut aut neges filietatem ante inhumanationem fuisse perfectam, aut hoc volens dicere, fatearis illud nolens, quod carnem sentias esse cœlestem. Expedit porro tibi accipienti plagam magis benigne suscipere vesparum doctrinas quam vanitatem tantæ impietatis amplecti. Reliqua enim verba sæpius forsan dixeris pietatis. Si vero impudenter agis, & hoc disce, te ipsum rursus in blasphemiis permanentem latrantemque deterius. [a] *Unus enim*, inquit, *Dominus Jesus Christus. Etsi non ignoratur differentia naturarum, ex quibus unitionem dicimus ineffabilem factam.* O insania, o insipientia, o amari & venenosi latratus! Quomodo dulce & amarum contemperavit in idem? Quomodo mel veneno conjunxit? Scimus, seductor, quod unus sit Dominus Jesus Christus, & quod non ignoretur differentia naturarum. Dic autem nobis quid sibi vult illud quod ais: *ex quibus unitionem dicimus ineffabilem factam?* An utique iterum illud, quod ex naturis plena est filiatio? Etsi enim simulas non dicere nunc unitionem naturalem, volens ineffabilem nominare, sed tamen altero verbo idem composuisti. Hoc ipso namque quod dixisti,

a *Unus enim*) pag. 672.

xisti, *ex quibus*, alterum rursus præter natuA ras significas quod ex ipsis est. Vides quomodo in eisdem volveris? Nec lates irridens. Nos namque, o mirabilis, non ex ipsis unitionem dicimus factam, sed ipsarum tantummodo naturarum confitemur unitionem. Sic enim & perfectionem filiationis, quæ est ante sæcula, absque repugnatione prædicamus, & gratiam quæ nobis ex inhumanatione donata est, in glorificatione servamus. Non enim ipse indiguit ad plenitudinem filiationis primitiis nostris; sed nos indigentes, adoptionem digni facti sumus ab ejus carne suscipere. Ad prædicta & illud pariter videamus, quod non solum capitulorum impietati hæc epistola convenit, sed etiam, sicut diximus pridem, & illas B voces quas sacras vocavit evertit. Audi enim Deum perfectum hominemque perfectum. Perfectum e contrario prædicavit, verisimilem seductionem commutans, ac dicens in divinitate perfectum & in humanitate perfectum. Et rursus hæc dicens, quarum naturarum e contrario docuit obtegens confusionem, unionem dicit ineffabilem. *Ex quibus*, inquit, *unitionem dicimus ineffabilem factam*; sursum atque deorsum adjectione syllabarum temperans blasphemiam. Huc enim ex Arii & Eunomii magisterio adductus est contentiosus hic dæmon, impudentissima bestia, inverecundus draco. Et quasi parva fuerit præcedens impietas, ejus additamentis aliis quod dirum est supernutrit. Et C verbis rursus transformatis impietatem colorans, ad intentionem suam passibilis apud eum divinitatis recurrit. Quid enim dixit ad hæc? [a] *Impassibilem Dei sermonem subsistere confitemur universi, etsi omni sapientia dispensans ipse mysterium, sibimetipsi impartire videatur eas quæ contigerunt carni propriæ passiones*. Impassibilem Dei sermonem subsistere confiteris. Et cur præcedens eum passibilem dogmatizas? Dic quid tibi velit quod inquis sibimetipsi impartire passiones, nisi utique illud, quia voluntarie passus sit? Novimus enim tuorum verborum consuetudinem. Sed possibile est ut quidam simul cum blasphemo irridentium contendat adversum nos quod impartire iste impius dixerit D quasi proprias facere. Ad quos dicimus nos quia primum vocem qua dicitur *impartit* non id solum significare putetis quod pertinet ad propria facere, sed etiam comparticipationis est res. Impartire namque quasi inter se & alterum partiri aliquas res, corrupto per compositionem sermonis verbo, nominatur. Si igitur sibimetipsi impertit, constat quia id ita dicitur sicut voluntarie vel spontanee passionem participat. Confirmat vero quod & nunc passum Deum verbum dogmatizet iste adversarius legum positi ab eo super hoc scripturæ testimonii lectio. [b] *Quale est*, inquit, *illud quod per Prophetæ vocem præconatur ut ex ipso: Dorsum meum dedi ad verbera & maxillas meas ad colaphos; faciem vero meam non averti a confusione sputorum*. Obstupefacit me illius sensus incongruitas. Si enim verbum carnis passiones proprias facit, (concedatur enim quia id quod est *impertit* ita ponit ac si dicat, proprias facit passiones) quomodo ad id testimonio utitur isto ut carnales has passiones sustinere dicatur? Aliud quippe est propria facere verbera carnis & aliud ipsum verbera pertulisse, & ipsum fuisse colaphizatum, ipsumque consputum. Scripturæ siquidem testimonio Deum verbum per semetipsum prædicat pertulisse. Quomodo enim eum qui semel impassibilis existat & incompositus & liber a formis creatorque formarum, aut ut ex partibus compositum & membris constantem quicunque eorum qui bene sapiunt suspicetur nisi eius inseparabile templum, quod constat dorso & maxillis & facie, quæ consputa est, ut prædixi? Ille vero figurans infigurabile, ipsi passiones impertit universas. Si enim, sicut dixi, ex ipso quod sibimetipsi passiones carnis impertit, ante præconatum est, *Dorsum meum dedi ad verbera &c.* alteras præter carnem convincetur habere Deus verbum figurales figuras, quæ passiones carnis in participationem recipiant. O insuperabilis insania, o innumerabilis contaminatio, o ineffabilis temeritas! Divinitatem figurat impius, & flagellat. Obstupesco de contaminata hujus temeritate formidans, & tremo dum loquor. Sed parco jam mihi, reliquorum jactans alienationem & desolationis abominationem, quæ & iterum circa Apollinarii phrenesim nihil se de sanctorum patrum fide corrumpere irrisorie [c] jactitat, & similiter [d] contra spiritum sanctum illius blasphemias solite sequitur. Lugeo autem solos qui [e] cum eo contra divinitatem manus extenderunt qui invocat Christum & ejus perfert hostem. [f] Quam is in vos habet jurisdictionem, quam excusationem, qui addictis impiis paci, impietatis hujus estis refugæ facti? Projicientes fructus, fovistis radicem. Quinimmo & fructus recepistis, & radicem complectimini. Quas fraudes vestras ad memoriam reducemus? Illasne quibus tardius pervenistis ad Ephesum, an deceptiones quas in ipsa Ephesso perpetrastis? An de proditione facta [g] Constantinopoli, an de [h] irrisione Tharsi composita, an de subdola assentatione [i] Antiochiæ gesta? Nonne illum quem punire meditabimini festivis muneribus illiciebatis? Nonne patres orthodoxos per scripta subegistis, [k] jurationibus inducente te? Nonne Constantinopolitanos & Antiochenos populos fovebatis? Digna sunt impietatis Ægyptiacæ quæ a vobis sunt perpetrata.

a *Impassibilem*) ibid. b *Quale est*) ibid. c *Jactitat*) nimirum ibid. ubi ait sequi se ubique sanctorum patrum sententias, omnino in aliquo ab eis deviare nitutens.

d *Contra spiritum*) ubi ait eum procedere quidem ex Deo patre, a filio autem alienum non esse secundum unius essentiæ rationem. e *Cum eo*) id est, cum Joanne Antiocheno, quod sequentia probant.

f *Quam is in vos*) Alloquitur nunc & redarguit Joannem Antiochenum & eos qui cum illo ad concordiam tedierunt. g *Constantinopoli*) seu potius Chalcedone. Neque enim Constantinopolim intrare permissi sunt orientales, ut patet ex capite XXXII. & sequentibus. Et tamen ex capite LXX. videtur elici posse illorum aliquos fuisse Constantinopoli aut tum aut post discessum a Chalcedone. Joannem Antiochenum a Constantinopoli revertentem Antiochiam synodum celebravisse apud Tharsum scribit Meletius Episcopus Mopsuestiæ supra cap. CXLI. Cyrillus Alexandrinus in epistola ad Acacium Beroeensem supra cap. LVI Constantinopolitanam synodum eam vocat quæ apud Chalcedonem habita est anno CCCCXII. adversus sanctum Joannem Chrysostomum.

h *Irrisionem Tharsi*) ubi congregatum est Concilium a Joanne post recessum a Chalcedone. Vide supra cap. LXVI. i *Antiochia*) Illic enim post reditum ab Ephesso synodum habuit Joannes, in qua rursum damnavit Cyrillum & eos qui cum ipso erant. Vide Socratem lib. 7. cap. 33. & Liberatum cap. 6.

k *Jurationibus*) id est, terribilibus sacramentis, quorum mentio supra cap. CLXXIV.

trata. Consonant sibi ad invicem nundinæ vestræ. Quæcunque enim desivistis blasphemare per linguam, hæc studetis simulatione firmare. [a] Sed vos, qui horum non estis participati pestilentia, inviolatum servate bonum depositum, quod & accepistis, in quo & baptizati estis, per quod & salvamini, declinantes omne impietatis collegium, maxime ne communicetis infeste illis qui polluti jam fuerint. Hi enim dum rectæ fidei se simulent assertores, impietati ministrant. Ad eos bene testificatur clamans scriptura divina: *Non potestis duobus dominis servire. Unus enim Dominus, una fides, unum baptisma.* Unus quippe per omnia & super omnia & in omnibus Deus, qui reddet unicuique secundum opera ejus. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

CAPUT CCII. ...291

[b] *Presbyter Claudianus.*

PRæsumentes de sanctitate tua, quippe tamquam de nostro fratre, quia omnia etiam quæ efficibilia sunt, ut nosti, potes complere, religiosissimum presbyterum Paulum virtute eulogiarum illuc sumus parati dirigere, præsumentes, ut diximus, de Deo & de tua, Domine, religiositate.

CAPUT CCIII. ...292

Epistola, *in qua* Epiphanii Archidiaconi & Syncelli Cyrilli ad Maximianum Episcopum Constantinopolitanum, in qua magis convincitur intentio Cyrilli & eorum qui circa eum.

DOmino meo sanctissimo & Deo amicissimo Episcopo patri patrum & Archiepiscopo Maximiano Epiphanius tuus. Quæ nobis sæpius a tua scripta sunt sanctitate non erant ita perturbatione plena sicut quæ nunc transmissa sunt Domino meo per omnia sanctissimo sanctitatis vestræ fratri Cyrillo, quæ plus eum fecerunt incidere ægritudinis recidivam, & admiranditissimi Tribuni Aristolai, & quæ meæ humilitati directa sunt. Et ad utraque petita venia refero tam quæ olim facta sunt quam quæ nunc denuo definita, & in quibus contristatus est sanctissimus & Deo amicissimus frater vester Cyrillus, insimiliter clarissimus Tribunus Aristolaus. Nam dum prius id orientales expeterent ut capitula quæ sanctissimus frater vester Cyrillus exposuit, hæc ipsa [c] anathematizans idem extra Ecclesiam catholicam faceret, in hoc idem Dominus meus sanctissimus pater Cyrillus recertabat, atque dicebat quod sancta & magna synodus agnoscens quorum veritatem sancivit, ea rectæ & sanæ fidei esse, & Joannem cum reliquis [d] segregationi subjecit. *Et quomodo*, inquit, *ego cum eis faciam pacem & evertam synodale judicium?* Admirandissimus autem Tribunus Aristolaus insistebat ei [e] ut divinitus sancita perageret. Et hoc ex necessitate disposuit per omnia sanctissimus Dominus meus Cyrillus, ut ejus quidem sanctitas anathemate interposito dicat quod non juxta hæreticum intellectum hæc ipsa exposuerit, sed quicquid videtur reprehensibile esse, zelo & calore circa Dominum nostrum Jesum Christum, qui abnegatus est a Nestorio, dictum sit, orientales autem cuncti anathematizent Nestorium ejusque sententiam, & ita suscipiantur ad pacem. Hoc autem mandante magnificentissimo Aristolao eis qui circa Joannem sunt & Dominum Acacium, quod deberet Dominus Acacius Joannem compellere, direxerunt Paulum, vitantes hoc, ut de illo nihil in memoria aberret, sed ille quiesceret. Igitur Domino meo sanctissimo patre Cyrillo magna ægritudine detento, placuit ista differre. Post aliquot autem dies ostendit magnificentissimo Tribuno Paulus Episcopus literas (*a*) piissimi Joannis, quod Episcopi orientis & qui ulterius sunt hæc fieri non sinant: quæ & habebant quasdam illius impii, id est, Nestorii paginas. Dum rursus magnificentissimus Aristolaus hæc per literas intimaret increpitans eis, [f] scripsit Verius magnificentiæ ejus quod quædam decreta fuerint nuper ab Episcopis (qui) Antiochiæ convenerunt, & [g] Alexander Episcopus cum certa formula, quæ esset prolata, ad ejus esset magnificentiam destinandus. Hæc igitur addiscens Dominus meus sanctissimus Cyrillus, circa tuam quidem sanctitatem valde contristatur quod pro ejus non posueritis animam tuam qui sæpe laborat sanctitate, & quia insuper & cum Domino [h] Philippo & Domino Claudiano non curet quomodo hinc exire faciatis Aristolaum clarissimum virum, sed præter ipsorum consilium, ajens, nihil feceris; & iterum recidivam incurrit. Nunc igitur, Domine mi sanctissime, impone tibi omne in hac causa studium. Scriptum est a Domino meo fratre vestro & Dominæ ancillæ Dei reverentissimæ Pulcheriæ, & Præposito Paulo, & Romano (*b*) Cubiculario, & Dominæ Marcellæ Cubiculariæ, & Dominæ Droseriæ. Et directæ sunt benedictiones dignæ eis. Et ei qui contra Ecclesiam est Chrysoreti Præposito magnificentissimus Aristolaus paratus est scribere de nonnullis quæ [i] angelus tuus debeat impetrare. Et ipsi vero dignæ transf-

a *Sed vos*) id est, Alexander Hierapolitane & reliqui qui communionem habere noluistis cum Cyrillo.
b *Presbyter Claud.*) Constantinopolitanus, ut docebit sequens epistola.
c *Anathematizans*) Puto reponendum hic esse, *anathematizaret*, *id est*, *extra Ecclesiam catholicam faceret*.
d *Segregationi*) depositioni. e *Divinitus*) a divino & immortali vertice, ab Imperatore.
f *Scripsit Verius*) Ita nos libere emendavimus, cum minime dubia videretur emendatio. In veteri libro legebatur, *increpitans eis scripsit verum magnificentiæ ejus quod quadam &c.* Lupus, qui putabat legi debere *Verum*, sensum esse imperfectum, sic interpolavit hunc locum: *scripsit. Verum magnificentiæ ejus rescriptum est quod quadam &c.* Verius, qui pro Joanne Antiocheno degebat Constantinopoli, ista scripserat ad Aristolaum. Vide supra cap. CXXIV. g *Alexander Episc.*) Apamen, ni fallor.
h *Philippo*) Presbytero CP. viro magni nominis.
i *Angelus tuus*) Paulo infra: *contra promissiones quas fecit angelus tuus Eulogio*. Supra cap. CLXXIII. *Cognoscat igitur angelus tuus quod divina littera venerint*. Lupus hinc argumentum sumit ut ostendat Christianam fidem semper tradidisse unicuique fideli, præsertim Episcopo, esse proprium custodem angelum. Quod etsi ego negare nolim, arbitror tamen angeli nomen aliud significare in locis adductis & idem sonare ac si diceret: *contra promissiones quas fecit sanctitas tua, cognoscat sanctitas tua*. Quid si in Græco codice ex quo hæc versa sunt scriptum fuit ΑΓΓΕΛΟΥΣ per abbreviationem, & hinc nata errandi occasio?
(*a*) In cod. est: *impiissimi*. (*b*) Cod. *& Domino Cubiculario*.

transmissæ sunt eulogiæ. Scripsit autem Dominus meus sanctissimus frater vester & Domino (a) scholastico & magnificentissimo Arthebæ, ut ipsi conveniant & persuadeant Chrysoreti tandem desistere ab oppugnatione Ecclesiæ. Et ipsis vero benedictiones dignæ directæ sunt. Festina igitur & tu ipse, sanctissime, supplicare Dominæ ancillæ Dei Pulcheriæ Augustæ ut iterum ponat animam suam pro Domino Christo, (Puto enim quod nunc non satis curet pro sanctissimo vestro fratre Cyrillo ut & omnes qui sunt in palatio Regis & quicquid avaritiæ eorum deest. Quamquam non (b) desint & ipsi diversæ benedictiones) ut scribat increpative Joanni quo nec memoria illius impii fiat, scribatur vero & magnificentissimo Aristolao, ut instet ei celeriter. Et roga Dominam Olympiadem ut & ipsa coadjuvet nos & ut insuper roget Marcellam & Droseriam, quia satis eam patienter (c) auscultant. Et studium namque est orientalium nonnullorum ut impium Nestorium recipiant. Et si non voluerit, nocte ac die pro semetipso curans, multos habes perturbare sanctorum. Et Dominum meum sanctissimum [a] Dalmatium Abbatem roga ut & (d) Imperatori mandet, terribili eum conjuratione constringens, & ut cubicularios omnes ita constringat ne illius memoria ulterius fiat, & sanctum [b] Eutychem ut (e) concertet pro nobis & Domino meo fratre vestro sanctissimo ac (f) reverentissimo. Clericos nostros inseparabiles habeat sanctitas tua. Et super hoc enim hic aliqui contristantur quod contra promissiones quas fecit angelus tuus Eulogio Alexandrino Presbytero geras. Subjectus autem brevis ostendit quibus hinc directæ sint eulogiæ, ut & ipse noveris quantum pro tua sanctitate laboret Alexandrina Ecclesia, quæ tanta præstat his qui illic sunt. Clerici enim qui hic sunt contristantur quod Ecclesia Alexandrina nudata sit hujus causa turbelæ, & debet præter illa quæ hinc transmissa sunt Ammonio Comiti auri libras mille quingentas. Et nunc ei denuo scriptum est ut præstet. Sed de tua Ecclesia præda avaritiæ quorum nosti, ne Alexandrinam Ecclesiam contristent. Quæ præter præmissa gerat sanctitas tua. Ut nosti, loquere Ammonio Comiti, & suadeat ei ea quæ scit religiositas vestra. Et fac illum scribere huc, ne sit etiam de hoc tristitia. Magnificentissimus Aristolaus, qui pro tua sanctitate laborat, contristatur omnino quod ei talia scripseritis. Roget itaque sanctitas tua Dominam jugalem ejus ut scribat ei rogans illum ut perfecte laboret & ut reverentissimus Eutyches scribat ei. Festinet autem sanctitas tua rogare Dominam Pulcheriam ut faciat Dominum Lausum intrare & Præpositum fieri, ut Chrysoretis potentia dissolvatur, & sic dogma nostrum roboretur. Alioquin semper tribulandi sumus.

CAPUT CCIV.

Incipiunt epistolæ quas inveni in codicibus Dioscorianorum, quarum signum a capite.

[c] Domino meo dilectissimo fratri & comministro [d] Donato Cyrillus in Domino salutem. Convenit & omnino peculiariter tuæ me religiositati ea quæ Ecclesiarum subsecuta sunt pacem facere nota. Fuit igitur Dominus meus admirandissimus Tribunus & Notarius Aristolaus ad Antiochiam, imperiales syllabas ferens, quæ jubebant reverentissimum Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum Joannem anathematizare quidem pollutæ Nestorii dogmata, acquiescere vero & dejectioni ejus ad similitudinem synodi, ac tunc quærere ut esset sibi nobiscum una communio. Et virtus quidem eorum quæ scripta sunt hæc fuit. Quidam vero orientalium Episcoporum, nondum puto eundem judicantium, vel etiam patrocinium illi præbentium qui rectam fidem nostram contristat non mediocriter & gloriam Salvatoris omnium nostrum Christi non mediocriter offendit, præparaverunt ad me scribere religiosissimum Berrhœensium Episcopum Acacium statua quædam, quasi ipsa deposcerent, [e] oportere quidem cuncta quæ a nobis adversus Nestorium scripta sunt solvi & ut infirma projici, contemnere vero soli fidei symbolo quæ a sanctis patribus nostris in Nicæna definita est civitate. Scit vero sanctitas tua quod tales rursus eorum propositiones & in Ephesina fuerint civitate. Ego vero scripsi ad hæc quod rem quærerent quæ fieri non posset. Scripsimus enim recte quæ scripsimus, rectam immaculatamque asserentes fidem, & nihil omnino negamus ex nostris. Nec enim, sicut ipsi dicunt, aliquid excedenter est dictum, sed ubique juxta rectitudinem & veritatis virtuti concurrentia sunt. Illos autem potius oportere a (non) necessariis (cessare) sed circa id (acquiescere) quod bene habens placuit & ipsi piissimo & Deo amicissimo Imperatori & sanctæ synodo, ut Nestorii verbositates & contra Christum factas blasphemias anathematizent, fateantur vero & eum se habere dejectum, & ordinationi consentiant sanctissimi & religiosissimi Episcopi Maximiani. His igitur literis a me directis ad eos, conspicientes quod eis communio minime redderetur nisi perducerent ad finem quæ ab eis fieri oportebat, mittunt ad Alexandriam Emesenorum Episcopum reverentissimum Paulum ferentem literas ad me, communicatorias quidem, non tamen valde competenter dictatas. Simulabant enim & reprehensiones inferre, tamquam non recte quædam dicta & gesta in sancta synodo fuerint. Et epistolas quidem tales minime attendi, sed dixi quia illi qui & veniam postulare in his quæ acta sunt debuerunt, quoniam & secundas injurias inferunt. Excusante autem prædicto religiosissimo Episcopo & cum sacramento affirmante quod talem non habuerint intentionem, sed potius ex simplicitate ad has vene-

a *Dalmatium*) Vide supra pag. 562. 565. b *Eutychen*) Ejus ergo magna tum erat sanctitatis fama. Post ea savit contra dogmata Ecclesiæ, & hæresim de suo nomine condidit. c *Domino*) Hæc epistola habetur Græce & Latine supra in hoc tomo Conciliorum.

d *Donato*) Episcopo Nicopolitano Epiri veteris. Interfuit Concilio Ephesino. Vide tomum super. Conciliorum.

e *Oportere*) Vide supra pag. 677.

(a) *Scholastico*. (b) In Cod. *desit & ipse*. (c) *auscultet*. (d) *Imperator*. (e) *coercent*. (f) *reverentissimo ut*.

venerint literas, pro caritate & istud omisimus. Non autem prius ei Missas nobiscum celebrare concessi nisi libellum dans in scripto anathematizasset Nestorii dogmata, & confessus fuisset eum se habere depositum, & consentire ordinationi reverentissimi & religiosissimi Episcopi Maximiani. Interrogabat quidem tamquam pro omnibus qui in oriente sunt religiosissimis Episcopis, tales libellos dans ut nihil ultra hæc aliud posceremus. Consensi vero nullatenus; sed enim simul direxi cum Domino meo admirandissimo Tribuno & Notario Aristolao duos e Clericis nostris in Antiochiam, tradens eis chartam, & dicens: Quia si subscripserit religiosissimus Episcopus Antiochenorum Joannes, & receperit eam, tunc ei date communicatorias literas. Anxiabatur enim pro tarditate præfatus admirandissimus Tribunus Aristolaus. Subscribente igitur religiosissimo Episcopo Joanne & his qui cum eo sunt clarioribus, & anathematizantibus Nestorii dogmata, & confitentibus eum se habere depositum, consentientibus quoque ordinationi religiosissimi Episcopi Maximiani, communionem reddidimus. Hæc namque illis & in Ephesina metropoli proposita sunt a sancto Concilio. Noverit vero & illud sanctitas tua, quod institerit quidem a principio plurimum rogans reverentissimus Episcopus Paulus pro his qui depositi sunt, Helladio dico, & Eutherio, & Himerio, & Dorotheo. Et rogabat vacare ea quæ decreta sunt similiter eis, prætendens non aliter Ecclesiarum pacem posse definiri nisi adjicerentur & hi. Ego vero dixi quod impossibilem rem tentaret & impossibile hoc esset obtineri unquam a nobis. Permanserunt igitur in eo quo nunc sunt [a] habitu, & nulla eorum mentio facta est in compositionibus de pace Ecclesiarum. Scripserunt vero eandem epistolam, quam direxerunt ad me, & ad religiosissimos & sanctissimos Episcopos tam [b] Xystum magnæ Romæ quam & Maximianum sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanorum. Et necessarium fuit ut de his subtiliter doceretur perfectio tua; ne forte aliquando multiloquiis assueti, alia pro aliis seminantes, perturbent aliquos fratrum, quasi nos ea quæ adversus Nestorii blasphemias scripsimus negaremus. Direxi autem paria epistolarum tam scriptæ a me ad reverentissimum Episcopum Antiochiæ Joannem quam & ejus quæ ab eo ad me scripta est anathematizando Nestorii blasphemias & assentiendo ejus dejectioni, ad instructionem integram tuæ perfectionis. Et alias nemo proferat præter istas epistolas. Saluta fraternitatem quæ apud te est. Te quæ nobiscum est in Christo salutat.

CAPUT CCV.

[c] Epistola ejusdem ad Acacium Melitinensem Episcopum.

REverentissimus & religiosissimus Diaconus & Archimandrita [d] Maximus venit ad me. Et dum talis sit vir, vid. eum sicut oportuit eum qui per multum tempus videri desideratur. Admiratus vero sum & zelum ejus & rectitudinem & aculeum pietatis quæ in Christo est. Ita enim cogitat & plenam curis habet mentem ut & omnem laborem velit suaviter sustinere quatenus mala doctrina Nestorii radicitus ab orientis partibus exstirpetur. Legit autem mihi & tuæ sanctitatis epistolam scriptam ad reverentissimum, & religiosissimum Episcopum Antiochenorum Joannem multa fiducia & Dei amore plenam. Scripsi vero ei & ego tales epistolas. Sed, ut videtur, deteriora vicerunt. [e] Fingentes enim se ea quæ Nestorii sunt odisse, altero rursus ea detinent modo, quæ sunt Theodori admirantes, qui certe æqua imo multo deteriori potius impietate languebat. Non enim Theodorus Nestorii discipulus fuit, sed iste illius, & quia ambo quasi ex uno ore loquuntur, atque conspuunt mali sensus ex corde suo venenum. Scripserunt igitur ad me orientales *quod non oporteat ea quæ sunt Theodori accusare, ut non* inquiunt, *& ea quæ sunt beati Athanasii & Theophili & Basilii & Gregorii accusentur. Quæ enim locutus est Theodorus, hæc & illi.* Ego vero ista scribentes non pertuli, sed fiducialiter dixi quia Theodorus quidem blasphemam habuit & linguam & ei calamum ministrantem, illi vero totius orthodoxiæ fuerunt magistri & emituerunt in istis. Sic vero eos qui ab oriente sunt affecerunt ut & exclamationes in Ecclesiis a populis fierent: *Crescat Theodori fides. Sic credimus sicut & Theodorus.* Et ista qui eum quondam lapidibus infectati sunt in Ecclesia quæ apud eos est breve aliquid subloqui præsumentem. Sed sicut vult magister, ita sapit & grex. Ego quidem nec quievi increpare ea quæ ab ipsis scripta sunt, nec quiescam. Quoniam vero oportuit, velut contradictiones in scripto apud eos essent, intendens in Theodori & Diodori codicibus, qui scripserunt non de incarnatione ([f] sed magis contra incarnationem,) elegi quædam capitula, & quo fuit possibile modo egi contra ea, ubique pronuntians abominatione plenam eorum esse sententiam. [g] Hortante autem me præfato reverentissimo Diacono & Archimandrita Maximo interpretari symbolum fidei quod expositum est a sanctis patribus qui Nicææ convenerunt, & ad hoc disposui memetipsum. Asseverat enim quod quidam

a *Habitu*) Hinc emenda editionem Conciliorum ubi pro *schemate* positum est *schismate*. In Græco est χήματι; pro quo recte adnotatum est in margine χίσματι.

b *Xystum*) Ea epistola extat Græce & Latine in tomo hoc Conciliorum pag. 351.

c *Epistola*) Scriptam esse eo anno quo Proclus tomum suum misit ad synodum Antiochenam patet ex capite CCXII. Extat autem illa Græce & Latine inter opera sancti Cyrilli, Latine vero ex veteri interpretatione in collatione quinta Concilii V.

d *Maximus*) Diaconus Joannis Antiocheni, ut in capite decimo docet Liberatus. Extat enim ad eum epistola Cyrilli, in qua vocatur Diaconus Antiochenus. De hac Maximi monachi profectione in orientem vide quæ Irenæus supra dixit in scholio ad caput CXCV. & infra cap. CCVI. CCXI.

e *Fingente*) Vide Liberatum cap. 10.

f *Sed magis*) ista, quæ desunt in codice Casinensi, addita sunt ex editione vulgata istius epistolæ, & ex antiqua quæ extat in Concilio quinto.

g *Hortante*) Hinc recte collegit Lupus Cyrillum expositionem suam in symbolum scripsisse ad preces atque hortationes Maximi. Extat in tomo hoc pag. 383. inscripta Anastasio, Alexandro, Martiniano, Joanni, Gregorio, & huic Maximo Diacono. Ejusdem fragmenta referuntur in collatione quinta Concilii V

dam versute fingunt se dicere illud & sequi, sed non sensibus rectis utantur, sed disutantur potius eis quæ recte & indeclinabiliter directa sunt ad id quod ipsis videtur. Ut vero tuam non lateat sanctitatem, direxi [a] codicem simul & [b] tomum: quæ legens, consuetas pro me preces offerre dignetur.

Qui talia pro se scripta proferre consueti sunt, ex ipsis quoque alieni a Christi Ecclesia demonstrantur; posito prius quod re vera Cyrilli sint, & quod talia ejus scripta & gesta probanda sint. Vident quod post damnationem Nestorii & hæresis ejus, ipse princeps totius exclusionis eorum deteriora dicens a Nestorio scripsisse Theodorum, a communione tamen ejus judicum se minime separavit, dum certe hos ipsos, id est, orientales Episcopos, ipsumque Concilium tota causa divisisse legatur, non solum judicandi Theodorum, sed & ita ejus quæ accusabantur scripta laudandi ut in Ecclesiis a populis clamaretur orientis: Crescat Theodori fides. Sic credimus sicut ipse. *Isti autem qui se quasi Cyrilli sequaces extollunt, usque adeo se ab ejus judicum communione divisserunt ut non solum scriptis & nomini Theodori anathema in scripto dicerent, sed & non judicantibus & anathematizantibus ea. Et hoc tunc fieri cœpit quando non, ut pridem, solius orientis, sed totius eum vindicabant orbis Ecclesiæ. Nonne si hoc sane factum dicatur pro antiqua communionis talium tolerantia, quæ nunc intolerandissima judicatur, consequentissime & ipse Cyrillus juste damnatus proponetur? Longe igitur rectius facimus, qui utrumque defendimus ab eis, nec unum acerbe damnando, nec alteri rationabiliter parcendo. Hoc auctores eorum, id est, clariores sequaces Dioscori obruit. Si enim tunc Cyrillus beatissimus & per talia reclamans, toleravit tamen solius orientis Concilium, quomodo vestri auctores Chalcedonense totius orbis Concilium anathematizare præsumpserunt, & ab Ecclesiæ ubique diffusæ semetipsos communione sejungere? Jam si hæc idonea non sunt ad utrisque partibus ostendendum quod timore divini judicii schisma relinquere atque ad Christi debeant Ecclesiam remeare, quid unquam dici poterit quod gehennæ metus & æternæ vitæ desiderium humanis possit animis commendare? Per Christum quæsumus, universi qui legitis, studete meminisse quæ diximus & quia ob hoc ipsum, & cetera scripta similia in hoc synodico vertimus in Latinum.*

CAPUT CCVI. 295

[c] Epistola quædam Lamponi presbytero & Clericis.

DEgente me in Ælia, vir quidam præcipuus eorum qui in palatio militant epistolam mihi obtulit multorum versuum & grandem atque signatam, quasi qui acceperit eam ab orthodoxis Antiochiæ. Subscriptiones vero erant in ea multorum valde & clericorum & monachorum & laicorum. Impetebat vero orientis Episcopos, quasi tacuerint pridem Nestorii nomen; & fingunt se ei adversos; transilierunt vero ad Theodori de inhumanatione codices, in quibus multæ deteriores jacent a [d] Nestorii blasphemiis. Pater enim fuit malæ sectæ Nestorii, qui impius loquendo ea quæ illius erant, ad illa in quibus nunc est pervenisse verisimiliter mihi videtur. Et scripsimus gloriosissimo Episcopo Antiochenorum, ut Theodori impia dogmata in Ecclesia nemo loquatur. Veniens vero Alexandriam reverentissimus ([e] Diaconus) & Archimandrita Maximus multum clamavit contra eos qui sunt in oriente, dicens quod orthodoxi nullum illic habeant locum neque fiduciam ad loquendum quæ rectæ sunt fidei. Dixit autem quod simulent Ecclesiæ se symbolum confiteri quod in Nicæa est a patribus editum, interpretentur vero id male. Et hortatus me est ut omnem expositionem eorum qui Nicææ convenerunt interpretarer, quod non subreperent altera pro alteris, exponens. Quod & feci. [f] Deportat igitur tomos ut offerantur & piissimis dominabus & amatori Christi ac piissimo Domino. Feci enim in membranis fieri tomum. Contrecta igitur eum, quando bene se habere conspicitis, opportune proferre. Oportet enim nos ubique pro recta fide certare & eam quæ contra Christum excitata est impietatem, quantum possibile est, tentare ut e medio auferatur.

CAPUT CCVII. 296

(a) Epistola ejusdem Joanni Episcopo Antiocheno.

LIteras a tua perfectione transmissas, plenas festivitate multa, etiam suavissime nunc suscepi. Quod enim bonum, aut quid jucundum, nisi habitare fratres in unum, per unanimitatem & eandem circa Christum voluntatem in caritate conjunctos ad invicem, diruptis e medio scandalis quæ nescio qualiter subintroducta sunt: quæ gratia salvatoris per tuam sanctitatem perempta quidem sunt olim, perimentur vero & in reliquis. Et hoc est, arbitror, quod a Deo dictum est voce prophetica: *Ambulate per portas meas, & lapides ex hac via projiciite.* Contingat igitur ut cuncti quæ meliora sunt honorantes, vel nunc tandem contra veritatem contendere desinant, & addicta verbositate Nestorii, rectum & immaculatum resumant fidei verbum. Et hi quidem qui ad hoc olim vocati sunt, plurima valde nos, ut dixi, festivitate repleverunt. Det vero omnium Deus tuæ perfectionis orationibus & educationem, adductos ad mansuetudinem capere nosse quod

a (*Codicem*) id est, libellos Armeniorum pro defensione dogmatum Theodori Mopsuesteni, quos Alexandriam delatos fuisse & Cyrillo oblatos a Basilio Diacono docet Liberatus. Verum ex epistola ad Lamponem, quæ extat in capite sequenti, colligi posse videtur hic per codicem aut tomum intelligi expositionem Symboli a Cyrillo compositam. b *Tomum*) Procli videlicet ad Armenios, quem idem Basilius obtulerat Cyrillo, ut scribit idem Liberatus. c *Epistola*) Extat Græce inter epistolas sancti Cyrilli, Latine vero in collatione quinta Concilii Quinti. Ejus fragmentum refert Pelagius II. in epistola tertia ad Episcopos Istriæ.

d *Nestorii*) Eadem vox restituenda est epistolæ tertiæ Pelagii ad Episcopos Istriæ quam infra suo loco legendam proponemus, ubi male editum est *nefaria*, cum tamen in codice Nicolai Fabri, ex quo illa edita est, diserte scriptum sit *Nestorii*. Extat nunc in bibliotheca Colbertina.

e *Diaconus*) Hæc vox addita est ex synodo quinta. De eo vide supra cap. ccv.

f *Deportat*) Nos emendavimus. Nam Lupus ediderat, *Deportate*. In Concilio V. habetur, *Habes*

(*a*) In Cod. ita legitur *Ep. ad Antiochio*.

quod utile est. Si vero quidam sæve contendunt, Ecclesiæ mansuetudinem non culpabunt; sed sibimetipsis quod passuri sunt haurientes, a vobis audient: *Abite in lumine ignis vestri & flamma quam accessistis*. Oportet enim distortis jam non mansuete concurrere.

CAPUT CCVIII. 297

(a) *Epistola ejusdem Maximo, Joanni, Thalassio, Presbyteris & Archimandritis.*

EGregius quidem zelus religiositatis est vestræ, & omni laude studium plenum. Zelantes enim Deo zelatis, ut scriptum est, ut non & nunc ab his qui ea quæ sunt Nestorii sapiunt exhonoratus inquiat: *Sustinuimus qui simul contristaretur, & non fuit; & consolantem, & non inveni*. Et hi quidem qui dogmatibus religionis sive Dei culturæ obsistunt, contra stimulos calcitrant, & suis ipsorum nocent animabus, offendentes in Christum, & contra eum calumniis se oblectantes. Alienum vero est ab anima sacerdotis, & quæ populis præsidere sortita est, lingua quidem anathematizare polluta & contaminantia Nestorii dogmata, refertam vero eis habere mentem & evertere animas fratrum pro quibus Christus est mortuus. Scripsi ergo & Domino meo admirandissimo Tribuno & Notario Aristolao quæ utique scriptura est religiositas vestra. Scripsi vero & aliis quibusdam. Cognoscens vero & hoc a reverentissimo Presbytero & Archimandrita Adamantio, cujus & mores & conversationem & disciplinam cum intellectu & rectitudine circa fidem miratus sum, & quasi omnes in uno præsentes adspexi. Quoniam vero mihi multi orthodoxorum & religiosissimorum Episcoporum scripserunt opposita sibi seu populis qui sub eorum manu sunt ab insensatis Nestorianis colligens ea, librum brevem scripsi de incarnatione unigeniti, ut in tribus capitulis redigens omnem de fide sermonem. Et primum quidem est, quod sancta virgo sit Dei genitrix. Secundum, quia unus est Christus, & non duo. Tertium vero, quia manens impassibilis Dei sermo, pertulit propria carne pro nobis. Igitur religiositas vestra præparet eum ab orthodoxis legi. Placebit enim, sicut arbitror, omnem fere illorum solutam habens excusationem. Pro me vero facere orationes ne pigeat vos. Multa enim undique se effundens negotiorum coarctatio instar fluctuum conflictum habet intolerabilem. Credo autem & per orationes religiositatis vestræ erit iterum tranquillitas & pax.

Hanc sequitur illa quam & Irenæus posuit ab eodem Cyrillo ad Aristolaum scriptam.

CAPUT CCIX. 290

(b) *Ejusdem Cyrilli epistola Aristolao Tribuno & Notario.*

PIarum sanctionum quæ nuper ad admirabilitatem tuam sunt transmissæ virtutem addidicerunt omnes tam qui sunt in magna Alexandria zelotæ quam qui per universam quoque Ægyptum Episcoporum religiosissimi, & rursus orationes pro donis obtulimus intentissimas Deo de victoria & permansione amicorum Christi & religiosissimorum Principum nostrorum, quos & contingat magnificari contra hostes & corroborari adversus omnem resistentium manum, ut simus omnes in pace atque lætitia. Est vero id & tuæ admirabilitatis studio dignum. Oportuit enim ut tibi, qui talis es, & qui multum intendis quod pium est, & habes fervidum zelum, dico autem pro pietate & immaculata fide, committeretur & hoc. Et orabam quidem ut omnes per orientem religiosissimi Episcopi nec suspecti a principio ullatenus fierent de malo sensu Nestorii, sed sinceram & omni inquinamento liberam opinionem & ipsum cor habuissent. Sic enim verbum veritatis recte tractantes, curam decentem probatissimi induissent. Sed, ut addisco, linguam quidem nonnulli, & quod attinet usque ad sermonem, anathematizant vesaniam Nestorii, audent ~~[illegible]~~ rursus ea & sapere & loqui quæ ejus sunt. Et incredibile quidem est si sint quidam tales ullatenus eorum qui sortiti sunt sacerdotium. Quia vero multa est consusurratio, & non despiciendæ immo & omni reverentia dignæ sunt personæ hæc testantium, dignetur tua virtus semetipsam Deo commendandam cura attentiori intendere, ut præcipue qui in suspicione sunt hujusmodi mali, anathematizent contaminatum Nestorium propter multas blasphemias ejus. Non enim id tantum dixit quia sancta virgo non esset Dei genitrix, sed & alia super hæc adjiciebat mendacii patrocinia contra rectam & apostolicam traditionem. Duos enim nominabat Christos filios, unum quidem semotim ex Deo patre verbum, alterum vero præter eum semotim, illum ex semine David, & quem divinitatis organum nominabat, & dividens ubique, & quasi oblitus beati Pauli dicentis: *Unus Dominus, una fides, unum baptisma*. Non enim in Deum & hominem baptizati sumus, ut in duos per differentiam filios, sed in unum Christum, id est, unigenitum Dei verbum inhumanatum & incarnatum; ut sit idem ipse Deus simul & homo; ut ex Deo quidem patre genito Deo unico, ex sancta vero virgine eodem secundum carnem. Non igitur patiatur admirabilitas tua eos qui alia sapiunt & nequicquam garriunt illic. Unus est enim, sicut dixi, Jesus Christus Dominus, & ejus una persona inhumanati, ejus qui natura & vere est filius. Eundem vero dicimus impassibilem quidem esse secundum divinitatem, pati vero propria carne secundum scripturas. Cujus enim proprium est corpus, illius esse dicuntur & quæ carni ejus contigerunt passiones. Impassibilis ergo secundum divinitatem subsistens, in propria

(a) In Cod. ita legitur: *Hanc ep's.*

(b) In Cod. *Hanc ep'la Aristolao &c.*

pria carne pertulit propter nos & pro nobis. Sic & universa dicuntur ut vivificante Deo unitam sibi carnem & propriam ejus, & nos in ipso & morte & corruptione potiores efficiamur. Si vero & anathematizant quidem voce & lingua, & sapiunt altera, videant impendens sibi a Deo periculum & prolatum [a] terminum ab universali Concilio quod in Epheso congregatum est. [b] Definivit enim ut qui ea quæ sunt Nestorii loquuntur aut sapiunt, sive Episcopi fuerint, sive Clerici, a sacerdotio repellantur; ne dicant quod eam quæ in Epheso congregata est synodum nesciant; ut non eos abnegemus & nos, tamquam nescientes Episcopos esse.

CAPUT CCX. 299

(a) Epistola ejusdem Joanni Antiocheno contra Theodoretum.

EGo quidem absterssisse a se maculam Nestorii vocum novitatis una cum aliis religiosissimis Episcopis suspicabar reverentissimum Episcopum Theodoretum. Credebam namque quod postquam semel scripsit & amplexus est pacem, ac recepit a me salutationis pacem, quæ pacationi videbantur officere abstulerit & ipse de medio. Sed mihi tradidit reverentissimus presbyter Daniel (quod) nunc usque persistit. A plurimis enim recedens, permanet forsan in ejus blasphemiis. Et clarum est, si nec anathematizavit eas, (quod) neque pertulit ejus dejectioni subscribere. Et mihi det fiduciam sanctitas tua ex caritate dicenti quam ob causam sic pertinaces sunt aliqui ut non sequantur probabilem tuæ religiositatis intentionem neque in his quæ cum orbe fecisti, sed quasi quidem dehonorantes congregationem sint, ita quod sibimetipsis videtur confirmant. Et si ea quæ didici vera sunt, debet intrare in experimentum tuæ religiositatis aculeorum prædictus religiosissimus vir.

CAPUT CCXI. 300

Epistola ejusdem Mosæo Episcopo [c] Antaradi.

EGo quidem semper tuæ religiositati scribere non omisi & literas ab ea directas accipere. Quæ vero mota sunt inter hæc, taciturnitatis causa sunt facta mihi & tibi; quæ & det Deus radicitus cadere atque e medio fieri. Volunt quidam spinas, quæ inter erigunt sepem, & disruptionem, qua nostri affectus ad invicem convenire non valeant. Perturbaverunt enim me omnino qui circa reverentissimum Archimandritam [d] Maximum, scribentes quædam quæ ad summam blasphemiam pertinent, & dicentes quod illa ad eos a tua religiositate sint dicta. Oportet vero nos ut sicut ad [e] corda scientem super omnia Deum sic pure accedamus, & non ut lingua quidem confiteamur contradictionem pollutorum dogmatum Nestorii, in anima vero aliud habeamus. Et hæc scribo, his quidem quæ dicta sunt non valde credens, sed opinionem tuæ religiositatis præmunire volens. Valde vero sum delectatus inspiciens ea quæ a tua religiositate sunt scripta & per Dominum meum desideratissimum filium vestrum Thomam.

CAPUT CCXII. 301

(b) Epistola ejusdem Acacio Melitinensi.

LAtere tuam non oportuit sanctitatem quæ forsan & didicit, quod venerint omnes religiosi orientis Episcopi in Antiochiam, dirigente eis [g] tomum (Domino) meo sanctissimo Episcopo Proclo bonis sensibus & rectis dogmatibus plenum. Erat namque sermo multus & longus de Dispensatione Domini nostri Jesu Christi. [h] Subdidit vero & nonnulla capitula ex codicibus excerpta Theodori, & Nestorii malis sensibus convenientem habentia intellectum; & hortatus est ut anathematizarentur ab eis. Ipsi vero non passi sunt. Deinde [i] scripserunt ad me quia si anathematizari contigerit scripta Theodori, omnino percurrere hanc maculam & ad sanctos patres nostros [k] Athanasium vero dico & Basilium & Gregorium & Theophilum & ceteros. *Scripserunt enim*, inquiunt, *& ipsi quædam Theodoro consona*. Erat necessarium scribere, & non qualiacunque, ad eos: quæ & nota tuæ faciet sanctitati reverentissimus presbyter Daniel, qui Alexandria navigat advenire, & per singula integre novit ea quæ mota sunt.

CAPUT CCXIII. 302

[l] Epistola Acacii Melitinensis ad Cyrillum [m] post synodum Ephesi habitam.

QUoniam didici quia per Dei gratiam prævalisti per orationes & absque corporis præsentia quæ studebatis pro Ecclesiis obtinere, & literæ piissimi & amatoris Christi Imperatoris directæ sunt ad clarissimum per omnia virtutum virum Tribunum Aristolaum præcipientes ei ut cogat unumquemque Episcoporum in

a *Terminum*) canonem, regulam, definitionem. In antiquis codicibus Concilii Chalcedonensis ita scriptum est in fronte canonum. *Termini ecclesiastici promulgati a sancta & magna & universali synodo quæ Chalcedone collecta est.* Supra cap. XXXVIII. *excommunicationis conculcaverunt terminum.* b *Definivit*) Vide supra pag. 560.
c *Antaradi*) seu Aradi & Antaradi, ut dictum est supra cap. XVIII. d *Maximum*) Vide supra cap. CCV.
e *Corda scientem*) Ex illo psalmi VII. *scrutans corda & renes Deus.* f *Latere*) Hæc epistola habetur in collectione quinta Concilii quinti & in epistola tertia Pelagii II. ad Episcopos Istriæ, sed ex alia interpretatione. In Concilio autem illo adnotatum est eandem scriptam esse ad Theodotum Ancyræ & ad Firmum Cæsareæ Cappadociæ. g *Tomum*) sive epistolam ad Armenios, quæ edita est Græce & Latine in hoc tomo Conciliorum & cujus varia fragmenta referuntur in Concilio V. & apud Facundum. h *Subdidit*) Hæc non extabant in epistola Procli ad Armenios, sed in altero tomo, ut docet Joannes & synodus Antiochena in epistola ad Cyrillum apud Facundum lib. 8. cap. 4. *Alter tomus excerpta quædam habens beati Theodori, qui fuit Mopsuestiæ Episcopus, & ea quæ ille diversis locis scripsisse videtur, volentes eis anathema inferre.* Excerpta autem illa non fuerant facta a Proclo, sed ab Armeniis; eaque simul cum tomo suo miserat Proclus, ut ait Liberatus. i *Scripserunt ad me*) Concilium Antiochenum ibidem: *Excerptis enim istis similia quædam invenimus apud ter beatum & nobilem Athanasium &c.* ut infra in Concilio apud Antiochiam celebrato anno CCCCVXXXV. k *Athanasium*) Vide supra cap. CCV. l *Epist. Acacii*) Extat ex alia interpretatione supra cap. LXXXIII. m *Post Synodum*) In alio exemplari, *de pace quæ inter ipsum & orientales Episcopos facta est.*
(a) In Cod. *Hæc epist. Joanni &c.* (b) In Cod. *Hæc epistola.*

in sua Ecclesia anathematizare polluta Nestorii & Theodori impietatis dogmata, gratias agens adorando Domino Deo, & multum pro tuo studio orans, scribo prius quidem salutans reverentiam tuam, & rogo zelum tuum qui circa Deum est ut æque quidem pro cunctis Ecclesiis cures, & neque quamlibet Ecclesiam despicias, sed aut per [a] verba ipsorum præsentia, aut quosdam dirigendos cum admirandissimo & clarissimo Tribuno fideles & zelantes viros ex tuis sodalibus, cogas unumquemque publice anathematizare Nestorii & Theodori dogmata, & præcipue dicentes duas naturas post unitionem, semotim quamque operantem. Expertus namque eos qui sunt in Germanicia, inveni quidem illos dicere duos filios, olim duas naturas dicere minime devitantes. Unde non concedatur dici ab eis & doceri quod unaquæque natura secundum semetipsam operetur, & hæc quidem susceperit passiones, illa vero impassibilis manserit. Nihil est enim aliud nisi rursus duos filios confiteri duasque introducere personas. Rogo igitur compassibilem & Deo deditam animam tuam ut pro causa invigiles, a Domino Christo tempus accipiens, & obtineas sanctis Ecclesiis absque scandalo & macula unitionem.

Post hanc jacet descripta, ut ajunt, ad hanc longa epistola, cujus initium: [b] Res quidem est inter fratres collocutio dulcis &c. *quam posuimus olim ab alio translatam, ut erat.*

CAPUT CCXIV. 303

Epistola ejusdem [c] *ad Successum Episcopum Diocæsareæ Isauriæ provinciæ*

PErlegi quidem commonitorium quod a tua est sanctitate transmissum, nimium vero sum gratulatus quod & dum valeas nobis aliisque prodesse ex multo amore doctrinæ, hortari dignaris ut ea quæ tenemus omnino & bene se habere perspicimus, hæc ipsa & scribamus. Sapimus ergo de salvatoris nostri dispensatione ea quæ & sancti patres qui ante nos fuerunt. Legentes enim labores illorum, sic nostra coaptamus nunc ut illos sequamur, & nihil novi eorum dogmatum rectitudini invehamus. Quia igitur tua perfectio percunctatur utrum dici oporteat super Christo duas naturas an non, arbitratus sum respondere ad ista [d] Diodorus quiddam pneumatomachus, id est spiritui sancto repugnans erat. qui, ut dicunt, circa tempus orthodoxorum communicavit Ecclesiæ, deponens, ut putavit, Macedonianæ hæresis maculam, languorem incurrit in alterum. Saputt enim & scripsit quod alter quidem semotim sit filius qui est ex semine David [e] ex sancta virgine genitus, alter vero proprie filius sermo qui ex Deo est patre. Velut ovis autem pelle obumbrans lupum, simulat quidem unum se dicere Christum, referens nomen ad solum Dei patris verbum genitum, ex Deo unigenitum. Ut vero in ordine gratiæ deputat hoc, ut ipse dicit, & ei qui est ex semine David, & filium vocat. Unitum vero non sicut nos glorificamus, sed circa dignitatem solam, & circa auctoritatem, & secundum honoris æqualitatem. Hujus discipulus fuit Nestorius, & ex illius obtenebratus codicibus simulat quidem se unum & Christum & filium, & Dominum confiteri, partitur vero & ipse in duo unum impartibilem, hominem dicens Deo esse conjunctum æquivoca nuncupatione, æquo honore, dignitate. Quia etiam voces quæ in evangelicis prædicationibus de Christo sunt positæ definit, ac dicit has quidem coaptari debere homini, manifestum est utique quod humanas, illas vero Deo verbo singulariter convenire, manifestum est utique quod Deo decentes. Et quoniam sequestrat multipliciter, & quasi a parte ponit ut hominem semotim eum qui est ex sancta virgine genitus, & semotim similiter & a parte filium eum qui est ex Deo patre sermonem, ob hoc sanctam virginem dicit non esse Dei genitricem, sed genitricem potius hominis. Nos vero non sumus ita hæc se habere dispositi, sed a divina scriptura & a sanctis patribus sumus edocti unum filium, unum Christum, & Dominum confiteri, id est, ex Deo patre sermonem, genitum, quidem ex ipso ante sæcula Deo decenter & ineffabiliter, in novissimis vero temporibus sæculi eundem propter nos genitum secundum carnem ex sancta virgine. Et quia Deum inhumanatum & incarnatum genuit, idcirco eam & Dei genitricem nominamus. Unus est igitur filius, unus Dominus Jesus Christus, & ante incarnationem, & post incarnationem. Non enim alter est filius ille ex Deo patre sermo, alter vero rursus hic ex sancta virgine, sed ipse ille qui ante sæcula & secundum carnem ex muliere genitus creditur, non tamquam divinitas ejus initium quoque esse acceperit, vel certe ad subsistendi principium per sanctam virginem sit vocata, sed quia potius, sicut dixi, ante sæcula existens verbum, ex ipsa secundum carnem natum esse dicatur. Propria namque erat ejus caro, sicut cetera uniuscujusque nostrum, & proprium ejus corpus. Quoniam vero quidam objiciunt nobis Apollinarii sectas, & dicunt: si unum dicitis per unitionem integram & constrictam filium ex Deo patre verbum inhumanatum & incarnatum, forsitan & illud utique somniatis & cognoscitis sapiendum quod confusio aut contemperatio aut confermentatio facta sit verbi ad corpus, seu certe corporis translatio in divinitatis naturam. ob hoc igitur & valde sapienter, repellentes calumniam, dicimus, quia sermo qui ex Deo patre est, inæstimabiliter atque ineffabiliter univit sibi corpus animatum anima intellectus capaci, & processit homo ex virgine, non per mutationem naturæ secundum nos factus, sed magis dispensativa benevolentia. Voluit enim fieri homo, & secundum naturam Deus esse non perdidit. Sed etsi in his quæ secundum nos sunt depositus est mensuris, & portavit formam

a *Verba ipsor. præs.*) Aliud exemplar, *vestram ipsorum præsentiam*. pag. 677.
b *Res quidem*) Habetur supra in fine gestorum Concilii Ephesini.
c *Ad Successum*) Ista & sequens epistola habentur Græce & Latine inter epistolas sancti Cyrilli, & in appendice tomi primi Conciliorum editionis Romanæ.
d *Diodorus*) Episcopus Tharsensis.
e *Ex s. virgine*) In vulgatis editionibus, *ex sanguine virgine Deique matre*.

mam servi, & sic permansit in excellentiis deitatis & in dominatione naturali. Adunantes igitur nos sancta carni habenti animam intellectualem ineffabiliter ac sublimiter intellectum ex Deo patre verbum, inconfuse ac inconvertibiliter unum filium & Christum & Dominum confitemur, eundem Deum & hominem; non alterum & alterum, sed unum & eundem, hoc & illud existentem & intelligendum. Igitur aliquando [a] quidem ut homo dispensative humane loquitur, aliquando vero ut Deus facit cum potestate Deo decente sermones. Dicimus vero & illud, disquirentes bona arte in carne dispensationis modum, & subtiliter mysterium calculantes, videmus quod is qui ex Deo patre est sermo, inhumanatus est & incarnatus, & non sibi ex divina natura sanctum illud corpus plasmavit, sed magis ex virgine id accepit. Alioquin quomodo factus est homo, nisi quia corpus portavit humanum? Advertentes igitur, ut dixi, inhumanationis modum, videmus quia duæ naturæ ad invicem convenerunt unitione indisrumpibili inconfuse atque inconvertibiliter. Caro enim caro est, & non deitas, etsi Dei facta est caro. Similiter vero & verbum Deus est, & non caro, etsi carnem dispensative propriam fecit. Quando igitur intelligimus hoc, nihil nocemus ei qui est in unitate concursui. Et ex duabus naturis factum fuisse dicentes, veruntamen post unitionem non dividimus naturas ab invicem, nec in duos incidimus Christum, ([b] sed unum asserimus filium, & ut patres dixerunt, unam naturam verbi incarnatam. Igitur quod quidem pertinet ad intellectum & ad solum animæ oculorum visum, quomodo inhumanatus ([c] sit ille unigenitus), duas naturas dicimus esse unitas, unum vero Christum & filium & Dominum Dei verbum inhumanatum & incarnatum. Et si videtur, ad exemplum suscipiamus compositionem secundum nos ipsos, qui homines sumus. Compositi enim sumus ex anima & corpore. Et videmus duas naturas, alteram quidem corporis, alteram vero animæ; sed unus homo ex ambabus circa unitionem. Et non ex eo quod ex duabus naturis sit homo compositus, duo homines unus efficitur, sed unus homo, ut dixi, secundum compositionem ex anima constat & corpore. Nam si auferimus quod ex duabus diversisque naturis unus & solus sit Christus indisruptus existens, [d] unitionem dicunt orthodoxæ fidei repugnantem. Si una natura est totum, quomodo inhumanatus est, aut qualem carnem propriam fecit? Quoniam vero in ipso hypomnystico talem sermonis inveni sententiam, quod post resurrectionem sanctum corpus salvatoris omnium nostrum Christi in totum sola divinitas, oportere arbitratus sum & ad hoc respondere. Scribit beatus Paulus, causas inhumanationis unigeniti filii Dei nobis enarrans aliquando quidem: *Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmatur, mittens Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, peccatum damnavit in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum*. Aliquando vero: *Quia igitur pueri communicaverunt carni & sanguini, & ipse similiter communicavit eisdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum, & liberaret eos quicunque timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti. Non enim angelos apprehendit, (sed [e] semen Abrahæ apprehendit.) Unde debuit per omnia fratribus similari*. Dicimus igitur quoniam ex transgressione in Adam corruptionem pertulit humana natura, & quasi tyrannidem sustinet animus noster ex voluptatibus seu motibus carnis insitis in natura ([f] necessarium ad salutem fuisse nobis qui in terris degimus, Dei verbum hominem fieri,) ut humanam carnem corruptioni subjectam, & voluptatis amore languentem, propriam faceret, & quoniam vita est & vivificans, destrueret quidem corruptionem quæ in ea est, increparet vero in natura insitos motus, hos videlicet qui ad amorem provocant incongruæ voluptatis. Sic enim congruebat in ea mortificari peccatum. Recordamur vero & beati Pauli legem peccati vocantis motum qui nobis est insitus. Igitur quoniam caro humana propria verbi est facta, quievit quidem corruptionem sufferre. Et quia peccatum nescit ut Deus, ipse eam faciens propriam & suam, sicut dixi, monstravit, desiit & (illa) voluptatis amore languente, & non sibimetipsi id impetravit sermo unicus Dei (est enim qui est semper) sed utique nobis. Si enim subjecti sumus his malis quæ sunt ex trangressione Adæ, venient modis omnibus in nobis & ea quæ sunt in Christo, id est, [g] incorruptibilitas mortificati peccati. Ergo factus est homo, non hominem recepit, ut videtur Nestorio. Et ut factus homo crederetur, dum certe permaneret quod erat, utique Deus secundum naturam, ob hoc & esurire dicitur & laborare & sustinere vero & somnum & perturbationem atque tristitiam & alias irreprehensibiles passiones. Ut autem rursus satisfaceret videntibus se, quia homo simul erat & verus Deus, divina operabatur signa, increpans mare, suscitans mortuos, & alia inopinato perficiens. Sustinuit vero & crucem; ut carne patiens mortem, & non divinitatis natura, fieret primogenitus ex mortuis, & iter perveniendi ad incorruptionem panderet humanæ naturæ, & infernum spolians misereretur animabus quæ illic tenebantur obtrusæ. Post resurrectionem vero idem quidem (erat) corpus in quo paulo ante pertulerat, veruntamen non habebat in se infirmitates humanas. Non enim de cetero esurit, aut famis vel laboris aut cujuslibet talium esse susceptibile dicimus, sed de cetero incorruptibile, & non hoc tantum, sed & vivificum. Vitæ siquidem corpus est, id est, unigeniti. Effulsit vero & Deo decentissima gloria & intelligitur Dei corpus. Igitur & si quis di-

a *Quidem*) Sic nos reposuimus, secuti auctoritatem textus Græci. Perperam enim in editione Lupi scriptum erat *fidem*. b *Sed unum*) Hoc segmentum, quod deerat in editione Lupi, nos addidimus ex editione vulgata. Videlicet Lupus hic nulla deesse, & post vocem *dixerunt* addiderat *dicimus*, quod nos sustulimus. Nunc enim sensus est integer. c *Sit ille unig.*) Hanc quoque partem hic transtulimus ex editione vulgata.
d *Unitionem*) Vox illa referenda est ad membrum superius, & deinde legendum, *dicunt orthodoxæ fidei repugnantes. Si una &c.* e *Sed semen*) Rursum hanc pericopen huc transtulimus ex editione vulgata.
f *Necessarium*) Et hæc quoque addita sunt ex editione vulgata.
g *Incorruptibilitas*) sive incorruptio peccatorumque mortificatio, ut in alia versione.

dixerit id divinum, sicut & hominis humanum, A orationes decore non deviat. Unde arbitror & sapientissimum Paulum dixisse: *Si vero & cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc non cognoscimus*. Dei enim, sicut dixi, corpus existens proprium, omnia humana transcendit. Translationem vero vel transitum in divinam naturam corpus ex terra pati possibile non est, sed est impossibile. Alioquin divinitati derogabitur quasi factæ & quasi recipienti id in se ipsam quod ejus secundum naturam proprium non sit. Æquum namque est dicere quod mutata caro in divinitatis naturam & dicere quod mutatum sit verbum in humanam naturam. Nam sicut impossibile est hoc, (inconversibilis namque & immutabilis est) ita & alterum. B Nec enim dici potest in divinitatis substantiam vel naturam posse quamlibet ex creaturis transire. Creatura vero & illa caro. Ergo esse quidem corpus Christi divinum (asserimus,) quia Dei est corpus, & ineffabili gloria illustratum, incorruptibile, sanctum, vivificum; quod vero divinitatis mutatum sit in naturam, neque sanctorum patrum sapuit ullus, neque nos ita sentimus. Non ignoret vero & illud sanctitas tua, quod beatæ memoriæ pater noster Athanasius, qui fuit tunc Alexandrinus Episcopus, motis tunc temporis aliquibus, scripsit epistolam [a] ad Epictetum Corinthi Episcopum per omnia recta fide refertam. Quoniam vero & ex ipsa convincebatur Nestorius, & rectæ fidei asserto- C res legentes hanc ipsam, vincebant eos qui similia sapere voluissent, ad convictiones suas ex ea quid dicere non habentes, amarum quiddam machinati sunt & impietate hæretica dignum. Corrumpentes enim eamdem epistolam, & alia quidem subtrahentes, alia vero adjicientes ediderunt, ita ut videretur ille prædicandæ memoriæ vir consona sensisse Nestorio & similibus ejus. Erat igitur necessarium, ne forte & illuc perferatur quibuscumque corrupta, de exemplaribus quæ apud nos sunt paria sumpta tuæ religiositati dirigere. Etenim reverentissimus & religiosissimus Emesenorum Episcopus Paulus ad Alexandriam veniens movit de his sermones, & inventus est habens quidem D exemplar illius epistolæ, sed corruptum ab hæreticis & infectum; ita ut supplicaret quatenus ex nostris exemplaribus rescriptum dirigeretur his qui sunt Antiochiæ, quod & destinavimus. Sequentes igitur per omnia sanctorum patrum sententias, contra Nestorii dogmata scripsimus codicem & contra aliorum quorumdam capitulorum quæ sunt vituperanda virtutem. Et ista tuæ religiositati transmisi; ut si qui sunt alii confideles & unanimes fratres nostri, quibus quorumdam multiloquio sit subreptum, & putent quod pœnituerimus de his quæ contra Nestorium scripsimus, ex lectione addiscant quia bene & recte corripuimus & increpavimus ut errantem, & nunc ni- E hilominus resistimus ubique ejus blasphemiis repugnantes. Tua vero perfectio, quæ & ultra (valet intelligere, tum scribendo, tum orando, nos quoque juvabit.)

Aliorum quorumdam capitulorum, quæ sunt vituperanda, virtutem dupliciter interpretari quis potest, ut etiam dicatur contra alios quosdam qui accusati erant illorum capitulorum virtute, ut de suis id intelligatur dixisse capitulis. Ubique tamen de omnibus hujusmodi scriptis, ubi una sonat ex duabus dicta natura, hoc generaliter dico, quia multa satis potui non perfectissime acribia dicta monstrare contra eos qui velut ex hujus viri auctoritate opiniones impetunt & memorias patrum, nisi quia nunc hoc propositum non est. [b] *Exnodicum quippe, non apologeticum, solum scripsimus. Et hic, prout inveniuntur apud diversos diversa, absque integriorisinquisitionis præjudicio collocamus.*

CAPUT CCXV. 304

(a) [c] *Epistola secunda ejusdem sanctissimi Cyrilli Episcopi Alexandriæ ad eumdem sanctissimum Episcopum Diocæsareensem Isauriæ.*

CLaram quidem semetipsam constituit veritas diligentibus eam, abscondit vero, ut æstimo, & tentat latere intelligentias versutorum. Non enim dignos semetipsos pronuntiant ut eam claris oculis cernant. Et immaculatæ quidem fidei dilectores quærunt Dominum in simplicitate cordis, ut scriptum est. Qui autem per distorta & aspera itinera meant, & cor habent sinistrum seu vanum, sicut in psalmis scriptum est, perversis intellectibus multi- C plices cœacervant sibimetipsis occasiones, (ut pervertant vias Domini rectas) & avertant animas simpliciorum ad ea quæ non licent, quasi liceant, sentienda. Et hæc inquam tuæ sanctitatis hypomnisticis agnitis, & inveniens in eis quædam incaute proposita ab his qui nescio qualiter falsæ scientiæ diversalia diligunt. Erant vero hæc.

Si ex duabus naturis, inquiunt, *collectus est Emmanuel, post unitionem vero una natura verbi incarnata, sequetur omnino dici oportere pati eum in sua natura.*

Beati patres, qui sanctum rectæ fidei symbolum nobis definierunt, inquiunt ipsum ex Deo verbum, quod ex ejus est substantia unigenitum, per quod facta sunt omnia, incarnatum atque inhumanatum; & quemadmodum dicemus nescisse illos sanctos quia unitum verbo corpus erat animatum anima intellectuali, consequitur ex hoc ut qui incarnatum dicit verbum, non absque intellectuali anima illam fateatur carnem quæ unita est ei. Sic enim, sicut quidem arbitror, quin potius ut cum fiducia dico, & sapientissimus evangelista Joannes verbum carnem factum dixit, non tamquam, quod absit, inanimatæ carni unitum sit, sed quod tamquam conversionem mutationemve sustulerit; mansit vero quod erat, [d] id est, natura Deus. Assumens vero ut esset homo, sive secundum nos ex muliere secundum carnem, rursus unus perstitit filius, verumtamen non jam sine carne, sicut olim, vel ante tempora inhumanationis, sed potius velut vestitus etiam nostra natura. Sed etsi non est consubstantiale verbo corpus quod ei unitum est, & in

a *Ad epistletum*) Vide supra pag. 185. b *Exnodicum*) Legendum forsitan *Henoticum*.
c *Epist. secunda*) Extat Græce & Latine inter epistolas sancti Cyrilli. Ejus vero fragmenta quædam habentur supra cap. LXXXIV. Porro quæ in hac editione nostra posita sunt inter uncos, addita sunt ex vulgata.
d *Id est*) Nos emendavimus. Male enim editum a Lupo fuit *idem*. Nihil vulgatius in antiquis libris quam permutatio horum vocabulorum.
(a) In Cod additur *hac*.

in quo intellectualis est anima, tamen phantasia quidem mentis adspicit ea quæ unita sunt alterius esse naturæ, unum vero filium & Christum & Dominum confitemur, ut carnem facto verbo. Quando autem dicimus carnem, hominem dicimus. Quæ igitur necessitas est pati eum in sua natura, si post unitionem dicatur una natura filii incarnata? Si enim non esset in sermonibus de dispensatione id quod solet succumbere passioni, recte diceretur quod dum non sit id quod pati solet, omni necessitate sequeretur verbi naturæ contingere passionem; si vero in eo quod dictum est *incarnatum*, universus a nobis sermo dispensationis cum carne habita introductus est, (incarnatus enim non aliter nisi *apprehendens semen Abrahæ & assimilatus per omnia fratribus & formam servi accipiens*) vano multiloquio sunt usi qui dicunt consequi oportere omnino in sua eum pertulisse natura, dum subjaceat caro, circa quam consequentissime passio intelligitur contigisse, verbo impassibili existente. Sed non ob hoc a passionibus excludimus eum. Quia sicut ejus proprium corpus est factum, sic universa quæ corporis sunt, excepto solo peccato, nihilominus dicentur ipsius per adscitionem dispensativam. (Sed dicent adversarii.)

Si una, inquiunt, *natura verbi incarnata, omni quodammodo necessitate consequitur dicere fermentationem factam & contemperationem, quasi imminuta & subtracta in eo nostra natura.*

Ignoraverunt iterum, qui recta pervertunt, quod secundum veritatem una natura verbi sit incarnata. Nam si unus est filius, qui natura & veritate est sermo qui ex Deo patre est ineffabiliter genitus, deinde circa assumptionem carnis, non inanimatæ, quin potius animatæ intellectualiter, homo processit ex muliere, non in duas partietur personas filius, sed unus permansit, verumtamen non absque carne, neque foris a corpore, sed habens id proprium circa unitionem indecisibilem. Qui vero hoc dicit, non fermentationem, non confusionem, non aliud aliquid tale modis omnibus significat, nec vero id unquam quasi ex necessaria ratione consequitur. Si enim & unus dicatur a nobis unigenitus filius Dei incarnatus & humanatus, non ob hoc, ut illis videtur, fermenti modo commixtus est, neque vero in carnis naturam verbi natura translata est, sed nec carnis in hujus; sed in proprietate quæ est secundum naturam utroque manente, atque intelligendo secundum hanc quæ a nobis nuper est reddita rationem, ineffabilis & inenarrabilis unitio unam nobis ostendit filii naturam, verumtamen, ut dixi, incarnatam. Non enim in solis simplicibus secundum naturam unum vere dicitur, sed in illis quoque quæ compositione collecta sunt. Qualis quædam res est homo ex anima & corpore: quæ quidem diversæ sunt speciei, & non consubstantialia ad invicem, sed tamen unita hominis naturam perfecerunt; etsi compositionis rationibus differentia inest circa eorum quæ ad unitionem sunt conducta naturarum. Superflua igitur loquuntur hi qui dicunt quia si una natura est verbi incarnata, modis omnibus consequitur fermentationem fieri & contemperationem, quasi imminuta & subtracta ei hominis natura. Nec enim diminuta est, neque, ut dixerunt, subtrahitur, (Nam ad plenissime declarandum quod sit factus homo) sufficit (fateri illud fuisse incarnatum.) Si id tacitum fuisset a nobis, habuisset eorum calumnia locum. Quoniam necessario adjectum est id, ubinam mutationis vel subtractionis est locus?

Si perfectus, inquiunt *Deus Christus, idemque intelligendus homo perfectus, & consubstantialis quidem patri secundum deitatem, secundum humanitatem vero consubstantialis nobis, ubi est id ipsum quod perfectum est, si hominis natura non subsistit? Ubi vero & consubstantiale nobis, si non mansit substantia quæ nostra natura?*

Sufficit & huic ad manifestationem solutio præmissi capituli, seu certe excusatio ejus. Si enim dicentes unam naturam verbi, tacuissemus non adjicientes incarnatam, sed quasi extra ponentes dispensationem, esset eis & forsan non nisi verisimilis ratio interrogare fingentibus: *Ubi est in humanitate perfectio, vel quomodo subsistit nostra substantia?* Quoniam vero & in humanitate perfectio & nostræ substantiæ manifestatio introducta est per hoc quod dicitur incarnata, quiescant incumbere cannæ virgæ. Hoc namque erat refutare dispensationem & incarnationem negare & ob id juste inclamare, (ac si a filio perfecta humanitas auferretur.) Si vero, ut dixi in eo quod dictum est incarnatus, clara est atque indubitabilis satisfactio quod homo sit factus, nihil jam prohibet intelligere quia unus existens & solus filius Christus, idem Deus & homo est, ut in divinitate perfectus, ita & in humanitate perfectus. Rectissime ergo & nimium sapienter tua perfectio rationem salutaris passionis exponit, non ipsum unigenitum Dei filium, sed qui intelligitur & est Deus, pati in sua natura quæ sunt corporis asseverans, sed terrena potius pertulisse natura. Oportet enim necessario ambo servire uni & secundum veritatem filio, & non pati divine, & dici pati humane. Ejus enim passa est caro. Sed arbitrantur rursus illi nos eam quæ apud ipsos Dei passio vocatur inducere per ista quæ diximus, & non intelligunt dispensationem, fraudulentissime vero tentant transferre in hominem seposite passionem, damnum sibi pietatis per suam sapientiam providentes, ut non a Deo verbo dicamur esse salvati, tamquam qui proprium pro nobis sanguinem dederit, sed ab homine potius, qui seposite ac sequestratim filius intelligendus sit. Hoc quicumque sic sapit, omnem dispensationis cum carne rationem & divinum mysterium nostrum non immanifeste ad hominis culturam redigit, & non cogitat quod eum qui ex Judæis est secundum carnem, id est, ex semine (Abraham &) Jesse & David, Christum Dominum gloriæ & Deum benedictum, in sæcula & super omnia beatus Paulus dixerit, proprium illud corpus verbi pronuntians quod ligno adfixum est, & ipsi per hoc deputaverit crucem.

Addisco autem quod super hæc & aliud sit quod in quæstionem venit, quod quis carne nuda pati Dominum dixerit, irrationabilem dicit (& non spontaneam ejus asserit passionem:) & qui dixerit cum anima intellectuali eum fuisse perpessum, ut sit spontanea passio, nihil prohibet ut dicat humanitatis eum pertulisse natura. Si vero ita, quomodo non dabimus duas naturas post unitionem subsistere indivise? Quare quicumque dixerit, Christo igitur passo pro nobis carne, nihil alterum dicet, nisi, Christo igitur passo nostra natura.

Con-

Confligit rursus hæc nihilominus propositio his qui unam dicunt naturam filii incarnatam, & quasi superfluum seu vanum id pronuntiare volentes, contenduni ubique duas naturas subsistentes ostendere. Sed ignoraverunt quia quæcumque non circa solam contemplationem dividi amant, hæc ipsa utique modis omnibus & in alteritatem partium & omnimodam semotionem desciscant ab invicem. Sit vero nobis ad exemplum rursus secundum nos homo. Duas namque in eo intelligimus naturas, unam quidem animæ, alteram vero corporis. Sed in puris intellectibus dividentes hæc quasi in subtilibus contemplationibus, vel certe animæ phantasiis differentiam capientes, non per partes ponimus has naturas, neque abrupte per omnia incisionis virtutem linquimus inter eas, sed unius (hominis) esse deputamus, ita ut duæ jam non sint duo, per ambas autem perficiatur animal unum. Igitur vel si dicatur humanitatis natura & divinitatis super Emmanuele vel in Emmanuele, sed ipsa humanitas facta est propria verbi, & unus intelligitur filius cum ea. Cum vero dicat scriptura divinitus inspirata carne eum passum, melius est ut nos ita dicamus quam natura humanitatis. Quamvis si & hoc ab aliquibus (sine) malo dicatur, nihil obsit tanti mysterii rationibus. Nam quid est aliud humanitatis natura præterquam caro intellectualiter animata, & (in qua) dicimus Dominum carne perpessum. Curiosissime igitur dicunt humanitatis eum passum fuisse natura, a verbo eam quodammodo desciscentes, & extrinsecus semoventes atque sequestrantes, ut duo intelligantur, & non jam unus incarnatus & inhumanatus is qui ex Deo patre est sermo. Adjectum vero ab eis *indivise*, apparet quidem quodammodo apud nos esse rectæ culturæ significativum. Hi autem non ita intelligunt. *Indivise* namque apud eos secundum vocum novitates Nestorii circa alterum suscipitur modum. Dicunt enim quod æqualitate honoris, eadem voluntate, & una auctoritate indivisus a Deo verbo existit homo ille in quo habitavit. Igitur non simpliciter proferunt verba, sed cum quodam dolo atque insidiis malignis.

CAPUT CCXVI. 305

Exemplar ab [a] *Hypatia, quæ philosophiam docebat in Alexandria, ad beatum Cyrillum Archiepiscopum* [b] *in diptychis.*

Legens historias temporum, reperi factam Christi præsentiam [c] ante annos centum quadraginta. Fuerunt vero discipuli ejus qui postea Apostoli nominati sunt, qui & post assumptionem ejus in cœlos Christianam prædicavere doctrinam, qui simplicius quidem & absque omni curiositate superflua docuerunt, ita ut invenirent locum plerique gentilium, male intelligentes atque sapientes, hanc accusandi doctrinam & instabilem nominandi. Quod enim dixit evangelista, *Deum nemo vidit unquam*, quomodo ergo, inquiunt, (dicitis) Deum fuisse crucifixum? Et ajunt: *Qui visus non est, quomodo affixus est cruci? Quomodo mortuus atque sepultus est?* Nestorius igitur, qui modo in exilio constitutus est, Apostolorum prædicationes exposuit. Nam discens ego ante longa pridem tempora quod ille ipse duas naturas Christum sit confessus existere, ad eum qui hæc dixerat inquam: *Solutæ sunt gentilium quæstiones*. Dico igitur sanctitatem tuam male fecisse ille contraria sapiendo, synodum congregare & absque conflictu dejectionem fieri præparasse. Ego vero adhuc paucis diebus ejusdem viri expositiones inspiciens, & Apostolorum prædicationes conferens, atque intra memetipsum cogitans quod bonum mihi sit fieri Christianum, digna effici spero dominici generatione baptismatis.

Accepit exemplar ab Epiphanio monacho Alexandrino ante fere annum Christiani Imperatoris.

CAPUT CCXVII. 306

Cyrilli Archiepiscopi Alexandriæ ex sermone de fide, cujus initium hoc proœmium.

Ego contemperatum non recipio. Alienum namque est ab apostolica fide & recta Dei traditione. Contemperatio enim exterminium operatur naturarum. Ineffabilis vero unitio, quam recte sapientes confitentur, ambas naturas inconfuse servat. Ex eodem. Si enim naturæ in unum contemperatæ sunt, mixtione quæ sunt ad invicem diversæ substantiæ. Et in fine sic ait. *Solvite templum hoc, & in tribus diebus suscitabo illud.* Et solum quidem est templum triduanæ tempore sepulturæ, ipso volente, & rursus suscitavit illum, & unitus est ei ineffabili ratione post triduum, non temperatus in eo. Nec extra carnem factus est, sed servans in se ipso duarum naturarum, quæ sunt diversæ ab invicem substantiæ, inconfusam proprietatem. Nec enim quoquam mixtæ sunt aut contemperatæ duæ illæ naturæ, id est, ineffabilis divina natura, & inconfusa humana; sed unitæ sunt inexplicabili & ineffabili modo, qui omnem rationem transcendit.

Ejusdem

Numquid siquidem destitit a propria deitate, etsi evacuavit semetipsum, formam servi accipiens propter nos, amittens formam divinita-

a *Hypatia*) Certum est eam floruisse eo tempore quo sanctus Cyrillus tenebat cathedram Alexandrinam. Sed cum ex Socrate lib. 7. cap. 15. constet eam testis interemptam ac incendio consumptam fuisse anno quarto episcopatus Cyrilli, Honorio X. & Theodosio VI. Consulibus, hoc est, anno Christi quadringentesimo decimo quinto, exilium autem Nestorii, cujus in his litteris mentionem facit Hypatia, ante annum cccxxxvi. non contigisse, valde credo hanc ejus epistolam ad Cyrillum esse notham ac suppositiam. Si ista argumenta spectasset Lupus, hac epistola usus non esset, ut exemplum poneret eorum qui crucis ignominiam Deo indignam esse putantes, propterea animum habuerunt aversum a professione religionis Christianæ. De Hypatia porro vide Synesii epistolas & Suidam, tum etiam Henrici Valesii annotationes ad Socratem pag. 86.

b *In diptychis*) Difficile est explicare quid significent hæc verba. Neque enim probabile est epistolas ad episcopos scriptas, præsertim ab iis qui religioni Christi contrarii erant, in diptycha fuisse relatas.

c *Ante ann. cent. quad.*) Lupus animadvertens sensum hujus loci esse imperfectum, sic interpolavit, *ante annos minus centum quadraginta*. Quod verum videri posset, si constaret hanc epistolam esse legitimam.

nitatis, ut secundum te ad deificandum præpararetur ut homo? Absit. Sed templum sibi componens animatum, & perfectus in sanctæ virginis vulva, & indutus eo, & unitus ei ineffabili ratione, in ambabus eisdem naturis non contemperatus, processit homo apparens, intelligendus autem Deus Jesus Christus.

CAPUT CCXVIII. 307

[a] Ejusdem ex interpretatione epistolæ ad Hebræos.

SEd non in nobis mortificata lex peccati fuisset, sed nec ipsa cunctis inimicissima mors destructa fuisset, nisi factum fuisset vere proprium verbi id in quo illud per ejus virtutem propriam damnabitur. Non enim communis hominis & ejus qui secundum nos intelligitur erat posse destruere mortis imperium. Destructum vero est id per Christum. Est igitur (in) confesso quod certe secundum nos fuerit multum. Deus ergo fuit, quoniam homo, multum valde ultra nos ut Deus. Et templum erat sanctum quod plenitudinem divinitatis accepit. Verumtamen per unitionem dispensativam unus esse creditur ad eum qui inhabitavit & dicitur. Sicut enim est in nobis spiritus sanctus ostendens nos vel efficiens templum Dei, juxta eumdem modum & in ipso dicimus Christo habitasse quidem in carne ut in templo illum Dei sermonem, sanctificasse vero eam ut inhabitantem. Dicimus vero quia licet dicitur templum, sed tamen proprium ejus erat id quod assumptum est, ut unum reputetur ad eum; non quia transit ad deitatis naturam, sed potius compositionem circa unitionem dispensativam. Deus namque erat in carne propter nos.

CAPUT CCXIX. 308

Epistola Imperatoris Theodosii ad suprascripta.

[b] IMperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores, maximi, semper colendi, Augusti, Deo amicissimo & beatissimo Archiepiscopo Joanni [c] & sanctæ synodo quæ cum eo convenit. [d] Perturbationem & tumultum qui contigit in oriente nostrum cognovit imperium a religiosissimo patre nostro & Episcopo Proclo. Et quia universorum quietis & pacis providentiam gerimus, maxime autem pro recta fide, quæ nos nostrumque custodit imperium, per hanc Epistolam vestræ scripsimus sanctitati ut patrocinemini paci, & nullius eos momenti deputetis qui contra salutem propriam volunt religionem saluberrimam perturbare. Illa est enim nostræ divinitatis intentio, ut cum quiete omnes homines degant, præcipue autem sanctæ Ecclesiæ Dei, par quas & nos salvamur & nostrum crescit imperium. Hac itaque voce quieti Ecclesiæ providete. Nos enim aliquid de vobis utilius expectamus † ([e] nisi ut hoc quoque cum omni statuatis Ecclesia, ne quis adversus eos qui in ejus pace defuncti sunt quicquam de cetero tale prætumat.) Deus vos multis (annis) conservet, venerandissimi patres.

(a) *A cruce usque ad* Deus *Irenæus non habet.*

CAPUT CCXX. 309

Translatum ex codice monasterii Acœmetensis.

Epistola, inquit, tractoria sive generalis a sanctissimo & universo Concilio.

[f] SAncta & universalis synodus quæ in Ephesso congregata est ex decreto piissimorum Principum, unicuique sanctæ synodo quæ per singulas mundi partes est, in Domino salutem. Nobis secundum pias literas congregatis in Ephesia civitate, recesserunt nonnulli ex nobis numero paulo amplius quam triginta, principem suæ apostasiæ habentes Antiochenorum Episcopum Joannem, quorum & nomina hæc sunt, id est; Joannes Antiochiæ Syriæ, Macarius, Julianus, Alexander, Diogenes, Apringius, Placus, Alexander, Theodorus, Heliades, Meletius, Joannes, Paulus, Matthæus, Marcellinus, Helladius, Maximianus, Helladdius, Dexianus, Gerontius, Asterius, Antiochus, Dorotheus, Jacobus, Zebinus, Petrus, Fritilas, Himerius, Theodoxius, Eutherius, Anastasius, Tranquillinus, Basilius, Pausianus, Maximus, Daniel, Eustachius. Qui habentes

a *Ejusdem*) Fragmentum est ex interpretatione Cyrilli in epistolam ad Hebræos, cujus mentionem supra cap. LVII. facit Alexander Hierapolitanus. Aliud ex eadem interpretatione fragmentum refert Facundus l. 11. cap 7.

b *Imperatores*) Hanc epistolam posuit Facundus in capite tertio libri secundi, & nos infra descripturi sumus in narratione de Concilio Antiochiæ celebrato anno cccccxxxv. c *Et sanctæ synodo*) Apud Facundum, *& synodo cum eo in Antiochia congregatæ.* d *Perturbationem*) Turbabat orientales, ut hic ait Sirmondus quod vir nobilis, nimirum Theodorus Episcopus Mopsuestenus, & defunctus in communione Ecclesiarum anathematizaretur. Hoc itaque est quod rescripto suo nunc vetat Theodosius, ne quis eos lacessat qui in Ecclesiæ pace defuncti sunt. e *Nisi ut*) Quæ uncis conclusa sunt, nos addidimus ex editione Facundi. Deesse autem probat in primis crux hoc loco posita, ad quam adnotatum est antiquitus ea quæ inter crucem & vocem *Deus* interjacent non haberi in opere Irenæi. Ex qua adnotatione sequitur deesse hic nonnulla post crucem, ea nimirum quæ nos substituimus ex libro Facundi. f *Sancta*) Hoc decretum cum canonibus sequentibus editum est in tomo sup. Concil. prope finem, Græce & Latine. Sed illic tantum triginta quinque Episcopi numerantur, cum in hoc synodo sint triginta septem, eodem nimirum numero qui ponitur supra pag. 575. in epistola universalis Concilii ad Augustos. In tribus omnino locis descripta reperiuntur nomina Episcoporum orientalium, qui pseudosynodum Ephesinam celebravere, nimirum isthic, in collectione nostra supra pag. 576. & in sup. Concil. Tomo prope finem. Et editio quidem istius synodici satis congruit cum nostra, tamen etsi interdum nomina depravata sint per inscitiam librariorum. Quod autem in nostra desunt nomina quatuor Episcoporum Paulini nempe, Maximi, Danielis, & Eustachii, videtur accidisse ex eadem librariorum imperitia aut oscitantia, cum in epistola, cui hæc nomina subjiciuntur, adnotatum sit hos Episcopos fuisse triginta & septem plus minus. At editio quæ extat in vulgatis editionibus Conciliorum multum distat a reliquis duabus. Nam desunt illic nomina Diogenis, Placi, Heliadis, Matth , sive Musæi, Marcellini, Gerontii, Asterii, Antiochi, Jacobi, Zebini, Theodoxii sive Theosebii, Anastasii, Tranquillini sive Stranguili, Basilii, Pausiani, Maximi, Eustachii, in quorum locum substituti sunt Polychronius Heracleensis, Zosis Esbuntis, Salustius Coryci, Hesychius Castabalæ, Valentinus Multoblaccæ, Philippus Theodosiopolis, Cyrillus Adanensis, Olympius Carpasiæ, Palladius, Theophanes Philadelphiensis, Tarianus Augustæ, Aurelius Irenopolitanus, Musæus Aradi. Quod qua ratione acciderit, alis excutiendum relinquo.

(a) Hæc verba usque *ad non habet* non sunt in Cod.

secum quosdam depositos, ante omnia quidem Nestorii & Cœlestii sententias vindicantes manifestissime demonstrati sunt, eo quod nobiscum contra Nestorium minime acquiescant; quos & communi sententia sancta synodus & ab omni Ecclesiastica communione alienos effecit, & cuncta sacerdotii operatione privavit per quam possent vel nocere vel juvare.

I. Quia vero oportuit & eos qui defuerunt a synodo & perstiterunt in unaquaque provincia non ignorare quæ de his decreta sint, notum vestræ facimus sanctitati quia sive Metropolitanus quis cujuslibet regionis, abscedens ab hoc sancto & universali conventu, adjectus est ad illud apostasiæ Concilium, vel post hæc si se illi commiserit, vel si ea quæ sunt Cœlestii post hæc sapuit sive sapuerit, contra suæ regionis Episcopos nihil poterit prævalere, omni ecclesiastica communione a præsenti jam hac synodo factus extorris atque privatus effectu. Sed & ipsis suæ regionis Episcopis & affinibus undique Metropolitanis, qui orthodoxe sentiunt, subjacebit, ut in totum & episcopatus gradu privetur.

II. Si vero aliqui [a] parochiales Episcopi, relicto hoc sancto Concilio, eidem discessioni adjuncti sint, aut adjungi tentaverint, aut si quis ex his qui subscripserunt dejectioni (Nestorii) ad conventum reversi sint discessionis ejus, hos omnino secundum quod huic sanctæ synodo placuit, esse a sacerdotio alienos, & ab eodem cadere gradu.

III. Si vero & quidam Clericorum qui in unaquaque sunt civitate a Nestorio vel ab his qui una sunt, eo quod recte saperent, ab officio suspensi sunt, & hos proprio gradui restitui sanximus.

IV. Communiter vero eos Clericos qui eadem sapiunt quæ hæc orthodoxa & universalis synodus, jubemus his qui abscesserunt sive abscessuri sunt, omni modo non esse subjectos, neque ullo modo subjacere.

V. Si qui vero abscesserint Clericorum, & præsumserint vel clam vel palam ea quæ Nestorii aut ea quæ Cœlestii sunt sentire, & hos a sancta synodo esse depositos.

VI. Quicumque vero ob incongrua facta ab hoc sancto conventu dejecti sunt, seu ab Episcopis propriis, & his irregulariter citra discretionem per omnia sua Nestorius aut hi qui ea quæ ejus sunt sentiunt reddere communionem vel gradum tentaverint, absque ullo eos esse solatio, & nihilominus illos depositos permanere sanxivimus.

VII. Similiter vero & si quicumque voluerint ea quæ de singulis acta sunt in hac sancta synodo Ephesina quolibet modo commovere, eadem sancta synodus definivit, si Episcopi aut Clerici fuerint, ut omni modo a gradu proprio excidant; si vero laici, sint communione privati.

CAPUT CCXXI. ...310

Similiter ex antiquo Acœmetensi codice transtuli, quæ ita prænotatur. Confessio fidei Acacii Episcopi Berrhœæ.

Credo in unum Deum, qui in tribus personis agnoscitur, causam factoremque omnium, unam substantiam sempiternam absque principio, ingenitam, incomprehensibilem, incontemplabilem, incircumscriptibilem, immutabilem, immortalem, impassibilem, id est, quam nec in ipsa nec in alio aliquo dico susceptibilem passionis. Undique enim impassibilis exstat natura divina.

Unum siquidem Deum dico, qui revera Deus existit. Gentilitatem vero, qua deorum pluralitas introducitur, fugio. In tribus autem personis agnosci, eversio Judaismi est. Patrem namque in filio & in patre filium & spiritum sanctum in Deo filio & patre confiteor.

Confiteor vero Christum coæternum patri secundum divinitatem, nec substantiæ nec subsistentiæ modo circa deitatem patre minorem.

Similiterque spiritum sanctum.

Filium namque dico absque tempore & sine initio genitum, consempiternum subsistere patri, & sapientiam quæ ex Deo & patre semper existit.

Credo & in processionem spiritus sancti, quam non dico generationem. Et generationem filii non dico processionem.

Dum vero exigit eorum consequentia quæ dicuntur, unum fateor Deum, non subsistentias negans, sed [b] nomine, si quod consubstantialitatis est commune, significans. Cum vero consubstantialitatem loquor, non unius personæ consubstantialitatem dico, sed trium, id est, patris & filii & spiritus sancti. Una siquidem persona consubstantialis sibimetipsi non dicitur, sed filii & spiritus sancti & patris est istud. Differentia igitur pater, & filius, & spiritus sanctus.

Modus subsistentiæ seu nomen est habitus, non autem substantiæ simpliciter significatio. Esse igitur patris est Deus, cujus autem sit pater. Et esse filii Deus est, cujus autem sit filius. Sic & spiritus sanctus. Quorum vero esse est idem, secundum meam de consubstantiali trinitate (fidem) sint dicta.

Dicam vero & de inhumanatione Dei verbi propter nos, de qua nobis maxima quæstio est, non solum contra omnes hæreticos, sed & contra ipsos quoque qui putantur domestici fidei.

Ita igitur credo [c] (juxta) Cyrillum sanctæ memoriæ: propter clementiam propriam multamque benignitatem circa genus humanum complacuit Dei verbum in fine dierum ædificare sibi ex sancta Maria virgine templum quod erat in præscientia.

Immaculatum & absque ullo peccato hoc templum sumpsit Deus verbum pro nostra salute ad manifestationem suæ divinitatis, & per

a *Parochiales*) In vulgatis editionibus Conciliorum, *provinciales*. b *Nomine*) id est, Christi, filii, Domini. Hæc enim nomina utramque naturam significant. Vide supra pag. 551. 705.
c *Juxta Cyrillum*) Cum Cyrillus obierit anno CCCCXLIV. Acacius vero ordinatus sit Episcopus anno CCCLXXVIII. ac tempore synodi Ephesinæ centum & decem vitæ annos exoleverit, ut supra pag. 525. dictum est, parum probabile videtur eum supervixisse Cyrillo: adeoque hæc confessio videtur esse supposititia.

per illud in ipso emisit nostram salutem propter suam, sicut dixi, benignitatem & circa nos regimen inenarrabiliter & ineffabiliter sibimetipsi hoc uniens ex ipso in vulva plasmationis initio. Dignatusque est illud eumdem esse filium secum unitione ad se & totius dominationis atque honoris & gloriæ ac virtutis quam naturaliter habet ipse qui Deus est verbum; ita ut Dei forma & servi forma ad unam personam, unum filium, unum Dominum, Christumque pertineant.

Sic Deum hominemque confiteor Christum filium Dei, unum filium ex duabus naturis, ex passibili atque impassibili, ex mortali & immortali, ex visibili & invisibili, & non inchoantem, ex incircumscriptibili & circumscriptibili; qui sine principio quidem ac sempiterne est natus ex patre secundum deitatem, idem vero ipse ex spiritu sancto & Maria virgine diebus novissimis natus est secundum carnem.

Sed neque carnem dico ex Deo & patre genitam, neque divinam quoque naturam ex sancta virgine Maria; sed secundum divinitatem quidem absque initio ex Deo patre est genitus, secundum carnem vero in ultimis diebus partu Mariæ virginis editus.

Sic unum Dei filium confiteor, divinitate quidem impassibilem, humanitate vero passibilem, sed nec in passionibus nec in vulva illud templum ab inhabitante divinitate sejunctum, sed ex ipsa conceptione unitum. Non tamen cum eo circumscriptum dixerim Deum verbum. Incircumscriptibilis est enim divina natura.

Partus est igitur ex sancta, ut dixi, Maria Christus filius Dei, non illa incircumscripta, sed illa circumscripta natura. Dixi namque superius Christum filium Dei & incircumscriptibilem & circumscriptum, secundum divinam quidem naturam incircumscriptibilem, circa humanam vero circumscriptum; secundum quam & in præsepe & in cunis & in cruce & in sepulchro circumscriptus est filius Dei; circa illam vero alteram infinitus & incircumscriptibilis, & omnia continuit continetque.

Unum igitur ex duabus dico naturis. Patitur igitur Christus filius Dei, non divinitate, sed humanitate, id est, Christus est passus in carne. Patitur sumpta natura; illa vero quæ assumpsit, impassibilis manet. Deus autem verbum proprias reputat templi sui hominis passiones, circa dico & mortem & reliqua quæcunque dispensativa videntur. Propria ea facit, dum nihil ipse sustineat. Sed quia ad unam personam pertinent ipsæ naturæ, illa impassibilis ea quæ sunt passibilis propria facit. Nec tamen patitur illud impassibile Dei verbum suas faciendo passiones, sed, ut dixi, suæ carnis passiones adsciscit.

Aliud vero est pati eo ipso quod suas efficit passiones, & aliud suas efficere passiones. Non alterius, inquam, filii, sed naturæ alterius passiones. Secundum nullam siquidem patimur rationem, qui naturaliter est insusceptibilis passionis.

Nec verbum caro factum conversionem sustinuit. Factum namque dicitur pro ut dicatur, accepit. Et qui erat in forma Dei, servi accepit. Hoc enim significat quod sequitur: *Et inhabitavit in nobis*. Nec enim filii unitate disperditur distantia naturarum. Sed sicut aliud corruptibile corpus, & alterum anima immortalis, ex utrisque vero unus homo consistit, sic ex mortali atque immortali & sine principio Dei verbi natura unam confiteor filii personam. Et quia impassibile verbum passibili unitum experimentum non sustinuit passionis, est quidem filius Dei & passibilis & impassibilis, sed passibilis quidem carne, impassibilis vero divinitate, habens secundum carnem temporale principium, absque initio vero secundum deitatem.

Hæc sicut memetipsum habens, ita conscripsi.

(a) CAPUT CCXXII.

Epistola Eutychetis hæretici; ubi scribens ad Papam urbis Romæ Leonem, negat in Christo duas naturas, id est, divinitatis & humanitatis.

De mea in Dominum & Deum omnium Christum spe confidens, ante omnia quidem testis Deus verbum est, in sensibus hujusmodi dignoscens veritatis probationem, invoco autem vestram sanctitatem in testimonio cordis mei & rationes sensuum meorum atque verborum. Sed pessimus diabolus fascinavit tale studium nostrum & propositum, a quibus vires destrui oportuit. His stimulans omnem domesticam sibi vim, contra me movens Eusebium Episcopum oppidi Dorylæensis [b] libellum dantem sancto Episcopo Constantinopolitanæ Ecclesiæ Flaviano & quibusdam aliis inventis in eadem urbe, qui propter diversas causas suas evenerant, quomodo hæreticum compellavit, non veritate accusationem movens, sed perniciem mihi machinans & perturbationem Ecclesiis Dei. Vocabar ad responsionem accusationis ab ipsorum sanctitate; sed gravi ægritudine super ipsam senectutem retentus occurri ad purgationem, non ignorans compositam factionem contra salutem meam. Et quidem libellis statim, subscriptione mea his addita, [c] obtuli scripta, ostendens de sancta fide professionem meam. Sancto autem Flaviano Archiepiscopo neque libellum suscipiente, neque ut legeretur jubente, audiente tamen & re-

a *Epistola*) Quæ sequuntur, non pertinent ad causam Nestorii, sed Eutychetis, adeoque potius referenda essent ad Concilium Chalcedonense quam isthic edenda, nisi decretum nobis esset istud synodicum dare integrum, non vero per partes. Epistolam autem istam Eutychetis edidit etiam Lupus in libro de appellationibus.

b *Libellum*) Extat in actione prima Concilii Chalcedonensis, tomo superiori Conciliorum. Vide Liberatum c. 11.

c *Obtuli scripta*) Recte monuit Lupus ad hæc ipsa verba respicere sanctum Leonem epist. 8. data ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum, in qua sic legitur: *Accepimus enim libellum Eutychetis Presbyteri, qui se queritur, accusante Eusebio Episcopo, immeriti, communione privatum, maxime cum vocatum se affuisse testetur nec suam præsentiam denegasse, adeo ut in ipso judicio libellum appellationis suæ se asserat obtulisse, nec tamen fuisse susceptum quæ ratione compulsus sit ut contestatorios libellos in Constantinopolitana urbe proponeret.* Verum in epistola ista nulla mentio de appellatione Eutychetis. Itaque postrema hæc verba referenda sunt ad ea quæ in fine ait Eutyches, mittere se ad eum libellum synodo oblatum, qui susceptus non est.

(a) Post superiora verba in Cod. Casinensi datur novus hic titulus: *Hæc sunt quæ præmissis sunt gesta Concilii Calchedonensis*; statimque dantur Epistola XXXV. ad Concilium Calchedonense spectantes & typis jam excusæ, ultima in Codice pag. ibi. 439. &c. sunt quatuor illa documenta quæ hic a Cap. CCXXII. usque in finem subduntur.

respondente me ipsis verbis [a] fidem quæ Nicæa exposita est a sancta synodo, confirmata vero apud Ephesum, expetebar duas naturas fateri & anathematizare eos qui hoc negarent. Ego autem metuens definitionem a synodo, nec adimere nec addere verbum contra expositam fidem a sancta synodo Nicæna, sciens vero sanctos & beatos patres nostros [b] Julium, Felicem, Athanasium, Gregorium sanctissimos Episcopos refutantes duarum naturarum vocabulum, & non audens de natura tractare Dei verbi, qui in carnem venit ultimis diebus in uterum sanctæ virginis Mariæ immutabiliter quomodo voluit & scit, in veritate non in phantasmate homo factus, aut anathematizare supradictos patres nostros, rogabam ut innotescerent ista sanctitati vestræ, & quod vobis videretur judicaretis, omnibus modis me secuturum quæ probassetis. Sed nullo eorum quæ a me dicebantur audito, abrupta synodo publicaverunt dejectionis sententiam, quam adversus me calumniæ factione instruebant, ut & saluti meæ discrimen incumberet, nisi cito opera Dei, orationibus sanctitatis tuæ, militaris manus me ab incursione rapuisset. Tunc duces aliorum monasteriorum cogere cœperunt in dejectionem meam subscribere, (quod nunquam nec in eos qui se hæreticos professi sunt vel adversus ipsum Nestorium factum est) in tantum ut cum ad satisfaciendum plebi proponerem fidei meæ confessiones, non solum & arcerent eas audiri, verum & arriperent hi qui contra me supradictam factionem meditabantur, ut exinde tamquam hæreticus apud omnes haberer. Ad vos igitur religionis defensores & hujusmodi factiones execrantes confugio, nihil & nunc novum inducens contra fidem jam inde nobis ab initio traditam, sed anathematizans Apollinarium, Valentinum, Manem, & Nestorium, & eos qui dicunt carnem Domini nostri Jesu Christi salvatoris e cœlo descendisse, & non e spiritu sancto & sancta virgine Maria, & omnes hæreses usque ad magum Simonem. Et nihilominus tamquam hæreticus de vita periclitor. Et obsecro, nullo mihi præjudicio facto ex his quæ per insidias contra me gesta sunt, quæ visa vobis fuerit super fidem proferre sententiam, & nullam deinceps permittere a factiosis contra me calumniam procedere, & non excuti & eximi de numero orthodoxorum eum qui in continentia & omni castitate septuaginta annos vitam peregit, ita ut in ipso exitu vitæ naufragium patiatur. Subjunxi autem his literis meis utrumque libellum, & eum qui ab accusatore meo oblatus est synodo, & qui a me gestus quidem est, non tamen susceptus, & editionem fidei meæ, necnon & ea quæ de duabus naturis a sanctis patribus nostris decreta sunt.

CAPUT CCXXIII.

[c] *Item verba Eutychetis.*

Testor vos coram Deo, qui cuncta vivificat, & Christo Jesu, qui sub Pontio Pilato testificatus est optimam illam confessionem, ne quid ad gratiam faciatis. Ego enim jam a majoribus meis ita sensi & a pueritia mea ita illuminatus sum quemadmodum sancta & ex universo orbe terrarum apud Nicæam habita synodus trecentorum decem & octo beatissimorum Episcoporum fidem constituit, & quam conservavit ac definivit denuo obtinere solam sancta synodus Ephesi collecta, & nunquam aliter sensi quam quemadmodum præcepit recta & sola vera fides orthodoxa. Et cunctis quæcunque sunt (circa) eandem fidem a sancta eadem synodo constituta Ephesi adsentior; cujus synodi dux & princeps fuit beatæ ac sanctæ recordationis Episcopus Cyrillus Alexandrinorum, & prædicationis ac fidei sanctorum & electorum Dei Gregorii majoris, & item Gregorii, Basilii, Athanasii, Attici, Procli socius & particeps. Eum & omnes eos orthodoxos & fideles habui, & honoravi tamquam sanctos, & magistros meos existimavi. Anathema autem dico Nestorio & Apollinari & omnibus hæreticis usque ad Simonem, & qui dicunt carnem Domini nostri Jesu Christi de cœlo descendisse. Ipse enim, qui est verbum Dei, descendit de cœlo sine carne, & factus est caro in utero sanctæ virgini ex ipsa carne virginis incommutabiliter & inconvertibiliter, sicut ipse novit & voluit. Et factus est qui est semper Deus perfectus ante sæcula, idem & homo perfectus in extremo dierum propter nos & nostram salutem. Hanc igitur meam plenam professionem sanctitas vestra &c.

Eutyches Presbyter & Archimandrites huic libello subscripsi manu mea.

CAPUT CCXXIV.

[d] *Exemplar Julii Episcopi urbis Romæ,* [e] *ut asserunt Eutychis scripta ad* [f] *Dionysium Episcopum, cujus sensu ductus ipse Eutyches decidit in errorem.*

Miror audiens quosdam confitentes quidem in carne Dominum nostrum, incurrentes vero divisionem male a Paulianistis introductam. Illi enim Paulum Samosatenum sequentes, alium quidem intelligunt eum, qui ex cœlo descendit, Deum confitentes, alium vero terrenum hominem esse dicunt, & illum quidem infabricabilem, hunc dominum, alium servum; [g] impium, seu venerentur eum quem servum appellant & fabricatum, seu non colant eum qui nos sanguine suo redemit. Hi vero

[a] *Fidem quæ Nicæa*) Idem Leo epist. 7. ad Theodosium Augustum: *Quamvis enim prædictus Presbyter ad sedem apostolicam per libellum doloris sui quærimoniam miserit, breviter tamen aliqua prælibavit, asserens se Nicæna synodi constituta servantem frustra in fidei diversitate culpatum.*

[b] *Julium*) Horum patrum testimonia recitantur supra pag. 543. 546. 550. 689. & sequentibus. [c] *Item verba*) Lupus, qui ista quoque in eodem libro de appellationibus edidit, existimat esse libellum contestatorium ab Eutyche propositum in Constantinopolitana urbe, ut docent verba sancti Leonis paulo ante a nobis relata. [d] *Exemplar*) Puto legendum, *Ex epistola*. Porro hæc quoque edidit Lupus in eodem libro de appellationibus. [e] *Ut asser. Eut. scripta*) Legendum; *ut asseruit Eutyches, scripta* &c. [f] *Dionysium Episc.*) Meminit istius Epistolæ, seu veræ, Gennadius in Catalogo virorum illustrium. Eam vero quidam veteres falsam ac suppositiam esse censuerunt, & ab Apollinare hæretico scriptam. Vide Sirmondum in Notis ad Facundum lib. 1. cap. 5. pag. 50. [g] *Impium*) Legendum, *impii*.

vero qui Deum descendisse de cœlo confitentur & carnem factam ex virgine & unum esse cum carne, frustra conturbantur, excedentes in verba impietatis illorum. Dicunt enim & ipsi, sicut audio, duas naturas. Ad quod & Joannes evidenter probat (unum) Dominum nostrum, cum dicat, *Verbum caro factum est*, & Paulus Apostolus, cum dicat: *Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia*. Si enim natus ex virgine Jesus nominatur, & ipse est per quem universa facta sunt, una scilicet natura facta est, quoniam & una persona, non in duo divisa, cum nec propria natura corporis est, & propria natura deitas sit secundum carnem. Sed sicut homo una natura est, ita & is qui ad similitudinem hominis est factus Christus. Quod si non agnoscunt id quod per adunationem unum est, possunt & unum in plura partiri & plurimas dicere naturas: quoniam multiplex corpus, quod ex ossibus, nervis & venis, carne & cute, sanguine & spiritu constet, quæ omnia diversa quidem inter se sunt, una tamen est eorum natura. Unde & deitatis natura cum corpore unum est. Et [a] nec in duas naturas dividitur. Nec enim poterat totum filius hominis appellari qui descendisset e cœlis, & rursus filius Dei qui natus ex fœmina est, si duarum naturarum caperet divisionem; sed id quidem quod descendisset e cœlis, vocaretur filius hominis, non filius Dei. Et hoc Paulianæ divisionis est. Nos autem divinæ scripturæ docent tamquam de uno Domino nostro sentire, & cum descendisset e cœlis, & cum in terra natus est. Qui igitur sic sentiunt, non excedunt (ab) inconsona contraria sentientibus, ut cum mente divinis præceptis consentiant, sermonibus discrepent. Necesse est enim eos, cum duas naturas intelligant, alteram colere, alteram non adorare, & in divinam quidem baptizari, in humanam vero non baptizari. Si autem in mortem baptizamur Domini, unam profitemur naturam & impassionabilis deitatis, & passionabilis carnis, ut per hoc sit baptisma nostrum & in Deum & in mortem Domini perceptum. Nec enim veremur calumniatores, qui dividunt in duas personas Dominum. Nec cum nos unitatem evangelicam atque apostolicam prædicemus, lacerent nos tamquam dicentes carnem esse cœlestem, cum nos e contra divinas scripturas legamus dicentes filium esse non ex cœlo. Nec enim cum dicimus filium Dei creatum ex muliere, possumus reprehendi tamquam verbum ex terra dicentes, & non ex cœlo. Dicimus enim utrumque, & ex cœlo totum propter deitatem, & ex muliere totum propter carnem, ignorantes divisionem unius personæ.

CAPUT CCXXV.

Exemplar epistolæ (a) tacito nomine factæ ad quendam (b) senem cupientem scire quid contrarium catholicæ fidei senserit Eutyches.

Misit mihi nobilitas tua exemplum libelli de novæ fidei expositione Eutychetis, quem exposuit scribendo ad beatissimum Papam sedis apostolicæ Leonem. Scribere & dignatus es ut si quid inde sentirem, humilitatis meæ literis indicarem. Quod quidem ipse pro studio sanctæ affectuose injungere dignatus es; sed mihi trepidam habenti mentem & timore repletum cor, in hac quæstione periculosum videtur adgredi, præcipiente doctore & illuminatore gentium Apostolo Paulo & generaliter monente ac dicente: *Stultas autem & ineruditas quæstiones & contentiones & pugnas legis devita. Sunt inutiles & vanæ*. Tamen ipsius beatissimi Apostoli Pauli precibus, adjuvante Domino & Deo Jesu Christo, quod potuerit rusticus sermo & tenuis meus sensus aggrediar; non ut magnitudo & majestas fidei exigit, sed ut tenues vires meæ humilitatis patiuntur. Cum ergo percurrerem prædictum exemplar epistolæ vel libellum fidei Eutychetis, inter cetera textus verborum ejus inveni, ubi a sancto Concilio Episcoporum expeti a se duas naturas in Christo conqueritur confiteri. Quod si consulens suæ continentiæ & vetustæ in se castitatis laboribus confiteri voluisset, nunquam sententiæ suæ fidei periculum fuisset passus. Sed quia in unam Christi personam secundum Apostolorum vel Prophetarum seu evangeliorum traditionem duas naturas in Christo confiteri noluit, in ipso portu exitus sui non solum ipse laborum continentiæ suæ naufragium passus est, verum etiam jam olim bene fundatam Ecclesiarum per orbem terrarum perturbavit fidem, & ad cumulum perfidiæ suæ, Christi veneratorem & bonæ fidei fidelem prædicatorem beatum occidit Episcopum Flavianum; Et ille quidem quietis temporibus, nulla existente publica persecutione, coronam accipiens martyrii, nunc cum beato suo magistro Apostolo Paulo gloriatur & dicit: *Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. De cetero superest corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex, non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt manifestationem ejus*. Et illo quidem cum omnibus sanctis in Domino gloriante, nobis necesse est, si meremur ejus sequi vestigia & traditionem fidei, per quam gloriosum meruit exitum, totis fidei viribus & usque ad mortem tenere & in unam Christi personam duas confiteri naturas divinitatis & humanitatis, creatricis & creatæ, assumptricis & assumptæ. Quæ tamen substantiæ aut naturæ, non confusæ, sed unitæ, & in una eademque persona inseparabiliter, & in sua semper proprietate sunt permanentes. Quapropter unicuique substantiæ naturæ propria utique aptanda sunt, id est, infirmitatis humanitati, quæ creata est digna, non vero mutabilia divinitati, quæ creavit. In tantum enim hæ duæ naturæ in una persona Christi simul unitæ sunt atque conjunctæ ut idem Jesus Christus Dei filius, Deus & homo, aliquando res aut agat aut loquatur humanas, aliquando vero divinas. Nam denique ut duarum naturarum, id est, divinitatis & humanitatis, in se ostenderet substantias, navigans dormit in navi ut homo, & procellæ, eminenti vento, vel mari imperat ut Deus, dicens: *Tace, obmutesce*. Et post quadraginta dierum atque noctium jejunium esurit ut homo, & in solitudine quinque millia viro-

a *Nec*) Lupus utrobique edidit *hæc*. Sæpe hæc duo vocabula permutantur in antiquis libris. Ceterum isthic legendum esse *nec* probant sequentia.

(a) In Cod. est. *tacitis nominibus*. (b) Deest *senem*.

virorum, exceptis infantibus & mulieribus, de quinque panibus & duobus piscibus refecit ut Deus. Et quid plura? A Judæis cruciffixus, & lancea in latere compunctus, moritur ut homo, & Lazarum quatriduanum de monumento resuscitavit ut Deus, auctoritate divina dicens: *Lazare, veni foras*. Harum ergo, Domine, duarum naturarum in Christo traditio est fortiter custodienda; ne cum Eutychete aut ceteris ejus consentaneis eas in unam confundentes, novum incertæ fidei teneamus tramitem. Optime enim eos dedignaris, quia omne quod confusum, obscurum & incertum esse cognoscitur, siquidem ut datur intelligi, proprias eadem naturas divinitatis & humanitatis imprudenti sensu in unum confundere videntur, ut non separantes humanitatis substantiam a Christi divinitatis natura, ipsa voce Deum passibilem pronuntient. Nam denique epistola quam dicit Eutyches Julii quondam Episcopi urbis Romæ esse, quam & ad sublatium suæ perfidiæ, ignoro, forsitan falsam protulit, cujus & pravo sensu duci cognoscitur, in ipso ultimo textus sui ita profitetur, dicens: *Qui igitur sic sentiunt non excedunt ab unconsona contraria sentientibus, ut cum mente divinis præceptis consonant, sermonibus discrepent. Necesse est enim eos, cum duas naturas intelligunt, alteram colere, alteram non adorare, & in divinam quidem baptizari, in humanam vere non baptizari*. Vides ergo quomodo impugnantes & confundentes duarum naturarum substantiam, Deum passibilem pronuntiare perfido sensu conantur. Nos vero, qui catholicæ fidei rectum tenemus tramitem, prætermissa hac confusione duarum naturarum, in dominicam carnem baptizati, propterea eam adoramus, quia a divinitate suscepta atque eidem ita unita sit ut non alium atque alium, sed unum eundemque Deum & hominem, Dei filium confiteamur. Nam si Eutyches aut ceteri ejus consentientes hominem separant a Christo Deo, illi nos nunquam adoramus aut servimus. Aut si quis nostrum purpuram aut diadema regale jacentia inveniat, numquid ea conabitur adorare? Mox vero ut ea Rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit si quis eam simul cum Rege adorare contempserit. Ita Christi Domini nostri perfectam humanitatem, non solam & nudam, sed divinitati suæ unitam, unum eundemque Dei filium, Deum verum, & hominem verum, si quis adorare contempserit, æternam mortem patietur. Sequitur & Julius, cujus sensu ducitur Eutyches, & dicit: *Si autem in mortem Domini baptizamur, unam profitemur naturam & impassionabilis deitatis & passionabilis carnis*. Velim plenius agnoscere quomodo dicant *carnis*? Si hæc caro sine anima est, quid est caro illa nisi terra sine sensu, quæ nec gratias agere valuit, nec crucis pœnas sentire potuit? Quod autem caro sine anima sentire non possit, cunctis est manifestum. Si autem, illi sentiunt, in illa dominica carne divinitas pro anima fuit, divinitatem ergo passionibus subjiciunt. Si autem, ut vera se habet scripturarum fidelissima ratio, simul cum carne & humanam suscepit animam, ergo perfectus Deus perfectam suscepit hominis naturam, ut ostenderet se simul cum humana carne & humanam suscepisse animam, id est, perfectum hominem. Dicit enim: *Pastor bonus animam posuit pro ovibus suis*: Et. *Potestatem habeo ponendi animam meam, ut iterum potestatem habeo sumendi eam*. Et in ipso articulo passionis suæ dicit: *Tristis est anima mea usque ad mortem*. Et. *Nunc anima mea conturbata est*. Non enim Deus aliquando perturbatur, sed ille utique homo qui esuriit, qui sitiit, qui dormivit, qui lassatus fuit, atque ploravit: quæ omnia sine affectibus animæ caro sola sentire non potuit, nisi ille homo perfectus quem suscepit Deus perfectus, dicente Hieremia Propheta: *Hic Deus noster, non æstimabitur alius ad eum: qui invenit omnem viam disciplinæ, & dedit eam Jacob puero suo, & Israel dilecto a se*. Et adjecit: *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est*. Qua porro forma in terra visus fuerit & conversatus sit, sanctissimus Prophetarum Isaias plenissime & apertius exponit: *Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est? Annuntiavimus coram ipso tamquam pueri, ut radix in terra sitienti. Non est ei species, neque gloria. Vidimus eum, & non habuit speciem neque decorem; sed species ejus sine honore, & abjecta præ omnibus hominibus. Homo in plaga positus, sciens ferre infirmitates. Quoniam aversata est species ejus, & deboneſtatus, & pro nihilo æstimatus est. Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet: Nos æstimavimus eum in dolore esse & in plaga & in vexatione. Ipse autem vulneratus propter peccata nostra, & infirmatus est propter iniquitates nostras. Eruditio pacis nostræ in eum, livore ejus nos sanati sumus. Omnes ut oves erravimus, & omnes homines a sua via erraverunt. Et Dominus tradidit eum pro peccatis nostris. Ipse autem male vexatus conticuit labia sua, ut ovis ad immolandum ductus est. Et sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate judicium ejus sublatum est. Generationem autem ejus quis enarravit? Quoniam tolletur a terra vita ejus, & ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et dabo inanes pro sepultura ejus, & divites pro morte ejus. Quoniam iniquitatem non fecit, nec dolus inventus est in ore ejus. Et Dominus vult purgare eum de plaga. Si detis pro peccato animas vestras, videbitis semen longæ vitæ, & vult Dominus adolere animæ ejus, ostendere ei lumen, formare prudentiam, justificare justum, bene servientem pluribus: Et peccata eorum ipse portavit. Ideo ipse hæreditatem possidebit multos, & fortium partietur spolia: Propter quod tradita est in mortem anima ejus, & inter iniquos deputatus est. Et ipse peccata multorum tollit, & propter iniquitates nostras traditus est*. Pervide igitur, Domine mi, secundum sanctæ tuæ mentis studium quomodo prædicti Prophetæ Hieremias & Isaias sibimet consentientes asserant qualiter perfectus Deus de cœlo descendens pro salute generis humani, susceperit hominem, & superius ab Isaia prædictas passiones uterque naturæ illius in Christo suscepti hominis assignet. Nam numquid Deus, qui est invisibilis, incomprehensibiliter poterat comprehendi aut inimicis tradi aut inter impios deputari aut mori aut vita ejus a terra tolli? Sed ille utique qui, ut supra jam diximus, esuriit, sitivit, lassatus fuit, dormivit, atque ploravit; qui etiam in cruce passionis pendens, cum vidisset in se inhabitantem Deum de suo exire corpore, lachrymabili voce clamavit post eum, Hebraica lingua dicens: *Heli, Heli lamasabactani*: hoc est: *Deus meus, quare me dereliquisti*? quamvis

vis tertia die eum esset resuscitaturus. Tamen necesse erat illud adimpleri quod jam prædixerat in evangelio Jesus, suis discipulis dicens: *Ego a Deo processi, exivi a patre, & veni in hunc mundum, & iterum relinquo hunc mundum & vado ad patrem*. Siquidem & in ipsa passione, quamvis ille perfectus homo, a perfecto Deo susceptus, impiam moriens in cruce patiatur pœnam, tamen & ipse impassibilis Deus in eodem a se suscepto perfecto homine, quamvis passionem non sustinuerit, tamen injuriam passus est. Nam sicut qui indumentum conscindit, induto facit injuriam, ita & qui carnem eius crucifixerunt, divinitatis injuriam omnia elementa videntia expaverunt. Nam denique terra contremuit, petræ scissæ sunt, sol fugit in noctem, luna sanguineo colore fuscata est; & tanquam damnatione perpetua jam mundus oppressus esset, avulsæ locis cœlestibus stellæ ruerunt, & elementorum lege confusa, apertis monumentis, sepulta jam olim corpora animas receperunt. Ideo ergo catholici per orbem terrarum fidelissimi Ecclesiarum doctores secundum scripturarum auctoritatem duas in Christo naturas prædicant, divinitatis (& humanitatis. Quæ utinam considerasset Eutyches,) & tot annorum continentiæ laboribus (se) apertis oculis non immersisset, nec orientis Ecclesiis impiam protulisset perturbationem per confusas duarum naturarum substantias Deum passibilem pronuntians. Sed cum in ista suam sententiam Paulus Apostolus compleat dicens, *Quia in novissimis temporibus recedent quidam a fide*, tamen nos solicitus præmonet dicens: *Attendite spiritibus seductoribus in hypocrisi mendaciloquorum, cauteriatam habentium conscientiam*. Nisi enim secundum Apostoli dictum cauteriatam & incertam suæ fidei habuisset conscientiam, nunquam tantam confusionem Ecclesiis Dei excitans, suæ perfidiæ socios fecisset sanctos trecentos decem & octo patres Nicæni Concilii, necnon & Cyrillum, & Athanasium, Felicem, Gregorium, & Proclum, sanctos Episcopos; qui non utique ejus perfidiam sequendo, sed superius a mea humilitate expositam fidem docendo, inter sanctos & electos Dei in numero & libro viventium dinumerati sunt. Sed ut simplicium & imperitorum illudat & ad se ducens aduniat animos, ideo prædictos viros, catholicæ fidei auctores & prædicatores, suæ novæ & novissimæ perfidiæ fingit esse socios. Vere in hunc Eutycheten completa est Apostoli sententia dicentis: *Hujusmodi Pseudo Apostoli, operarii dolosi, transfigurant se in Apostolos Christi. Et non mirum. Ipse enim satanas transfigurat se sicut angelum lucis. Non ergo magnum si ministri ejus transfigurentur sicut ministri justitiæ: quorum finis est secundum operationem eorum*. Secundum hanc ergo Apostoli sententiam, cum sit minister perfidiæ, simulat se socium esse ministris justitiæ, a quibus prædictam fidei nostræ (non) tenuit, a se doctam exposuit rationem: inter quorum discipulos & dulcissimos fideles fidei filios cupio tuam nobilitatem mecum pariter adscribi; ut eorum, si meremur, sequentes fidei vestigia, precibus in futuro judicio misericordiam impetrare mereamur a triplici pietatis unita majestate, hoc est, patris & filii & spiritus sancti, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

FINIS SYNODICI.

Ex Supplemento P. Mansi Tom. II. Append. pag. 27.

AD EPHESINUM CONCILIUM OECUMENICUM

Anno 431. habitum.

ADDITIO.

NON omittendum est additamentum insigne ad epistolam Concilii ad S. Dalmatium abbatem, qui tam multa pro eodem Concilio apud imperatorem præstitit. Epistolam hanc ex Vindebonensi codice eruit, deditque P. Garnerius Soc. Jesu presbyter eruditus in Præfat. ad 2. par. Mar. Merc. ex quo Baluzius, & ex eo Venetus Labbei editor tom. III. pag. 1118. Cum tamen Garnerius ex illa laciniam evulserit, quam addititiam judicaverit; ideo & ille prior, & cæteri post illum mutilam epistolam exhibuerunt. Sensit hoc B. Bandurias in comment. ad Antiquit. CPtanas lib. III. pag. 514. Venet. Edit. factumque audax improbans, suæ integritati eam reddidit. Quin & laciniam illam, in qua Dalmatius, ejusque successores ex decreto Synodi, & Romani Pontificis constituitur ἄρχοντα *princeps omnium monasteriorum* regiæ urbis; illam, inquam, laciniam cohærere reliquis antiquitatis documentis demonstrat. Nam & hoc idem habet epistola Cyrilli Mnemonis ad Dalmatium, seu ut est in Labbeo tom. III. pag. 1291. Edit. Ven. ad Clerum CPtanum, quæ cum encyclica sit, ideo & ad Clerum regiæ urbis, tum & eadem mitti potuit ad Dalmatium, cum in vita Dalmatii a Bandurio ibid. vulgata inscribitur. In ea igitur epistola, quæ ad Dalmatium missa est, additur hæc periodus, resecta in epistola eadem ad Clerum directa, statim enim post illa verba *aut dicat, aut doceat additur*: τοῦτο δὲ σαφῶς ἐπιστάμεθα, ὅτι οὐδεὶς ἄλλος δύναται τοῦτο ποιῆσαι ἀλλ' ἡμέτερα μόνη ἀγιωσύνη; ὡς πρωτεύων πατὴρ τῶν ἐναγῶν μοναστηρίων. *Id autem optime scimus, nempe nullum alium præter vestram sanctitatem facere posse, quippe qui omnium monasteriorum sis princeps*. Huic etiam archimandrit. monasterii S. Dalmatii in cætera urbis regiæ monasteria principatui testimonium affert Concilium CPtanum sub Mena ac. I. cui scribit Marianus Egumenus monasterii Dalmatii, & præfectus ἐξάρχος *monasteriorum regiæ urbis*. Ita & Timotheus ejusdem monasterii archimandrita Justiniani ævo dicitur ἔξαρχος τῶν μοναστηρίων urbis regiæ.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ

Ἐν τῇ Εὐφρατισίᾳ, καὶ Ὀσροηνῇ, καὶ Φοινίκῃ, καὶ Συρίᾳ, καὶ Κιλικίᾳ μοναζοντας.

THEODORETI ORATIO

AD EOS,

Qui in Euphratesia, & Osroana REGIONE, Phœnicia, Syria, & Cilicia vitam monasticam degunt.

PErspicienti mihi præsentem Ecclesiæ conditionem, & procellam quæ nuper in divinam navim surrexit, vehementemque ventorum impetum, atque fluctuum violentiam, & obscuritatem profundam; contentionem præterea navigantium, pugnamque eorum, quibus remis incumbere datum est; gubernatorum ebrietatem, malorum denique importunitatem; Jeremiæ fletus in mentem veniunt, atque cum illo clamo: *Ventrem meum, ventrem meum doleo, & sensus cordis mei turbati sunt.* Anima mea, & cor meum dolore conficiuntur, & lacrymarum fontes requiro, ut oculorum stillicidiis, densam tristitiæ discutiam nubem. Oportet enim, hyeme adeo fera, & gubernatores vigilare, & tempestati adversari, & de navis salute meditari, & nautas relicta mutua contentione, precibus & arte finem malis imponere, & navigantes quiescere, & neque invicem, neque cum gubernatoribus rixari; maris autem dominum supplicare, ut nutu tristitiam mutet. Horum tamen aliquid agere, unusquisque recusat; at veluti in pugna nocturna nos inter nos agnoscimus, atque inimicis relictis, in nosmet ipsos omnia consumimus tela, & nostros tamquam hostes vulneramus; illi vero prope nos stantes, irrident nostram ebrietatem, nostrisque fruuntur miseriis, & gaudent mutuam nostram videntes consumptionem. Horum autem ii sunt auctores, qui Apostolicam fidem corrumpere tentarunt, & in Evangelicis dogmatibus aliquam ausi sunt inducere doctrinam; atque impia capita a regia civitate anathemate extirpata susceperunt, & propriis, prout arbitrati sunt, probaverunt subscriptionibus. Hæc ab amara Apollinarii radice pullulasse in propatulo est; nam Eunomii, Ariique impietatis participant; atque si quis diligenter scrutari voluerit, neque Valentini, neque Marcioni carebunt impietate: in primo enim capite, Dei œconomiam propter nos factam, rejicit, docens: Divinum Verbum non suscepisse humanam naturam, sed ipsum in carnem mutatum esse; & dogmatizans specie, & apparentia tantum, minime vero reapse factam fuisse Salvatoris nostri incarnationem; quæ quidem Marcioni, Manenti, & Valentini impietatis sunt fœtus. In secundo vero & tertio capite, oblitus quasi eorum, quæ in proœ-

Jerem. 4. 19.

ΟΡῶν τῷ σὺν τῷ παρόντι καιρῷ τῆς ἐκκλησίας κατάστασιν, καὶ τὴν ἐναγχὸς ἐπανασάσαν τῇ ἱερᾷ νηῒ ζάλιν, καὶ τὰς σφοδρὰς κατειγίδας, καὶ τῆς κυμάτων τῷ προσβολὴν, καὶ τῷ βαθεῖαν σκοτομήνῃ, καὶ πρὸς τέτοις τῆς πλωτήρων τὴν ἔριν, καὶ τῆς ἐρέττειν λαχόντων τὴν μάχῃν, καὶ τὴν τῆς κυβερνητῶν μέθῃν, καὶ ἀπαξαπλῶς τῷ τῆς κακῶν ἀφείαν· τῆς Ἱερεμίου θρήνων * ἀναμνήσκομαι, καὶ μετ' ἐκείνου βοῶ· τῷ κοιλίᾳ μου, τῷ κοιλίαν μου ἐγὼ ἀλγῶ, καὶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου μεμάανται, ἡ ψυχή μου σπαράσσεται, καὶ ἡ καρδία μου. καὶ πηγὰς δακρύων ἐπιζητῶ, ἵνα ταῖς λιβάσι τῆς ὀφθαλμῶν, τὸ πολὺ τῆς ἀθυμίας * ἀποσκεδάσωμαι νέφος. δέον γὰρ σὺν ὄπῃς ἀγρίᾳ χειμῶνι, καὶ τὸν κυβερνήτης ἐγρηγορεῖν, καὶ τῷ κλύδωνι μάχεσθαι, καὶ τῆς τοῦ σκάφους σωτηρίας φροντίζειν, καὶ τὸν ναύτας τῆς κατ' ἀλλήλων ἔριδος ἀποσάντας, εὐχῇ, καὶ τέχνῃ τὰ δεινὰ διαλύειν, καὶ τὸν πλωτῆρας ἡσυχῇ καθῆσθαι, καὶ μήτε ἀλλήλους, μήτε τῆς κυβερνήτας ζυγομαχεῖν, τὸν δὲ τῆς θαλάττης ἱκετεύειν δεσπότην, ἵνα νεύματι μεταβαλῇ τὰ σκυθρωπά· τούτων μὴν οὐδεὶς οὐδὲ ἐθέλει ποιεῖν· ὡς ἐν νυκτομαχίᾳ δὲ ἀλλήλους ἀγνοήσαντες, καὶ τοὺς ἐναντίους καταλιπόντες, καθ' ἡμῶν αὐτῶν πάντα δαπανῶμεν τὰ βέλη, καὶ τοὺς ὁμοφύλους, ὡς πολεμίους τιτρώσκομεν· οἱ δὲ πλησίον ἑστῶτες, γελῶσιν ἡμῶν τῷ μέθῃ, καὶ τοῖς ἡμετέροις ἐπιτρυφῶσι κακοῖς, καὶ χαίρουσιν, ὑπ' ἀλλήλων ἡμᾶς ὁρῶντες δαπανωμένους. αἴτιοι δὲ τούτων οἱ τῷ ἀποστολικῷ δόγματι πίστιν φιλονεικήσαντες, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς δόγμασιν ἀλλόκοτον διδασκαλίαν ἐπιθεῖναι τολμήσαντες, καὶ τὰ δυσσεβῆ κεφάλαια, ἃ μετὰ ἀναθεματισμῶν ἐκ τῷ βασιλίδος πόλεως ἐξεπέμψαν, δεξάμενοι, καὶ τοῖς οἰκείαις ὑπογραφαῖς, ὡς ὠήθησαν, βεβαιώσαντες· ἃ σαφῶς ἐκ τῆς πικρᾶς Ἀπολιναρίου βεβλάστηκε ῥίζης· μετέχει δὲ καὶ τῆς Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου δυσσεβείας. εἰ δέ τις ἀκριβῶς κατιδεῖν ἐθελήσειε, οὐδὲ τῆς Οὐαλεντίνου, καὶ Μαρκίωνος ἄμοιρα δυσσεβείας τυγχάνει· ἐν μὲν γὰρ τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν γεγενημένῃ οἰκονομίαν ἐκβάλλει, ὐκ ὁμολογήσαι τὸν θεὸν λόγον φύσιν ἀνθρωπείαν, ἀλλ'

γρ. ἀνιστόρησα μόνον.

γρ. ἀνιστόρησα αὐτόμαι.

ἀλλ' αὐτὸν εἰς σάρκα μετεβλήθηναι διδάσκων, καὶ δοκήσει, καὶ φαντασίᾳ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησιν, ἀλλ' οὐκ ἀληθείᾳ γεγενῆσθαι δογματίζων. τούτοις δὲ τῆς Μαρκίωνος, καὶ τοῦ Μανεντος, καὶ Οὐαλεντίνου δυσσεβείας ὑπάρχει γενήματα. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ καὶ ἕκτῳ κεφαλαίῳ, ὥσπερ ἐπιλαθόμενος ὧν ἐν προοιμίοις ἐξέθετο, τίνα καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, εἰσάγει καὶ σύνοδον καθ' ἕνωσιν φυσικήν, κράσιν τινα, καὶ σύγχυσιν διὰ τούτων τῶν ὀνομάτων γεγενῆσθαι διδάσκων, τῆς τε θείας φύσεως, καὶ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς. τοῦτο τῆς αἱρετικῆς Ἀπολιναρείου καινοτομίας ἐστὶ κύημα. ἐν δὲ τετάρτῳ κεφαλαίῳ ἀπαγορεύει τοῖς εὐαγγελικῶν, καὶ ἀποστολικῶν φωνῶν τίνα διαίρεσιν, καὶ οὐκ ἐᾷ κατὰ τὰς τῶν ὀρθοδόξων πατέρων διδασκαλίας τὰς μὲν θεοπρεπεῖς φωνὰς, περὶ τῆς θείας ἐκλαμβάνεσθαι φύσεως· τὰς δὲ ταπεινὰς, καὶ ἀνθρωπίνως εἰρημένας, τῇ ἀναληθείσῃ προσάπτειν ἀνθρωπότητι. καὶ ὁτεοῦν τινὶ ἐστὶν ἀρεῖν τοὺς ἀφρονοῦντας τὴν τῆς ἀσεβείας συγγένειαν. Ἀρεῖος γὰρ, καὶ Εὐνόμιος κτίσμα, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ δοῦλον τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι φάσκοντες, τὰ ταπεινῶς ὑπὸ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, καὶ ἀνθρωπίνως εἰρημένα, τῇ θεότητι αὐτοῦ προσάψαι τετολμήκασι, τὸ ἐπιπόστιον ὁτεοῦν, καὶ τὸ ἀνόμοιον κατασκευάζοντες. πρὸς τούτοις, ἵνα συνελὼν εἴπω, αὐτὴν τὴν ἀπαθῆ, καὶ ἄφθορον τοῦ Χριστοῦ θεότητα, καὶ παθεῖν, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ ἀποθανεῖν, καὶ ταφῆναι διαγορεύει· τοῦτο δὲ, καὶ τῆς Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου μανίας ἐπέκεινα. οὐδὲ γὰρ οἱ κτίσμα τολμῶντες ἀποκαλεῖν τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων, καὶ δημιουργὸν, εἰς ταύτην ἐξώκειλαν τὴν ἀσέβειαν. βλασφημεῖ δὲ καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτὸ λέγων ἐκπορεύεσθαι, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνὴν, ἀλλ' ἐξ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. καὶ ὅτι δὲ τῆς Ἀπολιναρείου σπερμάτων ὁ καρπὸς γεννιάζει δὲ καὶ τῇ Μακεδονίου πονηρᾷ γεωργίᾳ. τοιαῦτα τοῦ αἰγυπτίου τὰ κυήματα, πονηροῦ πατρὸς ἀληθῶς ἔγγονα πονηρότερα. πολλὰ δὲ, δέον ἢ ἀμβλωθεῖδια ποιῆσαι κυοφορούμενα, ἢ ἀδῆς τεχθέντα διαφθεῖραι τοὺς τῆς ψυχῶν τῆς ἀσέβειαν ἐγκεχειρισμένους, ὡς ὀλέθρια, καὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως δηλητήρια, ἐκθέφουσιν οἱ γεννάδαι, καὶ πολλῆς ἀξιοῦσι σπουδῆς, ἐπ' ὀλέθρῳ αὐτῶν, καὶ τῶν τὰ ἀκοὰς αὐτοῖς ὑπέχειν ἀνεχομένων. ἡμεῖς δὲ τὸν πατρῷον κλῆρον ἄσυλον φυλάττειν σπουδάζομεν, καὶ τῇ παρελαβομεν πίστει, μεθ' ἧς ἐβαπτίσθημεν, καὶ βαπτίζομεν. ἀνέπαφον, καὶ ἀκήρατον διατηροῦμεν, καὶ ὁμολογοῦμεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ σώματος, πρὸ αἰώνων μὲν, ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν, δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. * δὶ ὃ γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε. * δὶ ὃ ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν· ὅτε γὰρ τὴν ἕνωσιν λέγομεν, καὶ ἀσύγχυτον αὐτὴν γεγενῆσθαι πιστεύομεν, τῷ κυρίῳ πειθόμενοι, λέγοντι τοῖς Ἰουδαίοις· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν

* γρ. δὶ ὃ.
* γρ. δὶ ὃ.

A mio exposuerat, hypostaticam unionem inducit, & concursum secundum physicam unionem, & fieri per hæc nomina, docet, mixtionem quandam & confusionem, inter divinam naturam & humanitatem: & hoc ab Apollinarii hæretica renovatione originem trahit. In quarto demum capite, Evangelicarum, & Apostolicarum vocum denegat distinctionem; neque sinit, ut secundum Orthodoxorum patrum doctrinam, voces, quæ Deo conveniunt, de Dei natura intelligantur; quæ vero humiles, & more hominum dictæ, ut susceptæ applicentur humanitati; ac inde, qui sanæ mentis sunt, facile detegent impietatis affinitatem. Arius enim & B Eunomius, creaturam, atque a non existentibus, factum & servum existimantes esse filium Dei Unigenitum, quæ humiliter, atque humanitus dicta sunt a Christo Domino, ejusdem divinitati ausi sunt attribuere; indeque diversitatem essentiæ, atque dissimilitudinem confecerunt. Præterea, ut breviter dicam, Christi ipsam divinitatem, passionis & mutationis immunem, & pati, & crucifigi, & mori, & tumulo contegi posse prædicat; quod sane Arii, & Eunomii insaniam superat. Blasphemias etiam profert in Spiritum Sanctum, asserens, non ex Patre procedere secundum Domini Verba, sed ex filio habere substantiam; & hic est Apollinarii seminum fructus, qui & ad perversæ Macedonii agriculturæ viciniam accedit. C Tales sunt Ægyptii fœtus, improbi patris revera, magis improba proles. Hæc quidem, quorum vel adhuc in utero existentium abortio solicitanda fuisset, vel recenter nata, tamquam perniciosa & noxia nostræ naturæ, labefactanda, alunt generosi illi viri, & multo studio ea defendunt ad propriam perniciem, eorumque, qui ipsis aures præbent. Nos autem paternam hæreditatem immunem tueri studemus, & fidem, quam accepimus, & in qua baptizati sumus & baptizamus, irreprehensibilem, atque integram servamus; & Dominum nostrum Jesum Christum verum esse Deum profitemur, & verum hominem ex corpore & anima rationali, ante sæcula ex Patre genitum secundum divinitatem; postremis vero diebus, propter D nos, & propter nostram salutem, ex Maria Virgine natum asserimus; & consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem eum credimus; ex duabus enim naturis unio facta est: quapropter unum Christum, unum filium, unum Dominum profitemur; neque unionem solvimus; & absque confusione eam factam esse credimus, & Domino in hoc parebimus, qui Judæis ait: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus exsurgabo illum*. Quod Joan. 2. 19. si mixtio ac confusio facta esset, & una tantum ex duabus naturis confecta esset, dicere oportebat: solvite me, & in tribus diebus resurgam. At sane ostendit, aliud esse E Deum secundum naturam suam, aliud vero templum, utrumque vero esse Christum: *Solvite*, inquit, *templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*; perspicue docens, quod non Deus solutioni subjiciebatur, sed templum, & hujus tantum natura solutioni erat obnoxia; illius vero potestas solutum suscitavit. Atque adeo Deum simul, & homi-

nem Jesum Christum profitentur, divinas sequuti Scripturas; nam quod Dominus noster Jesus Christus verus sit Deus, beatus Joannes Evangelista clamat: *In principio erat*
Joan. 1. 1. *Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est*. Et iterum. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Et quod Verbum sit, Dominus luculenter docet, dicens: *Qui videt me, videt & Patrem*. Et:
Joan. 14. 9. *ego, & Pater unum sumus: & ego in Patre, & Pater in me est*. Et beatus Paulus in Epistola ad Hebræos ait: *Qui cum sit splendor*
Hebr. 1. 3. *gloriæ, & figura substantiæ ejus, portansque omnia Verbo virtutis suæ*. Et in illa ad Phi-
Philip. 2. 5. lippenses; *hoc sentite in vobis*, ait, *quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens*. In illa vero ad Romanos: *Quorum*
Rom. 9. 5. *patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen*. In illa pariter ad Titum: *Ex-*
Tit. 2. 13. *pectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi*. Et
Isai. 9. 6. Isaias clamat: *Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum ejus, & vocabitur nomen ejus Angelus magni consilii, admirabilis, consi-*
Isai. 45. 14. *liarius, Deus fortis, regnans, Pater futuri sæculi, princeps pacis*. Et iterum ait: *Post te ambulabunt, vincti manicis pergent: & te adorabunt; tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator*. Nomen vero Emmanuelis Deum simul & hominem significat: interpretatur enim secundum doctrinam Evangelicam *Deus nobiscum*, id est: in homine Deus,
Matth. 1. 23. in natura nostra Deus. Divus etiam Jeremias vaticinatur inquiens: *Hic est Deus nos-*
Baruc. 3. 36. *ter, & non æstimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Jacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est*. Quamplurimæ aliæ erui possent voces tam in divis Evangeliis, & scriptis Apostolorum quam in Prophetarum vaticiniis, quæ ostendunt, quod Deus verus est Dominus noster Jesus Christus. Quod vero & homo vocetur post incarnationem, docet quidem ipsemet Dominus, Judæis disputans, & clamans: *Quid me quæritis*
Joan. 7. 19. & 8. 40. *interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum?* Et Beatus Paulus in prima ad Co-
ad Corint. 15. 21. rinthios, dicens: *Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum*; ac ut ostendat de quo verba faciat,
Idem 22. quæ dixit, explicat sic inquiens: *Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur*. Ad Timotheum quoque
ad Timot. 2. 5. scribens, similiter dicit: *Unus Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus*. In actis etiam, dum Athenis concionabatur,
Act. 17. 30. ait: *Et tempora quidem hujus ignorantiæ despiciens Deus, nunc enunciabit hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant. Eo quod statuit diem, in quo judicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens, omnibus, suscitans eum a mortuis*. Beatus pariter Petrus Judæis prædicans: *Viri*, ait, *Israelitæ*,

A τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. εἰ δὲ κρᾶσις ἐγεγόνει, καὶ σύγχυσις, καὶ μία φύσις ἐξ ἀμφοῖν ἀπεπλέθη, ἐχρῆν εἰπεῖν, λύσατέ με, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερθήσομαι. νῦν δὲ δείκνυς, ὡς ἄλλα μὲν ὁ Θεὸς κατὰ τὴν φύσιν, ἄλλο δὲ ὁ ναός, εἷς δὲ Χριστὸς ἀμφότερα, λύσατε φησὶ τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν, σαφῶς διδάσκων, ὡς ὅτι οὐχ ὁ Θεὸς ἦν ὁ λυόμενος, ἀλλ' ὁ ναός, καὶ τοῦ μὲν ἡ φύσις τὴν λύσιν ὑπεδέχετο, τοῦ δὲ ἡ δύναμις ἤγειρε τὸ λυόμενον. Θεὸν δὲ καὶ ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦμεν ταῖς θείαις ἀκολουθοῦντες γραφαῖς· ὅτι μὲν γὰρ * ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, ὁ μα-
B κάριος Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς βοᾷ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονε. καὶ πάλιν. ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. * καὶ ὁ λόγος ἦν κύριος, ὁμολογούμενος διδάσκει λέγων· ὁ ἑωρακώς ἐμέ, ἑώρακε τὸν πατέρα μου· καὶ ἐγώ, καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν. κἀγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἐν μὲν τῇ πρὸς Ἑβραίους φησὶν, ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς
C ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. ἐν δὲ τῇ πρὸς Φιλιππησίους· τοῦτο φρονεῖσθω ἐν ὑμῖν, φησὶν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν. ἐν δὲ τῇ πρὸς Ῥωμαίους· ἐν ᾧ οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν. ἐν δὲ τῇ πρὸς Τιμόθεον· προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ Ἠσαΐας δὲ βοᾷ, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν υἱὸς, καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα
D αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. καὶ πάλιν, ἀπέναντι σου φησὶν ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις. καὶ ἐν σοὶ προσδέξονται, ὅτι ἐν σοὶ Θεός ἐστι. καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σοῦ· σὺ γὰρ εἶ Θεὸς. καὶ ἐκ ἤδεισαν Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ. καὶ τὸ Ἐμμανουὴλ δὲ ὄνομα Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπου τυγχάνει σημαντικόν. ἑρμηνεύεται γὰρ κατὰ τὴν τοῦ εὐαγγελίου διδασκαλίαν, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, τουτέστιν ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸς, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει Θεός. καὶ ὁ θεῖος δὲ
E Ἱερεμίας προδιεσπίζει λέγων· οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνεστράφη. καὶ ἄλλας δ' ἄν τις μυρίας εὕροι φωνὰς, ἐκ τε τῆς θείου εὐαγγελίου, καὶ τῆς ἀποστολικῶν συγγραμμάτων, καὶ ἐκ τῆς προφητικῆς θεοπτείας, * δεικνύσας, ὅτι Θεὸς ἀληθινὸς, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. ὅτι δὲ καὶ ἄνθρωπος μετὰ τὴν ἀνθρώπησιν προσαγορεύεται, διδάσκει μὲν αὐτὸς ὁ κύριος Ἰουδαίοις διαλεγόμενος, καὶ βοᾷ· τί

* Πρόσθες Θεὸς ἀληθινός.

* γρ. δεικνύσας, ἢ δεικνύουσαι

μι ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλή-
θειαν ὑμῖν λελάληκε; καὶ ὁ μακάριος Παῦλος τὸν
τῷ πρὸς Κορινθίους πρώτῳ λόγῳ· ἐπειδὴ γὰρ
δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις
νεκρῶν· καὶ δεικνὺς περί τινος λέγει, ἐμμένοντα τὸ
εἰρημένον ὑπερ λέγων· ὥσπερ γὰρ τὸν τῷ Ἀδὰμ
ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ τὸν τῷ Χριστῷ πάντες ζωο-
ποιηθήσονται. καὶ Τιμόθεον δὲ γράφων ὁμοίως φη-
σίν· εἷς Θεός, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων,
ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς. καὶ τὸν τοῖς πράξεσιν, τὸν
Ἀθήναις δημηγορῶν· τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς
ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεός, φησί, τὰ νῦν παραγ-
γέλλει πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν, καθ' ὅτι ἔστησε
ἡμέραν ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δι-
καιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶ-
σιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. καὶ ὁ μακάριος
Πέτρος Ἰουδαίοις διαλεγόμενος· ἄνδρες φησὶν Ἰ-
σραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους· Ἰησοῦν τὸν
Ναζωραῖον ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς
ὑμᾶς σημείοις, καὶ τέρασι, καὶ δυνάμεσιν, οἷς ἐποίη-
σεν ὁ Θεὸς δι' αὐτοῦ· καὶ ὁ προφήτης δὲ Ἡσαΐας,
τοῦ δεσπότου Χριστοῦ τὸ πάθος προαναφωνῶν, ὃν
πρὸ βραχέων ὠνόμασε Θεόν, τοῦτον ἄνθρωπον
ἀποκαλεῖ λέγων· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰ-
δὼς φέρειν μαλακίαν. ὅτι τοὺς ἀνομίας ἡμῶν
φέρει, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ ἄλλας δ' ἂν
ὁμοφώνους μαρτυρίας συλλέξας ἐκ τῆς ἁγίας
γραφῆς, ὁρίσθημεν ἂν τῇ ἐπιστολῇ, εἰ μὴ τὴν
ὑμετέραν θεοσέβειαν ἠπιστάμεθα, βίον ἔχειν τὴν
τῶν θείων λογίων μελέτῃ, κατὰ τὸν τὸν ψαλ-
μοῖς μακαριζόμενον ἄνθρωπον. τῇ ὑμετέρᾳ τοί-
νυν φιλοπονίᾳ καταλιπὼν τὴν τῶν μαρτυριῶν συλ-
λογὴν, ἐπὶ τὰ προκείμενα βαδίσομαι. Θεὸν τοίνυν
ἀληθινὸν, καὶ ἄνθρωπον ἀληθινὸν τὸν κύριον ἡμῶν
Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμολογοῦμεν, οὐκ εἰς δύο πρόσωπα
διαιροῦντες τὸν ἕνα, ἀλλὰ δύο φύσεις ἀσυγχύτους
ἡνῶσθαι πιστεύομεν. οὔτω γὰρ καὶ τὴν πολυκεφάλῳ τῆς
αἱρετικῶν βλασφημίας ῥᾳδίως διελέγξαι δυνησό-
μεθα. πολλὴν, καὶ ποικίλην τῆς ἐπανεστάντων τῇ ἀλη-
θείᾳ ἡ πλάνη, ὡς αὐτίκα δηλώσομεν. Μαρκίων
μὲν γὰρ, καὶ Μάνης ὅτι ἀνειληφέναι ἀνθρωπείαν
φύσιν τὸν Θεὸν λόγον φασὶν, ἐπὶ ἐκ παρθένου
τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν γεγεννῆσθαι * πι-
στεύουσιν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον σχηματισθῆ-
ναι εἰς εἶδος ἀνθρωπεῖον, καὶ φανῆναι ὡς ἄνθρω-
πον, φαντασίᾳ μᾶλλον, ἢ ἀληθείᾳ χρησάμενον.
Βαλεντῖνος δὲ, & Βαρδισάνης, τὴν μὲν γένεσιν
δέχονται, τὴν δὲ ἀνάληψιν ἀρνοῦνται τῆς ἡμετέ-
ρας φύσεως, οἵονεὶ σωλῆνι χρήσασθαι τῇ παρ-
θένῳ λέγοντες τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Σαβέλλιος δὲ ὁ
Λίβυς, καὶ Φωτεινὸς, καὶ Μαρκέλλος ὁ Γαλάτης,
καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ἄνθρωπον ψιλὸν ἐκ τῆς
παρθένου γεγενῆσθαι λέγουσι, τὸ δὲ καὶ Θεὸν εἶναι
τὸν προκείμενον Χριστὸν διαῤῥήδην ἀρνοῦνται. Ἄρειος
δὲ, καὶ Εὐνόμιος, σῶμα μόνον ἀνειληφέναι ἐκ τῆς
παρθένου τὸν Θεὸν λόγον φησίν· Ἀπολινάριος
δὲ, τῷ σώματι * προτίθησι καὶ ψυχὴν ἄλογον,
ὡς τῆς σοφοτάτης τοῦ Θεοῦ λόγου, ὑπὲρ ἀλό-
γων, οὐ ὑπὲρ λογικῶν γεγενημένης. ἡ δὲ ἀπο-
στόλων διδασκαλία, τέλειον ἄνθρωπον ὑπὸ τελείου
Θεοῦ ἀνειλῆφθαι διδάσκει. τὸ γὰρ, ἐς ὃ μορ-
φῇ Θεοῦ ὑπάρχων, μορφὴν δούλου ἔλαβε, τοῦτο

* γρ. πιστεύουσι.

* γρ. προτίθησι.

audite verba hæc: *Jesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigiis, & signis, quæ fecit Deus per illum.* Et Propheta Isaias Christi Domini passionem prænuncians, quem nuper Deum nominavit, hunc hominem appellat, his verbis: *Virum dolorum, & scientem infirmitatem. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.* Alia quoque a Sacra Scriptura collecta testimonia in Epistola posuissem, nisi perspectum mihi esset, quantum in divinorum sermonum meditatione polleat pietas vestra, secundum hominem, qui in Psalmis benedicitur. Industriæ præterea vestræ testimonium collectionem relinquens, ad propositum transeo. Deum igitur verum, & verum hominem esse Dominum nostrum Jesum Christum profitemur; neque in duas personas dividimus eum, qui unicus est; sed duas naturas absque confusione conjunctas fuisse credimus. Sic etiam multiplicem hæreticorum blasphemiam facile refellere poterimus. Multi quidem, & varii sunt errores, qui a veritate desciverunt, ut statim indicabimus. Nam Marcio, & Manes, neque divinum verbum humanam suscepisse naturam affirmant, neque ex Virgine natum esse Dominum nostrum Jesum Christum crediderunt; sed idem Verbum divinum humanam speciem accepisse, & sub humana forma apparuisse, specie potius quam re ipsa. Valentinus vero, & Bardisanes, nativitatem quidem admittunt, sed negant nostræ naturæ assumptionem; & ajunt, filium Dei tamquam canali aliquo Virgine usum esse. Sabellius autem ex Libya, & Potinus, & Marcellus ex Galatia, & Paulus Samosates, hominem simplicem ex Virgine natum esse asserentes, aperte negant Christum æternum esse Deum. Arius & Eunomius corpus tantum ex Virgine accepisse divinum Verbum contendunt. Apollinarius tandem corpori adjicit & animam irrationalem, non aliter, ac si divini Verbi incarnatio pro irrationalibus, minime vero pro rationalibus facta fuisset. At Apostolorum doctrina perfectam humanitatem a Deo vero susceptam esse affirmat, hoc enim significat illud: *qui cum in forma Dei esset, hominis formam accepit*: forma enim loco naturæ & substantiæ ponitur, ideo quo significat, quod cum Dei haberet naturam, hominis naturam accepit. Quare primis impietatis inventoribus, Marcioni, Manenti, & Valentino respondentes, ex Sacris Scripturis demonstrare studemus, quod non Deus tantum, sed homo etiam sit Christus Dominus. Quod vero ad Oeconomiam attinet; atque e contrario ex divinis Spiritus vaticiniis perfectam esse acceptam naturam statuimus. Sabellii porro, Fotini, Marcelli, & Pauli impietatem convincimus, testimoniis ex Sacra Scriptura allatis, atque ostendentes non hominem tantum, verum etiam Deum æternum, & Patri consubstantialem esse Christum Dominum. Quod vero animam accepit rationalem, ipse Dominus docet, inquiens: *Nunc anima mea turbata est; & quid dicam? Pater salvifica me ex hac hora; sed propterea veni in horam hanc.* Et iterum: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Et alibi: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumen-*

Act. 2. 22.

Esai. 53. 3.

Joan. 12. 27.

Matth. 26. 38.

Joan. 10. 18.

sumendi eam; nemo tollit eam a me. Et Angelus ad Joseph: *Accipe puerum & matrem ejus, & vade in terram Israel, defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri*. Evangelista pariter: *Et Jesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines*. Proficit autem ætate & sapientia nequaquam Divinitas, quæ semper perfecta est, sed humana natura, quæ & fit tempore, & adolescit, & finem habet. Quamobrem humana omnia Christi Domini, famem inquam, sitim, laborem, somnum, ignaviam, sudorem, orationem, inscitiam, & alia hujusmodi, quæ nostras primitias esse dicimus accipiens divinum Verbum sibi adjunxit nostræ salutis gratia. Cursum vero claudis restitutum, & mortuorum resurrectionem, & panis copiam, & aquæ in vinum transmutationem, cætera denique miracula, opera esse divinæ potentiæ credimus. Quare & pati dico ipsum Christum Dominum, & passiones solvere; pati quidem secundum oculorum perceptionem*; solvere vero passiones secundum divinitatem, inexplicabili modo in ipso habitante. Quod sane etiam Sacrorum Evangeliorum historia luculenter ostendit; indeque discimus, quod dum in præsepe jaceret, & fasciis cingeretur, stella eum nunciabat, Magi vero adorabant, & Angeli laudabant; atque religiose consideramus, quod panniculi & fasces, lectique inopia atque indigentia summa, humanitati conveniant; Magorum vero iter stellaque illud indicans, & Angelorum Chorus, divinitatem illius, qui eam occultabant, ostendunt. Sic in Ægyptum se recipit, & fuga vitat Herodi iram; propterea quod homo erat. Et manufacta Ægypti concutit Idola secundum Prophetam, quia Deus erat. Circumciditur, & legem servat, & purificationis sacrificia offert, quia ex Jessæ stirpe originem traxit; & legi parebat ut homo, & legem tandem solvit, & novum tradidit Testamentum; legis enim lator erat, ipsamque se daturum per Prophetas pollicitus erat. A Joanne baptizatus est, & hoc humanitatem ostendit. Pater de eo fidem facit, & demonstratur a Spiritu Sancto; hoc prædicat ante sæcula ipsum fuisse. Fame laboravit, sed & multa millia quinque replevit panibus; hoc divinum; illud humanum est. Siti laboravit, & aquam petiit, sed erat fons vitæ; primum humanæ imbecillitatis, secundum vero divinæ potentiæ est. Dormivit in Navi, sed & maris sedavit procellam; alterum patientis naturæ est proprium, alterum convenit naturæ efficienti, & Creatori, qui cuncta ut existerent fecit. Ambulando defatigatus est, sed claudos etiam sanavit, & mortuos ex sepulcris excitavit; hoc potentiæ erat divinæ, illud nostræ debilitatis. Timore mortis perculsus est, & mortem solvit; alterum mortalis est signum, alterum vero immortalis; immo vitæ largitoris indicium est. Crucifixus est, secundum beatum Paulum, per imbecillitatem, sed vivit secundum eundem Paulum, per divinam potentiam. Explanandum erit imbecillitatis nomen: etenim non ut omnipotens, incomprehensibilis, immutabilis, atque vicissitudinibus minime obnoxius, affixus est cruci, sed natura, cui Deus vitam dat, secundum Apostoli doctrinam, mortua est & sepulta; quo-

Matth. 2. 20.

Luc. 2. 52.

* id est realiter, secundum humanitatem

δηλοῖ. ἀντὶ * φύσιν γὰρ, ἡ μορφὴ καὶ οὐσίαν προσκεῖται. δηλοῖ γὰρ ὅτι φύσιν ἔχων Θεοῦ, φύσιν ἔλαβε δούλου. διὸ τοῖς μὲν πρώτοις τῆς ἀσεβείας ἀρετοῖς Μαρκίωνι, καὶ τῷ Μανιχαίῳ, καὶ Βαλεντίνῳ ἀναλεγόμενοι, ἀποδεικνύναι σπουδάζομεν ἐκ τῆς θείων γραφῶν, ὅτι οὐ μόνον Θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ὁ δεσπότης Χριστός. Ἀρείου δὲ καὶ Εὐνομίου, καὶ Ἀπολιναρίου τὸ περὶ τῆς οἰκονομίας ἁπλῆς δῆλον ποιοῦντες τοῖς ἀγνοοῦσι, πλείαν εἶναι τῆς ληφθείσαν ἀποφαινόμεθα φύσιν ἐκ τῶν θείων λογίων τοῦ πνεύματος. Σαβελλίου δὲ, καὶ Φωτεινοῦ, καὶ Μαρκέλλου, καὶ Παύλου τῆς ἀσεβείας ἐλέγχομεν, μαρτυρεῖ τῇ θείᾳ γραφῇ κεχρημένοι, καὶ δεικνύντες, ὡς οὐκ ἄνθρωπος μόνον, ἀλλὰ καὶ Θεὸς προαιώνιος, καὶ τῷ πατρὶ ὁμούσιος ὁ δεσπότης Χριστός. ὅτι γὰρ ψυχῆς ἀνέλαβε λογικῆς, αὐτὸς ὁ κύριος διδάσκει λέγων· νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται, καὶ τί εἴπω; * πατὴρ σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. ἀλλὰ διὰ τοῦτο * ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην· καὶ πάλιν· περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου, καὶ ἑτέρωθι· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν, οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ· καὶ ὁ ἄγγελος πρὸς τὸν Ἰωσήφ· παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ· τεθνήκασι γὰρ πάντες οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου· καὶ ὁ εὐαγγελιστής· Ἰησοῦς δὲ προέκοπτεν ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ, καὶ ἀνθρώποις. προκόπτει δὲ ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ, ἡ θεότης, ἡ ἀεὶ τελεία, ἀλλ' ἡ ἀνθρωπεία φύσις, ἡ χρόνῳ καὶ γιγνομένη, καὶ αὐξανομένη, καὶ τελειουμένη. οὐ χάριν τὰ μὲν ἀνθρώπινα πάντα τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, πεῖναν φημὶ, καὶ δίψαν, καὶ κόπον, καὶ ὕπνον, καὶ δειλίαν, καὶ ἱδρῶτα, καὶ προσκύνησιν, καὶ ἄγνοιαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τῆς ἡμετέρας ἀπαρχὴν εἶναι φαμὲν, ἣν ἀναλαβὼν ὁ Θεὸς λόγος ἥνωσεν ἑαυτῷ, τὴν ἡμετέραν πραγματευόμενος σωτηρίαν· τὸν δὲ τῶν χωλῶν δρόμον, καὶ τῆς νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὰς τῶν ἄρτων πηγὰς, καὶ τὴν τοῦ ὕδατος εἰς οἶνον μεταβολὴν, καὶ πάσας τὰς ἄλλας θαυματουργίας, τῆς θείας εἶναι δυνάμεως ἔργα πιστεύομεν. ὡς τὸν αὐτὸν, φημὶ δὴ τὸν δεσπότην Χριστὸν, καὶ πάσχειν, καὶ πάθη λύειν· πάσχειν μὲν, κατὰ τὸ ὁρώμενον· λύειν δὲ τὰ πάθη, κατὰ τὴν ἀρρήτως οἰκοῦσαν θεότητα. δηλοῖ δὲ τοῦτο σαφῶς καὶ τῆς ἱερῶν εὐαγγελίων ἡ ἱστορία, καὶ μανθανόμενον ἐκεῖθεν, ὡς εὐφάτνῃ κείμενος, καὶ σπαργανα περιβεβλημένος ὑπὸ ἀστέρος ἐκηρύττετο, καὶ ὑπὸ μάγων προσεκυνεῖτο, καὶ ὑπὸ ἀγγέλων ὑμνεῖτο, καὶ δεχόμενον ἐσεβεῖτο, ὅτι τὰ ῥάκη, καὶ σπάργανα, καὶ τῆς κλίνης ἡ ἀπορία, καὶ ἡ πολλὴ ἐρημία, τῆς ἀνθρωπότητος ἴδια· ὁ δὲ τῆς μάγων δρόμος, καὶ τὸ ἀστέρος ἡ πορεία, καὶ ἡ τῆς ἀγγέλων χορεία, κηρύττει τὴν τοῦ κρυπτομένου θεότητα. οὗτος ἀποδιδράσκει μὲν εἰς Αἴγυπτον, καὶ τῇ φυγῇ τῆς Ἡρώδου μανίας ἀπαλλάττεται· καὶ γὰρ ἄνθρωπος· ἀλλ' συνεῖναι δὲ κατὰ τὸν προφήτην τὰ χωροῦντα Αἰγύπτου· Θεὸς γὰρ ὑπῆρχε. περιτέμνεται, καὶ φυλάττει τὸν νόμον, καὶ καθαρσίας προσφέρει θυσίας· ἐκ γὰρ τῆς Ἰεσσαὶ * βεβλαστήκει ῥίζης, καὶ ὑπὸ νόμον ὡς ἄνθρωπος ἦν, καὶ ἔλυτε τὸν νόμον μετὰ τοῦτο, καὶ δεδωκε τὴν καινὴν διαθήκην. νομοθέτης γὰρ ἦν, καὶ ταύ-

* γράφει φύσιν γὰρ καὶ οὐσίαν μορφὴ προσκεῖται.

* γρ. πάτερ.

* γρ. ἦλθον.

* γρ. βεβλαστήκει.

ταύτῃ αὐτὸς δώσειν διὰ τῆς προφητείας ἐπηγγείλατο. ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου· τοῦτο δείκνυσι τὸ ἡμέτερον· μαρτυρεῖται ἄνωθεν ὑπὸ τοῦ πατρός, καὶ ὑπὸ τοῦ πνεύματος δείκνυται· τοῦτον κηρύττει τὸν προαιώνιον. ἐθεάσησαν· ἀλλὰ καὶ πολλὰς χιλιάδας ἐκ πόσου ἄρτων ἐκόρεσε. τοῦτο θεῖον, ἐκεῖνο ἀνθρώπινον· ἐδίψησε, καὶ ἤτησεν ὕδωρ, ἀλλὰ πηγὴ ἦν ζωῆς. καὶ τὸ μὲν ἦν, τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας· τὸ δὲ, τῆς θείας δυνάμεως. ἐκαθεύδησεν ἐν τῷ πλοίῳ, ἀλλὰ καὶ τῆς θαλάττης τὴν ζάλην ἐκοίμησε. τοῦτο τῆς παθητῆς φύσεως, ἐκεῖνο τῆς ποιητικῆς, καὶ δημιουργικῆς, καὶ τῆς τοῖς πᾶσι τὸ εἶναι δωρησαμένης. ἐκοπίασε βαδίσας, ἀλλὰ ἐν χωλοῖς ἀρτίποδας εἰργάσατο, καὶ νεκροὺς ἐκ τῆς τάφου ἀνέστησε· καὶ τὸ μὲν, ἦν τῆς ὑπερκοσμίου δυνάμεως· τὸ δὲ, τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας. ἐδειλίασε θάνατον, καὶ ἔλυσε θάνατον· καὶ τὸ μὲν, τοῦ θνητοῦ δηλωτικόν· τὸ δὲ, τοῦ ἀθανάτου, μᾶλλον δὲ ζωοποιοῦ τυγχάνει σημαντικόν. ἐσταυρώθη κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ κατὰ τὸν αὐτόν. τὸ τῆς ἀσθενείας ὄνομα διδασκέτω· οὐχ ὡς παντοδυνάμος, καὶ ἀπερίγραφος, καὶ ἄτρεπτος, καὶ ἀναλλοίωτος προσηλώθη, ἀλλ' ἡ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ ζωοποιηθεῖσα φύσις, κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου διδασκαλίαν, ἀπέθανε, καὶ ἔτιφη, ἀμφότερα τῆς τοῦ δούλου μορφῆς. πύλας χαλκᾶς συνέτριψε, καὶ μοχλοὺς συνέθλασε, καὶ κατέλυσε τοῦ θανάτου τὸ κράτος, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἀνέστησε τὸν οἰκεῖον ναόν. τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς τὰ γνωρίσματα κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνήν· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. οὕτως ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ διὰ μὲν τῶν παθῶν θεωρεῖμεν τὴν ἀνθρωπότητα, διὰ δὲ τῶν θαυμάτων νοεῖμεν αὐτοῦ τὴν θεότητα· οὐ γὰρ εἰς δύο Χριστοὺς τὰς δύο φύσεις μερίζομεν, καὶ ἴσμεν, ὅτι μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς ὁ Θεὸς λόγος ἐγεννήθη, καὶ ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ, καὶ Δαβὶδ ἡ ἡμετέρα ἀπαρχὴ προσελήφθη. διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος φησὶ περὶ τοῦ Ἀβραὰμ διαλεγόμενος. οὐκ εἶπε καὶ τοῖς σπέρμασί σου, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός, καὶ τῷ σπέρματί σου· ὅς ἐστι Χριστός. καὶ Τιμοθέῳ δὲ γράφων· μνημονεύε φησὶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου. καὶ Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ φησι τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τὸ κατὰ σάρκα. καὶ πάλιν· ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα. καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς· βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. καὶ ὁ μακάριος Πέτρος ἐν τοῖς πράξεσι· προφήτης φησὶν ὑπάρχων ὁ Δαβὶδ, καὶ εἰδὼς, ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν, καὶ καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, προειδὼς ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ. καὶ ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ φησι· ἐν τῷ σπέρματί σου εὐλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. καὶ ὁ Ἡσαΐας δέ. ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ἐζῆς ἀναβήσεται, καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα σοφίας, καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως, καὶ εὐσεβείας, πνεῦμα φόβου Θεοῦ ἐμπλήσει αὐτήν. καὶ μετ' ὀλίγα· καὶ ἔσται φησὶν ἡ ἐζῆς τοῦ

* λέγει γὰρ τοῦ Θεοῦ τοῦ Παύλου ῥήματα, τοῦτο ἐκλαβὼν καὶ τῷ σπέρματί σου.

A rum utrumque ad servilem pertinent formam. Januas æneas fregit, & vectes disjecit, mortis dissolvit potentiam, & post triduum proprium excitavit templum; hæc indicia sunt formæ divinæ juxta Verbum Domini: *solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. Sic in uno ipso Christo ab illis quæ passus est contemplamur humanitatem, a miraculis vero ejus divinitatem intelligimus: neque in duos Christos duas naturas dividimus, & scimus, quod ex Patre natum est Verbum divinum, & ex semine Davidis & Abraham nostræ salutis principium ortum habuit. Quocirca & beatus Paulus de Abrahamo verba faciens, neutiquam

B dixit: & seminibus tuis, tamquam de multis, sed de uno tantum; *& semini tuo*; quod Christus est. Ad Timotheum etenim scribens: *Memor esto, ait, Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David, secundum Evangelium meum*. Et ad Romanos pariter scribens: *De filio ejus, ait, qui factus est ei ex semine David secundum carnem*. Ac iterum: *quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem*. Et Evangelista: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham*. Beatus quoque Petrus in Actis: *Propheta cum esset David, & sciret quia jurejurando jurasset illi Deus de fructu lumbi ejus excitare Christum, & sedere super sedem ejus: providens locutus est de*

C *resurrectione Christi*. Et Deus ipse dixit Abrahamo: *& benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ*. Isaias autem: *Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spiritus sapientiæ, & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum Spiritus Domini*. Et paulo post. *Et erit*, ait, *radix Jesse, & qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulcrum ejus gloriosum*. Manifestum igitur ex jam dictis apparet, Christum secundum carnem Abraham & Davidis filium esse, & propriam

D illorum habuisse naturam. Filius vero æternus, & Verbum Dei est secundum divinitatem, ineffabili modo, & supra intellectum humanum ex Patre natus; coæternus ut splendor, & figura, & verbum ejus existens. Quemadmodum enim Verbum a mente, & splendor a luce separari minime possunt; ita unigenitus filius a Patre. Quapropter Dominum nostrum Jesum Christum filium unigenitum esse asserimus; unigenitum quidem tam ante, quam post incarnationem; primogenitum vero dicimus eum, post-

E quam ex Virgine natus est. Nomen primogenitus, unigenito repugnare quodammodo videtur, propterea quod unigenitus appellatur, qui unicus ex aliquo nascitur; primogenitus vero, qui major natu est inter multos fratres. Divinum Verbum ex Patre unicum natum esse Scripturæ docent; fit autem & primogenitus qui monogenitus erat, dum nostram naturam a Virgine assumit, & illos, qui ipsi crediderunt, fratres appellare dignatus est; ita ut idem qua Deus, monogenitus est, primogenitus vero, qua homo. Sic nos duas admittimus naturas, sed unum adoramus Christum, & una eum veneramur adoratione, copulationem enim ab ipso conceptu factam fuisse in Virginis utero credimus; quapropter & sanctam Vir-

gi-

ginem, Dei, & hominis genitricem nuncupamus; quoniam & ipsemet Christus Dominus, Deus, & homo vocatur a Sacra Scriptura; atque Emmanuelis nomen, duarum naturarum copulationem declarat. Si vero Christum Deum simul, & hominem profitemur & dicimus, cuis erit adeo stupidus, ut vocem Dei genitrix, & hominis genitrix neget simul ponendas esse? Christo Domino duas quidem tribuimus appellationes; quapropter Virgo honore affecta est, & gratia plena vocata; quis igitur animi compos recusabit nominibus Salvatoris Virginem quoque appellare, quæ ipsius causa credentibus exaltatur? Non enim filius ab ea honestatur, sed ea, filii causa, amplissimis appellationibus insignitur. Si autem Deus tantum esset Christus, & a Virgine essentiæ accepisset principium, tunc quidem Dei genitrix tantum Virgo vocanda & appellanda esset; ut illa, quæ divinam habentem naturam peperisset. At si Christus Deus simul & homo est, & ut Deus semper fuit; neque existendi initium fecit, coæternus enim est genitori: ut homo vero postremis temporibus ex humana natura ortus est; dogmata utrinque facturus in texandis Virginis appellationibus, declaret, oportet quæ naturæ, quæ vero copulationi conveniant. Siquis vero panegyricas orationes facere voluerit, & laudes componere, at commendationes proferre, atque honestioribus nominibus necessario utendum arbitratur; minime decreta, ut dixi, sed panegyricas orationes faciens, & mysterii amplitudinem, ut decet, admirans, voti sui sit compos, amplissimisque utatur nominibus, laudet etiam & admiretur. Multa enim ejusmodi apud Orthodoxos Doctores legimus; ubique vero mediocritas præferatur: laudo enim illum, qui mediocritatem optimum quid esse asseruit, etsi nostri haud sit gregis. Hæc est Ecclesiasticæ fidei confessio: hoc Evangelicæ, & Apostolicæ doctrinæ decretum, pro quo terque, pluriesque mori, divina nempe adjuvante gratia non recusamus. Hæc eadem illos, qui in præsentia in errore versantur, docere in animum induximus, & pluries eos ad disputationem provocavimus, studentes ostendere illis veritatem, nec tamen illis persuasimus: nam argumentorum timentes perspicuitatem a certamine se substraxerunt; infirmum enim revera mendacium, & obscuritati conjunctum.

Joan. 3. 20. *Omnis enim*, dicit Dominus, *qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus*. Quum igitur post multum laborem illis non persuasimus ut veritatem cognoscerent, ad proprias reversi sumus Ecclesias, dolore, & gaudio affecti: gaudio, propter sententiam nostram omni errore expertem; dolore vero, propter membrorum nostrorum corruptionem. Quamobrem vestram sanctitatem etiam atque etiam rogo, ut benigno Domino nostro supplicetis, & exclametis: *Parce Domine populo tuo, & ne tradas hæreditatem tuam in opprobrium. Pasce nos Domine, ne denuo tales evadamus, quales in principio fuimus, quum tibi non parebamus, neque implorabamus nomen tuum.*

Psalm. 78. *Vide Domine, quod facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt, quia prava dogmata indu-*

A βεται. καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι, καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή. δῆλον τοίνυν ἐκ τῆς εἰρημένων, ὡς τῷ μὲν κατὰ σάρκα ὁ Χριστὸς, τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Δαβὶδ ὑπῆρχεν ἀπόγονος, καὶ τῷ αὐτῷ αὐτοῖς πεφύκειν φύσιν· κατὰ δὲ τὸν θεότητα, τοῦ Θεοῦ προαιώνιός ἐστιν υἱὸς καὶ λόγος, ἀφράστως τε, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθεὶς, καὶ συναΐδιος ὑπάρχων, ὡς ἀπαύγασμα, καὶ χαρακτὴρ, καὶ λόγος. ὡς γὰρ λόγος πρὸς νοῦν, καὶ ἀπαύγασμα πρὸς τὸ φῶς ἀχωρίστως ἔχει, οὕτως ὁ μονογενὴς υἱὸς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. φαμὲν τοίνυν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, υἱὸν εἶναι μονο-

B γενῆ τοῦ Θεοῦ, καὶ πρωτότοκον· μονογενῆ μὲν, καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν· πρωτότοκον δὲ, μετὰ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν. τῷ γὰρ μονογενεῖ, τὸ πρωτότοκον ὄνομα ἐναντίον μὲν εἶναι πως δοκεῖ. διὸ μονογενὴς μὲν, ὁ μόνος ἐκ τινος γεννηθεὶς προσαγορεύεται· πρωτότοκος δὲ, ὁ πολλῶν ἀδελφῶν πρῶτος. τὸν δὲ Θεὸν λόγον, μόνον ἐκ τοῦ πατρὸς αἱ θεῖαι γραφαὶ γεννηθῆναι λέγουσι. γίνεται δὲ καὶ πρωτότοκος ὁ μονογενὴς, τὴν ἡμετέραν φύσιν εἰληφὼς ἐκ τῆς παρθένου, καὶ ἀδελφὸς τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας προσαγορεῦσαι κατηξιώσας, ὡς εἶναι τὸν αὐτὸν μονογενῆ μὲν, καθ' ὃ Θεός· πρωτό-

C τοκον δὲ, καθ' ὃ ἄνθρωπος. ὅπως ἡμεῖς τὰς δύο φύσεις ὁμολογοῦντες, τὸν ἕνα Χριστὸν προσκυνοῦμεν, καὶ μίαν αὐτῷ προσφέρομεν τὴν προσκύνησιν. τὴν γὰρ ἕνωσιν ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἐν τῇ ἁγίᾳ τῆς παρθένου νηδύϊ γεγενῆσθαι πιστεύομεν. διὸ καὶ θεοτόκον, καὶ ἀνθρωποτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον προσαγορεύομεν. ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ὁ δεσπότης Χριστὸς Θεὸς, καὶ ἄνθρωπος ὑπὸ τῆς θείας καλεῖται γραφῆς, καὶ ὁ Ἐμμανουὴλ δὲ, τῇ δύο φύσεων κηρύττει τὴν ἕνωσιν. εἰ δὲ τὸν Χριστὸν Θεὸν, καὶ ἄνθρωπον ὁμολογοῦμεν, καὶ λέγομεν, τίς ὅπως δεήσῃ, ὡς φυγεῖν τὴν ἀνθρωποτόκος φωνὴν μετὰ τῆς θεοτόκου τιθεμένην; ἐν γὰρ

D τῷ δεσπότῃ Χριστῷ, τὰς δύο τίθεμεν προσηγορίας. διὸ καὶ παρθένος τετίμηται, καὶ κεχαριτωμένη προσηγορεύθη. τίς οὖν ἂν εὖ φρονῶν παραιτήσαιτο ἀπὸ τῆς τοῦ σωτῆρος ὀνομάτων ἀποκαλέσαι τὴν παρθένον, ἢ δὶ ἐκείνου παρὰ τῆς πίστεως γεραίρεται; ἐ γὰρ ὁ ἐξ αὐτῆς δὶ αὐτὴν σεβάσμιος, ἀλλ' αὐτὴ διὰ τὸν ἐξ αὐτῆς, τοῖς μεγίσταις προσηγορίαις καλλύνεται. εἰ μὲν ὂν Θεὸς μόνον ὁ Χριστὸς, καὶ ἐκ τῆς παρθένου τοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν εἴληφεν· ἐντεῦθεν μόνον ἡ παρθένος ὀνομαζέσθω, καὶ καλείσθω θεοτόκος, ὡς Θεὸν φύσει γεννήσασα· εἰ δὲ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, καὶ τὸ μὲν,

E ἀεὶ· ὅπερ γὰρ ἤρξατο τοῦ εἶναι· συναΐδιος γὰρ τῷ γεννήσαντι· τὸ δὲ, ἐπ' * ἐσχάτου τῆς καιρῶν ἐκ τῆς ἀνθρωπείας ἐβλάστησε φύσεως, ἐκατέρωθεν ὁ δογματίζειν ἐθέλων, πλεκέτω τὴν παρθένου τὰς προσηγορίας, δηλῶν ποῖα μὲν τῇ φύσει, ποῖα δὲ τῇ ἑνώσει προσήκει. εἰ δὲ πανηγυρικῶς τις λέγειν ἐθέλοι, καὶ ὕμνους ὑφαίνειν, καὶ ἐπαίνους διεξιέναι, καὶ βούλεται τοῖς σεμνοτέροις ὀνόμασιν ἀναξιοῦν χεχρῆσθαι, ὁ δογματίζων, ὡς ἔφην, ἀλλὰ πανηγυρίζων, καὶ θαυμάζων ὡς ἔστι τὸ τῆς μυστηρίου τὸ μέγεθος, ἀπολαυέτω τῆς πόθου,

* Τοῦ ἐσχάτου.

καὶ

καὶ τοῖς μεγάλοις ὀνόμασιν κεχρήσθω, καὶ * ἐπαινέσεται τῶν, καὶ θαυμαζέτω· πολλὰ γὰρ τοιαῦτα παρὰ τοῖς ὀρθοδόξοις διδασκάλοις εὑρίσκομεν. παντοχοῦ δὲ τὸ μέτρον τιμάσθω· ἐπειδὴ γὰρ τὸν ἐφικνούμενον ἄριστον εἶναι τὸ μέτρον, εἰ δὲ τῆς ἡμετέρας ἀγάπης οὐκ ἔστιν. αὕτη τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως ἡ ὁμολογία· τοῦτο τῆς εὐαγγελικῆς, καὶ ἀποστολικῆς διδασκαλίας τὸ δόγμα· ὑπὲρ τούτου ἔρις, καὶ πολλάκις ἀποθανεῖν, τῆς τοῦ Θεοῦ δηλονότι χάριτος συνεργούσης, καὶ παρεστησόμεθα. * ταυτὰ καὶ τοὺς νῦν πλανωμένους διδάξαι προσευξόμεθα, καὶ πολλάκις αὐτοὺς εἰς διάλεξιν προκαλεσόμεθα, ὑποδείξαι αὐτοῖς σπουδάζοντες τὴν ἀλήθειαν, καὶ οὐ πεπείσαμεν· ὑφορώμενοι γὰρ τῶν * ἐλεγχῶν τὸ προφανές, ἔφυγον τὰς ἀγῶνας. σαθρὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸ ψεῦδος, καὶ τῷ σπουδῇ συνοζδόμενον. πᾶς γὰρ, φησὶν, ὁ φαῦλα πράσσων, οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ φανερωθῇ ὑπὸ τοῦ φωτὸς τὰ ἔργα αὐτοῦ. ἐπειδὴ τούτων πολλὰ πεπονηκότες, οὐ πεφεύγαμεν αὐτοὺς ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν, εἰς τὰς οἰκείας ἐπανήλθομεν ἐκκλησίας αἰθομένοις, καὶ χαίροντες, τὸ μὲν, διὰ τὸ ἡμέτερον ἀπλανές· τὸ δὲ, διὰ τὴν τῶν μελλόντων ἡμῶν σπουδάσα. διὰ τὴν ὑμετέραν ἀγωνίαν παρακαλῶ σοῦθυμοῦν, τὸν φιλάνθρωπον ἡμῶν ἱκετεῦσαι δεσπότην, καὶ πρὸς αὐτὸν βοῆσαι· φείσαι κύριε τοῦ λαοῦ σου, καὶ μὴ δὸς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος· ποίμανον ἡμᾶς κύριε, ἵνα μὴ γενώμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἦρχες ἡμῶν, οὐδὲ ἐκεκλήκειν τὸ ὄνομά σου ἐφ' ἡμᾶς· ἴδε κύριε, ὅτι ἐγενήθημεν ὄνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, μυκτηρισμὸς, καὶ χλεασμὸς τοῖς κύκλῳ ἡμῶν, ὅτι εἰσῆλθε δέσματα πονηρὰ εἰς τὴν κληρονομίαν· ἐμίανεν τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου, ὅτι ἐφράνθησαν θυγατέρες ἀλλοφύλων ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις κακοῖς, ὅτι ἐμεγάθημεν εἰς γλώσσας πολλὰς οἱ πρώην ὁμοφρονοῦντες τε, καὶ ὁμοφωνοῦντες. κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν, ἵνα ἀπολέσαμεν, τῆς σῶν ἐντολῶν ἀμελήσαντες. κύριε ἐκτίσας ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν, ποίησον τὰ ἀμφότερα ἓν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσον τὴν ἀναφυεῖσαν ἀσέβειαν, συνάγαγε ἡμᾶς ἕνα καθ' ἕνα τὸν νέον σου Ἰσραὴλ, οἰκοδομῶν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς διασπορὰς Ἰσραὴλ ἐπισωσάων. γενοίμεθα πάλιν μία ποίμνη, καὶ πάντες ὑπὸ σοῦ ποιμανθέσομεν. σὺ γὰρ εἶ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τεθεικὼς ὑπὲρ τῶν προβάτων. ἐξεγείρθητι, ἵνατί ὑπνοῖς κύριε. ἀνάστηθι, καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος. ἐπιτίμησον τοῖς ἀνέμοις, καὶ τῇ θαλάττῃ, καὶ δὸς γαλήνην τῇ ἐκκλησίᾳ σου, καὶ κυμάτων ἀπαλλαγὴν. ταῦτα, καὶ ὅσα τοιαῦτα παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν βοᾶν πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν· ἀγαθὸς γὰρ ὢν, καὶ φιλάνθρωπος, καὶ τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιῶν ἀεὶ, τῆς * ἡμετέρας δεήσεως ἐπακούσεται, καὶ τὸν παρόντα ζόφον ἀποσκεδάσει, τὸν τῆς αἰγυπτιακῆς πληγῆς ζοφωδέστερον, καὶ τὴν αὐτοῦ φίλην χαρὰν ἐπιπέμψει γαλήνην, καὶ σωσάσει τοὺς διεσκορπισμένους, καὶ τοὺς ἀπωσμένους εἰσδέξεται, καὶ ἀκουσθήσεται πάλιν φωνὴ ἀγαλλιάσεως, καὶ σωτηρίας ἐν σκηναῖς δικαίων. τότε καὶ ἡμεῖς βοήσομεν πρὸς αὐτὸν· ἐφρανθήσομεν, ὧν ἡμερῶν ἐπιτρέψας ἡμᾶς, ἔτη, ὧν εἴδομεν κακά. καὶ ὑμεῖς δὲ τῆς αἰτήσεως τυχόντες, ἀνυμνοῦντες αὐτὸν, ἐρεῖτε· εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἀπέστησε τὴν προσευχὴν ἡμῶν, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀφ' ἡμῶν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν.

* γρ. ἐπαινέσατε.

* ἰσ. τοῦτο.

* γρ. ἐλέγχων.

* ἰσ. ὑμετέρας.

A *Acta sunt in hereditatem. Polluerunt templum sanctum tuum, quia alienigenarum filiæ lætatæ sunt de malis nostris; quia in multas divisi sumus, qui antea concordes, ejusdem erhamus sententiæ. Domine Deus noster da nobis pacem, quam tua negligentes præcepta perdidimus. Domine præter te alium non cognovimus, nomen tuum nominamus, divisa in unum redige, & sepimenti parietem, idest impietatem, quæ exorta est dissolve. Cogo nos singulos, qui novus sumus Israel, ædificans Jerusalem, & colligens Israelis dispersus. Fiamus iterum ovile unum, & omnes a te pascamur; nam tu es pastor bonus, qui animam tuam des pro ovibus exurge & ne repellas in finem. Objurga mare, & ven-*

Psal. 10. 10

Psal. 43. 23.

B *tos, & Ecclesiæ tuæ tranquillitatem, & fluctuum sedationem concede.* Hæc, aliaque ejusmodi, vestram rogo pietatem, ut ab omnipotente deprecemini Deo; qui cum bonus sit & hominum amans, atque semper indulgens voluntati illorum, qui eum timent, vestram exaudiet deprecationem, ac præsentem caliginem Ægyptia plaga obscuriorem depellat, suamque amabilem largietur tranquillitatem, dispersos colliget, & expulsos recipiet, atque vox lætitiæ & salutis iterum in justorum audietur tabernaculis. Tunc & nos pronunciabimus: *Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis, quibus vidimus mala.* Vos autem nacti postulationem; laudantes eum di-

Psal. 89. 15.

C *cetis: Benedictus Deus, qui non amovit orationes nostras, & misericordiam suam a nobis.* Ei sit gloria in sæcula. Amen.

Psal. 65. 20.

QUOD

ΟΤΙ ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΕΝΑΝΘΡΩΠΗΣΙΝ ΕΙΣ ΥΙΟΣ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ.

QUOD ET POST HUMANITATIS ASSUMPTIONEM, Unicus Filius sit Dominus noster JESUS CHRISTUS.

QUi calumnias in nos contulerunt, in duos, dixerunt, filios nos dividere unicum Dominum nostrum Jesum Christum. Verum tantum abest ut nos talia cogitemus, ut & illos qui ea dicere audent, impietatis accusemus. Nam unicum filium venerari a Sacra Scriptura edocti sumus, Dominum scilicet nostrum Jesum Christum, Unigenitum filium Dei, Verbum Dei, quod humanum corpus assumpsit; ac ipsum Deum esse sempiternum fatemur, & hominem postremis temporibus factum, propter salutem hominum: factum autem, non mutatione divinitatis, sed humani corporis assumptione; immutabilem habet divinitatis naturam, neque vicissitudini subjectam quemadmodum Pater, qui eum ante sæcula generavit; & quidquid de Patris natura intelligitur, etiam in Unigeniti natura omnino invenitur, quum ex eadem natus sit natura: hocque docens Dominus, dixit Philippo: *qui videt me, videt & Patrem*. Et iterum aliunde: *omnia, quæcunque habet Pater, mea sunt*. Et alibi: *Ego, & Pater unum sumus*. Et alia innumera inveniri possunt, quæ naturæ significant convenientiam. Deus quidem minime factus est, sed erat: *In principio*, enim, *erat, Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*. Homo vero non erat, sed factus est; factus autem est, nostram assumens naturam; & hoc beatus Paulus dixit: *qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens*. Et iterum: *Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit*. Et denuo: *Quia ergo pueri communicaverunt carni, & sanguini, & ipse similiter partecipavit eisdem*. Sic & patibilis erat, & impatiens; & mortalis, & immortalis. Patibilis quidem, & mortalis qua homo; impatiens autem, & immortalis qua Deus. Qua Deus enim proprium corpus ex morte excitavit; nam ejus est vox: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. Et quidem usque ad passionis tempus, ut homo, patibilis erat & mortalis; post resurrectionem vero, & qua homo, impatiens est & immortalis, atque incorruptus, ac fulgores Deo convenientes dimisit, neque secundum carnem mutatus est in naturam divinam, sed humanitatis servat formam; nec corpus habet non circumscriptum, hoc enim

Joan. 14. 9.
Joan. 16. 15.
Joan. 10. 30.
Joan. 1. 1.
Philip. 2. 5.
Hebr. 2. 16.
Ex Isai. 14.
Joan. 2. 19.

Οἱ τοῖς καθ' ἡμῶν συκοφαντίας συντεθεικότες, εἰς δύο μερίζειν ἡμᾶς ἔφασαν υἱοὺς τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀπέχομεν τοῦ ταῦτα φρονεῖν, ὅτι καὶ τοὺς ταῦτα τολμῶντας λέγειν, δυσσεβείας γραφόμεθα. ἕνα γὰρ υἱὸν παρὰ τῆς θείας γραφῆς προσκυνεῖν ἐδιδαχθημεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν λόγον· τὸν γὰρ αὐτὸν ὁμολογοῦμεν καὶ Θεὸν προαιώνιον, καὶ ἄνθρωπον, διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν ἐπ' ἐσχάτου τῆς ἡμέρας γενόμενον· γενόμενον δὲ ἄνθρωπον, οὐ τῇ ξοπῇ τῆς θεότητος, ἀλλὰ τῇ προσλήψει τῆς ἀνθρωπότητος. ἄτρεπτον γὰρ ἔχει τὴν τῆς θεότητος φύσιν, καὶ ἀναλλοίωτον, καθάπερ ὁ πρὸ τῆς αἰώνων γεννήσας αὐτὸν πατήρ. καὶ ὅπερ ἄν τις ἐπὶ τοῦ πατρὸς οὐσίας νοήσειε, καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς τοῦτο πάντως εὑρήσει. ἐξ ἐκείνης γὰρ τῆς οὐσίας γεγέννηται. καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ κύριος, ἔφη τῷ Φιλίππῳ, ὁ ἑωρακώς ἐμέ, ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ πάλιν ἐπηρώτει, πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, ἐμά ἐστι· καὶ ἀλλαχοῦ, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ ἕτερα δὲ μυρία ἐστὶν εὑρεῖν τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας σημαίνοντα. Θεὸς μὲν οὖν οὐκ ἐγένετο, ἀλλ' ἦν· ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· ἄνθρωπος δὲ οὐκ ἦν, ἀλλ' ἐγένετο· ἐγένετο δὲ προσλαβὼν τὸ ἡμέτερον: τοῦτο γὰρ ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δοῦλου λαβών. καὶ πάλιν· οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. καὶ αὖθις· ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινωνήκεισαρκὸς καὶ αἵματος, παραπλησίως καὶ αὐτὸς μετέσχε τῶν αὐτῶν. ὅπω καὶ παθητὸς μὲν καὶ ἀπαθὴς, καὶ θνητὸς καὶ ἀθάνατος· παθητὸς μὲν καὶ θνητὸς, ὡς ἄνθρωπος· ἀπαθὴς δὲ καὶ ἀθάνατος, ὡς Θεός. ὡς γὰρ Θεὸς, τὴν σάρκα τὴν οἰκείαν τεθνηκυῖαν ἀνέστησεν. αὐτοῦ γάρ ἐστι φωνή· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν ἕξ εἰσὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· καὶ ὡς ἄνθρωτος δὲ, μέχρι τοῦ πάθους μὲν παθητὸς, καὶ θνητός· μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν, καὶ ὡς ἄνθρωπος ἔχει τὴν ἀπάθειαν, καὶ τὴν ἀθανασίαν, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ τοὺς θεοπρεπεῖς ἀφῆκεν αὐγάς, οὐκ εἰς θεότητος φύσιν κατὰ τὴν σάρκα μεταβληθεὶς, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος φυλάττων τὸν χαρακτῆρα, οὐδὲ ἀπερίγραφον ἔχων τὸ σῶμα· τοῦτο γὰρ μόνον

* γρ. κεκοινωνεῖ.

τῆς θείας φύσεως ἴδιον· ἀλλ' ἐν τῇ προτέρᾳ μορφῇ
περιγραφῇ. τοῦτο γὰρ διδάσκων, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔφη τοῖς μαθηταῖς· βλέπετε τὰς χεῖράς μου, καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτός ἐγώ εἰμι· ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα, καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. ὅπως ὁρώμενος, εἰς οὐρανὸς ἀνελήλυθεν· ὅπως ἥξειν αὖθις ὑπέχετο· ὅπως αὐτὸν ὄψονται καὶ οἱ κατωρύξαντες, καὶ οἱ σταυρώσαντες· ὄψονται γὰρ φησιν εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. ἕνα τοιγαροῦν προσκυνοῦμεν υἱόν· ἑκατέραν δὲ φύσιν τελείαν ἐν αὐτῷ θεωροῦμεν, καὶ τὴν πληθεῖσαν, καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ, καὶ τὴν ἐκ Δαβίδ. τοῦτο γὰρ χάριν, καὶ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ υἱὸς τοῦ Δαβὶδ ὀνομάζεται, ἑκατέρας φύσεως τὴν ἁρμόττουσαν ἐλκύσης προσηγορίαν. διὰτοι τοῦτο καὶ Θεὸν αὐτὸν, καὶ ἄνθρωπον ἡ θεία ὀνομάζει γραφή. καὶ ὁ μακάριος Παῦλος βοᾷ· εἷς Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ἀντὶ πάντων. ἀλλ' ἐνταῦθα αὐτὸν ἄνθρωπον ὀνομάσας, ἑτέρωθι προσαγορεύει Θεόν. προσδεχόμενος γὰρ φησι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀλλαχοῦ δὲ ἀμφότερα κατὰ ταυτὸν τίθησιν. ἐξ ὧν γάρ φησιν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν. καὶ τὸν αὐτὸν καὶ ἐξ Ἰουδαίων κέκληκε κατὰ σάρκα, καὶ ἐπὶ πάντων Θεὸν ὡς Θεόν. ὅπως ὁ προφήτης Ἠσαΐας εἰρηκὼς, ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὤν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, οὗτος τὰς ἀνομίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· ἐπήγαγε μετ' ὀλίγα· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; τοῦτο δὲ οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ θεῖον. ὅπω διὰ τοῦ Μιχαίου φησὶν ὁ Θεός· καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὃς ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ, καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀφ' ἡμερῶν αἰώνος. καὶ τῷ μὲν εἰπεῖν, ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεταί μοι ἡγούμενος, τὴν τῆς συνανθρωπήσεως οἰκονομίαν ὑπέδειξε· τῷ δὲ προθεῖναι, αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀφ' ἡμερῶν αἰώνος, παρεδήλωσε πρὸ τῶν αἰώνων τὴν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθεῖσαν θεότητα. ταῦτα παρὰ τῆς θείας διδαχθέντες γραφῆς, τοὺς ἐν διαφόροις διαλαμψάντας τῆς ἐκκλησίας διδασκάλους τε καὶ φρονοῦντας εὖ ὁρῶντες, ἄσυλον φυλάττειν, ὃν παρελάβομεν, σπεύδομεν κλῆρον, καὶ ἕνα μὲν προσκυνοῦμεν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ὡς ἕνα Θεοῦ πατέρα, καὶ ἓν ἅγιον πνεῦμα. σαρκός μέν τοι, καὶ θεότητος τὸ διάφορον ἐπιστάμεθα. καὶ ὥσπερ τοὺς εἰς δύο υἱοὺς μερίζοντας τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἔξω βαίνειν φαμὲν τῆς ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων τετριμμένης ὁδοῦ· οὕτως καὶ τοὺς μίαν λέγοντας γεγενῆσθαι φύσιν τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς, καὶ τὴν ἀνθρωπότητα, εἰς τὸν ἕτερον κρημνὸν ἀποκλίνειν φαμέν. ταῦτα φρονοῦμεν, ταῦτα κηρύττομεν, ὑπὲρ τούτων ἀγωνιζόμεθα τῶν δογμάτων. ὅτι δὲ συκοφαντοῦσιν, οἱ δύο λέγοντες προσβάλειν ἡμᾶς υἱοὺς, βοᾷ τῷ πράγματι ἡ μαρτυρία· τοὺς γὰρ τῷ παναγίῳ προστόντας βαπτίσματι, τὴν ἐκτεθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ πίστιν διδάσκομεν, καὶ τὸ τῆς παλιγγενεσίας ἐπιτελοῦντες μυστήριον, βαπτίζομεν τοὺς πιστεύοντας εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἰδιαίτατα ἑκάστῳ προσηγορίαν προσφέροντες. ἐν μὲν τοι καὶ τοῖς ἐκκλησίαις διηνεκῶς λειτουργοῦντες, δοξάζειν εἰώθαμεν τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦ-

A divinæ tantum naturæ proprium est, sed in pristina manet circumscriptione. Hocque docens post resurrectionem, dixit Apostolis: *Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate, & videte, quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Sic ut eum videbant, ascendit ad Cœlos, & sic iterum ad nos venturum esse promisit. Sic eum videbunt & qui crediderunt illi, & qui confixerunt: *videbunt enim*, dixit, *in quem transfixerunt.* Unicum propterea veneramur filium; utramque vero naturam perfectam in eo consideramus, assumptam videlicet, & ex Deo, & ex Davide; quare & Dei viventis filius, & B filius Davidis appellatur, unaquæque natura quæ ei convenit accipiens appellationem. Quamobrem & hominem simul, & Deum eum nominat Sacra Scriptura; & beatus Paulus clamat: *Unum enim Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Christus Jesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.* Sed qui hominem ipsum hoc loco vocavit, alibi Deum appellat: *Exspectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi.* Alibi vero utrumque de eo ponitur. Dicit enim: *Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen.* Et ipsum ex Judæis secundum carnem nominavit, & supra C omnia Deum, ut Deum. Ita Isaias Propheta dixit: *Virum dolorum, & scientem infirmitatem: languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.* Et paulo post: *Generationem ejus quis enarrabit?* Hoc quidem haud humanum, sed divinum est. Ita per Michæam ait Dominus: *Et tu Bethleem Ephrata parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egrediatur qui sit Dominator in Israel, & egressus ejus ab initio a diebus æternitatis.* Verbis quidem: *ex te mihi egredietur qui sit dominator*, carnis assumptionis Oeconomiam ostendit; illis vero, quæ addit: *egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis*, declaravit divinitatem, quæ ante sæcula a Patre orta est. D Hæc cum a sacra Scriptura edocti simus, & cum invenerimus in eadem fuisse sententia doctores Ecclesiæ, qui diversis temporibus nituerunt, ut integram tueamur hæreditatem quam accepimus, operam damus; & unum adoramus filium Dei, quemadmodum unum Patrem, & unum Spiritum Sanctum; carnis vero, & divinitatis diversitatem cognoscimus. Et quemadmodum illos, qui in duos filios dividunt Dominum nostrum Jesum Christum, deflectere dicimus a via, quam triverunt Apostoli; ita & illos, qui ex divinitate Unigeniti filii, & humanitate, unam inquiunt factam esse naturam, ex alia parte E præcipites ferri asserimus. In hac sumus sententia; hæc dogmata prædicamus, atque pro ipsis certamus. Nostri vero calumniatores, qui duos venerari filios dicunt, falsitatis arguuntur a rerum veritate. Nam ea nos, ad Sanctissimum venientes Baptisma, instituimus fide, quæ Nicæa definita est; atque novæ generationis dum exercemus Mysterium, illos baptizamus, qui Patris, & Filii, & Spiritus Sancti nomini credunt, separatim singulas proferentes appellationes. Enim vero in Ecclesiis jugiter Sacra obeuntes, laudare consuevimus Patrem, & Filium, & Spiritum

Luc. 24. 39.

Joan. 19. 37.

1. Timoth. 2. 5.

Tit. 2. 13.

Rom. 9. 5.

Isai. 53. 3.

Mich. 5. 1.

tum Sanctum; neque filios dicimus, sed Filium; si duos enim nominaremus Filios, quis esset, quem laudaremus? quis vero honore caret? Haud enim tanta nos cæpit dementia, ut duos dicamus esse filios, quorum alteri nullum tribuamus honorem. Inde igitur patet calumnia, unicum enim nos adoramus filium Unigenitum, Dei nempe Verbum hominem factum: Sanctam vero Virginem Dei genitricem vocamus, quia peperit Emmanuelem, qui significat: *Deus nobiscum*. Et paulo post, Propheta, qui Emmanuelem prædixit, hæc de ipso scripsit: *Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est Principatus super humerum ejus, & vocabitur nomen ejus Angelus magni consilii, admirabilis consiliarius, Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis*. Si vero Puer a Virgine natus, Deus fortis appellatur, jure igitur & quæ eum peperit Dei genitrix vocata est: particeps enim facta est Mater de honore filii; ac est Virgo, & Mater, tamquam hominis Christi Domini; & iterum Ancilla, tamquam Domini, Creatoris, & Dei. Propter hanc vocum varietatem, & *sine Patre* a divo Paulo, & *sine Matre* vocatur, & *sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens*. Sine Patre quidem est, secundum humanitatem, a sola enim Virgine natus est, ut homo. Sine matre vero, ut Deus; ex solo enim Patre natus est ante sæcula. Et sine genealogia, iterum ut Deus; sed ut homo genealogiam habet. Dicit enim Evangelista: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham*. Et rursus ejus generationem tradit divus Lucas. * Ut Deus existendi initium non habuit, ante sæcula enim natus est, neque finem vitæ habet, immortalem cum habeat naturam, & impatientem. Ut homo autem, & dierum habuit initium; nam Augusti Cæsaris tempore natus est; & vitæ habuit finem, tempore enim Tiberii Cæsaris crucifixus est. Nunc vero, quemadmodum dixi, & humana natura immortali præditus est, & ut ascendit, iterum veniet, secundum Angelorum vocem: ita enim dixerunt: *Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in Cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in Cœlum*. Hanc nobis doctrinam nunciarunt divi Prophetæ; hanc Chorus Apostolorum; hanc pariter Sancti, qui in Oriente floruerunt, & Occidente: Celebris ille Ignatius, qui a magno Petro pontificiam dignitatem accepit, & pro Christo a belluis dilaniari minime recusavit: Magnus Eustathius, qui primas tenuit in Synodi congregatione, & qui pulsus est in exilium propter pietatis amorem. Hanc ipsam, easdem perpessus calamitates Meletius, prædicavit; ter enim & ipse propter Apostolorum præcepta, a suo grege expulsus fuit. Hanc Flavianus, qui thronum illius loci decoravit; hanc docuit divinæ gratiæ organum, admirabilis Ephraimus, qui Syriaco sermone usus, utilitatem nobis in scriptis reliquit. Hæc Cyprianus omni laude dignus, qui Chalcedoniam, & Lybiam cunctam moderatus est, & qui pro Christo funestas expertus est flammas; Damasius qui almam rexit Romam; Ambrosius, qui Mediolani thronum exornavit, & latina usus est lingua; hæc inquam, & prædicando, &

Isai. 9. 6.

Matth. 1. 1.

* Luc. 3. 23.

Act. 1. 11.

A μα· οὐχ υἱοὺς, ἀλλ' υἱόν. εἰ γὰρ δύο φαμὲν υἱοὺς, τίς ὁ μᾶλλον ἡμῶν δοξαζόμενος; καὶ τίς ὁ μὴ τυγχάνων ἀγέρας; οὐ γὰρ εἰς τοσοῦτον μανίας ἐλελάκαμεν, ὥς τε δύο μὲν λέγειν υἱοὺς, μηδεμιᾶς δὲ τιμῆς τὸν ἕτερον ἀξιοῦν. δῆλον τοιγαροῦν κρίνεσθαι τὴν συκοφαντίαν γεγένηται. ἡμεῖς γὰρ ἕνα προσκυνοῦμεν υἱὸν μονογενῆ, τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν λόγον· τὴν ἁγίαν δὲ παρθένον, θεοτόκον ἀποκαλοῦμεν, ἐπειδὴ τὸν Ἐμμανουὴλ γεγέννηκεν, ὃς ἑρμηνεύεται μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· ὁ δὲ περὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ προαναφωνήσας προφήτης, μετ' ὀλίγα πάλιν τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ γέγραφεν, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ὀξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. εἰ δὲ Θεὸς ἰσχυρὸς τοῦ τεχθεὶς ὑπὸ τῆς παρθένου προσαγορεύεται βρέφος, οὐκοῦν ἄρα καὶ τεκοῦσα θεοτόκος ὀνομάζεται. μετέλαχε γὰρ καὶ τεκοῦσα τῆς τοῦ τεχθέντος τιμῆς, καὶ ἔστι καὶ παρθένος, καὶ μήτηρ, ὡς ἀνθρώπου τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, καὶ δῆλον πάλιν, ὡς δεσπότου, καὶ ποιητοῦ, καὶ Θεοῦ. διὰ ταύτην τὴν φωνὴν τὴν διαφορὰν, καὶ ἀπάτωρ ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου Παύλου, καὶ ἀμήτωρ καλεῖται, καὶ ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων. ἀπάτωρ μὲν γὰρ ἐστι κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἐκ μόνης γὰρ ὡς ἀνθρωπος ἐτέχθη μητρός· ἀμήτωρ δὲ ἐστιν, ὡς Θεός. ἐκ μόνου γὰρ ἐκ τοῦ πατρὸς αἰώνων ἐγεννήθη πρὸ τῶν αἰώνων. καὶ ἀγενεαλόγητος δὲ πάλιν, ὡς Θεός. ἀλλὰ καὶ γενεαλογεῖται ὡς ἄνθρωπος. βίβλος γὰρ φησι γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. γενεαλογεῖ δὲ αὐτὸν καὶ Λουκᾶς ὁ θεσπέσιος πάλιν· ὡς Θεὸς, ἀρχὴν ἡμερῶν οὐκ ἔχει· πρὸ γὰρ τοῦ αἰώνων γεγέννηται· οὔτε μὴν ζωῆς τέλος ἔχει· ἀθάνατον γὰρ ἔχει, καὶ ἀπαθῆ τὴν φύσιν. ὡς δὲ ἄνθρωπος, καὶ ἀρχὴν ἡμερῶν ἔχει· ἐπὶ γὰρ Αὐγούστου καίσαρος ἐγεννήθη, καὶ ζωῆς τέλος ἔχει· ἐπὶ γὰρ τοῦ Τιβερίου καίσαρος ἐσταυρώθη. ἀλλὰ νῦν, ὡς ἔφην, καὶ ἀνθρωπείαν φύσιν ἀθάνατον ἔχει, καὶ ὡς ἀνελήφθη, πάλιν ἥξει κατὰ τὴν τῶν ἀγγέλων φωνήν· οὕτως γὰρ ἔφησαν ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ἡμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται ἐν τρόπῳ ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. ταύτην ἡμῖν τὴν διδασκαλίαν οἱ θεῖοι προφῆται προσεμήνυσαν. ταύτην ὁ τῶν ἁγίων ἀποστόλων χορός. ταύτην οἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην, καὶ τὴν ἑσπέραν διαπρέψαντες ἅγιοι, Ἰγνάτιος ἐκεῖνος ὁ πολυθρύλλητος, ὁ διὰ τῆς τοῦ μεγάλου Πέτρου δεξιᾶς τὴν ἀρχιερωσύνην δεξάμενος, καὶ ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας θηρῶν γενόμενος ἀγρίων βορὰ, Εὐστάθιος ὁ μέγας ὁ τῆς συναθροιζούσης συνόδου πρωτεύσας, καὶ διὰ τὸν θερμὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ζῆλον τὴν ὑπερορίαν οἰκήσας. ταύτην Μελέτιος, ὁ πάνυ, μετὰ τοῦ ἴσων παθημάτων ἐκήρυξε. τρὶς γὰρ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ ἀποστολικῶν δογμάτων ἐξηλάθη τῆς ποίμνης. ταύτην Φλαβιανὸς, ὁ τὸν ἐκεῖ θρόνον διακοσμήσας. ταύτην Ἐφραὶμ ὁ θαυμαστὸς, τὸ τῆς θείας χάριτος ὄργανον, τῇ Σύρων γλώττῃ χρησάμενος, ἀνέγραπτον ἡμῖν τὴν ὠφέλειαν κατέλιπεν. ταῦτα Κυπριανὸς ὁ πανεύφημος, ὁ τὴν Χαλκηδόνα, καὶ τὴν Λιβύην ἅπασαν κυβερνήσας, καὶ τὰς διὰ πυρὸς ὑπὲρ Χριστοῦ κατεδεξάμενος θάνατον, καὶ Δάμασος ὁ τὴν μεγάλην Ῥώμην ἰθύνας, καὶ Ἀμβρόσιος ὁ Μεδιολάνου τὸν θρόνον κοσμήσας, τῇ Ῥωμαΐδι χρώμενος γλώττῃ, καὶ κηρύτ-

κροότητος, καὶ συγγράφοντες διετέλεσαν. ταῦτα τῆς Ἀλεξανδρέων οἱ μεγάλοι φωστῆρες, Ἀλέξανδρος, καὶ Ἀθανάσιος, καὶ ὁμοφρονοῦντες, τοὺς παρὰ πάντων ἀδομένους κινδύνους ὑπέμενον. ταύτην καὶ οἱ τῆς βασιλευούσης πόλεως μεγάλοι διδάσκαλοι τὴν πόαν τοῖς ποιμνίοις προσήνεγκαν. Γρηγόριος ὁ λαμπρὸς τῆς ὀρθοδόξου συνηγόρος, Ἰωάννης ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, Ἀττικὸς ὁ τῶν ἐκείνου προεδρίαν, καὶ διδασκαλίαν δεξάμενος. Τούτοις Βασίλειος ὁ φωστὴρ τῆς ὀρθοδόξου λαμπτήρ, καὶ Γρηγόριος ὁ τοῦ αὐτοῦ ἐκείνου γεννήτορας αὐξήσας, καὶ Ἀμφιλόχιος, ὁ δὲ ἐκείνου τῆς ἀρχιερωσύνης τὸ δῶρον λαβών, οὐ μόνον τοῖς ἐπ' αὐτῶν ἀνθρώποις τῶν διδασκαλίαν προσήνεγκαν, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν διὰ τῶν συγγραμμάτων τὴν ὠφέλειαν κατέλειπον. ἀλλὰ γὰρ ἐπιλείψει με ἡ ἡμέρα, Πολύκαρπον, καὶ Εἰρηναῖον, καὶ Μεθόδιον, καὶ Ἱππόλυτον, καὶ τοὺς ἄλλους τῆς ἐκκλησίας διδασκάλους ἀπαριθμούμενον. συντόμως τοίνυν φαμὲν, ὡς ἡμεῖς τοῖς θείοις λογίοις ἀκολουθοῦμεν, καὶ τούτοις ἅπασι τοῖς ἁγίοις· διὰ γὰρ τοῦ πνεύματος χάριτος εἰς τὸ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς κατιδόντες βάθος, αὐτοί τε τὴν αὐτῆς διάνοιαν ἔγνωσαν, καὶ τοῖς μαθεῖν βουλομένοις δήλην τοῦτο ἀπέφηναν. οὐδὲ γὰρ ἡ διαφορὰ τῶν γλωττῶν, διαφορὰν δογμάτων εἰργάσατο. κρουνοὶ γὰρ ὄντες τῆς τοῦ θεοῦ πνεύματος χάριτος ἐκ μιᾶς πηγῆς τὸ νᾶμα δεχόμενοι.

A scribendo persecerunt. Hæc etiam prædicarunt summa Alexandriæ luminaria Alexander scilicet, & Athanasius, & consentientes, ab omnibus pervulgata pericula perpessi sunt. Hunc pariter pabulum gregibus obtulerunt regiæ civitatis doctores eximii, Gregorius ille illustris religionis patronus, & Joannes orbis terrarum doctor, & Atticus, qui in eorum locum successit, & eandem amplexus est doctrinam. Hanc demum Basilius, perspicuum illud lumen religionis, & Gregorius, qui magnam per illum parentibus gloriam peperit, & Amphilochius, qui Pontificiam ab illo dignitatem accepit. Hanc inquam doctrinam, non solum populis ipsis B commissis obtulerunt, verum etiam nobis magnam in scriptis reliquerunt utilitatem. At me deficeret dies; si Polycarpum, Irenæum, Methodium, Hipolytum, ceterosque Ecclesiæ doctores enumerare vellem: quare paucis dicimus, nos divinos sequi sermones, atque in omnium horum Sanctorum esse sententia. Hi enim a Spiritus Sancti gratia Scripturæ, quam Spiritus dictavit, occultiora scrutari susceperunt, ejusque intellexerunt sententiam, atque discendi cupidis eam exposuere; neque enim linguarum diversitas dogmatum fecit diversitatem; quæ tamquam canales, gratiæ divini Spiritus, ab eadem fonte aquas mutuantur.

SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA.

Habita ad ordinandum Maximianum sub finem Octobris ann. 431.

Ex P. Pagi ad An. Ch. 431. n. 41. & seq.

CUm novus Episcopus CP. in Nestorii locum subrogandus esset, *jussit Imperator* (inquit Narratio ordinationis Maximiani supra allata in Cassinensi Synodico cap. 70.) *bis, qui de sancto & magno universali Concilio erant, ingredi in Ecclesiam, & ordinare Episcopum sanctæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Quod etiam factum est. Ingressi enim ordinaverunt Maximianum Episcopum*; quadrimestri spatio post Nestorii abdicationem elapso, die 25. Octobris qui Dominicus erat, ut scribit Socrates lib. 7. c. 35. ubi ait: *Elapsis quatuor mensium spatio a depositione Nestorii, Maximianus eligitur Episcopus*, quod cap. 37. *die octavo Kalendas Novembris, Basso & Antiocho Coss.* factum fuisse prodit. In versione quidem Christophorsoni loco *quadrimestre* legitur *trimestre*, sed contra textum Græcum, quem errorem recte notavit Baronius. Maximianus statim ab ordinatione sua in Synodo CP. literas de more dedit ad primas sedes, atque etiam ad Episcopos veteris Epiri, quos schismatici fallere tentabant, proinde ac si sanctæ Synodi communione fruerentur, quamvis a pristina sententia non recessissent. Quamobrem Canones, qui par. 3. Concil. Ephes. cap. 16. leguntur, ad ipsos missi sunt, *ex quibus certiores redderentur de iis, quæ contra schismaticos & Nestorianos decreta fuerant, & qualis dein pœna illis constituta esset, qui cum ipsis communicare præsumerent*. Capite 38. Synodici recitatur *Epistola sancti Joannis Antiocheni Episcopi, quam Præfecto scripsit ab Ancyra*, in qua mentio est synodi Maximiani recens ordinati: *Nunc quoque cooperatorem sibi sumentes illum* (nempe Maximianum ordinatum Constantinopoli a septem Episcopis illuc a sacro Concilio missis) *quem in Constantinopoli produxerunt, direxerunt contra nos ad Ancyram &c. Dumque excommunicationis conculcaverunt terminum, & comministrant condemnatis, & secundum sanctorum Patrum regulas per hoc ipsi quoque depositi sint, suspensiones contra nos, segregationesque miserunt &c.* Synodus Ephesina in epistola, quam ad omnes orbis Ecclesias misit, enumerat Episcopos a se gradu vel christiana communione privatos, & inter eos meminit Joannis Patriarchæ Dorothei Martianopolitani Episcopi, Helladii Tharsensis, Himerii Nicomediensis, & Eutherii Thyanensis. Horum vero quia a Synodo Ephesina depositorum, ob singularem eorum contumaciam, ea depositio in hac Maximiani Synodo confirmata. Hinc Joannes in laudata epistola ait: *Suspensiones contra nos, segregationesque miserunt*, nempe per suas tractorias.

CONCILIUM THARSENSE

Habitum anno ccccxxxi.

Ex Nova Baluzii Collectione.

COncilii istius hactenus incogniti memoriam nobis conservavit vetus ille interpres epistolarum, quæ extant in synodico adversus Tragœdiam Irenæi. Illic ergo scriptum est, Joannem Episcopum Antiochenum, Alexandrum Hierapolitanum, Meletium Mopsuestiæ, & alios redeuntes e Constantinopoli in orientem, collegisse Concilium in Tharso Ciliciæ primæ metropoli; & in eo damnasse Cyrillum & cum eo septem Episcopos, qui Epheso Constantinopolim missi erant adversus orientales. Depositi ergo ab Episcopis Concilii illius sunt Arcadius Episcopus occidentalis, Juvenalis Hierosolymitanus, Flavianus Philippensis, Firmus Cæsareæ Cappadociæ, Theodotus Ancyranus, Acacius Melitinensis, & Evoptius Ptolemaidis. In eam rem factæ sunt literæ synodicæ, quibus cuncti Episcopi subscripserunt. Vide synodicon cap. 66. 136. 141. 174. 201.

CONCILIUM ANTIOCHENUM

Habitum anno ccccxxxi.

COlebrata est ista synodus paulo post Tharsensem de qua mox dicebamus, & quidem ab iisdem Episcopis. Confirmatam illic fuisse depositionem Cyrilli & ceterorum colligi facile potest ex capite sexto Liberati, & ex Socrate lib. 7. cap. 34.

Observatio P. Antonii Pagi ad ann. Christi 431. n. 45.

BAluzius in nova Collectione hoc Tharsense Concilium huc usque incognitum recte cum anno 431. alligavit; sed memoriæ lapsu, loco *quinque Episcopos*, septem Episcopos posuit. Ibidem exhibet Concilium Antiochenum paulo post Tharsense habitum, quod colligere se dicit ex Liberato cap. 8. & ex Socrate lib. 7. c. 34. ubi hic scribit: *Joannes Antiochiam reversus, convocatis pluribus Episcopis, Cyrillo, qui jam Alexandriam redierat, Episcopatum abrogavit*. Verum hac in re Socrates, sicuti & in quibusdam aliis, quæ eodem capite de Nestorio ac Synodo Ephesina narrat, manifeste fallitur; cum certum sit, Joannem postquam reversus est Antiochiam, aliam Synodum non celebrasse, quam eam, in qua de pace cum Cyrillo actum, de qua anno sequenti 432. quo ea habita, verba faciemus. Quoad Liberatum, is de eadem tantum Synodo Antiochena sermonem habet, ut legenti liquebit. Quare quod Tharsi gestum, Socrates Antiochiæ factum perperam scripsit.

CONCILIUM ANAZARBICUM

Habitum anno ccccxxxi.

Ex Nova Baluzii Collectione

CUm a Chalcedone in orientem rediissent Episcopi qui Cyrillo Alexandrino infesti erant, varias adversus eum synodos celebraverre, & in his etiam istam apud Anazarbum Ciliciæ secundæ metropolim. Congregata fuit a Maximino istius urbis Episcopo; in qua primum confirmata est depositio Cyrilli, tum excommunicati qui eum receperant in communionem. Extant acta supra in capite cxiii. adversus Tragœdiam Irenæi.

SYNODUS ANTIOCHENA

A Joanne Antiocheno adversus S. Cyrillum Alexandrinum, cæterosque Ephesinos Patres celebrata anno 431. *labente.*

Ex Suppl. Maximom. I. pag. 323.

OBortæ in Concilio Ephesino inter episcopos dissensiones cum Theodosii imperatoris authoritate sopiri minime potuissent, idem Imperator remittendos in suas sedes episcopos censuit. Remeans igitur Joannes Antiochenus ad propria, concilium primo quidem Tharsi celebravit, in quo episcopos quinque aversæ factionis deposuit; quod concilium in cæterorum seriem Baluzius omnium primus reposuit, quamquam in eo erravit, quod pro quinque episcopis, ut liquet ex cap. CXXXVI. synodici adversus tragœdiam Irenæi, septem exhibuit. Addit vir idem doctissimus concilium aliud Antiochenum ab eodem Joanne adversus Ephesinos Patres coactum. Concilium istud Pagius in critica ad annum 431. num. 45. expungit, contendens nullum aliud concilium Antiochiæ habitum, quam illud in quo de rebus cum Cyrillo componendis & de reddenda Ecclesiæ pace tractatum est. Sed reipsa concilium aliquod Antiochiæ coivisse plane ab eo diversum in quo de pace est actum colligo ex cap. XXXIX. Synodici, ubi recitatur epistola Joannis Antiocheni ad Theodosium, in qua Joannes ipse cæterique qui cum eo episcopi profitentur *execrari se Cyrilli capitula, tamquam valde Sanctorum Apostolorum doctrinæ* repugnantia, ac principem rogant ne permittat in *ulla Ecclesiarum quæ sunt sub cœlo dogma illud impium prædicari*. Hæc profecto verba non sunt concilii æquiora de Cyrillo sentientis. Epistolam vero hanc a concilio quodam Antiocheno datam fuisse tradit ejusdem synodici auctor, qui eidem synodicæ ita præfatur: *Epistola Joannis Antiocheni Patriarchæ & omnium qui in eadem civitate* (nempe Antiochiæ) *pariter convenerunt Episcoporum ad imperatorem Theodosium post certamina, quæ hi habuerant in Ephesso & Chalcedone*. Non ergo erravit Socrates lib. 7. cap. 34. cum Synodum aliquam Schisma-

maticorum Antiochiæ habitam scribit. Licet in eo forte erroris sit arguendus, cum a patribus illis Antiochenis depositum Cyrillum asseruit; id enim præstitum in Tharsensi concilio ex pluribus ejusdem synodici literis optime Pagius deduxit.

CONCILIUM CONSTANTINOPOLITANUM

Pro componendis ecclesiarum dissidiis sub Maximiano Constantinopolitano Episcopo anno 432.

Ex eodem Suppl. p. 215.

DUarum insignium ecclesiarum Antiochenæ & Alexandrinæ dissidia totius Christianæ Reipublicæ quietem & tranquillitatem turbaverant. His ergo imperii turbis pacandis Theodosius imperator concilium episcoporum haberi CP. mandavit. De quo concilio præter Liberatum in Breviario hæc habet Hypatius Episcopus Ephesinus in collatione cum Severianis habita CP. anno 532. *Compunxit Deus Theodosium convocare virum reverendissimum episcopum CPtanæ civitatis Maximianum, & eos qui tunc forte in eadem gloriosa aderant civitate, hortarique & solicitudinem habere, vel cogitare de pace Sanctarum ecclesiarum. Et post illam pacificam cogitationem destinavit piissimus imperator Aristolaum.* Hæc synodus, vel si mavis, conventus est CPtana sub Maximiano secunda, quam cum statim consequuta sit legatio Aristolai, qui anno 432. Antiochiam venit, hinc annum habiti concilii hujus statim assequimur.

VITA,

EPISTOLÆ ET DECRETA

SIXTI PAPÆ III.

ANNO CHRISTI 432.

Ex libro pontificali.

Variantes dantur ex Mss. Cod. Luc 490. * Xisto

SIxtus *a* natione Romanus, ex patre * Sixto, *b* sedit annis 8. diebus 19. *c* Hic post annum unum & menses 8. incriminatur a quodam Basso. Eodem tempore audiens hoc Valentinianus Augustus, jussit concilium & sanctam synodum congregari. Et facto conventu, cum magna examinatione, per judicium synodicum purgatur a 56. episcopis. Et condemnatur Bassus a synodo, ita tamen, ut ultimo die viaticum ei non negaretur (*a*) propter humanitatem pietatis Ecclesiæ. Hoc audiens Valentinianus Augustus, cum matre sua Placidia Augusta, furore sancto commoti, proscriptione Bassum condemnaverunt, & omnia prædia facultatum ejus, ecclesiæ catholicæ * sociavit. Qui Bassus nutu divino intra tres menses defunctus moritur. Cujus corpus Sixtus episcopus cum linteaminibus & aromatibus manibus suis tractans, recondidit, & sepelivit ad beatum Petrum apostolum in cubiculo parentum ejus. *d* Hic fecit basilicam sanctæ Mariæ matris domini, quæ ab antiquis Liberii cognominabatur, juxta macellum Libyæ, ubi & obtulit hæc: Altare argenteum purissimum pensans libras 300. Patenas argenteas 3. pensantes libras 60. Amas argenteas quatuor pensantes libras 60. Scyphum aureum purissimum, pensantem libras 12. Scyphos argenteos 5. pensantes libras 50. Calices ministeriales aureos * 2. pensantes singulos libras singulas. Calices ministeriales argenteos 10. pensantes singulos libras 3. Aquamanulos argenteos, pensantes lib. 8. Coronam saram ante altare argenteam, pensantem libras 30. Coronas farales 34. argenteas, pensantes singulas libras 10. Candelabra argentea 4. pensantia singula libras 20. Thymiamaterium argenteum, pensans libras 5. Canthara cerostrota orichalcea 24. pensantia singula libras 15. Possessionem (*b*) Scavirianam in territorio (*c*) Cajetano, præstantem cum omnibus adjacentibus attiguis solidos 312. & tremissem. Possessionem Marmoratam in territorio Prænestino, præstantem solidos 92. Possessionem Celeris in territorio (*d*) Asiliano, præstantem solidos 111. & tremissem. Domum Palmatii intra urbem, juxta inibi basilicam cum balneo & pristino, præstantem solidos 154. & siliquas 3. Domos Claudii in (*e*) Sicimino, præstantes solidos 104. Cervum argenteum fundentem aquam in fontem baptisterii, pensantem libras 20. Omnia vasa sacra baptismi argentea, pensantia libras 15. Cœnacula * aregiæ gradorum adhærentia basilicæ, vel quidquid intrinsecus esse videtur. Hic ordinavit de argento confessionem beati Petri apostoli, quæ habet libras 400. Hujus supplicatione obtulit Valentinianus Augustus imaginem auream cum duodecim portis, & duodecim apostolos, & salvatorem gemmis pretiosissimis ornatum (*f*) supra confessionem beati Petri apostoli. Fecit & Valentinianus Augustus ex rogatu Sixti episcopi fastigium argenteum

* sociarunt.

Locus obscurus.

* aureos

(*a*) Dedit propter humanitatem. (*b*) Scavrianam. (*c*) Gotano.
(*d*) Filiano. (*e*) Siciniam (*f*) Ornatum quem vell gatta (sic) sua supra, &c.

teum in basilica Constantiniana, quod a barbaris sublatum fuerat *a*, pensans libras (*a*) 1610. Hujus etiam temporibus fecit Valentinianus Augustus confessionem beati Pauli apostoli ex argento, * quam habet libras 200. Item fecit Sixtus episcopus confessionem beati Laurentii martyris cum columnis porphyreticis, & (*b*) ornavit * transennam, & altare & confessionem sancti martyris Laurentii de argento purissimo. (*c*) Fecit altare pensans libras 50. Cancellos argenteos supra platonias porphyreticas, pensantes libras 300. Absidem supra cancellos cum statua beati Laurentii martyris argenteam, pensantem libras 200. Fecit autem basilicam beato Laurentio, quod Valentinianus Augustus * concessit (*d*) ubi & obtulit hæc: Patenas argenteas 3. pensantes singulas libras * 15. Amas argenteas 3. pensantes singulas libras 15. Scyphos argenteos 4. pensantes singulos libras 8. Scyphum singularem aureum, ornatum de margaritis, pensantem libras 10. Lucernam * nixorum decem auream, pensantem libras 10. Calices argenteos ministeriales 12. pensantes singulos libras 2. Aquamanulos argenteos, pensantes libras octo. Ministerium ad baptismum, vel pœnitentiam, ex argento libras quinque. Concham aurochalceam, pensantem libras 20. Coronas argenteas farales 30. pensantes singulas libras sex. Fara canthara tria ex argento, pensantia singulas libras quindecim. Candelabra argentea duo, pensantia singulas libras triginta. Canthara cerostrota ærea in basilicæ gremio vigintiquatuor. Fara ærea 60. Hic fecit in basilica Constantiniana ornamentum super fontem, quod ante non erat, id est, epistylia marmorea, & columnas porphyreticas erexit, quas Constantinus Augustus congregatas dimisit, & jussit ut erigerentur, *f* quas & versibus exornavit. Hic fecit platoniam in cœmeterio Callisti via Appia, ubi nomina episcoporum & martyrum scripsit * commemorans. Hic fecit ordinationem in urbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros viginti-octo, diacones duodecim, episcopos per diversa loca quinquaginta duos, qui etiam *g* sepultus est via Tiburtina in crypta * juxta corpus beati Laurentii 5. Kalendas Aprilis. Et *h* cessavit episcopatus dies viginti duos.

* quod

* excidram. al. suggestum.

* consensit.

* 10

* lychnuorum.

* cum memoriæ.

* ad S. Laurentium.

Notæ Severini Binii.

a *Sixtus*.) Post interregnum viginti dierum, Sixtus patria Romanus, creatus est pontifex, anno Christi 432. qui est Theodosii vigesimus quintus & Valentiniani octavus. Ut recta fides ubique terrarum intacta conservaretur, initio pontificatus Ephesinam synodum, ejusque decreta apostolica auctoritate firmavit. Joannem Antiochenum, aliosve orientis episcopos ab ecclesia schismate divisos, ejusdem unitati & communioni restituit. Revelatione Dei, monitisque sanctorum Petri & Apollinaris primi Ravennatis sedis episcopi cognovit, in locum defuncti Joannis ejusdem sedis episcopi, Petrum diaconum cognomento Chrysologum Ravennatibus esse præficiendum. Briscinum Turonensem episcopum, quamquam calumniis adversariorum miraculose confutatus, sede amotum post septennium restituit. Nestorius extra urbem Romanum emandatus, Theodosii imperatoris clementia, libere tamen Catholicus Antiochiæ in monasterio sancti Eupraxii agere permissus, triduano incendio Constantinopolitano urbis, de quo sanctus Prosper & Marcell. in chron. justo Dei vindicis judicio factum dedisse videntur. Hanc ob causam imperator Malenin, ut credibile est, zelo catholicæ fidei ustuantis in Nestorium incitatus, ejus libros haberi vetat, & sub pœna publicationis bonorum flammis addici mandat. Tandem eundem, tanquam malorum omnium hujus temporis auctorem, in exilium abiegari mandavit. In exilio degentis linguam a vermibus fuisse erosam scribit Evagrius. Cum linguam totum corpus putredine fuisse consumptum scribunt Theodorus in collectaneis, Cedrenus in compendio, & Nicephorus lib. 14. cap. 26. Genserichus Vandalorum rex Arianus, volens catholicam fidem Ariana impietate subvertere, in Africa persecutionem catholicorum restauravit: episcopos orthodoxos basilicis privatos etiam civitatibus expulit, plerosque alios fideles martyrio affecit. Occupata dolo pacis Carthagine, expulsis catholicorum ecclesiis, sublatis ethnicorum reliquiis, eversa Cælestis idolo in Africa celeberrimo, uno ferme die præstitit, quod plurimis conciliis, episcoporum studiis & imperatorum rescriptis præstari non potuit. S. Prosper in chron. Vide Baron. ann. 432. usque ad annum 440.

Nestorius incendii Constantinopolitani causa.

Nestorii libri Vulcano demandantur.

Nestorii obitus quale.

Genserici in catholicos persecutio.

b *Sedit annis 8. diebus 19.*) Cum sedisset annis octo minus triginta diebus, 5. Kalendas Aprilis, anni Christi 440. qui est Theodosii 33. & Valentiniani imperatoris 16. ex hac vita migravit. S. Prosper in chron. Baron. ann. 440.

Quamdiu sedem obtinuerit.

c *Hic post annum unum, &c. inventinatur a quodam Basso*.) Quæ de re vide quæ dicemus infra in notis concilii Romani sub Sixto.

d *Hic fecit basilicam S. Mariæ*.) Fortasse in ampliorem dumtaxat formam restituit, & amplioribus ornamentis exornavit, in laudem & honorem Dei genitricis Mariæ, cui, de Nestorii blasphemiis triumphantibus, tantum triumphalem fornicem erigere voluerit. Meminit hujus ecclesiæ Hadrianus papa ad Carolum Magnum imperatorem, his verbis: *Magis autem successor Cælestini Sixtus papa fecit basilicam sanctæ Dei genitricis Mariæ cognomento Majorem, quæ & ad præsepe dicitur. Simili modo & ipse in metallis aureis, quamquam in diversis historiis, sacris decoravit imaginibus*. Has temporis vetustate nonnihil detrimenti passas, Dominicus Pinellus cardinalis ejus basilicæ dignissimus archipresbyter summa adhibita opificum diligentia resarciendas, & jam collabentes conservandas curavit, aliasque majorum exemplo venerandas imagines, historiam Dei genetricis Mariæ repræsentantes, addidit. Baron. ann. 440. n. 2.

Sixtus basilicam S. Mariæ restaurat.

e *Quod a barbaris sublatum fuerat*.) Hinc plane intelligimus quod dum Gothi urbem occuparent, non ab omnium ecclesiarum ornamentis abstinuerint, sed ab iis dumtaxat quæ ab basilicas sanctorum apostolorum Petri & Pauli spectare sciebant. Ita direptionem & urbis spoliationem, de qua supra in Innocentio, explices necessum est.

Quas ecclesias Gothi spoliarunt.

f *Quas & versibus exornavit*.) Horum versuum, in octangulato opere, binos in singulis epistyliis exaravit. Cumque de originali peccato catholicam assertionem contra Pelagianam hæresin contineant, placuit eosdem hoc loco recensere, ut qui utiliter toto orbe promulgantur, in perpetuas æternitates conserventur.

Gens sacranda potis hic semine nascitur almo
Quam fecundatis spiritus edit aquis.
Virginea fetu genitrix ecclesia natos,
Quos spiranse Deo concipit, amne parit.
Cælorum regnum sperate hoc fonte renati.
Non recipit felix vita semel genitos.
Fons hic est vitæ, & qui totum diluit orbem,
Sumens de Christi vulnere principium.
Mergere peccator, sacro purgande fluento,
Quem vocorem accepto, proferet unda novum.
Infans esse volens, ipse mundare lavacro,
Seu patrio promerit crimine, seu proprio.
Nulla renascentum est distantia, quos facit unum
Unus fons, unus Spiritus, una fides.

Sixti pontificis versus in octangulato opere inscripti.

Nec

Sixtus III. quando pontifex creatus.

Petrus diac. ex revelatione divina fit episcopus

(*a*) 11. (*b*) *Ornavit platoniam transennam*. (*c*) *Purissimo pens. lib. L. cancellos*.

(*d*) Post hæc verba ita Codex prosequitur: *Fecit autem monasterium in catacumbis. Fecit & fontem baptisterii ad Sanctam Mariam, & columnis porphyreticis ornavit. Hic constituit columnas in baptisterio basilicæ Constantiniana, quæ a tempore Constantini Augusti fuerant congregatæ ex metallis porphyreticis num. VIII. quas erexit & epistolis fulsit & versibus exornavit; & platoniam in cœmeterio Callisti, ubi commemorantur nomina episcoporum. Fecit autem scyphos aureos III. unum ad sanctum Petrum, qui pensat libras VI., ad S. Paulum unum, qui pensat libras VI. ad Beatum Laurentium I. qui pensat libras III. Calices ministeriales aureos XV. pensantes singulos libras singulas. Hic fecit ordinationes III. per mensem Decemb. Presbyteros XXVIII. Diaconos XII. Episcopos per diversa loca LII. Et hujus temporibus fecit Petrus episcopus Basilicam in urbe Roma S. Savina, ubi & fontem construxit. Qui etiam sepultus est via Tiburtina &c.* ut in editis.

Hoc numerus quemquam fecerunt, nec forma suorum
Torvum, hoc nomen fumina funestus erit.
Hæc ex Baronio anno domini 440. num. 3.

a *Superior est*, &c.) Injuriosa, quæ supra notis epistolis primus Sixti primi, Sixtum primum Romanum pontificem ac martyrem post obitum, confuere Hieronymus portuensis, diaconus, eadem ortum, & quidem majorem, Sixtum III. de quo hic agimus, fecisse. Nam simul ejus nomine ab Originistis prodiit liber Sixti vel Sixti Pythagorici, ita hujus Sixti nomine a Pelagianis tria volumina scripta fuerunt. Primum de divitiis. Secundum de malis doctoribus, operibus fidei, & judicio futuro. Tertium vero de continentia. Hæc Pelagianissima referta esse offensis Baronius ann. 440. num. 7. & 9. 10. & 11. ex eo, quod primo volumine Pelagianum hoc contineat, non posse salvari divitem, nisi omnia sua pauperibus eroget. Secundo volumine omnia opera libero arbitrio, gratiæ divinæ nihil tribuat: denique quod tertio volumine eos subsannet, qui ex gratia Dei bonum continentiæ provenire contendant. His itaque coloribus libellum manifeste satis depictum, qui non sine gravi periculo fidelium nomine Sixti haud pridem excusus fuit, lector agnosce, ne de aureo calice Babylonis venenum, insigni nomine honestata, bibas.

Sub nomine Sixti libros ediderunt; Pelagiana dogmata hu libris contenta.

b *Cessante episcopatus diœcesi duos.*) Varius quadragintæ dubius. Ita enim scribit sanctus Prosper in chron. ann. 440. *Defunctio Sixto pontifice Kalendis Aprilis, quadraginta amplius diebus Romana ecclesia sine antistite fuit, utrobiis pace æquo pontificia adventum diaconi Leonis expectante: quem tunc inter Aetium & Albinum (duces Romani exercitus) amicitia redintegranda causa Galliis decurrebat*, &c. In hunc itaque locum Anastasii mendum irrepsisse dubium non est. Baron. tomo 6. anno 440. num. 1. & 2.

Sedes pontificia quamdiu vacarit.

a EPISTOLA I.

SIXTI PAPÆ III.

Cyrillo Alexandrino, de amoto Nestorio, ejusque hæresibus condemnatis, deque inita cum Joanne Antiocheno concordia; Sixtus pontifex congaudet, & congratulatur.

Sixtus episcopus Cyrillo Alexandriæ episcopo.

MAgna sumus lætitia, &c. *Extat in concil. Ephes. supra parte 3. cap. 41.*

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola*.) Hæc est illa Sixti pontificis epistola, quam ad convincendam Nestorianorum calumniantium falsitatem sanctus Cyrillus publice recitavit. Orientales penes inter Cyrillum & Joannem Antiochenum initam inique animo ferentes, Cyrillum acta Ephesini concilii irritasse, Sixtum Nestorii condemnationem improbasse, in vulgus sparserant. Ut ergo Cyrillus excogitatum mendacium refelleret, ad se transmissam hanc Sixti pontificis epistolam publice recitavit.

Orientalium in Cyrillum convicia.

a EPISTOLA II.

SIXTI PAPÆ III.

AD JOANNEM ANTIOCHENUM EPISCOPUM.

De Nestoriana hæresi condemnata, & pace cum Cyrillo inita, Joanni Antiocheno gaudens gratulatur, &c.

Sixtus Joanni episcopo Antiocheno.

SI ecclesiastici corporis gloriam, si ejus integritatem dilectio tua, &c. *Extat in Conc. Ephes. supra par. 3. cap. 42.*

NOTA SEVERINI BINII.

a *Epistola*.) Hæc epistola Nestorianorum calumniis de Sixto pontifice sparsis, quasi is depositionem Nestorii, initamque Joannis cum Cyrillo concordiam insenso animo tulisset, perspicua confutat. Romanos pontifices antiquitatis ecclesiasticæ conscientissimos, & novitatis hostes infestissimos esse, Vincentius Lirinensis adversus hæreses cap. ult. hinc probat. *Res commota, inquit, novis commotos, abundeque suffecerat ad monitorem obvendas, tamen ne quid deesset tanta plenitudini videretur, ad perfectionem adjecimus geminum apostolicæ sedis antistitum; unum scilicet S. papæ Sixti, qui nunc Romanam ecclesiam venerabundus illustrat, alterum præcessoris sui beatæ memoriæ papæ Cœlestini; quorum hic quoque interponere necessarium judicavimus. Ait itaque papa Sixtus in epistola, quam de causa Nestorii Constantinopolim missa episcopis: Ergo, inquit, quia sicut ait apostolus, fides non est omnium obtinentis, dicenda credamus, & tenenda dicamus. Tandem illa, quomodo tenenda & credenda, prosequitur, & ait: Nihil ultra licere novitati, quia nihil addi conveniens retulerit. Perspicua majorum fide & credulitas nulla cum parvitatis turbatur*, &c. Baron. ann. 431. num. 16. & 17.

Occasio revocandi epistolam quæ lucrit.

Eph. 4.

* EPISTOLA III.

SIXTI PAPÆ III.

AD ORIENTALES EPISCOPOS

Sixtus episcopus, omnibus orientalibus episcopis in domino salutem.

GRatias vestræ referimus sanctitati, quod in tribulatione & persecutione nostra nos visitare misistis, & causæ nostræ finem bonum scire & esse optastis, precibusque Deum exorastis, ut mihi in tribulatione succurreret mea, meque adjuvaret, & ab æmulis tribulantibus & persequentibus me liberaret. O quam bona * est caritas, quæ absentes per imaginem, præsentibus sibimetipsis exhibet per amorem: divisa quoque unit, & confusa ordinat, inæqualia sociat, imperfecta confirmat. Quam recte prædicator egregius, apostolus videlicet Paulus, *vinculum perfectionis vocat*: quoniam virtutes quidem ceteræ perfectionem generant, sed tamen eas caritas ita ligat, ut ab amantis mente dissolvi jam nequeant. Hac quoque virtute, fratres, plenos vos Spiritus sancti gratia ego reperio, dum solatiari mihi in meis anxietatibus sentio. Nec mirum, carissimi, si me persequuntur æmuli mei, cum caput nostrum, quod est Christus, olim æmuli sanctæ Dei Ecclesiæ, servorumque ejus, sint persecuti. Unde & ipsa per se veritas dicit: *Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus?* Quæ iterum dicit: *Si de hoc mundo essetis, mundus, quod suum erat, diligeret. Sed quia de hoc mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* Hæc fratres, cum & nos sciamus, & aliis nos sæpe dicamus, vosque ea perfecte scire non dubitemus, propter insidiantium vituperationes, aut accusationes, vel propter adulantium laudationes, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinare debemus: sed inter * verba laudantium sive vituperantium ad mentem semper recurrendum est. Et si in ea non invenitur bonum, quod de nobis dicitur, magnam tristitiam generare debet. Et rursus, si in ea non invenitur malum, quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus lætitiam prosilire. Quid enim si omnes laudent, & conscientia

* Fidei admodum suspecta, imo nulla.

* S. Greg. lib. IV. ep. 30.

Colos. 3.

Eph. 4. & Ibid. 5. & ad Colos. 1.

Matth. 10.

Joan. 15.

* Greg VIII ep. 45. 11. quæst. 4. Inter verba.

tia nos liberos demonstret? Habemus Paulum dicentem: *Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ*. Job quoque dicit: *Ecce in cœlis testis meus*. Si ergo est nobis testis in cœlo, testis in corde, dimittamus stultos foris loqui quod volunt. Quid enim aliud detrahentes faciunt, nisi in pulverem sufflant, atque in oculos suos terram excitant, ut unde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen sunt etiam ipsi, & tranquille admonendi, eisque satisfieri modis omnibus debet, scientes quod de Judæis veritas ait: *Ne forte scandalizemus eos*. Si autem satisfieri sibi ex veritate noluerint, habes consolationem, quam in evangelio adspicias: quia cum domino dictum fuisset: *Scis quia audito hoc verbo scandalizati sunt; Respondit: Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum*. Beatus quoque Paulus apostolus admonet, dicens. *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes*. Dicturus: *Cum omnibus hominibus pacem habentes*: quia hoc difficile esse perspexit, præmisit: *Si fieri potest*. Et subjunxit quod potest fieri, cum dicit: *Quod ex vobis est*. Quia si nos in mente caritatem erga odientes servare cupimus, etsi illi pacem nobiscum non habent, nos tamen cum illis sine dubio habemus. Quod ergo mandastis, ut scriberem vobis, qualiter instans jurgium contra me suscitatum sit, vel a quo, ut vestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur: scitote me criminari a quodam Basso, & injuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus, nostra auctoritate synodum congregari jussit. Et facto concilio, cum magna examinatione, satisfaciens omnibus, licet evadere satis aliter potuissem, suspicionem tamen fugiens, coram omnibus me purgavi me scilicet a suspicione & æmulatione liberans, sed non aliis, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendo formam, exemplumque dans, cum * scriptum sit: Si quis crimen objicere voluerit, scribat se prius probaturum. Et alibi: Criminationes adversus doctorem nemo * recipiat. Et iterum: Si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud episcopum a qualibet persona fuerint accusati, quicumque fuerit, sive ille sublimis vir honoris, sive ullius alterius generis persona, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, noverit, docenda * probationibus, monstranda documentis, se debere inferre. Si quis * ergo circa hujusmodi personas non probanda detulerit, intelligat se jacturam infamiæ sustinere, & sub magna excommunicatione * exilio deportari. Ista omnia postposui, non aliis (ut paulo superius prælibatum est) exemplum dando, sed me a præfata infamia & suspicione liberando. Condemnatus est autem memoratus Bassus a jam dicta synodo, ita tamen, ut in ultima die viaticum ei non denegetur, propter humanitatem pietatis ecclesiæ. Valentinianus quoque antedictus imperator scripto eum condemnavit, cum Augusta matre Placidia, & omnia prædia facultatum ejus, futuris de talibus dans hominibus formam ita faciendi, ecclesiæ catholicæ sociavit. Sæpe dictus ergo Bassus, nutu divino non multo post moritur. Cujus corpus, licet dignum non esset sepultura, propter misericordiam tamen sepelivi eum in cubiculo parentum ejus. Et quamquam ipse erga me stulte & imprudenter egisset, ego vero misericorditer circa eum egi, cogitans illud quod dominus in evangelio loquitur, dicens: *Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra*. Et in ipsa dominica oratione, quam salvator noster discipulos orare docuit, quotidie supplicando domino dicimus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. Et multa sunt alia his similia. His ita de me peractis, quia contra voluntatem omnium episcoporum, qui nobiscum erant, propter humilitatem sensus mei, nullo * cogente judicio, aut vim passus, sed sponte eligens, hæc, nec formam, ut jam dictum est, * aliis tamen episcopis competens * adhibenda est talibus medicina vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera captis peste nihil possit, sed segnius * tracta pernicies, reatu non legitime curationis, involvat pariter sauciatos & medentes. Ob id ergo statuentes decernimus, ut hi qui non sunt bonæ conversationis, &c. *quæ ponuntur Tom. I. supra in epistola* 3. *Fabiani, a principio usque ad finem*. Data Kalendas Aprilis Valentiniano & Floriano * viris clarissimis consulibus.

a Cor. 1. Job 16.

Matth. 15.

Rom. 12.

2. quæst. 4. Mandastis ut scriberem

* Hadr. 48. 67. &c.

* 3. quæst. 8. Qui crimen objicit, & 3. q. 6 qui crimen objicit, & in decr. In noc. lib. 2

* suscipiat.

2 quæst. 7. Si quis episcopus, presbyter.

* Vide const. 41. tit. 3. l. xvi. cod. Theodos.

* autem contra

* in exilium 2 qu. 8. sententiatur, qui crimen objicit. Vide librum pontificalem.

Matth. 6.

Ibid.

Idem habetur supra in dec. Feb. papæ.

* compulsus.

* aliis dando, sed me purgando feci in aliis.

* Felix III. ep. 7.

* tractata

* Falsa hæc consulum notatio.

Nota Severini Binii.

a *Epistola*.) Magna pars hujus epistolæ, quam supra notavimus, recitata est hic verbo tenus ex epistola tertia Fabiani pontificis. Addita ad finem epistolæ temporis & consulum nota, plane surreptitia est. Nam ex libro pontificali constat, Sixtum quinto Kalendas Aprilis vita defunctum esse. Valentinianum in consulatu Florentium collegam habuisse, emendatioribus consularibus fastis repugnat. Eadem igitur censura esto * de additamento & nota consulari hujus epistolæ. Hæc ex Baron. anno 433. num. 36.

Nota consularis perstringitur censura.

* Imo nihil non in ea aliunde assumtum

CONCILIUM ANTIOCHENUM

Et alia in Oriente.

Occasione rei cum Cyrillo componendæ coacta anno 432.

Ex Suppl. Maiff. p. 315.

CUm Theodosius imperator curam in se suscepisset tantum episcoporum dissidium conciliandi, Aristolaum Tribunum misit Antiochiam cum epistolis pacem illam suadentibus, aut potius imperantibus. Collecti tunc ibi in concilium episcopi Joannes Antiochenus, Alexander Hierapolitanus, Macarius Laodiceæ, Andreas Samosatæ, Theodoretus Cyri & Acacius Berrhœæ propositiones quasdam dederunt ad S. Cyrillum Alexandrinum per eumdem Aristolaum transmittendas, ut in ipso pacis limine illas admitteret. Concilium istud perspicue exprimitur in Synodico cap. LIII. in quo & episcoporum illorum nomina recensentur. Ex quibus habes concilium aliud Antiochenum, in quo ipsa pacis cum Cyrillo componen-

nendæ præliminaria decreta sunt. His oneratus mandatis Aristolaus, cui adjectus est socius Maximus Magistrianus, ut ex cap. LV. synodici discimus, Alexandriam perrexit ad Cyrillum, a quo literæ datæ sunt ad Acacium Berrhœensem significantes paratum se quidem esse ad omnia, id vero unum recusare, ut ea quæ in Nestorium scripserat retractaret, *Synod. cap. LV.* His acceptis Acacius de omnibus certiorem fecit Alexandrum Hierapolitanum, ad quem pariter easdem Cyrilli literas transmisit, simulque eumdem Alexandrum his verbis rogavit: *Si sicut scripsisti nunc usque pedibus doles, scribens ad nos acquiesce ad ea quæ nos rescribimus cum concilio Deo amatissimi atque sanctissimi Joannis episcopi, & Pauli Emesæ ac reliquorum qui Antiochiæ reperti fuerint Domini episcopi. Ipsum vero descriptum epistolæ cum eis literis destinavi Domino meo Deo amicissimo Theodoreto, rogans eum ut veniat usque ad nos.* Eædem S. Cyrilli litteræ per aversæ factionis episcopos evulgatæ varie varios affecerunt. Alii enim literas illas orthodoxas agnoscebant, contendebantque Cyrillum plane opposita in illis tradere iis dogmatibus, quibus sua adversus Nestorium scripta inserserat; censere proinde, ut Cyrillus in communionem ea conditione reciperetur, si sua adversum Nestorium scripta damnaret. Ita in rebus hisce turbidis agendum plures opinati sunt; nec sane ista ab iis pacis conditionibus abhorrebant, quæ per concilium Antiochenum Ægyptiis episcopis, eidem in primis S. Cyrillo oblatæ sunt. Mitiora consilia alii approbabant, admittendam rati S. Cyrilli communionem, sed Nestorium inauditum, ut ipsi quidem ajebant, a communione repelli non sustinebant. Ita judicatum est in eo concilio episcoporum, cui Theodoretus Cyri episcopus vel adfuit, vel præfuit, ejusque meminit in suis ad Himerium literis his verbis: *Hæc vero non ego solus, sed omnes sanctissimi hujus regionis episcopi habito concilio deliberavimus.* Ita legit Synodicon adversus tragœdiam Irenæi cap. 71. pro eo quod in codicibus Marii Mercatoris est: *habito consilio deliberavimus*; quam lectionem improbandam esse suadet tota epistolæ hujus series, quæ coitionem quamdam episcoporum crebro obtrudit, phrasibus illis: *Deliberavimus ut si receperit Sanctitas tua &c.* tum aliud: *In præsenti quod amplius expedit sumus amplexi &c.* Ex his ergo constare arbitror concilium quoddam statuendum esse ex Syriæ episcopis collectum in quo hæc stabilita sunt, quæ Theodoretus in eadem epistola commemorat. Locus quo episcopi convenerunt non alius censeri posset ab Antiochia totius Syriæ metropoli, nisi id epistolæ illi Theodoreti repugnaret. Affirmat enim ille se olim Antiochiam ventitasse, jam vero tandem *a multo jam tempore in domo habitare, atque illic quiescere elegisse.* Non ergo synodus ista, cui Theodoretus interfuit, Antiochiæ haberi potuit. Quin nec de Berrhœensi synodo hæc dicta accipi possunt; cum synodum a suæ provinciæ episcopis habitam scribat Theodoretus; constat autem nec Berrhœam, nec Antiochiam ejusdem fuisse provinciæ cum Cyro, seu potius Cyrrho, quam urbem Theodoretus gubernabat. In locum igitur incertum provinciæ suæ Euphratensis episcopi illi convenerunt, habueruntque concilium, quod a me primo nunc in lucem extrahitur.

Aliis denique episcopis Joanni Antiocheno faventibus, pacis, quocumque tandem honesto pretio cum Cyrillo redimendæ, consilium placebat. In tanta ergo sententiarum varietate, quam maxime sequeretur incertus Joannes Antiochenus, Berrhœam perrexit ad Acacium ejus urbis episcopum ætate grandævum, cum eo de re tota deliberaturus. Quid ibi actum sit, verbis ipsis Joannis ad Alexandrum Hierapolitanum scribentis (Synod. cap. 76.) referre libet; *Fui in Berrhœa; & dum multa nobis hic exercitatio facta fuisset, & communis pater dominus meus Acacius sanctissimus Episcopus omne bonum moveret, ut ecclesiarum status in semetipsum redeat, placuit, ut rogatus a nobis dominus meus religiosissimus, & communis frater dominus meus episcopus Paulus, ad Ægyptum iter assumat pro pace universali, ut ibi conflictu habito, per vivam vocem quæ dicuntur ad majorem manifestationem clariorémque perveniant.* Missio hæc Pauli a concilio quodam Berrhœæ habito profectam scriptores omnes merito censent, neque enim tanti moliminis res absque concilio perfici mos erat. Erratum est tamen hic a multis, quod concilium hoc Berrhœense unum idemque censuerint cum Antiocheno, ita ut Patres Antiochiæ primum concilium cœperint, Berrhœæ absolverint. Revera tamen Antiochenum & Berrhœense concilium duo sunt inter se plane diversa. In Antiocheno concilio decem pacis cum Cyrillo componendæ conditiones decretæ sunt, quas ad S. Cyrillum Aristolaus Tribunus detulit, ut ex epistolis 55. & 56. Synodici adversus tragœdiam Irenæi docemur. Intra hanc missionem Aristolai definitum est concilium illud Antiochenum; statimque dimissi sunt episcopi & cœtus solutus. Hinc de hoc concilio veluti jam absoluto meminit Alexander episcopus Hierapolitanus in epistola inserta synodici cap. 58. *quando adveniente mirandissimo Aristolao ..... euntes ad Antiochiam concilium fecimus.* Eo igitur Antiochensi concilio plane absoluto, iterum post aliquot menses Joannes Antiochenus concilium novum Berrhœæ coegit, in quo decreta est missio Pauli episcopi ad Ægyptum, datis illi pariter ejusdem pacis legibus, quas olim concilium Antiochenum proposuit. Id plane docet epistola Joannis Antiocheni ad Alexandrum Synod. cap. 77. *propositiones meas illas decem quas communiter composuimus* (utique in Antiocheno concilio) *portans* (Paulus) *recessit. Et verisimile est quod vir ille voluit majorem quamdam satisfactionem perficere, super eas impetrabit.* Nec spes fefellit Joannem; Paulus enim ille Emesenus episcopus ita rem totam cum Cyrillo tractavit, ut pacem composuerit. Totam pacis hujus historiam legas in epistola S. Cyrilli ad Theognostum, cæterosque Apocrisiarios suos Constantinopoli degentes, quæ inserta est in Synodico cap. 85. Porro concilium Berrhœæ revera habitum fuisse non obscure docet author Synodici adversus tragœdiam Irenæi cap. 161. his verbis: *Sanctus Joannes Antiochenus præsul cum adunatis sibi episcopis suis, idest magno illo sene Acacio Berrhœensi & Paulo Emeseno & aliis simili hæc intentione tolerabat*; in bonum nempe pacis tolerabat, ut factionis suæ episcopi ita communioni cum S. Cyrillo consentirent, ut damnare tamen Nestorium ipso ejus nomine expresso non cogerentur. Id vero nonnisi in Berrhœensi concilio deliberatum credo: quamquam enim con-

cilii Berrhœensis patres Nestorium vel ipso expresso nomine damnarunt, forte tamen id ab Episcopis, qui concilio non interfuerant, minime exegerunt.

a CONCILIUM ALTERUM ANTIOCHENUM,

Quo Joannes Antiochenus Nestorium condemnavit, & cum Cyrillo pacem inivit.

ANNO CHRISTI 431.

Locus & occasio concilii.

a *Concilium.*] Hic conventus episcoporum Syriæ celebratus est Antiochiæ hac occasione, Theodosius imperator, consilio Maximiani Constantinopolitani episcopi, decreverat Cyrillum & Joannem Antiochenum Nicomediam convocari, atque utrumque ibidem tamdiu detineri, donec inter se pacem & concordiam composuissent. Executio rei Aristolao viro integro & prudenti tribuno atque notario commissa est: adhibiti sunt pacis sequestres, Acacius Berrhœensis, & Simeon Stylites anachoreta sanctissimus. Imperator concilium per literas, quæ extant supra in Concilio Ephesino, pagin. 279. indicavit. Joannes Antiochenus his omnibus acceptis, omnes illos episcopos Syriæ, quibus hactenus adversus Cyrillum aliosque orthodoxos Ephesi congregatos comministris usus erat, convocavit, ut prævia consultatione, quid hac in re facto opus esset, decernerent. Post aliquantulam deliberationem, ne Joannes ex mandato imperatoris ad dicendam causam Nicomediam proficisci cogeretur, communi sententia placuit omnibus; Primo damnationem hæresis Nestorianæ una cum suo auctore Nestorio, sicut Theodosius suis literis admonuerat faciendum, ratam esse habendam. Secundo judicarunt communicationem cum Romano pontifice, Cyrillo Alexandrino, omnique catholica ecclesia, a qua hactenus schismate præcisi fuerant, esse redintegrandam. Quæ cum Aristolaus imperatoris legatus approbasset, nullum amplius de proficiscendo Nicomediam Joanni negotium facessivit; utpote qui hac via concordiam inter dissidentes episcopos conciliandam fore conspiceret. His de rebus ex synodo ad Sixtum Romanum pontificem literas scripserunt. Cyrillo quidem eadem significarunt; sed non prius epistolam suam de damnatione Nestorii & communicatione cum catholicis inita, per Paulum Emesenum legatum suum exhiberi voluerunt, quam Cyrillus in suspicionem hæreseos Apollinaristarum adductus, confessionem fidei suæ edidisset, suaque capitula tamquam erronea condemnasset. Quod cum ille constanter recusasset, utpote qui nihil aliud de fide sentiret, quam quod antecessor Athanasius tradidisset; quique suas epistolas, facta collatione originalium, ab hæreticis depravatas esse ostendisset, Joannis Antiocheni & collegarum ejus literas publicavit. Recitatis vero eorum libellis non aliter acquievit Cyrillus, ut patet ex ejus epistola p. 347. ad Dynatum; quam Joannes Antiochenus illi subscripsisset, sociique ejus episcopi Nestorii dogmata manifestius anathematizassent, confessique essent illum se pro deposito habere, & ordinationi Maximiani episcopi Constantinopolitani consensissent. Et quamquam cunctationem Aristolaus moleste ferret, tamen conditionibus requisitis obtemperatum fuit. Joannes Antiochenus subscripsit, ejusque collegæ expresse Nestorii dogma anathematizarunt, Nestorii depositionem & Maximiani surrogationem approbarunt, ac tandem petitam communionem impetrarunt. Ita arbitrio Cyrilli cuncta adversus Nestorium gesta feliciter transacta fuerunt. Hæc ex epistola Cyrilli p. 347. ad Dynatum, Baronius anno 432. num. 42. & sequentibus usque ad 69.

Pacis sequestres qui?

Acta concilii.

Cyrillus Apollinaristarum hæreseos insimulatur.

Joannes & Cyrillus conciliantur.

ANNO CHRISTI 431.

Observatio P. Antonii Pagi ad Ann. Christi 432. nu. 9. & seqq.

B Garnerius Tom. II. oper. M. Mercatoris pag. 274. referens Excerpta Mercatoris ex epistolis, & libris quinque Theodoreti, in quibus Mercator de Theodoreto ait: *Aliam quoque scripsit ad Andream Samosatenum episcopum: Lectis S. Cyrilli Pontificis Alexandrini literis a Berrhœa discessit*: asserit inde non obscure conici, synodum, quæ a Joanne Antiocheno, dum pacis negotium tractaretur, habita scribitur apud Acacium, Berœrhæ, non vero Antiochiæ, ut communiter traditur, celebratam fuisse. Verum Lupus in Scholiis ad cap. 53. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi ostendit, eum hac in re varie lapsum, Synodumque partim Antiochiæ, partim Berææ habitam; id enim diserte scribit S. Cyrillus ad Acacium Melitinensem Episcopum: *Orientales Episcopi apud Berrhœensem Acacium congressi, scribi ad me curarunt conventionis modum, nisi eo modo, quem ipsi præscriberem, fieri non debere*: Nempe Acacius annos centum & decem natus itineri sese committere non poterat, nec ad Patriarchales Synodos accedere; idcoque Patriarcha ad ipsum vocabat. Notanda enim sunt verba hæc: *Scribi ad me curarunt*. Decipitur secundo Garnerius, quod Theodoretum huic pacificatoriæ Synodo non interfuisse dicat: Synodicon enim adversus Tragœdiam Irenæi testatur Theodoretum huic Synodo adfuisse. Imo cap. 54. refertur Epistola Alexandri, Andreæ, & Theodoreti ad Helladium Tharsensem Episcopum ex ipso Concilio data, in qua legitur: *Introivimus Antiochiam convocati, & invenimus per divinam gratiam vera non esse, quæ fuerant diffamata; & inimicorum veritatis superfluam verbositatem, & arcanis plenam. Habentes igitur de his, quæ sunt agenda, Concilium, & invenientes quia solus pietate etiam de pace oportebat cogitare, quædam propositiones direximus &c.* Fallitur præterea, dum dicit, quod Synodus in laudata ad Samosatenum Andream Epistola scribatur acta apud Acacium, quod tamen in ea non legitur. Porro Synodum Antiochiæ habitam demonstrat Alexandri Hierapolitani Metropolitæ Epistola ad Theodoretum, quæ est C. Synodici: *Tunc*, inquit Alexander, *in Antiochia inter nos locuti sumus, dicentes quod si Cyrillus illam conditionem suscepisset, abjecerit quæ capitula, pacem fieri convenit*. Ubi palam agit de hac Synodo, indicatque Patriarcham Joannem prius cum Alexandro ipso, Meletio Mopsuestenæ Episcopo ac Theodori successore, Andrea Samosatenæ Episcopo, ac Theodoreto, sacram Principis jussionem discussisse, & certam de ejus executione formam concepisse, & tunc cum istis transisse Berrhœam omnia communicaturum Acacio, qui eam formam approbavit, indeque solo suo nomine ad Cyrillum scripsit. Hinc & Cyrillus non isti Synodo, sed soli Acacio rescripsit, literasque non Antiochiam, sed Berrhœam direxit. Hæc Cyrilli Epistola quinquagesima sexta est citati Synodici. Eam Acacius mox Joanni, is aliis sibi fidis Episcopis communicavit; & de ipsis a se discussis Theodoretus scripsit ad Andream Epistolam, quam M. Mercator nobis conservavit. Hinc Mercator dicit, ipsum scripsisse, *lectis S. Cyrilli literis a Berrhœa discessit*. Quare recte asserit Lupus hanc Synodum fuisse Antiochenam & Berrhœensem, Antiochiæ ceptam, & Berrhœæ absolutam, quod postea fusius est idem Garnerius in dissertat. 2. de Conciliis in causa Nestorii habitis, quando de hac Synodo locutus est. *Hactenus Pagius, qui plura deinde subjectis hujus Antiochenæ Concilii historiam illustrantia.*

CON-

CONCILIUM ZEUGMATENSE,

Habitum anno CCCCXXXII.

Ex nota Balazii Collect.

MUltam contradictionem passam esse pacem, quæ inter Cyrillum Alexandrinum & Joannem Antiochenum constituta est, satis probant testimonia veterum scriptorum, in primis vero ea quæ habentur in synodico adversus Tragœdiam Irenæi. Theodoretus sane Cyrensis Episcopus graviter illam & iniquo animo tulit, ac ferme statim post eam initam scripsit ad Alexandrum Episcopum Hierapolitanum de congregandis propterea provinciæ Euphratesiæ Episcopis apud Hierapolim aut Zeugma, præcipue vero Andrea Samosateno. Elegit Alexander Zeugma, ad eumque locum evocavit Andream, qui mox datis ad Alexandrum literis pollicitus est se adfuturum. Quid in eo conventu actum sit ignoramus, nisi quod certum est in eo decretum fuisse, ne quis susciperet dispensationem, quæ sub pacis obtentu facta erat a Joanne. Ista nos collegimus ex capitibus 214. 217. & 225. synodici adversus Tragœdiam Irenæi.

a CONCILIUM ROMANUM

b A SIXTO PONTIFICE, AD SUI EXPURGATIONEM INDICTUM ET CONGREGATUM.

Collectiones Sixti Papæ, quas collegit, impetitus a Mariniano & Basso.

CAPITULA SEQUENTIS PROCESSUS HABITI CIRCA SIXTUM PAPAM III.

I. *De Crescentio, quod omnes facultates suas ecclesiæ dereliquit, & de Octavio servo Mariniani.*
II. *De Epiphanio, eo quod Bassus prædia ejus occupasset.*
III. *De ingenuitate Epiphanii.*
IV. *De accusatione Sixti episcopi.*
V. *De Valentiniano imperatore & Sixto episcopo convenientibus in basilica Heleniana in Sessorio.*
VI. *De condemnatione Bassi & Mariniani.*

IPSE SIXTUS COLLIGI PRÆCEPIT, VALENTINIANO ET ANATOLIO VIRIS CLARISSIMIS CONSULIBUS.

CAP. I.

CRESCENTIUS quidam timens Deum, quas ex nobilitate composuerat per annos vitæ suæ, omnes facultates suas ecclesiæ reliquit, in integro fecit ecclesiam, hæredemque instituit. In qua dimisit prædium in partes Siciliæ, quod nominatur Argianum, quod præstat solidos septingentos. Huic prædio proxime non longe erat prædium Mariniani. Veniens autem in urbem Romam Octavius servus Mariniani, & laudavit prædium Ecclesiæ. Tunc Marinianus pergit ad episcopum urbis Romæ Sixtum, & cœpit, rogans, postulare ab eo fundum supradictum ecclesiæ. Respondens Sixtus episcopus urbis Romæ, dixit: Nihil ex meis reditibus crevit ecclesiæ. Unde, carissime fili, pauperum senecta sublevari desiderat, nec veni ecclesiam subvertere. Hoc audito, Marinianus habuit in semetipsum, & discessit ab eo.

CAP. II.

Epiphanius igitur ingenuus ex nobilibus parentibus procreatus & facultatibus. Hic nutritus fuerat, quasi in domo Bassi exconsulis. Litigies ergo inter servum Bassi & Epiphanium

CAP. I.

CRESCENTIO quidam timens Deum ex nobilitate, cum poneret annos vitæ suæ, omnes facultates suas ecclesiæ reliquit. In integro fecit ecclesiam hæredem atque instituit, in quibus dimisit prædium in parte Siciliæ, quod nominatur Argianum, quod præstat solidos septingentos. Latus hoc prædium proxime non longe erat prædium Mariniani. Veniens autem in urbem Romam Octavius servus Mariniani, intimavit ei Mariniano, & laudavit prædium ecclesiæ. Tunc Marinianus pergit ad Episcopum urbis Romæ Sixtum, & cœpit rogans postulare ab eo fundum supradictum ecclesiæ. Respondens Sixtus episcopus urbis Romæ, dixit: Nihil ex meis reditibus crevit ecclesiæ. Unde, carissime fili, pauperum senecta sublevare desiderat, & ecclesiam non subvertere. Hoc audito, Marinianus habuit in semetipsum, & discessit ab eo.

CAP. II.

Epiphanius igitur ingenuus ex nobilibus parentibus procreatus est, & facultatibus hic nutritus est, fuerat quasi in domo Bassi exconsulis. Litigies ergo inter servum Bassi & Epi-

a Acta Synodi Romanæ de causa Sixti III. Pontificis Rom. stupro accusati a Basso Exconsule, in qua dicitur purgatus Clero, Senatu, & Imperatore præsentibus, falsis Consulum notis consignantur, & anachronismis scatent. Nec ullum robur illis accedit ex Epistola Sixti ad Episcopos Orientales, cum contexta sit ex sententiis Concilii Tolletani VIII. Felicis III. Gregorii Magni, Hadriani I. Codicis tum Theodosiani quam Justinianei, Ariani interpretis, & Sixti Pythagorei. *Pagius ad an. Ch. 433. an. 14.*

nascitur eventu. Hic venit ad Sixtum episcopum, & cœpit rogare eum, ut ingenuitas ejus servaretur per ecclesiam. Veniens autem Sixtus episcopus urbis Romæ ad Bassum, cœperat rogare eum de ingenuitate munimentum. Iratus autem Bassus, respondit ad Sixtum episcopum: Nemo enim judicavit dominum in consilio servi. Nam & misit, & universa prædia ejus occupavit.

CAP. III.

Exiens autem & Sixtus episcopus, venit ad Valentinianum Augustum, & cœpit rogare eum de ingenuitate Epiphanii, tum ut chirographo Augusti munitus, per ecclesiam vindicaretur. Et cœpit studiose, sicut decet semper, sublevare gravatos. Iratus autem Marinianus, de his quæ supradicta sunt, venit ad Bassum, dicens, quasi de malitia Sixti episcopi, & quod per Petrum audierat servum episcopi Sixti, eo quod consecratam Chrysogonem stuprasset.

CAP. IV.

Consilio inito cœperunt ambo accusare eum apud Augustum Valentinianum, ita ut accenderetur Augustus vel mater ejus furore, & suspenderunt se abinvicem a communione. Sixtus autem episcopus urbis Romæ, sciens omnia quæ de eo ad Augustum intimabantur, & quia a communione multus populus Romanus se irrigerat, venit in basilicam beati Petri apostoli, & fecit quasi suprascriptum verbum, & per Leonem diaconum populo enarrabat, dicens: Si delicta mea contra me sunt semper, probatio quare non? & cœpit omnis plebs urbana clamare, ut dicta ejus Augustus vel clerus urbis Romæ probaret examine.

CAP. V.

Audito hoc, Augustus Valentinianus dixit: Pia petitio. Jussit fieri secundum dicta, & rogavit universum senatum urbis Romæ. Et Sixtus episcopus rogavit presbyteros urbis Romæ vel clerum, nam & monasteria servorum Dei, & sederunt in uno conflictu in basilica Heleniana, quod dicitur Sessorium, & cœpit studiose clamans dicere ad Augustum: Intrent qui separaverunt filium a matre ecclesia, & corroborent universa velamina cordis mei. Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus, & dixit: Justa petitio. Non abscondatur. Erant enim ibi patricii & consules isti: Paterius exconsul, Anatolius exconsul, ipse Bassus exconsul, & Marinianus patricius, Albinus patricius, Sigisbuldus patricius, Honoratus patricius, &c.

Presbyteri autem urbis Romæ omnes quadraginta octo, diacones quinque. Introivit enim Epiphanius presbyter, & dixit cum lacrymis: Fiat probatio, ut ecclesia non maculetur. Respondit Maximus exconsul, & dixit: Non licet enim adversus pontificem dare sententiam. Respondit Sixtus, & dixit. Quoniam in meo arbitrio est judicare, & in judicare tamen meo non abscondatur veritas. Respondit Augustus Valentinianus, & dixit ad Bassum: Confitere publice universas intimationes tuas, quoniam si non probaveris, eris obnoxius ecclesiæ & pontifici. Nam & damnatio tibi commanet. Et iterum Augustus dixit ad Maximum: Parens maxime justa fuit postulatio tua. Levavit se Augustus, & dedit in arbitrio Sixti episcopi judicare judicium suum. Et discesserunt cum Augusto omnes. Et erat sicut in pristino unita ecclesia, ita ut cum gaudio, &

A phanium nascitur. Eventus hic venit ad Sixtum, & cœpit rogare eum, ut ingenuitas eius servaretur per Ecclesiam: veniens autem Sixtus urbis Romæ ad Bassum, cœpit rogare eum de ingenuitatis munimento. Tum iratus autem Bassus, respondit ad Sixtum episcopum. Nemo enim judicabit dominum in consilio servi. Nam & misit, & universa prædia occupavit.

CAP. III.

Exiens autem Sixtus episcopus, venit ad Valentinianum episcopum, & cœpit rogare eum de ingenuitate Epiphanii, tantum ut chirographo Augusti munitus per ecclesiam vindicaretur. Et cœpit studiose, sicut decet ecclesiam B semper, sublevare gratis. Iratus autem Marinianus, de quo supradicta sunt, venit ad Bassum, dicens quasi de malitia Sixti episcopi, & quod per Petrum audierat servum episcopi Sixti, quod consecratam Chrysogonitem stuprasset.

CAP. IV.

Consilio inito, cœperunt ambo accusare eum Valentiniano Augusto, ita ut accenderetur Augustus vel mater ejus furore, & suspenderunt se ab invicem a communione. Sixtus autem episcopus urbis Romæ, sciens omnia quæ de eo ad Augustum intimabantur, & quia a communione multus populus Romanus erigerat, venit in basilicam beati Petri apostoli, & fe- C cit quasi supra scriptum verbum, & per Leonem diaconum populo enarrabat, dicens: Sic delicta mea contra me sunt semper, probatio quare non fit? Et cœpit omnis urbana plebs clamare, ut dicta ejus Augustus vel clerus urbis probaret examine.

CAP. V.

Audito hoc, Augustus Valentinianus dixit: Pia petitio. Et jussit fieri secundum dicta. Et rogavit universum senatum urbis Romæ. Et Sixtus episcopus rogavit presbyteros urbis Romæ, & clerum, nam & monasteria servorum Dei. Et sederunt in uno conflictu in basilica Heleniana quæ dicitur Consorium. Et cœpit studiose clamans dicere ad Augustum. Intrent D qui separaverunt filium a matre ecclesia, ut corroborent universa velamina cordis mei. Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus, & dixit: Justa petitio non abscondatur. Erant ibi patricii & consules isti: Paterius exconsul, Anatolius exconsul, ipse Bassus exconsul, & Marinianus patricius, Sigisbuldus patricius, Honoratus patricius, &c.

Presbyteri autem urbis Romæ omnes quadraginta novem. Introivit enim Epiphanius presbyter, & dixit cum lacrymis: Fiat probatio, ut ecclesia non maculetur: Respondit Maximus exconsul, & dixit: Non licet enim adversus pontificem dare sententiam. Respon- E dit Sixtus, & dixit: Quoniam in meo arbitrio est judicare, & non judicari, tamen non abscondatur veritas. Respondit Augustus Valentinianus, & dixit ad Bassum: Confitere publice universas intimationes tuas, quoniam si non probaveris, eris obnoxius ecclesiæ, & pontifici, nam & damnatio tibi commanet. Et iterum Augustus dixit ad Maximum: Parens maxime, justa fuit postulatio. Levavit se Augustus, & dedit in arbitrio Sixti Episcopi judicare judicium suum. Et discesserunt cum Augusto omnes. Et erat sicut pristinum unita ecclesia, ita ut cum gaudio & joco discederet

Va-

Valentinianus Augustus a Sixto episcopo, exultans Mariniano & Basso.

C A P. VI.

Alia autem die fecit colligi omnes presbyteros urbis Romæ, & sedit in eodem loco, quia ibidem consistebat Augustus. Et fecit commune concilium, & damnavit Bassum & Marinianum, ita ut communione eos ambos unitos sublevaret. Et misit auctoritatis munimen per universos episcopos. Audientes hoc Bassus & Marinianus, cœpit Bassus graviter ferre, Marinianus deridere, ita Bassus ut omnes prædia sua, dum posuisset annos vitæ suæ, omnia ecclesiæ derelinqueret, ut ad communionem reverteretur, & non sublevaretur. Nam & Marinianus ore proprio clamabat, dicens: Scriptum est in verbis evangelicis: *Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis* Hoc cum audiret Sixtus, ait: Scriptum est in evangelicæ verbis doctrinæ: *Qui peccaverit in hoc sæculo, remittetur ei: qui autem in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro*. Et nec eos revocavit ad communionem, ita ut de sæculo ambo sic transirent. Et damnavit septimo Kalendas Septembris, ita tamen, ut Sixtus episcopus sedens in sede sua, sic se judicabat, dicens, & proferens evangelica per eamdem doctrinam dicebat: *Non est servus supra dominum, neque discipulus supra magistrum*: Et quia dixerunt Bassus & Marinianus, de peccatore, quod scorti assimilarem negotium, relegit evangelia in locum ubi scriptum est: *Sedente Jesu, & scribente digito in terra*, & quia non inveniebant Judæi quomodo eum damnarent, adulteram adduxerunt ei, & hoc respondit Jesus: *Si quis ex vobis sine peccato est, injiciat super istam lapidem*, & per hæc verba evangelica judicat sedem suam. Actum in basilica Heleniana.

Luc. 6.

Matth. 12.

Joan. 8.

joco discederet Valentinianus Augustus a Sixto episcopo, insultans Mariniano & Basso.

C A P. VI.

Alia autem die fecit colligi omnes presbyteros urbis Romæ, & sedit in eodem loco, quia ibidem consistebat Augustus, & fecit cum omnibus concilium, & damnavit Bassum, & Marinianum, ita ut communione eos ambos unitos sublevaret, & misit auctoritatis munimen per universos episcopos. Audientes hoc Bassus & Marinianus, cœpit Bassus graviter ferre, Marinianus omnia deridere, ita ut omnia prædia sua, quæ composuisset per annos vitæ suæ, omnia ecclesiæ derelinqueret, ut ad communionem reverteretur, & non sublevaretur. Nam & Marinianus ore proprio clamabat, dicens: Scriptum est in verba: *Dimittite, & dimittetur vobis: date & dabitur vobis*. Hoc cum audiret Sixtus, dixit: Scriptum est in evangelica verba doctrinæ: *Qui peccaverit in hoc sæculo, remittetur ei. Qui autem peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro*. Et eos revocavit ad communionem, ita ut de sæculo ambo sic transirent. Et damnavit eos sexto Kalendas Septembris, ita tamen, ut Sixtus episcopus sedens in sede sua, sic judicabat, dicens: *Non est servus supra dominum suum, neque discipulus supra magistrum*. Et quia dixerunt Bassus, & Marinianus, de me peccatore, quod scorti adsimilarem negotium, relegi evangelia in loco ubi scriptum est: *Sedente Jesu, & scribente digito in terra*, & quia non inveniebant Judæi quomodo eum damnarent, adulteram adduxerant ei. Et hoc respondit Jesus: *Si quis ex vobis est sine peccato, injiciat super istam lapidem*. Et per hæc verba evangelica judicabat sedem suam. Actum in basilica elementa. Hoc indiculum collegit archidiaconus presbyter, & ipse quasi in chartarium ecclesiæ collocavit.

Joan. 8.

Ibid.

Ibidem

Tertia Editio Processus Sixti Papæ III. e duabus præcedentibus conflata, & ad sensum aliquem reducta.

C A P. I.

VALENTINIANO & Anatolio viris clarissimis consulibus, Crescentius quidam ex nobilibus timens Deum, quas comperaverat per annos vitæ suæ omnes facultates suas ecclesiæ reliquit, & ex integro ecclesiam fecit hæredemque instituit, in qua dimisit prædium in partibus Siciliæ quod nominatur Arganum, quod præstat solidos septingentos. Secus hoc prædium proxime non longe erat prædium Mariniani. Veniens autem in urbem Romam Octavius servus Mariniani, intimavit Mariniano, & laudavit prædium ecclesiæ. Tunc Marinianus perrexit ad episcopum urbis Romanæ Sixtum, & cœpit rogans postulare ab eo fundum ecclesiæ supradictum. Respondens Sixtus episcopus urbis Romæ, dixit: Nihil ex meis reditibus, carissime fili, accrevit ecclesiæ, unde pauperum senecta sublevari desiderat nec ego veni ecclesiam subvertere. Hoc audito, Marinianus tabuit intra semetipsum, & discessit ab eo.

C A P. II.

Epiphanius igitur ingenuus ex nobilibus parentibus procreatus, & facultatibus dives, hic nutritus fuerat quasi in domo Bassi exconsulis. Litigium ergo inter servum Bassi & Epiphanium hoc eventu nascitur. Hic venit ad Sixtum episcopum, & cœpit rogare eum, ut ingenuitas ejus servaretur per ecclesiam. Veniens autem Sixtus episcopus urbis Romanæ ad Bassum, cœpit rogare eum de ingenuitatis munimento. Tum iratus Bassus, respondit ad Sixtum episcopum: Nemo judicabit dominum ex consilio servi. Nam & misit, & universa prædia ejus occupavit.

C A P. III.

Exiens autem & Sixtus episcopus, venit ad Valentinianum Augustum, & cœpit rogare eum de ingenuitate Epiphanii, tantum ut chirographo Augusti munitus, per ecclesiam vindicaretur. Et cœpit studiose (sicut decet ecclesiam semper) sublevare gravatos. Iratus autem Marinianus de his quæ supradicta sunt, venit ad Bassum, dicens quasi de malitia Sixti episcopi, & quod per Petrum servum episcopi Sixti audierat, eo quod consecratam Chrysogonitem stuprasset.

C A P. IV

Consilio inito, cœperunt ambo accusare eum Augusto Valentiniano, ita ut accenderentur Augustus & mater ejus furore. Et suspenderunt se abinvicem a communione. Sixtus autem episcopus urbis Romæ, sciens omnia quæ de eo apud Augustum delata fuerant, & quod ab

ab ejus communione multus populus se segregaret, venit in basilicam beati Petri apostoli, & fecit quasi supra scriptum verbum, & per Leonem diaconum populo enarrabat, dicens: Si delicta mea contra me sunt semper, probatio quare non fit? Et cœpit omnis urbana plebs clamare, ut dicta ejus Augustus & clerus urbis Romæ probarent examine.

CAP. V.

Hoc audito, Valentinianus Augustus dixit: Pia petitio. Et jussit fieri secundum dicta. Et congregavit universum senatum urbis Romæ. Et Sixtus episcopus congregavit presbyteros urbis Romæ, & clerum, nec non & monasteria servorum. Et sederunt in uno consessu in basilica Heleniana, quæ dicitur Sessorium. Et cœpit studiose clamans dicere ad Augustum: intrent qui separaverunt filium a matre ecclesia, * ut corroborent universa velamina cordis mei. Augustus autem Valentinianus tacebat. Respondit Leo diaconus, & dixit: Justa petitio non absconda tur. Erant enim ibi patricii exconsules isti, Paterius exconsul, Anatolius exconsul, ipse Bassus exconsul, & Marinianus patricius, Albinus patricius, Sigisbuldus patricius, Honoratus patricius, & præfectus urbis Euthymius, exprafectus urbis Valerius patricius, Claudius patricius, Fontejus exprafectus. Et advocati isti, Quintus, Deuterius, Alexander, Heliocarus. Presbyteri autem urbis Romæ 48. diacones 5. Introivit enim Epiphanius presbyter, & dixit cum lacrymis: Fiat probatio, ut ecclesia non maculetur. Respondit Maximus exconsul, & dixit: Non licet adversus pontificem dare sententiam. Respondit Sixtus, & dixit. Quamquam in meo arbitrio sit, judicer, an non judicer, tamen meo judicio non absconda tur veritas. Respondit Augustus Valentinianus, & dixit ad Bassum: confitere publice universas intimationes tuas, quoniam si non probaveris, eris obnoxius ecclesiæ & pontifici. Nam & damnatio tibi commanet. Et iterum Augustus dixit ad Maximum: Parens Maxime, justa fuit postulatio tua. Levavit se Augustus, & dedit in arbitrio Sixti episcopi, ut judicaret judicium suum. Et discesserunt cum Augusto omnes. Et erat sicut in pristinum munita ecclesia, ita ut cum gaudio & joco discederet Valentinianus Augustus a Sixto episcopo, insultans Mariniano & Basso.

CAP. VI.

Alia autem die fecit colligi omnes presbyteros urbis Romæ, & sedit in eodem loco, ubi consistebat Augustus. Et fecit commune concilium, & damnavit Bassum, & Marinianum, ita ut communione ambos simul * sublevaret. Et misit auctoritatis munimen per universos episcopos. Audiendo hoc Bassus & Marinianus, cœpit Bassus graviter ferre, Marinianus derridere, ita ut Bassus prædia sua, quæ per omnes annos vitæ suæ, omnia ecclesiæ derelinqueret, ut ad communionem reverteretur, & non sublevaretur. Nam Marinianus ore proprio clamabat dicens: Scriptum est in verbis evangelicis: *Dimittite, & dimittetur vobis. Date, & dabitur vobis.* Hoc cum audiret Sixtus episcopus, dixit: Scriptum est in evangelicæ doctrinæ verbis: *Qui peccaverit in hoc sæculo, remittetur ei. Qui autem peccaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec hic, nec in futuro.* Et nec eos revocavit ad communionem, ita ut de hoc sæculo ambo sic transiret. Et damnavit eos sexto Kalendas Septembris, ita tamen ut Sixtus episcopus sedens in sede sua sic judicaret, dicens, & proferens evangelica verba per eamdem doctrinam: *Non est servus supra dominum, neque discipulus supra magistrum.* Et quia dixerunt Bassus & Marinianus de me peccatore, quod scorti assumerem negotium, relegi dicta evangelica in loco ubi scriptum est: *Sedente Jesu, & scribente digito in terra.* Et quia non inveniebant Judæi quomodo eum damnarent, adulteram adduxerunt ei. Et tunc respondit Jesus: *Si quis ex vobis est sine peccato, mittat in illam lapidem.* Et per hæc verba evangelica judicabat sedem suam. Actum in basilica * Heliana.

* al. &

* privaret,

* Superius Heleniana.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium*) Hoc concilium celebratum est Romæ mense Decembri anno domini 433. qui est. secundus a creatione Sixti pontificis. Nam in vita ejus auctor libri pontificalis hæc ait: *Hic post annum unum & menses octo criminatur a quodam.* Unde quod in actis concilii Probus & Marinianus Valentiniano & Anatolio consulibus VI. Kalendas Septembris condemnati esse dicuntur, mendosum est. Nam prædictorum consulatus coincidit cum anno domini 440. cujus Sixtus pontifex diem vitæ extremum clausit. Causam habit concilii idem auctor pontificalis summatim recenset præfato loco his verbis: *Hic post annum & menses octo criminatur a quodam Basso* (de stupro virgini Deo consecratæ illato.) *Facto conventu, cum magna examinatione, per judicium synodicum purgatur a quinquaginta episcopis. Et condemnatur Bassus a synodo, ita tamen ut ultimo die viaticum ei non negaretur propter humanitatem pietatis ecclesiæ. Hæc audiens Valentinianus Augustus, cum matre sua Placidia Augusta, furore sancto commotus, proscriptione Bassum condemnarunt, & omnia prædia fiscalitatum ejus ecclesiæ catholicæ sociarunt. Qui Bassus intra sex menses moritur, cujus corpus Sixtus episcopus cum linteaminibus & aromatibus, manibus suis tractans, recondidit & sepeliit ad B. Petrum apostolum in cubiculo parentum ejus.* Eadem ipse Sixtus pontifex recenset epistola tertia his verbis: *Scitote me criminari a quodam Basso & injuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus, nostra auctoritate synodum congregari jussit. Et facto concilio cum magna examinatione satisfactioni omnibus, licet evadere satis potuissem, suspicionem tamen fugiens coram omnibus me purgavi*, &c. & paulo infra: *Condemnatur est autem memoratus Bassus a jam dicta synodo; ita tamen ut in ultima die viaticum ei non denegetur*, &c.

Locus & tempus concilii. Acta emendantur. Causa habiti concilii.

Acta concilii omnia antiquitate corrupta atque undique depravata extant. Consules in exemplari ultimo præpositi, ascititii sunt, ut supra dixi. In epistola tertia pro Anatolio consule Florentius cum Valentiniano ponitur. Epistola tertia Bassi sepulturam Kalendas Aprilis habitam fuisse refert. Acta concilii eumdem Bassum sexto Kalendas Septembris sepultum esse commemorant. Quis neget alteri duorum monumentorum errorem subrepsisse? Baronius ann. 422. num. 31. & 36. Hac depravatione & mira varietate factorum animadversa, conciliorum * collector non immerito hanc præfatiunculam olim præmiserat.

Acta concilii extant corrupta.

* Petrus Crabbe Ord. Minorum.

Propter exemplarium intolerabilem nimiamque & differentiam & depravationem, quorum alterum vetustum fuit ac mendosum, quamquam optime characterè, atque in pergameno exaratum, alterum magis vetustum, sed aeque depravatum, seu ad oculum minutis liquet, adeo ut nonnumquam, quid intendant, non valeat intelligi: idcirco ut utrique exemplari de syllaba in syllabam, nulla facta mutatione, litera est posita. Unus quidem in columna anteriori, alterius in posteriori. Verum tertia editio pro illius capacitate, seu potius conjectura, qui utramque literam admodum differentem concordare nisus est, & ad sensum aliquem reducere, quantum ei pro suis viribus licuit: litera, ubi illius intellectus habere potuit, manente, ex utroque exemplari desumptis his quæ litera magis congruere illi visa sunt, aut certe quibusdam vel mutatis, ubi litera nimis depravata extabat, aptare est. Nemo ergo caput subsannando moveat, qui vel exemplaribus correctioribus nactis, aut ex ingenii nobilitate, aut limpiditate concordantiam illam minus aptam considerans, potest esse emendare, quinimmo potentior erat, & in meliorem formam ipse restituat. Proinde visum collectori non est omnino ista, propter præmissas inepitias, prætermittere, quæ patres priores nobis suis posteris opera ac diligentia tanta reliquerunt: quin potius eitam nostra posteritati illa communicare decrevit.

Concilium hoc a quo indictum incipit.

b *A Sixto pontifice indictum.*) Hoc manifeste ipsa acta concilii attestantur cap. 3. his verbis: *Sixtus episcopus congregavit episcopos urbis Romæ, & clerum, monachos & monasteria sororum Dei*, &c. paulo infra, cum Epiphanius presbyter cum lacrymis dixisset: *Non licet adversus pontificem dare sententiam*: respondit Sixtus & dixit: *Quamquam in meo arbitrio sit, judicor, ea non judicor, tamen meo judicio non abscondatur veritas.*

A Hoc est quod in epistola tertia loco supra allegato ait: *Quod audivi Valentinianus Augustus, mihi auctoritate synodum congregari jussit.* Ita explicandum est quod alit auctor libri pontificalis: *Audivit hoc Valentinianus Augustus, jussit convenire & sanctam synodum congregari.* Vide notas concilii Sinuessani supra sub Marcellino.

Pontificem nulla synodus judicare potest, si nolit.

12 ACTA

DE SYNODALI ACCUSATIONE ET EXPURGATIONE POLYCHRONII

ROMÆ HABITA SUB PONTIFICATU SIXTI III.

Hunc indiculum collegit Archidamus presbyter, & quasi in chartaceum ecclesiæ collocavit.

VII. *De Polychronio episcopo Hierosolymitano, eo quod ecclesias & manus impositione cum premio, & muneribus consecraret.*

VIII. *De accusatione Eulemii adversus Polychronium pontificem suum.*

IX. *De expulsione Polychronii extra civitatem.*

B X. *De obsessa Jerusalem fame & inopia paupertatis, & de Polychronio, eo quod prædia ecclesiæ in pauperes, vel populo erogasset.*

XI. *De occursu synodi, & de relatione Polychronii episcopi.*

XII. *De directa epistola ad urbem Jerusalem.*

DE POLYCHRONII HIEROSOLYMITANI ACCUSATIONE ET EXPURGATIONE TEMPORE SIXTI PAPÆ III.

CAP VI.

Erat quidam sacerdos nomine Polychronius, episcopus Hierosolymitanus. Hic per imprudentiam senectutis dicebat, quod Jerusalem prima sedes esset, & ore superbo, & quasi superiorem affirmat se pontificem esse, & summum sacerdotem, & quasi in sua senectute semper in fidentia corroboratur, ita ut acciperet remunerationem & ordinaret presbyteros & diacones, & nisi accepisset satis dignum munus, non ordinabat episcopum: & quia quod ei, prout videbatur opulentia, quod canon urbis damnavit, diaconos Æthiopes, & Ægyptios in suo gremio ordinabat, & ecclesiam quamlibet sicubi in ejus regione parochiarum ad dedicandas rogaretur, non dabat auctoritatis suæ faculam, nisi decem librarum auri accepisset remunerationem. Nam clerus omnino urbis Hierosolymitanæ non ascendebat gradum suum currens, nisi dedisset remunerationem.

Hoc audito Sixtus episcopus urbis Romæ convocavi universam synodum episcoporum vel presbyterorum Romanorum, clerosque in basilicam Constantinianam, & ibi sedens cum episcopis, clerumque adstantem omnem de urbe Roma intimabat eis Polychronium Hierosolymitanum. Quod canon catholicus calcavit, vel apostolus testatur: *Gratis accepistis, gratis date*, & universum velamen cordis ejus, & qui alios cives, quod non licet, ad ordinem sociabat ecclesiæ Hierosolymitanæ. Et quod universas ecclesias cum premio, & muneribus consecrabat.

C

D

E

CAP. VI.

Erat quidam sacerdos nomine Polychronius, id per imprudentiam dicebat, quod Jerusalem prima sedes esset, & ore superbo, & quasi de superiore affirmabat se pontificem esse, & summum sacerdotem, & quasi in senectute sua semper in sua fidentia corroborabatur, ita ut acciperet remunerationem, & ordinaret presbyteros, & diacones. Et nisi accepisset satis dignum munus, non ordinabat episcopum, & quia quod ei prout videbatur opulentia, quod canon urbis damnavit, diaconos Æthiopes, & Ægyptios in suo gremio ordinabat, & ad ecclesiam quamlibet sicut in ejus regione parochiarum ad dedicandas ecclesias rogaretur, non dabat auctoritatis suæ faculam, nisi decem librarum auri accepisset remunerationem. Nam clericus omnino urbis Hierosolymitanæ, non ascendebat gradum suum currens, nisi dedisset remunerationem.

Hoc audito, Sixtus episcopus urbis Romæ convocavit universam synodum episcoporum, & presbyterorum Romanorum, clerosque in basilicam Constantinianam, & ibi sedens cum episcopis cleroque adstante omni de urbe Roma, intimabat eis Polychronium Hierosolymitanum, quod canon calcavit, vel apostolus testatur: *Gratis accepistis, gratis date*. Et intimavit eis universum velamen cordis ejus, qui alios concives quod non licet, ad ordinem sociabat ecclesiæ Hierosolymitanæ. Et quia universas ecclesias cum premio, & muneribus consecrabat.

Seden-

1 Citantur a Nicolao I. in Epist. ad Michael. Imp. & a Petro Damiano in Opusc. VI. quod inscriptum est, *Oratissimus*, cap. 27. sed a viris doctis ut spuria rejiciuntur. Toto enim sedis Sixti tempore Juvenalis præfuit Ecclesiæ Hierosolymitanæ. Vide Tillemont. tom. 14. Memor. pag. 261. & sq.

A

CAP. VII.

Sedentibus itaque octoginta & uno episcopis, & quadraginta octo presbyteris, & sex diaconibus: jussit introire Euphemium episcopum, qui hoc supradictum de Polychronio pontifice suo voce clara accusare testabatur Ordinavit autem universa synodus, & elegit de suo ordine tres presbyteros, Castum, Felicem, & Habundium, & duos diacones cives Romanos, Lollianum, & Leonem, & tres presbyteros urbis Romæ, Archidamum, Petrum, & Demetrium, & misit in Jerusalem, & secundum Euphemii dicta, quidquid integrum invenissent, ore ejus docente, vel testibus 40. qui vera testificarentur secundum dicta Euphemii episcopi adversus Polychronium episcopum Hi episcopi, Castus, Felix, & Abundantius, & diacones, Lollianus, & Leo, & presbyteri, Archidamus, Petrus, Demetrius, Polychronium secundum dictum Sixti episcopi urbis Romæ, vel octoginta & unius episcoporum synodum, & quadraginta octo presbyterorum civium Romanorum, nam etiam & secundum chirographum Augusti Valentiniani & Theodosii episcopi Constantinopolitani, quidquid edocuisset Euphemius episcopus de episcopo & Pontifice suo Polychronio, ambos simul Polychronium, & Euphemium extra civitatem damnarent. Venientes autem in urbem Jerusalem, introierunt feria sexta hi octo cum Euphemio episcopo jam sabbato, & suspenderunt eos abinvicem a communione. Feria autem prima celebratæ sunt missæ a Casto episcopo, qui directus fuerat a Sixto episcopo, & coepiscopis suis, vel e synodo. Feria autem secunda convenerunt universi episcopi de illis regionibus, & venerunt in eamdem civitatem, quasi synodus, septuaginta & sex episcopi isti.

B

CAP. VII.

Sedentibus itaque octoginta & uno Episcopis, & quadraginta octo presbyteris, & sex diaconis, jussit introire Euphemium episcopum, qui hoc supradictum de Polychronio pontifice suo voce clara accusare testabatur. Ordinavit autem universa synodus, & elegit de suo ordine tres episcopos, Castum, Felicem, & Habundum, & duos diacones cives Romanos, Lollianum, & Leonem, & tres presbyteros urbis Romæ, Archidamum, Petrum, & Demetrium. Et misit in Jerusalem secundum dicta Euphemii, quidquid integrum introiissent ore ejus docente testibus vel quadraginta, qui vera testificarent secundum dictum Euphemii episcopi adversus Polychronium episcopum: hi episcopi, Castus, Felix, & Abundantius, & diacones, Lollianus, & Leo; & presbyteri, Archidamus, Petrus, & Demetrius, Polychronium episcopum secundum Sixti episcopi urbis Romæ, & octoginta & unius episcoporum synodum, & quadraginta octo presbyteros cives Romanos. Nam etiam chirographum Augusti Valentiniani, & Theodosii episcopi Constantinopolitani, & quidquid eos docuisset Euphemius de episcopo & pontifice suo Polychronio, ambos simul, Polychronium & Euphemium, extra civitatem damnarent. Venientes autem in urbem Jerusalem, introierunt feria sexta, & hi octo cum Euphemio episcopo jam sabbato suspenderunt eos ab invicem a communione. Feria autem prima celebratæ sunt missæ a Casto episcopo, qui directus a Sixto episcopo, & coepiscopo suo, vel a synodo. Feria autem secunda convenerunt universi episcopi de illis regionibus, & venerunt in eamdem civitatem, quasi synodus, numero septuaginta & sex episcopi isti.

C

Epiphanius, Quiriacus, Bosonus, Joannes, Victor, Montanus, Speciosus, Paulus, Roborus, Castinus, Berbentius, Jacobus, Justus, Festus, Palumbulus, Euphemius, Cicero, Familiaris, Felix, Augustinus, Hippolytus, Theodulus, Symmachus, Leo, Pelagius, Paulus, Restitutus, Revocatus, Polychronius, Sabinus, Pardus, Spesmdeo, Triton, Aventius, Tranquillinus, Parseus, Sebastianus, Urbicus, Petrus, Zosimus, Habetdeum, Zoilus, Valentinus, Quirinus, Anastasius, Caritosus, Geminus, Deuterius, Theodalus, Paulus, Castus, Gorgonius, Fortunatus, Proditus, Scelbianus, Fabius, Clemens, Secundus, Junius, Honoratus, Olybrius, Joannes, Petronius, Holocaustus, Andreas.

D

Et sederunt cum supradictis, qui directi fuerant ab urbe Romana & docuit omnia Euphemius in conspectu synodi. Respondit Castus episcopus ex directione Sixti episcopi, & dixit: Vincat nos justitia: Introducantur testes numero competenti quadraginta, ut, secundum canonem catholicum urbis Romæ, damnetur extra civitatem.

CAP. VIII.

Prima autem die synodi tanta probatio fuit Euphemii. Qui dum probasset omnia, quæ testificabatur prima pollicitatione damnatus est, & accepit anathema dum docuisset omnia, & subscripserunt omnes episcopi in ejus damnationem. Leo diaconus urbis Romæ dixit: Ex te enim damnaberis, quoniam pontificem, qui te consecravit coepiscopum, condemnabas & accusabas. Cecidit autem in terra ante omne concilium episcoporum, & ibi confitebatur se peccasse. Respondit Abundius episcopus missus ab urbe Roma, & dixit: Non licet quemquam accusare pontificem suum, quoniam judex non judicabitur. Alia autem die convenerunt in basilica sancta resurrectionis domini nostri Jesu

Et sederunt cum supradictis, qui directi fuerant ab urbe Roma. Et docuit omnia Euphemius in conspectu synodi. Respondit Castus episcopus ex directione Sixti episcopi, & dixit: Vincat nos justitia. Introducantur testes numero competenti quadraginta, ut secundum canonem catholicum urbis Romæ, damnetur extra civitatem.

CAP. VIII.

Prima autem die synodi tantum probatio fuit Euphemii. Qui dum probasset omnia testificabatur, prima pollicitatione damnatus est, & accepit anathema, dum docuisset omnia. Et E scripserunt omnes episcopi in ejus damnationem. Leo diaconus urbis Romæ dixit: Ex te enim damnaberis, quoniam pontificem, qui te creavit coepiscopum, condemnabas, & accusabas. Cecidit autem in terra ante omne concilium episcoporum, & ibi confitebatur se peccasse. Respondit Abundantius episcopus, missus ab urbe Roma, & dixit: Non licet quemquam accusare pontificem suum, quoniam judex non judicabitur. Alia autem die convenerunt in basilicam sanctæ resurrectionis domini

nostri

nostri Jesu Christi, & ibi sederunt judicantes eum. Ibi autem cum anathemate damnaverunt Euphemium usque in ultimum temporis sui. Et subscripserunt omnes in ejus damnationem. Episcopi vero septuaginta sex, & duo diacones cardinales Romani, & tres presbyteri, & tres episcopi, qui directi fuerant, concluserunt, subscribentes in ejus damnationem. Et dum damnassent eum, extra civitatem judicabant.

CAP. IX.

Et Polychronium episcopum Hierosolymitanum, quare ordinasset diaconum Æthiopem, nomine Victorem, & quia ad decem libras auri ecclesias consecrabat, damnaverunt eum extra civitatem, & dederunt ei vel constituerunt prædia tria ecclesiæ, ita tamen, ut locus ejus intactus servaretur in gremio urbis Jerusalem. Et dum cessissent ei usufructuaria prædia, subscripserunt omnes episcopi septuaginta sex, & episcopi tres, & presbyteri tres, & diacones duo, & dimiserunt ibidem episcopum quasi vicarium in loco ejus nomine Theodolum de Bethlehem urbe. Et suspenderunt sedem ejus, ita ut extra civitatem habitaret in prædiis supradictis. Et venerunt ad urbem Romam festinantes supradicti octo. Et jussit Sixtus episcopus convenire episcopos supradictos simul cum Augusto Valentiniano, & alligaverunt vulnera ejus. Gaudebat autem Augustus in damnationem Euphemii episcopi qui extitit accusator Polychronii pontificis sui. Et subscripserunt in damnationem horum duorum omnis synodus & Augustus Valentinianus, & Sixtus episcopus urbis Romæ propria manu conclusit.

CAP. X.

Post menses enim novem, obsessa est civitas Jerusalem fame, non tantum fame, quantum inopia paupertatis. Polychronius autem qui ex-episcopo vendidit publice præmia ecclesiæ supradictæ pauperibus, & clericis, populoque Hierosolymitano erogavit vel sparsit. Veniens autem Priscus diaconus urbis Jerusalem, accusabat iterum Polychronium, dicens: quod ei temporale cessum fuerat, vendidit populo, cleroque sparsit. Hoc Sixtus episcopus audiens corroboratur, & intimavit Augusto Valentiniano rem, quam gestam audisset. Respondit Leo diacon, & dixit ad Sixtum episcopum: Jube occurrere synodum per auctoritatis tuæ munimen, subveniatur domui; quæ super aquam habuit fundamentum. Et accipiat continuas, & fundamenta lapidea; ut tuo munimine pontificii, non ruinet domus ædificata.

CAP. XI.

Misit autem præcepta per universas civitates, & occurrerunt omnes episcopi. Et sedit cum Augusto in eadem basilica Constantiniana. Et sedit cum episcopis Augustoque simul. Et cogitationibus æstuabatur Sixtus episcopus, qualiter Polychronium revelaret. Respondit Valentinianus Augustus, & dixit: Non æstuare pater, quia meruit Polychronius *sicut vidua, quæ misit æra minuta duo in gazophylacium*, ubi omnes abundanter miserunt, illa autem nihil habens, nisi tantum illa duo minuta. Et respondit dominus noster: *Et quid?* Dixit autem Sixtus episcopus: *Quia omnibus plus misit*. Hæc autem omnem victum suum, quem habuit, misit. Respondit Leo diaconus: Ergo præsul, qui imitavit viduam, non videtur.

Christi, & ibi sederunt judicantes eum. Ibi autem cum anathemate damnaverunt Euphemium usque ad ultimum diem temporis sui. Et subscripserunt omnes in ejus damnationem episcopi numero septuagintasex, & duo diaconi cardinales Romani, & tres presbyteri, & tres episcopi, qui directi fuerant, concluserunt, subscribentes in ejus damnationem, & dum damnassent eum, extra civitatem judicabant.

CAP. IX.

Et Polychronium episcopum Hierosolymitanum, quia ordinasset diaconum Æthiopem nomine Victorem, & quia propter decem libras auri ecclesias consecrabat, damnaverunt eum extra civitatem, & dederunt ei vel constituerunt prædia tria ecclesiæ, ita tamen, ut locus ejus intactus servaretur in gremio urbis Jerusalem. Et dum cessissent ei usufructuario prædia, subscripserunt episcopi septuagintasex & diacones duo, & dimiserunt ibidem episcopum quasi vicarium in loco ejus nomine Theodolum de Bethlehem urbe. Et suspenderunt sedem ejus, ita ut extra civitatem habitaret in prædia supradicta, & venerunt ad urbem Romam festinantes supradicti octo. Et jussit Sixtus episcopus convenire episcopos supradictos simul cum Augusto, Valentiniano, & alligaverunt vulnera ejus. Gaudebat autem Augustus in damnatione Euphemii episcopi, qui extitit accusator Polychronii pontificis sui, & subscripserunt in damnationem horum duorum omnis synodus, & Augustus Valentinianus, & Sixtus episcopus urbis Romæ manu propria conclusit.

CAP. X.

Post menses enim novem, obsessa est civitas Jerusalem fame, non tantum fame, quantum inopia paupertatis. Polychronius autem qui ex-episcopus, vendidit publice prædia ecclesiæ supradicta pauperibus & clericis, populoque Hierosolymitano erogavit vel sparsit. Veniens autem Priscus diaconus urbis Jerusalem, accusabat iterum Polychronium, dicens: Quod ei temporale concessum fuerat, vendidit populo cleroque sparsit. Hoc Sixtus episcopus audiens, gaudio corroboratur, & intimavit Augusto Valentiniano rem quam gestam audierat. Respondit diaconus, & dixit ad Sixtum episcopum: Jube occurrere synodum per auctoritatis tuæ munimen, ut subveniatur domui, quæ supra aquam habuit fundamentum, & accipiat continua, & fundamenta lapidea, ut tuo munimine pontificii non ruat domus ædificata.

CAP. XI.

Misit autem præcepta per universas civitates, & occurrerunt omnes episcopi, & fecit synodum, & sedit cum Augusto in eadem basilica Constantiniana, & sedit cum episcopis Augustoque, simul & cogitationibus æstuabatur Sixtus episcopus, qualiter Polychronium revelaret. Respondit Valentinianus Augustus, & dixit: Nolite æstuare pater, quia meruit Polychronius sicut *& vidua, quæ misit æris minuta duo in gazophylacium*, ubi omnes abundanter miserunt. Illa enim nihil habebat, nisi tantum illa duo minuta. Et respondit dominus noster: *Et quid dixit*; Dixit autem Sixtus episcopus: *Quia omnibus plus misit*. Hic autem omnem victum suum quem habuit, misit. Respondit Leo diaconus: Ergo præsul qui imitavit

* relevaret

Luc. 21.

Marc. 12.

tus est viduam, non viduetur. Tunc levaverunt se omnes episcopi, vel qui in eodem loco erant, gaudio litanias faciebant: plus enim gaudio plorabant omnes.

C A P. XII.

Et direxit epistolam hanc ad urbem Jerusalem. Beatissimo Polychronio episcopo & coepiscopus Sixtus episcopus urbis Romæ & universa synodus cleruſque omnis & Augustus. Relevationis tuæ officia & munimen ruinæ non obliviscar pati, quam redii ad uxorem, supra quam tentabas adulterare. Non enim viduetur uxor casta, nec vir prudens non maculetur pecuniæ, non scorti consilio, quam templum, quod dejecerat Euphemius, per te Polychroni ædificetur: redi ad uxorem sine macula, & custodi dicta apostolica. Ora pro urbe Roma. Actum est autem Valentiniano septimo, & Abieno. Dum introissent hi octo in Jerusalem, decimo Kalendas Aprilis, & revocaverunt Polychronium episcopum in urbem Jerusalem cum magno honore, & sedit in eadem annis septem & menses sex, & requievit in pace.

His consules referuntur ab omnibus in annum D. ac quo fuit decimus a Sixti morte.

A Tunc levaverunt se omnes episcopi, & qui in eodem loco erant, gaudio litanias faciebant. Plus enim ex gaudio plorabant omnes.

C A P. XII.

Et direxit epistolam hanc ad urbem Jerusalem. Beatissimo Polychronio episcopo & coepiscopus Sixtus episcopus urbis Romanæ & universa synodus, cleruſque omnis & Augustus. Revelationis tuæ officia & munimen ruinæ non obliviscar pati. Quoniam sedi ad uxorem, super qua tentabas adulterari. Nonenim viduetur uxor casta, nec vir prudens, non maculetur pecuniæ, non scorti consilium, quoniam templum quod dejecerat Euphemius, pro B te Polychroni ædificetur. Redi ad uxorem sive sine macula, & custodi dicta apostolica, & ora pro urbe Romana. Actum autem Valentiniano septimo & Avieno consulibus, dum introissent hi octo in Jerusalem, decimo Kalendas Aprilis. Et revocaverunt Polychronium episcopum in urbem Jerusalem cum magno honore. Et sedit eamdem annis septem & menses sex. Et requievit in pace.

Editio ex duabus præcedentibus conflata.

ERat quidam sacerdos nomine Polychronius episcopus Hierosolymitanus. Is per imprudentiam senectutis dicebat, quod Jerusalem prima sedes esset. Et ore superbo quasi superiorem affirmabat se pontificem esse, & summum sacerdotem, & in sua senectute semper in hac sua confidentia corroborabatur, ita ut acciperet remunerationem, & alias cum ordinaret presbyteros & diacones. Et nisi accepisset satis dignum munus, non ordinabat episcopum: & quia ei prodesse videbatur opulentia, Æthiopes, & Ægyptios in suæ gremio urbis (quod canon damnavit) diacones ordinabat: & ubi ad dedicandam quamlibet parochiarum in sua regione ecclesiam rogaretur, non dabat auctoritatis suæ facultatem, nisi decem librarum auri accepisset remunerationem. Nam clericus omnino nullus urbis Hierosolymitanæ ascendebat gradum superiorem, nisi dedisset remunerationem.

Hoc audito, Sixtus episcopus urbis Romæ convocavit universam synodum episcoporum & presbyterorum Romanorum, cleroque in omni urbe Roma adstante, intimabat eis Polychronium Hierosolymitanum, quod canones calcavit, ut Christus testatur: *Gratis accepistis, gratis date*. Et intimavit etiam eis universum velamen cordis ejus, quod alios scilicet cives (quod non licet) sociabat ecclesiæ Hierosolymitanæ. Et quod universas ecclesias cum præmio & muneribus consecrabat.

C A P. VII.

Sedentibus itaque octoginta & uno episcopis, & quadraginta octo presbyteris, & sex diaconibus, jussit introire Euphemium episcopum, qui hæc supradicta de Polychronio pontifice suo voce clara accusare testabatur. Ordinavit autem universa synodus, & elegit de suo ordine tres episcopos, Castum, Felicem, & Abundium, & tres presbyteros urbis Romæ, Archidamum, Petrum, & Demetrium, & duos diacones cives Romanos, Lollianum, & Leonem, & misit eos Hierosolymam, ut secundum dicta Euphemii, quidquid minus integrum invenissent, ore ejus docente, testibus 40. qui vera testificarentur secundum dicta Euphemii episcopi adversus Polychronium episcopum, C emendarent iidem episcopi, Castus, Felix, Abundius, & presbyteri, Archidamus, Petrus, & Demetrius, & diacones, Lollianus, & Leo, secundum præceptum Sixti episcopi urbis Romæ, vel octoginta & unius episcoporum synodum, & quadraginta octo presbyterorum Romanorum civium: quin etiam in secundum chirographum Valentiniani & Theodosii Augustorum; si quid edocuisset Euphemius episcopus de episcopo & pontifice suo Polychronio, ambos simul, Polychronium & Euphemium, extra civitatem damnarent. Venientes autem in urbem Jerusalem, introierunt feria sexta hi octo cum Euphemio episcopo, & jam sabbato suspenderunt eos ab invicem a com- D munione. Feria autem prima celebratæ sunt missæ a Casto episcopo, & coepiscopis suis, & a synodo. Feria autem secunda convenerunt universi episcopi de illis regionibus, & venerunt in eamdem civitatem, quasi fuisset synodus, numero septuagintasex episcopi isti, Epiphanius, Quiriacus, &c. * quasi ad synodum.

Et sederunt cum supradictis, qui directi fuerant ab urbe Roma, & docuit omnia Euphemius in conspectu synodi. Respondit Castus episcopus ex directione Sixti episcopi, & dixit: Vincat nos justitia: Introducantur testes numero competenti quadraginta, ut secundum canonem catholicum urbis Romæ, damnetur extra civitatem.

C A P. VIII.

E Prima autem die synodi tanta probatio fuit Euphemii. Qui dum non probasset omnia, quæ testificabatur prima pollicitatione damnatus est, & accepit anathema dum non docuisset omnia. Et subscripserunt omnes episcopi in ejus damnationem. Leo diaconus urbis Romæ, dixit: Ex te enim damnaberis, quoniam pontificem, qui te consecravit coepiscopum, condemnabas & accusabas. Cecidit autem in terram ante omne concilium episcoporum, & ibi confitebatur te peccasse. Respondit Abundius episcopus missus ab urbe Roma, & dixit: Non licet

licet quemquam accusare pontificem suum, quoniam judex non judicabitur. Alia autem die convenerunt in basilicam sanctam resurrectionis domini nostri Jesu Christi, & ibi, sederunt judicantes eum. Ibi autem cum anathemate damnaverunt Euphemium usque ad ultimum temporis sui. Et subscripserunt omnes in ejus damnationem episcopi numero septuagintasex, & duo diaconi cardinales Romani, & tres presbyteri, & tres episcopi, qui directi fuerant, concluserunt, subscribentes in ejus damnationem, & dum damnassent eum, exire civitatem judicabant.

CAP. IX.

Et Polychronium episcopum Hierosolymitanum, quia ordinasset diaconum Æthiopem nomine victorem, & quia ob decem libras auri, ecclesias constorabat, damnaverunt exire civitatem, & dederunt ei vel constituerunt prædia tria ecclesiæ, ita tamen, ut locus ejus intactus servaretur in gremio urbis Jerusalem. Et dum cessissent ei usufructuario prædia, subscripserunt omnes episcopi septuagintasex, & episcopi tres, & presbyteri tres, & diacones duo, & dimiserunt ibidem episcopum quasi vicarium in loco ejus nomine Theodolum de Bethlehem urbe. Et suspenderunt sedem ejus, ita ut extra civitatem habitaret in præsidiis supradictis. Et venerunt ad urbem Romam festinantes supradicti octo. Et jussit Sixtus episcopus convenire episcopos supradictos simul cum Augusto Valentiniano, & alligaverunt vulnera ejus. Gaudebat autem Augustus in damnatione Euphemii episcopi, qui exstitit accusator pontificis sui Polychronii. Et subscripserunt in damnationem horum duorum, omnis synodus, & Augustus Valentinianus, & Sixtus episcopus urbis Romæ manu propria conclusit.

CAP. X.

Post menses etenim novem, obsessa est civitas Jerusalem, ac laborabat fame, nec tantum fame, quantum inopia paupertatis. Polychronius autem, qui exepiscopus, vendidit publice prædia ecclesiæ supradicta pauperibus & clericis, populoque Hierosolymitano erogavit vel sparsit. Veniens autem Priscus diaconus urbis Jerusalem, accusabat iterum Polychronium, dicens: Quod in temporale concessum fuerat, vendidit populo, cleroque sparsit. Hoc Sixtus episcopus audiens, gaudio corroboratur, & intimavit Augusto Valentiniano rem, quam gestam audierat. Respondit Leo diaconus, & dixit ad Sixtum episcopum: Jube occurrere synodum per auctoritatis tuæ munimen, ut subveniatur domui, quæ supra aquam habuit fundamentum, & accipiat contignationes & fundamenta lapidea, (ut tui munimine pontificii non ruat domus ædificata.

CAP. XI.

Misit autem præcepta per universas civitates, & occurrerunt omnes episcopi. Et fecit synodum, & sedit cum Augusto in eadem basilica Constantiniana. Et sedens cum episcopis, simulque & Augusto, cogitationibusque astuabat Sixtus episcopus, qualiter Polychronium relevaret. Respondit Valentinianus Augustus, & dixit: Noli æstuare, pater, quia meruit Polychronius *sicut & vidua, quæ misit aeris minuta duo in gazophylacium*, ubi omnes abundanter miserunt. Illa enim nihil habebat, nisi tantum illa duo minuta. Et respondit dominus noster *Et quid?* Dixit autem Sixtus episcopus: *Quia omnibus plus misit*. Hæc autem omnem victum suum quem habuit, misit. Respondit Leo diaconus: Ergo præsul qui imitatus est viduam, non viduetur. Tunc levaverunt ipsi omnes episcopi, & qui in eodem loco erant, præ gaudio litanias faciebant: plus enim ex gaudio plorabant omnes.

Luc. 21. 10. Marc. 12.

CAP. XII.

Et direxit epistolam hanc ad urbem Jerusalem. Beatissimo Polychronio episcopo & coepiscopis Sixtus episcopus urbis Romæ & universa synodus clerusque omnis & Augustus. Revelationis tuæ officia & munimen ruinæ non patiar oblivisci. Jam redi ad uxorem, quam tentabas adulterare. Non viduetur enim uxor casta, nec vir prudens mischletur pecunia, aut scorti contagio: quin templum, quod dejecerat Euphemius, per te, Polychroni, redificetur. Redi ad uxorem sine macula, & custodi dicta apostolica. Ora pro urbe Roma. Actum est autem Valentiniano septimo & Avieno consulibus. Dum introissent hi octo in Jerusalem, decimo Kalendas Aprilis, revocaverunt Polychronium episcopum in urbem Jerusalem cum magno honore, & sedit in eadem annos septem & menses sex, & requievit in pace.

Hi octo dies referuntur ab omnibus in annum D. 450. qui fuit decimus Sixti mortis.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Acta*.) Hæc acta synodalis expurgationis Polychronii Hierosolymitani episcopi Romæ coram Sixto pontifice habita legitima & alicujus auctoritatis esse videntur, tum quod Nicolaus Romanus pontifex in epistola ad Michaelem imperatorem ea velut legitima citarit, tum quod scriptores nostri temporis eadem post Petrum Damiani in epistola ad Henricum Ravennatem allegantes, de horum fide & auctoritate nihil hactenus dubitaverint. Contra vero eadem spuria & illegitima esse, quivis prudens adverterit, si ad notam contularem, nomen accusati, aliasve res apud acta descriptas, diligenter attendat. Si quod habent acta, hæc accusatio, & expurgatio contigit Valentiniano septimum & Avieno consulibus, certe non ad tempora Sixti, sed ad annum undecimum Leonis papæ referenda forent. Temporibus Sixti vel Leonis pontificum, ab anno domini 429. usque ad annum Christi 457. non modo non aliquis Polychronius Hierosolymitanæ sedis episcopum egit, (nam post Praylium Juvenalis prædictis temporibus Hierosolymitanæ sedis episcopatum tenuit, & duobus œcumenicis conciliis Ephesino & Chalcedonensi interfuit) sed neque apud Nicephorum episcopum Constantinopolitanum, qui texuit catalogum episcoporum Hierosolymitanorum, neque apud Callistum, vel Evagrium, qui horum res in orientali ecclesia gestas prosecuti sunt, usquam vel levis, saltem Polychronii nominis mentio habetur. Tertio quæ hic leguntur de civitate Hierosolymorum hoc tempore obsessa, nullo modo subsistere possunt. Hæc sunt quæ actis antiquissimis pondus & auctoritatem imminuunt. Qua ratione hæ difficultates expediri queant, non video. Si quis eadem ad veritatis lumen aliquo modo revocare posset, peregrium fecerit, si consilium & auxilium mihi communicaverit. Vide Baronium anno 433. num. 38. & 39.

An hæc acta legitima sint. Argumenta pro parte affirmante.

Rationes pro parte negante.

Sententia auctoris.

1 Forte, *relevationis*. Hard.

2 Melius, *quæ tentabas adulterare*. Hard.

CONCILIUM ANAZARBICUM

Habitum anno cccccxxxiii.

Ex Nova Baluzii Collectione

CONstituta pace Ecclesiarum Alexandrinæ & Antiochenæ, eam amplecti se professi sunt Episcopi secundæ Ciliciæ. Testis horum est epistola synodica ab illis scripta, quam retulit in collectionem suam auctor synodici adversus Tragœdiam Irenæi cap. 159.

Observatio P. Antonii Pagi ad An. Christi 435. n. 7.

MAximinus Anazarbi Episcopus secundæ Ciliciæ Metropolitæ, ac omnes ejus suffraganei, excepto Meletio Mopsuestenii Episcopo, pacem amplexi sunt in Synodo Anazarbi celebrata, ut liquet ex Synodica A cap. 159. Synodici recitata, in qua tamen Maximinus, & ejus Episcopi indicant, se rejecere Cyrilli Capitula, cum ad Joannem Antiochenum, ad quem ea Synodici dirigitur, scribunt: *Semper nos dominus vestri accusans illis Capitulis, quæ & nos Religiositas Septus ut prava excisionis repulit*; quod mirum videri non debet: cum Cyrillus quando pacem cum Joanne Antiocheno inivit, consenserit, ut de duodecim suis capitulis sileretur. Hanc Synodum anno 435. non vero 433. ut autumavit Baluzius, congregatam docet Epistola Joannis Antiocheni ad Proclum Episcopum CP. cap. 197. Synodici recitata, in qua enumerans Provincias Patriarchatui suo subjectas, quæ pacem susceperant, ait: *Cilicesque utrique ab anno præterito his consentientia & consona per conspicuum Tribunum Aristolaum compleverunt*. Quare cum ea Epistola anno 435. data fuit, ut eo anno ostendemus, Synodus Anazarbica hoc anno sine dubio celebrata est. B

CONCILIUM THARSENSE

Habitum anno cccccxxxiv

Ex Nova Baluzii Collectione.

SYnodus hæc congregata fuit ut pax susciperetur, quam Joannes Antiochenus fecerat cum Cyrillo Alexandrino; eique interfuerunt Helladius Episcopus Tharsensis metropolitanus, Cyrillus Adanensis, Valentinus Malli, Minodorus, qui aut Coricii Episcopus fuit, aut Sebastenus, Tarsianus Augustæ, Matronianus Pompejopolitanus, Zenobius Zephyrii. Scripserant ad eos Episcopi Euphratesiæ adversus Joannem Antiochenum, quod ad pacis conditiones descendisset impias. Scriptæ sunt ergo ab isto Concilio ad Episcopos provinciæ Euphratesiæ & ad Imperatores literæ, quæ habentur in synodico adversus Tragœdiam Irenæi cap. 130. & 192. ex quibus constat susceptam fuisse ab Episcopis Ciliciis damnationem Nestorii factam in Concilio Ephesino.

Observatio P. Antonii Pagi ad An. Christi 435. n. 8.

HElladius Episcopus Tharsensis Metropolitæ primæ Ciliciæ, ubi ad eam provinciam Aristolaus Tribunus & Notarius accessit cum Imperatoris Theodosii contra Nestorianos sanctione, celebravit Tharsi Synodum cum suis Episcopis, & in Synodica cap. 192. Synodici recitata, quam ad Theodosium Imper. misit, ait: *Juxta divinas ordinationes vestras communionem cum sancta Synodo, quæ in Ephesi facta est, amplectimur, & Nestorium, qui quondam fuit solitus, Constantinopolis Episcopus habemus suspectum, & anathematismo subjecimus super omnibus, quæ impie coram ecclesiæ dixit, seu in scriptis exposuit, seu semotim locutus est, sequentes sanctos Episcopos sedem Romæ, & Proclum magni nominis Constantinopolis, & Cyrillum Alexandriæ, & Joannem Antiochiæ, & omnes reliquos religiosissimos Episcopos, in omnibus quæ pie definiunt, & anathematizantes ipsum Nestorium, & eos, qui eadem impie obsecunt, idest Nestorianos, quos justis vestrum se cognominantis imperium*, in sanctione videlicet contra Nestorium hoc anno 435. data, in qua Theodosius ita eos cognoscere jubet. Indeque apparet (ut quæ ac ex supra dictis ad Synodum Anazarbicam) Baluzium hoc Concilium Tharsense non bene circa anno 434. copulasse. Secundo, non bene etiam nominatos inter Episcopos, qui huic Synodo interfuere, Zenobium Zephyrii Episcopum; quia non nominatur in eadem Synodica inter alios, qui eidem subscripsere, & præterea ob pertinaciam in exilium pulsus est. Denique non bene referre ad hanc Synodum Epistolam lxxx. Synodici scriptam ab Helladio, Zenobio, aliisque ad Alexandrum Hierapolis Episcopum, ceterosque, quia ex Epistola, ut ad an. 434. num. 6. demonstravimus, eo anno scripta occasione sacræ generalis, cujus recitationem Helladius & Episcopi ejus Metropoleos ab Imperatore petere cogitabant. Quam ob rem Synodus, quæ ibi dicitur nondum celebrari potuisse, spectabat ad pacem cum Joanne impediendam, non vero ad eam recipiendam. C D

CONCILIUM ARMENIÆ,

Quo libri Nestorianorum condemnati.

Nestorianorum libri condemnatur in Armenia.

a Concilium.) Cum Theodosius imperator libros Nestorii, publica sanctione edita condemnasset, ideo quod ex scriptis Nestorii in oriente ecclesia controversiæ & tumultus agitarentur, Nestoriani ad fontem, unde suum venenum hauserant, revertentes, libros Theodori Mopsuestieni & Diodori Tharsensis legendos exposuerunt, atque in Syrorum, Armenorum, & Persarum linguam translatos velut E catholicos duas naturas in Christo contra Eunomium & Apollinarem confitentes, divulgarunt. Qua re cognita episcopi Armeniæ in synodum convenerunt, inventosque libros impietate plenos condemnarunt. Quos, ne soli condemnasse viderentur, per legationem missam ad Proclum Constantinopolitanum episcopum sententiæ suæ confirmationem petiverunt. Proclus re examinata cum Armenis non tantum

ipse

ipse consensit; verum etiam per Joannem Antiochenum aliosque episcopos, qui cum ipso congregati erant, eamdem fidem & sententiam subscribi curavit. Hæc ex Liberati Breviario cap. 10. & ex epistola Procli ad Armenos reddita. Baron. anno 435. num. 1. & sequentibus.

Plura de hoc concilio vide in sequenti Antiochena.

CONCILIUM ANTIOCHENUM

Habitum anno CCCCXXXV.

Ex Nova Baluzii Collectione.

NEstorii sectatores videntes, ut ait Liberatus, libros illius blasphemos non posse proferri in publicum, eo quod synodo Ephesina anathematizante fuerant condemnati, & imperiali lege prohibitum fuerat ne quis eos legeret aut defenderet, cœperunt Diodori Tharsensis Episcopi & Theodori Mopsuesteni circumferre volumina; & simplicissimos quosque decipientes, ajebant non sapuisse nova Nestorium, sed antiquorum patrum persecutum fuisse doctrinam; ac præterea ipsa eorum volumina malitiosè in Syrorum linguam & Armeniorum atque Persarum transtulerunt. Sed ubi hoc agnoverunt Acacius Episcopus Melitinensis & Rabula Edessenus, scripserunt Episcopis Armeniæ ne Theodori Mopsuesteni libros susciperent, utpote qui hæreticus esset & auctor Nestoriani dogmatis. Quod graviter tulisse Cilicus patet ex synodico adversus Tragœdiam Irenei cap. 43. & 44. & ex Liberato.

Congregati sunt ergo in unum venerabiles Armeniæ Episcopi, & miserunt duos Presbyteros Leontium & Abelium ad Proclum Constantinopolitanum Episcopum cum libellis suis & uno volumine Theodori Mopsuesteni, scire volentes utrum doctrina Theodori an Rabulæ & Acacii vera esse probaretur. Itaque Proclus accipiens Armeniorum libellos & illud Theodori volumen, ac diligentius utraque examinans, tomum Armenis scripsit & destinavit; in quo posuit, ad interimendas Nestorianorum versutias, qui duas in Christo inducunt personas, unum de trinitate incarnatum; quem & direxit Joanni Antiocheno per Theodotum Diaconum suum cum excerptis capitulis ex voluminibus Diodori ac Theodori quæ missa erant ab Armeniis. Hortatus est vero Joannem ut pro communi fide servanda ipse tomum eundem cum suo Concilio susciperet & subscriberet, & ut anathematizaret impia illa capitula. Extat porro tomus ille Procli in tomo hoc Conciliorum pag. 421. datus Constantinopoli consulatu Theodosii Augusti XV. & Valentiniani IV. id est anno Christi CCCCXXXV. Joannes autem & qui cum eorant congregati Episcopi legentes eundem tomum, & ejus laudantes compositionem, subscripserunt in eo, & Proclo transmiserunt. Sed Basilius quidam Diaconus sumens tomum Procli, quem Armeniis scripserat, Alexandriam venit, & Armeniorum libellos suis libellis annectens, obtulit Cyrillo ejusdem urbis antistiti; ac deinde Constantinopolim veniens, libellos composuit & Archiepiscopo Proclo porrexit, associans cuncta quæ antehac Cyrillo Archiepiscopo obtulerat. Proclus vero jam dedimeverat tomum suum Armeniis, nullam in eo de Theodoro facienas reprehensionis mentionem. Quod cognoscens Basilius, scripsit libellum adversus libros Theodori, vitandus eos esse docens sicut Arii & Eunomii blasphemias.

Post hæc autem, occasione accepta, surrexerunt quidam monachi ab Armenia Apollinaris sectatores, portantes excerpta capitula, ut dicebant, de libris Theodori Mopsuesteni vel aliorum sanctorum patrum qui illo in tempore contra Apollinarem scripserant; & intrantes Constantinopolim, ac circumeuntes totius orientis civitates & universa monasteria, damnanda esse cum auctoribus clamabant, accusantes ea Nestoriano sensu fuisse conscripta.

Tunc Joannes Episcopus Antiochenus omnes orientis Episcopos evocavit Antiochiam synodum ea de causa celebraturos; ex qua scriptæ sunt epistolæ, una ad Theodosium Imperatorem, alia ad Cyrillum Alexandrinum Episcopum, tertia ad Proclum Constantinopolitanum, in quibus Theodorus laudibus in cœlum efferebatur. Et ejus quidem quæ ad Imperatorem Theodosium scripta est fragmenta habemus apud Facundum & in synodico adversus Tragœdiam Irenei, unde nos hic describenda censuimus.

Fragmenta epistolæ synodalis ad Imperatorem Theodosium.

Facundus l. 2. c. 1.

THeodorus enim, quem quando dicimus, virum dicimus in episcopatu clarum finem habentem, & quinquaginta pene annis fortiter repugnantem cunctis hæresibus, & in expositionibus quas in omnibus Ecclesiis orientalibus faciebat, & quibus in regia civitate valde esse comprobatus apparet, a nullo quoquam neque majorum neque similium judicatus est hæreticus; e contrario autem ab omnibus sacerdotibus, propter eam quæ illi aderat doctrinæ gratiam, in admiratione semper est habitus, & superiorem honorem gloria possedit; & non a sacerdotibus tantummodo, sed a sacratissimo vestro avo, dicimus ter beato & a Deo imperii sceptra sumente & vobis transmittente Theodosio, qui in desiderio visionis viri factus, in Ecclesia ejus doctrinæ fuit auditor magnus ille Imperator, nec arbitratus est alterum se talem comperisse doctorem superadmiratus quidem ejus doctrinam & colloquio delectatus atque obstupefactus tunc quem nunc spernunt aliqui, tamquam sortem sumentes probandi & reprobandi obeuntium doctorum quos volunt. Jam vero & a vestro imperio pro sui reverentia & spiritali sapientia et sæpius attestatum est, & vestris literis honoratus est. ET INFRA. Iste ille est Flaviani magni Antiochensium sanctæ Dei Ecclesiæ Pontificis amantissimus discipulus, & beati Joannis Constantinopolitani Episcopi condiscipulus; cujus memoriam redivivam fecistis, maximam hinc gloriam pietatis vestræ imperio facientes. ITEM INFRA. Si autem quicquam, Imperator sancte, obscurum eliquis inveniri dicat in ejus vel

Idem lib. 4. c. 3. lib. 10. c. 4. Synodicon c. 100.

vel aliorum literis, hoc retractationi necessarium non est. Quorum enim vita in sacerdotio & ministerio optimum habuit finem, his præclaram gloriam dedicamus, & non ex illis eos judicamus de quibus aliqui atrociter eos accusant. Impossibile enim est, cum homines sint qui in Ecclesia docent, ut calumniantium vituperationes effugiant. Et quid de Ecclesiæ doctoribus dicimus? quoniam & ipsa sancta evangelia multi hæreticorum ad suam recipiant voluntatem, divina dicta vertentes, & in multas partes corpus Ecclesiæ discindentes. Hæc in brevi pietatem vestram nos omnes Episcopi qui in Antiochiam Dei sumus gratia congregati docuimus. *Et post hæc, cum multos & antiquos doctores Ecclesiæ nominatim commemorarent, perhibentes eos similia docuisse Theodoro, ad ultimum dicunt.* Arbitramur autem etiam ipsi pio imperio esse inutile, dum homines huc atque illuc jactari coguntur, nec quiescere permittuntur ab hac importuna hominum inquietudine.

Ad hæc Imperator ista respondit; quæ licet edita jam sint supra cap. 219. synodici, hic tamen damus ex editione quæ extat apud Facundum, diversa nimirum ab ea quam exhibet synodicum.

Item lib. 8. Imperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, victores, triumphatores piissimi, semper Augusti, Deo amatori Joanni Archiepiscopo & synodo cum eo in Antiochia congregatæ. Turbam atque tumultum qui evenit in oriente nostrum cognovit imperium per religiosissimum & sanctissimum patrem nostrum & Episcopum Proclum. Quoniam ergo pro quiete & pace omnium providemus, præcipue autem pro fide catholica, quæ nostrum quoque custodit imperium, vestræ scribimus sanctitati quatenus pacem obtineatis & nullum verbum intendatis eorum qui volunt contra salutem propriam religionem sanctissimam conturbare. Intentio etenim nostræ divinitatis illa est, ut omnes homines cum quiete degant, præcipue autem sanctæ Dei Ecclesiæ, per quas & nos salvamur & nostrum pollet imperium. Hac itaque voce quieti Ecclesiæ providentes nos aliquid de vobis utilius [a] (expectamus. Est autem hæc utilius) nisi ut hoc quoque cum omni statuatis Ecclesiæ, ne quis adversus eos qui in ejus pace defuncti sunt quicquam de cetero tale præsumat.

[a] Hæc adscripta ex MS. Veronen. Capituli.

Synodi epistola ad Cyrillum Episcopum Alexandrinum.

Facundus lib. 8. c. 4. Vide etiam lib. 1. c. 1. lib. 8. c. 5. lib. 11. c. 1. & 8.

DEO amabili & sanctissimo Episcopo Cyrillo Joannes Antiochiæ & qui cum eo Deo amabiles Episcopi. Convenientes ex unaquaque provincia quæ in oriente sunt Dei gratia in civitatem amabilem Christo Antiochiam, propter literas sanctissimi Episcopi Domni Procli. Et INFRA. Nunc autem iidem ipsi, velut ex somno exsurgentes, perrexerunt ad regiam civitatem, & eam perturbantes, ecclesiasticam pacem, quantum in ipsis est, turbaverunt. Sanctissimo enim Episcopo Proclo tomum recte revera & pie habentem, quem ad Armenios scripsit, nobis destinante, & nostrum quærente consensum, omnia facta sunt a nobis, & in nullo minus fecimus. Erat autem & hoc in præsenti tempore supervacuum, propter quod jam Dei gratia omnes ubique unum & eundem custodiunt pium intellectum. Solent enim aliquoties res quæ quasi necessariæ videntur, nisi opportune fiunt, augmentum perturbationis accipere. Aliud etiam malum est in istorum festinatione manibus extensis, & alter tomus excerpta quædam habens B. Theodori, qui fuit Mopsuestiæ Episcopus, & ea quæ ille diversis libris dixisse videtur, volentes eis anathema inferre. Propter hoc petimus ut mentem tuam nobis applices studiosius quam in aliis rebus, & dignare considerare malum opus hoc esse, nisi communi sententia illud extinguere labores. Dedit enim tibi Deus super velle etiam posse, ut in commune omnes juves. Sunt in illo tomo quædam incerta, & aliter quam dicta sunt intelligi valentia, confitemur hoc etiam nos: plurima vero eorum aperta videmus, & sine aliqua ambiguitate recta. Sed illis quæ putantur obscura, similia multa & a plurimis anterioribus eius & gloriosis patribus dicta invenimus: & periculum hinc pendet non leve, ne in istis etiam illorum solvamus, ejus viri reprobantes dicta qui in episcopatu quidem defunctus, agonibus autem adversus Arianos & alios hæreticos decem millibus per omnem suam vitam ubique decoratus est. Quod si fiat, multa etiam ab aliis sanctis patribus aperte dicta retractaturi sumus & reprobaturi. Excerptis enim istis similia quædam invenimus apud ter beatum & nobilem Athanasium, quædam etiam apud beatum Basilium, quædam apud Gregorium utrumque, multa vero & apud Amphilochium sæpius dicta, non parva vero & apud communem patrem B. Theophilum. Sunt enim quæ etiam tua sanctitas ita confitetur, & eundem de illis habes intellectum. Quædam etiam ab ipso amabili Deo Proclo in eodem ipso tomo quem ad Armenios misit, quo multis sensibus istis decerptis concurrit. Et dies nos deficiet percurrentes beatum Eustachium Antiochiæ civitatis Episcopum, qui fuit pro recta fide in Nicæno Concilio, & magnæ famæ [a] Alexandriæ vestræ, sed etiam post illos sanctissimos Episcopos Meletium, Flavianum, a quibus plura istis concordantia dicta sunt. Quid jam dicam de his qui in occidente secundum doctrinam & eandem confessionem decorati sunt, quos etiam tua sanctitas melius novit? Intende itaque, rogo, ad quod præcipitium nos impellant, qui ad nullam utilitatem verbis contendunt. Quid non hinc læsionis vel corruptionis & confusionis plenum generetur, si aperiamus januam his qui [b] dicta transeuntium patrum evertere? quale damnum non apertum erit dicta non solum refutare, sed etiam anathematizare? Ut enim aliud alicui placeat, aliud non, in aliquorum dictis, sive antiquorum, sive posteriorum, sive [c] non nostrorum, alia ratio est. Ut autem & anathema eis imponatur, arbitramur audax & asperum apparere, etsi personæ cum dictis non anathematizentur. Quis enim nostrum [d] speret quod alium posset movere? aut quid horum non præbeat occasionem semper ut populi perturbentur? Et hoc quidem & viventibus & transeuntibus contingere solet; quod non scienti tantum hæc dicimus, sed etiam plus omnibus considerare valenti magnitudinem hujus absurditatis. Quid autem non speramus ex hoc desiderabile Nestorii defensoribus? Quis enim eum non honorabit, si cum isto & aliis, qui in

[a] Cod. Vat. [illegible]

[b] Id. Cod. [illegible] dicta.

[c] Id. Cod. [illegible]

[d] Id. Cod. [illegible]

in episcopatu vitam deposuerunt, simul anathematizetur? aut ubi ejus opinio per hoc non accipiat incrementum? Quis autem deceptorum hominum, de istis occasionem assumens, non confessorem vocaverit, veluti propter illos passum [a] quæ passus est, quæ etiam illi qui in Ecclesia fulserunt passi sunt? Quis autem mentem habentium nescit, quia ea quæ dure a B. Theodoro dicta sunt, necessitate compulsus dixit? Proponebat enim eum totus in commune oriens inter eos qui ante nos fuerunt, sicut virtutem multam doctrinæ habentem adversus hæreses, contra quas pugnans & dimicans multa quadam divisione usus est, non ex pravo intellectu veniens, sed efficacius adversus hæreticos illo modo uti judicans; neque unitatem summam ignorans vel negans, absit, (pleni enim hujusmodi sunt omnes ejus libri) sed naturarum proprietates amplius dividens; sicut ei pugna quam adversus hæreticos habuit faciendum dicebat. Hoc & tua religiositas dispensavit aperte in anterioribus literis vestris, ad satisfactionem quorundam venerabilium coepiscoporum nostrorum; quod & ipsum tuæ virtutis tuæque sapientiæ proprium est.

a Cod. quæ.

Ad has literas Cyrillus respondit magnifice pro memoria Theodori, multum eum laudans, laudans insuper orientales quod magni viri nomen famamque generose tuerentur adversus invidos. Extat epistola ejus responsoria in collatione quinta Concilii Quinti, illic accusata falsitatis. Ejus tamen fragmenta aliquot habentur apud Facundum lib. 3. cap. 6. & lib. 8. cap. 5.

Fragmenta epistolæ ad Proclum Episcopum Constantinopolitanum.

TOmum qui ad Armenos factus est a reverentissimo nostro filio Diacono [a] Theodosio, qui dignus est tuis dispositionibus ministrare ob eam quæ inest ei super ætatem diligentiam, & petivimus, & cum omni delectatione ejus fecimus mentionem. Faciebat autem nobis delectationem non pulcritudo compositionis sola, neque argumentationum multitudo contra utramque partem adversantium pertractata, quantum ipsa sacrorum dogmatum cautela simul & pietas; pietas quidem, qua regalem divinarum scripturarum in his quæ dicebantur, verbum veritatis recte confitens pergebas, non sine testimoniis scripturæ præsumens aliquid ex potestate propria prædicare: cautela vero, quia cum divinis scripturis etiam patrum dicta ad probandum quæ dicebantur proponebas. ET INFRA Siquidem sobrie agere velint qui turbis & juvenilibus levitatibus contra commune corpus Ecclesiæ nunc nescio unde potestate sumpta utuntur, & suas quidem patrias relinquentes, venientes vero ad imperii urbem, & calumnia adversum proprios Episcopos eorum qui illic sunt sordidantes auditus, non utique nunc necessarium fuerat. ITEM INFRA Nimis nostræ animæ vulneratæ sunt, quia non solum nos viventes tales calumnias ab his qui conturbare volunt Ecclesias continue sustinemus; sed & qui bene de vita profectus est B. Theodorus, & qui quinque & quadraginta annis clare in doctrina præfulsit, & omnem hæresem expugnavit, & nullam alicubi detractationem ob orthodoxis in vita suscipiens, post longi temporis hinc discessum & post multa certamina, & post decem mille libros adversus errores conscriptos, & posteaquam in conspectu sacerdotum & Imperatorum & populorum probatus est, periclitatur quæ hæreticorum sustinere & illis [b] primus prædicari. Et adjiciunt quæ intermissa fuerunt, dicentes: [c] Hac nos confusione & turbis compleverunt, non autem nos solum, sed & Christianos populos, qui hæc cognoscentes nullatenus sine turba ecclesiasticas celebrationes impleri permittunt, sed adversum nos seditiones faciunt, nec usque ad auditum passi suscipere quod adversus dormientes patres meditabantur anathema, & decem millia adversus nos mala minantur, si quid ab aliquo fuerit tale præsumptum. Sciat autem & hoc tua sanctitas, quia scripturas antiquorum doctorum Ecclesiæ requirentes, decem millia talia & his similia invenimus, qualia quidam malo more ex libris B. Theodori colligentes, & corpus reliquum abscindentes, tuæ obtulerunt sanctitati. Etenim apud magnum martyrem Ignatium, qui secundus post Petrum Apostolorum primum Antiochenæ sedis ordinavit Ecclesiam, & apud beatissimum Eustachium, qui sanctorum patrum, qui apud Nicæam congregati sunt, primus existens fidem orthodoxam confirmavit, & apud sanctissimum & beatissimum Athanasium, qui millia millium certaminum pro evangelicis dogmatibus passus est, ad hæc autem & apud Basilium & utrumque Gregorium, qui ejusdem sententiæ fuerunt, & apud beatissimum Flavianum, Diodorum, & Joannem, qui clara luminaria orientis fuerunt totius, rursum autem & apud beatissimum Ambrosium, qui omnes partes Hesperias illustravit, & apud beatissimum Amphilochium probatissimum doctorem, necnon & apud B. Atticum tuum patrem, & apud alios decem millia, ut non singulos percurramus, consona decerptis his capitulis invenimus, quibus anathematizatis, necesse est & ea quæ a prædictis patribus sunt dicta complecti. Et quis de cetero nostris adsit doctrinis, sic admirabilibus & famosissimis viris post mortem damnatis? Non nostrum est ergo gloriosis eorum qui præcesserunt opinionibus insultare, neque judicare eos qui honorate defuncti sunt, sed solius judicis vivorum & mortuorum.

a Leg. Theodoro.

Synodicon c. 196.

b Id Cod. prædicari.

c Id Cod. Hæc.

Fragmentum ex responsoria Procli.

QUando enim ego scripsi tuæ sanctitati oportere aut Theodorum aut alios quosdam qui pridem defuncti sunt anathemati subdi, aut nominatim alicujus [d] fieri mentionem? Sed puto, sicut & ipsæ literæ ad tuam sanctitatem directæ clamant, nihil difficile vel pravum epistola continet, sed quia oportet omni suspicione liberari & detrahentium ora consuere ex hoc quod in tomo directo subscripsi, & illa capitula quæ subjecta sunt repuli, utpote subtilitatem non habentia pietatis. Neque autem de Theodoro, neque de alio quoquam, qui jam defuncti sunt, scripsi tibi, Deo amantissime, aut anathematizetur aut abdicetur. Sed neque carissimus [a] Theodorus, qui a nobis directus est, Diaconus talia mandata percepit.

Facund. lib. 8. c. 4. & 5.

d Cod. Vetus. fieri.

a Supra Theodosius.

Huc usque acta ad hoc Concilium Antiochenum pertinentia, prout ea colligere potuimus. Approbatum autem illud fuisse a Concilio Chalcedonensi docent Facundus & Liberatus.

CON-

CONCILIUM THESSALONICENSE

Habitum anno CCCCXXXV.

ANNO CHRISTI 435. Ex nova Baluzii Collectione.

A Firmari non potest hanc synodum Thessalonicensem fuisse habitam. Illud tantum scimus, rumorem percrebuisse de ea congreganda. Sic enim docet epistola Xysti III. Romani Pontificis ad Episcopos Illyrios, data VIII. Idus Julias Theodosio XV. & Valentiniano IV. Consulibus, quæ scripta est *universis Episcopis synodo apud Thessalonicam congregandis*. Edita est in actis Concilii Romani sub Bonifacio II. in tomo proximo Conciliorum præsentis editionis. ANNO CHRISTI 435.

CONCILIUM ILLYRICUM.

Anno CCCCXXXVII.

ANNO CHRISTI 437. Ex Suppl. P. Mansi T. I. pag. 320.

AD patres Illyricos in synodum collectos epistolam illam suam dedit Sixtus III. quam Stephanus Larissenus episcopus in concilio Romano III. sub Bonifacio II. utpote causæ suæ profuturam, recitandam exhibuit. En verba Pontificis ad episcopos per Illyricum consistentes: *In communne fraternitatis vestræ datur nobis appellare concilium. Ille* (Apostolus Paulus) *singulas epistolis suis visitat ecclesias; nos tot pariter credimus ecclesias nostris appellare nos literis, quot estis qui ad sanctam Synodum convenitis*. Signatur epistola *XV. Kal. januarias Aetio iterum & Segisvulto Coss.* anno nempe 437. Stet ergo anni hujus in Illyrico & forte Thessalonicæ concilium, reliquis huc usque collectoribus ignotum. ANNO CHRISTI 437.

[a] CONCILIUM [b] CONSTANTINOPOLITANUM

In causa primatus Alexandrini, sub præsidio Procli Constantinopolitani Episcopi.

ANNO CHRISTI 439. Causa Concilii.

[a] *Concilium Constantinopolitanum*.) Cum Dioscorus Alexandrinæ ecclesiæ diaconus, Constantinopoli degens, ejusdem Alexandrinæ ecclesiæ apocrisarium ageret, veterem controversiam de jure diœceseos & primatus exsuscitans, ad Alexandrinum episcopum pertinere instabat, omnibus orientis ecclesiis præsidere, utpote quod in ecclesia catholica, post Romanum pontificem, Alexandrinus primatum obtineret. Cui cum episcopus Antiochenus potissimum contradiceret, ideo quod distinctio & divisio diœcesium auctoritate apostolica semel ordinata, Nicæni aliorumque conciliorum canonibus confirmata esset, congregata hanc ob causam synodo, post diligentem causæ discussionem, patres unanimi consensu definierunt, ut quæ in Nicæno aliisque conciliis de hac re olim constituta fuissent, rata ac firma manerent. Pro juribus Antiochenæ Ecclesiæ Theodoretus Cyri episcopus acerrimus defensor inturrexit. Unde factum, quod (sicut ipse testatur) Dioscorus ex hoc tempore eum gravi & diuturno odio prosecutus fuerit. Hæc ex epistola 86. Theodoreti. Baronius anno 439. n. 42. & 43. ANNO CHRISTI 439. Acta Concilii

[a] CON-

[a] Fictitium putat hoc Concilium Garnerius in historia Theodoreti, quam tomo 5. operum ejus inseruit cap. 7. & ex eo Pagius ad annum Christi num. 13. & 14.

ANNO CHRISTI 419. ANNO CHRISTI 419.

[a] CONCILIUM I [b] REGENSE, [u]

Cum Ebreduni a duobus contra canones ordinatus esset episcopus, sub die III. Kalendas Decemb. celebratum, [a] Theodosio Augusto XVII. & Festo viris clarissimis consulibus, * [c] anno Christi CCCCXXXIX Valentiniani III. Augusti decimoquinto, Sixti III. Papæ octavo.

TITULI CANONUM.

I. *Ut duo, qui soli ordinationem præsumpserant, ab omnibus deinceps ordinationibus & conciliis abstineant.*

II. *Ut Ebreduni, remoto eo qui perperam fuerat assumptus, alia fiat legitima ordinatio.*

III. *Armentario, qui perperam fuerat ordinatus pœna remissa, chorepiscopi nomen certis legibus indultum.*

IV. *De clericis, qui ab Armentario temere provecti dicebantur.*

V. *Quod presbyteris liceat privatim benedictionem desiderantibus impertiri.*

VI. *Ut defuncto episcopo, ecclesiæ illius curam vicinus gerat episcopus.*

VII. *Ne quis ad ordinationem veniat, nisi metropolitani literis invitatus.*

VIII. *Ut singulis annis bini fiant conventus.*

☞ *Veteres tituli hujus Concilii Ex cod. ms. Luc. sign. 124. Ex quo etiam dantur variantes & canones aliam habent dispositionem ab editis.*

I. *De multa duorum qui ordinationem præsumpserunt.*

II. *De remotione ejus, quem ordinare perperam duo præsumpserunt.*

III. *De indulto eidem peregrini vel corepiscopi nomine.*

IV. *Ut presbyteri privatim Fidelibus desiderantibus benedicant.*

V. *De ordinanda ecclesia defuncto episcopo.*

VI. *Ne quis ad ordinationem veniat, nisi metropolitani literis invitatus.*

VII. *De conventu annuo.*

Vetustissimi alii tituli Ex vetustiss. Cod. Lucensi signato num. 490.

Ex Concilio Regiense sub die XIV. Kal. Dec. Theodosio Augusto XVII. Festo Vir. Cl. coss.

I. *Irritum sit a duobus episcopis episcopum ordinare.*

II. *Quod aliquando a duobus ordinatus episcopus recipiatur.*

III. *Hæreticus & schismaticus episcopus si venerit in fidem unam Diœcesem ecclesiæ det ei. Neophitos confirmet. Duas ecclesias non teneat. Presbyteris præponatur.*

IV. *Benedictionem presbyteri det, & confirmet Neophitum.*

V. *Episcopus qui sepelierit Episcopum vel vicini reliqui curam habeant ecclesiæ ipsius.*

VI. *Absque metropolitano non ordinetur episcopus.*

VII. *Duas vices in anno concilium fiat.*

PRÆFATIO.

B Cum in voluntate domini apud Regensem ecclesiam convenissemus, & transgressionis apud Ebredunensem ecclesiam habitæ remedium quæreretur, (a) qua sacris ecclesiæ canonibus, ac reverendis patrum constitutionibus omni parte neglectis, absque trium episcoporum præsentia, absque comprovincialium literis, sine metropolitani auctoritate, irritam ordinationis speciem a duobus temere convenientibus præsumptam esse clarebat; non minus doloris de præsumentium lapsu, quam de ecclesiæ ipsius convulsione, in pectoribus omnium diutina (b) collatione versatum est.

CANONES.

I.

Primum itaque, quia non ulciscendi, sed remediandi studium, nutu domini, universorum pectora prorsus sacerdotali (c) consilio insederat, canonum in sermonibus singulis proprietate perspecta, patuit quod sicut reprobe præsumpta essent in irritum devocanda, ita eos qui reproba præsumpsissent, quamvis confundere censura cogeret; caritati liceret absolvere præsertim cum hi qui tam perversa incidissent, a primo (d) lapsus ipsius die adhibitis passim precibus, culpam pœnitentes, aut ignorantiæ, aut circumscriptioni imputassent: quia etsi inveniabile crederetur sacerdotem sacer-

u Habetur in Collectione Isidori. Contulit Sirmondus cum MS. Lugd. & aliis: nos cum tribus MSS. Collegii Paris. Soc. Jesu, annorum, ut creditur, amplius 800. In uno e MSS. nostris titulus hic est: *Incipiunt capitula Concilium Regimense tredecim* alio, quo continetur fasciculus Synodorum, hæc de Regensi verba sunt Isidori. *Regensia sub Hilario Arelatensi*. In *Episcoporum*, *in qua statuti sunt canones septem, quorum auctor maxime Hilarius Episcopus extitit: subscribentibus Severiano, Audentio, & ceteris*. Hard.

(a) Cod. Luc. *quia*. (b) *Collisatione*. (c) *concilio*. (d) *lapsu ipsius diei*.

dotalia statuta nesciisse; levius tamen erat, quam si ore impudenti fateretur se nota calcasse. Itaque eos qui tam incondita, ac tam instabilia usurpaverunt placuit misericordiæ & caritatis occursu, ita in communionem dilectionemque recipi, ut scirent secundum recentem & saluberrimam Taurinatis synodi definitionem, ad perpetuam vitæ istius suffusionem, nullis se de cetero ordinationibus, nullis ordinariis interfuturos esse conciliis (a) qui tantæ corruptionis tam detestanda exempla præbuerant.

Conc. Taurinense Can. 1

II

Ebredunensi ecclesiæ ante omnia mature visum est consulendum, quia quatuor de biennio mensibus sacerdote legitimo destituta hoc gravius ægrotaverat, quod clerus innocens, ac disciplinæ, ut probatum est, memor quorumdam laicorum insolentia ac varia perturbatione vexatus, etiam in sacerdotibus ac ministris minas ac jurgia, & vim acerbissimam periculose perniciosa nuper cæde pertulerat, nec poterat differri bonorum ac disciplinæ memorum expectatio, ne viderentur contumacium & inquietorum vota palpari; quorum conspirationes (b) iniquæ, machinationesque, & in præteritum, quantum deprehendi possint, animadversione ecclesiastica puniendæ, & in futurum anticipandæ erant. Itaque ordinationem, quam canones irritam definiunt, nos quoque evacuandam esse censuimus, in qua prætermissa trium præsentia, nec expetitis comprovincialium literis, metropolitani quoque voluntate neglecta, potius nihil, quod episcopum faceret ostensum est. Itaque placuit in voluntate domini, remoto eo qui perperam assumptus erat episcopus, fieri omnino fratrum constitutionem ecclesiastica traditione servata.

III

Verum quia hæc sancta synodus non disciplinæ tantum curam, sed & misericordiæ gessit: cumque occurreret, quod se Armentarius diebus proximis eidem ecclesiæ multa assentatorum insolentia retulisset; occurrebat tamen (c) quod a nonnullis sacerdotum in hoc ipsum confirmatus, se etiam private domui reddidisset; quod epistolas ad clerum ipsum emiserat, quibus episcopatum, quem se non indeptum agnoscebat, (d) appetere nunciaverat, eradi nomen suum petens, & hoc ipsum quod instabiliter in se præsumptum erat, jam tunc inordinatum & irritum futurum protestatum esse confirmans: in illam potius partem declinata sententia est, ut juveni educato in timore domini plus sustragaretur, quod in actu vitiosissimo interdum sana sensisset, quam quod juvenilibus titillationibus in aliqua parte cessisset. Itaque prætermissis his, quæ in regressu ipsius eum, absque ullius excusationis effugio, societate culpæ respersérant, velut innocentem eumdem præterire sacerdotes domini, qui huic concilio aderant, damnatione vacuum maluerunt. [d] Quod ergo in quibusdam schismaticis (e) magis quam hæreticis recipiendis Nicænum concilium statuit a singulis per territoria sua, hoc etiam præsens conventus in hoc statuit ab omnibus debere servari. id est, ut cuicumque de fratribus tale aliquid caritatis consilia dictaverint, liceat ei unam parochiarum suarum ecclesiam cedere [e] in qua aut chorepiscopi nomine, ut idem canon loquitur, aut peregrina, ut ajunt, communione (f) foveatur. Primum itaque statuitur, ut hoc in qualibet provincia, præterquam in Alpina maritima, liceat. Quam si in aliqua parte accesserit, ut malorum incitator, & quietis impatiens, damnationi, quam in se provocaverat subjacebit. Sed & si quis eidem quidquam ex his quæ statuta sunt transgredienti communicaverit, a communione omnium fiat alienus. Deinde ut quolibet in loco præterquam in publico egerit, tum ne quis ei locus decernatur, quem curiæ & civitatis species, aut ordo nobilitat. Additur, ne unquam in civitatibus, vel sub episcoporum absentia, offerre præsumat, nec ordinare vel ultimum clericum, nec in ea quidem ecclesia, quæ illi cujuscumque misericordia fuerit attributa: nec ulli episcoporum, vel succedente ætate assumpto in rudimentis suis huic in aliquo, quasi pro ætatis reverentia, cedere liceat; nec usquam ipsi quidquam de episcopalibus officiis usurpare, præterquam in ecclesia, quam cujusquam misericordia fuerit indeptus: in qua ei solum neophytos confirmare, & ante presbyteros offerre conceditur. Quod si unquam aliquid, caritate alterius provocatus, de habitationis commutatione variaverit, non aliter in alia ecclesia requiem

Conc. Nicænum Can. 8

[e] in Ms. Remensi: Deinde illo eidem peregrini vel chorepiscopi nomine.

(a) addit: quia nihil salubre ab illis sperandum expectaretur, qui &c.
(b) Deest enique.
(c) addit: quod ante admonitionem discessisset, quod a nonnullis &c.
(d) apte renunciaverat
(e) Magis quam hæreticis deest.
(f) fraueretur

quiem acciplat, quam priori renunciaverit: nec omnino unquam duarum ecclesiarum gubernationem obtineat: cui etiam in ea, quæ ipsi conceditur, ministros a civitatis episcopo necesse est ordinari.

IV.

Sane quia ministrorum mentio facta est, & nonnulli ab ipso inventi excommunicati, temere in clero provecti dicuntur: statutum est eos qui ita assumpti sunt deponendos: quibus autem nulla conversationis macula præjudicaverit, prout Ebredunensi sacerdoti constituendum (a) visum esset, aut in ecclesiæ suæ ministerio tenendos, aut ad ipsum quocumque habitasset transferendos. Plebi quam acceperit ex constitutionis hujus permissu benedicere, & ut supra definitum est, in una eademque ecclesia neophytos confirmare in castellis ac vicis totum illi ante presbyteros sicubi venerit liceat, quod in civitatibus omnino (b) præscribitur.

V.

Burchard. lib. 2 89. Et inter minutas has discussiones (c) & indefinitas visum est, omni presbytero per familias, per agros, per privatas domos, pro desiderio fidelium, (d) facultatem benedictionis aperire quod nonnullas jam provincias habere succurrit. Huic autem etiam in ecclesiarum plebibus, per loca tamen magis, quam per urbes, hoc idem visum est esse tribuendum. In ecclesia quoque, in qua ordinatus fuerit, consecrandi virginem, sicut confirmandi neophytum, jus habebit. Et per omnia, ut sit multæ indulgentiæ testimonium, semper se inferiorem episcopo, superiorem presbytero agat. Mandatis votisque omnium sanctorum prosequentibus vivat in timore domini, quietem colat, Deo serviat, synodi circa se benevolentiæ gratias agat, semperque indignum se indultis, & negatis imparem esse fateatur.

VI.

Can. 2. Valentini in Hispania. In commune autem, omnes qui convenerant sacerdotes, sibimetipsis contra hujusmodi scandala præcavendum censuerunt. Itaque propter ejusmodi temeritatem, tali definitione consultum, ut de cetero observaretur, ne quis ad eam ecclesiam, (e) quæ episcopum perdidisset, nisi vicinæ ecclesiæ episcopus, exequiarum tempore accederet; qui (1 (f) visitatoris vice) tamen statim ecclesiæ ipsius curam districtissime gereret, ne quid ante ordinationem discordantium in novitatibus clericorum subversioni liceret. Itaque cum tale aliquid accidit, vicinis vicinarum ecclesiarum inspectio, recensio, descriptioque mandatur.

VII.

Hæc autem omnia exequiarum tempore, usque ad septimam defuncti diem aget. Exin se ecclesiæ referens, mandatum metropolitani simul cum omnibus sanctis episcopis opperietur. Nec quisquam ad ecclesiam, quæ summum amiserat sacerdotem, nisi metropolitani literis invitatus, accedat; ne a plebe decipiatur, & vim pati voluisse videatur.

VIII.

* Quæ voluntate communi in voluntate domini constituta, omnes communi consensu conservanda, neque, quod absit, sine offensa omnium ac Dei a quoquam transgredienda (g) definiunt: adjicientes, ut secundum antiquam constitutionem, si quies temporum erit, bis in anno conventus agant. Certe inter quaslibet anxietates neglectis propriis ac domesticis necessitatibus, (h) quoquo modo simul gratias agentes Deo, quo donante quidquid spiritu considerant consurgentes, solum Ecclesiæ remedium, remota ultionis prurigine, atque omni animositate, quæsissent. canon V Nicænus.

Vulgata Conciliorum editiones & vetera exemplaria manu exarata canones istius Concilii octo tantum exhibent. Attamen optimus ille & veterrimus Isidoriana collectionis codex, qui servatur in bibliotheca Ecclesiæ Urgellensis, cujus exemplar nos habuimus beneficio illustrissimi doctissimique viri Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis, duos sequentes canones ponit post septimum, octavumque interim omittit. Horum autem duorum canonum alter descriptus sane est ex synodo Antiochia celebrata temporibus Papæ Julii, sed interpolatus, fortassis secundum eam quæ tum in Ecclesia Gallicana erat disciplinam. Utcumque se res habeat, isthic eos damus quales leguntur in libro Urgellensi. Ex novo Baluzii Collectione.

De his qui Ecclesiarum vel eorum cultoribus id est sacerdotibus seditiosi existerint.

PErventum est huic sanctæ synodo quod aliqui ignoti institutiones canonum fastu superbiæ 3 editiones antiqui hostis consilio emutilare nituntur: qui

1 Inclusa quæ sunt parenthesi, ea non sunt apud Isidorum Mercatorem, sed sunt in Paris. *Hard.*
2 Ita MSS. Paris. in Collectione Isidori abest hic canon. *Harduinus.* 3 Forte, *editores.* Hard.
(a) *Vis sumus.* (b) *proscribitur.* (c) *& indefinitas*, deest. (d) *facultas sit benedictionem &c.*
(e) *in qua episcopus obiisset.* (f) uncis inclusa desunt. (g) *deficiunt.*
(h) *quomodo simul gratias agentes Deo, quoquos spiritu considerante &c.*

qui non humiles, sed superbi, seditionemque Ecclesiabus Dei vel ejus sacerdotibus persistunt. Placuit omni synodo hos tales ab Ecclesia Dei & a cœtu catholicorum segregari ac excommunicatos exilio relegari; ut post correcti satisfactionem pœnitentiæ, ad sanctam communionem possint idem admitti, non ad clerum.

Ut bis in anno Concilium agitetur.

SUfficere visum est bis in anno per singulas provincias Episcoporum Concilium fieri semel quidem post tertiam hebdomadam paschalis festivitatis, ita ut in quarta [1] quoque hebdomada quæ consequitur, id est, media Pentecosten, Concilium compleatur. Admoneant autem comprovinciales Episcopos ii qui perampliorihus id est in metropolitanis civitatibus degunt. Secundum vero Concilium Idibus Octobris post vindemiæ temporibus habeatur, qui dies apud Græcos Iperbereti mensis decimus invenitur. In ipsis autem Conciliis & Presbyteros & Diaconos & judices sive curiales ac privati præsentes esse oportet; & omnes quotquot se læsos existimant, causas enarrent, & synodicam expectent sententiam. [2] Nec liceat aliquibus apud semetipsos Concilia (Metropolitanorum queat esse præsentia &) absque Metropolitanorum Episcoporum conscientia facere, quibus de omnibus causis veridicum ac fidelissimum constat emissum esse sanctionis judicium.

Sicut in nomine Christi consedimus, manu propria subscribamus.

SUBSCRIPTIONES.

Ego [3] Hilarius Episcopus, juxta id quod universis sanctis coepiscopis meis, qui mecum subscripserunt, placuit, * definita patrum secutus, his definitionibus (*a*) sub die III. Kalendas Decembris, Theodosio Augusto [4] XVII. & Festo viris clarissimis consulibus subscripsi.

* statuta.

Ego Severianus Episcopus huic definitioni interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Audentius Episcopus his statutis interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego * Julius Episcopus his statutis interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

* Julianus.

Ego Arcadius Episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Auspicius Episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Severus episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Claudius Episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Valerianus Episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Nectarius Episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Asclepius Episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego [5] Theodorus episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Maximus Episcopus his definitionibus interfui & subscripsi, die & consule suprascripto.

Ego Vincentius presbyter Episcopi * Constantini, ab eodem ordinatus, interfui & subscripsi vice ipsius. (*b*)

* Constantiani.

NOTÆ JACOBI SIRMONDI S. J.

1 *Regense* in veteribus libris dicitur, non Regiense; in quibusdam, *synodus habita in civitate Regensi*. Sic & Faustus, qui episcopus Regiensis dici vulgo solet, ab antiquis scriptoribus Regensis nuncupatur, & territorium Regense a Gregorio Turonensi lib. 4. cap. 37. Nec dubium, quin ubi in concilio Valentino Hispaniæ synodus Regiensis nominatur, Regensis appellari debeat. Vera enim & prisca scripturæ ratio fuit Rejensis: nam & urbem ipsam, ut Sidonius docet, Rejos vocabant. Postea Regensis scribi cœpit, quia utriusque vocis apud Gallos idem est sonus, sicut in *majestas* & *magestas*.

2 *Theodosio* XVII. & *Festo*,) Quidam *Fausto*, sed mendose. Faustus enim præcedentis anni consul fuerat cum Theodosio XVI. In codice Lugdunensi, quem unum præcipue in his subscriptionibus secuti sumus, sub finem *Costantiani* legitur pro *Constantini*.

EJUSDEM NOTÆ POSTUMÆ, NUNC primum editæ.

D Synodi occasio & causa fuit, quam titulus indicat, vitiosa ordinatio episcopi Ebredunensis. Vitiosam autem triplici ex capite affirmant, quod sine tribus episcopis facta sit, quod sine comprovincialium episcoporum literis, quod sine auctoritate metropolitani. Tria hæc enim ad legitimam episcopi ordinationem exigit canon IV. synodi Nicænæ. Sed de tertio capite, hoc est de consensu & auctoritate metropolitani, quæri haud abs re potest, unde locum habeat, ubi sermo est de ordinando episcopo Ebredunæ civitatis, quæ ipsa erat metropolis: cum ordinandi metropolitani potestas sit penes episcopos provinciæ. Omnino hinc apparet, quod ante monuimus, Ebredunensem episcopum, licet ejus civitas caput esset provinciæ Alpium maritimarum, nondum tamen hoc tempore metropolitani jura obtinuisse in ecclesia, sed alteri obnoxium fuisse metropolitano, nempe Arelatensi, qui jus in Ebredunensem sibi vindicabat, ut synodus hæc ab Hilario Arelatensi habita declarat. Ex Labbei appendice.

E *Regense*.) Ita veteres libri, non *Regiense*. Sic & Faustus, qui episcopus Regiensis dici vulgo solet, ab antiquis scriptoribus Regensis nuncupatur. Paulus diaconus lib. III. Gregor. Turon. lib. IV. territorium Regense. Nec dubium qui ubi in concilio Valentino Hispaniæ synodus Regiensis nominatur, Regensis appellari debeat. Vera enim & prisca scripturæ ratio fuit, Rejensis, nam & urbem ipsam, ut Sidonius docet, Rejos vocabant. Postea Regensis scribi cœpit, quia utri-

1 Forte, *quaque*, Hard.
2 MS. *Hesarius*. Hard.
(*a*) *Id. Decembris*.
Locus corruptus. Forte delenda, quæ sunt inclusa parenthesi. *Hard.*
4 MS. Paris. unus, XVI. alter XVIII. *Hard.*
5 MS. *Theodorus*. Hard
(*b*) *Julius* & *Valerianus* desunt in hoc codice, & pro Constantini habet *Constantiano*.

utriusque vocis apud Galloos idem est sonus, sicut in *majestas* & *magestas*.

Can. I. *Primum itaque.*) Duobus episcopis, qui hoc sibi usurparant, ut soli episcopum ordinarent, punam irrogat, quam synodus Tauriniensis can. III. in hujusmodi præsumptores constituerat, ut nullis deinceps ordinationibus, nullisque ordinatis concilii interfint. Nihil enim est æquius, quam ut quo quis abutitur potestate, illa careat. Itaque synodus Nicæna in Meleticum Lyci episcopum, qui presbyterorum ordinationes ad Alexandrinum episcopum spectantes temere sibi arrogarat, punam decrevit τῷ λοιπῷ μὲν τὰ ἄλλα, μόνον δὲ πόλιν χειροτονεῖν. *Ut nullum de cætero neque in urbe, neque in vico ecclesiæ ministrum ordinaret.* Theodoretus lib. IV. Histor. c. XXIII. & synodica concilii ad Alexandrinos. Simplicius vero papa epistola III. Gaudentio Aufinieni episcopo, qui ordinationes illicitas contra canones perpetrarat, ordinandi potestatem auferri jussit, & hoc in ejus ecclesia officio fungi Severum alterius sedis episcopum.

Can. II. *Ebredunensi ecclesiæ.*) Rejecto Armentario, qui perperam a duobus fuerat consecratus, alterum in Ebredunensi ecclesia, viginti jam mensium spatio rectore destituta, legitimum episcopum ordinari jubet.

Can. III. *Verum quia hæc S. Synodus.* Armentarium eundem intra provinciam Alpium maritimarum consistere vetat: permittit ut extra eam liceat episcopo, qui voluerit, unam illi de parochiis suis concedere, in qua aut chorepiscopi nomine ministret, aut peregrina communione fruatur: In quo se synodi Nicænæ secutam exemplum profitetur, quæ Catharorum sive Novatianorum episcopis, cum ad ecclesiam redeunt, χωρεπισκόπου τόπον chorepiscopi locum dari statuit canone VIII.

Chorepiscopi nomine.) Chorepiscopi, quasi χώρας, id est regionis, episcopi dicti, olim fuerunt præcipui episcoporum ministri, qui ἐν πόλεσι καὶ χώραις, per vicos & agros, ecclesiarum quæ extra civitatem erant, curam gerebant. Ordinabantur enim ab episcopo civitatis, eique subeunt, & episcopalia munera pro illius arbitrio mutuque administrabant. Quamquam autem chorepiscoporum per canones sæpe rescissa est potestas: numquam tamen cautum, ne plus quam uni ecclesiæ præessent, aut ne inferioris ordinis clericos ordinarent. Quare Armentario, cui hæc interdicuntur, nomen potius quam officium chorepiscopi, minus illi certe quam licebat chorepiscopis, indulsum videtur.

Peregrina communione.) Peregrina communio dicebatur, quæ peregrinis in alia ecclesia concedi solebat. Armentarius igitur, si ecclesia ei attribuenda erat, quam gubernaret, peregrinus esse definebat, in ecclesia illius matricularia referendus: sin autem, non ut gubernaret, sed ut in ea tamquam hospes & peregrinus versaretur, peregrina communione impertiendus erat, de qua pluribus ad synodum Agathensem dicendum erit.

Can. IV. *Sane quia ministrorum.*) Clericos Ebredani ordinarat Armentarius, & in his quosdam excommunicatos, de quibus præcipit synodus, ut deponantur; de reliquis vero, ut in arbitrio sit Ebredunensis episcopi, vel in ecclesia sua illos retinere si velit, vel ad locum transferre, quem incolet Armentarius.

Can. V. *Omni presbytero.*) Presbyteris permittit, ut privatim benedicant, non publica in ecclesia. Nec privatim ergo ante hoc tempus benedictionem dabant in his provinciis Galliæ. Postea licuit. Unde in synodo Agathensi can. XLIV. publicam tantum dare prohibetur, non privatam. *Benedictionem*, inquit, *super plebem in ecclesia fundere presbytero penitus non licebit.* In Oriente vero, ut de aliis nunc locis nihil dicam, utraque presbyteris benedictio concessa, quod elicitur ex verbis S. Basilii ad Amphilochium can. XXVII. de presbytero nefariis per ignorantiam implicito: μόνον οὐκ ἰδιωτεύειν, μόνον ἰδίᾳ εὐλογεῖν: *Nec publice*, inquit, *nec privatim benedicat.* Quod enim malitiæ causa facere illos vetat, argumento est extra culpam licuisse.

Ad Ecclesiam quæ Episcopum perd.) Ad defuncti episcopi exequias venire jubetur vicinus episcopus, & curam ecclesiæ ipsius gerere, omniaque recensere ac describere, ne quid pereat: mox ad ecclesiam suam redire, donec a metropolitano ad successoris ordinationem cum aliis evocetur. Qua de re iterum in synodo Aurelianensi II. can. V. & VI. tum maxime in concilio Valentino Hispaniæ can. II. III. & IV. *Secundum Regionem*, inquit, *synodo constituta, episcopo de corpore recedente, vicinior illi accedat episcopus qui eo nunc exequias celebrante, statim ecclesiæ ipsius curam gerat, &c.*

Can. VIII. *Bis in anno conveniat.*) Binæ synodi provinciales. De his enim a synodo Nicæna fuerat decretum canone V. κατὰ ἔτος ἑκάστου γινόμενον, μὴ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ συνιόντας. δύο γὰρ ἐν τῷ τοῦ μεγάλου κανόνι. *Concilia*, inquit, *celebrentur, unum quidem ante quadragesimam, secundum autem circa tempus autumni.* Quod Romæ quidem solitum observari docet Leonis Magni epistola V. ad episcopos Siciliæ. At in Galliis, quomiam bis quotannis metropolitano cum suis provincialibus convenire liceret, crebri motus, & alia sæpe obsistebant, ut innuit Arausicanus quoque canon XXXX. Ideo exceptionem hoc loco synodus adjecit, *si quies temporum erit*: & unicum in anno conventum alii canones indixerunt; ut synodi Agathensis canon XLVIII. *quanti singulis congregari placuit.* Idemque sæpius repetunt aliæ synodi Gallicanæ: quomodo & in Africa statutum a concilio III. Carthaginensi can. II. *Singulis quibusque annis concilium convocari.* Et in Hispania concilii Toletani III. canone XVIII. decretum similiter, *ut episcopi semel in anno die Kalendarum Novembrium in unum conveniant.* In Oriente quoque ipso, etsi binos conventus Nicæna, ut dictum est, synodus præscriperat, itemque Chalcedonensis can. XIX. postea tamen sexta synodus, id est in Trullano canone VIII. eamque secuta posterior synodus Nicæna canone VI. propter varias difficultates, conventum quotannis unicum exegerunt.

SUBSCRIPTIONES.

EGO *Hilarius Episcopus.*) De hoc dubium esse non potest, quin Hilarius sit Arelatensis, quem ante annos decem Honorato successisse docuimus. De ceteris, qui subscribunt, hoc universim pronunciare licet, episcopos omnes videri partim ex ea Viennensis provinciæ parte, quæ Arelatensibus vicinior erat, partim ex Narbonensi II. & Alpina maritima, in quas Arelatensis episcopi jus sibi & imperium hoc tempore vindicabant. Ex his Auspicium Vasiorensem episcopum fuisse, constat ex synodo Vasensi post triennium habita. Valerianum, Cemelienem nostrum esse conjicio, Maximum Rejensem, Constantinum, qui per vicarium interfuit, Vappincensem. Nectarius porro, cujus sedes ignoratur, is est omnino, qui Romam ab Hilario, ut est in ejus vita, post aliquot annos missus est ad Leonem papam una cum Constantio incerta item sedis episcopo.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Concilium.*) Causam habiti concilii ipsa acta manifeste aperiunt. Ebredunensis episcopi ordinatio a duobus tantum episcopis contra canones facta irritatur: ordinantes injuncta pœna mulctantur: episcopi ab hæresi aut schismate ad ecclesiam redeuntes, quo loco habendi sint, definitur. De defunctorum episcoporum cura & exequiis statutum est, ut proximior episcopus harum rerum curam assumat: post habitum consensum metropolitani, defunctum septimo die sepeliat; ad ordinationem ulterius nemo, nisi a metropolitano vocatus, accedat. Acta synodi.

b *Regense.*) Hactenus ab omnibus fere creditum fuit, hoc concilium habitum Regii in Æmilia, vel ut nunc loquimur in Lombardia: cum tamen res gesta alterum Regium, in Narbonensi provincia situm, satis indicare debuerit; siquidem in eo agatur de consulendo ecclesiæ Ebredunensi, quam in Galliis transalpina sitam esse manifestum est. De constituendo episcopo Galliis transalpinis in concilio cisalpino actum fuisse, non est credibile. Fuisse in transalpina Galliis ejus nominis civitatem, indices Vaticani demonstrant; qui sic habent: *Archiepiscopatus Rhegimensis in Calabria: episcopatus Regiensis in Æmilia sub Ravennate metropolitano.* Antoninus in itinerario inter civitates provinciæ Narbonensis secundæ ponit civitatem Reteensium, forte Regensium. In Celtico indiculo, qui commentariis Cæsaris additus est, Regens & Regensis episcopatus mentio habetur, sicut etiam Ebreduni, & episcopatus Ebredunensis. Accedit quod iidem terme episcopi omnes nominati reperiuntur & subscripti in Concilio Arausicano, in Galliis Narbonensi, post annum sequentem sub consulatu Cyri celebrato, qui huic etiam Regiensi concilio interfuerunt & subscripserunt. Utramque igitur synodum in una eademque Narbonensi provincia habitam fuisse non facile prudens aliquis negaverit. Denique subscriptiones episcoporum Epaunensis concilii demonstrant, Ebredunum ejusque ecclesiæ episcopum, de cujus ordinatione perperam facta in hoc concilio disputatum fuit, Viennensi metropoli, & consequenter Narbonensi provinciæ in Galliis, subditum fuisse. His adde quod Sidonius Apollinaris lib. 6. epistola ultima ad Patientem episcopum Lugdunensem recensens populos Narbonensis provinciæ, scribit: *Quantas tibi gratias Arelatensis, Rejensis, * Avenicus, Avenionensis quoque & Alensis, Valentinaque & Tricastina urbis professor exolvant?* Ex quibus omnibus satis evidens est & manifestum, quod hoc concilium non quidem Regii Lepidi, sed potius Regii Galliarum in provincia Narbonensi celebratum fuerit; quamquam ex viris doctissimis non pauci contrarium teneant. Baronius anno 433. num. Locus habitæ concilii. * Avenicus.

num. 44. In Nicoliana editione hæc eadem fere omnia huic concilio præfixa fuerunt.

Chronologia corrupta.

e Æra 472.) Hæc chronologia secundum æram Hispanicam erronea est, & sequenti chronologiæ Christi & consulum contraria. Nam si triginta octo annos, quibus Æra supputatio chronologiam Christi superat, ab ea subtrahas, remanent quadringenti triginta quatuor: adeoque non subsisteret, quod in principio & fine actorum synodalium refertur, hanc synodum decimo sexto Kalendas Decembris Theodosio XVII. & Festo consulibus, anno nimirum Christi 439. celebratum esse.

Canon 3. Occasio hujus constitutionis quæ.

d *Quod ergo in quibusdam schismaticis*, &c.) Occasio huius constitutionis ista fuit: Episcoporum eorum qui Pelagiani sectati fuerant quidam pœnitentiam simulabant, ut sedem sibi merito ademptam reciperent. Ut ergo patres concilii certo aliquo & evidente experimento discerent, qui vere, quive ex iis ficte pœniterent, constitutionem decreverunt, ne qui ex schismaticis aut hæreticis ad ecclesiam redirent, sedibus ac dignitatibus suis, quibus privati erant, restituerentur. Exemplo Simil pontificis ad hæc constituenda commotos fuisse patres, est admodum probabile. De quo S. Prosper in chronico hæc ait. *Hac tempestate Julianus Arelatensis factantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis spem præbens, molitus in communionem ecclesiæ irrepere: sed ferens, molitus in communionem ecclesiæ irrepere: sed insidiis Sixtus papa diaconi Leonis hortatu vigilantis insidiis Sixtus papa diaconi Leonis hortatu vigilantis occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit: & ita omnes catholicos defectione fallacis hæresis gaudere fecit, quasi tunc primum superbissimam hæresim gladius apostolicus* * *denuncias set*. Vide Baronium anno 439. num. 45.

* detruncasset

Observatio P. Antonii Pagi ad an. Christi 439. n. 15. & 16.

C Elebrata anno 439. die 29. non vero die 16. Novembris, ut legitur apud Baronium, Synodus Regiensis in secunda Provincia Narbonensi, cui non Hilarius Narbonensis, ut habet Baronius, sed sanctus Hilarius Arelatensis Episcopus præfuit. Qui huic subscripsere, fuere Episcopi omnes, partim ex ea Viennensis Provincia parte, qua Arelatensibus vicinior erat, partim ex Narbonensi secunda & Alpina maritima, in quas Arelatenses Episcopi jus sibi hoc tempore vendicabant. Hilarius de causa ordinationis Armentarii cognovit tanquam primus Gallicanarum provinciarum Metropolitanus, ad quem referri deberet de gravioribus causis, quæ per Provincias emergerent, secundum ea, quæ a Zosimo Papa fuerant constituta, idque ad exemplum Episcopi Thessalonicensis. Baronius scribit in hac Synodo Regiensi optime de Pelagianis Episcopis consultum esse: *Accidit enim*, inquit, *ut cum in his temporibus nonnulli Episcopi, qui sectati essent Pelagium, ad Ecclesiam se redire pœnitentes simularent, ita omnem recipiendi sedem, spem ademerint iidem Patres, qui ipsi concilio Regiensi interfuerunt*. Verum nihil est in ea Synodo, unde colligi possit, contra Pelagianos Episcopos aliquid ab ea statutum fuisse. Etenim, ut recte observavit Em. Card. Norisius lib. 2. hist. Pelag. cap. 12. nulla in eo patrum congressu Pelagianorum mentio fit.

B In errorem forte Baronium duxit collector Conciliorum, qui in indice capitum sic tertium prænotavit: *De hæreticis & schismaticis Episcopis, si ad catholicam fidem venerint, quid observari deceat*. Sed plane inepte; ut plerumque in aliis collectores solent, cum eo in capite de uno Armentario Episcopo Ebredunensi sermo sit, & eo quidem punito, non ob Pelagianismum, sed quod contra Canonum Decreta a duobus tantum Episcopis consecratus fuerat, & absque consensu Hilarii Arelatensis. Statuitur autem eumdem posse in aliqua parochia cum facultate Episcopi titulo chorepiscopi habitare, præterquam in Provincia maritima Alpina, a qua removebatur, neque Presbyterum posse ab ipso consecrari itemque alia nonnulla eo in concilio decernuntur. De Pelagianis vero Episcopis ne verbum quidem, inquit Card. Norisius. Carnerius, qui eodem tempore, quo idem Card. de hæresi Pelagiana scripsit, in Dissert. 2. de Synodis in causa Pelagianorum habitis, Synodo XV. hanc etiam Baronii sententiam rejicit, quod nulla testificatione Veterum innitatur, & apertum sit in tertio

C canone agi de solo Armentario, ejusque ordinatoribus, & in aliis sententiis nihil contineatur, quod ad Pelagianos trahi possit.

ANNO CHRISTI 440.

CONCILIUM EPHESINUM.

ANNO CHRISTI 440.

Habitum anno CCCCXL.

Ex nova Bafilii collect.

MEmnon Episcopus Ephesinus invidia motus erga Bassianum, si ei credendum est; quia diligebatur ab omnibus ob eximiam caritatem ejus erga pauperes, nihil non egit ut eum expelleret a civitate; demum immisit manus in eum ut ordinaret Episcopum Evazorum. Bassianus vero non acquievit, nec unquam profectus est ad Ecclesiam cui ordinatus erat Episcopus. Inter hæc contigit ipsum Memnonem finem vitæ suscipere. Post hæc Basilius episcopatum accepit Ephesinum. Is autem evocans Concilium provinciæ, & discens ab Episcopis violentiam quam Bassianus fuerat

D passus, & quoniam machinatio fuerat, alium in civitate Evazorum ordinavit Episcopum, Bassiano vero reddidit communionem & locum episcopatus, id est, eum concessit habere nomen Episcopi, quo ornatus fuerat a Memnone, quamvis plebem non haberet quam regeret. Hæc sumpta sunt ex actione XI. Concilii Chalcedonensis.

CONCILIUM PROVINCIALE SICULUM

Circa annum CCCCXL.

Ex Idacii Chronico ann. CCCCXL.

Misit Panormo V. Cl. Domin. cus Schiavo.

GEnsericus Siciliam deprædatus, Panormum diu obsedit, qui damnati a Catholicis Episcopis Maximini, apud Siciliam Arianorum Ducis, adversus catholicos præcipitatur instinctu, ut eos quoquo pacto in impietatem coge-

E ret Arianam; nonnullis declinantibus, aliquanti durantes in Catholica fide consummavere martyrium.

OB-

OBSERVATIONES
DOMINICI SCHIAVO PANORMITANI.

POst devictos quarto Christi sæculo Arium, ejusque sectatores, anno circiter 440 Maximinus Arianorum Antesignanus, ac pessimi corvi malum ovum, in Siciliam descendens Catholicos homines ad insanissimi Præceptoris sui iniqua dogmata inclinare conatus est. Ut tantis ergo malis Episcopi Siculi celeriter subvenirent, ea, qua pollebant, doctrina, ac constantia in defendenda Catholica fide, congregata Synodo pestem illam e finibus suis expulerunt. Quis autem iste fuerit Maximinus, doctissimus Tillemontius (*a*) laudabili sane conjectura opinatus est, illum eumdem esse, qui anno 428. Hippona, ac Carthagine cum magno, ac sanctissimo Ecclesiæ Doctore Augustino ad propugnandas Arii nequitias iniit singulare certamen. Perfidissimus iste Præsul in Africam devenerat cum Sigisulfo Comite, suisque Gothis, ibique coram Heraclio Presbytero, aliisque viris gloriabundus suas insanias disseminare effrenatæ audacia totis viribus satagebat (*b*), at condicto die magni Augustini doctrina, ac argumentis deterritus, sponte a Carthagine exulavit, & in nostram Insulam navigando descendit, in qua merito ut diximus, ab Episcopis damnatus, diabolica furens insania, Gensericum, ac Vandalos Arianos in sui vindictam ad Siciliæ depræ[illegible]ationem vocavit; quod equidem illi arrisit; Genserichus namque Dux tanta crudelitate in Siculos est debacchatus, ut innumeri martyris palmam obtinuere, alii ærumnas, carceres, ac tormenta forti animo substinuerunt (*c*). Ex hisce non est silentio præteremndus sanctissimus Lilibetanæ Ecclesiæ Episcopus Pascasinus (*d*), qui ut doctrina, ac sagacitate alios antecedebat Siciliæ Præsules, sic forte primus, ac præcipuus fuerat Concilii promotor contra Maximinum, ex quo sane evenit, ut Genserichus illum præ aliis *nudatate, atque ærumnis in amarissima captivitate condemnaret*, sicut ipsemet episcopus Pascasinus in epistola ad S. Leonem Pontificem lamentabili dolore descripsit (*e*). Hæc sunt, quæ de Siculo Concilio ex tempore colligere mihi contigit; aliorum namque Præsulum illustria nomina Barbarorum incursionibus periere.

ANNO CHRISTI 435. melius 440.

CONCILIUM ANTIOCHENUM

Sub Joanne patriarcha in causa tomi a Proclo CPtano in Theodorum Mopsuestensem scripti.

ANNO CHRISTI 435. melius 440.

Anno 440. celebratum.

Ex Suppl. Mansi to. I. pag. 119.

SI quid video in Liberati breviario non semel, sed bis Joannes Antiochenus causam Theodori Mopsuesteni in concilio tractavit. Semel quidem statim post acceptum Procli librum & doctrinam Theodori tomo illo refutatam. Tunc vero ait Liberatus cap. X. *Joannes & qui cum eo erant congregati episcopi legentes tomum & ejus laudantes compassionem subscripserunt in eo, & Proclo transmiserunt*. En concilium Antiochenum quod anno 435. consignari oportet, cum eo ipso anno tomum Procli ad Armenos datum ex ejus subscriptione constet. His narratis Liberatus historiam suam prosequens addit, Basilium quemdam Diaconum Procli tomum ad S. Cyrillum detulisse, a quo libros adversus Diodorum Tharsensem & Diodorum Mopsuestenum ea occasione scriptos obtinuisse. Hos libros eumdem Basilium secum tulisse CPolim quo tempore Proclus tomum suum destinaverat ad Armenos. *Post hæc*, sequitur Liberatus, *occasione acceptæ surrexerunt quidam Monachi ab Armenia portantes excerpta capitula de libris Theodori Mopsuesteni, & intrantes regiam civitatem calliditate sua omnia perturbaverunt. Deinde circumeuntes totius orientis civitates & universa monasteria damnanda esse cum authoribus clamabant. Tunc Joannes Antiochenus synodo congregata tres pro Theodoro Mopsuesteno dictavit epistolas. Et unam quidem direxit Theodosio imperatori, aliam autem Cyrillo Alexandrino, & tertiam Proclo CPtano episcopo, laudans in eis Theodorum, & ejus exponens sapientiam*. Alterum est hoc concilium Antiochenum a priori anni 435. longe diversum, & forte etiam tempore aliquanto posterius. Ad hoc vero concilium pertinent epistolæ illæ a Liberato commemoratæ & a Baluzio concilio anni 435. nonnisi per errorem adscriptæ. Quamquam enim in illis Joannes sermonem habeat de tomo Procli ad se transmisso, nihil tamen affert ex quo arbitrari cogamur tunc primo Antiochiæ visum illum probatumque fuisse. Theophanes in Chronographia ejusdem rei & concilii meminit ad annum Alexandrinum 5933. qui anno æræ Christianæ 440. respondet. Huic ergo chronologiæ, melioris defectu, standum esse censeo.

CON-

(*a*) Tillemontius *in* Augustino *art.* 341. *Tom.* 13. *F.* 922. *edit. Ven. & in* Eugenio *art.* 11. *Tom.* 16. *F.* 515.
(*b*) Possidius *in vita* Augustini *cap.* 17. *& in Tom.* 8. *operum* S. Augustini *edit. PP. Mauris*: Cellier *Histoire gener. des Auteurs sacrez Tom.* 8. *art.* 9. *§.* 7. *n.* 5. *& sequ. F.* 648. *& seq. Dupin Bibliotheca Script. Ecclesiast. Tom.* 3. *in* S. Augustino *F.* 464.
(*c*) *De Siculis perferunt: vandalica legendi sunt* S. Victor Uticensis, S. Prosper, S. Isidorus, Paulus Diaconus, Procopius, Ado Viennensis, *& diserte eruditiss.* Ruinart *Historia persecutionis vandalicæ part.* 2. *cap.* 6. *F.* 222. *edit. Venetæ*.
(*d*) *De* S. Pascasino *episcopo Lilybetano videatur Cl.* Mongitorius *in Bibliot. Siculæ Tom.* 1. *F.* 118. *& 119.*
(*e*) Pascasini *Epistola inter opera* S. Leonis *edit.* Quesnel *post. epist.* 2.

ANNO CHRISTI 440

CONCILIUM EPHESINUM

Inter annum 434. & 446. celebratum.

ANNO CHRISTI 440.

Inter annum 434. & 446. Ex Sirmondi Notis pag. 117. 118.

BAssianus quidem Ephesinus presbyter, ab episcopo suo Memnone missus atque reluctans ordinatus fuerat episcopus Evazorum. Ille nec acceptavit episcopatum, nec diœcesim suam adivit; quare eidem Memnoni defuncto succedens Basilius, de illa Bassiani causa cognoscendum sibi ratus, *concilium provinciæ* evocavit; a quo re plene discussa judicatum est, ut Evazinorum episcopatus alii daretur, Bassiano vero *communio & locus episcopatus*, id est dignitas, nomen, & honor redderetur. Hæc omnia in actione XI. concilii Chalcedonensis leguntur. Cum igitur Basilius Ephesinus episcopus a Proclo Constantinopolitano initiatus fuisset episcopus; ut in eadem actione VI. concilii Chalcedonensis legitur, & sub eodem obierit, ut ex toto eiusdem actionis contextu liquet, egeritque Proclus in archiepiscopatu ab anno 434. usque ad A. 446. intra spatium illud temporis concilium istud collocari oportet.

ANNO CHRISTI 440

ANNO CHRISTI 440.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA LEONIS PAPÆ I.

Ex libro pontificali.

Dantur variantes ex Cod. 490. Luc.

LEo natione Tuscus, ex patre Quintiano, sedit annos viginti unum, mensem unum, dies tredecim. Hujus temporibus fecit Demetria ancilla Dei basilicam S. Stephano via Latina, milliario tertio, in prædio suo. *c* Hic invenit duas hæreses, Eutychianam & Nestorianam. Hic ordinavit præcepta sua auctoritate, & misit ad Martianum Augustum (*a*) catholicum principem fidelem. Et facta collatione cum eodem principe, collecti sunt episcopi. Et factum est concilium sanctum (*b*) episcoporum in * Chalcedonia, in martyrio sanctæ Euphemiæ. Et congregati sunt 256. sacerdotes, & alii 406. episcopi, quorum chirographus cucurrit (*c*), qui congregati sunt una cum tomo, hoc est, fide apostolicæ ecclesiæ Romanæ. (*d*) Sed & in præsentia catholici principis Martiani Augusti congregatum est concilium, numero, * mille 200. episcoporum una cum Augusto Martiano, qui exposuerunt fidem catholicam, duas asserentes naturas in uno Christo Deo & homine. In quo loco piissimus Augustus Martianus una cum uxore sua Pulcheria, deposita regia majestate, fidem suam exposuerunt ante conspectum sanctorum episcoporum, ubi & damnaverunt Eutychen, & Nestorium, & Dioscorum. Et iterum imperator Martianus Augustus cum conjuge sua Pulcheria Augusta, chirographo proprio fidem suam exponentes, postulaverunt sanctum concilium, ut dirigeret ad sanctissimum papam Leonem, (*e*) rogante ut fidem catholicam exponeret. Beatus vero Leo direxit fidei catholicæ tomum, * & exposuit damnans omnes hæreses. Idem beatissimus Leo archiepiscopus multas epistolas fidei misit, quæ hodie archivo ecclesiæ Romanæ reconditæ tenentur. * Hic firmavit frequenter suis epistolis synodum Chalcedonensem. Ad Martianum Augustum misit epistolas 12. Ad Leonem Augustum epistolas 13. Ad Flavianum episcopum epistolas 9. Ad episcopos per orientem epistolas 18. per quas fidem synodi confirmavit. Hic renovavit post cladem Vandalicam omnia ministeria sacrata argentea per omnes titulos, (*f*) de conflatis hydriis sex, duas basilicæ Constantinianæ, duas basilicæ beati Petri apostoli, duas beati Pauli apostoli, quas Constantinus Augustus obtulit, quæ pensaverunt singulæ libras (*g*) centum. Hic renovavit basilicam beati Petri apostoli, & fecit ibi cameram, quam & ornavit. Et beati Pauli basilicam post ignem divinum renovavit. (*h*) Fecit & cameram in eadem, similiter & in basilica Constantiniana. Fecit quoque basilicam sancto Cornelio episcopo & martyri, juxta cœmeterium Callisti via Appia. *d* Hic propter nomen Romanum suscipiens legationem, ambulavit ad regem Hunnorum, liberavit totam Italiam a periculo hostium. Hic constituit monasterium apud Petrum apostolum. Hic constituit ut intra actionem sacrificii diceretur, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam, &c. *e* Hic quoque constituit, ut monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem, nisi probata fuerit in virginitate * (*i*) 69. annis. Hic etiam constituit, & addidit super sepulcra apostolorum ex clero Romano custodes, qui dicuntur cubicularii. Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem in urbe Roma, presbyteros 81 diacones

* Calcidona Orientis in basilica S. E

* numeri 600.

* & firmavit synodum sanctam.

* & decretalem quam per universum mundum spargens seminavit.

* 60.

(*a*) *orthodoxum principem catholicum &c.* (*b*) *ecclesiasticum in Chalcedonia.* (*c*) *cucurrit* CCCCVIII. *episcoporum qui &c.* (*d*) *Romana cum chyrographo Sancti episcopi Leonis, sed & catholici &c.* (*e*) *Leonem, damnantes omnes hæreses. Idem &c.* (*f*) *conflatas hydrias* (*g*) *centenas, de quibus omnia vasa renovavit, sacrata. Hic renovavit &c.* (*h*) *Fecit & cameram in eadem.* Deest.
(*i*) *Sexaginta*

cones 31. episcopos per diversa loca num. 18. Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum apostolum. III Idus Aprilis. Et cessavit episcopatus dies septem.

Notæ Severini Binii.

Leo quando pontificatum adeptus sit.

a *Leo*.) Anno domini 440. qui est Theodosii imperatoris 33. Valentiniani 16. post interregnum, teste Prospero, quadraginta & amplius dierum septimo Idus Majas, Leo natione Etruscus, Sixti pontificis diaconus absens in locum defuncti subrogatus fuit. Sedes illius in tempora plane miserrima incidit. Nam in oriente Nestoriani, in occidente Manichæi, & Pelagii reliquiæ, ecclesiam graviter perturbabant. Cum Manichæi intra urbem latentes, ut supra in notis ad vitam Sirlci pontificis prolixius ostendi, nullo judicio a catholicis & orthodoxis discerni possent, ideo quod solem, velut numen aliquod, ad orientem conversi superstitiose adorarent, ad discernendum catholicos ab hæreticis constituit, ne fideles versus orientem conversi orarent, quamluvvis pie & religiose id facerent. *Leo sermone decimoquinto, de jejunio*. Pelagianam hæresim opera sancti Prosperi plane extinxit. *Photius in bibliotheca*. Hujus temporibus Cyrillus Alexandrinus ex hac vita migravit, postquam sedem Alexandrinam triginta duobus annis administrasset. Dioscorus magna hypocrisi improbitatem tegens, in locum ejusdem successit. Tertæmorus ille horribilis de quo infra in notis concilii Chalcedonensis, & Felicis III. epistolæ agemus, hujus pontificatu contigit. Quo miraculo Attilam urbem Romam devastare conantem expresserit, quidve pro fide & religione catholica summa cum Dei gloria & ecclesiæ augmento gesserit, infra ex notis conciliorum sequentium patebit. Mirum est, quod stigmaticus hæresiarcha Calvinus gloriæ avidum & ambitiosum ausit appellare hunc pontificem, qui ob excellentem virtutem, doctrinam, & in cura pastorali vigilantissimum studium, ab omni antiquitate jure meritoque magnus cognominari meruit. Refert sanctus Gregorius lib. 3. epist. 30. quod hisce temporibus, dum quidam Græci de accepto brandeo dubitarent, Leo pontifex allatis ferrisibus illud inciderit, & ex ipsa incisione sanguis effluxerit. Quid sit brandeum, verbis paulo antecedentibus hisce explicat. *Congaudet autem sanctæ ecclesiæ, quia Romanis consuetudo non est, quando sanctorum reliquias dant, ut quidquam tangere præsumant de corpore, sed tantummodo in pixide brandeum mittitur, atque ad sacratissima sanctorum corpora ponitur, quod electum in ecclesia, quæ est dedicanda, cum veneratione receditur: & santa per eos eidem circulet fuit, ac si illius specialiter eorum corpori deferantur*. Ejusdem moris antiquissimi, ponendi vela vel sudaria supra apostoli Petri sepulcrum, ut benedictione locupletata reciperentur, meminit Gregorius Turonensis lib. 1. miracul. capite 28. Refert de Leone Sophronius in prato spirit. capite 149. quod quadragiata dies perseveraverit ad sepulcrum apostoli Petri, vigiliis & orationibus insistens, petensque ab apostolo, ut pro se apud Deum intercederet, ut dimitterentur sibi peccata sua, quodque impletis diebus quadragiata apparuerit apostolus Petrus dicens ei. *Orabi pro te, & dimissa sunt tibi*, quoad poenam, *omnia peccata tua, præterquam impositionis manuum*, indignis quibusdam ad ordines sacros promotis: *hæc solum abs te requiretur, sive bene, sive fortasse male egeris*. Fabulosum est, quod occasione mulieris manum osculantis, oblectationem humanam passus dexteram sibi ipsi præsciderit. Occasionem fabulæ dedisse videtur id quod scribitur de Joanne Damasceno, qui cum ab iconoclasta Leone dextera mutilatus esset, sanatus est a B. Virgine Dei genitrice. Plura rerum gestarum sub Leone infra attingemus in notis conciliorum.

Qua nota Manichæi a catholicis discreti fuerint.

Cyrillo defuncto Dioscorus subrogatur.

Calvinus redarguitur.

Miraculosa brandei incisio.

Brandeum quid.

Brandeum quid.

Sophronius quid de Leone.

Fabula de Leone pontifice reiicitur.

b *Sedit annos viginti unum, menses unum, dies* 13.) Quamdiu in Annis 21. minus 15. diebus a consulatu Valentiniani ad Severinum & Dagalaiphum. His enim consulibus mortuus est tertio Idus Aprilis anno 461. qui est Leonis imperatoris 5.

Quamdiu sederit Leo pontifex.

c *Hic inventi duæ haereses*.) De his omnibus fusius infra suis locis in notis conciliorum.

d *Hic propter nomen Romanum, ambulavit ad regem Hunnorum*.) De hoc grandi miraculo in Attila repressione, hæc Romanæ ecclesiæ veteres monumenta. *Cum Romam ardenti furore Attila raperetur, jamque oppidum, ubi Mincius in Padum influit, transire pararet, occurrit pontifex Leo malorum imminentium misericordia motus: cujus divina eloquentia persuasum est Attilæ, ut regrederetur. Qui interrogatus a suis, cur præter consuetudinem inflexus esset, atque tam humiliter Romani pontificis imperata faceret, respondit & confessus quod verum esset, nimirum se vidisse Leone loquente adstantem alium quemdam habitu sacerdotali decorum quid divinum præ se ferentem, minitantemque mortem, nisi Leonis papæ suffragaretur*. Hujus facti meminit Cassiodorus in chron. & lib. 1. variar. epist. 4. Vide Baron. ann. 452. num. 58.

Attilam miraculose repressit Leo pontifex.

e *Hic quoque constituit ut monacha*.) Ad imitationem & exhortationem S. Leonis Marcianus imperator promulgavit edictum adversus eos qui filias virgines invitas cogebant sacrum velamen accipere. Denique in perpetuum virginitatis cultu dicari prohibens ne aliqua hujusmodi a parentibus oblata virgo, ante quadragesimum ætatis annum, sacrum velamen acciperet; ut usque ad illud tempus libera esset, possetque nubere, si veller. Eadem quoque lege exaggravit viduas illas, quæ non amore continentiæ, sed ut liberius viverent, refugerent nuptias iterare. Extat edictum in novellis tit. 8. Intelligis hinc, lector, imperatores de rebus sacris leges sancientes idipsum monitu sanctorum præsulum, ex scriptis legibus statuisse, nimiram ut imperatoria auctoritate coercerentur, qui ecclesiasticas sanctiones parvipenderent. Vide Baronium anno 458. numero 4.

Marcianus de voto ac religione pontificis legem tulit.

JOANNIS DOMINICI MANSI

AD LECTORES

PRÆMONITIO.

In novam collectionem epistolarum S. Leonis.

Si unquam alias in inserendis novis aliquibus lucubrationibus præfatione mihi opus fuit, ut consilium meum lectoribus exponerem, nunc certe maxime necessariam mihi esse duxi, cum editione Labbeana epistolarum S. Leonis Magni amota, novissimam a Ballerinis fratribus adornatam substituendam aggredior. Igitur manum ad epistolas S. Leonis admoturus, simul autem versans, editiones illarum a Quesnello Cacciario, & Ballerinis adornatas, & Labbeo non visas, quam multa mihi sarcienda, supplendaque hinc inde esse intellexi. Metus hinc subiit, ne in additionibus hisce locis suis inserendis, sive mihi interdum oscitanti aliquid mendi vel transpositum obreperet, cui malo in tanta mea a loco ubi editio ista præstatur distantia, vix succurri potuisset, vel fucus aliquis fieret typographis, ut aliud pro alio solium assumerent, & loco non suo nonnulla assignarent. Tantisper ergo a consueta methodo recedens, editionem Ballerinianam pro Labbeana assumendam judicavi. Hanc præferendam cæteris existimavi, non quod præstantiorem duxerim ea quam Pater Cacciari Carmelita eodem fere tempore quo Ballerini suam adornavit & Romanis typis produxit; sed quod Venetiis excusum opus, Veneto typographo paratior erat & ad manus. Cæterum Cacciari additamenta, si quæ forte occurrerint, & in Ballerinis desiderantur, non negligam; eoque nomine virum de hac mea editione optime meritum esse, & libens agnosco, & gratus profiteor.

Nunc in Ballerinorum adnotationibus inserendis, quam inverim rationem paucis indico. Animad-

versionum Ballerinianarum genera sunt omnino duo; alias enim breviores singularum epistolarum textui subjectas ac per singulas fere pagellas distributas dederunt; alias vero justiores sive epistolis præmiserunt in morem præfationis, sive ad calcem voluminis justas in dissertationes accretas rejecerunt. Priores illæ in hac editione servantur, non item posteriores quas subaucenas ideo judicavi quod nostrum hoc propositum valde ab instituto Ballerinorum discrepet. Illi uni S. Leoni illustrando se totos devoverunt; hinc nihil reliqui sibi fecerunt, ut scopum suum attingerent; nobis vero inter S. Leonem aliosque tum pontifices tum concilia partienda sunt curæ. Cavendum proinde mihi erat sive ne in singulis nimius editionis hujus Volumina ultra modum augerem, neve in alios nimium, in alios vero quam par est breviorem me gererem. Has igitur dissertationes, præfationesque rejecavi, ita tamen ut non omitterem interdum cum res poscebat brevioribus meis verbis, quæ sit de re proposita authorum sententia indicare.

Superest aliquid tangam de Mss. codd. quo sæpe Ballerini in suis adnotationibus provocant, ne lectores incerti vagentur cum indicari plures unica numerorum serie signata animadverterint.

Num. I. Signat collectionem bibliothecæ reginæ Suecia in Vaticano num. 1197. cui cathalogus Romanorum pontificum ut Hormisdæ desinens præfigitur, & ex hoc indicio antiquitatem nosce.

II. Est collectio Corbejensis Quesnello aliisque nota ac probata, in qua pontificum cathalogus cum Vigilio desinit.

III. Est Barberina 2888. & Vatic. 1342. vetustissima.

IV. Lucensis in Cod. sæc. VIII. contenta.

V. Collectio est a Quesnello edita præfixo speciose titulo: Codex canonum ecclesiæ Romanæ; *estque fere tota Dionysio antiquior.*

VI. Collectio Dionysiana pura quam continet Cod. Vat. 1347. & 60. Capituli Veronensis.

VII. Dionysio-hadrianea quam scilicet Hadrianus I. papa ad Carolum regem transmisit. Hæc vero continetur in cod. 4969. sæc. IX. vel. X. scripto.

VIII. Est collectio Hadrianea cum nonnullis appendicibus postremo loco exhibitis ac in Vaticano 1353. legenda. Quarum appendicum nonnullæ sub Hormisda accesserunt.

IX. Collectio Hispanica, quæ ex P. Constantio, primum innotuit, continetque alias plures epistolas aliunde non cognitas. Hanc exhibet Vat. Cod. 1341. Author ex Dionysiana, sed mendosa profecit.

X. Collectio Isidori Mercatoris, quæ nonnullas epistolas Leonis supra Hispanicam continet, exhibeturque in cod. Vat. 630. sæc. circiter IX. exarato.

XI. Ex Isidoriana promanans quasdam epistolas continet in Isidoro & in Hispanica desideratas, unde aliam originem ostendunt, contineturque in Vat. Ottoboniano cod. 93. sæc. IX. vel. X. descripto; cui consonat Hincmarus opusculo I. cap. V. ex hac collectione nonnulla laudans, alibi frustra quærenda. Barberinus hujus collectionis codex sign. n. 57. ad sæculum XI. refertur.

XII. Additamentis ad Isidorianam collectionem novis locupletissime abundat. Hanc ex Vat. Cod. 1340. vulgavit Merlinus, nec Schardius ex alia processisse visus est, dum in Basileensi editione anni 1536. S. Leonis epistolas I. edidit.

XIII. Sese offert in Cod. Florentino S. Marci 182. sæculo XII. scripto. In eo epistola S. Leonis ad Africanos Mauritaniæ integra & absoluta describitur, quæ alibi frustra quæreretur.

XIV. Est collectio Avellana sic dicta, quod ejus codex servatus in Vatic. 4961. ad monasterium Fontis Avellanæ in Umbria pertinuit; scriptus est autem sæc. XII.

XV. Arelatensis ecclesiæ peculiaris est. Laudantur hujus collectionis duo antiqui codices Regius & Colbertinus, ex quibus exactus est codex Vallicellanus G. 99.

XVI. Collectio peculiaris ecclesiæ Thessalonicensis, ex qua editus est ab Holstenio synodus Romana sub Bonifacio II. an. 531. Extat in Cod. Barberino 3386. Huic fidem concilii st Nicolaus I. qui quasdam epistolas in hac una contentas sæpius laudat.

XVII. Est Chalcedonensis continens nempe epistolas S. Leonis ad synodum Chalcedonensem spectantes. Ea quidem Græce compacta creditur ipso Leone vivente inter annum 453. & 455. De hac plura Ballerini notamque Græcam hanc collectionem Latine redditam fuisse ante Vigilium papam, quod illi ex Baluzio in præfat. ad antiq. vers. conc. Chacedonensis *acceperunt. Ita tamen interpres Latinus eas reddidit, ut quas Latinas reperit in codicibus Latinis, eas in suam collectionem ex ipsis codicibus transtulerit, cæteras in Latino minime repertas ex Græco vertit. Facile vero alia ab aliis discernuntur; cum ex Latino reddita consule aut die notentur, ex Græco autem translata plerumque chronicis notis carent. Plerumque ajo, non semper; cum enim priori Græcæ collectioni quæ paulo post concilium Chalcedonense prodiit, additamentum aliud postea accesserit, ut Ballerini agentes de hac collectione demonstrant, additamenti hujus epistolæ quædam chronicas notas exhibent. Porro epistolarum hujus collectionis extat codex præstantissimus 57. capituli Veronensis, de quo hic Ballerini.*

XVIII. Codex Grimanicus Quesnello probatus, ex P. Constantio in præf. ad epistolas Roman. Pontific. num. 166. sæculo circiter X. scriptus, in quo plura Romanis archivis deprompta, quamquam non omnia, ut Ballerini demonstrant.

XIX. Collectio Ratisponensis Grimanico antiquior, quamquam, judicibus Ballerinis, non sub ipso Leonis ævo compacta; nec facile alia est ab ea, cujus Vigilius papa in epistola 3. ad Eliam Aquilejensem meminit, laudans testimonium ex epistola ultima *Leonis nempe ex epist. 162. quæ sane ultima est in hac collectione.*

XX. Continetur in cod. 237. Romani monasterii S. Crucis in Jerusalem, sæculo circiter XI. scripto. In hac ordo epistolarum ab aliis discrepat; cætera cum sequenti conveniunt.

XXI. Frequentissima est in Mss. sed ordine & lectionibus ita diversis, ut diversam originem referre videantur. Hujus est Codex Vetustus in bibliotheca Veneta S. Marci num. 170. sæc. circiter XII. scriptus.

XXII. Codex Venetus S. Marci 79. priores 26. epistolas eadem serie cum collectione 21. continet, tum aliis interjectis subnicit epistolas alias ejusdem collectionis nonnullis omissis.

XXIII. Col-

XXIII. Collectio cod. Vat. Ottobon. 297. sæc. XII. principio quidem dat epistolas 15. collectionis 8. quarum postrema est epistola 165. ad Leonem, tum interjectis nonnullis exhibet testimonia patrum ad eandem epistolam 165. pertinentia, statimque succedunt epistolæ 56. collectionis 21. immutato tamen alicubi ordine, & exceptis iis, quæ inter epistolas 15. comparent; tandem adduntur epistolæ aliæ perraræ, de quibus in hac editione.

XXIV. Cod. Vatic. 544. sæc. XII. in quo continentur epistolæ collectionis 21. & aliæ insuper 17. quæ in collectione 12. reperiuntur, quamquam lectionum discrepantia alium ab illis fontem indicant.

XXV. Ad codices Græcos quod attinet, animadvertendum censeo nihil esse quod miremur si adamussim non respondent latino originali, quod imperitiæ Græci interpretis tribuendum est. De illis eo nomine queritur S. Gregorius lib. VII. epist. XIII. ad Narsetem. Verum pace inter Ecclesias Orientalem & Occidentalem jam reddita agnoverunt pontifices Romani, Græcique præsules, approbaruntque epistolas S. Leonis nonnullas, quæ sane erant Græca interpretatione. Ex quo conficitur epistolas saltem illas, licet ex Græco versas, publicam auctoritatem obtinuisse. Accedit quarumdam epistolarum latinum textum periisse quarum proinde Græcus textus tamquam originalis accipiendus est. Adeundæ sunt ea de re adnotationes epistolis illis subjectæ. In Græcis hisce edendis collati sunt codd. Græcus bibliothecæ S. Marci sæc. XI. vel XII. num. 555. & num. 165. Monendi tamen sunt lectores, nonnullas Græcas lectiones in margine editionis Romanæ Conciliorum appositas non esse variantes ex Græco cod. desumptas, sed ab ipsis Romanis editoribus ex ingenio vel conjectura excogitatas.

Hæc præfabanda censui ex fusiori præfatione Ballerinorum, ne lectores in legendis eorumdem adnotationibus hæreant.

Cæterum quod de hac editione addendum succurrit ita Ballerinos retinuisse, profiteor ut de meo aliquid adderem, nempe synopsim quarumdam epistolarum S. Leonis vetustissimam ex codice Lucensi 190. descriptam, de qua in generali præfatione ad concilia dixi. Hanc vero Synopsim, judicibus Ballerinis ex collectione vetustiori, quam ejus quæ Hispanica vocatur, desumptam fuisse mihi etiam probatur; ex quo conficitur exordium sæculi VII. superare. Hi maxime tituli eruditionem lectorum exercebant, cum quædam animadverterint quæ editis canonibus minime respondent.

Deesse etiam in hac editione rariores Sirmondi notas non sum passus cum & eruditæ sint, & a viris doctis passim studiose expetantur, & consulantur. Dederat illas Labbeus in appendice ad concilia; & ex eo dein in Concilia Labbeana Venetiis recusa translata sunt. Eo igitur consilio quo optima quæque prioris editionis retineri in hac nova curavi abesse pariter Sirmondianas adnotationes permittendum non duxi.

EPISTOLÆ
S. LEONIS MAGNI

EX NOVISSIMA RECENSIONE FRATRUM BALLERINORUM,

Quam dederunt in nova editione Operum S. Leonis Magni
Tom. I. pag. 544.

Synopsis præmonitionis Ballerinorum in sequentes epistolas I. & II. ubi & de Epistola XVIII.

Num. 1. & 2. Ex quo Card. Norisius hist. Pelag. l. 2. cap. 12. epistolam ad Septimum & alteram XVIII. ad Januarium in conspectum alteram ad alteram posuit, ex qua collatione palam factum est utrasque ejusdem esse exempli, de sinceritate alterutrius dubitari cœpit. Quesnellus epistolam ad Septimum accusat impostura; vicissim Antelmius dissert. 4. de veris operibus S. Leonis Magni, pro hujus sinceritate pugnat, totamque accusationem in alteram convertit. Ballerini utramque sinceram tuentur; ac principio quidem epistolam I. ad Aquilejensem nemo in suspicionem revocat, sed cum conjuncta sit cum epistola II. ad Severum, de qua ambigitur, hinc admonitionem suam epistolæ ad Aquilejensem præmittunt. Vindicant vero sinceritatem epistolæ ad Severum exhibitis num. 10. codicibus vetustissimis collectionis 1. sæc. VI. lucubratæ; collectionis IV. V. VIII. ac Codicis Jesuitarum Parisiensium, quem initio sæc. VII. assignant. Quid? quod etiam apparet in collect. V. quam Quesnellus publicæ extstisse auctoritatis judicans, speciosо titulo codicis Romanæ Ecclesiæ *decorat? Nec est quod additamentum illi factum de epistola ad Severum comminiscatur; nam extat in omnibus collectionibus ejusdem Codicis a Pithœo & Constantio consultis sive & in Vindebonensi. Adde epistolam ad Aquilejensem omnium confessione sinceram esse, huic vero adeo coheret epistola ad Severum, ut altera sine altera, nisi solam excipias collectionem III. in collectionibus non detur.*

Num. 11. & 12. Epistola XVIII. ad Januarium sinceritas vindicatur ex Dionysiano puro Vaticano 5845. & regio, in quibus apparet. Nec valet suspicio Antelmii, qui additamentum posteriori manu factum Dionysiano puro arbitratur; sicut certum est de epistola ad Mauros, quam additiciam esse constat; nam in regio Codice hæc ad Mauros epistola deest, sicut nec legitur in Cresconio, qui ex puro Dionysiano epitomen suam confecit; in utroque vero adest epistola ad Januarium. Porro scitum est Dionysium ad S. Leonis ætatem proxime accessisse

Num. 13. *Urget Quesnellus, alienum fuisse ab ea ætate Aquilejensem* metropolitanum Provinciæ Venetiæ, & non potius Istriæ *in epistola ad Severum appellari. Cur nam quæso, cum* Liguriæ Æmiliæ, Venetiarumque patres *memorentur a S. Ambrosio in epistola ad Vercellenses? Instat* (*num.* 14.) *depositionis minas in ea contineri, a quibus S. Leo in Metropolitam abstinuisset; at idem Leo in epistola X. ad episcopos provinciæ Viennensis cap.* 7. *abstinuisse se ait pro sedis Apostolicæ pietate ab Hilarii Gallicani Metropolitæ depositione.*

Num. 15. *Opponit Antelmius abhorrere a disciplina ejus ætatis, quod legitur in epistola ad Januarium verbis illis*: contra quos etiam illam Canonum constitutionem præcipimus custodiri, ut in magno habeant beneficio (*Clerici venientes ab hæresi*) si adempta omni spe promotionis, in quo inveniuntur ordine, stabilitate perpetua maneant. *Quis unquam S. Leonis ætate hanc canonicam constitutionem indicaverit? Num forte Canon VIII. Nicænus? Sed ille de solis Catharis id statuit. Hisce reponimus constitutionem illam præter hanc Nicænam in tanta vetustatis caligine indicare nos nequaquam posse sed mos profecto idem ex hæreticos obtinebat circa ætatem S. Leonis* (*num.* 16.) *ut ex S. Ambrosio in causa Dittinii discimus; illum enim statuit* bono pacis locum tenere presbyterii, non accipere honoris augmentum. *Insuper Innocentius I.* (*num.* 17. & 18.) *epist. XVII. ad Macedones cap.* 3. *declarat quidem canonem Nicænum de Novatianis tantum statuere*, nec ad aliarum *hæresum* Clericos pertinere; *at in eadem epistola id beneficium ad alios etiam schismaticos, & hæreticos extendi posse indicat, ac reipsa approbat judicium Anisii & sociorum, qui ordinatos a Bonoso hæretico in suos gradus receperant.*

Num. 19. *Auget suspicionem suam Antelmius, quod epistola ad Januarium partim ex epistola ad Septimum, & partim ex epistola ad Aquilejensem constata sit, quin & in ea repetatur tota epistola ad Septimum, & extrema periodus epistolam ad Aquilejensem totidem verbis exhibeat. Quis autem credat duplicem epistolam suo idem tempus ad eumdem episcopum Aquilejæ dari potuisse? At quis dixerit Antelmio eamdem epistolam ad Januarium Aquilejensem episcopum eodem tempore fuisse directam? Nonne potuit diverso tempore, licet ad eumdem dirigi? Id enim pro more consuevit S. Leo, ut ex una epistola verba assumeret in aliam epistolam, ut ex epistola* 150. *ad Basilium, & 151. ad Eusebium intelligimus. Quis insuper eumdem esse episcopum Aquilejensem, ad quem epistola I. directa est, & Januarium Aquilejensem cui epistola XVIII. inscribitur, definierit? Forte* (*num.* 21.) *prioris Episcopi nomen, quod in fronte epistolæ non legitur*, Niceta *erat, ut est in editione Lovaniensi. Fateor equidem in nonnullis Codd. collectionis VIII. exprimi in XVIII. illa epistola, Januarium sed fere in omnibus alii: nomen suprimitur. Quin* (*num.* 23.) *epistolam illam I. ad aliquem Januarii prædecessorem datam fuisse ex multis conjecturis Ballerini arguere sibi videntur, præsertim ex Codice* 54. *Photii, in quo exactissima Pelagianæ hæresis historia sub initium sæculi VI. confecta per synopsim exhibetur; ex illo enim longiori discursu, quam ut hic in epitomen redigatur, conficiunt Ballerini epistolam I. ad Aquilejensem dari citius debuisse, quam initio anni* 443. *aut* 42. *cum initia Januarii in annum* 443. *Dandulus in Chronico referat. Hæc satis ad synopsim: si quis voluerit totam vim ratiocinationis Ballerinorum melius comprehendere, illos adeat Tom. I. a pag.* 567. *ad* 590.

ANNO CHRISTI 442.

EPISTOLA I.[a]

Ad Aquilejensem Episcopum.

[b] *SYNOPSIS.*

I. *Male Pelagianos in communionem recipi sine erroris abjuratione, & fidei professione.*
II. *Synodum congregari præcipit, ut ab illis fidei professio exigatur.*
III. *Quid de gratia Christi sentiendum?*
IV. *Qui decretis Ecclesiæ de gratia non subjicitur, ab ea esse pellendum.*
V. *Cuilibet ibi esse permanendum, ubi ordinatus fuerit.*

[a] Al. VI Quæ autem antea erat 1. nunc 12. Circa an. 442.

CAP. I. RElatione sancti fratris & Coepiscopi nostri [c] SEPTIMI, quæ in subditis habetur, agnovimus quosdam Presbyteros, [d] & Diaconos, B Ac diversi ordinis Clericos, quos Pelagiana sive Cælestiana hæresis habuit implicatos, ita in vestra provincia ad communionem catholicam pervenisse, ut nulla [e] ab eis damnatio proprii exigeretur erroris; & pastoralibus excubiis nimium dormitantibus, [f] lupos ovium pellibus tectos in ovile dominicum, non depositis bestialibus animis introiisse; & quod per auctoritatem canonum decretorumque nostrorum ne insontibus quidem conceditur, [g] usurpasse; ut relictis Ecclesiis, in quibus Clericatum aut acceperant, aut receperant, [h] instabilitatem suam per diversa circumferant, amantes semper errare, & numquam in fundamento apostolico permanere. Quoniam qui nullo discussi examine, nullo sunt præjudicio suæ professionis obstricti, hunc maxime [i] expetunt fructum, ut sub velamento communionis plures domos adeant, & per falsi nominis [k] scientiam multorum

ANNO CHRISTI 442.

BALLER. NOTÆ.

a Variantes hujus tituli lectiones exhibuimus in præmissa Admonitione num. 21. Confer etiam notam 1. Quesnelli. Exstat autem ipsa Epistola in XIII. collectionibus diversæ originis, quas ibidem recensuimus num. 3. 5. 6. & 7. nec non apud Sichardum.

b In tabula collectionis V. Quesnelliana hic titulus legitur cap. 82. *Ad Aquilejensem Episcopum de incauta receptione Pelagianistarum, ut de Ecclesia ad Ecclesiam nullus Ecclesiastici Ordinis transferatur.*

c Editi *Septimii*. Secuti sumus nostrorum præsertim vetustiorum codicum fidem, qui non solum hic, sed etiam in sequenti Epistola *Septimum* præferunt, cum quibus concinit etiam Photius cod. 54. textu allegato in Admonit. num. 23. Dein loco *in subditis* Sichardi exemplar cum quibusdam posterioribus codicibus habet *in scripta*. At vox *subditis* Septimi relationem huic epistolæ a Leone subjectam indicat.

d Sex præstantiorum MSS. auctoritate addidimus conjunctionem &.

e Cod. Vat. 5845. *ab eisdem*.

f Edit. ante Quesn. & MSS. collect. IV. & XXIV. cum exemplo Sichardiano *lupos ovium pedibus tectos ... introiret*.

g Al. *usurpare*.

h Vulg. ante Quesn. cum solis MSS. collect. XXIV. & Sichardo *instabilitate sua per diversa circumferantur*.

i Apud Sichardum *producunt*.

k Duo codd. *inscientiam*.

ANNO CHRISTI 442.

rum corda corrumpant. Quod utique efficere non possent, si Ecclesiarum Præsules necessariam diligentiam in talium receptione [a] servassent: ne cuiquam eorum evagari in diversa licuisset.

CAP. II.

Nè ergo hoc ulterius [b] audeatur, neve per quorumdam negligentiam introducta pernicies, ad eversionem multarum tendat animarum; [c] hac nostri auctoritate præcepti, industriæ tuæ Fraternitatis indicimus, ut congregata apud vos Synodo provincialium Sacerdotum, omnes sive Presbyteri, sive Diaconi, sive cujusque ordinis Clerici, [d] qui de Pelagianorum Cælestianorumque consortio in communionem catholicam ea imprudentia sunt recepti, ut non prius ad damnationem sui coarctarentur erroris, nunc saltem, posteaquam hypocrisis eorum ex quadam parte detegitur, ad veram correctionem, quæ & ipsis prodesse, & nullis possit nocere, cogantur. Damnent apertis professionibus suis superbi erroris [e] auctores, & quicquid in doctrina eorum universalis Ecclesia exhorruit, detestentur: omniaque [f] decreta synodalia, quæ ad excisionem hujus hæreseos Apostolicæ Sedis confirmavit auctoritas, amplecti se, & in omnibus approbare, plenis & apertis, sua propria manu subscriptis protestationibus eloquantur. Nihil in verbis eorum [g] obscurum, nihil inveniatur ambiguum. Quoniam novimus hanc istorum esse versutiam, ut in quacumque particula dogmatis execrandi, [h] quam a damnandorum soliditate discreverint, nihil sibi sensuum suorum æstiment [i] esse non salvum.

Quomodò Pelagiani recipiendi?

Cumque omnes definitiones suas, [k] ad subrependi facilitatem, improbare se simulent atque deponere, hoc sibi tota arte fallendi, [l] nisi intelligantur, excipiunt, ut gratia Dei secundum merita dari accipientium sentiatur. Quæ utique nisi gratis detur, non est gratia, sed merces retributioque meritorum, dicente beato Apostolo: [m] *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis*, [n] *sed Dei donum est, non ex operibus: ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus*. [o] Omnis itaque bonorum operum donatio, divina præparatio est: quia non prius quisquam justificetur virtute, quam gratia, quæ unicuique principium justitiæ, & bonorum fons atque origo meritorum est. Sed ab istis ideo per naturalem industriam dicitur præveniri, ut quæ ante gratiam proprio [p] clara sit studio, nullo videatur peccati originalis vulnere sauciata: falsumque sit quod Veritas ait: *Quoniam filius hominis venit quærere & salvare quod perierat*. [q]

Luc. 19. 10.

Cavendum ergo dilectioni tuæ est, magnaque diligentia providendum, [r] ne per hujusmodi homines extincta dudum scandala suscitentur: & de exciso olim dogmate aliquod in provincia tua ejusdem mali germen oriatur: quod non solum in radicibus suis crescat, sed etiam sanctæ Ecclesiæ sobolem [s] veneno sui oris inficiat. Qui correctos se videri volunt, ab omni suspicione se purgent; & obediendo nobis

ANNO CHRISTI 442. CAP. III.

1. Cor. 1. 4. Gratia si non est. Ephes. 2. 8.

CAP. IV. al. V.

BALLER. NOTÆ

a Al. *servarent* cum MSS. collect. XXIV. & Sichardo. Dein verba, *ne cuiquam eorum evagari in diversa licuisset*, desiderantur in MS. Vat. Reg. collect. I. Sichardus omittit *in diversa*.

b Verbum *audeatur*, quod Quesnellus ex suorum codd. fide exclusit, restituimus auctoritate sex nostrorum MSS. qui ad quinque collectiones diversa originis, & maxime insignes pertinent, inter quos memorandi præcipue sunt quatuor antiquissimi Vat. Regius collect. I. Vat. 1342. collect. III. Lucensis collect. IV. & Vallicell. A. 5. collect. VIII. Legitur etiam in exemplo Sichardi. Canis. & Nicolin. editiones pro *audeatur* exhibent *audiatur*.

c Quatuor nostri codd. cum Canis. *hic*.

d Verba *qui de Pelagianorum, Cælestianorumque consortio* desunt in Var. Reg. coll. I.

e Vide Not. 2. Quesn. & nostram observationem in eamdem notationem.

f Legenda est nostra observatio in Not. 3. Quesnelli.

g Cod. Vat. collect. XI. delet *obscurum nihil*. In MSS. collect. XXI. *Nihil in verbis eorum, nihil in sensu inveniatur ambiguum*. Mox in MSS. Lucensi coll. IV. Vindebon. 39. collect. V. & Vat. coll. XI. *hanc esse eorum versutiam*.

h Hanc Quesnelli emendationem præsertim e MSS. collect. V. de quibus ille agit Not. 4. plerique & potiores nostri codd. confirmant Vat. Reg. collect. I. Vat. collect. III. Lucensis coll. IV. Vindebon. collect. V. & tres collect. VIII. Tria exemplaria recentiorum collectionum XI. & XXI. habent: *quæ ad nostrorum soliditatem discreverint*. Edit. ante Quesn. cum Sichardo *quæ se a damnatorum societate discreverint*. Hanc autem lectionem invenimus in MS. Vat. 544. coll. XXIV. qui solum omittit *quæ*. Antelmius epistola prima Gallice scripta & subjecta ejus Dissertationibus *De veris operibus SS. Leonis & Prosperi* num. 26. Quesnello succensuit, quod hanc editorum lectionem immutaverit ex suorum codd. fide, quos minus exactos contendit. At non soli codices a Quesnello laudati, sed etiam nostri, quos indicavimus, diversarum & antiquissimarum collectionum libri manuscriptis unius collectionis posterioris præferendi erant. Nec sensus obscurus est, si verborum vis recte intelligatur. Immo diversa licet via verba in eamdem sententiam recidunt. Significatur enim usitata hæreticorum versutia, qui in quacumque particula dogmatis execrandi aliqum quempiam sensum excogitare student, quo a soliditate dogmatum damnandorum, idest, a tota massa damnandorum sensuum descisceret, ac discrepare videantur. *Damnandorum* quoque lectio cum antecedentibus *dogmatis execrandi* magis cohæret, quam *damnatorum*.

i In duobus MSS. Vatt. coll. XXI. *non salvari*.

k Vide Not. 5. Quesnelli, cujus emendationem probant præstantiores nostri codices. Soli MSS. coll. XXI. habent *ad subrepentem facilitatem*. Anteriores vero editiones, & Sichardus cum codd. coll. XXIV. *ad tantam facilitatem*: qui codices mox perperam cum Edit. Lovaniensium *hoc ibi tota arte*: alia vero editiones multo pejus *hoc tibi tota arte*.

l Cod. Lucensis *nisi intelligatur*: & post pauca *nisi gratis detur*.

m MSS. Vatt. coll. XXI. & alius coll. XI. *Gratia salvi facti estis*.

n Adjecimus *sed* ex quatuor antiquissimis codd. collect. I. III. & IV. ac Vallicel. coll. VIII. nec non ex Sichardo, editi ante Quesn. *Dei enim donum est*.

o Cum codd. a Quesn. laudatis not. 6. in hac lectione consentiunt etiam omnes nostri, exceptis illis coll. XXIV. inter quos est Victorinus ab eodem memoratus, ubi cum anterioribus editionibus & Sichardo legitur: *Omnis itaque bonorum operum devotio, divina præparatio est; non propria quisquam justificatur virtute: quoniam gratia unicuique* &c.

p Vulg. ante Quesn. cum uno MS. Vat. *data sit*.

q Hic in omnibus editis Quesnello anterioribus inserebantur plura ex Augustini Enchiridio fere excerpta, quæ conficiebant caput IV. Ea Quesnellus expunxit auctoritate suorum codicum, quibus etiam nostri favent; & in Notam ejus 7. rejecit, ubi legi poterunt tomo hujus editionis secundo. Inveniuntur autem eadem verba inserta tantummodo in MSS. posteriorum collect. XII. & XXIV. necnon apud Sichardum, hoc tamen discrimine quod in MSS. collect. XII. 15. is pannus affuitur post verba *quod perierat*; in codicibus autem collect. XXIV., & in exemplo Sichardi post verba antecedentia *originalis vulnere sauciata*, sequentibus usque ad finem capitis omissis.

r Cod. Vercell. coll. VIII. *ne scandala suscitentur* intermedius vocibus prætermissis. In cod. Lucensi verba *per hujusmodi homines* desiderantur.

s Quesnellus cum aliis edit. & nonnullis codd. *venenum sui oris*. MS. Cantabrig. ab eodem laudatus & editio Canisii cum nostris codd. coll. XXI. *venenum sui odoris*. Præstulimus lectionem quinque præstantissimorum exemplarium Vat. Reg. Vat. 1342. Lucensis, nec non Vallicell. & Vercellensis. Paullo ante idem Vercell. habet *sanctam Ecclesiæ sobolem*.

ANNO CHRISTI 445.

nobis, probent se esse nostros. Quorum si quisquam salubribus præceptis satisfacere detrectarit, sive ille clericus, sive sit laicus, ab Ecclesiæ societate pellatur, ne [a] perditor animæ suæ, saluti insidietur alienæ.

CAP. V. *Al.* VI.

Illam quoque partem ecclesiasticæ disciplinæ, qua [b] olim a sanctis Patribus & a nobis sæpe decretum est, ut nec in Presbyteratus gradu, [c] nec in Diaconatus ordine, nec in subsequenti officio Clericorum ab Ecclesia ad Ecclesiam cuiquam transire sit liberum, [d] ut in integrum revoces, admonemus: ut unusquisque non ambitione illectus, non cupiditate seductus, non persuasione hominum depravatus, [e] ubi ordinatus est, perseveret: ita ut si quis sua quærens, non quæ JESU CHRISTI, ad plebem [f] & Ecclesiam suam redire neglexerit, & ab honoris privilegio, & a communionis vinculo habeatur extraneus. Non autem dubitet dilectio tua, nos, si (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro custodia canonum, & pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos: quia INFERIORUM ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentesque Rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austoriorem dissimulant adhibere medicinam.

Dist. 86. *Inferiorum culpa* c. 1.

---

[*] *Al.* VII. Quæ autem antea e erat, nunc 107. Circa ad 446.

EPITOLA II. [*]

Ad [g] SEPTIMUM Episcopum Altinensem.

[h] *SYNOPSIS.*

I. *Pelagianos nonnisi cum erroris ejuratione esse recipiendos.*

II. *Unumquemque Clericum in ea Ecclesia permanere debere, in qua est ordinatus.*

A LEO Episcopus SEPTIMO Episcopo salutem.

ANNO CHRISTI 445. CAP. I.

LEctis fraternitatis tuæ litteris, vigorem fidei tuæ, [i] quem olim noveramus, agnovimus: congratulantes tibi, quod ad custodiam gregum Christi pastoralem curam vigilanter exequeris: ne lupi, qui sub specie ovium subintrarunt, [k] bestiali sævitia simplices quosque dilacerent; & non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea quæ sunt [l] sana, corrumpant. Quod ne viperea possit obtinere fallacia, ad Metropolitanum Episcopum provinciæ Venetiæ scripta direximus: quibus ad status sui periculum cognosceret pertinere, si quisquam de Pelagianorum & Cælestianorum consortio veniens, in communione catholica sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum enim est, & spiritualis medicinæ utilitate plenissimum, ut sive Presbyteri, sive Diaconi, sive alii cujuslibet ordinis Clerici, qui se correctos videri volunt, errorem suum, & ipsos erroris auctores damnari a se sine ambiguitate fateantur. ut sensibus pravis & dudum peremptis nulla [m] sperandi superfit occasio, nec ullum membrum Ecclesiæ talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cœperit obviare.

Matth. 7. 15.

1. quæst. 7. *Saluberrimum* enim c. 41.

CAP. II. Clerici transfugæ vagari non sinantur.

C Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri, ne ab his Ecclesiis, ad quas proprie pertinent, sinantur abscedere, & pro suo arbitrio ad loca sibi non deputata transire. Quod cum recte non permittitur inculpatis, multo minus [n] debet licere suspectis. Proinde dilectio tua, cujus devotione gaudemus, jungat curam suam dispositionibus nostris, & cum supradicto Metropolitano det operam, ut circumspecte ac velociter D impleantur ea, quæ ad totius Ecclesiæ incolumitatem, & laudabiliter [o] sunt suggesta, & salubriter ordinata.

SY-

BALLER. NOTÆ.

a Tres MSS. codices Quesn. ac totidem nostri & editio Canisii *perditione*. Hadrianus I. ep. 97. ad Episcopos Hispan. *proditor*.

b MS. Vat. 5845. & *olim*. Quatuor alii codices *quæ olim decreta est*. Confer quæ in hunc locum observavimus in præmissa Admonitione num. 25. Vide, si lubet, etiam Quesnelli not. 8.

c Tres codd. Vatt. *nec in Diaconatus*, *nec in subsequenti ordine Clericorum*. Quatuor alii pro *officio Clericorum* habent *ordine Clericorum*. Cod. Lucensis omittit *nec in subsequenti officio*.

d Cod. Vat. coll. XI. delet *ut*. e In MS. Vat. coll. XXIV. *ibi ubi ordinatus est*.

f Cod. Vat Regius & *ad Ecclesiam*. Sichardus delet *plebem* &.

g Cur *Septimum*, non autem, ut in editis, *Septimium* scripserimus, vide Admon. 3. in epistolam antecedentem. Civitatis nomen plures quidem, & antiqui codices omittunt, at legitur in MSS. codd. coll. XII. XXIII. & XXIV. ac præsertim pervetusta coll. VIII. Erat in editis *Altinum* ex codd. coll. XII. & XXIV. sed hoc ipsius civitatis nomen est. *Altinatem* ex probæ notæ auctoribus scribendum fuisset: sed ex MSS. Vallicell. collect. VIII. & Ottobon. coll. XXIII. *Altinensem* reposuimus: ita enim ferme hujus urbis Episcopi in Conciliis memorati appellari solent. Vide Concil. Aquilejen. an. 381. Invenimus autem hanc epistolam in MSS. novem collectionum recensitis in Admonitione præmissa epistolæ superiori num. 5. & 7. ex quibus sinceritatem harum litterarum vindicavimus num. 11. & num. 14. difficultates a Quesnello objectas disjecimus.

h In Indice MSS. collect. V. hic titulus legitur cap. 83. *Ad Septimum Episcopum de supradictis titulis*. Respiciuntur autem tituli superioris epistolæ, cui hæc in omnibus collectionibus constanter subjicitur: unde eodem tempore scriptam confirmare licet.

i Vulgati *quam*. Emendavimus ex MSS. Vat. Reg. coll. I. Vat. 5845. coll VIII. & Florentino S. Marci coll. XIII. cum præsertim similiter legatur capite I. ep. 18. ad Januarium, quod ex hac epistola exscriptum fuit.

k Quinque codd. diversarum collectionum *bestiarum sævitia*. l Quatuor præstantes codd. *sancta*.

m Quesnellus *sperandi*, & in margine rejecit vulgatam lectionem *sperandi*, quam tamen omnes nostri codices approbant, sicut etiam probatur in epistola ad Januarium, quæ hanc eamdem sententiam totidem verbis repetit.

n Melior visa est hæc lectio duobus optimæ notæ MSS. probata Vat. coll. VIII. & Florentino, quibus concinit etiam epistola ad Januarium. Al. *deposit*. o Al. *sunt gesta*.

SYNOPSIS ADMONITIONIS

Premissa a Ballerinis in fragmentum epistolæ S. Cyrilli de paschate anni 444. ad illustrandam epistolam Paschasini mox subiiciendam.

Num. 1. Epistolas saltem duas dedisse S. Leonem in controversia de paschate anni 444. quamvis ambas perierint, certum est. Paschasini Lilybetani responsio ad alteram ex illis superest. Cyrilli Alexandrini, cui alia directa fuit responsivæ epistolæ fragmentum superesse demonstrandum aggrediuntur, (*Num.* 2.) illudque portionem esse epistolæ Cyrilli de paschate, quam Petavius, aliique dederc. Ea quidem unica est sed ex duarum epistolarum de paschate fragmentis ab imperito quodam conflata, paucisque immutatis (ut ex collatione prioris fragmenti a Dionysio exiguo servati liquet;) uni eidemque paschæ designando accommodata est (*Num.* 3.) Verum res aliter sese habet, nam fragmentum prius optime inscribitur apud Dionysium datum ad Aurélium &c. in Synodo congregata anno 419. designatque pascha anni 420. Nec nisi mendose (*Num.* 4.) apud Dionysium legitur pascha celebrandum fore die XVII. Kal. Majas. Hoc enim mendum reformandum est ita, ut ponatur XIV. Kal. Majas epistola enim Cyrilli, ubi de hoc pascha *futuræ indictionis* idest anni sequentis, transmissa legitur apud eundem Dionysium ad Bonifacium post consulatum Honorii XII. & Theodosii VIII. idest anno 419.

Alterum fragmentum (*Num.* 5.) exprimit pascha ann. 444. apud Alexandrinos celebrandum IX. *Kal. Majas propter rationem embolismi anni*, cum apud Latinos celebrandus destinaretur VII. Kal. Aprilis luna XXII. *ita ut communem annum facerent de embolismo*; quæ omnia indicia annum 444. designant.

Hoc fragmentum (*Num.* 8.) Joannes Vander Haagen libro inscripto: *observationes in veterum patrum & pontificum prologos, & epistolas paschales* edito Amstelodami anno 1734. tuetur esse ex epistola Cyrilli ad S. Leonem, idque eruit ex Beda in libro *de argumentis lunæ*, ubi hæc leguntur: *sic legitur in epistola quam beatus Cyrillus ad Leonem papam scripsit; indicabo enim vobis quid Bacumius* (*Pachomius*) *monachus*, quæ quidem omnia in eo de quo agitur fragmento leguntur. Aliud est etiam ejusdem Bedæ hac de re testimonium in opusc. *de temporum ratione* cap. XLI. & aliud pariter in epist. ad VVichredam Desunt vero in fragmentis hisce a Beda allatis phrases ille, quæ exprimunt hanc epistolam ad plures directam fuisse, quæ proinde phrases in interpolatorem referendæ non immerito creduntur. Nunc ergo fragmentum subjiciendum est oculis.

Fragmentum Epistolæ S. CYRILLI *Alexandrini ad* S. LEONEM.

. . . . . .

SImul Pascha celebremus [a] Kal. IX. Maji propter rationem Embolismi anni. Quod Asi faciatis [b] VII. Kal. Aprilis Luna XXII. ut jam præparatis, communem annum facitis de Embolismo, dum observatis [c] Lunam incensam in III. Nonas Martias juxta regulam Latinorum Kal. Januarii Do-

BALLER. NOTÆ.

a Loquitur de Paschate an. 444. juxta Cyclum decemnovennalem Alexandrinorum, in quo hic annus Ogdoadis octavus erat Embolismalis, ut ex Paschasini epistola liquebit. *Et propter hanc quidem rationem Embolismi anni*, Alexandrini contendebant, Pascha hoc anno celebrandum IX. Kal. Maii, non vero cum Latinis VII. Kal. Aprilis, ac si annus esset non embolismalis, sed communis. In hoc scilicet tota, vel potior discriminis ratio sita erat inter Alexandrinos, & Romanos circa Pascha hujus anni 444. Quod ut cuivis planum fiat, sciendum est, Lunares annos alios esse communes, alios embolismales. Communes dicuntur, qui constant ex mensibus Lunaribus XII. & diebus 354. Lunares enim menses nunc diebus 29. nunc diebus 30. alternatim computantur. Embolismales vero anni appellantur ii, quibus post duodecim menses Lunares additur alius mensis item Lunaris dierum 29. (sive is mensis decimus tertius vocetur, sive alter duodecimus) ita ut annus embolismalis constet ex diebus 383. Hic Embolismus anno Lunari identidem inseritur, ut aliorum annorum Lunarium defectus ad solaris anni rationem hoc additamento suppleatur, & ita Lunares anni cum Solaribus aliqua ratione conquentur: quod ad inveniendam paschalem Lunam primi mensis, quæ ab æquinoctio Solis plurimum pendet, necessarium est. Hac autem de causa tam apud Alexandrinos, quam apud Romanos embolismales anni recepti fuerunt; sed methodo diversa, ut diversus ipsorum Cyclus ferebat. In Cyclo decemnovennali Alexandrinorum anni tertius, sextus, octavus, undecimus, decimus quartus, & decimus nonus erant embolismales; ceteri autem erant communes. Ita post duos annos communes apud ipsos sequebatur unus embolismalis, exceptis octavo, & decimo nono, qui post unicum annum communem subjiciebantur. In Cyclo autem Romanorum annorum LXXXIV. anni embolismales post duos communes nulla exceptione collocabantur. Cum porro in hoc Romanorum Cyclo annus sexagesimus tertius, in quem cadebat annus vulgaris æræ 444. esset annus communis; in Cyclo autem Alexandrinorum annus octavus eidem anno 444. respondens esset embolismalis; palam fit primum paschalem mensem apud Romanos, Alexandrinis ob rationem Embolismi fuisse decimum tertium, seu alterum duodecimum mensem anni Lunaris præcedentis, qui Paschati non poterat convenire: & hac potissimum de causa in statuendo Paschatis die ejus anni alteri ab alteris mense integro diffidebant. Diximus vero *totam, vel potiorem discriminis rationem* in hoc sitam esse. Alia enim Latinis accessit difficultas, ne in Alexandrinorum sententiam transirent, nimirum ob limites paschales diversos, ut not. 17. ad Paschasini epistolam dicetur.

b Sermo est de Paschate juxta Latinorum Cyclum, in quo, ut diximus, hic annus erat communis; ac propterea cum Neomenia paschalis ipsis esset dies 3. Martii, Pascha cadebat in diem Dominicam VII. Kal. Aprilis Luna XXII. uti etiam Paschasius notavit, ac sequenti adnotatione explicabitur.

c Latini in suo Cyclo notabant Kal. Januarii feriam Septimanæ, & ætatem Lunæ, ut palam fit ex Victorii Cyclo, nec non ex Cyclo Anonymi Fastis annexo, quem noster Cardinalis Norisius edidit, sicuti etiam ex Cyclo, qui in Anecdotis Latinis Muratorii tom. 3. legitur. Ex ætate Lunæ determinabatur Neomenia Januarii, & consequenter etiam Martii: erat enim constans Latinorum regula: *Qualis Luna est in Januario, talis quoque est in Martio*. Ex feria autem facile erat colligere Dominicam Paschatis. Hoc porro anno 444. in Cyclo Latinorum Kal. Januarii feria notabatur *Sabbatum*, ætas vero Lunæ XXVII. ut sequenti adnotatione ostendemus. Erat ergo Neomenia Januarii, & Martii die V. ac propterea diei Dominica Paschatis 26. Martii Luna XXII. Nam cum ille annus esset bissextilis, Dominica quidem incidebat in diem 19. Martii Luna XV. At cum Pascha celebrandum non esset ante æquinoctium, Latinorum vero regula vetaret celebrari ante Lunam XVI. *differendum* fuit in Dominicam sequentem 26. Martii Luna XXII.

[a] Dominica Luna XXVII. & non observandum est in hoc anno pro causis, quas [b] supra diximus. Sicut enim vitandum est Pascha, quod diximus in hoc anno; ita cavendum est ne faciamus Pascha anni Embolismi in anno communi, & communis in Embolismo. Debemus enim investigare Epactas [c] Lunares in mensibus totius anni, ut celebremus Pascha [d] in Luna primi Mensis, in principio anni post veris exordium. Sol enim ipse quotidie terra marique pariter claditur in fine diei, & in diei initio aperitur. Et finit Sol cursum totius anni in XII. Kal. Aprilis, & Lunaris globi plenitudo, vel diminutio, digitorum motus, rationis magisterio, & calculi supputatione aliqua prævidetur: ut numeremus XII. tantum Lunas juxta supputationem legalem [e] Hebræorum in anno communi, & XIII. in Embolismo secundum computationem dierum.

Indicabo vero vobis, quod [f] Pachomius insignis factis, apostolicæ gratiæ egregius fundatorque Ægypti cœnobiorum, edidit ad monasterium, quod lingua Ægyptiorum vocatur [g] Panum, litteras, quas Angelo dictante perceperat, ut non errorem incurrerent in solemnitatis paschalis ratione, scirentque Lunam primi mensis in anno communi, & Embolismo. [h] Carissimi Domini mei in mente habetote, quod constitutum est Pascha primum in Ægypto ad commonitionem, ut manducarent filii Israel agnum in typo veri agni in Luna primi mensis. Posterius autem Pascha factum est ad recordationem, in quo manna descendit, quod ostendit, quod recederet agnus umbratilis, quando descendisset verum manna. Dominus autem noster JESUS CHRISTUS conjunxit in una die agnum Judæorum, & verum manna, quando benedixit panem & vinum dicens: *Hoc est corpus meum, & sanguis meus* in Luna primi mensis, in anni principio. Ideo recordemur, & memores simus offerre, quæ obtulit Jesus pro nobis in primo mense. Dixit enim Dominus Jesus: *Hæc quotiescunque feceritis, in mei recordationem & memoriam facietis*. Scrutemini que diligentissime, quæ ordinavit Synodus [i] Nicæna Lunas XIV. omnium annorum per decemnovennalem Cyclum, ut non fallamur in Luna

DALLER. NOTÆ.

a Legendum est *Sabbato*, non *Dominica*, ut ex omnibus Cyclis Latinorum liquet. Hunc lapsum sive libratio, sive, ut alii suspicantur, Cyrillo tribuas, nihil refert. Porro in Cyclo Anonymi apud Norisium ad ann. Cycli 63. in quem incidit annus Christi 444. nec non in vetusto Cyclo apud Muratorium tom. 3. Anecdotorum Latinorum pag. 204. & seqq. ad an. 62. qui per auctoris lapsum correspondet anno 63. ut videre est apud Joannem Vander Haagen auctorem *Observationum in Anonymi Cyclum a Muratorio* editum pag. 193. In his, inquam, Cyclis notatur Januarii Kal. *Sat.* idest Saturni dies seu Sabbatum, vel feria VII. Luna autem XXVIII. non vero XXVII. Sed hi Latinorum Cycli annorum LXXXIV. constructi fuerunt eo tempore, quo saltus Lunæ duodecimo quoque anno admittebat, ab initio Cycli ad annum 63. quinque saltus Lunæ afferebat. Leonis autem tempore emendante Prospero inductum fuerat, ut Lunæ saltus quarto decimo quoque anno admitteretur, ut probavit laudatus Vander Haagen pag. 217. & seqq. *Observationum in Chronicon Prosperi*, unde quatuor tantum Lunæ saltus ab initio Cycli ad annum 63. inciderunt. Quilibet autem saltus ætati Lunæ unam diem addit. Itaque in illis Cyclis, qui adstruebant quinque saltus, una dies ætati Lunæ accedebat usque ad annum 63. supra eum Cyclum, qui ex correctione Prosperi quatuor tantum saltus recipiebat, ac propterea in illis Cyclis in Kal. Januarii anni 63. Lunæ ætas erat XXVIII. in Cyclo autem tempore Leonis tempore XXVII. Ipsa quidem *Luna initiorum* seu Neomenia paschalis, quam auctor hoc anno ponit III. Nonas Martias, sicut in Martii, ita & in Januarii Kalendis exigit ætatem Lunæ XXVII. Hic vero notandum est Cardin. Norisium in *Diagramate Cycli anni LXXXIV.* in quo ad anc. Kal. Januarii paschalem ejusdem anni die 5. Martii seu notavit ex Fastis ætatem Lunæ XXVIII. perperam signasse neomeniam III. Nonas, cum in hypothesi ætatis Lunæ XXVIII. veteri stylo Fastis appositæ neomenia incideret in diem 4. Martii seu IV. Non. Martii. Id quidem ille induxit cogentibus hinc certis testibus de die Paschatis an. 444. hinc vero Cyclo suis Fastis apposito, quem eodem anno obtinuisse præsumsit: hæque ut conciliaret, arbitrarium systema Lunarum plenarum invexit, quod ipse pariter repudiasset, si de inductæ ante eum annum Cycli emendatione ita suspicatus fuisset, ut postea dubitavit ob Pascha anni 454.

b Hæc verba initio non pauca deesse indicant.

c Quæ ab Alexandrinis vocabatur *Epacta*, Latinis *ætas Luna* dicebatur. Nominantur autem *Epactæ Lunares in mensibus totius anni*, idest non annuæ, sed menstruæ, eo quod harum investigatio necessaria sit, ut legitimum Paschatis tempus inveniatur.

d Hanc regulam ob Pascha determinandum maxime observandam Joannes Vander Haagen pag. 105. *Observat. in Cyrilli epistolam* accuratissime explanat. Intelligitur autem *primus mensis* anni Lunaris sacri Judaici, *in principio anni* Solaris tropici naturalis ab æquinoctio verno incipientis *post veris exordium*, quod mox figitur *die XII. Kal. Aprilis*. Id cum Cyrilli Prologo concinit, ubi æquinoctium vernum, & veris exordium similiter statuitur XII. Kal. Aprilis, hoc est Martii 21., seu mensis Pharmuti 25. Hæc dies maxime observanda in Paschatis computo & cum dicitur Pascha celebrandum *post veris exordium*, indicatur ex Alexandrinorum regulis celebrari non potuisse in ipso veri æquinoctii die. Cum enim Pascha celebrari non possit Luna XIV. primi mensis, sed die Dominica, quæ eam Lunam XIV. proxime subsequitur, celebrandum sit, Pascha celebrandum *post veris exordium*, seu post æquinoctium vernum, citius apud Alexandrinos cadere poterat in Lunam XV. si hac Luna esset Dominica, & Luna XXIV. cum æquinoctii die concurriset.

e *Hebræorum* scilicet, qui anno Lunari, & mensibus Lunaribus utuntur, ut primum mensem paschalem definiant juxta præceptum Legis. *Custodi primum mensem*. Additur *secundum supputationem dierum*, ita scilicet ut cum ante mensem paschalem inserendus est embolismalis, quemadmodum hoc anno 444. Alexandrini contendebant, in anno embolismali mensium Lunarium XIII. supputentur dies 384. ut in anno communi mensium Lunarium XII. dies 354. computabantur.

f Gennadius de Vir. illustr. cap. 47. Pachomii litteras memorat *ad omnem monasteriorum Præpositos*, quibus præcipitur, *ut in unum antistitem monasterium, quod lingua Ægyptiorum Bam vocatur, Pascha diem veluti aeternam legem celebrent*. Integræ hæ litteræ ex interpretatione Hieronymi ab Holstenio editæ sunt post Pachomii regulam. Sed cum nihil ejusmodi, quod in fragmento legitur, continent, aliæ Pachomii litteræ, quæ perierint, a Cyrillo indicatæ videntur. Beda *de Temporum ratione* c. 41. tom. 2. edit. Coloni an. 1612. pag. 53. secundo loco, & de *Argumentis Lunæ* tom. 1. pag. 151. ipsum Cyrilli testimonium de Pachomio recitat, & Joannes Novionagus in notatione ad memoratum caput affirmat, apud se fuisse Pachomii opusculum de Paschate, quod se editurum spondet. Num vero usquam ediderit, ignoramus. Idem vero Beda de *Argumentis Lunæ* pag. 151. addit: *Legimus in scriptis Græcorum, quod a vita passionem Apostolorum S. Pachomius Abbas in Ægypto cum monachis suis in oratione a Domino rogaverit, ut ostenderet ei, quomodo Pascha deberet celebrare. Et misit Dominus per Angelum suum ad prædictum S. Pachomium ejusdem Cyclum decemnovennalem hoc modo. Nona Aprilis nominat quinos, octava Kalenda affirmat decemnovennalis*. Num hæc particula, qua Cyclus Decemnovennalis ad inveniendum Pascha Angelo suggerente approbatus fuit, defumpta sit ex epistola Pachomii, quam Cyrillus allegat, aliorum judicium esto.

g Apud Bucherium hoc monasterium vocatur *Bonum*. Quidam legendum malunt *Bam*, alias Bau, vel Pabau, quod præsertim erat inter Pachomii monasteria. Pretullinus lectionem Bedæ, qui ipsam Cyrilli ad Leonem epistolam in fastis codicibus reperit. Unum Pachomii monasterium nomine *Pachnum* memoratur.

h Hoc loco librarii interpolatio deprehenditur, cum hoc fragmentum epistolæ ad Synodum Carthaginensem subiecit. Vide Admonitionem primam tomi 7.

i Paulo post dicitur *scriptum a Synodo Nicæna Cyclum Lunarem primi mensis*. Nisi librarii arbitrio, vel interpretis minus accurati negligentia mentium irrepsit in vocem *scriptissei*, Cyrillus quoque sensit Cyclum decemnovenna-

Luna XIV. cum Judæis, & hæreticis, qui dicuntur Tessares Kœdecatitæ. Et constitutum est in omnibus Synodis, præter Synodum Gangrensem & Cæsariensem, ut non faceret ulla Ecclesia, vel civitas, & omnis regio contraria his, quæ statuta sunt de Pascha in Nicæno Concilio.

Credite mihi quod si non scripsisset Synodus Nicæna Cyclum Lunarem primi mensis, sufficeret Cyclus lapidis Silenitis in Perside ad exemplum rationis paschalis, cujus candor interior cum Luna primi mensis crescit, & decrescit. Ideo nuntiavi vobis hæc omnia eo, quod dubitastis de Luna primi mensis in hoc anno. Ideo [a] præcipio vobis, ne faciatis Pascha in mense Martii in anno Embolismi, sed in IX. Kal. Maii in unitate Ecclesiæ Catholicæ. Verum agnum veri Israelitæ immaculatum immaculati comedamus: quia in una domo præceptum est Israeli carnali agnum anniculum comedere. De quo agno immaculato veracissime præceptum est: *Non occides agnum in lacte matris suæ*, hoc est in proximo pascha conceptionis suæ in utero matris suæ. Ideo prægnantem Mariam, ne sicut stuprata & adultera lapidibus interficeretur, clam voluit Joseph dimittere. Ut vero non occideretur agnus in lacte matris suæ, in pascha nativitatis suæ proximo fugit Joseph in Ægyptum, Angelo præcipiente, in mense Martio, anno revertente, in quo mense eduxit Cain Abel justum in campum, ut occideret eum in typo Christi educti ad prætorium Pilati in sexta feria: quia eodem die conceptus in utero est, & mortuus in Cruce dum in sexta feria mortuus est Adam in anima pro peccato in paradiso, & in eodem obiit in corpore Responsum est, ut opinor, omnibus, quibus interrogastis me. [b]

ANNO CHRISTI circ. 443 [c] At post ep. II. Quæ erat 3. nunc 4 scripta ann. 443.

EPISTOLA III.

PASCHASINI

Episcopi Lilybetani

Ad LEONEM Papam de Paschate

Anni 444.

SYNOPSIS.

B *Paschasinus de Cyclo paschali a Leone consultus, post pauca de Siciliæ clade præmissa, Alexandrinam supputationem, Romana posthabita, retinendam esse probat, tum ex Hebræorum calculo, tum ex miraculo quod Zosimi Papæ tempore contigit.*

Domino vere sancto atque beatissimo ac apostolico, mihique post Dominum plurimum colendo Papæ LEONI PASCHASINUS Episcopus.

C A Postolatus vestri [d] scripta Diacono Panormitanæ Ecclesiæ SILANO deferente percepi, quæ nuditati meæ atque erumnis, quas amarissima captivitate faciente incurri, solatium in omnibus atque remedium attulerunt, cælesti rore meum animum recreantes, atque omne quod triste fuerat, abstergentes, Domine venerabilis Papa. Jubere dignata est corona vestra, ut [e] quid paschalis supputationis veritas [f] anni post hunc futuri haberet, sacrosanctis auribus vestris exiguitas mea intimaret. Cui præcepto [f] pio inobediens existere non potui omnino, nec debui. Diutino itaque tra-

CAP. I. Sicilia a Vandalis vastata.

[f] Æra Christiana 444.

D dtatu, vel ratiocinatione id verum invenimus, quod ab Alexandrinæ Ecclesiæ [g] Antistite beatitudini vestræ rescriptum est. Nam cum Romana supputatio, quæ Cyclo concluditur, cu-

Cyclus Romanus, quo anno incepit?

BALLERIN. NOTÆ.

venenalem ab eadem Synodo fuisse præscriptum, ut tradiderunt Ambrosius in epistola ad Episcopos Æmiliæ scribens de Paschate an. 387. & Proterius Cyrilli successor in epistola ad S. Leonem de Paschate an. 455. Sunt, qui eumdem Cyclum a Nicæna Synodo institutum velint. Sed illum ab antiquiori Anatolio editum, multo ante Alexandrum Ecclesia obtinuisse liquet ex Eusebio l. 7. c. 32. Itaque Nicæni Patres illum probare solum & præscribere potuerunt. Hi autem etsi nulli veteres Historici memorent, hac tamen ratione commode intelligi potest. Cum nimirum idem Patres sanxerint, ut Pascha ab omnibus ubique eadem Dominica celebraretur; id profecto obtineri non poterat, nisi uno eodemque Cyclo omnes uterentur. Cum porro in eum finem illi decreverint, ut Alexandrina Ecclesia, quæ memoratum Cyclum adhibebat, & calculandi arte erat celebris, diem Paschatis in ejusdem utique Cycli normam Romano Episcopo significaret, *unde Apostolica auctoritate universalis Ecclesia per totum Orbem definitum Pascha diem sine ulla disceptatione cognosceret*, ut idem Cyrillus in Prologo Paschali tradit: hoc sane decreto eum Cyclum satis approbasse, & quodammodo præscripsisse dici queunt. Notandum vero est, hoc decretum Nicænum, non Romano, sed Alexandrino Episcopo præcepisse, ut ad Romanum Antistitem in memoratam rationem scribens, ejus assensum, auctoritatemque excitaret, qua Pascha eodem die a toto Christiano orbe sine disceptatione celebraretur. Cum vero, hac Nicæna decemnovennalis Cycli approbatio valde implicita & obscura fuerit, nulloque canone expressa; nihil mirum, si Romani Pontifices, qui ceteroquin Nicænum Concilium maxime venerabantur, non deseruerunt suum Cyclum annorum LXXXIV. qui primis temporibus in determinando Paschate a decemnovennali non discrepabat; etsi, cum posterius quæstiones paschales cœperunt commoveri, non nisi serius Alexandrinum Cyclum recepere.

a In hunc pariter locum irrepsisse aliquod mendum, in admonitione observavimus num. 6.

b Adduntur in fine exemplaris Sirmondiani: *Et omnia scripta autentica Synodi Nicænæ protuli*. Hæc autem glossema sunt ab eo additum, qui postquam hanc epistolam subjecit litteris Cyrilli ad Africanos, eo quod ejus partem, vel appendicem crederet, hanc clausulam, quæ ad easdem litteras refertur, perperam posuit.

c Hanc epistolam relegimus cum MS. Var. Reginæ 586. sæculi XI. pag. 115. Paschasii Operi insertam. Vide observationem Quesnelli tom 2. nostræ editionis, & confer adnotationes in præmissum Cyrilli fragmentum, ac præsertim adnot. 1. ubi quæstionis potissima ratio exponitur.

d Indicatur Leonis epistola ad Paschasinum, quæ desideratur, de Paschate scripta hoc eodem anno 443. in qua mentio fiebat litterarum Cyrilli ad Leonem, quarum fragmentum jam dedimus. Quod autem traditur S. Pontificis epistola *nuditati*, & *erumnis* Paschasini *solatium in omnibus, atque remedium attulisse*, respicit Siciliæ magnam partem occupatam a Vandalis an. 440. qua occasione Paschasinus non tam captivitatem, quam bonorum suæ Ecclesiæ jacturam passus fuerat. Res quidem Ecclesiarum aliquandiu fisco addictas fuisse a barbaris, colligi videtur ex papyro Ecclesiæ Ravennatis exarata paullo post an. 444. & a Marchione Maffejo edita in Hist. diplomatica pag. 132. ubi conductoribus patrimonii ejusdem Ecclesiæ in Sicilia degentibus inter ceteras pensiones solvendi traduntur aurei solidi LXXV. *pro pensione tritici, sive ordei, quod ante barbarico fisco præstabatur*. Inter has strumas Leo non cum litteris aliquod Paschasino subsidium attulit. Mox pro *Silano* Quesn. in margine AL. *Silvano*. e Editi *quod*. Melius ex nostro Vaticano Reg.

f Idem codex omittit *pro*

g Scilicet Cyrillo, qui die IX. Junii anni 444. obiit. Fragmentum hujus rescripti jam præmisimus.

ANNO CHRISTI circ. 443.

jus ipse, de quo agitur, erit [a] sexagesimus tertius annus, qui Cyclus cœpit a consulatu [b] ANTONINI & SIAGRII, nobis dubietatem afferret, eo quod [c] septimo calendarum Aprilium [d] die dies Dominica, & Luna vigesima secunda incurreret, & iterum nono calendarum Majarum die (ut rei veritas habet) Dominica dies, & Luna decimanona obveniret: in hoc ambiguo fluctuantes, [e] ad Hebræorum, hoc est legalem supputationem nos convertimus, quæ cum a Romanis ignoratur, facile errorem incurrunt. Cœpit ergo [f] Ogdoas a consulatu virorum clarissimorum Ætii iterum & [g] Sigesvulti, quæ claudit anno, de quo quæstio videtur exorta. Talis ratio hæc est. [h] Priores duo sunt anni communes, tertius embolismalis, quartus & quintus communes, sextus embolismalis, septimus communis, octavus embolismalis. Pervidet ergo Apostolatus vestri prudentia, [i] octavum annum Ogdoadis fieri aliter non posse, nisi Embolismum teneamus. [k] Quod si voluerimus illud, quod superius diximus, id est, quod primum incurrit Pascha, septimo Kalendarum Aprilium die celebrare; communem annum faciemus, & incipiet omnis deinceps subsequentium annorum supputatio vacillare.

Supputatio Hebraica Romanis ignota

Et ne hoc, quod [l] exposuimus, beatitudini vestræ obscuritatem aliquam afferat, suggerimus communes annos, apud Hebræos duodecim tantum Lunas, hoc est dies CCCLIV. habere; embolismos vero Lunas tredecim habere; hoc est dies CCCLXXXIV. Necessitate ergo Embolismi cogimur id tenere, quod [m] longius est, ne a vero deviare videamur. Neque nobis aut novum, aut [n] erraticum videatur, cum dies passionis undecimo Kalendas Maji occurrat, a qua (sicut [o] Græcis videtur) Pascha nomen accepit; licet Hebraæ linguæ interpretes tradant Pascha transitum dici, quod tamen idem & Joannis Evangelistæ dicto firmatur, quo ait, cum de passione loqueretur. *Cum venisset hora, ut transiret* JESUS *de hoc mundo ad Patrem*. Non ergo nos dies una longius posita terreat, ne cum hanc vitamus, incurramus, errorem, sicut evenit tempore beatæ recordationis domini mei, prædecessoris Apostolatus vestri ZOSIMI, anno consulatus HONORII Augusti undecimo, & CONSTANTII secundo. Tunc enim, cum declinaretur, ne decimo Kalendas Mai dies Paschæ teneretur, [p] celebratum octavo die Kalendas Aprilis, id est, pro Embolismo [q] communis est annus tentus, & error gravissimus est ortus, in tantum ut mysterio certo, quod dono sancti Spiritus ministratur, hæc

Pascha unde dictum pulcher Paschasinus? Joan. 13. 1.

Controversia de die Paschali tempore Zosimi P. R. A. 417.

CAP. II

---

a In antiquioribus vulgatis erronee legebatur *LXIV*. Recte emendavit Bucherius ex MS. Codice in Commentar. ad Victorii Cancnem. Idem habetur in duobus MSS. quibus usus est Usserius in Britann. Eccles. Antiquit. & in nostro Vaticano Codice. enim vero sexto est de Latinorum Cyclo annorum LXXXIV. qui cum inceperit, ut Paschasinus monstravit, a consulatu Antonini & Siagrii an. 384. jam annus 444. ac quo vertebatur quæstio, est annus Cycli LXIII.

BALUZII NOTÆ.

b Al. *Antonini*, perperam. Ceterum ante hunc consularum, seu ante an. 384. Latini hoc eodem Cyclo utebantur, ut ex Fastis consularibus probat Card. Noris. dist. I. Hic ergo indicatur initium Cycli, qui anno 444. decurrebat. Marianus Scotus in Chronico post Romam *Siagrii* addit: *anno octavo Gratiani*.

c Idem Marianus *a sexto*, & paulo post *octavo* pro *nono Kal. Majarum*. perperam. Innititur numerum differentem inter supputationem Romanorum, & Alexandrinorum: nam illi ex suo Cyclo annorum LXXXIV. Pascha Anni 444. assigebant VII. Kal. April, isti vero ex suo annorum XIX. protogabant in IX. Kal. Mai, ut adnot. I. in Cyrilli fragmentum fusius explicavimus.

d Codex Vat. delet *die*. Mox legebatur *Luna XXI*. Emendavimus ex fragmento epistolæ Cyrilli ad Leonem. Confer adnot. 3. in memoratum fragmentum. Sic pariter die IX. *Kal. Majas* interius notatur *Luna XIX*. quæ esse deberet *XVIII*. si die VII. Kal. Aprilis fuisset Luna XXI.

e Cum Paschasinus sese converteret in hoc controversia ad *Hebræorum legalem supputationem*, alii aliter interpretantur. Probabilior autem videtur ratio, quia Alexandrini ex Lunis XIV. primi mensis a lege Hebræorum præscriptis, in quas istorum Pascha cadebat, dies Paschæ & Lunæ determinabant, eamdemque anni communis & Embolismi methodum sequebantur, quam apud Hebræos obtinuisse Paschasinus commemorat cap. 2.

f Alexandrini suam Enneadecaeteridem, seu suum Cyclum decemnovennalem, idest annorum XIX. dividebant in Ogdoadem, & Hendecadem. Ogdoas primos octo Cycli annos complectebatur, Hendecas undecim reliquos. Ogdoadis Paschasinus hic expiesse meminit, & affirmat eam cœpisse a Consulatu Ætii iterum & Sigesvulti, idemque anno 437. a quo decemnovennalis Alexandrinorum Cyclus per hoc tempus decurrens ordiebatur. Cum vero anno 444. esset hujus Ogdoadis ultimus, idcirco subjicit, *quæ claudit anno, de quo quæstio videtur exorta*: de Paschate enim hujus anni erat disputatio.

g Noster Codex *Segfaulti*. *quæ concludunt*. Quesnellus in margine Al. *Sigismilus*.

h MS. Vat. *Duo sunt priores anni communes, tertium Embolismus: item quartus, & quintus communes*. Hæc autem in Alexandrinorum rationem a quibus quatenus Romani discreparint in constituendis annis communibus & Embolismis, diximus Adnot. I. in fragmentum Epistolæ Cyrilli.

i Cum scilicet annus 444. ex Alexandrinorum Cyclo octavus Ogdoadis, esset embolismalis; Embolismi ratio requirebat, ne Pascha celebraretur VII. Kal. Aprilis, qui erat mensis embolismeus, seu postremus anni sacri non vero primus, qualis debebat esse mensis paschalis. Vide Adnot. I. in laudatum fragmentum.

k MS. Vat. *Quoniam si voluerimus illud quod superius diximus, id est quod primum incurrit, VII. Kal. Apr. die celebrare*, corrupte.

l Sic melius ex laudato Codice, quemadmodum postea plurali quoque numero *suggerimus*. Vulg. *exposuit*.

m Pascha scilicet IX. Kal. Maii, non vero VII. Kal. Aprilis tenendum est, cum Embolismi ratio id requirat, uti monuimus Adnot. 14. Hinc autem patet, mensem embolismalem immediate præcedere mensem Paschæ, & ipsum Pascha uno mense longius protrudere.

n Apud Marianum *erratum*. Erraticum porro Romanis videbatur Pascha protrahere in diem IX. Kal. Maii, idest in diem Aprilis 23. Immo sub Zosimo declinarunt celebrare Pascha X. Kal. Maii, seu Aprilis 22. Nam limes ultimus Dominicarum paschalium apud eosdem erat XI. Kal. Maii, seu Aprilis 21. Huic autem objectioni respondent Paschasinus, Dominicam quidem paschalem excedere ultimum Latinorum limitem Aprilis 21., non vero diem Passionis hunc limitem percransire, idque posse fuisse, quia Pascha, sicuti Græcis videtur, a Passione nomen accepit. Similem responsionem indicarunt etiam Ambrosius in epistola ad Episcopos Æmiliæ, & Cyrillus in Prologo paschali: Sed hi per diem Passionis intellexerunt Lunam XIV. in quam cadebat Pascha legale, quod fuit typus Passionis Christi. Hæc tamen Paschasini ratio Leoni persuasit: unde Pascha anni 444. celebratum fuit IX. Kal. Maii, ut testatur Prosper in Chronico inquiens: *Non erratum est, quia in die XI. Kal. Majas dies Paschalis fuit*. Immo ipse Leo epist. 121. ad Marcianum scripta an. 453. hanc eamdem rationem adoptavit cap. 2.

o Marianus delet vocem *Græcis*. Mox pro *accepit* in Cod. Vat. Reg. *accipit*.

p Idem Cod. Vat. *celebrandum est*, legendum *celebratum est*.

q Vulgatus *communis est annotatus*. Magis placuit lectio Cod. Vat. cui Marianus exemplum adstipulatur; cum præsertim Paschalino familiare sit verbum *teneo*, sicut cap. 2. *Embolismum teneamus*, ita hic *communis annus tentus est*.

r Marianus *mysterio*.

ANNO CHRISTI 416.

hæc veritas probaretur. Quod propterea credi- A
di exponendum, quia locus ipse etiam sancto atque a me venerando fratri meo [a] LIBANIO Diacono notissimus est. Cujus mysterii miraculum tale est.

CAP. III. Baptisterium aqua repletur per miraculum.

Quædam vetustissima possessio, Meltinas appellatur in montibus arduis ac silvis densissimis constituta, illicque perparva, atque vili opere constructa est Ecclesia. In cujus baptisterio nocte sacrosancta paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se repletur, paucisque qui fuerint, consacratis, cum deductorium nullum habeat, ut aqua venerat, ex sese [b] discedit. Tunc ergo, sicut supra diximus, sub sanctæ memoriæ domino quondam meo ac beatissimo B Papa ZOSIMO [c], cum apud Occidentales error ortus fuisset, consuetis lectionibus [d] nocte sancta decursis, cum Presbyter secundum morem baptizandi horam requireret, usque ad lucem aqua non veniente, non consecrati, qui baptizandi fuerant, recesserunt. Ut ergo breviter narrem, illa nocte, quæ lucescebat in diem dominicam, decimo die Kalendas Maii fons sacer hora competenti repletus est. Evidenti ergo miraculo claruit, Occidentalium partium fuisse errorem.

CAP. IV.

[e] Hæc, prout potui, vel epistolaris brevitas passa est, jubente Apostolatu vestro, rescripsi: provolutus obsecrans, ut pro mea parvitate, immo pro totius orbis statu, orare dignemini: ut tandem de tot necessitatibus liberati, cognoscamus quoniam ipse est Deus noster, *qui facit mirabilia solus*. Qui jam non tradat bestiis animas confitentes sibi; neque amplius patiatur tentari nos supra id quod ferre possumus, sed faciat cum tentatione proventum [f] misericordem pro sua pietate, ut sustinere possimus. Orate pro me.

ANNO CHRISTI 443.

EPISTOLA IV. [*]

[g] Ad Episcopos per Campaniam, Picenum, Tusciam, & universas provincias constitutos.

[h] *SYNOPSIS*

Ex DIONYSIO Exiguo.

I. *Ut nullus Episcopus servum alterius ad officium clericatus* [i] *promovere præsumat.*

II. *Ut quicumque ad Sacerdotium, vel viduarum mariti, vel* [k] *habentes numerosa conjugia, promoti fuerint, ab Ecclesiasticis officiis arceantur.*

III. *Quod usuras, non solum Clerici erigere non debeant, sed nec laici* [l] *Christiani.*

IV. *Ut Clericus nec suo, nec alieno nomine fænus exerceat.*

V. *Ut si quis Sacerdotum contra interdicta fecerit,* [m] *a suo submoveatur officio.*

☞ *Tituli veteres seu excerpta ejusdem epistolæ. Ex vetustiss. cod. Luc. 490.*

XX. Leo ad diversos episcopos.

C

I. *Sine libertate clericus vel sacerdos non ordinetur, quia polluit ministerium.*

II. *Viduarum mariti sacerdotes non fiant.*

III. *Clerici usuras vel negotia non agant.*

LEO Episcopus urbis Romæ omnibus Episcopis per Campaniam, Picenum, Tusciam & universas provincias constitutis [n] in Domino salutem.

UT nobis gratulationem facit Ecclesiarum status salubri dispositione compositus, ita non levi nos mœrore contristat, quoties aliqua contra [o] constituta canonum ecclesiasticamque D disciplinam præsumta vel commissa cognoscimus: quæ si non qua debemus vigilantia Prescecemus, illi, qui nos speculatores esse voluit, Ezech. 3. 17. excusare non possumus, permittentes [q] sincerum

[*] Al. III. quæ autem erat 4. hanc 6. 10. Octob. ann. 443.

a Apud Bucherium *Eolliano*. In MS. Vat. *Libano*. Quesnellus suspicatur legendum forte *Stlano*, qui initio epistolæ memoratur. b Quesnellus in margine Al. *descendit*. MS. Vat *discendit*.

c Marianus addit *anno nono Honorii*, & paullo post pro *Occidentales* habet *Orientales*. Legendum autem *Occidentales*, cum Cyclus annorum LXXXIV. unde error exortus fuit, apud solos Occidentales obtineret.

d Quesnellus in margine Al. *nocte sacra*. Mox *decursis* reposuimus ex Cod. Vat. cum antea legeretur *discussis*.

e Quæ sequuntur usque ad finem, ex Mariano Scoto, & ex editione Bucheriana ope codicum restituta Quesnellus suæ editioni adjecit. Leguntur etiam in nostro MS. Vat. exceptis ultimis verbis *Orate pro me*.

f Marianus Scotus *misericordia*.

g Invenitur hæc epistola in quindecim collect. II. V Dionysiana VI. Hadrian. VII. VIII. Hisp. IX. Isid. X. XI. XII. XIII. & XX. usque ad XXIV. Inter has tres tantum collectiones diversæ originis sunt, nimirum secunda Corbeiensis, quinta Quesnelliana, & sexta Dionysiana. Ex hac postrema ceteræ collectiones hanc epistolam descripsere. In hac emendanda usi sumus duodecim variarum collectionum MS. libris, inter quos præcipui sunt Vindebon. 39. coll. V. & Vaticanus Dionysii, & duo coll. IX. Hispanicæ, unus Vindebon. alter. Vat.

h In MSS. coll. V. Synopsis hujus epistolæ sic effertur in præmissa tabula num. 76. *Ad universos Episcopos Campaniæ, Piceni, & Tusciæ, ut servi, vel originarii, aut cujuslibet conditionis omnino, ab ecclesiasticis officiis repellantur, & de his clericis, qui ab hoc fœnerant, ut usuras acceptant.*

i Vindebon. collect. Hisp. *provehat*. In tabula Dionysii apud Tustellum *promoveat*. Sed in titulo capiti præmisso, *promovere præsumat*. k Quesnellus *qui habuerint*.

l Vocem *Christiani* a Quesnello omissam ex editis, & potioribus codicibus revocavimus.

m Al. *A suo sit officio submovendus*.

n Verba *in Domino salutem* a Quesnello omissa ex anterioribus editionibus, nostrisque MSS. nec non ex Cresconio reposuimus. Quidam codices præterent nomina propria Campaniæ, Piceni, & Tusciæ.

o Duo codd. & antiquiores editiones *Statuta*. Paullo post duo MSS. Vercellensis coll. Hadr. pro *vel commissa* habent vel *contempta*. p Cod. Vindebon. coll. V. *reposcamus*. Dein in uno Vat *excusari*.

q Cod. Vat. Dionysii *sincera*.

ANNO CHRISTI 443.

rum corpus Ecclesiæ, quod ab omni macula purum custodire debemus, ambientium improba [a] contagione fœdari, cum ipsa sibi membrorum [b] per dissimilationem compago non congruat.

CAP. I.

Alieni servi ordinationem esse illicitam.

Dist. 54. Admittuntur c. 21.

ADmittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium Sacerdotii, tamquam [c] servilis vilitas hunc honorem capiat, provehuntur: & probari Deo posse creditur, qui domino suo necdum probare se potuit. Duplex itaque in hac parte reatus est, quod & sacrum [d] ministerium talis consortii vilitate polluitur, & dominorum, quantum ad illicitæ usurpationis temeritatem pertinet, jura solvuntur. [e] Ab his itaque, fratres carissimi, omnes provinciæ vestræ abstineant Sacerdotes: & non tantum ab his, sed [f] ab aliis etiam, qui originali, aut alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari: nisi forte eorum petitio aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis, qui divinæ militiæ fuerit aggregandus: ut a castris dominicis, quibus nomen ejus adscribitur, [g] nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

Dist. 14. Nullus Sacerdotum c. 5. Clericus ab aliis sit immunis. 2. Tim. 2. 4.

CAP. II.

Viduæ maritum, & qui fuerit plusquam unius uxoris vir, a sacro ministerio arcendum.

[h] QUalis vero, cum unicuique constiterit natalium honestas & morum, esse debeat sacri altari ministerio sociandus, & Apostolo nos docente, & divina præceptione didicimus, & canonum regulis, a quibus plerosque fratrum declinasse, & penitus deviasse reperimus [i] Nam constat ad Sacerdotium pervenisse viduarum [k] maritos; quosdam etiam, quibus fuerint numerosa conjugia, & ad omnem licentiam vita [l] liberior, ad sacrum ordinem passim patefactis aditibus fuisse permissos, contra illam beati Apostoli vocem, qua talibus exclamat dicens: *Unius uxoris virum*: & contra illud antiquæ legis præceptum, [m] quo dicitur & cavetur: *Sacerdos virginem uxorem accipiat, non viduam, non repudiatam*. Hos ergo, quicumque tales admissi sunt, ab ecclesiasticis officiis, & a sacerdotali nomine, apostolicæ Sedis auctoritate jubemus arceri: nec hoc enim sibi poterunt [n] vindicare, cujus capaces, per hoc [o] quod illis obstiterat, non fuerunt: hujus discussionis curam [p] nobis specialiter vindicantes, ut si qua forsitan de his commissa sunt, corrigantur, [q] nec liceat ultra committi, & ne qua excusatio de ignoratione nascatur; quamquam ignorare numquam licuerit sacer-

ANNO CHRISTI 443.

1. Tim. 3. 2. Tit. 1. 6. Leo. 21. 14.

Canonum ignorantia in Sacerdote non ferenda.

BALLER. NOTÆ.

a Cod. Corbejen. coll. II. apud Quesn. *cogitatione*.

b Hanc Quesnelli correctionem, quam sensus videtur exigere, retinuimus, cum potioribus nostris MSS. confirmetur. Hinc etiam in vulgatis, ubi *per dissimulationem* legitur, ad marginem notatur *per dissimilitudinem*; quod si non ex codd. sed ex conjectura, ut videtur, factum est, emendationem a sensu exigi judicatum fuit. Vide not. 1. Quesnell. c Cod Vat. 544. coll. XXIV. *Servilitas honorem capiat*. Duo Vercell. *accipiant*. Vulg. ante Quesn. verbo *capiat* præmittunt *jure*, quod in omnibus cum nostris tum Quesn. MSS. & apud Tustellum deest.

d Ita Quesn. ex suis codd. quibus & nostri concinunt, necnon etiam Tustellus. Vulg. cum posterioribus MSS. *mysterium*.

e Ab his verbis inchoant cap. 1. MSS. Thuan. 1. & Corb. Quesnelli.

f Sic ex puro Dionysii Vat. exemplari aliisque Hadrianeis, necnon ex Vat. 1347. ac edit. Crescenii cap. 195. cum quibus concinit collectio Herovalliana a Petit subjecta Pœnitentiali Theodori, in qua legitur: *Et ab aliis etiam qui originali, aut aliqua conditione obligati sunt*. MSS. codd. duo Hisp. & Vat. Isidori cum alio coll. XI. ante vocem *originali* addunt *aut*. Merlinus cum codd. coll. XII. & XXIV. *ab illis etiam qui originali*. Duo alii Vat. cum Vulgatis ante Quesnellum *ab illis etiam qui aut originali*. Quesnellus cum quatuor suis MSS. & nostro Vindebon. coll. V. *ab illis etiam, qui aut origini*: quam lectionem *origini* propugnare, & præferre nititur not. 2. Verum lectio *originali* in omnibus nostris codicibus, Vindebon. excepto ac præsertim in puro Dionysiano codice exhibita, deserenda non fuit. Nec videmus, cur conditioni, ac sensui magis congruat vox *origini*, uti affirmat Quesnellus, quam *originali*. Magis placeret *originis*, quam *origini*. *Originali* autem, seu *originis conditione obligati* intelliguntur *coloni originales* memorati L. 14. *de Annona*, & *tributis* L. un. *de Inquilinis*, & L. 1. Cod. Just. *de Agricol. & mancip. dom.* (unde *Originalis inquilinatus* apud Sidonium l. 5. ep. 19.) *originarii* autem vocantur in Novell. 12. Valentiniani, necnon a Gelasio ep. 9. c. 14. qui scilicet *originis jure*, uti dicitur in laudata Novella, seu, ut explicat Augustinus de Civ. Dei lib. 10. c. 1. *conditionem debent gentali solo propter agriculturam sub dominio possessorum*. Ipsa nimirum originis causa, seu nascendi sorte fundos possessorum colere debebant, iisdemque erant adstricti. Hos porro homines *originali conditione* obligatos S. Leo distinguit a servis, uti pluribus in legibus a Gothofredo notatis in paratitlo *de fugitivis colonis* pariter distinguuntur. Erant quippe prædiis addicti, non autem hominibus, uti servi; & veluti quædam fundorum pars, seu membra habebantur. Dum vero ab his originariis S. Pontifex secernit alios, qui alicui conditioni erant obligati; vel illos indicat colonos, qui non jure originis, sed possessione triginta annorum prædiis addicebantur, de quibus sermo est in laudata Novella 12. vel illos, qui semetipsos, & suam operam quavis in arte obligabant, unde variorum operum artifices *conditionales*, idest ex conditione ad quædam opera præstanda obligati apud Tertullianum vocantur de Idolatria c. 12. quem textum Quesnellus not. 2. optime interpretatus est.

g Vat. Dionysii *nulla necessitate sæculi abstrahatur*. Vat. coll. XI. *nullius necessitatis vinculis*. Vindebon. vero collect. V. *subtrahatur*.

h Hanc lectionem, quam Quesnellus ex suis codd. not. 3. allegatis induxit, approbant etiam potiores nostri, primum purus Dionys. Vat. unus Vindebon. coll. V. alius coll. Hispanica, Vat. coll. XXIV. & exemplar collectionis Heroval. a Petit editum. Vulgatarum lectio: *Qualis vero unicuique natalium honestas, & morum esse debeat, qui sacri altaris ministerio est sociandus* &c. præfertur in codd. Vat. Hisp. & 164. in tribus aliis pariter Vat. quorum unus solum exhibet *consociandus*. Omissio duarum vocum *cum constiterit*, & additio vocum, *qui & est* lectionem pervertunt. In duobus tamen Vercell. coll. Hadrianea textus lectio habetur omisso tantum verbo *constiterit*: in Tustelli autem collectione invenitur *constiterit*, sed *cum* desideratur.

i Cod. Vindebon. coll. V. post verbum *reperimus* addit *admonemur*, seu potius *admoneamur*. A verbis autem sequentibus *Nam constat* incipit cap. 2. in codd. Corb. & Thuan. I. ex postilla Quesnelli.

k Vid. Not. 4. Quesnelli. Dein & *quosdam etiam* in MSS. Vercell. Codex Vindebon. coll. V. omittit *etiam*.

l Unus cod. Quesnelli *levior*. Paullo post Vindebon. coll. V. *beati Pauli Apostoli*. Alius Vindebon. Hisp. coll. omittit *beati*. Mox *pro exclamat*, vulgati ante Quesn. *reclamat*. n MSS. Vat. Hisp. & 164. cum duobus aliis *quæ dictum cautum*. m Vulgati ante Quesnellum addunt pro *arbitrio*. Dolent autem omnes MSS. libri. Vide Not. 5. ejusdem. o Quesn. in marg. Al. *quod illi obstiterant*. Corb. & Thuan. I.

p Vid. Not. 6. Quesn. cum observationibus nostris. q Vat. coll. XXIV. *ne liceat*. Et paullo post unus Vat. *ne qua excusatio ignorantia nascatur*.

ANNO CHRISTI 443

[a] sacerdotem, quod canonum fuerit regulis definitum. Hæc ergo ad Provincias vestras, per INNOCENTIUM, LEGITIMUM, & [b] SEGETIUM, fratres & coepiscopos nostros scripta direximus, ut quæ male pullulasse noscuntur, radicitus evellantur: & messem dominicam [c] zizania nulla corrumpant. Ita enim fructum uberem, quæ sunt sincera, præstabunt, si ea, quæ natam segetem [d] enecare consueverunt, diligentius amputentur.

CAP. III.

Usura laicis & Clericis interdicta.

14 qu. 4. Nec hoc prætereundum c. 7.

NEc hoc quoque prætereundum esse duximus, quosdam lucri turpis cupiditate captos, [e] usurariam exercere pecuniam, & fenore velle ditescere. Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed [f] & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius [g] in eos, qui fuerint confutati, decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur.

CAP. IV.

Nec suo, nec alieno nomine fenus exerceat Clericus.

Dist. 46. Sicut non seq. c. 10. Fenus christianum.

[h] ILlud etiam duximus præmonendum, ut sicut non suo, ita nec alieno nomine, aliquis Clericorum [i] exercere fenus attentet: indecens enim est, crimen suum commodis alienis impendere. Fenus autem hoc solum aspicere & exercere debemus, ut quod hic misericorditer tribuimus, [k] ab eo Domino, qui multipliciter & in perpetuum mansura retribuet, recipere valeamus.

CAP. V.

Episcopus canones infringens dejiciatur,

Dist. 19. c. 1. f. Rom. pont. § Rebus ac. hoc.

HOc itaque admonitio nostra denuntiat, quod si quis fratrum contra hæc constituta [l] venire tentaverit, & prohibita fuerit ausus admittere, a suo se noverit officio submovendum, nec [m] communionis nostræ futurum esse consortem, qui socius esse noluit disciplinæ. Ne quid vero sit, quod prætermissum a nobis forte credatur, omnia decretalia Constituta, tam beatæ recordationis INNOCENTII, quam omnium decessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis [n] ordinibus, & canonum promulgata sunt disciplinis, ita a vestra dilectione custodiri debere mandamus, ut si quis [o] in illa commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. Data sexto Idus Octobris, MAXIMO iterum & PATERIO [p] viris clarissimis Consulibus.

EPISTOLA V.[*]

[*] Scripta 12 Januar. an. 444.

[q] Ad Episcopos Metropolitanos per Illyricum constitutos.

SYNOPSIS.

I. *Illicitos contra canones conatus prudenter monitis prævenire.*

II. *Vices suas per Illyricum ANASTASIO Thessalonicensi more prædecessorum suorum committit.*

III. *Bigamos, viduarum maritos, aut repudiatarum, a Sacerdotio ex canonibus arceri jubet.*

IV. *Ut provinciales Episcopi ad Metropolitanos, sic Metropolitanus ad Exarchum seu Vicarium pertinere.*

V. *Eorumdem esse Metropolitanos ordinare, & de provinciarum statu ad Sedem apostolicam referre.*

VI Can-

BALLER. NOTÆ.

a Duo Vatt. *Sacerdoti*. Mox *quid canonum* in duobus Vindebon.

b Duo Vercell. *Stigentium*. Paullo post *pullulasse dignoscuntur* in Vindeb. Hisp.

d MSS. Corb & Thuan. I. Quesnelli *per zizania nullus corrumpat*. c Idem Quesnelli Codd. *inquinent*. Duo Vindeb. *urere*. e Vide Not. 7. Quesn.

f Particulam & addidimus ex Vat. Dionysii, Vindebon. coll. V. Cresconio, Vat. Hisp. & Isid. aliisque tribus codd. g Quesnellus *in his*. Præferimus lectionem omnium nostrorum MSS. atque Cresconii. Vat. coll. XXIV. *in eos qui fuerunt comprobati*. Dein *decrevimus* pro *decernimus* in Vat. Dionysii, & duobus Vercell.

h In Corbeien. & Thuan. I. Quesnelli hoc caput est pars capitis præcedentis.

i Vindeb. Hisp. & Vat. coll. XXIV. *exercendum*. k Quinque codd. *a Domino*.

l Vulg. ante Quesn. cum Vat. coll. XXIV. *venerit* vel *venire tentaverit*. Vindeb. coll. V. *venire voluerit*.

m Vat. Hisp. cum duobus aliis MSS. addit *eum*. n Vulg. ante Quesn. cum sollis MSS. coll. XXIV. *ordinationibus, & canonum ordinata sunt disciplinis*. Vide Not. 8. Quesn. & observationem nostram. Mox idem Vulgati cum Vindebon. & Vat. Hisp. aliisque quinque codd. *ita vestram dilectionem custodire debere mandamus*. Sed Vat. Dionysii, Vindebon. coll. V. cum Hadrianeis & Florentino S. Marci Quesnelli lectionem tuentur.

o Idem Vulgati cum MSS. coll. XXIV *illa contempserit*.

p Vulgati omnes cum plerisque MSS. *Paterno*, rejecto in marginem *Paterio*, quod in Merlini editione legebatur; & nos in Vat. & Vindebon. Hisp. & in alio Vat. coll. XI. reperimus. Hanc autem lectionem omnino tenendam optime probat Pagius ad A. 443. num. 1. & 11. eamque confirmat Georgius in notis ad Pagium novissime Lucensi editioni subjectis. Rem vero extra omnem aleam ponit conviva papyraceum documentum Ecclesiæ Ravennatis emendate recusum a Marchione Maffeio in Hist. Diplom. pag. 131. & ab eodem Vaticanam Bibliothecam donatum, in quo consulatus ejusdem anni *Paterii*, non autem *Paterni* nomine designatur. Porro alias Adnotator in eadem Lucensi editione ex hoc papyraceo monumento colligit, Maximum hoc anno non secundum, sed tertium consulatum gessisse, eo quod ibidem tribuitur *Cons. Maximi ter & Paterii VV. CC.* At cum omnes nostri codd. omnisque monumenta a Pagio, & a Georgio alia a Maximum integris fere vocibus *iterum*, *secundo* vel *bis* consulem vocent, cetera autem numeralibus litteris II. palam fit in papyro non *ter* legendum sed *iter*: idest *iterum*, ita ut litera *i* sumenda sit ex finali voctis præcedentis *Maximi*, cum non raro accidat, in ejusmodi monumentis omitti initialem literam, quando antecedens vox eadem litteræ definit: idque multo magis ex scriptoris indole erutur, qui in ipsis vocibus *Paterii*, & *Theodosii* duplicis *ii* scriptionem effugit.

q Hæc epistola inter eas est, quæ collectæ fuerunt pro Ecclesia Thessalonicensi, & in collectione Romana Lucæ Holstenii primum edita fuit. Eam vero non inutiliter recognovimus cum MS. Barberino 3186 coll. XVI. ex quo Holsteniana editio prodiit, cum sit unius Thessalonicensis collectionis codex. Præponenda autem fuit hæc epistola sequenti ad Anastasium, quippe quod eodem licet die exarata, in subsequenti tamen epistola cap. 9. jam conscripta traditur.

ANNO CHRISTI 444.

VI. *Causa graviores vel appellationes Illyrici sedi Apostolicæ reservantur.*

Dilectissimis fratribus Episcopis Metropolitanis per Illyricum constitutis Leo.

CAP. I.

OMnis admonitio salutaris, quam Domino credimus aspirante contingere, in mercedem proficit monentis & moniti: & ideo nos hoc libenter arripimus, quoniam placere Deo nostro, non solum nostris, sed omnium fratrum Consacerdotumque nostrorum actibus festinamus. In nostram enim recurrit gratiam, si Ecclesiæ sic regantur, ut nullus querimoniis aditus reseretur. Sit itaque dilectioni vestræ, fratres carissimi, dulcis & jucunda præceptio, quam de Sedis apostolicæ auctoritate, servata caritatis gratia, manare noscatis; nec vobis aliquid juris credatis imminui, si tam præsentibus quam futuris rebus videatis, ne illicitis. præsumptionibus reseretur aditus, præcaveris CAUTIUS enim usurpationibus, antequam tententur, obsistere, quam quæ usurpata fuerint, vindicare.

CAP. II. Primatus Petri, merces ejus fidei.

Et quia per omnes Ecclesias cura nostra distenditur, exigente hoc a nobis Domino, qui apostolicæ dignitatis beatissimo Apostolo Petro primatum [a] fidei suæ remuneratione commisit, universalem Ecclesiam in fundamenti [b] ipsius soliditate constituens, necessitatem sollicitudinis, quam habemus, cum his, qui nobis collegii caritate juncti sunt, sociamus. Vicem itaque nostram fratri & Coepiscopo nostro Anastasio, secuti eorum exemplum, quorum nobis recordatio est veneranda, commisimus; & ut sit in speculis, ne quid illicitum a quoquam præsumatur, injunximus: cui in his quæ ad ecclesiasticam pertinent disciplinam, ut dilectio vestra pareat, admonemus. Non enim tam illi obtemperabitur, quam nobis, qui hoc illi pro nostra sollicitudine per illas provincias cognoscimur commisisse.

Omnes Episcopi collegii caritate juncti.

CAP. III. Ordinationes secundum canones faciendæ.

Volumus enim tales fieri Domino Sacerdotes, quibus cuncta conveniant, quæ sunt ecclesiasticis canonibus definita: [c] ut Episcopi, Presbyteri, atque Diaconi *unius uxoris viri* sint, secundum beati Apostoli sententiam, & hanc secundum legis præcepta virginem [d] acceperint, non viduam, non repudiatam, sicut legis scriptura testatur. Nec se quisquam æstimet posse ad Sacerdotium pervenire, qui ante baptismum, deficiente quam habebat uxore, alteram rursum postquam per gratiam baptismatis est renovatus, acceperit: cum in baptismate peccata deleantur, non uxorum numerus abrogetur. Adeo autem in excusationem sui hoc obtendere non poterit, ut eorum se patrem filiorum, quos ante baptismum susceperit, negare non possit. Neque enim uxor, quæ ex legis præcepto ducitur, inter peccata, quæ abluuntur baptismate, poterit numerari.

ANNO CHRISTI 444.

CAP. IV.

Ad Synodum quicumque fuerit evocatus occurrat, nec congregationi se deneget, in qua ad Deum pertinentes caussas noverit esse tractandas [e] ..... Quicquid caussarum, ut assolet, inter Consacerdotes evenerit, ejus, cui vicem nostram commisimus, examini reservetur: ut illo sub Dei timore præsule, omnis ambiguitas finiatur. Nihil in ejus, aut nostram, contra hæc quæ constituimus, præsumatur injuriam. Ejus nobis relatione, si quid ad nos referendum fuerit, innotescat: ita enim vos ad illum pertinere volumus, ut ad vos provinciarum vestrarum pertinent Sacerdotes. Qui ergo jure sibi debito uti cupiunt, apostolicæ Sedis auctoritate concessa per suam contumaciam imminuere non nitantur.

CAP. V.

Ut vero vestræ dilectioni provinciæ suæ ordinatio permittitur Sacerdotum; ita fratrem & Coepiscopum nostrum ANASTASIUM de ordinando Antistite volumus consulatis. Cui Metropolitani Episcopi consecrationem statuimus reservari: ut eo inquisitore atque custode, cum certus licentiæ modus imponitur, ecclesiasticæ disciplinæ in omnibus ordo servetur. Ipsum vero [f] secundum definita canonum hoc vestra dilectio [g] nostris epistolis ammonitum esse cognoscat, ut de statu Ecclesiarum vestrarum certiores subinde sua relatione nos faciat; sciturus sibi a nobis imputandum, si quid de his, quæ statuimus, a quoquam fuerit temeratum.

CAP. VI. Caussæ graviores & appellationes Illyrici reservatæ.

Si quæ vero caussæ graviores, vel appellationes emerserint, eas sub ipsius relatione ad nos mitti debere [h] decrevimus: ut nostra secundum ecclesiasticum morem sententia finiantur. Hæc vero, quæ per filium meum NICOLAUM Presbyterum scripta direximus recurrentibus litteris, ut vos eadem sciamus accepisse, rescribite. Data pridie Idus Januarias THEODOSIO XVIII. & ALBINO Consulibus.

EPISTOLA VI.*

[i] Ad ANASTASIUM Thessalonicensem Episcopum.

* Alias IV quæ autem dederat nunc d. 11. Januar. an. 444.

SYNOPSIS.

I. *Ut bonus pastor ad sollicitudinem Coepiscoporum literis compelli amat.*

II. *Vices*

BALLER NOTÆ.

a In editione Holstenii typographorum errore *fidei sui*. Emendationem, de qua Quesnellus Not. 1. loquitur, Barberinus codex probat.

b Vide Notam 2. Quesnelli, qui mavult legi *ipsius*, & observationem nostram.

c MS. Barb *ut Episcopus, Presbyter, atque Diaconus*.

d Apud Holsten. & in MS. *accipiant*. Cur Quesnellus emendaverit, vide ejusdem Not. 3.

e unita adjecimus ob indicandam lineam cum dimidio in MS. Barber. vacantem, quæ aliquid in vetustiori codice, unde Barberinus exscriptus fuit, corrosum, & ab amanuensi minime lectum significat.

f Vide Not. 4. Quesn.

g Voces *nostris epistolis* aliam anteriorem epistolam a subsequenti diversam, quæ interierit, ad Anastasium scriptam videntur innuere, in qua Leo illum monuerat, ut *de statu Ecclesiarum vestrarum*, inquit, *certiores subinde sua relatione nos faceret*. Id enim in sequenti epistola præscriptum non legitur; immo cap. 2. illis vocibus *in his litteris, in quibus de statu Ecclesiarum certiores effecisti*, indicari videntur Anastasii litteræ; quibus de Ecclesiis Illyrici retulit, ut memoratæ Leonis admonitioni satisfaceret: quod scribendæ sequenti epistolæ occasionem dedit.

h Hoc decretum legitur cap. 5. epistolæ sequentis, quæ una cum hac in Illyricum transmissa fuit.

i Hanc quoque epistola ex eodem codice Barberino collectionis XVI. Thessalonicensis sumpta, & in collectione Romana Holstenii edita est, ex quo epistola anterior. Confer Adnotationem primam in eamdem epistolam. Quædam

ANNO CHRISTI 444.

II. *Vices suas per Illyricum Anastasio committit, Siricii secutus exemplum.*

III. *Canonum observationem, præsertim in ordinationibus, commendat: a quibus arcentur bigami, & viduarum mariti.*

IV. *A Metropolitano comprovinciales Episcopi conscio Exarcho ordinentur; Metropolitani ab ipso Exarcho.*

V. *Ut omnes conveniant ad Synodos: harum utilitas & auctoritas.*

VI. *Tum Presbyteros, & Diaconos, quam Sacerdotes, non nisi diebus dominicis esse consecrandos.*

Dilectissimo fratri ANASTASIO, LEO.

CAP. I. Fraternus Episcoporum collegium.

OMnium quidem literas Sacerdotum grato nos recolere animo, [a] fraterni collegii caritas fecit, cum per spiritalem gratiam tamquam præsentes amplectimur, quibus sermone epistolis mutuo commeantibus sociamur. Sed major [b] nobis in his videtur esse affectio, in quibus de statu Ecclesiarum certiores effecti, ad exercendæ sollicitudinis vigilantiam officii nostri consideratione compellimur: ut in speculis, quemadmodum [c] Dominus voluit, constituti, & pro voto nostro currentibus rebus nostrum commodemus assensum, & ea quæ depravari aliqua usurpatione perspicimus, adhibita coercitionis remediis corrigamus: sperantes jam seminis responsurum nobis uberem fructum, si non sinamus crescere, quæ in messis detrimenta dominicæ cœperint pullulare.

CAP. II. Vices pontificis per Illyricum propter custodiam canonum.

Postquam itaque nobis petitio tua dilectionis innotuit per filium nostrum NICOLAUM Presbyterum, ut tibi quoque a nobis, sicut decessoribus tuis, per Illyricum cum nostra [d] vice propter custodiam regularum auctoritas præstaretur; præbentes assensum, nostra adhortatione compellimus, ut nulla [e] dissimulatio, negligentia nulla proveniat circa Ecclesiarum regimen per Illyricum positarum, quas dilectioni tuæ vice nostra committimus, beatæ recordationis SIRICII exemplum secuti, qui sanctæ memoriæ ANYSIO prædecessori tuo bene de apostolica sede tunc merito, & rebus post sequentibus approbato, [f] certa tum primum ratione commisit: ut per illam provinciam positis, quas ad disciplinam teneri voluit, Ecclesiis subveniret. Gloriosa instantius exempla sequenda sunt, ut quorum privilegiis uti cupimus, eorum nos similes in omnibus approbemus. Imitatorem te tam [g] prædecessoris tui, quam decessoris qui pari modo hoc & meruisse, & egisse cognoscitur, esse volumus: ut de profectu Ecclesiarum, quas tibi vice nostra [h] committimus, gaudeamus. Ut enim bene agenti, & quæ sacerdotali auctoritati conveniunt, solertius exequenti ad honorem proficit res tributa; ita huic oneri esse cognoscitur, qui commissa sibi potestate, quæ debet moderatione non utitur.

Siricius vicarium instituit per Illyr.

Credita itaque tibi, frater carissime, gubernacula pervigil tene, & mentis tuæ oculos per omnia, quæ curæ tuæ videas injuncta, circumfer; in mercedem tuam profutura custodiens, & his [i] qui disciplinam canonum labefactare nituntur obsistens. Divinæ legis sanctio venerandæ, & canonum specialius decreta servantur. Per commissas tibi provincias tales Domino sacerdotes, quibus sola vitæ & clericalis ordinis [k] suffragantur merita, consecrentur. Nihil gratiæ personali, nihil ambitioni, nihil redemtis permittas licere suffragiis. Examinentur diligentius; & per longum vitæ tramitem disciplinis ecclesiasticis, qui ordinandi fuerint, imbuantur. Si tamen illis omnia, quæ a sanctis patribus sunt constituta, conveniant, & quæ beatum Apostolum Paulum de talibus legimus præcepisse, custodierint, ut unius uxoris vir sit, & hanc virginem, ut auctoritas divinæ legis cavet, acceperit. Quod [l] ita sollicitius volumus custodiri, ut omnibus excusationibus locum adimamus: ne se quisquam credat posse ad Sacerdotium pervenire, qui uxorem antequam Christi gratiam consequeretur accepit, qua deficiente, alteram post baptismum conjunxerit sibi. Cum negari uxor illa non possit, nec prioris conjugii numerus aboleri; & eorum ita sit pater filiorum, quos ante baptismum ex illa susceperit, quemadmodum & illorum [m] sit, quos ex altera post baptismum noscit suscepisse. [n] *Sicut enim* peccata & quæ illicita esse noscuntur, per lavacrum baptismatis abolentur; ita quæ sunt legis præcepto concessa vel licita, non delentur.

CAP. III. Vicarii apostolici cura de canonum custodia est.

Quales sint ordinandi.

Verum matrimonium etiam ante baptismum.

CAP. IV. Ad Primatem ordinationes referendæ.

Nullus, te inconsulto, per illas Ecclesias ordinetur Antistes: ita enim fiet, ut sint de eligendis matura judicia, dum tuæ dilectionis examinatio formidetur. [o] Quisquis vero a Metropolitanis Episcopus contra nostram præceptionem præter tuam notitiam fuerit ordinatus, nullam sibi apud nos status sui esse noverit firmitatem, eosque usurpationis suæ rationem, qui hoc præsumpserint, redditurus. Singulis autem Metropolitanis sicut potestas ista committitur, ut in suis provinciis jus habeant ordinandi; ita eos Metropolitanos a te volumus ordinari, maturo tamen & [p] decocto judicio. Quamvis enim omnes Antistites probatos & Deo placitos deceat consecrari, hos tamen præcellere volumus, quos præfuturos his, qui ad se pertinent, Consacerdotibus, noverimus.

Metropolitani a Primate seu vicario ordinandi.

Quod

BALLER. NOTÆ.

dam testimonia hujus epistolæ vulgaverat Leo Allatius in Concordia Ecclesiæ Orientalis cum occidentali pag. 1370. ex cod. vetustissimo Vaticano, qui hoc tempore inveniri non potuit. Variantes ex hoc quoque MS. unde Barberinus prodiit, Allatii auctoritate dabimus.

a MS. Barb. *alto ai*, corrupte.

b Pronomen *nobis* a Quesnello omissum restituimus ex eodem cod. & editione Holstenii. De Anastasii litteris hic indicatis confer adnot. 8. in epist. præcedentem.

c Ita idem cod. Vulg. *Deus*.

d Vide Not. 1. & 2. Quesnelli.

e Cod. Vat. apud Allatium *dissimulatione*.

f Vide Not. 3. Quesnelli.

g *Prædecessoris* nomine Anysius paullo ante memoratus intelligitur, qui vitam produxit usque ad Innocentium Papam: *Decessoris* vero nomine Rufus, qui sub Innocentio electus, Anastasio immediate præcessit.

h Cod. Vat. Allat. *committimus*: sed supra etiam *committimus*.

i Idem cod. Vat. *quæ*.

k Ita ex eodem cod. Al. *suffragentur*.

l Ex cod. Barber. adjecimus *ita*.

m Addidimus *sit* ex utrisque codd. ex quibus etiam *noscit* pro *nescitur* repudiamus.

n Vide Not. 4. Quesnelli, qui duas voces *sicut enim* necessarias supplevit, & *abolentur* emendavit pro *abolebuntur*.

o Hoc quoque loco Quesnellus necessariam emendationem induxit, de qua vide Not. ejus 5. Antea perperam. *Quisquis vero de Metropolitanis Episcopis*

p Sic cod. Barb. & Vulgat. Leo Allatius legit *decore*.

ANNO CHRISTI 441. Tip. 22

Quod dilectionem tuam sollicitius agere præmonemus & cautius, ut illud Apostolicum custodire quod scriptum est, approbens: *Manus cito nemini imposueris*.

CAP. V. Quarta Synodorum ait Leo.

Ad synodum quisquis fratrum fuerit evocatus occurrat, nec sanctæ congregationi se deneget: in qua maxime [a] constituendum esse noverit, quod ad disciplinam poterit ecclesiasticam pertinere. Melius enim [b] omnis culpa vitabitur, si inter Sacerdotes Domini collatio frequentior habeatur: & emendationi pariter & caritati plurimum præstat adunata societas. Illic, si quæ caussæ natæ fuerint, præstante Domino, ita poterunt terminari, ut contentio nulla resideat; sed [c] sola inter fratres caritas coalescat. Si qua vero caussa major evenerit, quæ a tua fraternitate illic præsidente non potuerit definiri, relatio tua missa nos consulat; ut revelante Domino, cujus misericordiæ profitemur esse quod possumus, quod ipse nobis aspiraverit, rescribamus: ut cognitioni nostræ pro traditione veteris instituti & debita apostolicæ Sedis reverentia, nostro examine vindicemus: ut enim auctoritatem [d] tuam vice nostra te exercere volumus; ita nobis quæ illic componi non potuerint, vel qui vocem [e] appellationis emiserit, reservamus.

Caussam majorem sibi Leo reservat.

Jus ex veteri instituto & Sedis prærogativa creatum

CAP. VI

Hæc itaque in omnium fratrum facies notitiam pervenire; ut nullus deinceps [f] per ignorationem in observandis his, quæ præcepimus, excusandi se reperiat facultatem. Ad ipsos etiam Metropolitanos singularum provinciarum nostra, quibus eos moneremus, scripta direximus: ut noverint apostolicis obediendum esse sententiis; & tunc se nobis parere, cum fraternitati tuæ ex nostra delegatione cœperint, secundum ea quæ scripsimus, obedire. Cognovimus sane, quod non potuimus silentio præterire, a quibusdam fratribus solos Episcopos tantum diebus dominicis ordinari; Presbyteros vero & Diaconos, [g] circa quos par consecratio fieri debet, passim quolibet die dignitatem officii sacerdotalis accipere; quod [h] contra canones & traditionem patrum usurpatio corrigenda committit, cum mos quibus est traditus circa omnes sacros ordines debeat omnimodis

Consecratio Episc. Presb. & Diacon. Die dominica consecratio celebranda ex canon & traditione. *Vide epist. IX. ad Dioscorum.*

custodiri: ita ut per longa temporum curricula, qui Sacerdos vel Levita ordinandus est, per omnes clericalis officii offitiones provehatur: ut diuturno discat tempore, cujus & doctor ipse futurus est. Data pridie Idus Januarias Theodosio XVIII. & Albino Coss.

ANNO CHRISTI 444. Ordinum ineritia. Non ordin. per saltum

EPISTOLA VII.

[i] Ad Episcopos per Italiam.

[k] *SYNOPSIS.*

Plurimos Manichæorum vigilantia sua in urbe Roma detectos esse, & pars ab eis sollicitudine investigandos admonet.

[l] Leo universis Episcopis per Italiæ provincias constitutis in Domino salutem.

[m] Al. VIII. quæ autem erat 5. nunc 20. Januarii an. 444.

CAP. I

IN consortium vos nostræ sollicitudinis [m] advocamus, ut vigilantia patierali [n] ne quid diabolicæ licere possit astutiæ, commissis vobis gregibus diligentius consulatis: ne is, qui Domini misericordia revelante per nostram curam a nostris ovibus morbus [o] abigitur, necdum vobis præmonitis, & adhuc quasi agatur ignaris, [p] per vestras se dispergat Ecclesias, [q] & suarum furtim cuniculos inveniat latebrarum, [r] ut quod a nobis in urbe extinguitur, tenebrosis apud vos radicibus seminetur. Plurimos impietatis Manichæ sequaces & doctores in urbe investigatio nostra reperit, vigilantia divulgavit, auctoritas & censura coercuit. quos potuimus emendare, correximus; & ut damnarent Manichæum cum prædicationibus [s] & disciplinis suis publica in Ecclesia professione, & manus suæ subscriptione, compulimus; & ita de voragine impietatis suæ confessos, pœnitentiam concedendo, levavimus. Aliquanti vero, qui ita [t] se demerserant, ut nullum his auxiliantis posset remedium subvenire, subditi legibus, secundum christianorum Principum con-

---

BALLER. NOTÆ.

a Cod. Barb. *custodiendum* Holstenius emendavit ex ingenio, cum in Synodis decreta constituantur.
b Vocem *omnis* a Quesnello omissam ex MSS. Barb. & editione Holsteniana revocavimus.
c Sic ex MS. emendavimus. Editi *solida* ex Holstenii conjectura, quæ tamen non cogit.
d Ita codex, & Holstenius. Quesnellus *nostrum* ex ingenio posuit.
e Vide Not. 6 Quesnell & nostram observationem.
f Apud Allatium *ignoratione*, & dein *quæ præcipimus*.
g Vide Not. 7. Quesnelli. h Vide Not. 8. Quesn.
i Exstat hæc epistola in XIII. collectionibus, nimirum in II. V. Dionysiana VI. Hadrianea VII. Hisp. IX. Isid. X. Item in coll. XI. XII. XIII. XXI. & reliquis usque ad XXIV. In indice præmisso collectioni V. cap. 73. inscribitur *Epistola generalis de Manichæis*.
k Apud Dionysium hic titulus legitur. *Quod plurimi Manichæi* (al. *Manichæorum*) *Vigilantia Papæ Leonis in urbe Roma detecti sint*.
l Hanc inscriptionem ex Vat. puro Dionysii aliisque Hadrianeis, & Vindebon. Hisp. prælegimus. MS. Vat. Hisp. & Isid. cum aliis coll. XI. pro *Episcopis* habent *Ecclesiis*. Cod. Corb. coll. II. & MSS. coll. V. *universis Episcopis per diversas provincias constitutis*. Cod. Florent. S. Marci coll. XIII. *Leo Episcopus Urbis Romæ universis* (al. *omnibus*) *Episcopis per Italiam constitutis*. Vide Not. Quesnelli.
m Codd. coll. Hisp. & Isid. cum aliis quatuor exinde derivatis addunt *dilectissimi fratres*.
n Vulg. ante Quesn. cum MSS. coll. XII *ne quid diabolica fraudis astutia possit nocere*. Lectionem ab eo inductam ex suis codd. nostri quoque MSS. libri confirmant, duobus posteriorum collectionum Vat. exceptis, in quibus *ne quid diabolica rei astutia possit nocere*.
o Antiquam lectionem revocavimus auctoritate antiquissimi Vat. Dionysii, & MSS. Vercell. ac duorum Vatt. Quesnellus cum aliis MSS. & Tustello *abjicitur*.
p Quesn. in marg. *Dionys. per vestræ sedis pergat Ecclesias*: *male*. Ita quidem apud Tustellum, non vero in nostris Dionysii, nec in Hadrianeis Codicibus.
q Codd. Corb. & Thuan I. Quesn. *& suorum furtim cuniculorum inveniat latebram*.
r Vulg. ante Quesn. cum MSS. Vercell. & Tustello *ne quod*, perperam.
s Ita MSS. Vulg. ante Quesn. *& disciplinis*. Mox *confessione* in duobus Vat. & Vindebon. coll. Hisp. loco *professione*.
t Quesnellus & duo nostri inferioris notæ codices *se demerserunt, ut nullo his auxiliis posset remedio subvenire*. Secuti sumus veterem lectionem, quæ est in MSS. collectionum Dionysii, Hadrian. Hisp. Isid. XII. & XXIV. nec non apud Tustellum. In Vindebon. coll. V. *se demerserunt, ut nullum his auxiliantis posset remedium subvenire*.

ANNO CHRISTI 444. Acta contra Manichæos.

constituta, ne sanctum gregem sua contagione polluerent, per publicos judices perpetuo sunt exilio relegati. Et omnia, quæ tam in scripturis, quam in occultis traditionibus suis habent profana vel turpia, ut nosset populus quid refugeret aut [a] vitaret, oculis christianæ plebis certa manifestatione probavimus: adeo ut ipse [b] qui eorum dicebatur Episcopus, a nobis tentus, proderet flagitiosa in suis [c] mysticis quæ teneret, sicut Gestorum vos series poterit edocere. Ad instructionem enim vestram etiam ipsa direximus: quibus lectis, omnia quæ a nobis deprehensa sunt, nosse [d] poteritis.

CAP II. Et quia aliquantos de his [e] quos hic, ne se absolverent, arctior reatus involverat, cognovimus abfugisse; hanc ad dilectionem vestram epistolam misimus [f] per Acolytum nostrum: ut effecta certior Sanctitas vestra, [g] fratres carissimi, sollicitius agere dignetur & cautius, [h] necubi Manichæa perversitatis homines plebes vestras facultatem lædendi, & hujus sacrilegii possint invenire doctores. Aliter enim nobis commissos regere non possumus, nisi [i] hos, qui sunt perditores & perditi, zelo fidei dominicæ persequamur; & a sanis mentibus, ne pestis hæc latius divulgetur, severitate qua possumus, abscindamus. Unde hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, ut qua [k] debetis & potestis sollicitudine vigiletis ad investigandos eos, necubi occultandi se reperiant facultatem. Ut enim habebit a Deo [l] dignæ remunerationis præmium, qui diligentius, quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit executus; ita ante tribunal Domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare, quicumque plebem suam, contra sacrilegæ persuasionis auctores, noluerit custodire. Data [m] tertio Kalendas Februarii, Theodosio Augusto XVIII. & Albino, viris clarissimis Consulibus.

Bonl & mali pastoris retributio.

ANNO CHRISTI 444.

EPISTOLA VIII.

19. Ianii anni 445

seu

CONSTITUTIO VALENTINIANI III.

De Manichæis.

Imperatores Theodosius & Valentinianus Augusti [o] Albino PP. II.

Superstitio Paganorum quoque damnata temporibus, inimica publicæ disciplinæ, & hostis fidei christianæ, [p] ad excidium sui Clementiam nostram non immerito provocavit. Manichæos loquimur, quos execrabiles, & toto orbe pellendos omnium retro Principum statuta judicarunt. Nec dissimulationem crimina [q] nuper detecta patiuntur. Quæ enim, & quam dictu audituque obscæna in judicio beatissimi Papæ Leonis, [r] coram Senatu amplissimo manifesta ipsorum confessione patefacta sunt: Adeo ut eorum quoque qui diceretur [s] Episcopus, & voce propria proderet, & omnia scelerum suorum secreta perscriberet. Quod notitiam nostram latere non potuit, quibus tutum non est negligere tam detestandam Divinitatis injuriam, & impunitum relinquere scelus, quo non solum corpora deceptorum, sed etiam animæ inexpiabiliter polluuntur. Unde, Albine, Parens carissime [t] A. A. illustris & magnifica auctoritas tua, hac nos in æternum victu-

BALLER. NOTÆ.

a Quatuor MSS. addunt *aut*.

b Cod. Vat. 543. coll. XXI. *qui dicebatur Episcoporum Episcopus*. Hic autem in Sermone 16. de Jejun. X. Mensis V. dicitur *Episcopus ipsorum detestandi criminis ordinator*.

c Ita plerique codices Quesnelli & nostri cum puro Dionysiano & Vindebon. coll. V. Vulgati cum Hisp. & Isid. aliisque quatuor ejusdem originis *mysteriis*. Alii codd. a Quesn. indicati in margine *mysteriis mysticis*; *quæ tenerent*. d Quesn. cum quibusdam codd. *potestis*: melius exempla Vat. Dionysii, Hadrian. Hisp. & Isid. cum anterioribus vulgatis *poteritis*. Paullo ante iidem Vulg. cum uno Vat. *reprehensa* pro *deprehensa*.

e Ita cum Quesn. cod. Vindebon. coll. V. & duo Vat. Ceteri cum Vulg. *quos ne absolverentur*. Idem cod. Vindebon. *arctior* pro *arctior*.

f Verba *per Acolytum nostrum* desunt in Vat. Dionysii & in Hadrianeis etiam editis: sed leguntur in ceteris nostris codicibus. Quesnellus *per illum Acolytum*. At *illum* nullibi reperire licuit. Forte in aliquo ejus codice posita fuerunt litteræ III. loco propril nominis; ut in antiquis formulis usitatum est.

g Voces *fratres carissimi* absunt a MSS. Hadrian. Vindebon. Hisp. & Justello, nec non a duobus aliis Vatic. atque a vulgatis ante Quesn.

h Duo Vatt. coll. XXI. *ne alicubi Manichæa perversitatis homines plebes vestras facultatem habeant lædendi*: sed hi iidem codices paullo post *necubi occultandi* &c.

i MS. Vat. coll. XI. cum Vindeb. Hisp. *eos*. Mox in Vat. coll. XXIV. *ne possit audacius divulgetur*.

k Vindeb. coll. V. omittit *debetis* &c.

l Editiones ante Quesn. cum Vat. coll. XXIV. *ingens remunerationis præmium*. In Vat. coll. XI. deest *ingens*, & *dignæ*. Quesn. in marg. Al. *dignum*. Paullo post *de reatu negligentiæ suæ non poterit excusari*, in Vindebon. Hisp. m Cod. Thuan. 1. Quesn. *IV. Kal.* Addidimus *Augusto* ex MSS. Vindebon. col. V.

n Quesnellus hanc relegit ad MSS. Oxon. Nos præterea utemur tribus codd. Vurceburgensi, Gothano, & Octobonlano, quorum variantes exhibuit Joannes Daniel Ritter in novissima editione Lipsiensi Codicis Theodosiani Tom. 6. inter Novellas.

o Quesn. *Albino P. P. & Patricio*. Post P. P. adjecimus *II.* ex editis & MSS. Novellarum libris, pro quo codex Vvur. *Albino bis* P. P. Fuit scilicet Albinus primum Præfectus Prætorio an. 426. ut colligitur ex L. 7. *de Legitim. Heredit.* Expunximus autem *& Patricio*; hoc enim titulo ille quidem inscribitur in legibus an. 446. non vero in illis an. 445. p MS. Goth. *ad exilium*, corrupte.

q Detecta scilicet fuit an. 443. opera S. Leonis ex Chronico Prosperi. Confer Admonitionem nostram præmissam epistolæ primæ num. 23. nec non dissert. 1. Quesn. de vita & rebus gestis S. Leonis A. 443.

r Ipse Leo epist. 15. ad Turrib. cap. 16. ait: *In judicio nostro, cui non solum frequentissima præsentia Sacerdotum, sed etiam illustrium virorum dignitas, & pars quædam Senatus, ac plebis interfuit, ipsorum* (Manichæorum) *qui omnia facinus perpetrarunt, ore roboratum est*.

s Confer adnot. 13. in ep. præcedentem.

t In editionibus ante Quesnell. fine interpunctione jungebantur litteræ *A. A.*, & cum sic junctæ significent Augustos, Brissonius lib. 3. de Formulis §. 63. has figlas interpretandas contendit *Augustorum*; putatque librariorum quorumdam arbitrio, eo quod earum potestatem ignorarent, factum fuisse ut in nonnullis MSS. illæ figlæ reddantur *atque amantissimo*. Hinc Quesnellus non figlas, sed Brissonii interpretationem *Augustorum* textui insertit, notaviqeue in MS. Oxoniensi legi *Pater carissimo, atque amantissimo*. Verum eadem figlæ in plerisque MSS. sic cum interpunctione exhibentur: *P. K. A. A.* Ritterius enim in notatione ad primam Novellam Theodosia-

ANNO CHRISTI 445.

victura lege [a] statuisse cognoscat, quam in omnium provinciarum faciet notitiam [b] edictis propositis pervenire: Ut ubicumque terrarum quisquam Manichæorum fuerit deprehensus, pœnas, quas in sacrilegos jura sanxerunt, auctoritate publicæ severitatis excipiat. Sitque publicum crimen, & omni volenti sine accusationis periculo tales arguere sit facultas. Nec cuiquam licitum tutumque sit aut celare tales, aut talibus [c] connivere: cum omnia de his a nobis confirmata sint retro Principum [d] constituta, ut noverint universi hac edictali lege proposita, Manichæos [e] dignitate militiæ, & urbium habitatione privandos: ([f] ne quis innocens talium conversatione, aut societate capiatur.) Successiones nec capiant, nec relinquant, ([g] sed fisci nostri viribus aggregentur. Nec eis quod palam interdicimus, ulla fraude quæratur. Injuriarum careant actione, contractos liberos omnino non habeant.) Primates uniuscujusque militiæ, ([h] vel officii mox exigenda per apparitionem vestram) x. librarum auri multa percellat, [i] si quem hac superstitione pollutum siverint militare: neque enim aliquid [k] nimium in eos videtur posse decerni, quorum incesta perversitas religionis nomine lupanaribus quoque ignota, [l] vel pudenda committit. [m] Dat. XIII. Kal. Jul. Romæ VALENT. A. VI. & NOMO V. C. Coss.

EPISTOLA IX.*

[a] Ad DIOSCORUM Alexandrinum

[o] SYNOPSIS.

I. *De ordinatione Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum, ut post sabbatum, vel circa exordia noctis quæ proxime succedit, vel mane ipso dominico die celebretur.*

II. *De iteratione sacrificii, quod repetere oportet eodem festivitatis die, cum & Basilica angustior est, quam ut totum simul populum capere queat, & ingens fidelium multitudo convenit.*

ANNO CHRISTI 445.

LEO Episcopus DIOSCORO Episcopo Alexandrino salutem.

QUantum dilectioni tuæ dominicæ caritatis [p] impendamus affectum, ex hoc poteris approbare, quod tua firmius fundare deliberamus initia, ne quid caritati tuæ ad perfectionem deesse videatur, cum tibi spiritalis gratiæ merita, [q] ut probavimus, suffragentur. Paterna igitur & fraterna collatio debet Sanctitati tuæ esse gratissima, & a te taliter suscipi, quemadmodum a nobis eam intelligis proficisci. Unum enim nos sentire oportet & agere, ut sicut legimus in nobis quoque unum esse cor, & una anima comprobetur. Cum enim beatissimus Petrus apostolicum a Domino acceperit principatum, & Romana Ecclesia in ejus permaneat institutis, nefas est credere, quod [r] sanctus discipulus ejus Marcus qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernavit, aliis regulis traditionum suarum decreta formaverit: cum sine dubio de eodem fonte gratiæ unus spiritus [s] & discipuli fuerit & magistri, nec aliud ordinatus tradere potuerit, quam quod ab ordinatore suscepit. Non ergo patimur, ut cum unius nos [t] esse corporis & fidei fateamur, in aliquo discrepemus; & alia doctoris, alia discipuli instituta videantur.

Paterna & fraterna ex caritate collatio. Act. 4. 32. 34. qu. 1. Cum Sanctissimus. c. 10.

Apostolicus principatus Petro datus.

S. Marcus a B. Petro ordinatus.

CAP.

* Alias XI. Quæ autem erat q nunc in Appendice. 21 Junii an. 445.

BALLER. NOTÆ.

dosiano Codici subjectam monuit, in tribus MSS. Vvur. Ottob. & uno Sichard. haberi *P. K. A. A.* & part interpunctione in duobus Codd. Goth. at alio Sichard. P. A. A. Id convenit interpretationi, quæ in aliis MSS. legitur *Parens carissime, atque amantissime*. Hanc autem fuisse formulam eo tempore usitatam liquet ex Novell. 17 Theodosii *de Repudiis*, ubi expressis verbis *Florentius Parens carissimus atque amantissimus* dicitur: & ex epist. 20. 23. & 25. in Auctario Symmachi, in quibus idem Symmachus Præfectus Urbis ab Honorio similiter vocatur. Apud Spartianum in vita Antonini Getæ cap. 2. Juvenalis Præfectus prætorio nuncupatur *Parens amantissime*. Nullibi autem formulam *Parens Carissime Augustorum* expressam reperimus. Idem Brissonius eodem lib. 3. cap. 63. siglas *Fr. A.* in aliis legibus signatas interpretatur *Frater amantissime*. Mox cod. Oxoniensis Quesn. *illustris* & *præclara magnificentia tua*.

a MS. Vvur. *instituere*. b Verba *edictis propositis* desiderantur in cod. Oxoniensi.

c MS. Goth. & editio Sichardi *connivere*. Aliqui codices cum editione Lipsiensi *cohibere* sed notavit Ritterius a librariis confundi *connivere* & *cohibere*.

d MS. Goth. & libri omnes impressi cum Quesn. *statuta*. Secuti sumus emendationem Ritteri: ita enim *Principum constituta* appellantur leges adversus Manichæos in epist. præcedenti cap. 1. Paullo aliter constituta Principum *Constitutiones* dicuntur. Vide Paratitl. *de Constitutionibus Principum*.

e MS. Oxon. *militia, dignitate*, & *urbium habitatione*.

f Lineis inclusa desunt in eodem codice.

g Hæc quoque inclusa ibidem desiderantur. Mox *Nec his*, pro *Nec eis* in cod. Vvur.

h In Oxoniensi inclusa lineis pariter omittuntur.

i Idem Cod. *Si aliquem ex his servarint militare*.

k MS. Vvur. *nimietate*. l MS. Oxon. delet *vel pudenda*.

m Cod. Vvur. *Dat. XIV. Kal. Jul.* Mox Cod. Ottob. & editi ante Quesn. *Valent. VII.* pro *VI.* male. Tandem *Nomo* vulgati habebant. Correximus ex MS. Vvur. *Nomus* enim, non *Nomus* in aliis pluribus documentis vocatur, qui cum Valentiniano consulatum gessit an. 445.

n Exstat hæc epistola in MSS. collectionum III. VIII. Hisp. IX. Isid. X. XII. XVIII. XX. ac reliquis usque ad XXIV. & apud Sichardum. Quesnellus hanc epistolam anni notatione carentem, an. 445. esse affigendam optime constituit not. 1. o Vulgati ante Quesn. ex MSS. collectionum posteriorum hos titulos præfixerunt, qui ex coll. Hisp. sumpti fuere. I. *de ordinatione Presbyteri, vel Diaconi, ut Sabbato sancto celebretur, idest die Dominico*. II. De *festivitatibus, ut si una Agenda* (in Vulg. explicandi causa additur, *idest Missa celebratio*) *populis non sufficerit, nulla sit dubitatio iterari sacrificium*. Cum vero hæc synopsis minus sit congrua, Quesnellus aliam substituit.

p Codd. Vat. Hisp. & Isid. *impendimus*. Mox pro *desideramus* MSS. Hisp. & Isid. & Vat. coll. XI. *festinemus*: editi in margine cum MSS. Cantabr. & Thuan. Quesnelli, ac duobus nostris Vatt. coll. XXI. *festinamus*. Paullo post editi Quesn. in textu *spiritalis gratia*; in margine *spiritualis*.

q In antiquiss. Vat. coll. VIII. *ut probamus*.

r MSS. Vat. Hisp. & Isid. *Sanctus Episcopus discipulus ipsius Marcus*. Vindeb. Hisp. solum delet *Episcopus*. Mox *suarum* deest in Vat. 5845. coll. VIII.

s Particulam & a Quesnello omissam restituimus ex septem potioribus nostris MSS. Postea *ordinatis* pro *ordinatus* in duobus codd. t Verbum *esse*, quod Quesnellus omisit, ex aliis editionibus & ex codd. Hisp. & Isid. revocavimus. Dein *statuta* pro *instituta* in Vindeb. Hisp.

ANNO CHRISTI 445.

CAP. I.

Quo die sacerdotalis vel levitica benedictio celebrari debeat.

Dist. 71. Quod a patribus c. 4.

QUod ergo a patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a vobis [a] quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur; sed post diem sabbati, ejus noctis, quæ in prima sabbati lucescit, exordia deligantur [b], in quibus his, qui consecrandi sunt, jejunis, [c] & a jejunantibus sacra benedictio consecratur. Quod ejusdem observantiæ erit, si mane ipso [d] dominico die, continuato sabbati jejunio, celebretur, a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, [e] quam ad diem resurrectionis, sicut etiam in Pascha Domini declaratur, pertinere non dubium est. Nam præter auctoritatem consuetudinis, quam ex apostolica novimus venire doctrina, [f] etiam sacra Scriptura manifestat, quod cum Apostoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus sancti ad Evangelium [g] gentibus mitterent prædicandum, jejunantes & orantes imposuerunt eis manus: ut intelligamus, quanta & dantium & accipientium devotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie & laudabiliter apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum Sacerdotum formam per Ecclesias quibus Dominus præesse te voluit, etiam ipse servaveris: ut his, qui consecrandi sunt, numquam benedictio nisi in die resurrectionis dominicæ tribuatur, cui a vespera sabbati initium constat adscribi, & quæ tantis divinarum [h] dispositionum mysteriis est consecrata, ut quidquid est a Domino insignius constitutum, in hujus diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium. In hac per resurrectionem Christi, & mors interitum, & [i] vita accepit initium. In hac Apostoli a Domino prædicandi omnibus gentibus Evangelii tubam sumunt, & inferendum universo mundo sacramentum regenerationis accipiunt. In hac, [k] sicut beatus Joannes Evangelista testatur, congregatis in unum discipulis, januis clausis, cum ad eos Dominus introisset, insufflavit, & dixit: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*; & [l] *quorum detinueritis, detenta erunt*. In hac denique promissus a Domino Apostolis Spiritus sanctus advenit: ut cælesti quadam regula insinuatum & traditum noverimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria sacerdotalium benedictionum, [m] in qua collata sunt omnia dona gratiarum.

Nocte sabbatum sequente jejunii consecrent, & consecrentur. In decret. Ivonis lib. 3. dist. 23.

Benedictionis sacramentum Resurrectionis die seu Dominica ordinationi destinatur.

Joan. 20. 22.

Mysteria sacerdotalium benedictionum.

CAP. II.

De iterando missa sacrificio, ut plebi superveniente satisfiat.

UT autem in omnibus observantia nostra concordet, illud quoque volumus custodiri, ut cum solemnior [n] quæque festivitas conventum populi numerosioris indixerit, & [o] ea fidelium multitudo convenerit, quam recipere Basilica simul una non possit, sacrificii oblatio indubitanter iteretur: ne his tantum admissis ad hanc devotionem, qui primi advenerint, videantur hi, qui postmodum confluxerint, [p] non recepti: cum plenum pietatis atque rationis sit, ut quoties Basilicam, in qua agitur, præsentia novæ plebis impleverit, [q] toties sacrificium subsequens offeratur. Necesse est autem, ut quædam pars populi sua devotione privetur, si unius tantum Missæ more servato, sacrificium offerre non possint, nisi [r] qui prima diei parte convenerint. Studiose ergo dilectionem tuam & [s] familiariter admonemus; ut quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoque cura non negligat: [t] ut per omnia nobis & fide & actibus congruamus. Propter quod remeanti filio nostro [u] POSSIDONIO Presbytero, hanc ad fraternitatem tuam epistolam dedimus perferendam, qui [x] nostris processionibus atque Ordinationibus frequenter interfuit, & toties [y] ad

De consecr. dist. 1. Necesse est c. 31.

Missæ sacrificium ex paterna traditione semper oblatum.

BALLER. NOTÆ.

a Quesnellus pro *quoque* habet *hoc*, uti qui hanc inferioris notæ codices præferunt. In Merlino & Sichardo utrumque omittitur. Secuti sumus non tam veteres editiones, quam plures & notiores nostros codices.

b Post verbum *deligantur* in Vulg. Quesnello anterioribus hoc glossema inseritur ex MSS. coll. XXI. *hoc est sub hoc divini officii substituantur*. Hoc glossema ipse expungit Quesnellus ex suis cod. t. nota 2 allegatis, quibus & reliqui nostri adstipulantur. Solum Vat. Hisp. illa interpunctione præfert: *ut non passim diebus omnibus sacerdotalis, vel levitica ordinatio celebretur, sed post diem sabbati: ejusque noctis, quæ in prima sabbati lucescit, exordia consecrandi deligantur*. Idem est in Isidor. Vat. & Vindeb. Hisp. exceptis extremis vocibus *exordia consecrandi deligantur*, pro quibus legitur ut in textu, *exordia deliguntur*.

c Duo nostra MSS. Hisp. dolent & nullo post *in eodem observantia erit* in Vindeb. Hisp.

d Vide not. 3. Quesn. & Differt. ejusdem *De jejunio Sabbati*.

e Duo MSS. Hisp. & Vat. Isid. *Quod ad diem*.

f MS. Vat. Hisp. *etiam sacram habemus in exemplo Scripturam, quod cum Apostoli*.

g Vox *gentibus* desideratur in Vindeb. Hisp. & apud Sichardum.

h Vulg. ante Quesn. cum Vat. Hisp. & Isid. ac MSS. coll. XXI. *dispensationum*. Emendationem Quesnelli ex codd. Grimanico, & Victorino, ac ex editionibus Merlini, Nicolini, Surii, & Sichardi ceteri nostri MSS. libri, etiam Vindeb. Hisp. confirmat.

i Cod. Vat. 1342. coll. III. *vita accepit æterna principium*. Tria MSS. coll. VIII. *vita accepit æternum principium*. Quidam codd. coll. XXI. & Vindeb. Hisp. *vita accepit principium*.

k Vindeb. Hisp. *sicut beatus Joannes testatur, cum congregatis in unum discipulis, clausis januis ad eos Dominus introisset*. l Antiquiss. Vat. 3845. & Vindeb. Hisp. *quorum retinueritis, retenta sunt*. Vat. Hisp. *erunt*.

m Editi *in quo*. Convenimus ex memorato antiquiss. Vat. ex duob. Hisp. 3. Vat. Isid. ac Vallicellano coll. VIII.

n Vox *quæque* deest in editis ante Quesn. & quinque nostris codd. nec non apud Sichardum.

o In MSS. Hisp. Isid. & coll. XXI. *& ad eamdem fidelium multitudo*. Merlinus, *ad eam fidelium* &c. Editi ante Quesn. cum MSS. coll. XXIV. *& ad eam tantæ fidelium multitudo*. Similiter Sichardus, qui solum omittit *fidelium*. Quesn. in marg. *& ad eam tantæ sacrificii oblatio iteretur*, quod nusquam reperimus.

p Exemplaria coll. XXI. *non recipi*. q Vide Not. 4. Quesnelli.

r MSS. Hisp. & Isid. omittunt *qui*. s Vide Not. 3. Quesn. & observationem nostram.

t Al. cum MSS. coll. XXIV. atque Sichardo *ut omnia nobis in fide & actibus congruant*.

u Vide Not. 8. Quesn. x Codd. coll. VIII. *in nostris*. Idem in Vindebon. Hisp. *atque ordinationibus*.

y Verba *ad nos* stricte accepta de ipso Leone indicare videntur, hunc Possidonium Litteras quoque Cyrilli de Pascharis an. 443. quarum fragmentum edidimus ante epist. 3. ad eumdem Leonem Romam attulisse an. 445. Sed vox *nostros* non duas tantum, sed plures Possidonii transmissiones significat: eumque certum fit eumdem etiam ad Con-

ANNO CHRISTI 445. ad nos missus, quid in omnibus [a] apostolicæ auctoritatis teneremus, agnovit. Data [b] XI. Kalendas Julias.

[a] Circa tempus epistolæ sequentis an. 445.

EPISTOLA X. [a]

[c] ad Episcopos per Provinciam Viennensem constitutos.

In caussa Hilarii Arelatensis Episcopi

SYNOPSIS.

I. *Ecclesia Christo instituente collocata in Petri soliditate, a qua non recedendum. Hanc illo violat, qui ejus potestatem tentat infringere.*

II. *Hilarium arguit Ecclesiarum statum & concordiam perturbantem.*

III. *Celidonium ab* HILARIO *depositum, retractato judicio sedi suæ restitutum esse, exponit.*

IV. *Projectus Episcopus, cui ægrotanti alterum idem* HILARIUS *substituerat, in integrum restitutus.*

V. *Ordinationem Episcopi provincialis Metropolitano reservandam.*

VI. *Sine cleri plebisque consensu, & extra diem legitimum neminem ordinandum.*

VII. HILARIO *Metropolitani dignitas & potestas in provinciam Viennensem ademta.*

VIII. *Neminem pro levi caussa communione esse pellendum.*

IX. *Ut præter Leontii antiquioris Episcopi consensum alterius provinciæ Concilium non indicatur.*

[d] Dilectissimis fratribus, universis Episcopis per Viennensem provinciam constitutis, Leo Romæ Episcopus.

DIvinæ cultum religionis, quem in omnes gentes, omnesque nationes Dei voluit gratia coruscare, ita Dominus noster JESUS CHRISTUS humani generis Salvator instituit, ut veritas, quæ antea legis & Prophetarum præconio continebatur, per apostolicam tubam in salutem universitatis exiret, sicut scriptum est: *In omnem terram* [e] *exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Sed hujus muneris sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo, principaliter [f] collocarit; & ab ipso quasi quodam capite, dona sua velit in corpus omne manare: ut exortem se mysterii intelligeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium individuæ [g] unitatis assumtum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam:* ut æterni templi ædificatio, mirabili munere gratiæ Dei, in Petri soliditate consisteret; hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec portæ contra illam inferi prævalerent. Verum hanc petræ istius sacratissimam firmitatem, Deo, ut diximus, ædificante constructam, nimis impia vult præsumtione violare quisquis ejus potestatem tentat infringere, favendo cupiditatibus suis, & id, quod accepit a veteribus, non sequendo: cum nulli se subditum legi,

CAP. I. Dist. 19. *Ita Dominus noster Jesus*, c. 9.

Ps. 18. 5.

Episcoporum in Petro principaliter institutus.

Matth. 16. 18.

Ecclesia in Petri soliditate consistit. Hanc soliditatem violat qui Petri potestatem tentat infringere.

BALLER. NOTÆ

ad Cal. Julium missum fuisse cum commonitorio, & epistola ejusdem Cyrilli in Nestorii caussa an. 430., iam probabilissimum est voces *ad nos*, quæ hanc quoque ipsius transmissionem videntur comprehendere, non de solo Leone, sed de prædecessore etiam ejus accipiendæ esse. *Nos* enim pro ipsa pontificia dignitate accipi potest, quæ in omnibus Petri successoribus una eademque est, uti innuimus in Admonit. ad epist. 1. num. 25.

a Quesn. ita emendavit ex codicibus, & editionibus nota ejusdem septimæ recensitis. Hanc emendationem etiam nostri potiores & antiquiores MSS. libri coll. III. VIII. XXIII. & XXIV. approbant, Vulgati Leonini cum quibusdam MSS. coll. XXI. *Apostolicæ Sedis auctoritate*. Vat. 544. ejusdem collectionis *Apostolicæ Sedis auctoritate*: In Vat. Hisp. Isid. & MSS. coll. XII. atque XXII. *Apostolicæ Sedis auctoritatibus*.

b In MSS coll III. in Vat. Hisp. & Isid. nec non in tribus codd. coll. XXI. data omittitur. Vindebon. Hisp. *X. Kal. Julii*. Editi ante Quesn. ex Merlino, & MSS. coll. XXIV. atque Sichardo *Kal. Julias*. Antiquissimus Vat. 5845. coll. VIII. *XI. Kal. Julias*. Soli codices antiqui Vallicell. A. 5. & Vercellensis, nec non Vat. 3791. habent *XI. Kal. Julias*. Cum vero codices Vallicell. & Vercell. pertineant ad eamdem collectionem VIII. ad quam spectat Vat. 5845. utra lectio præferenda sit, dubitari posset. Dubitationem tamen videtur eximere ceterorum codicum consensus in voce *Jul.* ac propterea ultimam lectionem a Quesnello inductam retinuimus.

c Pertaræ sunt hujus epistolæ MSS. exemplaria, uti observavit Quesn. Not. 1. Extat enim tantum, quod sciamus, in cod. Corbeiensi vetustissimæ collect. II. sub Vigilii ætatem digestæ, necnon in MSS. collect. XII. & XXIV. P. Sirmondus aliud quodpiam vetustum exemplar vidit, quod ex inscriptione hujus epistolæ a laudatis codicibus plurimum variante, ut not. sequenti apparebit, aliam originem prodit. Nobis posteriorem tantum collectionum exemplaria invenire & conferre licuit, nimirum Vat. 340. & Ven 569. coll. XII. Vat. 544. coll. XXIV. & Vat. 541. cui ex eodem fonte collectionis XII. hac epistola sub finem addita videtur. Hi vero codices cum recentiores collectiones exhibeant, cum antiqua collectione præsertim Corbeiensi comparandi non sunt, quæ originis Gallicanæ, ipsam epistolam ad Viennensis provinciæ Episcopos scriptam, ex vetustiori atque accuratiori exemplo apud Gallos invento receptisse credenda est. Hinc non solum Quesnellus, sed etiam ante ipsum P. Sirmondus posthabitis editionibus vulgatis, quæ ex Merlino, idest ex collect. XII. derivatæ sunt, Corbeiensi codici in recudenda hac epistola plurimum detulere; ac propterea istorum lectiones non facile deserendas, aut immutandas credidimus. Porro etsi Consulatum, quo hæc epistola scripta fuit, nulli codices exhibeant, satis tamen colligitur ex constitutione sequenti, quæ sub idem tempus in Galliis missa fuit. Cum autem ea Constitutio ex emendatione chronica notæ ope nostrorum Codd. scripta fuerit post epistolam ad Dioscorum an. 445., istam quoque epistolam ab eadem Constitutione non disjungendam hoc loco collocavimus.

d Jacobus Sirmondus filii *VV. CC.* non veterem schedam, ut perperam interpretatus est Quesn. not. 2. sed veteres codices, aut unum saltem antiquum exemplar allegavit, in quo huic epistolæ præfigitur, *Dilectissimis fratribus universis Episcopis per provinciam Maximam Sequanorum & Viennensium constitutis Leo*. Displicuit Quesnello additio *Maximæ Sequanorum*, eo quod nolit Celidonium Episcopum Vesontionis, quæ Maxima Sequanorum Metropolis est. Sed Vesontionensem hujus Episcoparum vindicabimus in Observat. ad diss. V. Quesnelli part. 1. cap. 2. ubi & de hac inscriptione plura.

e Quesnellus *exiet*, & notavit in margine. *Ita MSS. codd.*, *quod & antiquis Patribus familiare*. At Sirmondus cum omnibus nostris codd. & anterioribus excusis *exivit*; & ita etiam apud plures Patres a P. Sabatier allegati, quorum nonnulli *exiit*, uti etiam in antiquissimo Psalterio MS. Capituli Veronensis & in Sangermanensi ab eodem laudato: nulli autem Patres ab eo citantur pro *exiet*. Si originalis textus haberet *exibit*, tum subsistere posset *exiet*. Forte typographorum lapsu in Quesnelli edit. *exiet* pro *exibit* impressum fuit.

f Ita codd. Corb. & Thuan. apud Quesn. not. 3. quam confer cum nostra observat. Sirmondus *collocarit atque ab ipso quasi quodam capite dona sua vellet in corpus omne manare*. Alia editiones cum nostris MSS. *collocaret*, *ut ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus diffunderet*.

g Vide Not. 4. Quesn. & Observat. nostram.

ANNO CHRISTI 401.

legi, nullis institutionis dominicæ credit regulis contineri, a vestro nostroque, per novæ usurpationis ambitum, more descisceus, præsumendo illicita, & quæ custodire debuit, negligendo.

CAP. II.

Verum hæc nos, Deo, ut credimus, aspirante, [a] servata circa vos nostræ caritatis gratia, quam Sanctitati vestræ apostolica semper Sedes, ut meministis, impendit, nitimur consilio maturiore corrigere, & vestrarum Ecclesiarum statum communicato vobiscum labore, componere, non nova instituentes, sed vetera renovantes: ut in status consuetudine, quæ nobis a nostris patribus est tradita, perduremus, & Deo nostro per boni operis ministerium, remotis perturbationum scandalis, placeamus. Nobiscum itaque vestra fraternitas recognoscat apostolicam Sedem, pro sui reverentia a vestræ etiam provinciæ Sacerdotibus, innumeris relationibus esse consultam & per diversarum, quemadmodum vetus consuetudo poscebat, appellationem caussarum, aut retractata, aut confirmata fuisse judicia: adeo ut servata unitate spiritus in vinculo pacis, commeantibus hinc inde litteris, quod sancte agebatur, perpetuæ proficeret caritati: [b] quoniam sollicitudo nostra, non sua quærens, sed quæ sunt Christi dignitatem divinitus datam nec Ecclesiis, nec Ecclesiarum Sacerdotibus abrogabat. Sed hunc tramitem semper inter majores nostros & bene tentum, & salubriter [c] custoditum HILARIUS Ecclesiarum statum, & concordiam Sacerdotum novis præsumptionibus turbaturus excessit, ita suæ vos cupiens subdere potestati, ut se beato Apostolo Petro non pariatur esse subjectum, ordinationes sibi [d] omnium per Gallias Ecclesiarum vindicans, & debitam Metropolitanis Sacerdotibus [e] in suam transferens dignitatem; ipsius quoque beatissimi Petri reverentiam verbis arrogantioribus minuendo cui cum [f] præ ceteris solvendi & ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ovium cura specialius mandata est. Cui quisquis principatum æstimat denegandum, illius quidem nullo modo potest minuere dignitatem; sed inflatus spiritu superbiæ suæ, semet ipsum in inferna demergit.

Nihil novi instituere intendit Rom. Pontifex.

Appellationum consuetudo ad Romanam Sedem.

Dignitas divinitus data Episcopis.

Matth. 16. Joan. 21.

Primatus Petri, cui præ ceteris tradita potestas.

Quæ igitur apud nos in caussa CELIDONII Episcopi gesta confecta sunt, & quæ HILARIUS dixerit, dum cum eodem, præsente supradicto Episcopo, audiretur, inditus chartis rerum ordo demonstrat. Ubi postquam HILARIUS rationabile, quod in sanctorum Concilio Sacerdotum posset respondere, [g] non habuit, ad ea se [h] occulta cordis ipsius transtulerunt, quæ nullus laicorum dicere, nullus Sacerdotum posset audire. Doluimus, [i] fateor, fratres, & hunc ejus mentis tumorem medelis patientiæ nostræ curare tentavimus. Nolebamus etenim ea illi exacerbare vulnera, quæ suæ animæ insolentibus subinde sermonibus infligebat, & quem susceperamus ut fratrem, [k] deliinire magis ipsum, quamvis ipse se suis responsionibus innodaret, quam contristare nostris interlocutionibus, nitebamur. Absolutus est CELIDONIUS Episcopus, quoniam se injuste Sacerdotio fuisse dejectum, manifesta testium responsione, ipso etiam præsente, monstraverat; ita ut, quod HILARIUS nobiscum residens posset opponere, non haberet. Remotum est ergo judicium, quod prolatum in hac sententia legebatur, quod tamquam [l] viduæ maritus Sacerdotium tenere non posset. Quod nos quidem servantes legalia constituta, sollicitius voluimus custodiri, non solum circa Sacerdotes, sed circa Clericos quoque minoris officii: ne ad sacram militiam hi permittantur accedere quibus sit tale conjugium, [m] vel qui contra apostolicam disciplinam non unius tantum uxoris viri fuisse monstrentur. Sed sicut eos, quos factum suum non potest excusare, aut non admittendos aut si [n] fuerint, decernimus removendos: ita quibus hoc falso objicitur, [o] habita necesse est examinatione purgemur, & suum officium perdere non sinamus. [p] Mansisset namque in illum prolata sententia, si objectorum veritas extitisset. Redditus itaque est Ecclesiæ suæ, & hinc, quam amittere non debuit, dignitati coepiscopus noster CELIDONIUS, sicut gestorum series, & post decursam cognitionem sententia: quæ a nobis est prolata, testatur.

Huic negotio sic finito, fratris & coepiscopi nostri PROJECTI querela successit: cujus ad nos literæ lacrymabiles & dolendæ, de superbia

ANNO CHRISTI 401.

CAP. III. Caussa Celidonii Episcopi.

Vide observat. nostras in dissert. 1. Quesn. part. 1.

Bigamus a minori etiam ministerio removeri.

CAP. IV. De caussa Projecti Episcopi.

Vide observat. nostras in part. 1. dissert. 1. Quesn.

BALLER. NOTÆ.

a Sirmondus *reservata*. b Editi ante Quesn. cum solis codd. coll. XXIV. & Sirmondo *quam*.
c Sic cum Quesn. nostri codd. Al. *constitutum*. Vid. Not. 5. Quesn. & observat. nostram.
d Vid. not. 6. ejusdem, & nostram observationem.
e Sirmondus cum editis ante Quesn. *in suum jus transferens dignitatem*. Nostri codd. *in suum jus transferre dignitatem*: quod alia interpunctione ad participium *cupiens* refertur. Quesn. pratulit lectionem MSS. coll. II.
f Ita omnes nostri codd. imo etiam Quesnelli, atque Sirmondi, omnesque editiones. Conjecturas Quesnelli, quibus mallet legi *pro ceteris* expendemus in observat. ad not. ejusdem 7.
g Tres nostri MSS. *non habuerit*.
h Quesn. in marg. S. Paulus 1. Cor. 14. 25. *occulta cordis ejus manifesta fiunt*.
i Verbum *fateor*, quod erat in editionibus ante Quesn. ex nostris MSS. & Sirmondo revocavimus.
k Nostri codices *deliniro magis* (*quamvis ipse suis responsionibus invitaret*, forte *inclinaret*) *animam contristare* &c. Idem legitur apud Sirmondum nec una exceptione, quod pro *invitaret* habet *innodaret*. Noluimus tamen mutare lectionem anteriorum editionum, etiam Quesn. qui ad marginem notavit pro *innodaret* alias *erraret*; vel *implicaret*. l Confer not. 8. Quesnelli.
m Ita nostri codd. cum Quesn. Al. *vel contra*: Sirmondus *ut contra*.
n Sirmondus addit *admissi*, quod tamen etiam in nostris MSS. omissum, subintelligitur.
o Editi ante Sirmondum, & Quesn. cum aliquibus MSS. perperam *ab ea necesse est*.
p Celidonium Vesontionensem fuisse Episcopum liquebit ex his, quæ adversus Quesnellum disputabuntur in observationibus ad Dissertationem ejus V. c. 1. Nihil itaque juris in illum Arelatensis Episcopus obtinebat, ac propterea cum S. Leo scripsit: *Mansisset in illum prolata* (ab Hilario Arelatensi) *sententia, si objectorum veritas extitisset*, non eo sensu accipiendum est, ac si S. Pontifex jus ullum Hilarii proprium in Celidonium agnoscat: Valentinianus enim in constitutione mox subjicienda, quæ ex Leonis mente scripta & edita est, de Hilario pronuntians, *alios incompetenter removit*, quod ad Celidonii depositionem refertur, voce *incompetenter* jus in Celidonium eidem defuisse palam insinuat. Itaque depositionis sententiam mansuram fuisse asseruit S. Leo non Hilarii jure, sed vel jure aliorum Episcoporum ejusdem Celidonii provinciæ, quos convenisse Auctor vitæ Hilarii indicat, vel saltem facto, quatenus ex legalibus institutis viduarum maritum a sacris Altaribus arcendum S. Pontifex pariter judicasset unde præmisit *Quod nos quidem servantes legalia constituta, sollicitius voluimus custodiri non solum circa Sacerdotes, sed circa Clericos quoque minoris officii*. Hinc expungendam credidimus postillam a Quesnello huic loco appositam: *Hilarii potestatem in Provinciam Viennensem non impetit S. Leo*. quod Celidonium Hilarii jure, Leone fatente, depositum falso præsumit.

ANNO CHRISTI 443

perordinato sibi Episcopo, sunt directæ. Epistola quoque ingesta est civium ipsius, & numerosa singulorum subscriptione firmata, invidiosissimis contra HILARIUM plena querimoniis, quod PROJECTO Episcopo suo ægrotare liberum non fuisset, ejusque Sacerdotium in alium præter suam notitiam esse translatum, & tamquam in vacuam possessionem ab HILARIO pervasore heredem viventis inductum. Quid hic fraternitas vestra sentiat, cupieremus audire. Quamquam de vestris animis nostra non debeat sententia dubitare: cum fratrem in lectulo constitutum, tam non infirmitate corporis aggravari, quam alio videatis dolore torqueri. Quæ spes illi de vita relinquitur, cui de Sacerdotio suo desperatio, dum illi alter substituitur, irrogatur? Apparet [a] quam mitis sit corde HILARIUS, qui obesse præsumptioni suæ fraternæ mortis credidit tarditatem. Quantum enim in se fuit, illi subtraxit lucem, abstulit vitam qui hunc [b] dolorem, in locum ejus alterum subrogando, ne ad salutem illi recursus esset, injecit. Esto ut [c] brevis fratri evenerit humanæ conditionis consueta migratio, quid sibi HILARIUS quærit in aliena provincia: & id quod nullus decessorum ipsius ante PATROCLUM habuit, [d] quid usurpat? cum & ipsum, quod PATROCLO a Sede apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit [e] sententia meliore sublatum? Expectarentur certe vota civium, testimonia populorum: quæreretur honoratorum arbitrium, electio Clericorum, quæ in Sacerdotum solent ordinationibus ab his, [f] qui noverunt patrum regulas, custodiri: [g] ut apostolicæ auctoritatis norma in omnibus servaretur, qua præcipitur, ut Sacerdos Ecclesiæ præfuturus, non solum attestatione fidelium, sed etiam eorum qui foris sunt, testimonio muniatur, neque ullius scandali relinquatur occasio, cum per pacem, & Deo placitam concordiam consonis omnium studiis, qui doctor quasi futurus est, ordinatur.

Aliena provincia respectu Hilarii

Timoth. 3. c. 7.

Episcopus, Doctor pacis. CAP. V. Ad. IV.

Sed ille insperatus nescientibus supervenit, & improvisus abcessit, cursu, ut didicimus, celeri itinera multa conficiens, & per longinquas provincias tanta [h] immaturitate discurrens, ut videatur gloriam de scurrili velocitate potius quam de sacerdotali moderatione captasse.

A Hæc enim directarum ad nos civium verba sunt litterarum: *Ante abscessit, quam eum venisse nosemus*. Non est hoc redire, sed fugere, nec salubritatem impendere diligentia pastoralis, sed vim inferre latronis & furis, dicente Domino: *Qui non intrat per januam* [i] *in cortem ovium, sed ascendit aliunde, hic fur & latro est*. Non ergo HILARIUS tam studuit Episcopum consecrare, quam eum potius, qui ægrotabat, occidere; & ipsum quem superposuit, male ordinando decipere. Nos tamen, quod vobis credimus Deo judice placiturum, in commune cunctis fratribus consulentes, & B male ordinatum submoveri, & Episcopum PROJECTUM in suo Sacerdotio permanere debere decrevimus: id statuentes, ut si quisquam fratrum nostrorum in quacumque provincia [k] decesserit, is sibi ordinationem vindicet Sacerdotis, quem illius provinciæ Metropolitanum esse constiterit. [l] Duæ, ut videmus, caussæ transactæ sunt, in quibus tamen multa sunt, quæ præter rationem ecclesiasticam videantur esse commissa, & justi judicii debeant expectare censuram. Sed nos diutius hic non possumus immorari, cum ad alia, quæ nobis cum C vestra Sanctitate sollicitius conferenda sunt, provocemur.

Joan. 10. 1.

Metropolitano ordinatio reservata.

Militaris manus, ut didicimus, per provincias sequitur Sacerdotem, & [m] armati præsidii præsumptione suffulto ad invadendas per tumultum famulatur Ecclesias, quæ proprios amiserint sacerdotes. Trahuntur ordinandi ante hoc officium, his quibus præficiendi sunt, civitatibus ignorati. Ut enim notus qui fuerit & probatus, per pacem petitur; ita per vim necesse est, qui ignotus adducitur, imponatur. Obtestor & obsecro, & sub Dei vos invocatione convenio, prohibete, fratres, talia, & omnem dissensionis materiam de vestris provinciis D removete. Certe nos ante Deum absolvimus, qui vos, ne permittatis ultra hæc fieri convenimus. Per pacem & quietem Sacerdotes qui futuri sunt, postulentur. Teneatur subscriptio Clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus & plebis. Qui [n] præfuturus est omnibus, ab omnibus, eligatur. Ordinationem sib, ut ante jam diximus, singuli Metropolitani suarum provinciarum cum his,

CAP. VI. Al. V.

Nemo ignotus civibus ordinetur.

Qui ad episcopatum Episcopi conspirare debeant.

BALLER. NOTÆ.

a Editi anteriores Sirmondo & Quesnello, & quidam codd. addunt *ergo*. b Sirmondus inserit *et*.

c Sensus exigere videtur *brevi*. Editi ante Sirmondum *brevis fratri invenerit*, vel *inventa fuerit humanæ conditionis consueta migratio*. Apud Quesn. cum duobus nostris codicibus perperam *conditioni*.

d Ita Quesnellus, & quidam nostri codices. At *cur usurpat?* Paullo ante Editi vetustiores Sirmondo & Quesnello, *aut Patroclus habuerit*, male *ante Patroclum* enim habent tum nostri, tum Sirmondi, & Quesnelli codices, ac præsertim Corbeiensis: Ipseque sermonis contextus idipsum flagitare cognoscitur.

e Indicatur Bonifacii I. Papæ decretum confirmatum a Cælestino, quo Narbonensis prima Patroclo antea tributa decreto Zosimi eidem adempta fuit, & Narbonensi Episcopo restituta. In hoc autem Zosimus Patroclo faverat, quia is decessores suos ex provincia semper petitos iis argumentis statuit, quibus tum Episcopus Narbonensis apte respondere non potuit. Cum vero sub Bonifacio I. idem Episcopus Narbonensis resumptis viribus contrarium ostenderit ejusmodi documentis, quæ allatis ab Arelatensi adeo prostabant, ut omnino convincentia sequentes Pontifices approbaverint; hinc eam provinciam eidem Arelatensi *meliore sententia* sublatam Leo affirmat.

f Sirmondus, *qui norunt*. Porro Patrum regula videntur esse canones Patrum Sardicensium præcipientium can. 5. eum ordinandum Episcopum, qui a populo petitur. De hac autem re apertius statuentes Julius I. Innocentius, & Cælestinus, non tam populi, quam cler. votum flagitarunt.

g Quesnellus contra omnium nostrorum codicum, & anteriorum editionum auctoritatem nullo indicato MS. posuit *aut apostolicæ*.

h Idem Quesnellus in marg. *forte maturitate*, quod nec Codices præferunt, nec sensus videtur exigere.

i Nostri codd. *in curtem*. Quidam editi *chortem*, alias *in cohortem*. Sed *cors cortis* idem est ac *cohors*, & proprie locum muris cinctum, quo aliquid custoditur, significat.

k Sirmondus addit *de hac vita*.

l Quidam codd. cum editis ante Sirmondum *quia*, *ut videmus*. Mox duo MSS. omittunt *tamen*; pro quo editiones memoratæ substituunt *etiam*.

m Locum hunc in anterioribus editionibus perturbatum Sirmondus & Quesnellus ex MSS. restituerunt. Vide not. 9. ejusdem Quesn. Sic autem legebatur: *armatis præsumptione suffultum ad invadendas per tumultum famulatur Ecclesias, quæ proprios amiserint. Traduntur ordinandi ad hoc officium, his quibus præficiendi sunt civitatibus ignoto.*

n Vide not. 10. Quesn.

ANNO CHRISTI 445.

his, qui ceteros Sacerdoti antiquitate præveniunt, restituto sibi per nos jure defendant. Alienum jus alter sibi non audeat vindicare. Suis limitibus, suis terminis sit unusquisque contentus; [a] & privilegium sibi debitum in alium transferre se posse, noverit non licere. Quod si quis negligens apostolicas sanctiones, plus gratiæ tribuens personali sui honoris defertor esse voluerit, privilegium suum in alium transferre posse se credens, non is, cui cesserit, sed is, qui intra provinciam antiquitate episcopali ceteros prævenit Sacerdotes, ordinandi sibi vindicet potestatem. Non passim, sed die legitimo ordinatio celebretur: nec sibi constare status sui noverit firmitatem, qui non die sabbati vespere, quod lucescit in prima sabbati, vel ipso dominico die fuerit ordinatus. Solum enim majores nostri resurrectionis dominicæ diem hoc honore dignum judicaverunt, ut sacerdotes, qui sumuntur, hoc die potissimum tribuantur.

Jure digna-tis cedere cuique non licet.

Die Dominica ordinationi deputata.

CAP. VII.

Suis unusquæque provincia sit contenta Conciliis, nec ultra HILARIUS audeat conventus indicere synodales, & Sacerdotum Domini judicia, se interferendo turbare. [b] Qui non tantum noverit se ab alieno jure depulsum, sed etiam Viennensis provinciæ, [c] quam male usurpaverat, potestate privatum. Dignum est enim, fratres, antiquitatis statuta reparari, cum is, qui sibi ordinationem provinciæ indebitæ vindicabat, talis in præsenti etiam probatus fuerit [d] extitisse, ut cum ipse frequentius temerariis & insolentibus verbis sententiam damnationis expeteret, suæ tantum civitatis illi sacerdotium, pro Sedis apostolicæ pietate, præceptio nostra servaverit. [e] Non ergo intersit ulli ordinationi: non ordinet, qui meriti sui conscius, cum quæreretur ad caussam, turpi fuga se credidit subtrahendum, [f] exors apostolicæ communionis, cuius particeps esse non meruit: Deo, ut credimus, hoc agente, qui illum, inopinantibus nobis, & ad judicia nostra pertraxit, & inter examinationes habitas, ne communionis nostræ consors fieret, ut abscederet latenter, effecit.

Hilarius ordinationibus interdictus.

Nulli Christianorum facile communio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium Sacerdotis, quod in magni reatus ultionem invitus & dolens quodammodo debet inferre animus [g] judicantis. Cognovimus enim pro commissis & levibus verbis quosdam a gratia communionis exclusos, & animam, pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatione tam sævi supplicii sauciatam & inermem quodammodo, exutamque omni munimine, diabolicis [h] incursibus, ut facile caperetur, objectam. Certe [i] si quando caussa talis emerserit, ut pro commissi criminis qualitate, aliquem juste faciat communione privari, is tantum pœnæ subdendus est, quem reatus involvit; nec particeps debet esse supplicii, qui consors non docetur fuisse commissi. Sed quid mirum eum in laicos talem existere, qui soleat de Sacerdotum damnatione gaudere?

CAP. VIII. Sententia excommunicationis non temere ferenda.

Unde quia nostra longe alia videtur intentio: nam omnium Ecclesiarum statum, & concordiam custodiri cupimus Sacerdotum: ad unitatem vos vinculo caritatis hortantes & obtestamur, & affectione congrua commonemus, ut ea quæ a nobis Deo inspirante, & beatissimo Petro Apostolo, discussis probatisque nunc omnibus caussis decreta sunt, pro vestra pace & dignitate servetis: certi non tam nostro, quam vestro honori proficere, quod talia statuisse cognoscimur. Non enim nobis ordinationes vestrarum provinciarum defendimus, quod potest forsitan ad depravandos vestræ Sanctitatis animos HILARIUS pro suo more mentiri: sed vobis per nostram sollicitudinem vindicamus: ne quid ulterius liceat novitati, nec præsumtori locus ultra jam pateat privilegia vestra cassandi. Nostræ [k] etiam gratulationi hoc solum crescere profitemur, si & apostolicæ Sedis diligentia apud vos illibata servetur, & per sacerdotalis disciplinæ custodiam honori vestro periré, quod suum est, [l] improbis usurpationibus non sinamus. Et quoniam honoranda est semper antiquitas, fratrem & coepiscopum nostrum [m] LEONTIUM probabilem Sacerdotem, hac, si vobis placet, dignitate volumus

CAP. IX. Al. VII.

Leontius antiquitate venerandus Episcopus.

BALLER. NOTÆ.

a Plures hic Metropolitanos perstringit. Illi autem videntur intelligi, ad quorum provincias Celidonius, ac Projectus pertinebant: quippe qui fortassis Hilario permittentes, ut judicia, & ordinationes in suis provinciis haberet, jus suum quodammodo in eum transtulerunt. Ingenuum præterea Alpium maritimarum Metropolitam a Leone fuisse culparum ob illicitam sui juris cessionem, testatur Hilarus Papa epist. 4. Incertum vero est, num hæc Ingenui reprehensio ad has Leonis litteras referenda sit, an vero ad alias, quæ interciderint: de quo vide plura in Dissert. *de epistolis deperditis* num. 97.

b Ita cum antea editis, & tribus nostris codd. Sirmondus. Quesnellus autem cum MSS. coll. XXIV. *qui tamen noverit, se non solum ab alieno jure.*

c Quesn. in margine: *Forte, quo male usus fuerat.* Id autem ex sola de caussa scripsit, quia in sua sententia, quam in observationibus ad V. Diss. impugnabimus, Hilarium nullum jus, quod sibi non competeret, usurpasse contendit.

d Editi ante Sirmondum & Quesn. cum inferioris notæ codicibus omittunt *extitisse*. Porro Metropolita, qui in aliquo defecisset contra regulas Canonum, *sua tantum Ecclesia Sacerdotum pro Sedis apostolicæ pietate servari*, ordinationis Episcoporum jure adempto, vetus disciplina erat, ut videre est apud Hilarum Papam epist. 8. ad Gallicanos n. 1. Confer etiam Leonis epist. 12. c. 9.

e *Locus emendatus ex MSS. Sirmondi, & nostris*, inquit in postilla marginali Quesnellus. Legebatur autem antea: *Non ergo sit illi ordinatio, qui meriti sui conscius, cum quæreretur ad accusandum, turpi fuga* &c. Corruptius in nostris MSS. coll. XII. & XXIV. *Non ergo sit illi ordinatione, non ordinet, qui meriti* &c.

f Male nonnulli hunc locum de excommunicatione, qua S. Leo Hilarium a sua communione separaverit, interpretantur. Ex sequentibus enim palam fit, ideo Hilarium dici *exortem apostolicæ communionis*, quia ipse Roma inopinate aufugiens inter sacra utique mysteria, *communionis nostræ* subdit Pontifex, *consors fieri noluit*. Hilarius scilicet, qui ex Auctore vitæ ejus c. 17. apud Leonem questus fuerat, aliquos apud Gallos publica sententia damnatos, *in Urbe sacris Altaribus interesse, communioni ejus* (Celidonii) *quem cum tantis viris damnaverat, conjungi nullatenus acquievit*; & ne cogeretur cum eo, quam absolvendum præsentiebat, Romæ communicare, recessit; & earenus ab ipsa apostolica communione se subduxit.

g Ita Quesnellus cum duobus nostris codd. Al. *vindicantis*.

h Sirmondus *incursionibus*. i Quatuor nostri codices *si qua caussa*.

k Sic Quesn. & nostri codd. Al. *enim gratulationi*. Mox pro *custodiam* Sirmondus *concordiam*.

l Ita cum Sirmondo Quesnellus. Anteriores editiones cum Vat. coll. XXIV. *pro novis*. Melius in aliis tribus nostris codd. *novit*.

m Huic Leontio, de quo vide nostram observationem in not. 11. Quesnelli, sola prærogativa in convocandis diversarum provinciarum Synodis, qua Hilarius potiebatur, hoc loco tribuitur. Ceterum ero jus metropolitticum eidem Hilario ademtum, alia Leonis epistola, quæ desideratur, in Viennensem Episcopum fuisse traductum liquet ex epist. 66. c. 2. Confer quæ hac de re pluribus dicentur in observationibus ad dissert. 5. Quesnelli part. 3.

ANNO CHRISTI 445.

mus decorari : ut præter ejus consensum alterius provinciæ non indicatur a vestra Sanctitate Concilium, & a vobis omnibus, quemadmodum vetustas [a] ejus & probitas exigit, honoretur, Metropolitanis privilegii sui dignitate servata. Æquum est enim, nec ulli de fratribus fieri videtur injuria, si his qui Sacerdocerdotii vetustate præcedunt, pro ætatis suæ merito, in suis provinciis a Sacerdotibus ceteris deferatur. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

JACOBI SIRMONDI S. J.

NOTÆ POSTUMÆ.

Nunc primum editæ.

Ex Labbei Append. Tom. 2.

IN CAUSA CHELIDONII.) Vesuntionensem episcopum fuisse docet vetus scriptor rerum S. Romani Jurensis, ut alii jam observarunt. Cum enim Romanum dixisset a S. Hilario Arelatensi episcopo presbyterii honore auctum, non longe a Vesuntionensi urbe, de Chelidonio mox agens : *Si quidem*, inquit, *Hilarius venerabilem Chelidonium supradictæ metropolis patriarcham, patricio præfectorique freti favore, indebitam sibi per Galliar vindicans monarchiam, a sede episcopali nulla existente ratione dejecerat. Ob quod in audientia beatissimi papæ Leonis Roma male gessisse convictus, restitutus quoque in episcopatu Chelidonio, apostolica auctoritate ob usurpationem inlicitam regularitor est increpatus.* Illustre hoc exemplum retractati Romæ post appellationem & antiquati judicii synodi provincialis. Cum autem Chelidonianæ accusationis in vita sancti Hilarii duo capita memorentur, digamia, & capitalium criminum animadversio : prioria tantum a Leone fit mentio, quia hoc uno, ut apparet, vel eo maxime, nixa fuerat Chelidonii damnatio.

Projecti querela) Duos ejusdem loci episcopos esse non posse docuerat canon VIII. synodi Nicænæ. Quod a se ignoratum, cum ordinari se superstite Valerio passus est, fatetur Augustinus in actis, quibus Eradium sibi successorem designavit, epistola CX. *Adhuc*, inquit, *in corpore posito beatæ memoriæ patre & episcopo meo sene Valerio, episcopus ordinatus sum, & sedi cum illo : quod concilio Nicæno prohibitum fuisse nesciebam*. Hinc postea cautum ac sæpius repetitum canonibus Gallicanis, quod est in canone XXX. synodi V. Arelatensis : *Ne obveniat episcopo alius superponatur aut superordinetur episcopus*. Merito itaque reprehenditur a Leone papa Hilarius, quod Projecto episcopo ægrotante alium ausus sit consecrare, quem proinde ut male ordinatum submoveri jubet, ac Projectum in sede sua permanere.

Nullus ante Patroclum.) Zosimus epistola I. Patroclo Arelatensi episcopo jus metropolitani ordinandorumque episcoporum potestatem concessit, non solum in Viennensi provincia, cujus in parte sita est Arelate, verum etiam in utraque Narbonensi. Hoc jus ante Patroclum neminem decessorum habuisse Leo affirmat, verius mea sententia, quam quod Zosimus ibidem semper habuisse scripserat. Et quamquam hoc ipsum Zosimi privilegium, Patroclo superstite, Bonifacius postmodum meliore, ut ait Leo, sententia revocarat : non desit tamen Hilarius, ut Chelidonii & Projecti exempla declarant, in alienis provinciis ordinandorum, distringendorumque episcoporum auctoritatem usurpare.

Die legitimo.) Celebrandis ordinationibus solennem ac legitimum diem in ecclesia fuisse indicavit Zozimus, de episcopis a Proculo vitiose ordinatis agens epist. II. *Et ne nihil*, inquit, *non intempestive fieret, ne dies quidem legitimus ordinationis adscisceretur*. Et post alia ; *ut nec diei veterem solennitatem, quæ præcipue custodienda fuerat, observaret*. Legitimum autem ordinationibus diem destinatum fuisse Dominicum, vel hic Leonis locus ostendit, & consimilis alter in epistola ad Dioscorum Alexandrinum. Hinc Aurelius Carthaginiensis in concilio III. Carthag. can. XXXIX. qui insertus est cap. XVI. synodi Africanæ : *Nam & in hac ecclesia, ad quam dignata est vestra sanctitas convenire, crebro ac pene per diem Dominicam ordinandos habemus*. Et concilium III. Cæsaraugustanum can. I. *Nullo modo patimur ut in reliquis diebus, nisi tantum Dominicis festivitatibus, hi qui honori digni habentur officio, in ordine præficiantur ecclesiastico*. Quamquam igitur a Leone cum die Dominica sabbatum etiam conjungitur, & obtinuit usus ecclesiæ, atque hoc discrimen Ordo Romanus adnotat, ut episcoporum consecrationes fiant die Dominica, reliquorum ordinum die sabbato : ipsa tamen sabbati hac in re observatio, ut Leo idem ad Dioscorum scribit, ad diem Dominicum spectat, cui a vespera sabbati exordium adscribitur.

Nec ultra Hilarius.) Hilarium eximit omni jure metropolitani, non in exteris tantum provinciis, sed in ipsa etiam Viennensi ejus provincia, cujus primatum sibi Arelatenses episcopi adversus Viennenses arrogabant. Quæ autem interseruntur de Hilarii fuga & liberioribus verbis, quibus offensus fuerat Leo, ex iis pati debent quæ superius aliam fuisse in actis concilii Vesuntionensis.

Is tantum pœna subdendus est) In hanc sententiam Auxilium novellum episcopum arguit Augustinus epistola LXXV. qui Classicianum v. s. cum omni domo sua anathematis sententia percusserat : docens corporali quidem pœna recte quosdam interdum affici cum suis omnibus, qui sceleris participes non fuerint ; spiritali autem pœna non videre se quomodo juste plecti pro scelere alieno quisquam possit. Idem de seipso ita profitetur : *Audisti forsitan*, inquit, *aliquos magni nominis sacerdotes cum domo sua quemdam anathematizasse peccantem : sed forte, si essent interrogati, reperirentur idonei reddere inde rationem. Ego autem, quoniam si quis ex me quærat, utrum recte fiat, quid ei respondeam non invenio : nunquam hoc facere ausus sum, cum de quorumdam facinoribus immaniter adversus ecclesiam perpetratis gravissime permoverer*.

Carpiscop. Leontium.) Arelatenses episcopi, ut ante ostensum est, provinciæ II. administrationem usurparant, in eaque tamquam metropolitani synodos convocabant. Nunc, remoto Hilario, prærogativam defert Leontio Forojuliensi episcopo, totius provinciæ sacerdotii statu antiquissimo, ut concilium in ea præter ejus consensum non indicatur. Leontii hujus illustre illo sæculo nomen fuit inter episcopos, ad quem & alios datam vidimus epistolam I. papæ Bonifacii. Eidem Cassianus primas decem collationes suas nuncupavit : eumdem in primis earum habuit S. Honoratus, ut Hilarius testatur in homilia de S. Honorato : *Vacantem*, inquit, *insulam positi, prator secreti opportunitatem, sancti, ac beatissimi in Christo viri Leontii episcopi oblectatus vicinia, & cœsta e constitutus*. Quibus ex verbis liquet, Leontium jam tum episcopum fuisse, cum Lirinensem insulam monasterium in ea fundaturus incolere cœpit Honoratus.

EPISTOLA XI.

8. Julii an. 445.

seu

CONSTITUTIO VALENTINIANI III. AUGUSTI

[e] *una cum præcedenti* LEONIS *Papæ epistola de eodem negotio missa in Gallias.*

DE EPISCOPORUM ORDINATIONE.

[d] Imperatores THEODOSIUS & VALENTINIANUS Augusti, AETIO Viro Illustri, Comiti & Magistro utriusque militiæ & Patricio.

CERTUM est & nobis & Imperio nostro unicum esse præsidium in supernæ Divinitatis favore, ad quem promerendum præcipue [a] chri-

BALLER. NOTÆ.

a Vox *ejus* a Quesnello emissa, ex omnibus nostris MSS. & ceteris editionibus revocatur.

b Quesnellus in secunda editione varias lectiones apposuit ex MS. Thuaneo Colbertino. Nos easdem recognovimus cum MS. Vat. 3833. Collectionis canonum Cardinalis Deusdedit, qui hanc legem ex vetustiori exemplari sumtam, eidem Collectioni inseruit lib. I. pag. 48. Ex MS. Ottobon. Vat. solius chronicæ nota lectionem posterius accepimus.

c Quæ sequuntur, apposita fuerunt a P. Sirmondo, & exinde a Quesnello : ac probabilissimum est, Leonis decretalem una cum hac lege in Gallias missam fuisse, ne executioni ejus impedimentum opponeretur.

d MSS. Thuan. & Vat. hanc inscriptionem præferunt : *Imperator Valentinianus Augustus omnibus sub Imperio æternæ Urbis Romæ usque terrarum degentibus*. Licet occasione quidem controversiæ Gallicanæ ob nonnulla Hilarii

ANNO CHRISTI 445.

[a] christiana fides & veneranda nobis religio suffragatur. Cum igitur Sedis apostolicæ primatum sancti Petri meritum, qui princeps est episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas civitatis, sacræ etiam Synodi [b] firmarit auctoritas, ne quid præter auctoritatem Sedis istius inlicitum præsumtio attentare nitatur. Tunc enim demum Ecclesiarum pax ubique servabitur, si rectorem suum agnoscat universitas. Hæc cum hactenus inviolabiliter fuerint custodita, HILARIUS Arelatensis, sicut venerabilis viri LEONIS Romani Papæ fideli relatione comperimus, contumaci ausu inlicita quædam [c] præsumendo tentavit, & ideo transalpinas Ecclesias abominabilis tumultus invasit, quod recens maxime testatur exemplum. HILARIUS enim, qui Episcopus [d] Arelatensis vocatur, Ecclesiæ Romanæ urbis [e] inconsulto Pontifice, judicia, sive ordinationes Episcoporum sola temeritate usurpans invasit. [f] Nam alios incompetenter removit, indecenter alios invitis & repugnantibus civibus ordinavit. Qui [g] quidem, quoniam non facile ab his qui non elegerant, recipiebantur, manum sibi contrahebat armatam, & claustra murorum in hostilem morem vel obsidione cingebat, vel aggressione referabat, & ad sedem quietis, pacem prædicaturos per bella ducebat. His talibus & contra Imperii majestatem, & contra reverentiam apostolicæ Sedis admissis, per ordinem [h] religiosi viri Urbis Papæ cognitione discussis, certa [i] in eum, & de his, quos male ordinaverat, lata sententia est. Et erat quidem ipsa sententia per Gallias etiam sine imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis auctoritati [k] in Ecclesiis non liceret? [l] Sed nostram quoque præ-

A ceptionem hæc ratio probavit, ne ulterius nec HILARIO, quem adhuc Episcopum nuncupari sola mansueti Præsulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri ecclesiasticis rebus arma miscere, aut præceptis Romani Antistitis liceat obviare. Ausibus enim talibus fides & reverentia nostri violatur Imperii. Nec hoc solum, quod est maximi criminis, [m] submovemus; verum ne levis saltem inter Ecclesias turba nascatur, vel in aliqua minui religionis disciplina videatur, hoc perenni sanctione [n] censemus, ne quid tam Episcopis Gallicanis, quam aliarum provinciarum contra consuetudinem vetere[m] B liceat, sine viri venerabilis Papæ Urbis æternæ auctoritate tentare. Sed [o] hoc illis omnibusque pro lege sit, quidquid sanxit vel sanxerit apostolicæ Sedis auctoritas: ita ut quisquis Episcoporum ad judicium Romani Antistitis evocatus venire neglexerit, per Moderatorem ejusdem provinciæ adesse cogatur. per omnia servatis, quæ divi parentes nostri Romanæ Ecclesiæ [p] contulerunt Aeti P. K. A. Unde inlustris & præclara magnificentia tua præsentis edictalis legis auctoritate faciet, quæ sunt superius statuta, servari, decem librarum C auri multa protinus exigenda ab unoquoque judice, qui passus fuerit præcepta nostra violari. *Et manu divina*. Divinitas te servet per multos annos parens karissime. [q] Dat. VIII. Id. Jul. Romæ VALENTINIANO A. VI. & NOMO V. C. Coss.

BALLER. NOTÆ.

rii Arelatensis gesta hæc lex edita fuerit; non tamen pro solis Gallicanis, sed pro universis Imperii provinciis latam fuisse, patet ex illis verbis: *Ne quid tam Episcopis Gallicanis, quam aliarum provinciarum contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis Papæ Urbis æternæ auctoritate tentare: sed hoc illis, omnibusque pro lege sit* &c. Hinc congrua videtur generali legi generalis istorum MSS. inscriptio. In his sane codicibus omittuntur, quæ peculiaria sunt Aetii Magistri utriusque militiæ in Gallis; & ea sola leguntur, quibus lex generalis exprimitur, ac definit in verbis *Romanæ Ecclesiæ contulerunt*. Inscriptio autem textui inserta, & in aliis codd. inventa, convenit eidem legi, qualis in Gallias missa fuit, ubi erat maxime necessaria, & ad Aetium, qui potiori auctoritate in Galliis utebatur, peculiari addiramento sub finem expresso directa, ut ibidem executioni mandaretur. Forte etiam simili modo transmissa credi potest ad alios aliarum provinciarum præfectos, seu rectores, ut aliis ejusdem generis legibus evenisse compertum est.

a Laudata MSS. *Christianorum fides*.

b Eadem MSS. *firment*.

c Ita melius ex iisdem MSS. Vulg. *præsumenda*.

d Quesnellus in utraque editione addidit *civitatis*, quam vocem & Vaticanus Cod. & editi omnes ignorant. Unde porro hanc ille inseruerit etiam primæ editioni, cum Thuaneum codicem nondum viderat, divinare non possumus.

e Erat in editis etiam Quesnelli *inconsulto Pontifice indebitas ordinationes Episcoporum*. Rectior visa est lectio utriusque MS. & contextui uniformior. Nam quod subjicitur *alios incompetenter removit*, refertur ad *judicia* ob Celidonium, quem Hilarius ab Episcopatu deposuerat, & cujus præsertim de causa Leonis decretalis, & imperialis lex edita fuerunt: illa vero *indecenter alios invitis & repugnantibus civibus ordinavit*, ad *ordinationes* pertinent, quibus vel Celidonio remoto, vel Projecto ægrotanti, vel aliis Episcopis vita functis ab eodem Hilario successores dati fuerunt, uti traditur epistola antecedenti cap. 6.

f Cod. Thuaneus habet: *Nam aliquos invi... & repugnantibus civibus ordinavit*, deletis ceteris.

g Idem cod. omittit *quidem*.

h MSS. Thuan. & Vat. delent *religiosi viri*.

i Ita ex laudatis codd. & Quesnellus in secunda editione. Al. *in eum ex his*. Pater Lupus dis. 1. c. 3. *de Appellationibus*, notavit, mox legi, *quos male ordinaverat*, ut indicetur lata sententia etiam in eos, quos Hilarius in Celidonii ac Projecti sedes subrogaverat.

k Sic emendavit Quesn. in secunda editione ex MS. Thuan. cui Vaticanus pariter favet. Antea *in Ecclesias*.

l Hæc lectio antea vulgatorum, quæ item est codicis Vaticani, magis placuit quam illa a Quesnello inserta editioni secundæ nullo allegato codice, nimirum. *Sed nostra quoque præceptio, & ratio probavit, ne ulterius vel Hilario* &c. Porro *vel Hilario* habebant quidem etiam cetera editiones; sed ex eodem Vat. corrigendum credidimus *nec Hilario*, eo quia concinit cum sequentibus, *nec cuiquam alteri*.

m Ita duo laudata MSS. & editi, excepto Quesnello, qui *submovimus* in textu scripsit, apposita in margine lectione Thuanei codicis.

n Ex utrisque MSS. *censemus* scripsimus pro *decernimus*. Censere quidem frequentius adhibetur in legibus, quam *decernere*, ut ex Glossario Nomico Cod. Theodos. perspicies.

o Pronomen *hoc* adjectum a Quesn. in secunda editione fortassis ex MS. Thuan. præferatur in nostro Vat.

p Sic utrique codd. Al. *detulerunt*. Hic desinit generalis lex in iisdem codicibus, subjecta statim chronica notatione. *Dat. VIII. Id. Julii Romæ Valentiniano Augusto*. Cetera peculiaria Aetii imperialibus litteris in Galliis missis addita fuerunt, uti monuimus not. d

q Editi *Dat. VIII. Id. Jun. Romæ Valentiniano A. VI. Cos.* Emendavimus mensem ex duobus memoratis MSS. libris nec non ex Ottoboniano, nunc Vat. qui etiam integram consulatus notationem præbuit, qualis legitur in anteriori hujus anni Constitutione superius descripta epist. 8. & in aliis ejusdem anni Novellis

ANNO CHRISTI 441.

JACOBI SIRMONDI S. J.

NOTA POSTUMA

Nunc primum edita.

EXtat inter Theodosii junioris novellas num. XXIV. post codicem Theodosianum. Confusa enim sunt, Aut alibi observatum, Placidi Valentiniani novella cum Theodosiania, eorum oscitantia, qui cum utriusque imperatoris nomen adscriptum titulis viderent, quia imperium una rexerant, unus Orientis, alter Occidentis, non animadverterunt proprias cujusque constitutiones, tum ex nominibus eorum ad quos datæ, tum ex locis unde missæ fuerant, distingui ac digeri debuisse. Hæc igitur & Roma data, & Aetio missa, qui magister militum erat per Gallias, non Theodosio tribuenda fuit, sed Valentiniano.

ANNO CHRISTI 441.

SYNOPSIS ADMONITIONIS BALLERINORUM

In sequentem epistolam pag. 645.

EPistolæ I. Leonis ad Mauros in MSS. codd. est forma & ratio diversa (*num.* 1. 2.) Prior est omnium brevissima epistola in cap. IX. desinens ad illa verba *justa post hac ultione plectatur*, quam servant codd. coll. I. III. IV. V. IX. X. XII. & XXIV. eamque unice sinceram Quesnellus arbitratur.

Altera est diffusior in qua tamen capita VI. VII. & VIII. brevioris editionis omittuntur, tum vero post verba *justa postbac &c.* alia dantur usque in finem integræ epistolæ (*num.* 3.) Ita hanc legas in editione Pithœi, & Justelli; ac offertur in collectio. VII. Dionysiana Hadrianea, pertinetque ad accessiones adjunctas puro Dionysiano. Eam pariter habent codd. Coll. VIII.

Tertia demum ex utraque conflata ita se habet in MSS. codd. Primo enim datur cum omissione VI. VII. & VIII. capitum ut est in Dionysio Hadrianea (*num.* 4.) totamque hanc secundam formulam repræsentat ne omissa quidem *data* IV. *Id. Aug.* tum velut appendicem exhibet capita illa VI. &c. superius omissa, repetitque *Cum itaque in omnibus*, quæ in editione decurtata & Hadrianea epistolam claudunt. In editis quidem inanis hæc clausulæ repetitio ac datæ in loco non suo adscriptio minime apparet; at nullo adstipulante MS. cod. hæc reformatio inducta est. Hujus formæ epistolam ut est in MSS. exhibet collect. XI. Hincmaro antiquior. XX. XXI. & XXIII.

Quesnellus (*num.* 5.) inter has diversæ rationis formulas decurtatam præfert, cæteris ad apocripha rejectis eo potissimum fretus argumento, quod in vetustissimis codicibus non sub alia forma reperiatur. At (*num.* 6. 7.) codicum vetustas nihil aliud probat, nisi sinceritatem scripti illius quod in illis continetur; non vero simul & integrum esse demonstrat. Profectò codices collect. XXIV. epistolam S. Petri Chrisologi ad Eutychem media parte deficientem proferunt, cum tamen in omnibus tum Græcis tum Latinis concilii Calchedonensis codd. collect. XVII. integra legatur. Alia hujus mutilationis exempla apud Ballerinos num. VIII. habes.

Spernendum utique non est sinceritatis argumentum (*num.* 9. 10.) quod ex Hadrianea collectione capita ista continente, conficitur. Scitum est Hadrianeam constare ex Dionysiano puro cum accessionibus nonnullis; hæc autem accessio non quidem tota simul facta est Hadriani ærate, sed veluti per gradus & temporum successiones a Dionysio usque ad Hadrianum. Hos vero gradus indicat codex Vaticanus 5845. in quo pura est collectio Dionysii tum eodem charactere succedit appendix trium conciliorum Symmachi papæ; hæc excipiunt tituli sex decretorum papæ Hilari, duo Simplicii, unicus Felicis; & post hunc indiculum datur decretorum illorum textus: absoluto vero statuto Felicis additur: *in causa Lupicini episcopi. Leo universis episcopis.* Quæ capita sunt de quibus agimus. Tandem hoc additamentorum ordine confecto, alius succedit, cui nova tabula assignatur, definitque novus esse in Gregorio II.

Fallor, an in variis hisce describendorum additamentorum gradibus demonstratur additamenta illa per temporum successiones facta fuisse, ac proinde Leonis epistolam cum additamentis, de quibus in præsenti, quæ ad secundum veluti gradum harum accessionum pertinet, multo vetustius accessisse, quam sub tempora Gregorii II. immo ad tempora Hormisdæ papæ referri; postrema enim capitum tabula ex sacra Justini ad Hormisdam incipit. Quæ si admiserimus additamentum istud propius ad tempora S. Leonis papæ admoveri oportet.

Præter hasce formulas scriptæ hujus epistolæ (*num.* 13.) in collect. XIII. est codex Florentinus S. Marci in quo ex detruncata & integra Hadrianea editione ejusdem epistolæ una & eadem efficitur integra absoluta atque perfecta absque ineptis illis repetitionibus, quæ Hadrianeam inficiunt, & vitiant. Hanc sinceram judicant Ballerini, & potiori loco hic exhibent.

EPI-

ANNO CHRISTI circ. 446.

* Al. I. Quæ autem antea erat 22. nunc 24 22. Aug. circ. An. 446.

EPISTOLA XII.

Ad Episcopos Africanos provinciæ Mauritaniæ Cæsariensis.

Nunc primum integre edita ex MS. Florentino S. Marci.

SYNOPSIS.

I. *Ordinationes per tumultum factas redarguit.*
II. *Quid sit cito manus imponere.*
III. *Nonnisi unius uxoris debere esse Diaconos, Presbyteros, & Episcopos.*
IV. *Non rudes ac neophytos ordinari debere.*
V. *Ex laicis ordinati tolerantur a Leone, non vero bigami.*
VI. *De Donato ex Novatianis converso, & Maximo ex Donatistis.*
VII. *De Aggaro & Tyberiano ex laicis, & per tumultum ordinatis.*
VIII. *Virgines per vim oppressas incontaminatis se comparare non debere.*
IX. *Hortatur ad obedientiam, & inobedientibus pœnas minatur.*
X. *Quibus in locis Episcopi debeant ordinari, & de petitione Episcopi Restituti.*
XI. *Quid agendum de memoratis virginibus vi barbarica oppressis.*
XII. *De caussa Lapicini Episcopi.*
XIII. *De caussis Ecclesiasticis ventilandis & ad Sedem Apostolicam referendis.*

TITULI VETERES SEU EXCERPTA

Ejusdem epistolæ.

Ex vetustis cod. Luc. 490.

XVI. *Leo ad Africanos episcopos.*

I. *Manus cito nemini imponere qui de alieno peccare (sic).*
II. *Viduam qui acceperit uxorem non fiat diaconus.*
III. *Vita clericorum debet eos provehere. Laicus fiat episcopus.*
IV. *Novatianorum episcoporum venientem in catholico recipi. Invite peccare non est peccatum.*

A [a] [b] Leo Urbis Romæ Episcopus universis Episcopis per Cæsariensem Mauritaniam constitutis in Domino salutem. ANNO CHRISTI circ. 446.

CAP. I. CUM de ordinationibus Sacerdotum quædam apud vos illicite usurpata crebrior ad nos commeantium sermo perferret; ratio pietatis exegit ut [c] pro sollicitudine, quam universæ Ecclesiæ ex divina institutione dependimus, rerum fidem studeremus agnoscere: vicem curæ nostræ profoiscenti a nobis [d] fratri & consacerdoti nostro POTENTIO delegantes, B qui secundum scripta, quæ per ipsum ad vos direximus, de Episcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquireret, nobisque omnia fideliter indicaret. Unde quia idem plenissime notitiæ nostræ cuncta reseravit, & sub quibus, qualibusque Rectoribus quædam Christi plebes in partibus provinciæ Cæsariensis habeantur, sincera nobis relatione patefecit; necessarium fuit ut dolorem cordis nostri, quo [e] pro dominicorum gregum periculis æstuamus, datis nunc quoque ad Dilectionem vestram litteris promeremus, mirantes tantum apud vos [f] per occasionem temporis impacati aut ambientium præsumtionem, aut tumultum valuisse popularem, ut indignis quibusque, & longe extra sacerdotale meritum C constitutis pastorale fastigium, & gubernatio Ecclesiæ dederetur. Non est hoc consulere populis, sed nocere, nec præstare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim præsidentium salus est subditorum, & ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus autem, quem aut seditio contulit, aut ambitus occupavit, etiamsi moribus, atque actibus [g] non offendit; ipsius tamen initii sui est perniciosus exemplo, & difficile est ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.

Dist. 61. c. 9. Miramur.

1. q. 1. c. 25 Principatus.

CAP. II. Quod [h] in quibuslibet Ecclesiæ gradibus pro- D videntier scienterque curandum est ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque præposterum; quanto magis elaborandum est ut in electione ejus, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiæ Domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, [h] non inveniatur in capite. Ubi est illa beati Paulli Apostoli per spiritum Dei emissa præceptio, qua in persona Timothei omnium Christi Sacerdotum numerus eruditur, [i] & unicuique nostrum dicitur: *Manus cito nemini imposueris, neque communices peccatis alienis?* Quid est cito manus imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, [k] ante meritum obedientiæ, ante experien-

1. Timoth. 5. 22.

Dist. 78. c. 1. Quid est.

BALLER. NOTÆ.

a Nulli sunt tituli in MS. Florentino, ex quo hanc epistolam integram sumsimus. In collectione autem Hadrianea unicus titulus est: *In caussa Lupicini Episcopi*, qui tamen ad solum cap. 12. pertinet. In tabula vero titulorum eidem collectioni præfixa hic titulus legitur num. XLIX. *Leo Episcopis Mauris. De conservatione, & disciplina canonum, ne indebite & inordinate ad clerum aliquis præsumat accedere.*

b Ita codex Florent. MSS. & editi coll. Hadrianea. Addunt *Urbis Romæ Episcopus*, & *in Domino salutem*: at alia epistola ab ipso Dionysio descripta utrumque sæpius præferunt.

c In MS. Vercell. Hadrianeo *per sollicitudinem*. Mox tres codd. pro *dependimus* habent *impendimus*.

d Apud Justellum *confratri*. MS. S. Crucis in Jerusalem editionis mixtæ *corepiscopo* pro *consacerdoti*.

e Vercell. MS. *pro dominico grege æstuamus*.

f Idem codex *per actionem temporis impacati*. Paullo post duo Vatt. *populorum* pro *popularem*.

g Ita ex MSS. Vat. 5845. Vercell. Florent. ac tribus aliis. Al. *non offendat*. Mox *ipso tamen initio sui ..... exemplo* in antiquissimo Vat. & Vercell. atque in Vat. Hisp. & Isid. lectionis decurtatæ.

h MS. Vercell. cum duobus aliis codd. *non sit in capite*. Post pauca *per Spiritum sanctum* in MS. S. Crucis.

i Quesnellus cum vulgatis & *proinde unicuique nostrum*. Vox *proinde* deest in omnibus MSS. Hadrian. atq. in cod. Florent. & habetur tantum in codd. lectionis decurtatæ aut mixtæ. Quatuor ex his habent & *inde*.

k Ita omnes MSS. libri Hadrian. cum cod. Florent. Quesnellus cum MSS. & editis lectionis decurtatæ, & mixta *ante meritum laboris*. Justellus utrumque posuit sic: *ante meritum obedientiæ laboris*.

ANNO CHRISTI circ. 446.

rientiam disciplinæ sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi & talem effici ordinantem, qualis est ille, qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum [a] tenet in eligendo Sacerdote judicium; ita gravi semetipsum afficit damno, qui [b] in suum collegium assumit indignum. Non ergo in cujusquam persona prætermittendum est, quod institutis generalibus continetur; nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit contra divinæ legis præcepta collatus.

CAP. III. Dicente enim Apostolo, [c] ut inter alias electionis regulas is Episcopus ordinetur, quem *unius uxoris virum* fuisse, [d] aut esse constiterit; tam sacrata semper habita est ista præceptio, ut etiam de muliere Sacerdotis eligendi eadem intelligeretur servanda conditio; ne forte illa, prius quam [e] in matrimonium ejus veniret, qui aliam non habuisset uxorem, alterius viri esset experta conjugium. Quis igitur [f] tolerare audeat, quod in tanti Sacramenti perpetratur injuriam, cum huic magno venerandoque mysterio nec divinæ quidem legis statuta desuerint, quibus evidenter est definitum, ut virginem Sacerdos accipiet [g] uxorem, & alterius torum nesciat conjugis, quæ uxor futura est [h] Sacerdotis? Jam tum enim in Sacerdotibus figurabatur Christi & Ecclesiæ spiritale conjugium, [i] ut quoniam vir caput est mulieris, discat sponsa Verbi non alium virum nosse quam Christum, qui merito unam eligit, unam diligit, & aliam præter ipsam suo consortio non adjungit. Si ergo etiam in veteri Testamento hæc sacerdotalium conjugiorum forma servata est; quanto magis [k] sub Evangelii gratia constituti, apostolicis debemus servire præceptis, ut quamlibet quis bonis moribus præditus, & sanctis operibus inveniatur ornatus; nequaquam tamen vel ad Diaconi gradum, vel ad Presbyterii honorem, vel ad Episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut uxorem ejus non unius viri fuisse [l] claruerit?

1 Timoth. 3. 9.

Levit. 21. 13. & 15. Ezech. 44. 22. Epb. 5. 23. 1. Cor. 11. 3.

CAP. IV. Monente vero Apostolo, atque dicente: *Et hi autem probentur primum, & sic ministrent*: quid aliud intelligendum [m] putamus, nisi ut in his provectionibus non solum matrimoniorum castimoniam, sed etiam laborum merita cogitemus, ne aut [n] a baptismo novellis, aut a sæculari actu repente conversis officium pastorale credatur; [o] cum per omnes gradus militiæ christianæ de incrementis profectuum debeat æstimari, an possint cuiquam majora committi? Merito [p] beatorum Patrum venerabiles sanctiones cum de Sacerdotum electione loquerentur, [q] eosdem ut idoneos sacris administrationibus censuerunt, [r] qui multo tempore per singulos officiorum gradus provecti, experimentum

1 Tim. 3. 10.

Dist. 61. c. 5. Mirramur §. Merito

BALLER. NOTÆ.

a Cod. Florent. *servat*: ceteri Hadrian. collect. onis *tenet*.

b Sic MS Flor. cum editis & MSS. omnibus Hadrian. Lectio Quesnelli *ad sua dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cujusquam* &c. & manuscriptorum lectionis decurtatæ, & mixtæ. Paullo post in MS. Flor. S. Crucis, nec non in aliquibus Hadrian. *in statutis provenstituti*.

c Particula *ut* desideratur in codd. Vercell. Flor. & Angelicæ.

d In cod. Flor. desunt voces *aut esse*. Mox *tamen sacrata* pro *tam sacra est* in omnibus MSS & editis Hadrian. & in Florent.

e Antiquissimum MS. Vat. & Vercell. *in societatem ejus veniret*. Quatuor alii codices editionis mixtæ ita pariter legunt. Retinuimus tamen lectionem vulgatam, quæ in MS. Flor. apud Justellum, & in aliis codd. Hadrian. præfertur.

f Ita omnes editi & MSS. Hadrian. codd. editionis decurtatæ cum vulgata: *Quis ergo dissimulare audeat*. Cod. vero Flor. utramque lectionem habet: *Quis igitur dissimulare, vel tolerare audeat*.

g Vox *uxorem*, quam Quesnellus in secunda editione adjecit *ex MSS. & Dionysio Exiguo*, inventa pariter a nobis fuit in MS. Flor. S. Marci, & in nonnullis etiam coll. Hadrian. Deest tamen in MSS. Vat. 5845. ac Vercellen. item Hadrianeis.

h Sic idem cod. Flor. cum omnibus MSS. Hadrian. & S. Crucis atque quatuor aliis codicibus editionis mixtæ. Codd. vero editionis decurtatæ cum Quesn. *Pontificis*. Porro sequens periodus *Jam tum enim* usque ad *non adjungit* desideratur in Vat. 5845. & in duob. Hadrianeis Vercell. & Vat. 1337. In aliis autem quampluribus codd. coll. Hadrianeis iisdemque antiquis (inter quos sunt Vat. 4979. Vat. Reg. 1021. & 1043.) nec non in Florentino legitur.

i In cod. Florentino hæc lectio peculiaris habetur: *Ut quomodo vir caput est mulieris, ita Christus caput est Ecclesiæ, discat Sponsa Verbi*. Nomen *Verbi* erat etiam in editis ante Quesnellum, & legitur apud Justellum, atque in MSS. collect. Hadrian. præterea in omnibus collectionibus, quas consulere potuimus, editionis decurtatæ, idest I. III. IV. V. Hisp. IX. Isid. X. XII. & XXIV. ac in Barberino 77. nec non in exemplo Sichardi, item in codd. coll. XI. editionis mixtæ. Soli codices collectionum XX. XXI. XXII. & XXIII. editionis mixtæ habent *Christi*, quod cur Quesnellus prætulerit, & ex margine editorum traduxerit in textum, ignoramus.

k Ita omnes MSS & editi libri coll. Hadrian. & cod. Florent. cum quinque aliis editionis mixtæ; qui tantum voci *gratia* præmittunt particulam *jam*. Apud Quesnellum *sub revelata jam gratia*, quod est in codd. editionis decurtatæ, exceptis Vat. Hisp. & Isid. qui cum lectione Hadrianea consentiunt.

l Reposuimus *claruerit* ex codd. Florent. & Hadrianeis, quibus concinit etiam Vat. 544. coll. XXIV. & exemplum Sichardi, licet sint editionis decurtatæ. Quesnellus cum aliis MSS. *constiterit*. In codice autem Angelicæ coll. XXI. *aut ipsum non uxorem unius viri fuisse constiterit*.

m Verbo *putamus* Quesnellus præposuit *in hoc*, quod expunximus auctoritate MSS. Hadrianea collectionis, & Florent. nec non præstantiorum codd. editionis decurtatæ collect. III. IV. V. Vindeb. Hisp. & XII. item MS. Barb. 77. & Sichardi. Quesnello favent MSS. coll. I. Vat. Hisp. & Isid. & coll. XXIV. editionis decurtatæ, aliique omnes editionis mixtæ, ex quibus editi prodiere.

n Ita codd. Hadrian. & Florent. Ceteri cum editis *a baptismo rudibus*.

o Quesn. *cum omnis gradus*: quæ lectio a nobis inventa est tantum in MSS. coll. XI. ac XXIV. & in editis cum Sichardo, & Merlino. Mox *provectuum* loco *profectuum* est in duobus codicibus; & *debeant* pro *debeat* in tribus, nec non apud Justellum.

p Sic MSS. & editi cum cod. Florentino. Idem etiam legitur in MSS. coll. III. IV. V. XII. & Barb. 77. editionis decurtatæ, quæ in aliis exemplaribus *sanctorum* pro *beatorum* exhibet.

q Apud Quesnellum *eos demum idoneos* cum Vulgatis, ac MSS. editionum decurtatæ, & mixtæ. Textus autem lectionem exhibent omnes codices & editi Hadrian. & MS. Flor.

r Ita MS. Florent. cum omnibus codd. & editis Hadrian. In MSS. vero editionis decurtatæ insigni varietate hic locus effertur sic: *Quorum omnis ætas a pueritiæ exordiis usque ad provectiores annos per disciplinam ecclesiasticam stipendia cucurrisset, ut unicuique testimonium potior vita præberet; nec posset de ejus provectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro castis moribus, pro edibus frequentis celsioris loci præmium deberetur. Si enim* &c. Negari nequit, non minus hanc lectionem, quam illam textui insertam Leoninum stilum referre, & librariorum officiatia, vel arbitrio hanc insignem varietatem tribui non posse. Observandum porro est lectionem *a pueritiæ exordiis* editionis decurtatæ convenire cum Romana Ecclesia disciplina, & cum Siricii ac Zosimi decretis, in quibus dum promotiones laicorum per saltum interdicuntur, illud cavetur, ne ad celsiores Ecclesiæ gradus provehantur, nisi qui a pueris clero initiati, in inferioribus gradibus legitime se gessissent. Eos vero solos adultos permittunt in

ANNO CHRISTI circ. 446

tum sui probabile præbuissent, ut unicuique testimonium vitæ suæ actuum suorum ratio perhiberet. Si enim ad honores mundi [a] sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est pervenire, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adjuvant; quam diligens & quam prudens habenda est dispensatio divinorum munerum, & cælestium dignitatum? ne in aliquo apostolica, & canonica decreta violentur, & his Ecclesia Domini regenda credatur, qui legitimarum institutionum nescii, & totius humilitatis ignari, non ab infimis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principium; cum valde iniquum sit & absurdum, ut imperiti magistris, novi antiquis, & rudes præferantur emeritis. In domo quidem magna, sicut Apostolus [b] disserit, necesse est, ut vasa diversa sint, quædam aurea, & argentea, quædam vero lignea, & fictilia; sed horum ministerium pro materiæ qualitate discernitur, [c] nec idem est pretiosorum usus, & vilium. Nam inordinata erunt omnia, si fictilia aureis, & lignea præferantur argenteis. Sicut autem in ligneis & fictilibus eorum hominum species figuratur, qui nullis adhuc virtutibus nitent; ita in aureis & argenteis hi sine dubio declarantur, qui per longæ eruditionis ignem, & per fornacem diuturni laboris excocti, aurum probatum, & argentum purum esse meruerunt. Quibus si merces pro devotione non redditur, omnis ecclesiastica disciplina resolvitur, omnis ordo turbatur, dum in Ecclesia, qui nullum subierunt ministerium, perverso eligentium judicio indebitum obtinent principatum.

Dist 61. c. 8. Statuimus in aliquo.

1. Timoth. 2. 20.

CAP. V.

Cum ergo inter vos tantum valuerint aut studia [d] popularium, aut ambitus superborum, ut non solum laicos, sed etiam secundarum uxorum viros, aut viduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale provectos; nonne [e] apertissimæ exigunt causæ, ut Ecclesiæ in quibus ista commissa sunt, judicio severiore purgentur, & non solum in tales Præsules, sed etiam in ordinatores eorum ultio competens proferatur? Sed circumstant nos hinc mansuetudo clementiæ, hinc censura justitiæ. [f] Et quia *universæ viæ Domini misericordia, & veritas*, cogimur secundum Sedis Apostolicæ pietatem ita nostram temperare sententiam, ut trutinam pondere delictorum, [g] quorum utique non una mensura est, quædam credamus utcumque toleranda, quædam vero penitus amputanda. Eos enim, qui vel secundas nuptias iniverunt, vel viduarum se conjugio sociarunt, nec apostolica, nec legalis auctoritas Sacerdotium [h] obtinere permittit; & multo magis illum, si fuerit in vestro judicio confutatus, qui, sicut ad nos relatum est, duarum simul est

1. q. 7. c. 19. Fulgent.

BALLER. NOT.Æ.

in clerum recipi, qui grandævi baptizati, *statim post baptismum* clero sese mancipaverint. Vide Siricii ep. ad Himerium c. 9. & Zosimi ad Esychium c. 3. At simul animadvertimus, lectionem Hadrianeam textui insertam haud contradicere huic disciplinæ: neque enim exigit, quod præcipuum est, longi scilicet temporis probationem per gradus singulos, ut in laudatis decretis exigitur. Solum num hæc probatio sumenda sit a pueritia, (quod non ita præcipuum est) S. Leo hic præscindit, uti nonnumquam id præterlisse reperimus prædecessores ejus Cælestinus in epist. ad Episcopos provinciæ Viennensis, & Narbon. c. 3. & Innocentius I. in epist. ad Felicem Nucerinum c. 3. Deinde ea probatio a pueritia licet Romæ & aliis etiam in locis custodita, non tamen ubique, nec semper servabatur: & in Africa præsertim hoc tempore, quo tumultus bellici per plures annos eam Ecclesiam turbaverant, clero vehementer afflicto, non exacte servata fuerat, aut servari potuerat; ita ut nonnulli grandiores in clerum fuissent recepti, aut recipiendi viderentur, qui tamen per suos gradus idoneum experimentum præberent. Hinc fortasse S. Leo remissius agendum in his circumstantiis, & meritorum prædecessorum exemplo præscindendum censuit ab inculcanda conditione pueritiæ; ac proinde primæ scriptionis textum immutans, solam probationem canonicam per gradus singulos, quæ potissima est, iisdem ingessit. Adde tandem quod a Leone hic allegantur *beatorum Patrum sanctiones*, quo *beatorum Patrum* nomine, non Romanorum Pontificum decreta, sed Conciliorum canones significare solet. Ita enim in hac ipsa epistola his verbis cap. 5. *beatorum Patrum regulas* Nicænos canones, & iis capitis 10. *Sanctorum Patrum diminutis inscriptis decreta* canones Sardicenses innuit. Decreta Pontificum, vel *Apostolicæ Sedis*, vel *prædecessorum* suorum decreta vocat, uti cum eodem capite 5. *Apostolica Sedis statuta ac beatorum Patrum regulas* distinguit. Similiter etiam Zosimus in ep. 14 Esychium cap. 2. de hoc quidem probationis argumento scribens, *Tecum faciunt præcepta Patrum, tecum Apostolica Sedis auctoritas*, nomine *Apostolica Sedis* prædecessores, *Patrum* autem appellatione Patres Sardicenses intelligit. Cum vero hi Patres can. 13. præcipiant quidem, ut *per singulos gradus & per longum tempus* eligendorum vita probetur: & in id testimonium Apostoli a Leone recitatum indicent; non autem jubeant *omnem ætatem a puerilibus exordiis usque ad provectiores annos per disciplinam ecclesiasticæ stipendia* decurrere, immo adultos *de foro & de administratione* in clerum recipi, & post legitimi temporis probationem provehi permittant: S. Leo horum Patrum sanctiones appellans, non aliter debuit inculcare, quam in textu inserto continetur. Sic etiam Innocentius I. in epist. ad Felicem Nucerinum c. 3. Sardicensium canonum statuta aperte indicans, cap. 5. nulla facta mentione pueritiæ laicos non probari a clero affirmat; *ita sane ut in eos tempora a majoribus constituta serventur. Nec ullo quilibet Lector, ullo Acolytus, ullo Diaconus, ullo Sacerdos fiat; quia in minoribus officiis si diu perdurent, & vita eorum probetur, & obsequia comprobantur, ut ad Sacerdotium possint omnesque stipendiorum meritis veniant, nec præripiant, quod vita probata moratur accipere*. Et Cælestinus in epist. ad Viennenses c. 3. Sardicenses canones *Patrum decreta* nuncupans ait: *Ordinatos vero quosdam Episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tanta dignitatis fastigium fuerint instituti, contra Patrum decreta ... didicimus; cum ad Episcopatum his gradibus, quibus frequentissime cautum est, debeat perveniri, ut minoribus institutis officiis ad majora perveniant*. Vide ergo S. Leonem in lectione textui inserta & respexisse Sardicenses canones, & a prædecessorum exemplis non discessisse. Hinc porro cognoscitur quam perperam Quesnellus hanc lectionem ab aliquo impostore, veluti *ad recentiores disciplinæ usum accommodatam*; & *eudentem corruptelam MSS. codicibus assutam* in notis traduxerit.

a Codd. Vat. 5845. & Vercell. *sine suffragatione*.

b Idem Vat. *dixit* cum quinque aliis MSS. lectionis decurtatæ. Vat. coll. XII. omittit *ut*.

c Cod. Florent. cum Justello *neque est pretiosorum idem usus & vilium*. Præstiamus lectionem antiquissimi Vat. Vercell. aliorumque coll. Hadrian. quibus faveat etiam tres codd. editionis decurtatæ. In Vat. coll. XI. *nec idem pretiosiorum usus & vilium*.

d Aliquot MSS. *populorum*.

e Al. *apertissima*.

f In MS. Vercell. & apud Justellum: *& quia universa Sedis apostolicæ pietate compellimur ita nostram temperare sententiam*; ubi post vocem *universa* apparet saltus verborum *Via Domini misericordia, & veritas*. Supplevimus ex cod. Florent. aliisque quam plurimis. Cod. Vat. 5845. omittit *cogimur*, & hujus loco habet *ita nostram temperare debemus sententiam*.

g Ita MSS. Hadrian. cum Florent. Quesnelli lectio: *quæ constat non unius esse mensura*: ad editionem decurtatam pertinet. Mox pro *credamus*, quod verbum recepimus ex MSS. Hadrian. atque Justello, cod. Florentinus habet *desideramus*, ut in editione decurtata legitur.

h MS. Vercell. cum Justello *obtendere*. Mox vocibus *vestro judicio* præmissimus particulam *in* ex MSS. Flor. & Hadrian.

ANNO CHRISTI CCCC. 446.

est maritus uxorum, vel [a] illum, qui ab uxore dimissus alteram duxisse perhibetur. [b] Ceteros vero, quorum provectio hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad officium episcopale delecti sunt, neque ex hoc quod uxores [c] habent, possunt esse culpabiles, susceptum Sacerdotium tenere permittimus, [d] non præjudicantes Apostolicæ Sedis statutis, nec beatorum Patrum regulas resolventes, quibus salubriter constitutum est, ne primum, aut secundum, aut tertium in Ecclesia gradum quisquam laicorum quibuslibet suffragiis suffultus ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perveniat. Quod enim nunc utcumque patimur esse veniale, inultum postmodum esse non poterit, si quisquam id quod omnino interdicimus, [e] usurparit: quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi, neque quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impune committi.

CAP. VI. Hæc duo [illegible] omittuntur [illegible] coll. Hadrian. [illegible] c. 30. Donatum.

Donatum autem [f] Salicinensem ex Novatianis cum sua, ut comperimus, plebe conversum, ita dominico gregi volumus præsidere, ut libellum fidei suæ ad nos meminerit dirigendum, quo & Novatiani dogmatis damnet errorem, & plenissime confiteatur catholicam veritatem. Maximum quoque ex laico [g] licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista jam non est, & a spiritu schismaticæ pravitatis alienus, ab episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellimus dignitate; ita ut & ipse libello ad nos edito catholicum se esse manifestet.

[illegible] c. 19. Maximum.

CAP. VII. De Aggaro [h] vero, & Tyberiano, quorum a ceteris, qui ex laicis ordinati sunt, in hoc caussa diversa est, quod eorum ordinationi atroces tumultus, & sævæ seditiones memorantur esse famulatæ, vestro judicio cuncta commisimus: ut relata habiti apud vos examinis fide, quid de supradictis statuendum sit, scire possimus.

ANNO CHRISTI CCCC. 446.

CAP. VIII. Virgines per vim oppressæ quomodo se gerant. 32. q. 5. c. 14. Illa autem.

Illæ autem famulæ Dei, quæ integritatem pudoris oppressione barbarica perdiderunt, laudabiliores erunt in humilitate ac verecundia [i] sua, si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamvis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens [k] invicta non pollui; minus tamen hoc eis oberit, si quod potuerunt animo non amittere, doleant se vel corpore perdidisse [l].

CAP. IX. Hæc & seqq. usque ad finem in coll. Hadrian. subjiciuntur c. V.

Cum itaque de omnibus [m] fere, quæ fratris nostri Potentii relatio continebat, plenissime Dilectionem vestram per David fratrem, & coepiscopum nostrum, qui & Sacerdotii merito nobis est probatus & moribus, videatis instructam; superest, fratres, ut [n] concorditer salubres suscipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis & apostolicis [o] constitutionibus pareatis, & in nullo patiamini providentissima canonum decreta violari. Quæ enim nunc certarum remisimus consideratione caussarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, [p] justa posthac ultione plectamus, [q] in eos specialius & propensius commovendi, qui in Episcopis ordinandis sanctorum Patrum statuta [q] neglexerint, & quos refutare debuerant, consecrarint. Unde si qui Episcopi talem con-

[q] Hic desinit editio decurtata.

BALLER. NOTÆ.

a Quesnellus *ipsum*, quod in solo Merlino, & aliis editis Leoninis reperimus. In margine autem notavit ad sequentia verba, al. *qui a prima uxore dimissus*: quæ lectio in Florent. occurrit, nec non in sex MSS. editionis decurtatæ. b In Quesnello additur *privandum honore decernimus*, quæ verba absunt ab omnibus MSS. & impressis editionis Hadrian. & a cod. Florent. Inveniuntur autem in MSS. editionis decurtatæ, exceptis MSS. coll. XXIV, cum Merlino, & Sichardo. Necessaria quidem non sunt, cum omnia regantur antecedentibus: *nec apostolica, nec legalis auctoritas Sacerdotium obtinere permittit*.

c Ita fere omnes libri editionis Hadrian. cum Florentino, & duobus editionis decurtatæ. Al. *habeant*.

d Quesn. ex lectione MSS. decurtatæ editionis, *non præjudicantes Apostolicæ Sedis statutis, nec præcessorum nostrorum, nostrisq. decretis, quibus &c.* Viderat lectionem textui insertam, & confirmatam omnibus nostris MSS. Hadrianeis, & Florentino: viderat, inquam, apud vulgatum Dionysium, ac in duobus codd. Thuaneis: & nihilominus (quod mirum est) hunc locum in notis num. 9. veluti vitiatum traduxit, cum potius alia lectio ab ipso recepta notari vitio possit, quatenus *præcessorum nostrorum, nostraque decreta, & Apostolica Sedis statuta* unum, & idem sunt: ac propterea S. Leo fortassis priorem scripturam emendans substituit postremis verbis ista *nec beatorum Patrum regulas resolventes*, quæ respiciunt Patrum Sardicensium canones, quorum cap. 4. mentionem fecerat. Ita lectio textus plane cohæret cum illis ejusdem cap. 4. *ne in aliquo apostolica, & canonica decreta violentur*: ubi vox *apostolica* Apostolicæ Sedis statuta, *canonica* autem beatorum Patrum regulas indicant. Mox pro *Constitutum* alias *Statutum*.

e Ita fere omnes codices Hadrian. cum Justello. Codex Florent. & MSS. editionis decurtatæ *usurpare præsumserit*. f Ita vulgati cum MSS. coll. I. V. Undeb. Hisp. & cum codd. coll. XII. & XXI. ac Sichardo. Codex Barber. coll. III. *Saienfem ex Novatiano*. In Collatione Carthaginensi anni 411. num. 128. memoratur *Donatus Episcopus plebis Sajensis*. Cod. Lucensis coll. IV. *Sajacinensem*. MS. Barb. 77. & Quesnellus in margine *Saiatensem ex Novatiano*. Cod. Flor. *Sajacensem ex Novatiano*. Aliæ erroneæ variantes inferiorum codicum omittuntur.

g MS. Var. coll XII. omittit *licet*. Dein *tamen* tum in eodem codice, tum in Vat. Hisp. & Isid. desideratur.

h Particulam *vero* supplevimus ex MSS. Florentino aliisque quinque optimæ notæ.

i Ad ecimus *sua* ex eodem MS. Florent. tribusque aliis optimis codd.

k Legebatur *invita*. Quesn. notavit in margine *Forte invitata*: & ita quidem restituimus ex MS. Florentino. Post pauca ex eodem codice, & alio Barber. coll III. scripsimus *eis* pro *illis oberit*.

l Vide not. 3 Quesn.

m Restituimus adverbium *fere* non tam ex editis Leonis, quam ex MSS. coll. Hadrian. Codices etiam coll. XXI. & XXIV. cum Sichardo idem præferunt. Unde revincitur, quod Quesn. in postilla notavit: *Vulgati additum fere contra MSS. codd. fidem*. Non dissitemur tamen, in MSS. ceterarum nostrarum collectionum editionis decurtatæ, vel mixtæ, & in ipso Florentino hanc particulam prætermitti. Quatenus vero hac in integra epistola a Leone secundis curis fuerit inserta, uti in Hadrianeis exemplaribus exhibetur, in Admonitione explicavimus num. 14.

n Ita omnes codd. & editi Hadrian. & plures editionis mixtæ, qui hunc textum bis repetentes, primo loco Hadrianeam lectionem sequuntur. Ita etiam apud Merlinum: & Quesnellus septem alios MSS. libros similiter legentes allegat not. 4. quos vel Hadrianeæ, vel mixtæ editionis esse credimus. In MS. tamen Florentino habetur *concordi obedientia*, uti in MSS. editionis decurtatæ.

o Cod. Angelicæ coll. XXI. *institutionibus*. In MS. Florent. cum plerisque codd. editionis decurtatæ *servatis*, at *pareatis* in plerisque Hadrian. ex quibus mox nonnulli omittunt *nunc*.

p MS. Vercell. & Justelli editio perperam, ut videtur, *justa postulatione*. Forte *post ultione*. Porro in verbo *plectamus* editio decurtata desinit; & quæ sequuntur, sumta sunt ex Hadrian. collectione, ac MS. Florentino atque codicibus editionis mixtæ.

q Al. *neglexerunt*, & mox *consecrarunt*.

ANNO CHRISTI circ 446. c. 1. & 17. c. 1. 51 qui.

consecraverint Sacerdotem, qualem esse non liceat; etiamsi aliquo modo damnum proprii honoris evaserint, [a] ordinationis tamen jus ulterius non habebunt, nec umquam ei Sacramento intererunt, quod neglecto divino judicio immerito præstiterunt.

CAP. X. Dist. 80. c. 1. Illud sane. Conc. Sardic. can. 6

Illud sane, quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta servari, ut non in quibuslibet locis, neque [b] in quibuscumque castellis, & ubi ante non fuerunt, Episcopi consecrentur: cum ubi minores sunt plebes, minoresque conventus, Presbyterorum cura sufficiat; episcopalia autem gubernacula nonnisi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus oporteat præsidere; ne, quod sanctorum Patrum divinitus inspirata decreta [c] vetuerunt, viculis, & possessionibus, vel obscuris, & solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium, & honor, cui debent excellentiora committi, ipsa sui numerositate vilescat. Quod nunc in sua diœcesi RESTITUTUS Episcopus factum esse caussatus est, & rationabiliter postulavit, ut si Episcopi eorum locorum, in quibus non debuerant ordinari, humana conditione decesserint, loca ipsa [d] ad jus ejusdem Antistis, cui olim propria, vel contigua fuerunt, revertantur. Et inutile est ut sacerdotalis dignitas inconsiderata ordinantis facilitate superflua multiplicatione minuatur.

Presbyteri Curati.

CAP. XI.

De his autem, quæ in sacro virginitatis proposito constitutæ, [e] ut superius dictum est, barbaricam pertulere violentiam, & integritatem pudoris non animo, sed corpore perdiderunt; ea nobis videtur servanda moderatio, ut [f] neque in viduarum dejiciantur gradum, nec in sacrarum & perseverantium virginum numero censeantur: quibus, si [g] in moribus virginalibus perseverant, & castimoniæ soliditatem mente custodiunt, [h] sacramentorum non est neganda communio quia injustum est illas in eo vel argui, vel notari, quod non voluntas amisit, sed vis hostilis eripuit.

ANNO CHRISTI circ 446.

CAP. XII.

Caussam quoque LUPICINI Episcopi illic jubemus audiri, cui multum, & sæpius postulanti communionem hac ratione [i] reddidimus, quoniam cum ad nostrum judicium provocasset, immerito eum pendente negotio a communione videbamus fuisse suspensum. Adjectum etiam illud est, quod huic temere superordinatus esse cognoscitur, qui non debuit ordinari, antequam LUPICINUS in præsenti positus, aut confutatus, aut certe [k] confessus justæ posset subjacere sententiæ; ut vacantem locum, quemadmodum disciplina ecclesiastica exigit, is qui consecrabatur, [l] acciperet.

Lupicini Episcopi appellatio ad judicium Papæ.

CAP. XIII

Si quæ [m] vero aliæ emerserint caussæ, quæ ad statum ecclesiasticum, & ad concordiam pertineant Sacerdotum; illic sub timore Domini [n] volumus ventilentur, & de componendis atque compositis omnibus ad nos relatio plena mittatur, ut ea, quæ juxta ecclesiasticum morem juste & rationabiliter fuerint definita, nostra quoque sententia roborentur. [o] Dat. IV. Id. Augusti.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

a MS. S. Crucis coll. XX. *consecrationis*. Tres alii codd. *ordinationis tamen ejus ulterius licentiam non habebunt*.

b Al. *in quibuslibet*.

c Al *vetuerant*.

d Ita emendavimus ex MS. Florentino. Al. *ad jus ejus Antistis redigantur, cujus fuerunt ante prima*. Justellus *ad jus ejus Antistis redeant, cujus fuerint ante prima*. Quidam codd. hujus postremæ lectionis pro *prima* habent *propria*. Vat. 5845. *ad jus ejus Antistis redeant; quia inutile est* &c.

e Verba *ut superius dictum est* adjecimus ex cod. Florentino, qui cum integram hujus epistolæ lectionem exhibeat, non omittit, ut ceteri Hadrianei omittunt, caput octavum, in quo de iisdem virginibus per vim corruptis alia ratione actum fuerat.

f Virgines sua culpa corruptæ *viduæ antequam nupta* vocari solebant: unde Cyprianus in libro de Habit. Virg. ait: *Dum ornari cupiunt, dum liberius conspici virgines volunt, esse virgines desinunt, furtivo dedecore corruptæ, viduæ antequam nuptæ, non maritis, sed Christi adulteræ*. Et S. Hieronymus in epist. ad Eustochium de Virginitate servanda: *Videar*, inquit, *plerasque viduas antequam nuptas infelicem conscientiam mœstitia tantum vestis protegere*. Hinc vero patet, cur S. Leo in viduarum gradum haud dejici jubet eas virgines, quæ nulla sua culpa, per solam barbarorum vim corruptæ fuerunt. Mox loco verborum *neque in sacrarum* MSS. Vat. 5845. & Vercell. contrario sensu habent *sed in sacrarum*. At perperam: nam præterquam quod anterior particula *neque* aliam similem *nec*, non vero *sed* requirit; ipsa moderatio, quam S. Pontifex *servandam* proponit, videtur exigere ut neque inter viduas, neque inter sacras, & immaculatas virgines censeantur; non vero ut neque ac si non fuissent corruptæ, sacris virginibus cooptentur. Quod si vero statuisset, haud opus esset subjicere, iisdem, si perseverent in proposito, communionem non esse negandam. Congruit etiam hanc decreti moderatio cum eo consilio, quod iisdem virginibus antea præbuit c. 8. ubi laudabiliores futuras affirmat, *si se incontaminatas non audeant comparare virginibus*.

g Editi Leonis *in omnibus virginalibus observationibus*. Justellus, & plures MSS. codd. *in omnibus virginalibus* tantum. Veram lectionem suppeditarunt duo Codices Florentinus, & Fesulanus.

h Vox *sacramentorum* in Cod. Florent. deest. Ideo autem virginibus sine ullo proprio reatu corruptis communionem haud negandam Leo moderatissime sanxit, quia virginibus propria culpa vitiatis *longa* imponebatur pœnitentia, qua diutius a communione arcebantur, ut liquet ex Cypriani ep. 66. ad Pomponium, ex Siricii ep. 10. editionis Constantii num. 4. & ex Innocentii I. ep. ad Victricium num. 15. & 16. Mox pro *illas* alias *eas*. Dein *amisit* pro *amisit* apud Justellum legitur.

i Duo MSS. & Justellus *reddimus*. Mox in MS. Florent. *sæpe vocasset* loco *provocasset*.

k Codd. Vat. 5845. & Vercellensis *confusus*.

l Ita ex sex codd. & Justello. Editi *excipere*.

m Editi omittunt *vero*. Ex nostris MSS. & Justello adjecimus.

n In MS. Florent. deest *volumus*. Justellus *volumus judicio ventilentur*.

o Ita plerique, & vetustiores codices, & editi. Alia quatuor exemplaria *Dat. III. Id.*

EPISTOLA EADEM.

[a] *Ex MSS. editionis decurtatæ.*

[b] Leo universis Episcopis per Africam constitutis in Domino salutem.

CAP. I. CUm [c] in ordinationibus Sacerdotum quædam apud vos illicite usurpata [d] crebrior fama narraret; ratio pietatis exegit ut pro sollicitudine, quam universæ Ecclesiæ ex divina institutione dependimus, rerum fidem studeremus agnoscere: vicem curæ nostræ [e] fratri & consacerdoti nostro POTENTIO [f] delegantes, qui de Episcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquireret, nobisque omnia fideliter indicaret. Unde quia idem plenissime [g] cuncta reseravit, & sub quibus qualibusque Rectoribus quædam Christi plebes in partibus provinciæ Cæsariensis habeantur, sincera nobis relatione patefecit; necessarium fuit ut dolorem cordis nostri, pro quo dominicorum gregum periculis æstuamus, [h] datis litteris promeremus. mirantes tantum apud vos per occasionem temporis impacati, aut ambientium præsumptionem, aut tumultum valuisse popularem, ut indignis quibusque, & longe extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium & gubernatio Ecclesiæ [i] dederetur. Non est hoc consulere populis, sed nocere; nec præstare regimen, sed augere discrimen. INTEGRITAS enim præsidentium, salus est subditorum: & ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus autem, quem aut seditio [k] extorsit, aut ambitus occupavit etiamsi moribus atque actibus non offendat, ipsius tamen initii sui est perniciosus exemplo: & difficile est ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.

Legatus in Africam a S. Leone missus.

Dist. 61. *Miramur tantum.* c. 1.

Quam periculosa est prava muneris ecclesiastici adeptio.

1 Quæst. 1. *Principatus*, quem. 1. 25.

CAP. II. Quod si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus providenter scienterque curandum est ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque præposterum; quanto magis elaborandum est ut in electione ejus, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiæ [l] status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite. Ubi est illa beati Paulli Apostoli per spiritum Dei emissa præceptio, qua in persona Timothei omnium Christi Sacerdotum numerus eruditur, & proinde unicuique nostrum dicitur: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis?* [m] Quid est cito manus imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis est ille qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum [n] servat in eligendo Sacerdote judicium; ita gravi semetipsum afficit damno, qui ad suæ dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cujusquam persona prætermittendum est, quod institutis generalibus continetur:

Episc. super omnes gradus constituitur.

1. Tim. 5. 22. Dist. 58. Quid est manus c. 1.

Quid sit cito manus imponere.

BALLER. NOTÆ.

a Quinam sint decurtatæ editionis MSS. codices, diximus ad Admonitione num. 2. In exemplaribus coll. Hisp. & Isid. hi tituli præmittuntur, ex quibus vulgati profecti sunt. I. *Ne illicita persona ad Episcopatum promoveantur*. II. *De Donato Novatianorum Episcopo, & de Maximo ex Donatistis*. III. *De Aggare, & Tyberiano, qui ex laicis fuerunt ordinati*. IV. *De virginibus sacris, quæ vim barbaricam pertulerunt*. V. *De statutis canonum conservandis*. In tabula collectionis V. Quesnelliana hic titulus notatur num. 84. *Ad Maures Episcopos de illicitis ordinationibus, & de ancillis, quæ virginitatem vi barbarica amiserunt*.

b Hanc inscriptio sumta est ex MSS. coll. Hisp. & Isid. legiturque etiam in coll. XXIV. Antiquiores collectiones editionis decurtatæ inscriptionem omittunt, & solum habent: *Epistola Papæ Leonis ad Maures Episcopos*, quæ verba indicant in inscriptione mentionem factam fuisse provinciæ Mauritaniæ. Quesnellus vulgatam inscriptionem retinuit, quam nullibi invenimus *Leo Episcopus universis Episcopis per Cæsariensem Mauritaniam in Africa constitutis*.

c Quesnellus in prima editione vulgatam lectionem secutus scripserat *de ordinationibus*, uti legitur non solum in MSS. & editis collect. Hadrian. verum etiam in quibusdam MSS. editionis decurtatæ. At in secunda editione emendavit *in ordinationibus* ea forte de caussa, quod hanc lectionem deprehendit in duobus codd. Barberinis 77. & 2888. quorum variantes post primam editionem acceperat. In plerisque sane & potioribus codicibus decurtatæ editionis similiter legitur.

d Ita MSS. coll. III. V. Vindeb. Hisp. & coll. XXIV. Barb. 77. & Fesulan. cum Merlino, & Sichardo. Cod. Vat. Hisp. *celebrior ad nos fama narraret*. Vat. Isid. *celebrior apud nos fama narraret*. Vat. Reg. coll. I. *crebrior ad nos fama perferret*. Lucensis coll. IV. *crebrior ad nos fama pervenerit*. Omnes sunt codices editionis decurtatæ. Quesnellus cum vulgatis Hadrianeam lectionem exhibuit, *crebrior ad nos commeantium fama perferret*.

e Voces *proficiscenti a nobis*, quæ leguntur in editione Hadrianea, a Quesnello cum editis retentas, & hoc loco insertas, expunximus ab hac decurtata editione auctoritate præstantissimorum hujus editionis codicum Vat. Reg. col. I. Lucensis coll. IV. Vindebon coll. V. Vindebon. Hisp. Barb. 77. & unius Fesulani.

f Editi ante Quesn. *injungendas* cum MSS. Hisp. & Isid. ac Barb. 77. nec non codd. coll. XXIV. Merlino, atque Sichardo: & in margine *Aliæ delegantes*. Quesnellus hanc lectionem prætulit ex quatuor MSS. Dionysii, quæ tamen non hanc decurtatam, sed Hadrianeam editionem repræsentant. In secunda vero editione addidit codicem Barberinum coll. III. cui nos adjungimus MSS. coll. I. IV. & V. quorum antiquiorum collectionum lectio præferenda visa est. Mox apud Quesnellum, *quæ secundum scripta, quæ per ipsum ad vos diximus, de Episcopis* &c. quæ verba sunt editionis Hadrianeæ, & in inferioris notæ codicibus editionis decurtatæ. Prætulimus collectiones, & codices antiquiores Vat. Reg. coll. I. Barb. coll. III. Lucen. coll. IV. Vindebon coll. V. alium Vindebon. coll. IX. Hisp. Barb. 77. & unum Fesulanum.

g Quesnellus inseruit cum quibusdam nostris codd. *nostra nostra*: delevimus autem ex MSS. in fine anterioris adnotationis memoratis excepto Fesulano.

h Idem Quesn. lectionem Hadrianeam recepit, quæ legebatur in vulgatis: *Datis nunc quoque ad dilectionem vestram litteris*. Secuti sumus MSS. editionis decurtatæ coll. I. III. IV. V. Vindebon. Hisp. cum Merlino, & Sichardo. Vat. Hisp. & Isid. *Datis nunc ad vos litteris*. Expunctis paullo ante vocibus *secundum scripta, quæ per ipsum ad vos diximus*, de quibus adnot. f diximus, hic etiam expungendæ erant istæ *nunc quoque ad dilectionem vestram*, quæ priorum litterarum mentionem factam præsumunt. Cum vero Leo secundis curis hanc epistolam recognovit, insertis primis vocibus has quoque adjecit.

i MSS. Lucens. Hisp. & Isid. Barb. 77. cum Sichardo, & Merlino *crederetur*.

k Sic MSS. & editi editionis decurtatæ. Quesnellus cum aliis vulgatis, & lectione Hadrianea *consulit*.

l Vox *Domini* a Quesnello hic inserta, seu potius cum vulgatis retenta, delata fuit auctoritate MSS. coll. III. IV. V. Vindeb. Hisp. Barb. 77. editionis decurtatæ. Mox in quatuor MSS. editionis mixtæ *status exorbitabit* omissis verbis *& ordo*. Dein *non invenitur* pro *non inveniatur* in Vat. Hisp. & Isid.

m Codd. Vat. Reg. collect. I. Vindebon. coll. V. alius Vindebon. Hisp. & Barber. 77. cum MS. Florentino S. Marci: *Quid est manus cito nemini imponere, vel imposueris*.

n Ita ex iisdem codicibus. MSS. coll. XXIV. cum Sichardo *sectatur*. Quesnellus retinuit *tenet*.

ANNO CHRISTI circ. 446.

CAP. III.

1 Tim. 3. 2. Episcopus non nisi unius uxoris vir sit, quæ & ipsa unius mariti.

tur: nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit [a] de prævaricatione collatus.

Dicente enim Apostolo, ut inter alias electionis regulas, is Episcopus ordinetur, quem *unius uxoris virum* fuisse aut esse constiterit, tam sacra semper habita est ista præceptio, ut etiam de muliere Sacerdotis eligendi eadem intelligeretur servanda conditio; ne forte illa, priusquam in matrimonium ejus veniret qui aliam non habuisset uxorem, alterius viri esset experta conjugium. Quis ergo dissimulare audeat, quod in tanti sacramenti perpetratur injuriam? cum huic magno venerandoque mysterio [b] ne legis quidem statuta defuerint, quibus evidenter est definitum, ut virginem Sacerdos accipiat, [c] & alterius torum nesciat conjugis, quæ uxor est futura Pontificis? Jam tunc enim in Sacerdotibus figurabatur Christi & Ecclesiæ spirituale conjugium: [d] ut quoniam *vir caput est mulieris*, discat sponsa Verbi non alium virum nosse [e] quam Christum, qui merito unam elegit, unam diligit, & aliam præter ipsam suo consortio non adjungit. Si ergo etiam in veteri testamento hæc sacerdotalium conjugiorum forma servata est; quanto magis sub revelata jam gratia constituti, apostolicis debemus inservire præceptis: ut quamlibet quis bonis moribus præditus, & sanctis operibus invenia-tur ornatus, nequaquam tamen vel ad Diaconii gradum, vel ad Presbyterii honorem, vel ad Episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut uxorem ejus non unius viri fuisse constiterit?

Levit. 21. 13. & 14. Ezech. 44. 22. Sacerdotum vet. Test. conjugium quid figurat. Ephes. 5. 23. 1. Cor. 11. 3. Nota de Subdiaconis celibatum.

CAP. IV.

1. Tim. 3. 10.

Monente [f] vero Apostolo atque dicente: *Et hi autem probentur primum, & sic ministrent*: quid aliud intelligendum [g] in hoc putamus, nisi ut in his provectionibus non solum matrimoniorum [h] privilegia, sed etiam laborum merita cogitemus: ne aut a baptismo rudibus, aut a sæculari actu repente conversis, officium pastorale [i] credamus; cum per omnes gradus militiæ christianæ de incrementis profectuum debeat æstimari, an possint cuiquam majora committi. Merito sanctorum Patrum venerabiles sanctiones, cum de Sacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos [k] sacris administrationibus censuerunt, quorum omnis ætas a puerilibus exordiis usque ad provectiores annos per disciplinæ ecclesiasticæ stipendia cucurrisset, ut unicuique testimonium prior vita præberet: nec posset de ejus provectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro castis moribus, pro actibus strenuis, celsioris loci præmium deberetur. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris, indignum est pervenire; & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adjuvant: quam diligens & quam prudens habenda est dispensatio divinorum munerum & cælestium dignitatum, ne in aliquo apostolica & canonica decreta violentur, [l] & in his Ecclesia Domini regenda credatur, qui legitimarum institutionum nescii, & totius humilitatis ignari, non ab infimis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principium? cum valde iniquum sit & absurdum, ut imperiti magistris, novi antiquis, & rudes præferantur emeritis. In domo quidem magna [m] necesse est, sicut Apostolus disserit, ut vasa diversa sint, quædam aurea & argentea, quædam vero lignea & fictilia; sed horum ministerium pro materiæ qualitate [n] dividitur, nec qui est pretiosorum, idem usus est & vilium. Nam inordinata erunt omnia, si fictilia aureis, & lignea præferantur argenteis. Sicut autem in [o] ligneis & fictilibus eorum hominum species figurantur, qui nullis adhuc virtutibus nitent; ita in aureis & argenteis hi sine dubio declarantur, qui per longæ eruditionis ignem, & per fornacem diuturni laboris excocti, aurum probatum & argentum purum esse meruerunt. Quibus si merces pro devotione non redditur, [p] omnis obedientia resolvitur, omnis ordo turbatur:

ANNO CHRISTI circ. 446.

Dist. 61. *Miramur tantum*, cap. 1. *Merito sanctorum*. Quales esse debeant consecrandi.

Ambitus extinguit, quod meritum non obtinet.

Distinct. 61. *Statuimus ne in aliquo*, c. 8.

2 Tim. 2. 20. In Ecclesia diversa sunt merita, diversa ministeria.

a Restituimus lectionem vulgatorum ante Quesn. quæ est in omnibus codicibus editionis decurtatæ, exceptis duobus Vatt. Hisp. & Isid. qui Hadrianeam lectionem exhibent *contra divinæ legis præcepta collatus*: at Vindebon. Hisp. qui e parte Hispanica collectionis fontibus prodiit, habet, ut ceteri editionis decurtatæ, *de prævaricatione collatus*. Mirum vero est Quesnellum hanc lectionem deseruisse, etsi not. 2 fateatur, eam extare in duobus codd. Trecopith. & Thuan. coll. V. ut induceret lectionem editionis Hadrianeæ ex Dionysio, idest ex coll. Hadrianea, & in quinque aliis codicibus eadem nota memoratis, quorum duos Dionysianos (seu melius Hadrianeos) not. 1. appellat, tres alii editionis mixta ex descriptione ejusdem noscuntur. Mox initio cap. 3. cod. Vindebon. Hisp. omittit *alias*. Vindebonensis autem coll. V. *fuisse constiterit*, *tam sacrata semper habita*.

b Ita codices omnium veterum collectionum editionis decurtatæ I. III. IV. V & Vindebon. Hisp. cum Sichardo. Quesnellus cum vulgatis ex lectione Hadrianea *ne divina quidem legis statuta*.

c Codd. Vindebon. coll. V. & Barb. 77. addunt *uxorem*, vocem a Quesnello pariter insertam in secunda editione ex MSS. ut credimus, coll. V. & Hadrianeis. Delevimus autem, eo quod in reliquis collectionibus editionis decurtatæ & a Merlino, atque Sichardo omittatur. Paullo post *conjugis* pro *conjugis* legitur in MSS. coll. III. V. & Barb. 77. d Particula & pro *ut* est in MSS. Vat. Hisp. & Isid. Vox autem *Verbi* pro voce *Christi*, quam Quesnellus ex margine editorum inseruerat, revocata est ex codicibus præsertim editionis decurtatæ, quos recensuimus adnot. 19. in hanc epistolam integram.

e MS. Vindebon. Hisp. *quam sponsum*: *qui enim unam elegit*. Paullo post *non adjunxit* in cod. Barber. coll. III. & duobus editionis mixtæ.

f Pro *vero* in MS. Vat. Reg. coll. I. habetur *ergo*.

g Confer adnot. 22. in hanc epist. integram.

h Quesnellus *captimentum*, ut in editione Hadrianea. In margine autem notavit, duos codices habere *privilegia*. Id quidem legitur in nostris codicibus editionis decurtatæ exceptis Vat. Hisp. & Isid. qui Hadrianeas lectiones nonnumquam receperunt: nam Vindebon. purus & sincerus Hispanicus habet *privilegia*, sicut etiam Sichardus. i Ita MSS. coll. I. III. V. Vindebon. Hisp. & Barb. 77. Editi cum MSS. col. IV. & Vat. Hisp. & Isid. atque collect. XII. & XXIV. *credatur*. Mox *cum omnis gradus* erat in editis. Emendavimus ex omnibus codd. editionis decurtatæ, a quibus tantum discrepant MSS. coll. I. & III.

k MS. Vat. Reg. coll. I. *sacris agmiabus*.

l Cod. Vat. Reg. & *eis*. Post pauca *exordium* pro *incrementum* in MS. Fesulano.

m MSS. Vat. Reg. Vindebon. Hisp. & Barber. 77. *necesse est ut* (*sicut Apostolus dixit*) *vasa* &c. Sichardus *necesse est* (*sicut Apostolus ait*) *vasa*.

n Quesnellus cum editis *discernitur*, uti legitur in MSS. coll. Hadrianea, & in nostro Vaticano Regina, ac alio Vat. coll. XXIV. editionis decurtatæ. Lectionem vero omnium aliarum collectionum hujus decurtatæ editionis antetulimus: cui favet etiam MS. Florentinum integræ editionis. Paullo post *idem usus est vilium* omissa particula & in MSS. coll. III. V. & Vindebon. Hisp. cum Merlino, & Sichardo.

o Codex Lucensis, duo Vindebonenses, ac Barb. 77. delent *ligneis* &. Post pauca *per longum eruditionis ignem* in Vindebon. Hisp. & Vat. coll. XXIV. cum Sichardo.

p Sic potiores codd. editionis decurtatæ, nimirum illi collect. I. IV. V. Vindebon. Hisp. Barb. 77. & unus Fesulanus. Alias *omnis ecclesiastica disciplina resolvitur*, ut in Hadrianea editione. Mox *subterius* pro *subitere* in duobus Barber. MSS. & in Vindeb. coll. V.

ANNO CHRISTI CIIC. 446. CAP. V.

batur: dum in Ecclesia, qui nullum subiere ministerium, perverso eligentium judicio indebitum obtinent principatum.

Cum ergo inter vos tantum valuerint aut studia popularium, aut ambitus superborum, ut non solum laicos, sed etiam secundarum uxorum viros, aut viduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale provectos: nonne apertissime exigunt caussæ, [a] ut Ecclesias, in quibus ista commissa sunt, judicio severiore purgemus, & non solum in tales Præsules, sed etiam in Ordinatores eorum [b] digna districtione moveamur? Sed circumstant nos hinc mansuetudo clementiæ, hinc censura justitiæ: & quia *universæ viæ Domini misericordia & veritas*, cogimur secundum Sedis apostolicæ pietatem, ita nostram temperare sententiam, ut trutinato pondere delictorum, quæ constat non unius esse mensuræ, quædam dehniamus utcumque toleranda, quædam vero penitus amputanda. Eos enim qui vel secundas nuptias inierunt, vel viduarum se conjugio sociarunt, [c] in Sacerdotio manere non patimur; & multo magis [d] illum, qui simul duarum est maritus uxorum, vel illum, qui a prima uxore dimissus, alteram duxisse perhibetur, privandos honore decernimus. Ceteros vero, quorum provectio hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad officium episcopale [e] delecti sunt, neque ex hoc quod uxores habeant, possunt esse culpabiles, susceptum Sacerdotium tenere permittimus, non præjudicantes apostolicæ Sedis statutis, nec præcessorum nostrorum nostrisque decretis, quibus salubriter [f] statutum est ne primum, vel secundum, aut tertium in Ecclesia gradum quisquam laicorum, quibuslibet suffragiis fultus, ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perveniat. Quod enim nunc [g] utcumque veniale est, inultum postmodum esse non potest, si quisquam id, quod omnino interdicimus, usurpare præsumserit: quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi: nec quod potuit aliqua ratione concedi, [h] amplius patiemur impune committi.

a quæst. 7. *Exigunt caussa*, c. 29.

Ps. 24. 10. 2. quæst. 7. *Exigunt caussa*, c. 27. Non dispensat P. R. cum bigamis aut viduarum maritis etiam in summa necessitate.

c quæst. 7. *Exigunt caussa* c. 27. Episcopus ex laico ordinatus tolerabitur.

e quæst. 7. *Exigunt caussa*, c. 27.

Donatum autem [i] Salicinensem ex Novatianis cum sua, ut comperimus, plebe conversum, ita dominico volumus gregi præsidere, ut libellum fidei suæ ad nos meminerit dirigendum, quo & Novatiani dogmatis damnet errorem, & plenissime confiteatur catholicam veritatem. Maximum quoque ex laico licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista jam non est, & a spiritu schismaticæ pravitatis alienus, ab episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellimus dignitate; ita ut & ipse libello ad nos edito Catholicum se esse manifestet.

ANNO CHRISTI CIIC. 446. CAP. VI. Al. III. 1. quæst. *Donatum autem*, c. 10. De Episc. Novatiano converso. De laico Donatista episcopo facto 1. quæst. 7. *Maximum quoque ex laico*, c. 29.

De Aggaro [k] vero & Tyberiano, quorum a ceteris, qui ex laicis ordinati sunt, in hoc caussa diversa est, quod eorum ordinationi atroces tumultus, & sævæ seditiones memorantur esse famulatæ, vestro judicio cuncta commisimus: ut relata habiti apud vos examinis fide, quid de supradictis statuendum sit, scire possimus.

CAP. VII. Al. IV. De laici ordinatio per tumultum.

Illæ autem famulæ Dei, quæ integritatem pudoris oppressione barbarica perdiderunt, laudabiliores erunt in humilitate ac verecundia [l] sua, si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamvis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens [m] invicta non pollui; minus tamen hoc illis oberit, si quod potuerunt animo non amittere, doleant se vel corpore perdidisse.

CAP. VIII. De virginibus vi barbarica oppressis 32. quæst. 1. *Illæ autem famulæ Dei*, c. 14.

Cum itaque de omnibus, quæ fratris nostri Potentii relatio continebat, plenissime dilectionem vestram [n] videatis instructam; superest, fratres, [o] ut concordi obedientia salubres suscipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis & apostolicis constitutionibus [p] serviatis; & in nullo patiamini [q] pia canonum decreta violari. Quæ enim nunc certarum remisimus consideratione caussarum, antiquis

CAP. IX.

a Inseruimus lectionem MSS. coll. I. III. IV. V. Vindeb. Hisp. & Barb. 77. Quesnellus retinuit vulgatam *ut Ecclesia . . . purgentur*, cui soli codices inferiorum collectionum editionis decurtatæ patrocinantur.

b Quesnellus cum vulgatis *ulsio competens proferatur*. Sed præstantiores codd. edit. decurtatæ superiori adnot. laudati lectionem textui insertam præbuere. His congruunt quatuor alii codices editionis mixtæ. Præterea MSS. libri Vat. Hisp. & Isid. habent *digna districtio moveatur*: duo alii *digna districtione moveantur*. Mox *circumstat*. in Vat. Reg. coll. I. & Vindeb. coll. V. Dein *inde censura* in MS. Barb. 77.

c Ita omnes codices editionis decurtatæ exceptis MSS. coll. XXIV. Concinit etiam cod. S. Crucis editionis mixtæ. MS. Vat. 3791. coll. XI. mixtæ editionis habet *in Sacerdotii munere dignitate non patiamur*. Quesnelius lectionem vulgatorum Hadrianeam secutus est.

d Hanc lectionem præferunt MSS. quinque antiquiorum collect. I. III. IV. V. & Vindeb. Hisp. cum Barb. 77. Quesnellus *illum si fuerit vestro judicio confutatus, qui (sicut ad nos relatum est) duarum simul est maritus uxorum, vel istum, qui ab uxore dimissus alteram duxisse perhibetur, privandum honore decernimus*: & in margine Al. *illum qui prima uxore dimissa*: Vulg. *qui a prima uxore dimissus*. Confer adnot. 36. & 37. in epist. integram.

e MSS. Vindeb. Hisp. & Barb. 77. *electi*. Vat. 3791. *provecti*. Mox *habent* pro *habeant* in duobus Vindebon.

f Duo Vindeb. *constitutum est*. Mox in Vindebon. coll. V. *aut tertium* deest.

g Sic plerique, & potiores codd. editionis decurtatæ. Quesnellus lectionem antecedentis editionis integræ cum Vulg. sequutus est.

h Ita iidem codices editionis decurtatæ excepto Barb. 77. in quo legitur *amplius impune patiemur*. Quesn. *fas erit amplius impune committi*, ut in editione antecedenti.

i Quesn. in marg. Al. *Sajacensem ex Novatiano*. Vide Adnot. 41. in hanc eamdem epist. edit. integræ.

k Vulg. omittunt *vero*, quam particulam ex potioribus nostris codd. adjecimus.

l Confer Adnot. 44. in epist. editionis integræ.

m Vide Adnot. 45. in hanc eamdem epist. integri exempli.

n Quesnellus retinuit lectionem Vulgat. quæ ex Hadrianea editione inserit hæc verba *per David fratrem & Coepiscopum nostrum, qui & Sacerdotii merito nobis est probatus, & moribus*. Sed prætermittuntur in omnibus MSS. decurtatæ editionis collect. I. III. IV. V. Hisp. Isid. Vat. 1340. coll. XII. & Barb. 77. Inveniuntur autem in solis MSS. collect. XXIV. & apud Merlinum, atque Sichardum. Nonnulli etiam codices editionis mixtæ, qui bis hanc periodum repetunt, ut in Admonitione notavimus num. 4. primo quidem loco ex Hadrianea editione sumto ea verba exhibent; secundo vero loco sumto ex MSS. editionis decurtatæ iisdem verbis carent. Ita cod. S. Crucis coll. XX. & MSS. coll. XXI.

o Sic omnes MSS. libri editionis decurtatæ etiam collectionis XXIV. nec non Sichardus, & ante laudati editionis mixtæ secundo loco. Quesnellus Hadrianeam lectionem induxit, *ut concorditer*. Confer adnot. 48. in epist. integram. Dein *per concertationem* pro *per contentionem* in quinque MSS. editionis decurtatæ.

p Sic fere omnes, & præstantissimi codices formæ decurtatæ. Quesnellus cum aliis *pareatis*.

q Idem Quesn. cum lectione Hadrianea *providentissima*. Reposuimus *pia* ex laudatis codicibus & editionibus formæ decurtatæ.

ANNO CHRISTI 446.

tiquis deinceps custodienda sunt regulis: ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, justa [a] posthac ultione plectamus.

EPISTOLA XIII.

[b] Ad Episcopos Metropolitanos per Illyrici provincias constitutos.

SYNOPSIS.

6. Januarii an. 446.

I. *Gratulatur Illyrici Metropolitanis se subjicientibus auctoritati datæ Anastasio, in majoribus præsertim caussis.*

II. *Ut vocati ad Concilium ab Anastasio venire non renuant, hortatur.*

III. *Ut nemo sine consensu plebis ordinetur Episcopus.*

IV. *Ut nullus Episcopus alterius inviti clericum sibi vindicet.*

Dilectissimis fratribus SENECIONI, CAROSO, THEODULO, LUCÆ, ANTIOCHO & VIGILANTIO Metropolitanis [c] per Illyrici provincias constitutis, LEO.

CAP. I.

GRato animo [d] epistolas nostras a vestra dilectione susceptas, recurrentis paginæ sermo testatus est, quas nos pro Ecclesiarum statu & pace solliciti, ne quid novella præsumptio erroris afferret, noscimur direxisse: volentes a Sacerdotibus Domini custodiri, quæ Sedis apostolicæ auctoritas [e] crebro constituit; scilicet ut per Illyricum Ecclesiæ constitutæ ad curam fratris & Coepiscopi nostri ANASTASII Thessalonicensis urbis Antistitis pertinerent. Ut si quæ [f] majores inter Episcopos caussæ sunt, quæ in provinciis suis nequeant terminari, ad ejus notitiam referantur, & eodem arbitro sub divini timore judicii componantur. Servetur hic ordo sacerdotali concordiæ profuturus, ut Ecclesiæ Domini concordi, quemadmodum cupimus, consilio construantur, & nullum insidiante diabolo, aditum possit præbere dissensio, per quam valeat dissipare, quæ nos magno studio habita cupimus moderatione connectere.

ANNO CHRISTI 446.

Majores caussæ per Illyricum Episcopo Thess. commissæ.

CAP. II.

Invitati fratres [g] in caussis maximis, & quæ intra provincias suas finiri nequeant, terminandis, si nulla gravi necessitate retinentur, [h] fraternum studium pro Ecclesiæ utilitate non denegent: maxime cum moderatio nostra [i] providerit, ut non frequens, neque pro levibus caussis conveniendi necessitas indicatur; [k] & binos ternosve Episcopos de singulis provinciis adesse sufficiat, ut leve fiat paucis, quod multis esset onerosum; atque ita efficiatur studio caritatis, ut sacerdotalis tractatus ea, quæ ad disciplinam possunt ecclesiasticam pertinere, sancto sibi Spiritu revelante constituat. Id enim nos, volentes quorumdam inobedientiam justa coercitione corrigere, vestra noverit dilectio definisse: ut quisquis superbo animo, cum nulla corporis, vel caussæ fuerit necessitate detentus, fraternum sæpius voluerit vitare conventum, se sciat esse judicandum.

Synodi congregandæ modus & conditiones.

S. Spiritus etiam provincialibus Synodis revelat.

Non licet abesse a Synodo.

CAP. III.

Et quia memorati fratris nostri sollicita relatione cognovimus Achajæ provinciæ [l] Metro-

a Melior visa est hæc optimorum codicum lectio, quam ceterorum qui cum editis habent *post hac*.

b Edita fuit in Collectione Romana Lucæ Holstenii ex unico codice Barberino 3386. collectionis XVI. Thessalonicensis, cum quo eamdem non inutiliter relegimus.

c Editi & ipse Barberinus codex *per Achajam provinciam* sed omnino perperam: neque enim Achaja, quæ unica erat provincia, plures Metropolitanos in ipsa inscriptione appellatos continebat: neque in nominibus Metropolitarum, ad quos hæ litteræ diriguntur, recenseur nomen Metropolitani Achaiæ, contra quem tertio capite sermo est. Tutissime igitur, ac necessario emendavimus. nam & ad Metropolitas per Illyricum constitutos data fuit epistola 5. quæ citatur cap. 1. & trium etiam Metropolitanorum, quibus hæc epistola inscribitur, provinciis optime collegit Holstenius, quæ omnes ad Illyricum pertinent. Vide not. Quesn. Idem Holstenius pro *Antiocho* legendum suspicatur *Attico*, qui fuit Epiri veteris Metropolita Nicopolitanus. Non assentimur. Nicopolitanus enim Metropolita, ut ex sequenti epistola patebit, coactus delatæ Thessalonicensi Vicario auctoritati se subjecit, non autem sponte, ut illi fecerunt, ad quos hæc epistola data fuit.

d Significari creduntur epistolæ 5. & 6. quas superius dedimus. At si voces *epistolas nostras a vestra dilectione susceptas*, plures epistolas ad ipsos Illyrici Episcopos traditas indicant (qualis non est epistola 6. quæ uni Anastasio data fuit;) alia saltem epistola, quæ perierit, ad eosdem Episcopos scripta dici deberet post epistolam 5. cum præsertim incredibile sit eos epistolæ Leonis fere ante biennium scriptæ, quæ citum responsum flagitaverat, tamdiu distulisse respondere, ut huic responsioni has litteras Pontifex reddiderit. Enim vero cum Leo Illyricianis dedit epistolam quintam, sextam epistolam tradidit Anastasio. Anastasium vero his litteris ante hoc tempus respondisse, & aliquot alias epistolas hinc inde fuisse datas, & redditas patebit ex adnot. 1. in epistolam sequentem. Verisimillimum itaque est Illyricianos quoque citius eadem qua Anastasius sollicitudine respondisse epistolæ quintæ; tum vero nonnullas alias accepisse litteras Leonis, quarum hic plurali numero fit mentio. Solus tamen pluralis numerus *epistolas* non cogeret. Leo enim ep. 102. c. 1. unicam Gallorum epistolam 99. spectans plurali numero utitur: *Dilectionis epistolas . . . gratanter accepimus*. Et similiter epist. 107. de unica Juliani epistola ait: *Rescribens itaque ad epistolas tuas*: ac epist. 117. cap. 1. de unica epistola ad Anatolium: *Ad Constantinopolitanum Episcopum epistolas dederim*. Mox in Cod. Barberino *a tua dilectione*, & post pauca *in provinciis tuis*, seu potius *in provincia tua*; & c. 2. *tua noverit dilectio*: quæ suspicionem afferunt hanc epistolam datam fuisse *a pari*. Sed capitis 4. formulæ pluralis numeri Holstenii emendationem in his tribus testimoniis satis æquam suaserunt, nisi quis forte capitis 4. verba potius emendanda, & singulari numero efferenda existimet. Monemus tamen in epist. 150. quæ pluribus Metropolitis *a pari* data fuit, in codice Grimanico nunc singulari numero *tua*, nunc *vestra* numero plurali scriptum reperiri.

e Respicit anteriorum Pontificum, & suas epistolas de Vicariatu apostolico Episcopi Thessalonicensis.

f Vide not. 1. Quesn. & observationem nostram.

g Vide not. 2. Quesn. Mox *finiri* pro *finire* emendandum credidimus.

h In MS. Barb. corrupte habetur *fraternos studios*. Holstenius, quem sequutus est Quesnellus, correxit *fraterno se studio*. Cum vero ex ingenio emendandum sit, *fraternum studium* magis placet: nisi aliquid supplendum videatur ex ep. 5. cap. 4. & sexta cap. 5. hoc modo: *fraterno se studio sanctæ congregationi non denegent*.

i Quesnellus in margine indicavit hic significari sequentem epistolam ad Anastasium cap. 10. ac si hæc antea scripta fuisset; cum tamen eam postea lucubratam probaturi simus. Alia ergo innuuntur Leonis ad eumdem Anastasium litteræ, quas ante sequentem epistolam datas ac deperditas ostendemus adnot. 1. in epist. sequentem. Neque novum, si de eadem re etiam in sequenti epistola sermo sit cap. 10. Similia enim in pluribus litteris a Leone repetita inveniuntur.

k In MS. habetur *& . . . nostros Episcopos*. Holstenius supplevit, ut credimus, satis tute: cum epistola sequenti cap. 10. *binos Episcopos* ex singulis provinciis Thessalonicam proficisci S. Pontifex jusserit: qui numerus posterius constitutus non impedit quin antea Leo, cum hanc epistolam dedit, latius *binos*, *ternosve* potuerit scribere. In epistola, quæ desideratur ad Anastasium, uti superiori adnot. indicavimus, quæque una cum his litteris transmissa fuit, hac eadem latiori formula usus credi potest.

l Holstenius Petrum Corinthi Episcopum credit, qui adfuit Synodo Calchedonensi an. 451. Sed potius judicandus est prædecessor ejus Erasistratus, qui pseudo-Synodo Ephesina an. 449. interfuit.

ANNO CHRISTI circ. 446.

Consensus Cleri & plebis in ordinationibus.

tropolitanum illicitas & constitutis Patrum nostrisque auctoritatibus interdictas ordinationes sæpe celebrasse, ikudque suis ausibus addidisse, ut Thessalensibus invitis & repugnantibus incognitum & ante non visum Episcopum consecraret; [a] nulli prorsus Metropolitano hoc licere permittimus, ut suo tantum arbitrio, sine Cleri & plebis assensu quemquam ordinet Sacerdotem; sed eum Ecclesiæ Dei præficiat, quem totius civitatis consensus elegerit. Ut itaque nos desides non simus in monendo, quæ custodiri debeant, quæque vitari, ita in exequendis illis atque servandis neminem esse patimur negligentem: cum custodientem [b] talia laus dignissima comitetur, & fructus, ut speramus, a Domino uberior [c] obsequatur; devium vero & apostolicæ constitutionis oblitum, obnoxium habitura sit & ecclesiastica & divina censura.

CAP. IV. Alterius Clericus ab altero non retinendus.

Illud quoque pari observantia ad sacerdotalis concordiæ vinculum ab omnibus volumus custodiri, ut nullus Episcopus alterius Episcopi Clericum sibi audeat vindicare, sine illius ad quem pertinet cessione, quam tamen evidentia scripta contineant: quoniam hoc & [d] canonum definivit auctoritas, & ipsa servandæ unitatis ratio docet: ne omnis ordo ecclesiasticus per hanc licentiam efficiatur instabilis. Altius itaque, fratres carissimi, quæ a nobis [e] pio mentis affectu decerni perspicitis, in pectora vestra descendant: ut nos, qui sollicite cupimus *servare unitatem spiritus in vinculo pacis*, præceptionis nostræ fructum percipiamus, & vestræ dilectionis operibus gratulemur. Volumus enim tam vestrum esse, quam nostrum est, ut per caritatis gratiam constituatur, quod nulla insidiantis diaboli arte violetur. Plenius vero observare debent, quæ caveri ad ipsum fratrem & Coepiscopum nostrum ANASTASIUM [f] scripsimus, eaque in vestram notitiam litteris ipsius volumus pervenire: a quibus fraternitatem vestram nolumus deviare; ut caritatem dominicam custodita Patrum sanctione servemus. Data octavo Idus Januarias, AETIO III. & SYMMACHO viris clarissimis Consulibus.

Litera dimissoria.

EPISTOLA XIV. *

1 Ad ANASTASIUM Thessalonicensem Episcopum.

* Al. XII. Quæ autem erat 14 nunc 18. scripta post præcedentem.

2 *SYNOPSIS.*

ex Dionysio Exiguo.

I. *Quod semper Thessalonicenses Antistites vices apostolicæ Sedis impleverunt.*

II. *Ut Metropolitanis sua jura serventur.*

III. *Ut a Metropolitanis, non laici, non bigami, non viduarum mariti, sed irreprehensibiles ordinentur Episcopi.*

IV. Quod

BALLER. NOTÆ.

a Lectionem codicis revocavimus, quam Holstenius nulla re cogente mutavit sic: *illi prorsus Metropolitanis hoc licere non permittimus*. Ex abusu scilicet Metropolitani Achaiæ non singulare illi præceptum, sed generalem legem omnibus præstitutam, & a nullo violandum se præscribere S. Pontifex innuit, cum quo consentit generale decretum propositum epistola sequenti c. 5.

b Ita codex, & Holstenius. In Quesnelli editione errore typographorum *talis*.

c Corrigendum videtur *subsequatur*: neque enim *obsequor* in subsequendi significatione apud probatos scriptores reperimus. d Vide not. 3. Quesn.

e Sic in MS. Quesnellus cum Holstenio *pio*.

f Quesnellus not. 1. in sequentem epistolam hunc locum de eadem epistola intelligit. Sed in litteris, de quibus hic sermo est, S. Leo Anastasio præceperat, ut quæ decrevit, *in Anatolam* Illyricianorum litteris perduceret; quod in sequenti epistola præceptum nullibi legitur. Similiter ep. 6. noi alia monita eidem Anastasio dedit, ut, *ea in omnium fratrum faceret notitiam pervenire* cap. 6. expresse mandaverat. Hinc alia ad Anastasium epistola, quæ perlit, hoc loco designatur. 1 Quesnellus not. 1. hanc epistolam, quæ in omnibus MSS. chronica notatione caret, ante præcedentem an. 445. scriptam, eidemque præmittendam arbitratus est, eo quod ob aliquam sententiarum similitudinem, quæ in utrisque continentur, eam esse credidit, quæ in præcedenti allegatur cap. ult. illis verbis: *Plenius vero observare debent, quæ caveri ad ipsum fratrem & Coepiscopum nostrum Anastasium scripsimus*. Cum vero similes hujusmodi sententiæ, seu decreta similia Leo identidem inculcare soleat in epistolis diversis (nonnihil sane simile reperitur epistola 6.) hæc similitudo nihil cogit. Potiora autem nobis suppeditant momenta, quibus hanc epistolam diversam, & posteriorem putamus. In præcedenti epistola cap. 1. S. Leo non solum affirmat se ad Anastasium scripsisse, quæ cavenda essent; verum etiam addit: *Eaque in vestram notitiam litteris ipsius volumus pervenire*: quam præcepti partem in his litteris non reperiri observavimus adnot. f. supra in epist. antecedentem. Præterea in his litteris cap. 10. Anastasii facultatem in vocandis ad Synodum Episcopis moderaturus statuit, *binos de singulis provinciis Episcopos* sufficere, eosque a Metropolitis eligendos, qui non ultra dies XV. retardentur. Cum moderationem Thessalonicensi impositam Illyricianis significare in antecedentibus litteris Leoni expediret, nihil horum prætermisisset, si ea epistola post hanc fuisset scripta, nec latiori, & vago sensu *binos terminos* Episcopos sufficere indicasset, *si binos* tantum satis esse antea statuisset. Adde quod in litteris ad Illyricianos cap. 3. traditur Anastasius relationem misisse de Corinthiorum Episcopo Achaiæ Metropolita. De hac autem re aliquid Anastasio rescripsisset S. Leo in hac epistola, si ea scripta fuisset aut eodem die, aut paullo ante, quam laudatas litteras ad Illyricianos traderet. Porro plures litteras a Leone Anastasio datas, vel redditas indicant illa cap. 1. *Abundans enim apud te monitorum scripta nostrorum, quibus de omnium actionum temperantia frequenter instruximus*. Alia igitur epistolæ ante hanc scriptæ ea videntur præstitisse, quæ in præmissis ad Illyricianos litteris indicantur, ita ut hæc epistola non anterior sed posterior habenda sit, idest scripta post diem 6. Januarii an. 446. Porro factum Attici Epiri Metropolitæ Anastasio curante Thessalonicam adducti, quod eidem scribendæ occasionem dedit, *hiemi* contigit ex cap. 1. Num id pertineat ad hiemem exeuntis anni 445. aut ineuntis 446. an vero ad hiemem subsequentem, dubitari posset. At ne ad subsequentem protrahamus, impedit sollicitudo Anastasii, quæ in cogendis citius ad officium Illyrici Metropolitis longiores moras non videtur tulisse erga Atticum solius infirmitatis impedimenta allegantem, ne evocatus Thessalonicam accederet. Confer quæ in hanc rem addidimus in Differt. *de epistolis deperditis* num. 14. Si autem hoc factum Attici affigendum sit hiemi exeuntis anni 445. vel ineuntis 446. ut congruum tempus detur protectioni ejus Romam, ubi de vi sibi illata conquestus est, quo & Anastasii Diaconi cum ejusdem litteris transmissi fuere; hæc epistola ipso anno 446. aliquanto post Januarium exarata dici debet. Hæc vero epistola extat in MSS. collect. II. III. & V. usque ad XIII. atque in XX. usque ad XXIV. Reperitur etiam in Vat. Regina 849. nec non capitibus 3. & 4. per saltum omissis in Vat. 1347. ac Palatino 579.

2 In tabula titulorum præmissa coll. V. in MS. Thuaneo hæc leguntur num. 72. *Ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem, super nimietatis arrogantia vitia apostolica Sedis redarguitio cum subjectis sex titulis decretorum*. Indicantur autem decreta, sed capita sex, quæ longo epistolæ prooemio subjiciuntur. Primum caput incipit a capite tertio nostræ editionis. Caput secundum a verbis 6. cap. *Metropolitano vero defuncto*. Tertium a cap. 7. Quartum a cap. 8. Quintum a cap. 9. Sextum a cap. 10. usque ad finem epistolæ. Synopsim, quam ex Dionysio præmisimus, ad Vaticanum putum Dionysianum cod. 5845. revocavimus.

ANNO CHRISTI 446.

IV. *Quod Subdiaconis carnale connubium denegetur.*

V. *Ut nullus invitis ordinetur Antistes.*

VI. *Ut Metropolitanus* 3 *Epiri de electo, quem est ordinaturus in Episcopum, ad Thessalonicensem Pontificem referat; & de Metropolitano electo similiter Provinciales Episcopi faciant.*

VII. *Ut bina per annos singulos* (al. *per annum provinciales*) *Episcoporum Concilia celebrentur: & si res difficilis emerserit, quæ non possit Thessalonicensis judicio terminari* (al. & in coll. Hisp. *nec fuerit Thessalonicensis Episcopi judicio terminata*) *ad Romanum referatur Antistitem.*

VIII. *Ut si quis Episcopus suam deserens civitatem, majorem sedem ambitus caussa petierit, non solum Ecclesiam obtinere non poterit, sed & sua carere debebit.* (Al. & in Hisp. *nec illam obtinere poterit, & sua carere debebit.*)

IX. *Ut nullus alienum Clericum sollicitare, vel tenere præsumat, suo Episcopo non præbente consensum.*

X. *Ut in evocandis provincialibus Episcopis, a Thessalonicensi Pontifice moderatio conservetur.* (Additur in Hisp. *ne sub hoc colore sacerdotalis honor contumeliis addicatur: nec amplius quam bini de provinciis Episcopi, quos Metropolitani probaverint, dirigantur*).

XI. *Ut non amplius a statuto Concilii tempore, quam dies quindecim remorentur Episcopi.* (Additur in Hisp. *Ut si inter eos de negotio fuerit oborta contentio, cuncta Romano Pontifici sub gestorum insinuatione pandantur, ut ab eo, quod Deo placuerit, ordinetur.*)

☞ TITULI VETERES SEU EXCERPTA

ejusdem epistolæ.

Ex vetustiss. cod. Luc. 490.

XV. *Ex epistolis papæ Leonis ad Anastasium episcopum Thessalonicensem.*

I. *Episcopus bonæ vitæ, non laicus non neofitus, non bigamus, non bigamum habens. Subdiaconus uxorem non accipiat, & si habet abstineat se. Omnes cives concordent in ordinatione episcopi. Invitus episcopus non ordinetur plebi.*

II. *In ordinatione metropolitani omnes episcopi in metropoli congregentur & discutiant presbyteros, & diaconos & ex ipsis ordinetur unus.*

III. *Duas vices in anno concilia fiant.*

IV. *Episcopus si demiserit suam civitatem, & ad aliam apprehenderit, deponatur.*

V. *Episcopus clericum alienum non suscipiat.*

VI. *Metropolitani sine aliis episcopis suam caussam non discutiant.* ☞

ANNO CHRISTI 446.

LEO Episcopus urbis Romæ, ANASTASIO Episcopo Thessalonicensi.

QUanta fraternitati tuæ 4 a beatissimi Petri Apostoli auctoritate sint commissa, & quanta etiam nostro tibi favore sint credita, si vera ratione perspiceres, & justo examine ponderares, multum possemus de injunctæ tibi sollicitudinis devotione gaudere.

CAP. I.

De Vicariatu Thessalonicensi, & caussa Attici Nicopolitani Episcopi.

QUoniam sicut præcessores mei præcessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ priorum secutus exemplum, vices mei moderaminis delegavi: ut curam, quam universis Ecclesiis principaliter ex divina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis 5 adjuvares, & longinquis a nobis provinciis præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes: 6 siquidem continenti opportunoque prospectu promtum tibi esset agnoscere, quid in quibusque rebus vel tuo studio componeres, vel nostro judicio reservares. Nam cum majora negotia & difficiliores caussarum exitus liberum tibi esset sub nostræ sententiæ expectatione suspendere, nec ratio tibi, nec necessitas fuit, in id, quod mensuram tuam excederet, deviandi. Abundant enim apud te 7 monitorum scripta nostrorum, quibus te de omnium actionum temperantia frequenter instruximus: ut commendatas tibi Christi Ecclesias, per exhortationem caritatis ad salubritatem 8 obedientiæ provocares. Quia etsi plerumque existant inter negligentes vel desides fratres, 9 quæ oporteat majore auctoritate curari; sic tamen est adhibenda correptio, ut semper fit salva dilectio. Unde & beatus Apostolus Paulus, ad ecclesiasticum regimen Timotheum imbuens, dicit: *Senioremne increpaveris, sed obsecra, ut patrem; juvenes, ut fratres; anus, ut matres; juvenculas, ut sorores, in omni castitate.* Quæ moderatio si quibuscumque inferioribus membris ex apostolica institutione debetur, quanto magis fratribus & Coepiscopis 10 nostris sine offensione reddenda est? ut licet nonnumquam accidant, quæ in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis, plus tamen erga corrigendos agat benevolentia, quam severitas; plus cohortatio, quam commotio; plus cari-

Antiquitas Vicariatus Thessalon.

MSS. Thuan. & Cant. Majores caussæ.

Servanda in correptione dilectio.

1. Tim. 5. 1.

Dist. 45. Licet nonnumquam.

Correptionis moderatio erga Episcopos.

BALLER. NOTÆ.

3 Editi Leonis ante Quesn. omittunt *Epiri*. In textu quidem generalis lex de omnibus Illyrici Metropolitanis fertur. At Dionysius, ex quo tituli sunti sunt, *Epiri* scripsit.

4 Cod. Vindeb. Hisp. delet præpositionem *a*. Post pauca MSS. collect. III. V. & XXIV. ac Vat. Reg. 849. habent *sede* pro *auctoritate*. Sichardus *a beatissimo Petro Apostolo*. Vide not. 8. Quesn.

5 Collect. Hisp. & Isid. ac MSS. coll. XXI. cum Ratramno in opere adversus Graecos tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 110. necnon editi ante Quesnellum addunt *effectur*. Mox codd. coll. XXIV. cum Sichardo & antiquioribus editis pro *a nobis* præferunt *ab apostolica Sede*. Vide not. 3. Quesn.

6 Codd. Dionys. atque Hadrian. pro *siquidem* habent & Editi cum MSS. coll. XXIV. & Sichardo *quia de continenti*. MSS. Thuan. & Cantab apud Quesn. in margine: *si quidem convententi*.

7 In MSS. coll. XXIV. & Sichardo *monumentorum*. Cum una tantum superest epist. 6. Anastasio ante id tempus data; alias, quæ *abundare*, & *frequenter* datæ dicuntur, desiderari cognoscimus.

8 In Dionys. atque Hadrian. ac duobus MSS. Thuan. *audientia*. Mox *existunt* in MS. Vindebon. coll. V. in Vat. Hisp. & Isid. nec non in duobus Hadrian. Vercellensibus, & apud Justellum.

9 Idem codd. Vat. Hisp. & Isid. *quos oporteat*. Dein pro *auctoritate* MSS. tria Quesnelli *austeritate*.

10 Cod. Vindeb. coll. V. delet nostris.

ANNO CHRISTI 446.

caritas, quam potestas. 11 Sed ab his, qui *quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi*, facile ab hac lege disceditur, & dum dominari magis quam consulere 12 subditis placet, honor inflat superbiam, & quod provisum est ad concordiam, tendit ad noxam: 13 quod, ut necesse habeamus ita dicere, non de parvo animi dolore procedit. Meipsum enim quodammodo 14 in culpam trahi sentio, cum te a traditis tibi regulis immodice discessisse cognosco. Qui si tuæ existimationis parum diligens eras, meæ saltem famæ parcere debuisti: ne quæ tuo tantum facta sunt animo, nostro viderentur gesta judicio. Relegat fraternitas tua paginas nostras, omniaque ad tuos emissa majores apostolicæ Sedis Præsulum scripta percurrat, & vel a me, vel a præcessoribus meis 15 inveniat ordinatum, quod à te cognovimus esse præsumtum.

Philip. 2. 21.

Venit namque ad nos cum Episcopis provinciæ suæ frater noster Atticus, veteris Epiri 16 Metropolitanus Antistes, & de indignissima 17 afflictione, quam pertulit, lacrymabili actione conquestus est coram adstantibus Diaconibus tuis, qui 18 querelis flebilibus nihil contra referendo, ea quæ nobis ingerebantur, fide non carere monstrabant. Legebatur quoque in litteris tuis, quas iidem Diaconi tui detulerunt, quod frater Atticus Thessalonicam venisset, quodque consensum suum etiam scripturæ professione 19 signasset, ut de illo non aliud a nobis posset intelligi, quam proprii arbitrii & spontaneæ devotionis fuisse, quod venerat, quodque chartulam de obedientiæ sponsione conscripserat, in cujus tamen chartulæ mentione signum 20 prodebatur injuriæ. Non enim necessarium fuerat ut obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso jam voluntarii adventus probabat officio. Unde deplorationibus supradicti, hæc verba epistolæ tuæ testimonium præbuerunt, & per hoc, quod non est tacitum, nudatum est illud, quod silentio fuerat adopertum, 21 aditam scilicet Illyrici Præfecturam, & sublimissimam inter mundanos apices Potestatem 22 in exhibitionem insontis Antistitis incitatam: ut missa executione terribili, quæ omnia sibi officia publica ad effectum præceptionis adjungeret, a sacris Ecclesiæ adytis, nullo vel falso insimulatus crimine, extraheretur Sacerdos, cui non ob molestiam ægritudinis, 23 non ob sævitiam hiemis darentur induciæ; sed iter asperum & periculis plenum per invias nives agere cogeretur. Quod tanti laboris, tantique discriminis fuit, ut ex his, qui Episcopum comitati sunt quidam defecisse dicantur.

Atticus Nicopolitanus Episc. Romam contugit.

Metropolitæ minores majoribus obediunt.

ANNO CHRISTI 446. Vir Episcopo illata.

Multum stupeo, frater carissime, sed & plurimum doleo, quod in eum, de quo nihil amplius indicaveras, quam quod evocatus adesse differret, & excusationem infirmitatis obtenderet, tam atrociter, & tam vehementer potueris commoveri: præsertim cum etiam si tale aliquid mereretur, expectandum tibi 24 fuerit, quid ad tua consulta rescriberem. Sed, ut video, bene de moribus meis existimasti, & quam 25 civilia pro conservanda sacerdotali concordia responsurus essem, verissime prævidisti: & ideo motus tuos exequi 26 sine dissimulatione properasti, ne cum moderationis nostræ aliud disponentia scripta sumsisses, faciendi id, quod factum est, licentiam non haberes. An forte aliquod tibi facinus 27 innotuerat, & Metropolitanum Episcopum novi apud te criminis pondus urgebat? At hoc quidem alienum ab illo esse, etiam tu nihil ei objiciendo 28 confirmas. Sed etiam si quid grave intolerandumque committeret, nostra erat expectanda censura: ut nihil prius ipse decerneres, 29 quam quid nobis placeret agnosceres. Vices enim nostras ita tuæ credidimus caritati, ut in partem sis vocatus solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde sicut mul-

3. quæst. 6. Multum stupeo. c. 8.

Civilia respondere.

3. quæst. 6. Multum, c. 8

Thess. Episc. in partem solicitudinis vocatus.

BALLER. NOTÆ.

11. Hanc lectionem, quam Quesnellus ex suis codicibus not. 4. laudatis emendavit, nostri quoque fere omnes & certe potiores confirmant. Vulgatam lectionem: *Sed hi, qui quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi, facile ab hac lege disceruuntur, & dum dominari* præferunt MSS. coll. XXIV. & exemplum Sichardi.

12 Ratramnus loco allegato, & in edit. Concil. *subditis quærunt, placet honor, inflat superbia.*

13 Antiquissimus Vat. 1342. coll. III. *Quod utique necesse habemus, ita dicimus.* Alias Vat. *Quod, ut necesse habemus dicere* idque insereremus textui, si aliis probæ notæ codicibus fulciretur. Justellus quoque legit *habemus.* 14 Al. *in culpa sentio.* Mox *deviasse* pro *discessisse* in Vulg. ante Quesn. cum MSS. coll. XXIV. & Sichardo. Codd. Vindebon. coll. V. & Vercell. Hadrian. *descivisse.*

15 MSS. Vat. Hisp. & Isid. cum Ratramno & Justello atque Vulg. ante Quesn. *inveniet*: perperam: neque enim in Leonis, aut prædecessorum epistolis inveniri poterat ordinatum, quod S. Leo ab Anastasio præsumptum conqueritur. *Inveniat* urgentis simul, & negantis vim habet.

16 Ita MSS. Quidam editi ex Crabbo *Nicopolitanus.* Vid. not. 5. Quesn.

17 Quesnellus prætulit *adflictione*, quam lectionem ipse in uno, quem not. 6. allegat MS. Victor. nos in Vat. 544. utrique collectionis XXIV. & apud Sichardum reperimus. Ceterorum omnium cum editorum, tum codicum lectionem restituendam putavimus.

18 MS. Corb. Coll. II. apud Quesn. in marg. *querulis flentibus.* Paullo post Ratramnus cum Vat. Hisp. & Isid. *eidem ad me Diaconi tui.* In Vindeb. coll. V. & in Vat. Dionysii cum editis ante Quesn. deest *tui.*

19 Cod. Vindebon. coll. V. inserit *sua*, & paullo post *posset* pro *posset*, & *fuisset* pro *fuisse*, & *conscripserets* pro *conscripserat.* 20 Vat. Hisp. cum duobus aliis MSS. coll. XXI. *probatur injuria.*

21 MSS. coll. XXIV. cum editis ante Quesn. & Sichardo *adhibitam.* Ceteri nostri codices, ut in textu. Solus Vindeb. coll. V. prima manu *aditam*, secunda vero emendatum *adhibitam.*

22 Vid. not. 7. Quesn. 23 Cod. Vat. coll. XXIV. cum Sichardo *non obstantis hiemis*; & paullo post *per invias cautes.* 24 Editi ante Quesn. cum Ratramno & MS. Vindeb. Hisp. aliisque codd. coll. XXI. *fuerat.* Hi postremi mox præferunt *quid consulti rescriberemus.*

25 Vide not. 8. Quesn. 26 Ita Dionysius, tres Thuanei codd. & unus Corb. a Quesnello in margine laudati, nec non plerique & potiores nostri exceptis MSS. Hisp. Isid. & alii coll. XXIV. in quibus cum Ratramno, Sichardo, & anterioribus editis habetur *sine dilatione.* Mox *aliud disponentis* in Vat. coll. XXIV. & Sichardo. 27 Ratramnus & MSS. coll. XXIV. cum Sichardo & Vulg. addunt *fratris.* Mox *Metropolitanum*, quod legebatur in editis ante Quesn. restituimus ex plerisque nostris diversarum collectionibus præsertim Vat. 1342. coll. III. & alio Vat. puro Dionysiano. In duobus Vindebon. altero collect. V. altero Hisp. legitur *Nicopolitanum*, quod sine ullo sensus discrimine Quesnellus recepit: Epiri enim Metropolitanus, cujus hic mentio est, erat Nicopolitanus Episcopus. Dein *apud te criminis pondus arguebat* est in MSS. Vat. Hisp. & Isid. nec non in Vat. coll. III. & in coll. XXI. Vindebon. coll. V. habet tantum *arguebat.* In codd. autem Vindebon. Hisp. & Vat. coll XXIV. ac anterioribus editis *apud te criminis pondus urgeret.*

28 Quatuor codd. *confirmasses.* Melius in marg. editionis Labb. *cognoscerit*, *confirmasse.* Postea editi ante Quesn. cum MSS. coll. XXIV. *gessisset*: ceteri codices *committeret.*

29 Justellus *quam quod nobis placere cognoscerem.*

ANNO CHRISTI 446.

multum nos ea, quæ a te pie sunt curata lætificant, ita nimium ea, quæ perperam sunt gesta, contristant. Et necesse est, post multarum experimenta caussarum sollicitius prospici, & diligentius præcaveri: quatenus per spiritum caritatis & pacis, omnis materia scandalorum de Ecclesiis Domini, quas tibi commendavimus, auferatur: præeminente quidem in illis provinciis Episcopatus tui fastigio, sed amputato totius usurpationis excessu.

CAP. II.

De jure Metropolitarum sub Vicario Thessalonic. degentium conservando.

25. q. 2. *Igitur*, c. 5. Nicæni canon. quam reverenter habendi. *Nicæn. can. 4.*

IGitur secundum sanctorum Patrum canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia consecratos, Metropolitanos singularum provinciarum Episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura prætenditur, jus traditæ sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus; ita ut a regulis præstitutis, nulla aut negligentia, aut præsumtione discedant.

CAP. III.

Quinam a Sacerdotio sint arcendi.

Irregularitas ad Sacerdotium.

IN civitatibus, quarum rectores obierint, de substituendis Episcopis hæc forma servetur: ut is, qui ordinandus est, etiam si bonæ vitæ 30 testimonium habeat, non laicus, non neophytus, nec secundæ conjugis sit maritus, 31 aut qui unam quidem habeat, vel habuerit, sed quam sibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam excellens est electio, ut hæc, quæ in aliis Ecclesiæ membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.

Dist. 32. *Omnium Sacerdotum*. c. 1. Tremenda Sacerdotum sanctitas.

CAP. IV.

De Subdiaconorum continentia.

NAM cum extra 32 Clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit 33 liberum; ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec 34 Subdiaconis quidem connubium carnale conceditur: *ut & qui habent, sint tamquam non habentes*, & qui non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus a capite est, dignum est custodiri; quanto magis in primo, 35 aut secundo, vel tertio servandum est, ne aut levitico, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus æstimetur, qui se a voluptate 36 uxoria necdum frenasse detegitur.

1. Cor. 7. 29.

Sacerdotii gradus quatuor.

CAP. V.

De Clerici plebisque postulatione & consensu in Episcoporum electione.

In decret. Ivo t. 3. Dist. 63. *si forte*, c. 36.

CUM ergo de summi Sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur quem 37 Cleri plebisque consensus concorditer postularit: ita ut si in aliam forte personam partium se vota diviserint, Metropolitani judicio is alteri præferatur, qui majoribus & studiis juvatur & meritis: tantum ut nullus invitis & non petentibus ordinetur; 38 ne civitas Episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit; & fiat minus religiosa quam convenit, cui non licuerit habere quem voluit.

Nullus invitis detur Episcopus.

CAP. VI.

De consecrando Episcopo ad Thessalonicensem referendum esse intra Vicariatum ejus.

Dist. 63. *De persona autem*, c. 4.

DE persona autem consecrandi Episcopi, & de Cleri plebisque consensu Metropolitanus Episcopus ad fraternitatem tuam referat; quodque in provincia bene placuit, scire te faciat: ut ordinationem rite celebrandam tua quoque firmet auctoritas. Quæ rectis dispositionibus nihil moræ aut difficultatis debebit adferre, ne gregibus Domini diu desit cura pastorum.

Diu non differenda electio Episcopi.

Dist. 63. *Metropolitano*. c. 19.

Metropolitano vero defuncto, cum in locum ejus alius fuerit subrogandus, provinciales Episcopi ad civitatem Metropolim convenire debebunt: ut omnium Clericorum atque omnium civium voluntate discussa, ex Presbyteris 39 ejusdem Ecclesiæ, vel ex Diaconis optimus eligatur, de cujus nomine ad tuam notitiam provinciales referant Sacerdotes, impleturi vota poscentium, 40 cum quod ipsis placuit, tibi quoque placuisse cognoverint. Sicut enim justas electiones nullis dilationibus volumus fatigari; ita nihil permittimus te ignorante præsumi.

Et dist. 77. in princip. dist.

CAP.

BALLER. NOTÆ.

30 Ita cum Quesnello antiquissimus Vat. coll. III. & Vindebon. coll. V. necnon codd. coll. XXIV. & exemplum Sicharii. Dionysius, & aliæ collectiones cum ceteris editis *testimonio fulciatur*.

31 De necessaria hujus loci emendatione, quam plerique nostri antiqui codices præferunt, vide notam 9. Quesnelli. Solum quidam codices coll. XXI. vulgatam lectionem exhibent, *aut qui vel unam quidem habeat, vel habuerit, sed nec qui sibi viduam copularit*. Alii vero ejusdem coll. cum utroque Hisp. & cum Vat. Isid. *aut qui unam quidem habeat, vel habuerit, sed nec quam sibi viduam copularit*: at particula *nec* delenda in Vat. Isid. subducta lineæ notatur. MS. Vat. coll. III. *sed quam sibi viduam non copularit*.

32 Vide not. 10. Quesn. 33 Quesnellus nihil indicans post vocem *liberum* adjecit *arbitrium*: quod in Dionysio quidem in Hisp. Isid. aliisque posterioribus collectionibus reperimus. Sed magis Leonina visa est lectio anteriorum editionum, quæ cum MSS. coll. III. V. & XXIV. Merlino, & Sichardo hoc substantivum prætermittit. 34 Vide not. 11. Quesnelli.

35 Cod. Vat. Dionysii & Justellus *vel secundo tertiove*. Mox *levitico ministerio* in MSS. coll. XXIV. cum editis ante Quesnellum, qui præ eres corrigendus est, cum in postilla marginali notaverit, vocem *ministerio* in editis additam *deberi in omnibus MSS. codd.* Eam uti maxime congruam infereremus textui, si quibus MSS. alterius antiquioris collectionis probaretur.

36 Justellus *uxorii*. MSS. Hisp. Isid. & coll. XXI. *a voluptate luxuria*.

37 Vide not. 13. Quesn. 38 Editiones Quesnello anteriores cum MSS. Hisp. Isid. & coll. XXI. *ne plebs invita Episcopum*. In fine capitis pro *voluit* alias *voluerit*.

39 Vide not. 14. Quesnelli: & ad verba *ex Diaconis* vide not. ejusdem 15.

40 Vulgat. ante Quesn. cum codd. coll. XXIV. *si quod*.

ANNO CHRISTI 446

CAP. VII.

De Conciliis provincialibus frequentandis.

Dist. 18. De Conciliis, c. 21 & in decr. Ivo l. 4

DE Conciliis autem episcopalibus non aliud indicimus, quam 41 sancti Patres salubriter ordinarunt: ut scilicet bini conventus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quæ inter diversos Ecclesiæ ordines nasci adsolent, judicetur. Ac si forte inter ipsos, qui præsunt, de majoribus (quod absit) peccatis caussa 42 nascitur, quæ provinciali nequeat examine definiri; fraternitatem tuam de totius negotii qualitate Metropolitanus curabit instruere, ut si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita judicio, ad nostram cognitionem, quicquid illud est, transferatur.

Varii judicorum gradus.

CAP. VIII.

De translationibus Episcoporum amputandis.

c. 1. qu. 1. Si quis Episcopus, c. 31.

SI quis 43 Episcopus, civitatis suæ mediocritate despecta, administrationem loci celebrioris ambierit, & ad majorem se plebem quacumque 44 ratione transtulerit: a cathedra quidem pelletur aliena, sed carebit & propria: ut nec illis præsideat, quos per avaritiam concupivit, nec illis, quos per superbiam sprevit. Suis igitur terminis quisque contentus sit, nec supra mensuram juris sui affectet augeri.

Qui cathedram ambit aliam, cathedra & propria.

CAP. IX.

De Clericis transfugis.

10. qu. 3. Alienum Clericum, c. 1.

45 ALienum Clericum, invito Episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo sollicitet: nisi forte ex placito caritatis id inter dantem accipientemque convenerit. Nam gravis iniuriæ reus est, qui de fratris Ecclesia id quod est utilius aut pretiosius audet vel 46 allicere, vel tenere. Itaque si intra provinciam res agitur, transfugam Clericum ad suam Ecclesiam Metropolitanus redire compellet. Si autem longius recessit, tui præcepti auctoritate revocabitur: ut nec cupiditati, nec ambitioni occasio relinquatur.

ANNO CHRISTI 447.

CAP. X.

De Episcoporum a Metropolita vocatione.

Non facile a Sede sua abellendas Episcopus.

IN evocandis autem ad te Episcopis moderatissimum esse te volumus: ne per majoris diligentiæ speciem fraternis gloriari videaris injuriis. Unde si caussa aliqua major extiterit, ob quam 47 rationabile ac necessarium sit, fraternum advocare conventum; binos de singulis provinciis Episcopos, quos Metropolitani crediderint esse mittendos, ad fraternitatem tuam venire sufficiat: * ita ut a præstituto tempore non ultra quindecim dies qui convenerit, retardentur.

* Hic incip. cap. XI. Dionys. Exig.

CAP. XI.

Dissentientibus a Thessalonicensi ceteris Episcopis, Romanum esse consulendum.

SI autem in eo, quod cum fratribus tractandum definiendumve credideris, diversa eorum fuerit a tua voluntate sententia, ad nos omnia subgestorum testificatione 48 referantur, ut remotis ambiguitatibus, quod Deo placeat, decernatur. Ad hunc enim finem, omnem affectum nostrum curamque dirigimus, ut quod ad unitatem concordiæ, & quod ad custodiam pertinet disciplinæ, nulla dissensione violetur, nulla desidia negligatur. Et te igitur, frater dilectissime, & eos fratres nostros, qui de tuis offenduntur excessibus, cum tamen non similis sit 49 omnibus materia querelarum, hortor & moneo, ut quæ pie sunt ordinata, salubriterque disposita, nulla concertatione turbentur. Nemo quod suum est, quærat, sed quod alterius, sicut Apostolus ait: *Unusquisque* 50 *vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem.* Nec enim poterit unitatis nostræ firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum caritatis adstrinxerit: quia *sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* 51 Connexio totius corporis unam sanitatem, unam pulchritudinem facit: & hæc connexio totius quidem corporis unanimitatem requirit, sed præcipue exigit concordiam Sacerdotum. 52 Quibus cum digni-

Unitas concordiæ & custodia disciplinæ unice curandæ.

Philip. 2. 4. Cor. 11. Rom. 15. 2.

Rom. 12. 5.

1. Cor. 12. 12.

Inter omnes Episcopos dignitas est communis.

BALLER. NOTÆ.

41 Vide not. 16. Quesn. 42 MS. Vat. Dionys. codd. coll. XXIV. cum Merlino & Sichardo *nascatur*. In fine capitis pro *transferatur* MS. Vindeb. Hisp. habet *referatur*. 43 Dionys. cum MSS. Hadrian. Hisp. & Isid. inserunt *autem*. Vide not. 17. Quesn. 44 MSS. Vat. coll. III. Vindebon. coll. V. & codd. coll. XXIV. cum editis ante Quesn. *occasione*: ceteri nostri & omnes Quesnelli in margine ab eodem citati *ratione*. Mox *pellatur* pro *pelletur* in codd. Dionys. Hadrian. Hisp. & Isid. 45 Vide not. 18. Quesn. Post pauca editi ante Quesn. cum MSS Vat. Dionysii & duobus Hadrian. ac Vindeb. Hisp. *contentat*.

46 Quesnellus in margine. *Ita edit. Nicolini, Merlini, Romana, & posteriores omnes, & codices MSS. tres. Alii quatuor cum Dion. Cresc. Sichard. Canis. edit. habent* abiicere, *& hoc male*. Omnes fere nostri codices habent *allicere*, pro quo Vat. Dionysii *elicere*, æque bene. Nostra quoque Sichardi editio habet *allicere*. Soli MSS. libri Vat. Hisp. & Isid. *adpicere*. At Vindebonensis, qui puriorem Hispanicam refert, *alicere*. Mox *agatur* in antiquioribus editionibus non solum cum MSS. coll. XXIV. & Sichardo, verum etiam cum Vindeb. coll. V. pro *agitur*. Et paullo post in Vat. Dionysii, & Vindeb. Hisp. *compellat* pro *compellet*: *processit* vero pro *recessit* in antiquis editionibus & MSS. coll. XXIV. 47 Quesnellus ex MSS. addidit *rationabile, ac*. Hæ voces leguntur quoque in nostris codicibus. Desunt in MSS. coll. XXIV. Post pauca *sufficerit* pro *sufficiat* in Vat. coll. III.

48 Ita plerique MSS. libri, & editi cum Dionysio. Quesnellus *referentur*.

49 MSS. coll. XXIV. cum Vulg. ante Quesn. *omnium*.

50 In MSS. Hisp. & Isid. atque in codd. coll. XXI. omittitur *vestrum*. Mox *in bono* pro in *bonum* habent editi ante Quesn. cum MS. Vindebon. coll. V. in quo paullo ante *& sicut Apostolus*.

51 Idem Vindebon. coll. V. *Hæc connexio*.

52 De lectione quidem Dionysii dubitandum non est, ut dubitavit Quesnellus not. 19. Nam in antiquissimo Vaticano & puro Dionysiano codice habetur. *Quibus etsi dignitas communis non est, tamen ordo generalis est*. Concordant MSS. libri Vat. Hisp. & Isid. nec non omnes Hadrianei, præterea Florentinus coll. XIII. & codex peculiaris originis Vat. 1347. ac tandem MSS. coll. XXI. Quesnellus ex suis codd. collect. II. & V. nimirum Corbe-

ANNO CHRISTI 446.

Primæ sententiæ prærogativa.

gnitas sit communis, non est tamen ordo generalis: quoniam & inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis; & cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut ceteris præmineret. De qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio, & magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent; sed esset in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia; & rursus quidam in majoribus urbibus constituti, sollicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad unam Petri Sedem universalis Ecclesiæ cura confluereret, & nihil usquam a suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam 53 esse præpositum, non moleste ferat, aliquem sibi esse prælatum; sed obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat. & sicut non vult gravis oneris farcinam ferre, ita non audeat alii importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus humilis & mitis magistri, dicentis: *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde; & invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.* Quod quomodo experiemur, nisi & illud in observantiam veniat, quod idem Dominus ait? *Qui major est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltaverit, humiliabitur: & qui se* 54 *humiliat, exaltabitur.*

9. quæst. 6. Qui fuit se c. 14.

Matth. 11. 4.

Marc. 11. 29. Matth. 20. 26. Marc. 10. 43. Luc. 22. 26. Luc. 14. 10.

ANNO CHRISTI 449. 21. Julii ann. 449.

EPISTOLA XV.

1 Ad TURRIBIUM Asturicensem Episcopum.

De Priscillianistarum erroribus.

2 SYNOPSIS

ex Collectione Hispanica.

I. *Contra Priscillianistas, qui sanctam Trinitatem, non personis, sed tantum nominibus distinguunt.*

II. *Adversus id, quod Dei Filium posteriorem fuisse credunt quam Patrem.*

III. *Adversus id, quod dicunt, ideo unigenitum dici Christum, quia solus sit de virgine natus.*

IV. *De Natali Domini, quod in eo Priscillianistæ jejunia celebrent.*

V. *Adversus id, quod ajunt animam hominis ex divina esse substantia.*

VI. *Contra id, quod ajunt, diabolum ex se, vel ex chao esse, & propriam* (Quesn. & unus noster cod. addunt *non*) *habere naturam.*

VII. *Contra illud, quod nuptias & procreationes filiorum adstruant esse peccatum.*

VIII. *Contra id, quod corpora humana diabolo dicunt esse figmenta, & a dæmonibus in utero formari.*

IX. *Contra id, quod filios repromissionis ex Spiritu sancto dicunt esse conceptos.*

X. *Contra id, quod animas in cælestibus peccare credunt* (al. *dicunt*) *& secundum qualitatem pec-*

BALLER NOTÆ

beiensi & Trecopithœano, & quatuor aliis Thuaneis hanc aliam lectionem textui inseruit, quam nos in uno Vindebon. Hisp. invenimus. *Quibus etsi dignitas sit communis, non est tamen ordo generalis. Clarius vero & cavillationi minus obnoxium*, inquit in laudata nota, *habent cod. Vindob. MS. & editiones Surii, Merlini, & Nicolini, cum sic legant, quibus cum dignitas sit communis, non est tamen ordo generalis.* Tota mutatio est vocis *etsi* in *cum*, cui quoque particulæ non raro apud probatos scriptores exemplo *tamen* subjicitur. Nobis autem hæc lectio magis placuit, cum eam præferant codices Vat. coll. III. Vindebon. coll. V. Vat. coll. XXIV. peculiaris Vat. Reginæ 849. & præter exemplum Merlini coll. XII. etiam exemplum Sichardi. Eodem tamen utraque recidit nostra & Quesnelli lectio, unde hæc probatur auctoritate plurium collectionum, quarum tres si non superant ætatem Dionysii, eidem profecto suppares existunt, & ab eodem fonte prodire dici nequeunt. Contextus quidem hanc lectionem videtur postulare. In enthymemate enim propositionibus ex duplici comnate constantibus, postremam comma particula *tamen* affectum illud est, quod prodantium assumitur. Probationes autem, quæ a Leone subjiciuntur, quæque discrimen inter Episcopos statuunt, non affirmativam propositionem, qualis apud Dionysium legitur, *tamen ordo generalis est*, videlicet sine discrimine, sed hanc negativam a nobis receptam, *non est tamen ordo generalis*, efflagitant. Cum porro S. Leo in sequentibus fateatur, sicut olim inter Apostolos, ita postea inter Episcopos potestatem esse diversam, *dignitatem*, quam Episcopis communem affirmat, non pro potestate & jurisdictione accipit, sed pro Episcopatus honore, seu caractere, qui sane idem in omnibus est: *ordinem* vero, quem dum *generalem* inter Episcopos negat, diversum innuunt, non tamen pro sacro episcopali Ordine, ut vocare solemus, sed pro Ordine hierarchico, qui cum jurisdictionem & auctoritatem majorem in aliis, in aliis minorem requirat, *non est* utique *generalis*, idest idem in omnibus sine jurisdictionis discrimine. Hinc ex Apostolorum forma, qua Petrum ceteris auctoritate & jurisdictione præfectum Pontifex hoc loco indicat, & aliis in locis apertius declarat, Episcoporum distinctionem ortam tradit, *in quibus non omnes sibi omnia similiter vindicarent, sed quidam in provinciis singulis haberent primam sententiam*, uti Metropolitæ, *quidam vero in majoribus urbibus constituti sollicitudinem susciperent ampliorem*, nimirum non tam in episcopos, quam in Metropolitas ipsos, a quibus *obedientiam exigerent*, uti Exarchi, seu Patriarchæ, ac ipse Episcopus Thessalonicensis, quem Vicarium Sedis apostolicæ cum peculiari jure toti Illyrico idem Leo ejusque antecessores præseverant. Hæc autem eo consilio ordinata pronuntiat, ut per hos *ad unam Petri Sedem universalis Ecclesiæ cura confluereret, & nihil usquam a suo capite dissideret*: quibus summam Romani Pontificis auctoritatem, & jurisdictionis primatum, unitatem Ecclesiæ prospicientem declarat. Ita quatuor veluti ordines, seu gradus hierarchicos inter Episcopos adstruit, Episcopalem, Metropoliticum, Exarchicum seu Vicarii Apostolici, & Pontificium: hisque *etsi dignitatem* episcopalis honoris seu caracteris affirmat *communem, ordinem tamen* hierarchicum *generalem non esse* monet, cum pro diversitate gradus hierarchici auctoritate & potestate distinguantur. Qui hoc testimonium ad æquale omnium Episcoporum jus trahunt, voces *dignitatis* & *ordinis* in recentiorem sensum a leonis mente alienissimum & a contextu dissentientem interpretantes, imperitis fucum facere nituntur.

53 Cod. Vindebon. coll. V. & alius Hisp. delent *esse*.

54 MS. Vindeb. coll. V. *humiliaverit*.

1 Hæc epistola extat in MSS. collect. I. II. III. V. VIII. Hisp. Isid. XI. XII. XVIII. & XX. usque ad XXIV. Eamdem relegimus ad codices cujuscumque collectionis, excentis II. & XVIII. quibus Quesnellus usus est. Præcipue autem memorandi sunt codd. Vat. Reg. coll. I. Vat. coll. III. Vindebon. coll. V. & Vaticanus codex qui in Additionibus continet collectionem VIII. cum ni mira antiquitate & raritate ceteris præstent. Turbinporro nomen quam varie scribatur in MSS. vide not. 1. Quesnelli.

2 Vulgatorum titulos, qui ex collectione Hispanica derivant, ad codicum lectionem revocavimus. In tabula autem coll. V. num. 71. quam ex Thuaneo codice Quesnellus edidit, hi tituli leguntur. *Constitutio ad Turbium Episcopi*

peccati in hoc mundo accipere sortem vel bonam, vel malam.

XI. *Contra id, quod fatalibus stellis dicunt animas hominum obligatas.*

XII. *Contra id, quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt.*

XII. 3 *Contra id, quod Patriarcharum nomina per singula corporis membra disponunt* (al. *describunt.*)

XIV. *Contra id, quod duodecim signa, quæ mathematici observant, per corpus omne distinguunt.*

XV. *De apocryphis scripturis eorumdem Priscillianorum.*

XVI. 4 *De libro Dictinii.* (al. *Dictecinii.*)

TITULI VETERES SEU EXCERPTA

Ejusdem epistolæ.

Ex vetustiss. cod. Luc. 490.

XXXV. *Leo episcopus Turibio episcopo.*

IV. *Non sunt catholici qui dominico die & natali Domini jejunant.*

V. *Substantia animæ ex Deo facta est.*

VI. *Deus malum non fecit.*

VII. *Non est peccatum uxorem ducere.*

VIII. *De hæresi quæ dicit, quia corpus humanum de Deo non est factum.*

IX. *Quia in utero matris ex Deo animatur.*

X. *Quia antea non fit anima & postea corpus.*

XI. *De quo dicunt facta esse.*

XII. *De quo dicunt partes corporum signis & astris pertinere.*

XIII. *Deus fecit animam.*

XIV. *Dicunt corpora humana in potestate siderum sint.*

XV. *De falsis libris hæreticorum.*

XVI. *De dictioni tractatus Hispaniæ provinciæ quinque.*

LEO Episcopus TURRIBIO Episcopo 5 salutem.

A B C D

QUam laudabiliter pro catholicæ fidei veritate movearis, & quam sollicite dominico gregi devotionem officii pastoralis impendas, tradita nobis per 6 Diaconem tuum fraternitatis tuæ scripta demonstrant, quibus notitiæ nostræ insinuare curasti, qualis in regionibus vestris 7 de antiquæ pestilentiæ reliquiis errorum morbus exarserit. Nam & 8 epistolæ sermo, & commonitorii series, & libelli tui textus eloquitur 9 Priscillianistarum fœtidissimam apud vos recaluisse sententiam. Nihil est enim 10 sordium in quorumcumque sensibus impiorum, quod in hoc dogma non confluxerit: quoniam de omni terrenarum opinionum luto multiplicem sibi 11 fæculentiam miscuerunt: ut soli totum biberent quicquid alii ex parte gustassent. Denique si universæ hæreses, quæ ante Priscilliani tempus exortæ sunt, diligentius retractentur, 12 nullus pene invenietur error, de quo non traxerit impietas ista contagium:

Priscillianistarum secta.

BALLER. NOTÆ.

piscopum Asturiensem super XVI. capitulorum consulta Priscillianistarum blasphemiis in XXIII. respondens capitulis, ita, ut est.

I. *Quod & Patris, & Filii, & Spiritus sancti unam asserunt esse personam.*

II. *De processionibus quarumdam virtutum ex Deo, quas habere cœperit, & quas essentia sui ipsa processerit.*

III. *Ide unigenitum dicit Filium Dei, quia simul sit natus ex virgine.*

IV. *Quod nullus Christi honorare se simulent.*

V. *Quod animam hominis divina asserant esse substantia.*

VI. *Quod diabolus nunquam fuerit bonus, nec natura ejus opificium Dei sit.*

VII. *Quod nuptias damnent, & procreationem nascentium perhorrescant.*

VIII. *Quod humana corpora in mulierum uteris in conceptione seminum dæmonum opere figurentur.*

IX. *Quod promissionum filii ex mulieribus quidem nati, sed ex Spiritu sancto concepti sint.*

X. *Animas hominum, antequam inserentur humanis corporibus, fuisse in corpore, & in cælesti habitatione peccasse.*

XI. *Quod fatalibus stellis & animas hominum & corpora adstringant.*

XII. *Quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis sint membra.*

XIII. *Quod omne corpus Scripturarum canonicarum sub Patriarcharum nominibus accipiendum sit.*

XIV. *Statum corporis sub potestate siderum atque signorum pro terrena qualitate teneri.*

XV. *Quod multos codices detestanda perfidia præsumptione diabolica canonici esse simulata titulaverint veritate. quodque ea, quæ extra canonicas Scripturas reperta fuerint, igni debeant concremari.*

XVI. *De tractatibus Dictinii abjiciendis.*

XVII. *De his Sacerdotibus, qui erroribus non resistunt.*

XVIII. *Si descendente ad inferna Christo, caro eius requieverit in sepulcro.*

3 Cum in editis hic titulus deesset, illum ex ingenio supplevit Quesnellus sic: *Contra id quod Scripturarum sententiam superstruunt.* Nos ipsum collectionis Hispanicæ titulum ex MSS. expressimus.

4 Ita cum editis unus noster codex. Ceteri perperam: *Emendanda de libro Turribii Episcopi.* Cod. Vindebon. Hisp. pro *Episcopi* habet *Episcopus Sanctus.*

5 Cod. Vindebon. coll. V addit *Asturiensis*, legendum *Asturicensis*, & delet *salutem.*

6 Hunc *Diaconem* nominari ab Idatio in chronico, Quesnellus in margine animadvertit. In Cod. Vindebon. Hisp. nominis proprii signum distinguitur. 7 Duo codices & editi ante Quesn. *de antiquis.* Mox in Vat. Hisp. *error* vel *morbus* pro *errorum morbus.*

8 Vide not. 2. Quesn. qui mox ex MSS. edit *eloquitur*, cum antea ex solis codd. coll. XXIV. legeretur *demonstrant.*

9 Vide not. 3. Quesn. Mox pro *fœtidissimam*, alias *fœdissimam.* Porro *sententiam* pro *sententiam* habent quidem pierique nostri codices collect. I. III. VIII. Vat. Hisp & Isid. cum MSS. coll. XXI. quibus etiam accedunt codices Corb. coll. II & Grman. coll. XVIII. a Quesnello laudati eadem nota 3. Nihilo tamen minus lectionem *sententiam* præferunt non solum omnes vulgati, sed etiam nostri MSS. libri coll. V. XI. XII. XXIV. nec non ipse codex Germanicus coll. XVIII. prima manu, ut idem Quesnellus fatetur, ac præcipue Vindebonensis puram continens collectionem Hispanicam, quæ hanc epistolam in Hispaniam missam e puriori fonte hausisse credenda est. Hinc ab hac vulgata lectione haud discedendum credidimus, cum præsertim adjectivum *fœtidissimam*, & sequens contextus, *sententiæ* magis congruat quam *sententia.*

10 Al. *sordidum.* Post pauca *de omnium terrenarum opinionum lute*, in antiquioribus editis, & aliquibus codd.

11 Al. *faecem commisuerunt:* Quesn. in margine.

12 Cod. Vindebon. Hisp. *tunc nullus.* Porro *inveniretur* magis placuit ex præstantioribus septem nostris codicibus. Alias *invenitur.* Paullo post in MSS. Vat. Hisp. & Isid. non vero in puriori Vindebon. Hisp. nec in ceteris, *in tenebris je adeo paganitatis immersit per magicarum artium profana secreta, & mathematicorum vana mendacia, ut religionis* &c.

ANNO CHRISTI 447

gium: quæ non contenta eorum recipere falsitates, qui ab Evangelio sub Christi nomine deviarunt, tenebris se etiam paganitatis immersit, ut per magicarum artium profana secreta, & mathematicorum vana mendacia, religionis fidem, morumque rationem in potestate dæmonum, & in 13 effectu siderum collocarent. Quod si & credi liceat & doceri, nec virtutibus præmium, nec vitiis pœna debebitur, omniaque non solum humanarum legum, sed etiam divinarum constitutionum decreta solventur: quia neque de bonis, neque de malis actibus ullum poterit esse judicium, si in utramque partem fatalis necessitas motum mentis impellit, & quicquid ab hominibus agitur, non est hominum, sed astrorum. Ad hanc insaniam pertinet 14 prodigiosa illa totius humani corporis per duodecim cæli signa distinctio, ut diversis partibus diversæ præsideant potestates: & creatura, quam Deus ad imaginem suam fecit, in tanta sit obligatione siderum, in quanta est connexione membrorum. Merito patres nostri, sub quorum temporibus hæresis hæc nefanda prorupit, per totum mundum instanter egere, ut impius furor ab universa Ecclesia pelleretur: quando etiam mundi principes ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, 15 ut auctorem ejus cum plerisque discipulis legum publicarum ense prosternerent. Videbant enim omnem curam honestatis auferri, omnem conjugiorum copulam solvi, simulque divinum jus humanumque subverti, si hujusmodi hominibus usquam vivere cum tali professione licuisset. Profuit 16 diu ista districtio ecclesiasticæ lenitati, quæ etsi sacerdotali contenta judicio, cruentas refugit ultiones, severis tamen christianorum Principum constitutionibus adjuvatur, dum ad spiritale nonnumquam recurrunt remedium, qui timent corporale supplicium. Ex quo autem multas provincias hostilis occupavit irruptio, 17 & executionem legum tempestates interclusere bellorum. Ex quo inter Sacerdotes Dei difficiles commeatus, & rari cœperunt esse conventus, invenit ob publicam perturbationem secreta perfidia libertatem, & ad multarum mentium subversionem his malis est incitata, quibus debuit esse correcta

Fatalis necessitas a Priscillianistis dicta.

Hæresiarcha cum discipulis suis primorum principum jussu ense prostratus.

A Quæ vero illic aut quanta pars plebium 18 a contagione pestis hujus aliena est, ubi, sicut dilectio tua indicat, letali morbo etiam quorumdam Sacerdotum corda corrupta sunt; & per quos opprimenda falsitas, & deferenda veritas 19 credebatur, per ipsos doctrinæ priscillianæ Evangelium subditur Christi: ut ad profanos sensus pietate sanctorum voluminum depravata, sub nominibus Prophetarum & Apostolorum non hoc prædicetur, quod Spiritus sanctus docuit, sed quod diaboli minister inseruit. Quia ergo dilectio tua fideli, quantum potuit, diligentia damnatas olim opiniones 20 sedecim capitulis comprehendit; nos quoque strictim omnia retractamus: ne aliquid harum blasphemiarum aut tolerabile videatur, aut dubium.

Sacerdotes Priscillianistarum errore implicati.

CAP. I.

Quam impie de Trinitate personarum in Deo sentiant Priscillianistæ.

PRimo itaque capitulo demonstratur, quam impie sentiant de Trinitate divina, qui & Patris, & Filii, & Spiritus sancti unam atque eamdem asserunt esse personam, tamquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus sanctus nominetur: nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, 21 alius qui de utroque processit; sed singularis unitas in tribus quidem vocabulis, sed non 22 in tribus sit accipienda personis. Quod blasphemiæ genus de Sabellii opinione sumserunt: cujus discipuli etiam Patripassiani merito nuncupantur: quia si ipse est Filius, qui & Pater, crux Filii, Patris est passio; & quicquid in forma servi Filius Patri obediendo sustinuit, totum in se Pater ipse suscepit. Quod catholicæ fidei sine ambiguitate contrarium est, quæ 23 Trinitatem Deitatis sic *ὁμοουσίαν* confitetur, ut Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum sine confusione indivisos, sine tempore sempiternos, sine differentia credat æquales: quia Unitatem in Trinitate non eadem persona, sed eadem implet essentia.

Aug. l. haeres. 70 Cons. Bracar. c. 1.

Priscillianista Sabellianæ dogmatis & Patripassianorum æmuli.

BALLERINI NOTÆ.

13 Ita omnes nostri codices, & editi ante Quesn. qui ex duobus solis MSS. Thuan. & Grim. *affectu* prætulit. Post pauca pro *discutiur* alias *debetur*. Mox *omnisumque* in MS. Vindeb. Hisp.

14 MSS. Vindebon. Hisp. & Vat. coll. XXI. addunt *&*.

15 Vide not. 4. Quesn. Mox pro *cum plerisque discipulis* alias *ac plerosque discipulos* ex MSS. coll. XXIV. Dein cod. Vindeb. Hisp. *Viderunt enim.... omnemque conjugiorum*.

16 Voce *diu ista* desunt in Vat. Reg. coll. I. Mox in Vat. Hisp. Isid. & MSS. coll. XXI. *refugit ultiones quæ ere; tamen christianorum*. In Vindebon. Hisp. *refugit ultione esse quæris tamen* &c. corrupte. Sed hinc præ. dictæ variantis origo cognoscitur, simulque educet perperam scriptum *ultione esse quæris* pro *ultiones*, *severis*. Dein *ad sperratum* pro *ad spiritale* in laudatis codd. Vat. Hisp. & Isid. atque in illis coll. XXI.

17 Conjunctionem *&* sententiæ magis congruam, a Quesnello licet expunctam, restituimus auctoritate codd. Vat. coll. III. Vindebon. coll. V. & Vat. Hisp. ac Isid. necnon alius Vat. coll. XXIV. ex quibus nonnulli plurali numero *& executiones*. Mox pro *interclusere* editi ante Quesn. *interdixere*. Dein in Vat. Hisp. & Isid. *Difficilis commeatus*, & postea *ad multarum genitium subversionem*.

18 Codd. Vindebon coll. V. & Hisp. ac Vat. coll. XI. XXI. & XXIV. omittunt *a contagione*. Dein *caritas tua* est in duobus MSS. & antiquioribus editis pro *dilectio tua*.

19 Cod. Vat. coll. XXIV. *fuerat*. Mox *doctrina Priscillianæ* in Vat. Reg. coll. I. in Vindebon. Hisp. & in duobus codd. coll. XI. & XXIV. cum editis ante Quesn.

20 Sic omnes nostri codices exceptis MSS. Vat. coll. VIII. & XXIV. in quibus habetur XVII. *capitulis*, computato, ut videtur, postremo hujus epistolæ capite, quod tamen ad sedecim capitula a Turribio proposita & a Leone totidem capitibus rejecta minime pertinet. Post pauca *retractemus* editi ante Quesn. cum sex inferioris notæ codicibus.

21 MSS. Hisp. & Isid. *aut qui*. Mox *procedit* pro *processit* apud Theodulphum lib. de Spiritu sancto.

22 Inseruimus *in* ex Vat. Reg. coll. I. Vindeb. coll. V. Vat. & Vercell. coll. VIII. nec non Vat. Hisp. & Isid. In Vindebon. Hisp. *& non in tribus*, deleto *sed*. Post pauca sex codd. *Patripassiani non immerito*. Dein *Filius Patris obediens sustinuit* in Vindebon. Hisp.

23 Quesnellus cum antea editis & MS. Grim. *Trinitate Unitatis* retinuit, etsi notaverit in margine *Trinitatem Deitatis* reperiri in novem suis codicibus, quibus alii plures nostri accedunt inter quos Vat. Reg. coll. I. & Vindebon. Hisp. solum pro *Deitatis* habent *Divinitatis*. Hanc autem lectionem omnino præferendam evincit similis lectio hujus epistolæ cap. 19. ubi antecedentia compendio repetuntur. Unus Barb. habet *Trinitatis Unitatem*.

ANNO CHRISTI 447.

CAP. II.

De virtutibus quas ex Deo procedere fingunt.

Concil. Brac. 1. c. 2.

IN secundo capitulo ostenditur ineptum vanumque commentum 24 de processionibus quarumdam virtutum ex Deo, quas habere cœperit, & quas essentia sui ipse præcesserit. In quo Arianorum 25 quoque suffragantur errori, dicentium: quod Pater Filio prior sit, quia fuerit aliquando sine Filio; & tunc Pater esse cœperit, quando Filium genuerit. Sed sicut illos catholica Ecclesia detestatur; ita & istos, qui putant unquam Deo id, quod ejusdem est essentiæ, defuisse. Quem sicut mutabilem, ita & proficientem dicere nefas est. Quam enim mutatur quod minuitur, tam mutatur etiam quod augetur.

Priscillian. errore Arianorum infecti.

CAP. III.

Cur unigenitus dicatur apud eos Filius Dei.

Brac. 1. c. 3.

26 TErtii vero capituli sermo designat, quod iidem impii asserant, ideo unigenitum dici Filium Dei, quia solus sit natus ex virgine. Quod utique non auderent dicere, nisi Paulli Samosateni & Photini virus hausissent: qui dixerunt, Dominum nostrum JESUM CHRISTUM, antequam nasceretur ex virgine Maria, non fuisse. Si autem isti aliud de suo sensu intelligi volunt, neque principium de matre dant Christo; asserant necesse est, non unum esse Filium Dei, sed alios quoquo ex summo Patre genitos, quorum hic unus sit natus ex femina, & ob hoc appellietur unigenitus: quia hanc nascendi conditionem alius filiorum Dei nemo susceperit. Quoquo versum igitur se contulerint, in magnæ tendunt impietatis abruptum, si Christum Dominum vel ex matre volunt habere principium, vel Patris Dei unigenitum dinitentur: cum & de matre is natus sit qui erat Deus Verbum, & de Patre nemo sit genitus præter Verbum.

Priscill. virus, Paulli Samosat. & Photini hausserunt.

CAP. IV.

Quod jejunent in Natali Domini, & die dominica.

Brac. 1. c. 4. Joan. 1. 14. Vide supra serm. 4. in Natali Dom. & serm. 3. 4. 5. item de Epiph. serm. 4. in pne. 4.

QUarto autem capitulo continetur, quod Natalem Christi, quem secundum susceptionem veri hominis catholica Ecclesia veneratur, quia *Verbum caro factum est & habitavit in nobis*, non vere isti honorent, sed honorare se simulent, jejunantes eodem die, sicut & die dominico, qui est dies Resurrectionis Christi. Quod utique ideo faciunt, quia Christum Dominum in vera hominis natura natum esse non credunt, sed per quamdam illusionem ostentata videri volunt 27 quæ vera non fuerint; sequentes dogmata Cerdonis atque Marcionis, & cognatis suis Manichæis per omnia consonantes. Qui, sicut in nostro examine detecti atque convicti sunt, dominicum diem, quem nobis Salvatoris nostri Resurrectio consecravit, exigunt in mœrore jejunii; Solis, ut proditum est, reverentiæ hanc continentiam devoventes: ut per omnia sint a nostræ fidei unitate discordes: & dies, qui a nobis in lætitia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Unde dignum est ut inimici crucis & Resurrectionis Christi talem excipiant sententiam, qualem elegerunt doctrinam.

Cerdonis, Marcionis & Manichæi venenis imbuti.

CAP. V.

Quod animam hominis divinæ asserunt esse substantiæ.

Brac. 1. c. 5. Aug. de hæres. hær. 70.

QUinto capitulo refertur, quod animam hominis divinæ asserant esse substantiæ, nec a natura creatoris sui conditionis nostræ distare naturam. Quam impietatem ex Philosophorum quorumdam & Manichæorum opinione manantem catholica fides damnat: sciens nullam tam sublimem, tamque præcipuam esse facturam, cui Deus ipse natura sit. Quod enim de ipso est, 28 id est quod ipse, neque id aliud est quam Filius & Spiritus sanctus. Præter hanc autem summæ Trinitatis unam, consubstantialem, & sempiternam, atque incommutabilem Deitatem, nihil omnium creaturarum est, quod non in exordio sui ex nihilo creatum sit. Non autem quicquid inter creaturas eminet, Deus est, nec si quid magnum est atque mirabile, hoc est quod ille *qui facit mirabilia magna solus*. Nemo hominum veritas, nemo sapientia, nemo justitia est; sed multi participes sunt veritatis, & sapientiæ, atque justitiæ. Solus autem Deus nullius participationis indigus est: de quo quicquid digne utcumque sentitur, non qualitas est, sed essentia. Incommutabili enim 29 nihil accedit, nihil deperit: quia esse illi, quod est sempiternum, semper est proprium. Unde in se manens innovat omnia, & nihil accepit, quod ipse non dederit. Nimium igitur superbi, nimiumque sunt cæci, 30 qui cum dicant humanam animam divinæ esse substantiæ, non intelligunt nihil se aliud dicere, quam Deum esse mutabilem, & ipsum perpeti quicquid potest naturæ ejus inferri.

Ps. 135. 4. Dei summa perfectio, hominis indigentia.

CAP.

BALLER. NOTÆ

24 MS Vat. coll VIII. *de processione*. Mox in Vulg. *essentia sua*. Quesnellus correxit ex omnibus suis codicibus, quibus adstipulantur etiam nostri uno excepto, in quo *& ex quas essentia sua*.

25 Ex MSS. Vindebon. coll. V nec non ex collectione Hisp. & Isid. aliisque codd. inseruimus *quoque* satis congrue indicatur enim, Priscillianistas non solum Sabellianis, de quibus capite antecedenti, sed Arianis *quoque*, licet Sabellianorum errori oppositis, suffragari. Post pauca pro *genuerit* unus cod. *genitrauit*, duo *generarit*. Dein *essentiale* pro *essentia* in Vindeb. Hisp.

26 Duo MSS. Vindebon. coll. V. & Hisp. *Tertio vero* (vel *autem*) *capitulo*. Aliquanto post idem codex coll. V. cum antiquioribus Vulg. *ex summo Patre progenitos*, Dein in Vat. Hisp. *si Christum Dominum nostrum*. Isid. *Dominum Jesum*. 27 MSS. Vindeb. Hisp. & Vat. coll XI. *quæ vera*. Vat. Hisp. & Isid. *quasi vera*. Post pauca Vulg. ante Quesn. cum nonnullis MSS. *dogma Cerdonis*, & *concordantes pro consonantes*.

28 Al. *idem est*. Quidam codices Vat. cum Vindeb. Hisp. *hoc est quod ipse*, *neque aliud est*.

29 Sex nostri codd. *nihil accidit*: & dein Vulg. ante Quesn. cum quibusdam inferioris notæ codd. *nihil accipit*. 30 Codd. Vat. Reg. coll. I. & Vat. Hisp. atque Isid. *quicumque dicunt*. Vindebon. coll. V. *qui cum dicunt*. Dein *natura*, *vel anima ejus inferri* in Vat. Hisp. & Isid. tribusque aliis MSS.

ANNO CHRISTI 447.

CAP. VI.

Quod ajunt diabolum numquam fuisse bonum, nec Dei opus esse, sed ex chao & tenebris emersisse.

Aug. ibid. Brac. 1. c. 7. SExta annotatio indicat eos dicere, quod diabolus numquam fuerit bonus, nec natura ejus opificium Dei sit, sed eum ex chao & tenebris emersisse. quia scilicet nullum sui habeat auctorem, sed 31 omnis mali ipse sit principium atque substantia: cum fides vera, quæ est catholica, omnium creaturarum sive spiritualium, sive corporalium bonam confiteatur substantiam, & mali nullam esse naturam: quia Deus, qui universitatis est conditor, nihil non bonum fecit. Unde & diabolus bonus esset, si in eo quod factus est, permaneret. Sed quia naturali excellentia male usus est, *& in veritate non stetit*, non in contrariam transiit substantiam, sed a summo bono, cui debuit adhærere, descivit; sicut ipsi, qui talia asserunt, a veris in falsa proruunt, & naturam in eo arguunt, in quo sponte delinquunt, ac pro sua voluntaria perversitate damnantur. Quod utique 32 in ipsis malum erit, & ipsum malum non erit substantia, sed pœna substantiæ.

Omnium creaturarum substantia bona est, mali nulla natura.

Joan. 8. 44.

CAP. VII.

Damnant nuptias & usum matrimonii.

Aug. hær. 70. Brac. 1. c. 11. SEptimo loco 33 sequitur, quod nuptias damnant, & procreationem nascentium perhorrescunt: in quo, sicut pene in omnibus, cum Manichæorum profanitate concordant: ideo, sicut ipsorum mores probant, conjugalem copulam detestantur. 34 quia non est illic libertas turpitudinis, ubi pudor & matrimonii servatur & sobolis.

CAP. VIII.

Corpora humana aiunt per diabolum formari, & eorum resurrectionem negant.

Brac. 1. c. 12. Aug. hær. 70. OCtavum ipsorum est, plasmationem humanorum corporum 35 diaboli esse figmentum, & semina conceptionum opera dæmonum in mulierum uteris figurari: propter quod resurrectionem carnis non esse credendam, quia 36 concretio corporis non sit congruens animæ dignitati. Quæ falsitas sine dubio opus diaboli est, & talia prodigia opinionum, figmenta sunt dæmonum, qui non in feminarum ventribus formant homines, sed in hæreticorum cordibus tales fabricantur errores. Quod immundissimum virus de Manichææ impietatis specialiter fonte procedens, olim fides catholica deprehendit atque damnavit.

ANNO CHRISTI 447.

CAP. IX.

Filios promissionis per Spiritum sanctum conceptos esse dicunt.

NOna autem annotatio manifestat, quod filios promissionis, ex mulieribus quidem natos, sed ex Spiritu sancto dicant esse conceptos: ne illa soboles, quæ de carnis semine nascitur, 37 ad Dei conditionem pertinere videatur. Quod catholicæ fidei repugnans atque contrarium est, quæ omnem hominem in corporis animæque substantia a conditore universitatis formari, atque animari intra materna viscera confitetur: manente quidem illo peccati mortalitatisque contagio, quod in prolem a primo parente transcurrit; sed regenerationis sacramento subveniente, quo 38 per Spiritum sanctum promissionis filii renascuntur, non in utero carnis, sed in virtute baptismatis. Unde & David, qui utique erat promissionis filius, dicit ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me*. Et ad Jeremiam Dominus ait: *Prius quam te formarem in utero, novi te; & in vulva matris tuæ sanctificavi te.*

Originis peccati mortalitatis quo contagium.

Ps. 118. 73. Job 10. 8. Jerem. 1. 5.

CAP. X.

Affirmant animas in cœlo peccantes, in corpora detrusas pro peccati pœna.

DEcimo autem capitulo referuntur asserere, animas, quæ humanis corporibus inseruntur, fuisse 39 sine corpore, & in cælesti habitatione peccasse, atque ob hoc a sublimibus ad inferiora delapsas, in diversæ qualitatis principes incidisse, & per aerias ac sidereas pote-

Aug. hær. Brac. 1. c.

BALLER. NOTÆ

31 Vat. Reg. coll. I. cum uno Thuaneo Quesn. *omnibus malis*. Alius noster codex *omnium mali*. Vide not. 6. Quesn. Post pauca sex nostri codd. *cum fides ea, quæ est*.

32 Codd. Vat. Reg. coll. I. duo Vindeb. coll. V. & Hisp. aliique duo Vatt. delent præpositionem *in*. Paullo post *sed pœna substantiæ* delent MSS. Vat 5845 & Germanicum.

33 MSS. Hisp. & Isid. *consequitur*. 34 In Vat. Hisp. & Isid. tribusque aliis MSS. *quia est illic libertas turpitudinis, nos non pudor & matrimonii servatur, & sobolis*. Editi ante Quesnellum sequuntur lectionem textus exceptis verbis *& sobolis*, quorum loco habent *& spes sobolis*.

35 Vindebon. coll. V. *dicere diaboli esse figmentum*. Vat. coll. III. cum antea Vulgat. *diaboli dicere esse figmentum*. Mox Vat. Reg. coll. I. *ope dæmonum*. Hisp. & Isid. *per dæmones*. In antiquiori autem Vindebon. Hisp. *per dæmonum* corrupte, ubi *per* scriptum apparet ex *opere*, vel *opera*, ut in aliis codd. legitur.

36 Ita codd. septem a Quesn. laudati in margine & nostri multo plures cum editione Suvii & Nicolini. Al. *concreatio*. Mox *dignitati* delent. MSS. Grim. & Thuan. ejusdem Quesn.

37 MSS. Vat. Hisp. & Isid. cum tribus aliis *ad illam conditionem*. Paullo post ex MSS. Vindebon. coll. V. & Vat. Hisp. & Isid. revocavimus lectionem editorum ante Quesn. *substantia*, cujus loco Quesnellus scripsit *substantiam*, & in Margine Al. *subsistentia*. Dein *manente quidem in illo* in Vat. 5845.

38 Quesnellus *ex Spiritu Sancto*. Restituimus vulgatam lectionem, quippe quam codd. præstantissimi Vat. Reg. coll. I. Vindebon. coll. V. nec non Hisp. & Isid. cum tribus aliis Vatt. confirmant.

39 Editi ante Quesn. cum plerisque etiam vetustis codd. *in corpore*, sed perperam, ut Quesnellus optime statuit not. 7. Emendationem ejus, quam reperit in tribus tantum MSS. Thuan & Frecopith. collect. V. & Herovall. Isidori coll. XII. nos confirmamus aliis codicibus Vat. coll. III. Vindebon. coll. V. Vercell. & Vat 1353 coll. VIII. alio Vat. & Veneto S. Marci coll. XII. & Vat. Ottobon. 297 coll. XXIII. Paullo post *ob hoc* deest in Vat. coll. XXIV. Post pauca Vat. Hisp. & Isid. cum tribus aliis *in sua qualitatis principes incidisse, & per aereas ac sidereas potestates altas in diversis corporibus esse conclusas*. Vindeb. Hisp. *in se qualitatis .... altas inversis corporibus* cetera ut in lectione præcedenti.

ANNO CHRISTI 447.

potestates, alias duriores, alias mitiores, corporibus esse conclusas, forte diversa & conditione dissimili: ut quicquid in hac vita varie & inæqualiter provenit, ex præcedentibus caussis videatur accidere. Quam impietatis fabulam ex multorum sibi erroribus texuerunt; sed omnes eos catholica fides a corpore suæ unitatis abscidit, constanter prædicans atque veraciter, quod animæ hominum, priusquam suis 40 inspirarentur corporibus, non fuere, nec ab alio incorporantur nisi ab opifice Deo, qui & ipsarum est creator & corporum: & quia per primi hominis prævaricationem tota humani generis propago vitiata sit, neminem posse a conditione veteris hominis liberari, nisi per sacramentum baptismatis Christi, in quo nulla est discretio renatorum, dicente Apostolo: *Quicumque* 42 *enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Judæus, neque Græcus; non est servus, neque liber; non est masculus, neque femina: omnes enim vos unum estis in* CHRISTO JESU. 42 Quid ergo hic agunt cursus siderum, quid figmenta fatorum: quid mundanarum rerum mobilis status, & inquieta diversitas? Ecce tot impares gratia Dei facit æquales, qui inter quoslibet vitæ hujus labores, si fideles permanent, miseri esse non possunt, 43 apostolicum illud in omni tentatione dicentes: *Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est, quia propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus ut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus per eum, qui nos dilexit.* Et ideo Ecclesia, quæ corpus est Christi, nihil de mundi inæqualitatibus metuit, quia nihil de bonis 44 temporalibus concupiscit nec timet inani strepitu fatorum gravari, quæ patientia tribulationum novit augeri.

Anima simul & creata & corpori infusa.

Renatorum in baptismate nulla discretio.

Gal. 3. 27.

Rom. 8. 11.

Ecclesia nihil de hoc mundo metuit, nihil concupiscit.

CAP. XI.

Fatalem necessitatem hominibus imponunt.

Aug. sup. hær. 70. Bras. 1. Syn. c. 9.

UNdecima ipsorum blasphemia est, qua 45 fatalibus stellis & animas hominum, & corpora opinantur obstringi, per quam amentiam necesse est ut omnibus paganorum erroribus implicati, & faventia sibi, ut putant, sidera colere, & adversantia studeant mitigare. Verum ista sectantibus nullus in Ecclesia catholica 46 locus est: quoniam qui se talibus persuasionibus dedit, a Christi corpore totus abscessit.

ANNO CHRISTI 447.

CAP. XII.

Animas certis potestatibus subjiciunt, aliis corporum membra.

DUodecimum inter hæc illud est, quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt; & qualitates interiorum præsulum in Patriarcharum nominibus statuunt, quibus 47 e diverso signa siderea, quorum virtuti corpora subjiciantur, opponunt. Et in his omnibus inextricabili se errore præpediunt, non audientes dicentem Apostolum: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem* 48 *fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis.* Et iterum: *Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & conjunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei.* Quid ergo opus est in cor admittere, quod lex non docuit, quod prophetia non cecinit, quod Evangelii veritas non prædicavit, quod apostolica doctrina non tradidit? Sed hæc 49 aptasunt eorum mentibus, de quibus Apostolus dicit: *Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus; & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Nihil itaque 50 nobiscum commune habeant, qui talia audent vel docere, vel credere, & quibuslibet modis nituntur astruere, quod substantia carnis ab spe resurrectionis aliena sit, atque ita omne sacramentum Incarnationis Christi resolvunt: 51 quia indignum fuit integrum hominem suscipi, si indignum erat integrum liberari.

Aug. & Bras. Syn. 1. Ibid.

Colos. 2. 8

Ibid. 18.

2. Tim. 4. 3.

Integer homo susceptus, ut integer liberetur.

CAP.

BALLER. NOTÆ.

40 Vat. Reg. *inspirentur*. 41 MS. Vindeb. Hisp. delet *enim*.

42 Vat. coll. XXIV. *Quid enim agunt*. Dein *mobiles statur* in Vindebon. coll. V. Postea *facit æquales* in Vindeb. Hisp. & duobus Vatt. coll. XXI.

43 Codd. Vat. Hisp. & Isid. cum tribus aliis præmisso puncto sic præferunt. *Quos* (al. *quod*) *apostolicum illud in omni tentatione monet* (al. *docet*) *dicens: Quis nos* &c. Dein idem codd. & Vindeb. Hisp. *mortificamur* pro *morte afficimur*. 44 MS. Vat. coll. III. aliud coll. VIII. & codd. coll. XXIV. cum antiquioribus editis *corporalibus*. Post pauca *quia patientia* in Vindebon. Hisp.

45 MS. Vindebon. Hisp. *fataliter*. Dein *ut homines paganorum erroribus* in MSS. Vat. Hisp. & Isid. ac tribus aliis codd. In Vindebon. Hisp. *ut hominibus*, ex quo emendatum posterius in laudatis codicibus *ut homines*.

46 Codd. Hisp. & Isid. cum Vat. coll. XXIV. *locus fit*. Mox *quoniam quisquis talibus persuasionibus fit deditur* in quinque nostris codicibus inferioris notæ.

47 Duo Vatt. MSS. coll. XXI. *& diversa signa*. Mox *subjiciuntur* in duobus Vindebonensibus.

48 Unus Vat. *gloriam*. In textu sequenti uterque codex Hisp. & Vat. Isid. *totum corpus compactum & conjunctione subministratum*. 49 Ita omnes codd. Quesn. & nostri excepto Vat. coll XXIV. in quo cum anteriorribus vulgatis *oportet sunt*. Post pauca *de quibus Apostolus loquitur dicens* in Vat. Reg. coll. I. in Vindebon. coll. V. in Hisp. & Isid. ac tribus aliis codicibus.

50 MS. Vat. coll. XXI. *vobiscum*. Mox *communicabunt* pro *commune habeant* in Vat. Hisp. & Isid. codd. qui paullo post omittunt *credere &*. Vindebonensis Hisp. delet *vel credere*.

51 Duo MSS. Vat. coll. XXI. & Justelli codex a Labbeo citatus *quia sicut dignum fuit integrum hominem suscipi, sic dignum erat integrum hominem liberari*. Idem legitur in Vat. Hisp. & Isid. hac exceptione, quod per errorem primo loco habent *sicut indignum*.

ANNO CHRISTI 447.

CAP. XIII.

Qualem scripturarum scientiam astruant?

Aug. hær. 50. Brac. 1. c. 29.

TErtio decimo loco positum est eosdem dicere, quod omne corpus scripturarum canonicarum sub Patriarcharum nominibus accipiendum sit: quia illæ duodecim virtutes, quæ reformationem hominis interioris operantur, in horum vocabulis 52 indicentur, sine qua scientia nullam animam posse assequi, ut in eam substantiam, de qua prodiit, reformetur. Sed hanc impiam vanitatem despectui habet christiana sapientia, quæ novit 53 veræ Deitatis inviolabilem & inconvertibilem esse naturam; animam autem, sive in corpore viventem, sive a corpore separatam, multis passionibus subjacere. Quæ utique 54 si de divina esset essentia, nihil adversi posset incidere. Et ideo incomparabiliter aliud creator, & aliud creatura. Ille enim semper idem est, & nulla varietate mutatur; hæc autem mutabilis est, etiam non mutata, quia ut non mutetur, donatum poterit habere, non proprium.

CAP. XIV.

Siderum & signorum potestati hominem subjiciunt.

SUb quarto decimo vero capitulo, de statu corporis sentire dicuntur, quod sub potestate siderum atque signorum pro terrena qualitate teneatur; & ideo multa in sanctis libris, quæ ad exteriorem hominem pertineant, reperiri, ut in ipsis scripturis 55 inter divinam terrenamque naturam quædam sibi repugnet adversitas: & aliud sit, quod sibi vindicent animæ præsules, aliud quod corporis conditores. Quæ fabulæ ideo disseruntur, ut & anima divinæ affirmetur esse substantiæ, & caro credatur malæ esse naturæ: quoniam & ipsum mundum cum elementis suis non opus Dei boni, sed conditionem mali profitentur auctoris: atque ut hæc mendaciorum suorum sacrilegia bonis titulis colorarent, omnia pene divina eloquia sensuum nefandorum immissione violarunt.

Brac. 1. c. 8 & 14. Aug. hær. 50.

ANNO CHRISTI 44.

CAP. XV.

Scripturas veras adulterant, falsas inducunt.

Aug. hær. 50. & Brac. 1. c. 27.

DE qua re quinti decimi capituli sermo conqueritur, & præsumtionem diabolicam merito detestatur: quia 56 & nos istud veracium testium relatione comperimus, & multos corruptissimos eorum codices, qui canonici titularentur, invenimus. Quomodo enim decipere simplices possent, nisi venenata pocula quodam melle prælinirent, ne usquequaque sentirentur insuavia, quæ essent futura mortifera? Curandum ergo est, & sacerdotali diligentia maxime providendum, ut falsati codices, & a sincera veritate discordes, in nullo usu lectionis habeantur. Apocryphæ autem scripturæ, quæ sub nominibus Apostolorum multarum habent 57 seminarium falsitatum, non solum interdicendæ, sed etiam penitus auferendæ sunt, atque ignibus concremandæ. Quamvis enim sint in illis quædam, quæ videantur speciem habere pietatis, numquam tamen vacua sunt venenis, 58 & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos, laqueis cujuscumque erroris involvant. Unde si quis Episcoporum, vel apocrypha haberi 59 per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices in Ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione vitiati, hæreticum se noverit judicandum: quoniam QUI ALIOS ab errore non revocat, seipsum errare demonstrat.

Apocrypha, non solum interdicenda, sed combuenda.

Episcopus erroris suspectus est, qui errantem non corrigit.

CAP. XVI.

De Dictinii scriptis.

Aug. & Brac. ibidem.

60 POstremo autem capitulo hoc prodidit justa querimonia, quod Dictinii tractatus, quos secundum Priscilliani dogma conscripsit, a multis cum veneratione legerentur: cum, si aliquid memoriæ Dictinii tribuendum putant, reparationem ejus magis debeant amare quam lapsum. Non ergo Dictinium, sed Priscillianum legunt, & illud probant, quod errans docuit, non quod 61 correctus elegit. Sed nemo hoc impune præsumat, nec inter catholicos censeatur, quisquis utitur scriptis, non ab Ecclesia solum catholica, sed etiam a suo auctore damnatis. 62 Non sit perversis liberum simulare quod

Dictinius Episcopus a hæresi conversus.

BALLER. NOTÆ.

52 Vat. Hisp. & Isid. *dedicentur*. Vindebon. Hisp. *disentur*.

53 In codd. Vat. Hisp. & Isid. deletur *vera*. Mox pro *inconvertibilem* cod. Vat. coll. XXIV. & editio Rainaudi 1671. habent *incorruptibilem*. 54 Ita cum Quesn. nostri codices. Alias *si divina esset essentia*. Post pauca pro voce *incomparabiliter* a Quesnello recepta plerique nostri codices habent cum anterioribus vulgatis *ineffabiliter*. At congruentiorem lectionem excludere ausi non sumus, quæ præfertur in antiquissimo Vat. 5845. Mox cod. Vercell. *aliud est creator*. Duo Vatt. cum editis ante Quesn. *aliud creator est, aliud creatura*. Sub finem capitis *datum* pro *donatum* in antiquissimo Vat. coll. VIII. & alio Vat. coll. XXIV. cum vetustioribus editionibus.

55 Vat. Hisp. & Isid. *inter divinam, vel terrenam, humanamque naturam*. Post nonnulla *feruntur* pro *disseruntur* in Vat. 5845. 56 Cod. Vindebon. coll. v. & *nostrorum veracium testium*. Alius Vindebon. Hisp. & unus Vat. *testimonium* pro *testium*. Deinde MSS. Vatt. coll. XXI. & XXIV. cum antiquioribus editis *titulantur*.

57 Vat. cod. coll. 111. & in decreto de Apocryphis, quod ex hoc loco sumtum in Appendice dabimus, *semina*. Vat. Reg. coll. I. & Vindebon. Hisp. *seminaria*. Dein *interdicendæ* pro *interdicendæ* in MSS. Grim. & Vict. Quesnelli. 58 Vat. Hisp. & Isid. *sed per fabularum*. Vindebon. coll. V. & *per famulorum*. Paulo post pro *narratione* tres Vatt. codd. *narrationibus*. Mox in vat. 5845. *seductis laqueis implicentur erroris*. Tres codd. in decreto de Apocryphis *seductis laqueis cujuscumque erroris implicentur*.

59 In MSS. coll. XXI. & in decreto de Apocryphis deest *per domos*. Deinde *corrupti* pro *vitiati* in Vat. Hisp. Isid. & quatuor aliis codicibus, atque in editis ante Quesn.

60 Vat. Hisp. & Isid. *Post hæc prodidit justa querimonia*. Mox pro *Dictinii* Quesn. in margine *Al. Dictinii*. De Dictinii autem ejusque tractatibus vide not. 8. Quesn. & observationes, quas eidem subjiciemus. Dein *qui si aliquid* in vat. Hisp. & Isid. pro *cum si aliquid*.

61 Dictinii correctio Toletano I. subjicitur, eamque vindicabimus in observat. ad not. 8. Quesnelli. Mox pro *impune* laudati codices vat. Hisp. & Isid. *imponere*. Dein pro *scriptis* alias *scripturis*.

62 Iidem codd. *Ne sit*: & postea *ne sub velamine*. Deinde omittunt *cordis*, & post pauca pro *dum se nostrot* habent cum Vindeb. Hisp. *dum sensus nostros*.

ANNO CHRISTI 447.

quod fingunt, nec sub velamine nominis christiani, decretorum imperialium statuta declinent. Ideo enim ad Ecclesiam catholicam cum tanta cordis diversitate conveniunt, ut & quos possunt, suos faciant, & legum severitatem, dum se nostros mentiuntur, effugiant. Faciunt hoc Priscillianistæ, faciunt Manichæi, quorum cum istis tam fœderata sunt corda, ut solis nominibus discreti, sacrilegiis autem suis inveniantur uniti: quia etsi vetus testamentum, quod isti se suscipere simulant, Manichæi refutant, ad unum tamen finem utrorumque tendit intentio, cum quod 63 illi abdicando impugnant, isti recipiendo corrumpunt.

Priscillianistæ a Manichæis non discreti.

In execrabilibus autem mysteriis eorum, quæ quanto immundiora sunt, tanto diligentius 64 occuluntur, unum prorsus netas est, una est obscenitas, & similis turpitudo. Quam etsi eloqui erubescimus, sollicitissimis tamen inquisitionibus indagatam, & Manichæorum, qui comprehensi fuerant, confessione detectam, ad publicam fecimus pervenire notitiam: ne ullo modo posset dubium videri, quod in judicio nostro, cui non solum frequentissima præsentia Sacerdotum, sed etiam illustrium virorum dignitas, & pars quædam Senatus, ac plebis interfuit, ipsorum qui omne facinus perpetrarant, ore reseratum est; sicut ea, quæ ad dilectionem 65 tuam nunc direximus, gesta demonstrant. Quod autem de Manichæorum fœdissimo scelere, hoc etiam de Priscillianistarum incestissima consuetudine olim compertum, multumque vulgatum est. 66 Qui enim per omnia sunt impietate sensuum pares, non possunt in sacris suis esse dissimiles.

Concilium Romæ contra Manichæos in Hispaniam transmissum.

67 Decursis itaque omnibus, quæ libelli series comprehendit, & a quibus commonitorii forma non discrepat, sufficienter, ut opinor, ostendimus, quid de his, quæ ad nos fraternitas tua retulit, censeamus, & quam non sit ferendum, si tam profanis erroribus etiam quorumdam Sacerdotum corda consentiunt, vel, ut mitius dixerim, non resistunt. QUA CONSCIENTIA 68 honorem sibi præstitum vindicant, qui pro animabus sibi creditis non laborant? Bestiæ irruunt, & ovium septa non claudunt. 69 Fures insidiantur, & excubias non prætendunt. Morbi crebrescunt, & remedia nulla prospiciunt. Cum 70 autem etiam illud addunt, ut his, qui sollicitius agunt, consentire detrectent, & impietates olim toto orbe damnatas, subscriptionibus suis se anathematizare dissimulent: quid de se intelligi volunt, nisi quod non de numero fratrum, sed de parte 71 sunt hostium?

Quid de Episcopis non laborantibus existimandum?

CAP. XVII.

An caro Christi vere requieverit in sepulcro.

De vera Christi sepultura dubitatum in Hispania.

IN eo vero, quod 72 in extrema familiaris epistolæ tuæ parte posuisti, miror cujusquam Catholici intelligentiam laborare, tamquam incertum sit, an descendente ad inferna Christo, caro ejus requieverit in sepulcro; quæ sicut vere & mortua est & sepulta, ita vere est die tertio suscitata. Hoc enim & ipse Dominus denuntiaverat, dicens ad Judæos: *Solvite templum hoc, & in triduo suscitabo illud.* Ubi Evangelista subjungit: *Hoc autem dicebat de templo corporis sui.* Cujus rei veritatem etiam David Propheta prædixerat, loquens sub persona Domini Salvatoris, & dicens: *Insuper & caro mea* 73 *requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Quibus utique verbis manifestum est, 74 quod caro Domini & vere sepulta requievit, & corruptionem non subiit: quia celeriter vivificata reditu animæ resurrexit. Quod non credere satis impium est, & ad Manichæi Priscillianique doctrinam pertinere non dubium est: qui sacrilego sensu ita se Christum simulant confiteri, ut incarnationis, & mortis, & resurrectionis auferant veritatem.

Joan. 2. 19.

Ibid. 22.

Ps. 15. 9.

Episcopos in spectos de fide in Concilio nationali examinari vult S. LEO.

75 Habeatur ergo inter vos episcopale Concilium, & ad eum locum, qui omnibus opportunus sit, vicinarum provinciarum conveniant Sacerdotes: ut secundum hæc, quæ ad tua consulta respondimus, plenissimo disquiratur examine, an sint aliqui inter Episcopos, qui hujus hæreseos contagio poluantur; a communione sine dubio separandi, si nefandissimam sectam per omnium sensuum pravitates damnare noluerint. Nulla enim ratione tolerandum est ut qui prædicandæ fidei suscepit officium, is contra Evangelium Christi, contra apostolicam doctrinam, contra universalis Ecclesiæ Symbolum audeat disputare. Quales illic erunt discipuli, ubi tales docebunt magistri? QUÆ ILLIC religio populi, quæ salus plebis, ubi contra

BALLER. NOTÆ.

63 Sic ex Vat. Reg. coll. I. Vindebon. coll. V. utrisque Hisp. & Vat. Isid. ac tribus aliis codd. Quesnellus *isti*, ut in aliis MSS. reperimus. Alii editi *isti recipiendo corrumpunt*, *illi abdicando impugnant*. Merlinus *isti abdicando impugnant*, *illi recipiendo corrumpunt*. Præstulimus lectionem potiorum codicum, qua *isti* vetus testamentum recipientes Priscillianistæ intelliguntur, de quibus paullo ante LEO scripsit: *isti se suscipere simulant*: vox autem *illi* ad Manichæos refertur. 64 Alias *occultantur*.

65 Ita antiquissimi codd. Vat. Reg. coll. I. alius Vat. coll. III. Vindebon. duo coll. V. & Hisp. cum editis ante Quesn. cohæretque cum aliis similibus hujus epistolæ locis. Quesnellus *vestram*, ut alii codices hoc loco exhibent. Post pauca *inceptissima* pro *incestissima* in cod. Vercellensi coll. VIII.

66 Vat. Reg. coll. I. utrique Hisp. & Vat. Isid. *& qui per omnia sunt in impietate sensuum pares*. Vindeb. coll. V. omittit *enim*. 67 Vat. Hisp. & Isid. cum tribus aliis MSS. *Discussis itaque*.

68 Vindeb. Hisp. *honorem sibi Sacerdotii præstitum*. Vat. Hisp. *honorem sibi præsulum vindicant*. Alias in vulgatis *debitum* pro *præstitum*.

69 Vat. Hisp. & Isid. & in margine editionis Labbeanæ *Fera insidiantur*.

70 In iisdem codd. & in Vindeb. coll. V. omittitur *autem*. Dein *subscriptionibus suis* delent codices Grim. & Thuan. tres Quesnelli. Mox *se* abest a codd. Vat. Reg. utrisque Hisp. Vat. Isid. & tribus aliis MSS.

71 MSS. Vindeb. coll. V. & Vat. coll. XI. *sint*.

72 Addidimus præpositionem *in* cum Vat. Reg. duobus Vindebonensibus, ac tribus aliis Vatt. Labbeus ex cod. Justelli. *Jam vero quod in extrema*.

73 Cod. Vat. Reg. *requiescet*: & mox idem MS. una cum *Vindebon.* coll. V. *non derelinquis*.

74 Idem *Vindebon. quod caro Christi*: Vat. Hisp. & Isid. *quod caro Christi & in sepulcro requievit*.

75 In Vat. Hisp. & Isid. alioque Vat. coll. XI. nec non in MS. libro, quem Labbeus laudat, sic legitur: *Habeantur ergo inter vos epistola, & ad Concilium in eum locum &c.* Al. *in unum locum*. Vindeb. Hisp. præfert solum *Habeantur*, & hinc forte posteriores amanuenses eiusdem collectionis pro *episcopale* emendarunt *epistola* &c.

ANNO CHRISTI 447

tra humanam societatem 76 pudoris sanctitas A tollitur, conjugiorum fœdus aufertur, propagatio generationis inhibetur, carnis natura damnatur, 77 contra verum autem veri Dei cultum Trinitas Deitatis negatur, personarum proprietas confunditur, 78 anima hominis divina essentia prædicatur, & eadem ad diaboli arbitrium carne concluditur; Dei Filius per id quod ex virgine ortus, non per id quod ex Patre natus est, unigenitus prædicatur, idemque 79 nec vera Dei proles, nec verus virginis partus asseritur; ut per falsam passionem mortemque non veram, mendax etiam resurrectio resumtæ de sepulcro carnis habeatur? Frustra B autem utuntur catholico nomine, qui istis impietatibus non resistunt. Possunt hæc credere, qui possunt talia patienter audire. Dedimus itaque litteras ad fratres & Coepiscopos nostros Tarraconenses, Carthaginienses, Lusitanos, atque 80 Gallicos, eisque Concilium Synodi generalis indiximus. Ad tuæ dilectionis sollicitudinem pertinebit, ut nostræ ordinationis 81 auctoritas ad prædictarum provinciarum Episcopos deferatur. Si autem 82 aliquid, quod absit, obstiterit, quo minus possit celebrari generale Concilium, 83 Galliciæ saltem in unum C conveniant Sacerdotes, quibus 84 congregandis fratres nostri Idacius & Ceponius imminebunt, conjuncta cum eis instantia tua, quo citius vel provinciali conventu remedium tantis vulneribus afferatur. 85 Data XII. Kalend. Augustas Calepio & Ardabure VV. CC. Cos.

Primus ad hæresim gradus est audire patienter hæreticos.

Concil. Gener. Tom. V.

ANNO CHRISTI 447.

S. Turribii *Asturicensis Epistola, de non recipiendis in auctoritatem fidei apocryphis scripturis, & de secta Priscillianistarum.*

Sanctis ac beatissimis, & omni veneratione colendis, Idacio & Ceponio Episcopis, Turribius.

CAP. I.

Molesta semper est, & injucunda peregrinatio, quam * afficiunt duri labores, & lacrymabiles necessitatum curæ. Habet tamen aliquid * adjumenti, cum adeundo incognita, vel ignorata discendo, quodam profectu mentis augemur; plerumque ea, quæ apud nos optima videbantur, prava esse atque deterrima, reddita nobis meliorum ratione, noscentes. Quod mihi usu venit, qui diversas provincias adeundo, in omnibus Ecclesiis, quæ in unitatis communione consistunt, condemnatis omnibus errorum sectis, reperi unum atque eumdem catholicæ fidei sensum teneri ex purissimo veritatis fonte venientem: qui in nulla divortia multifidis rivulis scissus camporum plana in cœnosas voragines solvat, quæ rectum fidei iter impediant. Eos vero, quos pravorum dogmatum virus infecerit, aut correctos piæ parentis gremio reformari compellit, aut pertinaciter contumaces, veluti abortivos partus ac non legitimam sobolem ex consortio sanctæ hereditatis expellit.

* *Al.* efficiunt.

* *Al.* instrumenti.

Communio unitatis.

CAP. II.

Quapropter mihi post longas annorum me-

BALLER. NOTÆ.

76 Ita Quesnellus cum septem suis codd. & cum editionibus Nicolini, ac Surii, quibus concinunt plerique nostri. Duo enim tantummodo excipiendi sunt, *Vat.* 5845. in quo habetur *pudor sanctitatis justollitur*; & *Vat.* coll. XXIV. qui cum MSS. Germanico & vulgatis ante Quesn. præfert *pudoris justi verecundia tollitur, conjungiorum fœdera auferuntur.*

77 *Vat.* Hisp. & Isid. *veri Dei cultus interdicitur, Trinitas Deitatis* &c. Tres codices, quos Quesnellus vidit, & duo nostri Vaticani, necnon alius apud Labbeum cum editis ad marginem: *verus Dei cultus interdicitur* &c. *Vindob.* Hisp. *Contra verum Dei cultum* &c. Alius *Vindob.* coll. V. *Trinitas Deitatis, negata personarum proprietate, confunditur.* 78 Idem *Vindobon.* coll. V. duo *Vatt.* Hisp. & Isid. unus *Vercell.* cum tribus aliis nostris MSS. & quatuor a Quesn. in margine indicatis *animabus humanis divina essentia datur.*

79 Duo codd. *Vatt.* coll. XXI. *nec veri Dei proles, nec verus filius virginis asseritur.*

80 Gallæciæ Episcopos hic intelligi patet ex his, quæ Quesnellus attulit not. c. *Galliciis* vel *Gallæcis*: ille mallet, sed *Gallicis* pro *Gallicis* in MSS. passim invenitur, ut in Epistola Siricii ad Himerium observavit Constantius not. c. pag. 738. Mirum omitti Baticos, cum Synodus adversus Priscillianistas jussu Leonis coacta, ex Tarraconensibus, Carthaginensibus, Lusitanis, atque Baticis coaluerit, ut constat ex *Regula Fidei* subjecta Toletano I. quæ Leone præcipiente condita fuit. Quod si in hac Synodo non memorantur Gallæci, quos Leo cum ceteris convenire hoc loco præcepit; aliquid impedimenti obstitit, quominus ad eam Synodum cum aliis Hispanis concurrerent: unde cum abessent, *Regula Fidei* ab ea Synodo ad Balconium Gallæciæ Metropolitam transmissa fuit. Aliam vero distinctam Synodum paullo post a Gallæcis habitam observabimus adnot. 83.

81 Pontificiæ epistolæ peculiari ratione *auctoritates* appellatæ sunt, eo quod præcipuam ratione Primatus in tota Ecclesia auctoritatem obtineant. Sic Zosimus epist. 1. ad Episcopos Galliæ num. 1. inquit: *Quam auctoritatem ubique nos misisse manifestum est.* Hinc in vetusto cod. *Vat.* Palat. 574. qui antiquam Gallicanam collectionem continet, Romanorum Pontificum constitutiones sic inscribuntur: *Auctoritas Innocentii Papæ, auctoritas Zosimi Papæ* &c. Confer ep. 19. Leonis cap. 1.

82 Cod. *Vindob.* Hisp. *aliquid, quod absit, obstiterint.* Intelligitur autem impedimentum aliquod sive a Principibus diversis, sive ut verisimilius est, a bello & publica rerum Hispanicarum perturbatione, ex quibus *inter Sacerdotes Dei difficilior commeatus, & rari ceperunt esse conventus*, ut tradit idem Leo in hujus epistolæ præfatione.

83 Hoc quidem Concilium coactum fuisse indicat Lucretius Episcopus in Synodo I. Bracarensi inquiens: *Beatissimus Papa Urbis Romæ Leo.... per Turribium Notarium, Sedis suæ ad Synodum Galliciæ contra impiam Priscilliana hæreseos sectam scripta sua direxit.* Hæc autem Leonis epistola ad Galliciæ Synodum, quæ desideratur, post præsentem ad Turribium data fuit. Dum enim Leo epistolam ad Turribium scripsit, & per Pervincum Turribii Notarium ex Idatio transmisit, nondum erat congregata peculiaris Galliciæ Synodus; immo nec erat congreganda, cum Gallæci, nisi quid impedimenti opponeretur, una cum aliis Hispanicarum provinciarum Episcopis ad generale Concilium Leonis jussu convenire deberent. Cum vero iidem impediti fuissent a generali Concilio, post acceptam fortassis *Regulam Fidei* ab aliis Hispanis ad Balconium Galliciæ Metropolitanum directam, suæ provinciæ Synodum habuere, ad quam S. Leo scripsit. In antiquissimo cod. 59. Capituli Veronensis, qui continet pervetustum Breviarium canonum, & decretalium Romanorum Pontificum, tum in præmissa tabula titulorum nu. 30. tum in opere num. 30. legitur: *Ex epistola Leonis Papæ ad Balconium*: nihil autem ex ipsa epistola præter morem profertur. Num vero hæc epistola data fuerit non solum ad Balconium, sed etiam ad ceteros Episcopos Synodi Galliciæ, ita ut sit illa, quam Lucretius in Synodo Bracarensi memoravit, an sit alia peculiaris ad Balconium, incertum est. Ad hæresim certe Priscillianistarum, quæ in Gallicia vigebat, pertinuisse videtur.

84 Ita MSS. codd. & Quesnelli & nostri. Al. *congregatis*. *Vindob.* coll. V. omittit utrumque scribens: *quibus fratres nostri Ædacius. Vindob.* Hisp. *Dactus.*

85 Chronicam notam Quesnellus adjecit ex MSS. Corb. Barb. 1. Trecopith. Chifflet. & tribus Thuan. ac editione Surii. Eamdem confirmant plerique nostri codd. *Calepio* plerumque in hac epistola scribitur, cui affine est in vulgatis Valentiniani Novellis *Callypio*. At in *Vat.* Reg. coll. 1. & in *Vindobon.* coll. V. habetur *Calepio*, uti hoc nomen similiter scribitur non solum in Fastis latinis Prosperi, Idatii, Marcellini, & Cassiodori, nec non in vetustioribus ac emendatioribus Novellarum exemplaribus Ottobon. & Vvurceburg. a Ritterio laudatis Nov. 5. *de Sepulcris* & Nov. 3. *de Palæstinis*, verum etiam in inscriptione Basilicæ S. Paulli num. 201 & idcirco hanc lectionem suscepimus.

ANNO CHRISTI 447.

tis ad patriam reverso, satis durum videtur, quod ex illis traditionibus, quas olim catholica damnavit Ecclesia, quasque jamdudum abolitas esse credebam, nihil penitus imminutum esse reperio. Immo etiam pro uniuscujusque studio & voluntate prava dogmata, velut quibusdam hydrinis capitibus pullulare cognosco: cum alii veteri errori blasphemiarum suarum augmenta contulerint; alii integrum eum usque adhuc retentent; alii vero, quos ex parte aliqua ad respectum sui contemplatio veritatis adduxit, ex illius sensibus retinendo nonnulla, reliquis vinculentur. Quod quidem per mala temporis nostri, Synodorum conventibus decretisque cessantibus, liberius crevit: & impiissime, quod est cunctis deterius, ad unum altare diversis fidei sensibus convenitur.

CAP III. Hæc ego ut loqui audeam, piæ potius erga patriam caritatis, quam temerariæ præsumtionis esse confiteor. Nam alias plenus omnium peccatorum, & magnorum criminum reus, quo ausu hæc ad vos scriberem, memor dominicæ vocis, quæ dicit: *In alieno oculo festucam vides, in tuo trabem non respicis?* Deinde conscius ejus sententiæ, quæ admonuit dicens: *Peccatori dixit Deus: Quare prædicas justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Sed iterum illud aspicio, quod infra scriptum est: *Furem videbas, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Neque enim illa sola sunt furta, quæ alienorum direptione commistuntur; vel sola illa adulteria, quæ violatis maritalis tori affectibus perpetramus: sed & subtractis, quæ vera sunt, furtum catholicæ fidei perversi dogmatis facit assertio, & adversus veritatem verbi Dei malarum doctrinarum adulterio, zizaniæ semina jaciuntur. Loquarne ergo, an taceam, nescio, quia utrumque formido. Sed ne forte Sanctitas vestra, quæ mala, quantæque blasphemiæ apocryphis libris, quos hi nostri vernaculi hæretici ad vicem sanctorum Evangeliorum legunt, continentur, ignoret; maximi facinoris reum me esse credo, si taceam. Itaque hæc non adhortatio auctoritatis alicujus est, sed potius suggestionis instructio.

CAP IV Primum ergo est ut illa patefaciam, quæ in plurimorum fide, vel magis perfidia esse cognovi: quæ cum a multis publico pene magisterio doceantur, si catholicorum aliquis paullo constantius, destructionis caussa, assertioni resistat, continuo inficias eunt, & perfidiam perfidia occulunt. Quod ne ultra jam faciant, & apocryphis scripturis, quas canonicis libris, veluti secretas & arcanas, præferunt, & quas maxima veneratione suscipiunt, & ex his quas legunt traditionibus, dictisque auctorum suorum, ea quæ in ipsis arguuntur, vera esse docentes; aliqua autem ex his, quæ in istorum doctrina sunt, in illis, quos legere potui, apocryphis codicibus non tenentur. Quare unde prolata sint nescio, nisi forte ubi scriptum est per cavillationes illas, per quas loqui sanctos Apostolos mentiuntur, aliquid interius indicatur, quod disputandum sit potius, quam legendum, aut forsitan sint libri alii, qui occultius secretiusque serventur, solis, ut ipsi ajunt, perfectis patentes.

ANNO CHRISTI 447.

CAP V Apocryphi Gnosticorum libri.

Illud autem specialiter in illis actibus, qui *S. Thomæ* dicuntur, præ ceteris notandum atque execrandum est, quod dicit eum non baptizare per aquam, sicut habet dominica prædicatio, sed per oleum solum: quod quidem isti nostri non recipiunt, sed Manichæi sequuntur. Quæ hæresis, quæ eisdem libris utitur, & eadem dogmata, & his deteriora sectatur, ita execrabilis universis per omnes terras, ad primam professionis suæ confessionem, nec discussa, damnetur oportet: per cujus auctores vel per maximum principem MANEM ac discipulos ejus, libros omnes apocryphos vel compositos, vel infectos esse, manifestum est: specialiter autem *Actus* illos, qui vocantur *S. Andreæ*; vel illos, qui appellantur *S. Joannis*, quos sacrilego Leucius ore conscripsit; vel illos, qui dicuntur *S. Thomæ*, & his similia: ex quibus Manichæi, & Priscillianistæ, vel quæcumque illis est secta germana, omnem hæresim suam confirmare nituntur: & maxime ex blasphemissimo illo libro, qui vocatur *Memoria Apostolorum*, in quo ad magnam perversitatis suæ auctoritatem doctrinam Domini mentiuntur: qui totam destruit legem veteris testamenti, & omnia, quæ S. Moysi de diversis creaturæ, factorisque divinitus revelata sunt; præter reliquas ejusdem libri blasphemias, quas referre pertæsum est.

CAP. VI. Ut autem mirabilia illa, atque virtutes, quæ in apocryphis scripta sunt, sanctorum Apostolorum vel esse, vel potuisse esse, non dubium est; ita disputationes, assertionesque illas sensuum malignorum ab hæreticis constat insertas. Ex quibus scripturis diversa testimonia blasphemiis omnibus plena sub titulis suis adscripta digessi: quibus etiam, ut potui, pro sensus mei qualitate respondi.

CAP. VII. Quod ideo necesse habui paullo latius vestris auribus intimare, ut vel posthac nemo quasi inscius rerum dicat, se simpliciter hujusmodi libros vel habere, vel legere. Vestræ autem existimationis, atque censuræ merito fuerit, universa perpendere; & ea, quæ sine ambiguitate veritati ac fidei contraria videritis, cum aliis fratribus vestris, quoscumque vobis zelus catholicæ religionis, vel pium studium sociaverit, illam excusationem spirituali gaudio resecare, & ignita divini verbi virtute compescere.

EPISTOLA XVI.

22. Octob. ann. 447.

1 Ad universos Episcopos per Siciliam constitutos.

2 *SYNOPSIS.*

ex Dionysio Exiguo.

I. *Quod prohibeatur in die Epiphaniorum baptisma celebrari.*

II. *Quod omnia nobis rerum ordine per Incarnatio-*

BALLER. NOTÆ.

1 Hanc epistolam exhibent omnes antiquæ collectiones usque ad XIII. exceptis II. & IV. nec non posteriores a XXI. usque ad XXIV. & ex Dionysio fere integram Cresconius. Inter præcipuos codices, quibuscum illam contulimus, memorandi sunt potissimum antiquiores *Vat.* Regius coll. I. alter *Vat.* coll. III. *Vindebon.* coll. V. & alius *Vat.* 1345. purus Dionysianus, & perantiquus *Veronen.* 60. Cresconii. Ceteros aliarum collectionum in adnot. allegabimus.

2 Titulos ex Dionysio sumtos ad codicum fidem relegimus, ex quibus supplevimus quintum, quem Quesnellus præ-

ANNO CHRISTI 447.

tionem Domini nostri salutis sacramenta disposita sint.

III. *Quod in baptismo mors proveniat interfectione* (Hisp. *infectione*) *peccati*, *et sepulturam triduanam imitetur trina demersio*, *& ab aquis elevatio fit velut resurrectio de sepulcro.*

IV. *Quod beatus Petrus in die Pentecostes viginti tria millia baptizaverit.*

V. *Quod duo tantum tempora*, *id est Pascha*, *& Pentecostes*, *ad baptizandum a Romanis Pontificibus sint praefixa.*

VI. *Quod omni tempore hi*, *qui necessitate mortis urgentur*, (al. additur *id est*, *aegritudinis*, *obsidionis*, *persecutionis*, *naufragii*) *debeant baptizari.*

VII. *Ut de Sicilia terni annis singulis Episcopi* (al. *de Episcopis ad diem tertium Calendarum Octobrium*) *Romam sociandi*, *Synodo indissimulanter occurrant.*

TITULI VETERES SEU EXCERPTA

Ejusdem epistolae.

Ex vetustis cod. Luc. 490.

XVIII. *Leo ad Sicillenses episcopos.*

I. *Terna mersio fiat in baptismo Paschate & Pentecosten baptizentur.*

LEO Episcopus, universis Episcopis per Siciliam constitutis 3 in Domino salutem.

27. qu. 1. *Divinis praecepis*, c. 2.

DIvinis praeceptis & apostolicis monitis 4 incitamur, ut pro omnium Ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu, ac si quid usquam reprehensioni invenitur obnoxium, celeri sollicitudine, aut ab ignorantiae imperitia, aut a praesumtionis usurpatione revocemus. 5 Manente enim dominicae vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trina repetitione mysticae sanctionis imbuitur, ut Christi oves, qui Christum diligit, pascat; ipsius Sedis, cui per abundantiam divinae gratiae praesumus, reverentia 6 coarctamur, ut periculum desidiae, quantum possumus, declinemus: ne 7 professio summi Apostoli, qua se amatorem Domini esse testatus est, 8 non inveniatur in nobis: quia NEGLIGENTER pascens toties commendatum 9 gregem, convincitur summum non amare pastorem.

Joan. 21. 17.

CAP. I.

De baptismo non in Epiphania, sed in festo paschali celebrando.

CUM ergo mihi de caritatis vestrae actibus 10 fraterna affectione sollicito certis indiciis innotuerit, vos in eo quod inter sacramenta Ecclesiae principale est, ab apostolicae institutionis consuetudine discrepare, ita ut baptismi sacramentum numerosius in die Epiphaniae, quam in paschali tempore 11 celebretis; miror vos, vel praecessores vestros tam irrationabilem novitatem usurpare potuisse, ut 12 confuso temporis utriusque mysterio nullam esse differentiam crederetis inter diem quo adoratus est Christus a Magis, & diem quo resurrexit Christus a mortuis. Quam culpam nullo modo potuissetis incidere, si unde 13 consecrationem honoris accipitis, inde legem totius observantiae sumeretis: & beati Petri Apostoli Sedes, quae 14 vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticae magistra rationis. A cujus vos regulis recessisse 15 minore posset aequanimitate tolerari, si aliqua commonitionis nostrae increpatio praecessisset. Nunc autem quia non desperatur correctio, servanda est mansuetudo. Et licet VIX PERENDA sit in Sacerdotibus excusatio, quae praetendat 16 inscientiam, malumus tamen & censuram necessariam temperare, & ratione vos apertissime veritatis instruere.

Baptismum principale Ecclesiae, male in Epiphania datum.

Inde lex observantiae, unde honoris origo.

CAP. II.

De servanda temporum & mysteriorum distinctione.

SEmper quidem in aeterno consilio Dei mansit humani generis incommutabiliter praeordinata reparatio; sed ordo rerum per JESUM CHRISTUM Dominum nostrum temporaliter gerendarum, in Incarnatione Verbi sumsit exordium. Unde aliud tempus est, quo annuntiante Angelo, beata virgo Maria fecundandam se per Spiritum sanctum credidit, & concepit; aliud, quo salva integritate virginea, puer editus exultante gaudio caelestium ministrorum pastoribus indicatur; aliud, quo

Luc. 1. 26. Luc. 2. 8.

Luc. 2. 11. & 14.

Hostia pro Christo oblata. Matth. 2. 1.

BALLER. NOTAE.

praetermiserat. In tabula coll. v. num. 78. hic brevis titulus legitur: *Ad Episcopos Siciliae, ut in Epiphaniorum die baptisma non tradant.*

3 Voces *in Domino salutem* absunt in *Vat.* Reginae, & alio *Vat.*

4 Ita cum anterioribus editis omnes nostri codices praeter *Vat.* Hisp. & Isid. qui cum Quesnello *informamur.*

5 Al. *Monente*, vel *Admonente*. *Vindebon.* coll. v. *Monente dominica* deleto *enim.*

6 Al. *coboramur* duobus interiorum collectionum MSS. suffragantibus.

7 MSS. coll. XXI. & *Veronens.* Crescon. *promissio*. Mox *qui* pro *qua* in *Vat.* coll. III. & alio *Vat.* coll. XXIV.

8 Editi ante Quesn. repugnantibus omnibus nostris codicibus, *vana inveniatur.*

9 *Vat.* Hisp. & Isid. ac *Vercellensis* Hadrian. & Crescon. cum MSS. coll. XXI. addunt *dominicum.*

10 Cod. *Vat.* coll. III. *paterna.*

11 Codices Hadrianeae coll. cum Justello, & MSS. coll. XI. nec non Crescon. *celebretur*. *Vindebon.* Hisp. *celebratur.*

12 Crescon. *confusis temporibus utriusque mysterii.* Paullo post MSS. *Vat.* Reg. & *Vat.* coll. III. cum codd. coll. XXIV. & editis ante Quesn. omittunt *Christus* ante voces *a mortuis.*

13 MS. *Vindebon.* coll. v. *decorem honoris.* Mox *accepistis*, *Vulg.* ante Quesn. cum *Vat.* Reg. coll. I. *Vindeb.* coll. v. & puro Dionysio *Vat.*

14 *Vide* not. 1. Quesn. & observat. nostram.

15 Editi Quesnello anteriores cum MSS. coll. XXIV. *minus posset aequanimiter tolerari.* Dein iidem editi, *si aliqua commotionis nostra increpatio non praecessisset*, quae lectio praeferenda esset, si antea scriptum fuisset *majore* vel *magis aequanimiter.* Codd. coll. XXIV. *si aliqua commonitionis nostra pagina praecessisset.* *Vat.* coll. III. & *Vindeb.* coll. v. secunda manu *si aliqua commotionis nostra impatientia praecessisset.*

16 In iisdem vulg. *insectam* cum uno nostro *Vat.* Reg. coll. I. qui paullo post pro *ratione* praefert *rationibus.* *Vercell.* & Crescon. *malumus tamen.*

ANNO CHRISTI 447.

quo infans circumciditur; aliud, quo hostia pro eo legalis offertur; aliud cum tres Magi claritate novi sideris incitati in Bethleem ab Oriente perveniunt, & adoratum parvulum mystica munerum oblatione venerantur. Nec iidem sunt dies, quibus impio Herodi, ordinata divinitus in Ægyptum translatione subtractus est, vel quibus ab Ægypto in Galilæam, persecutore mortuo, revocatus est. Inter has autem dispensationum varietates, 17 accedunt augmenta corporea: crescit Dominus, sicut Evangelista testatur, profectibus ætatis & gratiæ, per dies Paschæ in templum Jerusalem cum parentibus venit, & cum abesset a societate redeuntium, sedens cum senioribus, & inter admirantes magistros disputans invenitur, rationemque 18 remansionis suæ reddens, *Quid est*, inquit, *quod me quærebatis? Nesciebatis, quod in his quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* significans, ejus se esse filium, cujus esset & templum. Jam vero cum in annis majoribus apertius declarandus, baptismum præcursoris sui Joannis expetiit, quid Deitatis ejus remansit ambiguum, quando baptizato Domino JESU Spiritus sanctus in columbæ specie super eum descendit, & mansit, audita de cælis Patris voce, dicentis: *Tu es filius meus dilectus*, 19 *in te bene complacui*. Quæ omnia ideo, quanta potuimus brevitate, perstrinximus, ut notum sit dilectioni vestræ, universos Christi dies innumeris consecratos fuisse virtutibus, & in cunctis ejus actionibus sacramentorum mysteria coruscasse; sed aliter 20 quidque signis denuntiari, aliter rebus impleri; nec quæcumque numerantur in operibus Salvatoris, ad tempus 21 posse pertinere baptismatis. Nam si etiam illa, quæ post beati Joannis lavacrum a Domino gesta cognovimus, sub indiscreto honore colamus, omnia tempora continuatis erunt deputanda festis, quia omnia sunt plena miraculis. Verum quia Spiritus sapientiæ & intellectus ita Apostolos, & totius Ecclesiæ erudivit magistros, ut in christiana observantia nihil inordinatum, nihil pateretur esse confusum; discernendæ sunt caussæ solemnitatum, & in omnibus institutis Patrum Principumque nostrorum rationabilis 22 servanda distinctio: quia non aliter unus grex & unus pastor sumus, nisi quemadmodum Apostolus docet, *idipsum dicamus omnes: simus autem perfecti in eodem sensu & in eadem* 23 *sententia*.

Matth. 2. 9. 15. & 20.

Luc. 2. 42. 46.

v. 49. In Templo, quæ Dei domus, quærendus Jesus.

Matth. 3. 16.

Luc. 3. 22.

1. Cor. 1. 10.

CAP. III.

Cur in sola Paschæ, & Pentecostes solemnitate baptizetur.

Quamvis ergo & illa, quæ ad humilitatem & illa quæ ad gloriam pertinent Christi, in unam concurrant eamdemque personam, totumque 24 quicquid in illo & virtutis divinæ est & infirmitatis humanæ, ad nostræ reparationis tendat effectum; proprie tamen in morte crucifixi, & in resurrectione 25 mortui potentia baptismatis novam creaturam condit ex veteri: ut in renascentibus & mors Christi operetur, & vita, dicente beato Apostolo: *An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti* 26 *enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis erimus*: & cetera, quæ latius magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis disputavit: ut appareret ex hujus doctrinæ spiritu, regenerandis filiis hominum, & in Dei filios adoptandis, illum diem 27 esse & illud tempus electum, in quo per similitudinem formamque mysterii, ea quæ geruntur in membris, his quæ in ipso sunt capite gesta, congruerent: dum in baptismatis regula, & mors intervenit interfectione peccati, & sepulturam triduanam imitatur trina demersio, & ab aquis elevatio, resurgentis instar est de sepulcro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ eum esse legitimum diem, in quo orta est & virtus muneris, & species actionis. Ad cujus rei confirmationem plurimum valet, quod ipse Dominus JESUS CHRISTUS, postea quam resurrexit a mortuis, discipulis suis, in quibus omnes Ecclesiarum Præsules docebantur, & formam & potestatem tradidit baptizandi, dicens: *Euntes* 28 *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. De quo utique eos etiam ante passionem potuisset instruere, nisi proprie voluisset intelligi, regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse. Additur sane huic observantiæ, etiam Pentecostes ex adventu Spiritus sancti sacrata solemnitas, quæ de paschalis festi pendet articulo. Et cum ad alios dies alia festa pertineant,

De consecr. dist. 4. Propris in morte, c. 11.

Rom. 6. 3.

Omnes Episcopi in discipulis edocti.

Matth. 28. 19.

BALLER. NOTÆ.

17 Duo *Vat.* coll. XXII. *succedunt*.

18 MS *Vindob.* Hisp. *mansionis*. Post pauca *Vat.* Reg. coll. I. & *Vindob.* col. V. *Nesciebatis*, pro *Nesciebatis*.

19 Cod. *Vinacron.* prima manu, & unus recentior *Vat. in que mihi bene complacui*. Alius *Vat.* Idem habet, sed delet *bene*. 20 *Vindebon.* coll. V. & *Vat.* puri Dionysii ac *Veron.* Cresc. cum editis ante Quesn. *quoque*. apud Justellum *quid quod*. MSS. coll. XXIV. hanc vocem omittunt.

21 Verbum *posse* abest a *Vat.* Reg. coll. I. a *Vat.* coll. XXIV. & ab editis ante Quesn. In MSS. coll. Hisp. & Isid. & in cod. *Veron.* Cresc. *potest*. Post pauca *revelamus* in *Vat.* Reg. & secunda manu in *Vindob.* coll. V. Forte ceteri codices dimanant ab antiquioribus exemplaribus, in quibus omissa fuerunt littera *re* ob concursum similium litterarum in fine vocis antecedentis *honore*.

22 *Vat.* puri Dionysii, alius Cresc. 1347. atque MSS coll. XXIV. cum editis ante Quesn. *servanda est discretio*. Quidam codd. *distinctio*.

23 Ita textus Apostoli, & plerique nostri codices. Exemplar *Vat.* coll. XXIV. ac tria alia a Quesnello in margine laudata *scientia*. Apud Justellum, & Cresc. ac in alio Thuan. *sapientia*. In cod. *Veron.* Cresc. priori charactere *sapientia*, posteriori *scientia*.

24 Al. *quod in illo*. 25 Editi ante Quesn. cum MS. *Vat.* Hisp. & Isid. *ex mortuis*. Paullo post iidem editi cum *Vat.* Reg. coll. I. & *Vindebon.* coll. V. ac Justello præmittunt nomen *Paullo* voci *Apostolo*.

26 Particulam *enim* a Quesn. expunctam revocavimus ex MSS. coll. IV. Dion. Hadrian. Hisp. & Isid. atque aliis. Dein *Vind.* Hisp. *in mortem*.

27 *Vindob.* Hisp. & *Veron.* Cresc. cum Justello delent *esse*. Deerat etiam in *Vindob.* coll. V. sed antiqua manu suppletum. 28 Cod. *Vat.* Reg. addit *ergo*. Editiones Quesnello anteriores cum *Vindob.* coll. V. & MSS. coll. XXIV. *ergo nunc*.

ANNO CHRISTI 447.

neant, hæc semper ad eum diem, qui resurrectione Domini est insignis, occurrit: 29 porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, & eos, quos a die Paschæ aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas intercluſit, invitans, ut quibuslibet necessitatibus impediti, desiderii sui effectum dono sancti Spiritus consequantur. Ipse enim unigenitus Dei in fide credentium, & in virtute operum nullam inter se & Spiritum sanctum 30 voluit esse distantiam, quia nulla est diversitas in natura, dicens: *Rogabo ego Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut vobiscum sit in æternum* 31 *Spiritus veritatis*. Et iterum: *Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret universa, quæcumque dixi vobis*. Et iterum: *Cum venerit ille Spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem veritatem*. Cum itaque veritas Christus sit, & Spiritus sanctus, spiritus veritatis, nomenque Paracleti 32 utrique sit proprium; non dissimile est festum, ubi unum est sacramentum.

Joan. 14. 16.

Joan. 16. 13.

CAP. IV.

Ex apostolico exemplo baptisma in Pentecoste celebrari.

De consecr. dist. 4. *Propre in morte* §. *Hoc autem*, c. 13.

HOC autem nos, non ex nostra persuasione defendere, sed ex apostolica auctoritate servare, satis idoneo probamus exemplo, sequentes beatum Apostolum Petrum, qui in ipso die, quo omnem credentium numerum promissus Spiritus sancti replevit adventus, trium millium 33 populum, sua prædicatione conversum, lavacro baptismatis consecravit. Quod sancta scriptura, quæ Apostolorum actus continet, fideli historia docet, dicens: *His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & reliquos Apostolos: Quid faciemus, viri fratres? Petrus vero ad illos: Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine* JESU CHRISTI, *in remissionem peccatorum vestrorum; & accipietis donum Spiritus sancti. Vobis enim est* 34 *repromissio, & filiis vestris, & omnibus qui longe sunt, quoscumque advocaverit Dominus Deus noster. Aliis etiam pluribus verbis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens: Salvamini a generatione ista prava. Qui ergo receperunt sermonem ejus, baptizati sunt, & apposita sunt illa die animæ circiter tria millia.*

Act. 2. 37.

ANNO CHRISTI 447.

CAP. V.

In necessitatis casu omni tempore baptizandum.

UNde quia manifestissime patet baptizandis in Ecclesia electis hæc duo tempora, de quibus locuti sumus, esse legitima; dilectionem vestram monemus ut nullos alios dies huic observantiæ misceatis. * Quia 35 etsi sunt alia quoque festa, quibus multa in honorem Dei reverentia debeatur, principalis tamen & maximi sacramenti custodienda nobis est 36 mystica & rationalis exceptio; non interdicta licentia, qua in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subvenitur. Ita enim ad has duas festivitates connexas sibimet atque cognatas, incolumium & in pacis securitate degentium libera vota differimus, ut in mortis periculo, in obsidionis discrimine, in persecutionis angustiis, in timore naufragii, nullo tempore, hoc veræ salutis singulare 37 præsidium cuiquam denegemus.

De consecr. dist. 4. *Duo tempora*, c. 22.

* ad Cap. VI. cum Dion. Hisp. & Isid.

De consecr. dist. 4. *Si quis necessitate*, c. 16.

CAP. VI.

Christi ad baptisma Joannis accedentis mysterium.

SI quis autem Epiphaniæ festivitatem, quæ in suo ordine debito honore veneranda est, ob hoc 38 æstimat privilegium habere baptismatis, quia hoc 39 quidam putant, quod in eadem die Dominus ad baptismum sancti Joannis accesserit; sciat illius baptismi aliam gratiam, aliam fuisse rationem; nec ad eamdem pertinuisse virtutem, qua per Spiritum sanctum rena-

De consecr. dist. 4. *Si quis autem Epiph.* Et in decr. Ivo. 1.

BALLER. NOTÆ.

29 Eadem editiones cum MSS. coll. XXIV. corrupte *porrigens quodammodo auxiliantis gratia manum, ut hi, quos a die Paschæ... intercluſit invitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderii* &c. Quesn. ex suis codicibus emendavit, quibus reliqui nostri favent.

30 MS. *Video* Hisp. inserit *Dominus*, post pauca delet *ego*.

31 Cod. *Vindob.* coll. V. utrique Hisp. & *Vat.* Isid. nec non *Verun.* Crescon. cum Merlino, Justello, & aliis antiquioribus editis præmissa virgula *spiritum veritatis*. Post pauca *mittet Pater meus* in quibusdam MSS. & Justell. *Ipse diriget vos* in *Vat.* Reg.

32 MSS. Hisp. & Isid. *utrusque*.

33 Non pauci codices *populorum*.

34 Codd. coll. XXI. *repromissio hæc*. Aliquanto post *apposita sunt in illa die* in utrisque *Vindebon.* coll. V. & Hisp. in *Vercell.* Hadrian. in *Veronen.* Cresc. & apud Justellum.

35 Particulam *etsi* pro *si*, quam subsequens particula *tamen* videtur exigere, a Quesnello licet exclusam restituimus ope MSS. *Vat.* Reg. coll. I. Vindebon. coll. V. secunda manu, & aliorum Vatt. coll. XXI. ac XXIV. MSS. Hisp. & Isid. omittunt tum *etsi*, tum *si*.

36 Quesnellus, qui varias hujus loci lectiones profert not. 2. prætulit hanc *mystica*, & *rationabilis exemplatio*, eaque potissimum de caussa, quia Dionysii, & Crescon. esse credidit illam, quæ in Justelli editione profertur. Nos vero textum inseruimus lectionem puri Dionysii Vat. 5845. quæ præterea confirmatur ne dum antiquo cod. Cresconiano Vat. 1347. sed etiam Vat. Reg. coll. I. item *Vat.* coll. III. & alio cod. Dionysiano, quem Harduinus laudat. Idem habet etiam Vindeb. coll. V. prima manu, secunda vero fuit emendata solum vox *rationabilis* pro *rationalis*. Codd. Hisp. & Isid. quos ex puro Dionysio profectos liquet, habent uti Thuan. & Trecopith. coll. V. *mystice*, vel *mystica rationalis exceptio*: quod ad nostram quidem lectionem accedit, discrepat autem quam maxime ab illa, quam Quesnellus prætulit. Hanc in aliquot codd. coll. Hadrianæ, quos Justellus secutus est, reperimus. Editi ante Quesn. cum Merlino, & nonnullis codd. *mystica rationis exceptio*. Unus Vercell. & Veronen. Crescon. *mystica*, & *rationalis exemptio*. Hic autem *exceptio*, seu *exemptio* significat, præter Pascha & Pentecosten, quæ festa ob mysticam & rationabilem caussam baptismati administrando assignata sunt, ceteros dies festos, cum eamdem caussam non recipiant, mystica, & rationabili exceptione ab eo ministerio fuisse exemptos; ac propterea hanc exceptionem esse servandam, nisi necessitas aliquo peculiari casu aliter postulet, ut in sequentibus additur.

37 Editi ante Quesn. cum solis nostris MSS. coll. XXIV. *remedium*.

38 Exemplar. *Vat.* Dionysii cum Hisp. Isid. & duobus Cresconii MSS. *existimat*.

39 Vide not. 3. Quesn.

ANNO CHRISTI 447.

renascuntur, de quibus dicitur: *Qui non* 40 *ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*. Dominus enim nullius indigens remissione peccati, nec quærens remedium renascendi, sic voluit baptizari, quomodo 41 & voluit circumcidi, hostiamque pro se emundationis offerri: ut qui factus fuerat ex muliere, sicut Apostolus ait, fieret & sub lege, quam non venerat solvere, sed implere, & implendo finire, 42 sicut beatus Apostolus prædicat dicens: *Finis autem legis Christus ad justitiam omni credenti*. Baptismi autem sui in se condidit sacramentum, quia *in omnibus primatum tenens* se docuit esse principium. Et tunc regenerationis potentiam sanxit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis, & aqua baptismatis. Sicut ergo vetus testamentum novi testificatio fuit, & *lex per Mosen data est, gratia autem & veritas per* JESUM CHRISTUM *facta est*: 43 sicut diversa sacrificia unam hostiam præformarunt, & multorum agnorum occisio illius immolatione finita est, de quo dicitur: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi*: sic & Joannes, non Christus, sed Christi prævius; non sponsus, sed sponsi amicus, fuit adeo fidelis & non sua quærens, sed quæ JESU CHRISTI, ut se profiteretur ad solvenda calceamenta pedum ejus indignum: quoniam ipse quidem baptizaret in aqua in pœnitentiam, ille autem baptizaturus esset *in Spiritu sancto & igni*: qui duplici potestate & vitam redderet, & peccata consumeret. His itaque, fratres carissimi, tot ac tantis existentibus documentis, quibus omni ambiguitate submota, evidenter agnoscitis, in baptizandis electis, qui secundum apostolicam 44 regulam & exorcismis scrutandi, & jejuniis sanctificandi, & frequentibus sunt prædicationibus imbuendi, 45 duo tantum tempora, id est Pascha, & Pentecosten, esse servanda; hoc vestræ indicimus caritati, ut ab apostolicis institutis nullo ulterius recedatis excessu. Quia inultum post hæc esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

Joan. 1. 13. — Matth. 3. 11. — Oblata pro Christo hostia. — Galat. 4. 4. — Matth. 5. 17. — Rom. 10. 4. — Colos. 2. 18. — Joan. 19. 34. — Joan. 1. 17. — Joan. 1. 29. — Matt. 3. 11. — Luc. 3. 16. — Ibid. — In Decr. Ivo. l. 1. De consecr. dist. 4. — Hoc tempore, c. 10.

ANNO CHRISTI 447. — Dist. 11. Hoc vestra, c. 10.

CAP. VII.

De Concilio quotannis Romæ celebrando.

QUare illud primitus pro custodia concordissimæ unitatis exigimus, ut, quia saluberrime a sanctis Patribus constitutum est, binos in annis singulis Episcoporum debere esse conventus, terni semper ex vobis 46 ad diem tertium Kalend. Octobr. Romam, fraterno Concilio sociandi, indissimulanter occurrant: quoniam, adjuvante gratia Dei, facilius poterit provideri, ut in Ecclesiis Christi nulla scandala, nulli nascantur errores, cum coram beatissimo Apostolo Petro id semper in commune 47 tractandum sit, ut omnia ipsius constituta, canonumque decreta apud omnes Domini Sacerdotes inviolata permaneant. Hæc autem, quæ vobis, inspirante Domino, insinuanda credidimus, per fratres & Coepiscopos nostros 48 BACCILLUM atque PASCHASINUM ad vestram volumus notitiam pervenire. Quibus referentibus cognoscamus, quam reverenter a vobis apostolicæ Sedis instituta serventur. Data XII. Kalend. Novembr. 49 CALEPIO & ARDABURE viris clarissimis Consulibus.

Nicæn. Conc. c. 5.

AD-

BAILER NOTÆ.

40 Unus Cod. Vercell. & Vat. coll. XI. cum editis ante Quesnellum *ex sanguinibus*. Mox Veron. Cresc. & Vat. coll. XXIV. *ex voluptate carnis*.

41 Inseruimus particulam & ex Vat. Reg. coll. I ex puro Dionys. Vat. ex Vindeb. coll. V. quibus concinunt utraque MSS. Hisp. Vat. Isid. & duo codd. Cresconii. Merlinus cum MS. Vat. coll. XXIV. *sicut voluit circumcidi*. Paullo post quidam codd. cum antiquioribus editis *sed adimplere*.

42 MSS. *Vat.* Hisp. ac Isid. & Veron. Cresc. cum Justello & *sicut*. Vindebon. Hisp. *sicut Apostolus ait dicens*. 43 Editi ante Quesn. *sic diversa*. Mox *præformarunt* (quod Quesnellus retinuisset libenter, nisi auctoritate Dionysii, Cresc. & quinque MSS. substituendum putasset *reformarunt*, uti monuit not. 4.) nos restituimus ex præstantissimis codd. *Vat.* Reg. coll. I. alio *Vat.* coll. III. aliisque pluribus eriam aliarum collectionum XI. XXI. & XXIV. quibus favet etiam Vindebon. coll. V. in quo prima manu erat quidem *reformarunt*; sed ab antiquo amanuensi, qui codicem cum alio vetustiori contulit, emendatum fuit *performaverunt*. Post pauca quidam codices *peccatis mundi*.

44 Duo codices *Vatt.* coll. XXI. *doctrinam*. vide not. 5. Quesn.

45 Vide not. 6. Quesn.

46 Quesnellus in margine *ad diem XIII. Kal. Octobr.* ex duobus codd. quos esse Thuan. ac Trecopithœan. coll. V. colligimus ex nostro Vindebon. ejusdem collectionis, qui solus similiter præfert. Sequentem vero textum immutare noluimus ob Dionysii auctoritatem, quam omnes codd. Hadrian. Hisp. Isid. aliarumque posteriorum collectionum secuti sunt. Ceterum tres antiquissimæ collectiones additamentum habent, sed lectione aliquantulum discrepant. Duo Quesnelli codd. Thuan. & Trecopithœan. coll. V. post voces *indissimulanter occurrant* addunt Quesnello teste & *hæc a vobis consuetudo servetur*. Noster *Vindebon.* ejusdem collectionis: *Romæ fraterno Concilio indissimulanter occurrant, & per vos hæc consuetudo servetur*. Idem habet cod. *Vat.* Reg. coll. I. & solum per oscitantiam librarii omissæ fuerunt voces *occurrant* & *per*. *Vat.* coll. III. paullo dissimiliter: *ad diem III. Kal. Octobr. Romæ occurrant fraterno Concilio, & indissimulanter a vobis hæc consuetudo servetur*. Vulgati quoque ante Quesn. cum MSS. coll. XXIV. *Romam fraterno Concilio sociandi occurrant, & indissimulanter a vobis hæc consuetudo servetur*. Editio Nicolini in textu, & alia nonnulla ad marginem, nescimus ex quo codice, *indissimulanter concurrant*. *quod utique laboriosum non est, si vicissim inter vos hæc consuetudo servetur*. Cod. *Vercell.* & Justellus lectione Dionysiana recepta habent *concurrant*.

47 Ita melius ex potioribus, & plerisque nostris codicibus, quam *tractandum fuerit* apud Quesn. vel *tractatum fuerit* in aliis editionibus ex MSS. coll. XII. & XXIV. in quibus etiam pro *in commune* perperam legitur *in communione*. Mox pro *omnia ipsius constituta Vulg.* antiquior. cum aliquibus MSS. exhibent *omnia instituta*.

48 *Vat.* Reg. *Bacyllum*. *Vat.* coll. III. cum alio Vat. 542. coll. XXI. *Bacillum* & *Paschasium*. Vat. Hisp. cum MSS. coll. XI. & aliquibus coll. XXI. *Vacillum*, aut *Vachillum*, & *Paschasium*. Unus Vercell. *Vacillium*, alius *Baccilum* & *Paschasium*. Paullo post Vat. Reg. coll. I. & Vindebon. coll. V. *Apostolicæ Sedis statuta*.

49 Ita emendavimus ex Vat. Reginæ coll. I. Confer. adnot. 85. in epist. præcedentem. Quidam codices chronica nota carent. Alii pro *Calepio* præferunt *Calepodio* vel *Calapodio*. Vulgati *Alipio*.

ADMONITIO

In epistolam sequentem.

1 QUesnellus, qui conjecturis facile indulsit, sequentem epistolam aliquot conjectationibus in suspicionem adducere studuit, ita ut vel suppositicia credatur, eo consilio conficta, ut prædia alicujus Ecclesiæ perperam distracta eidem vindicarentur, vel alteri Leoni posterioris ætatis adjudicetur. Ut autem huic postremæ sententiæ magis assentiretur, illud in caussa fuit, quod etsi nullum ejus exemplar manuscriptum nancisci potuit (unde potissimum motus fuit ad dubitandum;) *pannus* tamen *ejus*, inquit in notis, *legitur apud Gratianum* 12. q. 2. *cap.* 52. *ubi & Leoni tribuitur, & missa inscribitur* universis Episcopis per Siciliam constitutis. *Sed cujus Leonis sit, an primi, an secundi, nec antiquæ editiones Gratiani aperiunt, nec recentiores*. Tillemontius not. 9. tom. 15. p. 894. in Leonem singulas Quesnelli conjecturas ad calculum revocavit, & ineptas ostendit; sed de codicibus ne verbum quidem. Nos autem, qui potiora ejus argumenta diluemus in adnotationibus ipsi epistolæ subjiciendis, præstantissimos & vetustos codices reperimus, qui supra omnem conjectationem hasce litteras nostro Leoni indubitanter vindicabunt.

2 Hæc itaque epistola nobis conservata fuit in codd. coll. VIII. e quibus quatuor memoramus, antiquissimum Vat. 5845. Vallicell. A. S. sæculi IX. unum Vercellensem satis vetustum, & Vat. 1353. qui e vetustissimo Bergomate descriptus fuit. Hujus autem collectionis auctor, qui Dionysio plura valde rara documenta adjecit, usus fuit alia nobis ignota collectione, quæ in Gelasio terminabat, & sæculo VI. condita fuerat. Nam usque ad Gelasium monumenta adduntur chronico ordine satis congruo, qui antiquæ collectionis ad hoc usque tempus productæ indicium est, de quo plura dicentur in Tractatu de antiquis Canonum & Constitutionum Collectionibus tom. 3. Leoni autem Magno eadem epistola in his codicibus explorate asseritur non solum ex Consulatu qui in Leonis Pontificatum cadit, verum etiam ex eo quod inter alias XV. genuinas epistolas ejusdem Pontificis describitur, ita ut de hac una dubium adhuc promovere absque ullo argumento satis certo temerarium sit.

3 Invenitur præterea hæc eadem epistola in MS. libro Vat. 1343. sæculi X. qui fuit Ticinensis Ecclesiæ nec non in Vat. Ottobon. 297. coll. XXIII. Accedunt duo Auctores antiquiores Gratiano, qui ex eadem epistola nonnulla suis collectionibus inseruerunt, nimirum Cardinalis Deusdedit lib. 3. cap. 34. in MS. Vat. 3833. & S. Anselmus lib. 5. cap. 69. & lib. 6. cap. 189. in pluribus codd. Vaticanis. Tandem, ut alia testimonia omittamus, Gerhohus Præpositus Reicherspergensis ineunte sæculo XII. totam epistolam ex Germanico codice descripsit in opere *De Ædificio Dei* cap. 60. quod editum est a P. Pez. in Thesauro Anecdot. tom. 2. part. 2. unde etiam in Germania hujus epistolæ exemplum inveniebatur.

4 Hic tandem monendum est, Gerardum Vossium Præpositum Tungrensem, qui primus omnium in Appendice operum S. Gregorii Thaumaturgi editionis Moguntinæ an. 1604. hanc epistolam typis dedit, usum fuisse codice Card. Sirleti. Ex complexu autem ceterorum monumentorum, quæ ex eodem codice se edidisse testatur, nec non ex titulo peculiari, quem his litteris ex eodem MS. præfixit, colligimus eum codicem fuisse similem laudato MS. Vat. Ottobon. coll. XXIII. Potior autem aliorum, quos laudavimus, codicum auctoritas majorem epistolæ fidem conciliat.

ANNO CHRISTI 447. 11. Octobr. an. 447.

EPISTOLA XVII.

1 Ad universos Episcopos per Siciliam constitutos.

SYNOPSIS.

Constitutione perpetua Episcopis prohibet, quod in duabus Siciliæ Ecclesiis improbe gestum, injusteque per Episcopos ibidem præsumtum est; qui Ecclesiarum suarum bona illicite alienaverant: cujus decreti violatores ordine & communione privandos edicit.

A Leo Papa universis Episcopis per Siciliam constitutis. 2

OCcasio specialium querelarum, curam nobis providentiæ generalis, 3 indicit, ut quod in duabus provinciis vestræ Ecclesiis improbe gestum, injusteque præsumtum est, id constitutione perpetua ab 4 omni Episcoporum usurpatione resecemus. Tauróminitanis enim Clericis Ecclesiæ deplorantibus nuditatem, eo quod omnia ejus prædia, vendendo, donando, & diversis modis alienando, Episcopus dissiparet; etiam Panormitani Clerici, quibus nuper

ANNO CHRISTI 447.

BALLER. NOTÆ.

1 In MS. Vat. Ottobon. 297. coll. XXIII. & in simili Card. Sirleti, ex quo hanc epistolam Vossius edidit, hic titulus legitur: *Edictum S. Leonis Papæ urbis Romæ Episcopi ad universos Episcopos per Siciliam constitutos*. In MS. Vallicell. coll. VIII. *Incipiunt decreta S. Leonis Papæ urbis Romæ Leo Papa universis Episcopis per Siciliam constitutis*.

2 Vulg. addunt *in Domino salutem*. Ex codd. coll. VIII. delevimus.

3 MS. Vallicell. *indicit*. Mox apud Deusdedit *ut quod in duabus provinciis in Ecclesiis improbe gestum*: apud Gerhohum vero, *ut quod in duabus provincia nostra Ecclesiis*.

4 Præstulimus *omnium* auctoritate potiorum codd. duorum Vatt. & unius Vallicell. coll. VIII. Al. *omni*. Mox in iisdem duobus Vatt. *Tauromenitanis*.

ANNO CHRISTI 447.

nuper est ordinatus Antistes, 5 similem querimoniam in sancta Synodo, cui præsidebamus, de usurpatione prioris Episcopi detulerunt. Quamvis ergo 6 jam ordinatum a nobis sit, quemadmodum utriusque Ecclesiæ utilitatis consulatur; ne tamen hoc perniciosum nequissimæ deprædationis exemplum cuiquam posthac fiat imitabile, hanc præcepti nostri formam apud dilectionem vestram volumus esse perpetuam: qua 7 sine exceptione decernimus, ut ne quis Episcopus de Ecclesiæ suæ rebus audeat quidquam vel donare, vel commutare, vel vendere; nisi forte ita aliquid horum faciat, ut 8 meliora prospiciat, & 8 cum totius Cleri tractatu atque consensu id eligat, quod non sit dubium Ecclesiæ profuturum. Nam Presbyteri, vel Diaconi, aut cujuscumque ordinis Clerici, qui conniventiam in Ecclesiæ damna miscuerint, sciant se, 9 & ordine, & communione privandos: quia plenum justitiæ est, fratres carissimi, ut non solum Episcopi, sed etiam totius Cleri studio, 10 ecclesiasticæ utilitatis incrementa serventur, & eorum munera illibata permaneant, 11 qui pro animarum suarum salute propriam substantiam Ecclesiis contulerunt. Data 12 XII. Kalend. Novembris. CALEPIO V. C. Cons.

ANNO CHRISTI 447.

EPISTOLA XVIII.

1 Ad JANUARIUM Episcopum Aquilejensem.

* Al XIV. Quæ autem antea 18. erat, nunc 19. 30. Decemb. an. 447.

2 *SYNOPSIS*

ex Dionysio Exiguo.

Quod omnis cujuslibet ordinis Clericus, qui catholicam deserens, hæreticæ se communioni miscuerit, si ad Ecclesiam reversus fuerit, in eo gradu in quo erat, (Cresc. *quo fuerat*) *sine promotione remaneat.*

LEO

BALLER. NOTÆ.

5 Erat in editis, sicut & in aliquot codicibus, *similem querimoniarum ... causam detulerunt*. Melior visa est lectio cod. Vallicell. & Gerhohi, quam confirmat etiam Vat. 5845. qui *causam* omittens, accusativum *querimoniam* exigit. Vossius cum MSS. Ottob. & Vat. 1353. *cui præesse debebamus* textui inseruit: in margine autem notavit, quod in aliis omnibus MSS. reperimes, *cui præsidebamus*. Præterea duo codices pro *de usurpatione* habent *de usurpationibus*. Synodum, cujus hoc loco fit mentio, habitam credimus III. Kal. Octobr. illamque fuisse, ad quam terni ex Sicilia Episcopi occurrere debebant, uti ex præcedenti epistola c. 7. liquet.

6 Particula *jam* adjicienda fuit ex præstantioribus MSS. Vat. 5845. & Vallicell. ac Gerhoho; decretumque *jam* in Romana Synodo latum indicat. Hoc autem peculiare Leonis decretum pro Tauromenitana & Panormitana Ecclesiis desideratur, ut desunt alia multa Leonis celebriora: & solum hoc generale ad universos Siculos decretum ab auctore coll. VIII. nobis conservatum fuit. Id autem ad cujusdam Quesnelliana objectionis imbecillitatem ostendendam indicandum fuerat.

7 Duo codd. cum Gerhoho *sine expectatione*.

8 Inter canones, qui Concilio IV. Carthaginensi in collectione Hispanica, & exinde in vulgatis tribuuntur, hic est canon 32. *Irrita erit donatio Episcoporum, vel venditio, vel commutatio rei ecclesiasticæ absque conniventia, et subscriptione Clericorum*. Licet autem hi canones probabiliter non sint Carthaginensis Concilii, antiqui tamen sunt, & in vetustissimis MSS. collectionibus Corbejensi II. Barberina III. aliisque etiam Gallicanis diversæ originis reperiuntur cum titulo *Statuta Ecclesiæ antiqua*, & alio ordine ille canon est quinquagesimus. Id autem ostendit, hanc Ecclesiæ disciplinam, quæ ad alienationem bonorum Ecclesiæ Cleri consensum & subscriptiones requirebat, non esse posterioris & remissioris ævi, uti Quesnellus opposuit, ac si hoc decretum Leoni magno convenire non possit. Statuta illa antiqua ex antiquitate ipsarum collectionum, in quibus *antiqua*, idest antiquiora iisdem collectionibus præferuntur, Leonis ætatem ad minimum attingunt. Quod si Hilarus Papa Leonis immediatus successor Concilii approbationem in iisdem alienationibus posterius flagitavit, id potius nobis favet: facile enim fuit, cautionem a Leone decretam, non satis efficacem cursu temporis inventam fuisse, adeo ut majorem cautionem adjiciendam Hilarus censuerit. Unde mirum non est, si hanc posteriorem, & strictiorem cautionem subsequentes Pontifices a Quesnello allegati num. 5. renovarunt: qua tamen posteriori ævo obsoleta prior Leonina cautio rediit.

9 *Duplex hac pœna Leonis ætate non infligebatur, nisi forte, quod nonnullis placet, propter gravissima omnium facinora*, inquit Quesnellus in notis num. 7. & idcirco auctorem epistolæ multo recentiorem pronuntiat. At undenam probat, inter facinora gravissima accenseri non potuisse facilem alienationem bonorum Ecclesiæ, ex qua plurimum damni in Ecclesiam redibat?

10 Cod. Vallicell. & Gerhobus *ecclesiastica utilitas intemerata servetur*. Vox *intemerata* pro *incrementa* est pariter in duobus aliis MSS.

11 Præmissa vox *eorum* exigit *qui*, non *quæ*, ut in Vulg. habetur, sicut & in aliquibus codd. sic: *quæ pro animarum suarum salute fideles de propria substantia Ecclesiis contulerunt*. Ex Vat. 5845. & ex Gerhoho delevimus *fideles de* & scripsimus *propriam substantiam*, quod ultimum etiam legitur in MS. Vercell.

12 Editi *XI. Kal. Novembris* nullis nostris codicibus suffragantibus, immo etiam refragante Vossii editione, quæ, ut in MSS. habet *XII. Kal. Novembr.* In duobus antiquioribus codd. pro *Data* legitur *Danda sub Die XII. Kal. Nov.* quæ formula cum innuere possit, hoc pariter generale Leonis decretum constitutum fuisse in Synodo coacta III. Kal. Octobris, in qua decretum particulare pro Ecclesiis Tauromenitana & Panormitana editum fuit, ita ut formula *Danda sub die* apposita fuerit ob indicandum diem postea adjiciendum, cum epistola mitteretur, aliorum judicio decidendum relinquimus. Plerique MSS. codd. cum editis habent *Calipio*, sed præstulimus lectionem codicis Vat. Ottobon. *Calepio*, quam veriorem probavimus adnot. 85. in epist. 15. Neque mirum sit, quod unicus Consul Calepius nominetur sine Ardabure collega, qui in ceteris hujus anni epistolis illi conjungitur. Solum enim Calepium Occidentalem Consulem apellare satis usitatum erat. Nonnullas Valentiniani leges hoc anno datas habemus, & licet in plerisque utrique Consules signentur; tamen in Novella 27. *De negotiatoribus* & in Novella 3. *de Palatinis* solus Calepius notatur. Idem nos ex aliis etiam Leonis documentis liquet. Sic e duabus epistolis anni sequentis 19. & 20. prior ad Dorum solum *Postumianum* Occidentis Consulem præfert, altera vero Postbumianum & Zenonem jungit. Neque difficultatem moveat, hanc epistolam eodem die ad eosdem Siculos datam fuisse, quo epistola præcedens data præfertur. Ex epistolis enim 41. & 42. ad Ravennium, 136. & 137. ad Marcianum, & 164. ac 165. ad Leonem Augustum patet, nostrum Pontificem binas identidem epistolas eodem die scripsisse ad eamdem personam, cum argumentum distinctum supperebat.

1 Hanc epistolam luculenter vindicavimus in Admonitione præmissa epistolæ primæ, ubi etiam MSS. & aditas collectiones, in quibus continetur, indicatas invenies. Contulimus cum pluribus & præstantissimis codicibus in adnot. allegandis. Vaticanum exemplar 5845. puri Dionysii conferre nequivimus, eo quod in eo ob codicis defectum non solum hæc epistola desit, verum etiam postremum caput epistolæ præcedentis (nobis XVI.) ad Siculos. Ceterum omnes codices *ad Januarium* præfesunt. Editi ante Quesn. ex Merlino inscribunt *ad Julianum* & in margine *ad Januarium*, sed errore manifesto: nam ipsi codices coll. XII. ex quibus Merlinus suam editionem derivavit, *ad Januarium* exhibent. Vide not. 1. Quesn.

2 In tabula coll. V. num. 75. hic titulus describitur. *Ad Januarium Episcopum Aquilejensem de Clericis, qui in hæresim, vel quodlibet scisma prolapsi sunt, minime promovendis*.

ANNO CHRISTI 447

Leo Episcopus 3 urbis Romæ, Januario Episcopo Aquilejensi.

Lectis fraternitatis tuæ litteris, vigorem fidei tuæ, quem olim noveramus, agnovimus congratulantes tibi, quod ad custodiam 4 gregis Christi pastoralem curam vigilanter exequeris; ne 5 lupi, qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali sævitia simplices quosque dilacerent: & non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea quæ sunt sana, corrumpant. Quod ne viperea possit obtinere fallacia, dilectionem tuam duximus commonendam insinuantes ad animæ periculum pertinere, si quisquam de his, qui a nobis in hæreticorum atque 6 schismaticorum sectam delapsus est, & se utcumque hæreticæ communionis contagione maculavit, resipiscens, in communione catholica 7 sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum enim & spiritalis medicinæ utilitate plenissimum est, ut sive Presbyteri, sive Diaconi, 8 vel Subdiaconi, aut cujuslibet ordinis Clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem, quam jam pridem amiserant, rursum reverti ambiunt, prius 9 errores suos, & ipsos auctores errorum damnari a se sine ambiguitate fateantur: ut sensibus 10 pravis etiam peremtis, nulla sperandi supersit occasio nec ullum membrum talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cœperit obviare. Circa quos etiam illam 11 canonum constitutionem præcipimus custodiri, ut in magno habeant beneficio, si a demta sibi omni spe promotionis, in quo inveniuntur ordine, 12 stabilitate perpetua maneant; si tamen iterata tinctione non fuerint maculati. Non levem apud Dominum noxam incurrit, qui de talibus 13 ad sacros ordines promovendum aliquem judicarit. Quod si cum grandi examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis non debet licere suspectis. Proinde dilectio tua, cujus devotione gaudemus, jungat curam suam dispositionibus nostris, & det operam ut circumspecte atque velociter impleantur, quæ ad totius Ecclesiæ incolumitatem & laudabiliter 14 suggesta sunt, & salubriter ordinata. Non autem dubitet dilectio tua, nos si, quod non arbitramur, neglecta fuerint quæ pro custodia canonum, & pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos: quia INFERIORUM ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentesque rectores: qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam. Data 15 III. Kalend. Januarii, CALEPIO & ARDABURE viris clarissimis Consulibus.

ANNO CHRISTI 447

Hæretici Clerici quæ conditione recipiendi

Matth. 7. 15.

2. quæst. 1. Si quis hæreticus, c. 42.

2. quæst. 7. Saluberrimum, c. 21.

2. quæst. 1. Omnis cujuslibet, c. 122. In decr. Ivonis l. 3.

Dist. 86 Infirmorum culpa, c. 1. Quam timenda Pastoribus negligentia.

BALLER NOTÆ.

3 Voces *urbis Romæ* omittuntur in MS. *Vindob.* coll. v.

4 Idem cod. *Vindobon.* coll. v. & MSS. coll. XXI. & XXIV. cum antiquioribus editis *gregum Christi*.

5 Intelligendi sunt Pelagiani, quos in Aquilejensem provinciam olim irrepsisse, & in communionem aliquando sine debita errorum & auctorum condemnatione imprudenter receptos Septimus Altinas monuerat: unde Leo Aquilejensi Episcopo, ut probabilius est, prædecessori epistolam I. dedit, qua sic imprudenter receptos, cum idoneis cautionibus recipiendos mandavit. Januarius, qui mox successit, hoc mandatum pastorali cura executus est, & idcirco laudatur. Vide Admonitionem epistolæ I. præmissam num. 26.

6 *Schismaticorum* mentio, & paullo post illa conditio, *si tamen iterata tinctione non fuerint maculati*, Donatistas, vel Novatianos in Aquilejensi provincia detectos indicare visa sunt, in quo vide not. 3. Quesn. At generalis regula hic indicatur, omnibus tum hæreticis, tum schismaticis ad Ecclesiam redeuntibus communis, licet occasione peculiaris casus Aquilejensis provinciæ proponatur. Nemo scilicet sive schismaticus, sive hæreticus ad unitatem catholicam revertens, sine professione legitima satisfactionis recipi poterat; & si esset Clericus, ea solum conditione restituebatur in suum gradum, si iterato baptismate non fuisset pollutus: qui enim hoc crimine erant infecti, non recipiebantur in Clerum, sed publicæ pœnitentiæ subjiciebantur. Confer Admonitionem in epist. 1. §. 4. & adnot. 25. in epist. 159. Quare opus non est suspicari, Leonem hoc loco sermonem fecisse de Donatistis, aut Novatianis Aquilejensibus, de quibus aliunde in provincia Aquilejensi nullum indicium est. Mox ex MS. *Vindobon.* coll. v. addimus verbum *est*.

7 Quinque codd. *sine promotione*.

8 Duas voces *vel Subdiaconi* adjecit Quesnellus ex Dion. Gesc. Nicolini editione & sex MSS. codd. Leguntur quoque in plerisque nostris, tribus exceptis, in quibus omittuntur, ut etiam desunt in epist. 2. ad Septimum, in qua hæc eadem sententia repetita invenitur.

9 MS. *Vindobon.* coll. v. *errorum suum, & ipsos errorum auctores damnari*. Justellus quoque cum duobus codicibus habet tantum *auctores errorum*. Alius cod. *damnatos* pro *damnari*.

10 Cod. *Vindob.* coll. v. *pravis, & dudum peremptis*, uti legitur in epist. 2. ad Septimum. Mox *sperandi* vocem exhiberi in omnibus & MSS. & excussis confessus est in postilla marginali Quesnellus: at *suspicor*, inquit, *legendum spirandi*. Quinque nostri codices habent *desperandi*, ceteri autem *sperandi*.

11 Cod. *Vat.* coll. XI. *canonicam*. Quæ vero hic intelligatur *canonum constitutio*, exposuimus in Admonitione ad epist. 1. num. 18. Confer etiam not. 2. Quesnelli.

12 *Vindob.* MS. coll. v. *in perpetua stabilitate permaneant*. Mox idem codex *iterata tinctionis sacrilegio*.

13 Vulgati ex Dionysio ac ceteris collectionibus, quæ a Dionysiana originem ducunt, *ad sacros promovendos ordines judicarit*. Aptior vita est lectio cod. *Vindobon.* coll. v. quæ aliam a Dionysio originem habet.

14 Editi Quesnello anteriores cum MSS. coll. XXI. *digesta sunt*.

15 Duæ sunt antiquæ diversæ originis collectiones, ex quibus hæc epistola in alias posteriores derivata videtur, nimirum collectio Dionysiana, & quinta. In Dionysiana, & apud Cresconium ejus exscriptorem etiam in antiquissimo MS. Veronensi notatur dies *III. Kal. Januar.* In MSS. vero collectionis v. duo codd. Thuan. & Tricopithœan. Quesnello teste not. 4. habent *Kal.*, vel *III. Kal. Julias*. Duo autem nostri *Vindob.* ejusdem coll. v. discrepant: alter enim signatus num. 39. quem uti præstantiorem in variantibus adhibuimus, præfert *IV. Non. Januar.* alter vero signatus num. 42. *IV. Kalendas Julias*. Codices ceterarum collectionum *Vat.* Hisp. Isid. Hadrian. & aliarum posteriorum cum Dionysio conveniunt in mense, & plerumque etiam in die: tres enim MSS. libri tantum notant *XIII. Kal. Januarias*, unus Vercellensis *IV. Kal.* Codex autem Vindebonensis collectionis Hispanicæ, & editi ante Quesn. ex MSS. coll. XXIV. & Merlino tum in mense, tum in die discordant: primus enim signat diem *III. Kal. Julii*, secundi autem *Pridie*, vel *II. Kal. Julias*. In hac varietate Dionysii auctoritatem (cum qua in mense convenit etiam unus codex coll. v. in die autem conveniunt inter ceteros unum saltem exemplar ejusdem collect. v. a Quesnello laudatum, & duo nostra *Vindob.* Hisp. & Vat. coll. XXIV.) præferendam duximus; & hac de caussa istam epistolam post litteras ad Turribium & ad Siculos collocavimus, quibus

ANNO CHRISTI 446.

* Al. XVIII. Quæ autem antea 19. erat, nunc 20. 8. Martii an. 446.

EPISTOLA XIX.*

1 Ad Dorum Beneventanum Episcopum.

2 *SYNOPSIS.*

I. *Dorum de perturbato Presbyterii ordine, primosque Presbyteros juri suo cedentes redarguit.*

II. *Suum cuique ordinem vindicat pro ordinationis tempore; primis, qui cesserant, ad infimum relegatis.*

Dilectissimo fratri DORO, LEO Episcopus.

CAP. I.

JUdicium 3, quod de te sperabamus, dolemus esse frustratum, quando eâ te commisisse perspicimus, quæ omnem ecclesiasticæ sanctionis regulam culpabili novitate 4 fœdarent: cum plenissime noveris, quanta sollicitudine per omnes Domini Ecclesias paternorum velimus canonum præcepta servari, & hanc maxime curam ad Sacerdotes universarum plebium pertinere, ut sanctarum constitutionum regulæ nullis corrumpantur excessibus. Unde miramur te, quem 5 auctoritatum apostolicæ Sedis observantissimum esse convenerat, tam negligenter, ac potius insolenter egisse, ut traditarum A tibi legum non custos, sed transgressor existeres. Libello etenim PAULLI Presbyteri tui, qui in subditis habetur, cognovimus, apud te novo ambitu fœdoque 6 colludio Presbyterii ordinem fuisse turbatum: ita ut unius festina & immatura provectio, quædam eorum dejectio facta sit, 7 quorum honorem ætas commendabat, & nulla culpa minuebat. Quod si ambientis intentio, aut imperita faventium studia id quod numquam habuit consuetudo, poscebant, ut incipiens emeritis, & novellus præferretur antiquis; tuæ fuerat industriæ atque doctrinæ, ut injusta petentium desideria ra- B tionabili auctoritate cohiberes: ne quem 8 sacerdotali propere provehebas honore, ad injuriam eorum, quibus sociabatur, inciperet, 9 minorque se fieret, dum in illo non humilitatis virtus; sed elationis vitium roboraretur. 10 Neque enim ignorabas dixisse Dominum, quod *qui se humiliat, exaltabitur; qui vero se exaltat, humiliabitur*: eumdemque dixisse: *Vos autem quæritis de pusillo crescere, & de majore minores esse.* Utrumque enim inordinatum, utrumque præposterum est; & omnis laborum fructus aufertur, omnis meritorum mensura vacuatur, si tantum quis assequitur dignitatis, quantum adulationis obtinuit: ut cupiditas eminendi non solum superbientem minuat, sed etiam conniventem. Si vero, ut asseritur, primi secundique Presbyteri, circa 11

Canonum observantia Leo ai cordi est.

Luc. 14. 11. & 18. 14.

ANNO CHRISTI 446.

BALLER. NOTÆ.

bus præponenda fuerat, si ex aliis lectionibus mensi Junio adscribenda fuisset. Quoad consularem vero notam editi cum plerisque MSS. exhibent *Aliano, & Arabione VV. CC. Consulibus*. Quesnellus in margine. Al. *Calippio, aut Calepio*. Nos invenimus *Calippio* in duobus MSS. *Vindebon.* coll. v. & in Veneto coll. XII. *Calepio* edidimus ex rationibus allatis adnot. 85. in ep. 15.

1 Exstat in MSS. collect. v. XI. XII. XIII. & XX. usque ad XXIV. Codices S. Crucis in Hierusalem coll. XX. & *Vat.* Ottobon. 332. ad *Teodorum* inscribunt. In tabulis vero Beneventana Ecclesiæ *Dorus* appellatur, ut in ceteris MSS. vocatur. Solum in codd. coll. XXI. *Doroleus* per errorem scribitur in unam conjunctis duabus vocibus *Doro Leo*, quæ in inscriptione epistolæ leguntur.

2 In tabula coll. v. capite ultimo hic titulus legitur: *Ad Dorum Beneventanum Episcopum obiurgationis epistola*. In MSS. autem S. Crucis: *De Presbytero in alienum injuriam promoto, & de eis, qui eum sibi præponi poposcerunt.* 3 Duo codd. Quesn. & noster Vindebon. coll. v. addunt *nostrum*. Mox pro *doleamus* in MS. S. Crucis *nolemus*. Hoc autem ex textu quidam non leviter colligunt, Dorum consecratum videri Beneventi Episcopum ab ipso Leone, qui idcirco queritur judicium, seu spem de ipso concepta, cum scilicet eum Beneventanis Episcopum dedit, frustratam fuisse. E Romano etiam Clero eductum indicare videntur illa, *cum plenissime noveris* &c. atque illa: *te, quem auctoritatum apostolicæ Sedis observantissimum esse convenerat.*

4 Iidem duo codd. Quesn. *violarent*.

5 *Auctoritates apostolicæ Sedis* sunt Constitutiones Romanorum Pontificum. Vide adnot. 81. in epist. 15.

6 Ita aliquot nostri, & Quesnelli codd. melioris notæ. Al. *Columbio*.

7 Editi ante Quesn. cum MSS. coll. XXI. & XXIV. *quos ætas commendabat*. Cod. S. Crucis coll. XX. *quos & ætas commendabat*. Editio Quesn. *quorum ætas ordinem commendabat*. In MSS. XI. idem legitur omissa voce *ordinem*. Æquiorem lectionem cod. Vindeb. coll. v. secuti sumus. *Honor* Sacerdotii intelligitur, unde etiam infra *sacerdotali honore*.

8 Ita Quesnellus. Anteriores editiones voci *sacerdotali* præponunt præpositionem *in*. MS. Vindebon. coll. v. *in Sacerdotio propere provehebat, ad injuriam*. Cod. S. Crucis *in sacerdotalem propere provehebat honorem*. Quesn. in margine ex aliquo ipsius codice, *ne quem Sacerdotio provehebat*.

9 Editi Leonis præmisso puncto habent corrupte cum MSS. Vat. coll. XXI. & XXIV. *Minor, quasi fieret*. Dein codd. coll XXI. pro *elationis* habent *furoris*. MSS. autem Vindebon. coll. v. Vat. coll. XI. Venet. S. Marci coll. XII. & Vat. coll. XXIV. *fortioris* præferunt. In MS. S. Crucis coll. XX. aliisque duobus Cantabrig. & Thuan. a Quesnello laudatis *furoris vitium superaret*; & in Vat. coll. XI. *furoris vitium roboraretur*. Labbeus in margine adnotavit: *Aliter, inciperes major quasi fieri, dum in illo non humilitatis virtus, sed furoris vitium roboraretur*. In textu retinuimus lectionem Quesnelli ex Merlino, & editionibus Conciliorum, eo quod *elationis* nomen Leoninis quoque editionibus comprobatum, *humilitati* opponatur, totique contextui magis congruat, quam *furoris*, vel *fortioris*. 10 Editi Quesnello anteriores cum unico nostro cod. Vat. 541. coll. XXI. *Neque enim ignorabat dixisse Dominum, quod qui se humiliat exaltabitur, qui vero se exaltat humiliabitur: eumdemque dixisse: Quicumque vult inter vos major fieri, sit vester minister; & quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Vos autem quæritis de pusillo crescere, & de honore majores esse*. Ita etiam Leonis codex, quo Hincmarus usus fuit Opusc. 44. de jure Metropol. c. 17. Omnes vero alii codices a nobis adhibiti, idest codd. quatuordecim, & quinque a Quesnello inspecti omittunt textum *Quicumque vult* &c. usque ad illa *erit vester servus*. Iidem pariter nostri codices, excepto unico Vindebonensi coll. v. post voces *eumdemque dixisse* subjiciunt statim, *Vos autem quæritis de pusillo crescere*. Quesnellus vero cum laudato MS. Vindebonensi voces *eumdemque dixisse* transtulit ante verba *qui vero se exaltat*. Illa porro *Vos autem quæritis* &c. ut in nostro textu allata, non sicuti Christi verba charactere, uti vocant, cursivo, sed quasi Leonis textum charactere rotundo expressit. Dein *& de majore minores esse* legitur non tantum in quinque MSS. Quesnelli, verum etiam in nostris Vindebon. coll. v. Vat. coll. XI. Vat. & Veneto coll. XII. S. Crucis coll. XX. Veneto coll. XXIII. Vat. Reginæ 139. coll. XXIV. & in uno Pesulano. In codicibus autem coll. XXI. XXIII. & uno Vat. 544. coll. XXIV. *& de honore majores esse*. Post primam Quesnelli editionem Richardus Simon in novis observationibus ad textum, & versiones novi Testamenti c. 21. pag. 458. monuit hæc verba *Vos autem quæritis* &c. Leonem sumpsisse ex exemplari Evangelii secundum Matthæum c. 20. ubi illa in ejus codice perinde erant inserta, ac in Cantabrigensi, ac quatuor aliis MSS. exemplaribus inveniuntur. Dein vero non *de majore minores*, sed *de minore majores esse* legendum contendit. Quesnellus in secunda editione not. 3. Richardi lectionem *de minore majores esse* optime refellit. Quæ enim a Leone subjiciuntur, *Utrumque enim inordinatum, utrumque præposterum*, duo sibi invicem opposita indicant fuisse præmissa. Non opponuntur autem *de pusillo crescere, & de minore majores esse*; sed *de pusillo crescere, & de majore minores esse* opponi manifestum est.

Leo

ANNO CHRISTI 448.

ca 11 EPICARPIUM sibimet præponendum, tanta huic assentatio fuit, ut illum cum sui decore poscerent honorari, nec hoc quidem illis proprio se judicio dejicientibus tribui debuit, quod volebant: 12 quia tam miserum voluntati dignius te fuerat obviare quam cedere. Deformis autem & ignava subjectio bene sibi conscriis, & non irritam facientibus gratiam Dei, præjudicare 13 non potuit, ut primatus suos quocumque commercio in alterutrum transferentes, subsequentium suorum minuerent dignitatem; 14 & quia ultimum sibi antepofuerant, ceteris præmineret.

Primatus inter Presbyteros.

CAP. II. Prædicti igitur Presbyteri, qui indignos se honoris sui ordine sunt professi, licet privari etiam Sacerdotio mererentur; tamen, ut eis pro apostolicæ Sedis pietate parcatur, ultimi inter omnes Ecclesiæ Presbyteros habeantur; &, ut judicii sui sententiam ferant, inferiores etiam illo erunt quem propria sententia sibimet prætulere: ceteris omnibus Presbyteris in eo ordine permanentibus, quem unicuique ordinationis suæ tempus 15 adscripsit. Nec quisquam præter prædictos duos imminutæ dignitatis patiatur injuriam, sed in eorum tantummodo statum hoc recurrat opprobrium, qui novello & immature ordinato inferiores fieri delegerunt; ut illam evangelicam sententiam ad se sentiant pertinere, qua dicitur: *Quo judicio judicaveritis, judicabitur de vobis: & qua mensura mensi fueritis*; 16 *eadem remetietur vobis*. PAULLUS vero Presbyter ordinem suum, de quo laudabili firmitate non cessit, obtineat: nec ulterius aliquid in cujusquam præsumatur injuriam, ita ut dilectio tua, quam non immerito tota facti hujus pulsat invidia, hoc saltem remedio curare se properet, ut 17 sine dilatione hæc quæ decernimus, tradantur effectui: ne si iterato ad nos imploratio justa confugerit, necesse sit severius commoveri: cum his, quæ male sunt facta, correctis, malimus redintegrare disciplinam, quam augere vindictam. Executionem vero præceptionum nostrarum fratri & Coepiscopo nostro 18 JULIO commisisse nos noveris, ut omnia 19 illico quemadmodum constituimus, roborentur. Data 20 VIII. Idus Martii, POSTHUMIANO viro clarissimo Consule.

Matth. 17. 2. *Marc.* 4. 24. *Luc.* 6. 38.

Laudabilis firmitas non cedantis ordinem suum.

BALLER. NOTÆ.

Leo autem perstringere voluit tum Epicarpium, qui ex infimo ad primum locum ascendit, tum illos duos Presbyteros, qui e primis gradibus in Epicarpii gratiam recedentes, minores fieri consenserant. Plerique & potiores etiam codices Leonis lectioni *de majori minores esse* a Quesnello, & a nobis recepta favent; immo favent etiam exemplaria latina Evangeliorum a Richardo memorata, quæ eamdem lectionem præferre fatetur. Congruit quoque antiquissimum Evangeliarium Vercellense a P. Josepho Blanchinio novissime editum in opere, cui titulus *Evangelium quadruplex*, ut videre est cap. 20. Matthæi post versum 28. & alia vetusta, ac potiora exempla pro eadem lectione laudantur a P. Petro Sabatier in idem caput 20. Matth. pag. 120. ubi de hac assumento plura differit. Duos tantum codices evangeliorum pro Richardi lectione memorat, quibus adjiciendum est nostrum vetustum exemplar Veronense ab eodem Blanchinio editum. Ex tot vero jam vulgatis Evangeliorum antiquissimis exemplaribus, quorum quædam ipsius Leonis ætatem creduntur excedere, clare liquet, hæc verba *Vos autem quæritis* &c. in evangelico Matthæi textu olim inserta, & lecta fuisse, uti verba Christi inter versus Vulgatæ editionis 28. & 29. licet lectione in altero commate aliquantulum diversa. Quidquid autem credatur utra lectio evangelico contextui magis congruat, cum certum ex dictis sit Leonis menti æque contextui illam convenire, quam recepimus, quæ non tam in pluribus ac potioribus MSS. Leonis, quam in plerisque antiquissimis Evangeliariis favenitur; nihil profecto dubitandum est, quin ex aliquo simili Matthæi exemplo hunc textum S. Pontifex sumserit. Cum porro ex his constet textum *Vos autem quæritis* &c. a Leone recitari uti verba Christi apud Matthæum; antecedentia vero ex Luca decerpserit: consequens sit, voces *eumdemque dixisse* in fere omnibus collectionibus, & MSS. Leonis recte & jure prætermitti iisdem verbis *Vos autem quæritis*, ut aliud Christi testimonium ex alio Evangelista sumtum indicetur, nec nisi perperam in aliis codd. & apud Quesnellum hinc fuisse abstractas, & anterius ita traductas, ut unum eumdemque Lucæ textum intersecent, ac in duos dividant.

11 Tria MSS. Quesn. *Epicandium*: duo nostra *Epicandium Presbyterum*. Post pauca cod. S. Crucis delet *huic*, forte melius, videtur enim superfluum.

12 Editi *cui tam misera*. Magis placuit lectio codicis S. Crucis, cui favent illi qui præferunt *qui*.

13 Duo MSS. *non poterit*: & paullo post *minuerint*, & *antepofuerint*.

14 Cod. S. Crucis, *quia ultimum sibi antepofuerint*, *ut ceteris præmineret*. Editi ante Quesn. cum aliquot MSS. *Et quem ultimum* &c.

15 Tres codd. *adscribit*.

16 Quidam MSS. deleant *eadem*.

17 Hæc lectio MS. S. Crucis contextui magis congrua visa est, quam vulgata & aliorum codd. *sine dissimulatione*.

18 MSS. S. Crucis coll. XX. & Vat. coll. XI. *Juliano*. Quidam opinantur Julium Puteolanum intelligi, quem anno sequenti Leo ad Ephesinam Synodum legatum misit.

19 Legebatur *illis*. Quesnellus *illic* corrigendum in margine suspicatus est. Veram lectionem suggessit codex Florentinus S. Marci coll. XIII.

20 Quidam codices, & editi ante Quesn. *Id. Martii*. At vetustiores, & potiores *VIII. Idus*, vel chronica nota carent.

ANNO CHRISTI 448. * Al. XIX. Quæ autem antea 20. erat, nunc 21. 1. Junii an. 448.

EPISTOLA XX. *

1 Ad EUTYCHEN Constantinopolitanum Abbatem.

2 *SYNOPSIS.*

Rescribit, sibi de Nestoriana hæresi revivisceute Eutychis litteris admonito, zelum illius placuisse.

3 Dilectissimo filio EUTICHI Presbytero, A LEO Episcopus.

AD notitiam nostram tuæ dilectionis 4 epistola retulisti, quod Nestoriana hæresis quorumdam rursus studiis pullularet. Sollicitudinem tuam ex hac parte nobis placuisse rescribimus, quoniam index animi tui est sermo, quem sumsimus: unde 5 non ambigas auctorem catholicæ fidei Dominum tibi in omnibus assuturum. Nos autem cum plenius, quorum hoc 6 improbitate fiat, potuerimus agnoscere, necesse est, auxiliante Domino, providere: quatenus nefandum virus, dudumque damnatum, radicitus possit extingui. 7 Deus te custodiat incolumem, dilectissime fili. 8 Datum Kalendis Junii, POSTHUMIANO & ZENONE viris clarissimis Consulibus.

Τῷ ποθεινοτάτῳ υἱῷ Εὐτυχεῖ πρεσβυτέρῳ, Λέων ἐπίσκοπος.

ΕΙΣ γνῶσιν ἡμετέραν διὰ τῆς σῆς ἀγάπης ἐπιστολῶν ἀνήκεν, ὅτι ἡ Νεστοριανὴ αἵρεσις τινῶν πάλιν πιθανοῖς σπουδαῖς ἀνθεῖ. τὸν ζῆλον τὸν σὸν ἐκ τούτου τοῦ μέρους ἡμῖν ἀρέσαντα ἀντιγράφομεν, ἐπειδὴ μίμωνται τὸ σὸν λογισμοῦ ἐστιν ὁ λόγος ὃν ἐδεξάμεθα. διὸ μὴ ἀμφιβάλῃς τὸν ἀρχηγὸν τῆς καθολικῆς πίστεως τὸν δεσπότην σὺν πᾶσι σοι παρεσόμενον. ἡμεῖς δὲ ὅτε πληρέστερον, ὧν τῇ ἀναιδείᾳ τοῦτο γίνεται, δυνηθῶμεν γνῶναι, ἐπάναγκες ἐστὶ τὸ δεσπότου βοηθοῦντος προνοῆσαι, ἄχρις οὗ ὁ ἄθεμιτος ἰὸς ὁ παλαὶ κατακρυθεὶς, ῥιζόθεν δυνηθῇ σταθῆναι. ὁ Θεὸς ὑγιῆ σε διαφυλάξει, υἱὲ ποθεινότατε.

EPISTOLA XXI. *

1 EUTYCHIS ad S. LEONEM

Nunc primum inter LEONIS *epistolas inserta.*

SYNOPSIS.

2 *Epistola Eutychetis hæretici: ubi scribens ad Papam urbis Romæ Leonem, negat in Christo duas naturas, id est Divinitatis, & humanitatis.*

CAP. I. DE mea in Dominum, ☞ *Extat in Cap. 222. Synodici adversus Tragœdiam Irenæi.* ☜

AD-

* Quæ antea erat 21. nunc 24. Post 22. Nov. an. 448.

BALLER. NOTÆ.

1 Sicut hæc epistola continetur in MSS. coll. III. VIII. Hisp. Isid. XI. XII. XVII. XXI. XXIII. & XXIV. nec non apud Sichardum, ita ad præstantiores omnium harum collectionum codices eamdem relegimus. Græcam versionem ex Græcis MSS. coll. XVII. Calchedonensis adjecimus.

2 Codices coll. Hispanicæ hunc brevem titulum præferunt: *Ad Eutychen Constantinopolitanum Abbatem adversus Nestorianam hæresim.*

3 Codices Latini collectionis Calchedonensis, inter quos Veronensis sæculi VIII. Græco textui coherentius præferunt *Desiderantissimo filio*, omittunt autem *Presbytero*, licet hoc nomen in Græco non desit.

4 Plerique nostri codices, ac præsertim illi collectionis Calchedonensis habent *litteris*. Retinuimus tamen *epistola* auctoritate præsertim vetustissimorum codd. coll. III. & VIII. Nunc subjicimus satis opportunam Quesnelli observationem. „ Epistolam, inquit, hanc ab Eutyche scriptam fuisse ante factam erroris sui publicationem, ideo monemus, quia a nonnullis hoc animadversum non fuisse intelligimus: quibus errandi forsitan occasio fuit, quod „ in capite Actorum Calchedonensium posita est, tanquam ad eamdem Synodum pertineret. Ante eam, inquam, „ erroris publicationem, quæ Constantinopoli in Flaviani Synodo facta est, non vero, quantum conjici potest, „ ante detecta Domni Antiocheni Episcopi studio infandi dogmatis semina. Priusquam enim ad episcopale judicium deferretur ab Eusebio Doriæi Episcopo, jam apud Imperatorem Theodosium delata fuerat a Domno accusatio de revivisceute, Eutychis industria & artibus, Apollinaris hæresi. Hujus rei testem locupletem habemus „ Facundum lib. 8 cap. 5. cujus verba in Dissertatione de caussa Eutychis referemus cum Domni Synodica. Ex „ quibus & compertum habemus, quinam illi essent, quos Eutyches apud S. Leonem infamaba, tanquam Nestorii „ sequaces & patronos: clarum est enim de Domno, Theodoreto & aliis hujusmodi hæc esse intelligenda, qui de „ anathematizatis per Eutychen Diodoro & Theodoro apud Theodosium conquesti fuerant. “ Hactenus ille.

5 Editi ante Quesn. cum aliquot MSS. *non ambigimus*. Quesnellus cum aliis codd. præsertim coll. XVII. Calchedon. *non ambigo*. Præstulimus lectionem antiquissimi Vat. 5845. & Vallicell. A. S. coll. VIII. cui etiam Græca interpretatio concinit. 6 MSS. coll. XXI. *importunitate*: melius in MSS. coll. VIII. *prævitate*.

7 Exemplaria coll. Calchedon. *Deus te salvum custodiat, fili desiderantissime.*

8 Hanc chronicam notationem servarunt codd. coll. XVII Calchedon. & XXI.

1 Hæc epistola est antiqua versio ex Græco textu, qui desideratur. Subjecta legitur collectioni veterum documentorum ad Nestorianismum pertinentium, quam ex MS. Casinensi Christianus Lupus, ac deinde Stephanus Baluzius ediderunt. Exhibetur autem in hac collectione capite 222. eidemque adjiciuntur tria alia capitula nimirum c. 223. fragmentum professionis fidei ab eodem hæretico editæ; c. 224. testimonium ex epistola Julio Papæ affixa, & c. 225. Anonymi litteræ, quibus ipsa Eutychis epistola ad Leonem confutatur. Quesnellus in secunda editione operum S. Leonis solam Eutychis epistolam descripsit in Appendice dissertationis 7. quæ *De caussa Eutychis* inscribitur. Cum vero ad Leonem fuerit tradita, ex instituti nostri ratione inter ejus epistolas inserenda fuit; cum præsertim duabus epistolis 23. & 24. occasionem dederit. Nec ab ea disjungenda fuere duo sequentia capitula, quæ ab eodem Eutyche epistolæ subnexa sunt. Anonymi vero litteræ cum nec Leonem datæ fuerint, nec cum epistola Eutychis sint necessario conjunctæ, hoc loco non sunt exhibendæ. Ne tamen Lectores hoc documento fraudentur, eas in Appendicem rejecimus. Scripta autem fuit hæc epistola ab Eutyche postquam ipsum damnavit S. Flavianus in Constantinopolitana Synodo die 22. Novembris an. 448. 2 Est idem titulus, qui in MS. Casinensi legitur.

ADMONITIO

in epistolam sequentem.

1 QUesnelli ex suis præjudiciis magnopere intererat adversus Eminentissimum Baronium defendere, S. Flavianum de damnatione Eutychetis ad S. Leonem Pontificem nihil scripsisse, nisi postquam hujus litteris fuerat excitatus. Quare duarum Flaviani ad Leonem epistolarum ordinem pervertit Diss. 1. ad an. 449. num. 1. & seqq. & epistolam nobis 26. quam post acceptas a Leone litteras Flavianus scripsit circa Aprilem an. 449. veluti primam traduxit; epistolam vero sequentem veluti secundam posterius traditam statuit, ac in eamdem sententiam traxit ipsum Antonium Pagium, qui idcirco Baronium corrigendum putavit ad an. 448. num. 8. Præcipuum, seu potius unicum Quesnelli argumentum a Pagio item repetitum his Flaviani verbis innititur ex epist. 26. quibus Eutychem damnatum significans, addit: *Sicut decebunt vestram Sanctitatem omnia, quæ super eo sunt gesta, quæque direximus cum nostris his litteris*. In quæ ille: *Vides ut nihil litterarum vel gestorum Synodi ante hanc epistolam acceperat Leo a Flaviano*? Cumque Flavianus deinde memoret Leonis litteras sibi traditas a Pansophio (est epistola 23.) quibus edoctus fuerat, eumdem Eutychem libellos direxisse ad Leonem plenos omni fallacia & calliditate; ex his *liquet pariter*, subdit Quesnellus, *non ante Flavianum de litteris ad Leonem ea de re scribendis cogitasse, quam cum didicit Pontificem improbis artibus deceptum, falsam de judicio Constantinopolitano cepisse opinionem*.

2 Si epistola 23. legatur attente, Leonem non deceptum, sed cautum, & necessaria documenta postulantem ac expectantem invenies. Ad argumentum vero quod pertinet, etiam in epistola 22. Eutychis erroribus expositis, quæ πάλαι *dudum* seu *pridem* in eum gesta fuerant, a Flaviano ad Leonem directa traduntur cap. 4. & eodem quidem Græco verbo ἀνεγράψαμεν *direximus* idem Flavianus utitur, quod adhibuit epist. 26., qua in re ne vox *direximus* difficultatem moveat, vide adnot. 17. in eamdem epistolam 22. Cum ergo bis Flavianus de eadem damnatione ad Leonem scribens, bis quoque gesta ad eum transmiserit, nimirum una cum epist. 22. & cum epist. 26. nihil ex hoc uno pro alterutra anteriori asserenda deduci potest.

3 Ex contextu vero utriusque epistolæ si judicium feratur, Tillemontius, licet Quesnello in aliis multis faverit, hac tamen in re assentiri non potuit: unde art. 16. in Leonem, epistolæ 22. primum locum adjudicandum nihil addubitavit: *Je croy que pour peu de reflexion, qu'on y fasse, on reconoistra aisement, qu' elle* (epistola nunc 22.) *a esté ecrite fort peu apres le Concile tenu contre Eutyche, & que c' est la premiere, que Flavien ait ecrit a Rome sur cette affaire, comme l' a cru Baronius*. Verba ex Græco *talis nobis nunc apparuit Eutyches*, recentissimam hæretici manifestationem & condemnationem declarant. Illa vero sub finem, quibus, ut gesta de eodem in Occidentalium Episcoporum deducantur notitiam, Flavianus rogat, *ne scientes aliqui quid ille senserit, quasi ad orthodoxum vel per litteras, vel per aliquam conjunctionem loquantur*; hæc statim ab initio scripta produnt. Inopportunum enim fuisset Leonem rogare, ut promulgaret Eutychis condemnationem eo tempore, quo notissima erat, seu post epist. 26. cum jam generale Concilium ea de caussa habendum vulgatum fuerat.

4 Sed evidentius argumentum producamus. S. Leo duas Flaviani litteras cum gestis se accepisse tradit. Primum ep. 28. ad eumdem Flavianum scripta Idibus Junii an. 449. his verbis cap. 1. *Lectis dilectionis tuæ litteris, quas miramur fuisse tam seras, & gestorum episcopalium ordine recensito, tandem quid apud vos scandali contra integritatem fidei exortum fuisset, agnovimus*. Hanc eamdem Flaviani epistolam se jam tunc accepisse indicat, cum scripsit epistolam 27. datam die 21. Maji anni ejusdem. Si epistola Flaviani sub hunc diem accepta *valde* erat *sera*; ergo multo ante scripta fuerat. Hæc de primis Flaviani litteris procul dubio intelligenda sunt. Rursum epistola 36. ad eumdem Flavianum data XII. vel XV. Kal. Julii anni ejusdem aliæ hujus litteræ tunc acceptæ una cum gestis nominantur sic: *Litteras tuæ dilectionis accepi cum gestis, quæ apud vos de fidei quæstione confecta sunt*.

Hæc de secundis litteris ejusdem Flaviani, quibus acta in Eutychem æque ac primis annexa fuerant. Porro in hac epistola 36. respici epistolam 26. Flaviani ex eo manifestum fit, quod Flavianus ep. 26. c. 2. sperare se dicit, remotum iri Synodum, quæ futura vulgabatur: Leo autem huic articulo respondens epistola 36. Concilium impediri non posse significat. Igitur epistola 26. Flaviani secunda est, epistola autem 22. prima, ac paullo post Constantinopolitanam Synodum missa exeunte an. 448. vel serius ineunte an. 449. Epistolam Eutychis una cum Imperatoris litteris, quæ pro eodem datæ fuere, transmissam citius pervenisse nihil sit mirum. Unde vero epistolæ Flaviani, quam *sero* allatam Leo miratus est, moræ longiores injectæ fuerint, ignoramus. Hinc epistola 22. priora gesta, quæ usque ad Constantinopolitanam Synodum contigerant, descripsit; epistola autem 26. posteriora adjecit, quæ post eamdem Synodum Eutyches commoverat. Acta vero Synodi iterum huic secundæ epistolæ fuerunt annexa, eo quod ex Leonis litteris Flavianus metueret, ne forte prior epistola cum actis intercidisset. Quod si in epistola 26. nulla fit mentio epistolæ 23. quam antea missam probavimus, nihil movere potest: siquidem nec in epistola 22. quam Quesnellus posteriorem censet, alterius antea scriptæ epistolæ Flavianus meminit.

5 Maneat ergo epistolam 22. primum datam fuisse, eamque esse illam, quæ a Leone memoratur epistola 28. cuique tota hæc celebris Leonis definitio innititur. Hinc quidem evenisse cre-

credimus, ut in antiquis collectionibus Latinis II. III. & VIII. nec non in Hispanica & Isidoriana aliisque posterioribus, quæ a vetustis illis fontibus prodeunt, sola Flaviani ad Leonem epistola 22. præmittitur epist. 28. Leonis ad Flavianum. Cumque hæc prior Leoni tradita, statim etiam in Latinum versa, & ubique in Occidente divulgata fuerit; idcirco in tot distinctis & antiquis collectionibus insertam putamus: quod confirmabitur ex dicendis in fine adnotationis 5. in epist. 67. Id non accidit epistolæ 26. quæ cum posterius fuerit scripta, re satis cognita per priores litteras, non perinde spargi debuit in vulgum: unde in solis codicibus collectionis XVII. Calchedonensis, ubi quamplurima documenta ad Eutychem pertinentia diligentius collecta fuerunt, reperitur, & ordine quidem post epistolam 22. ut apud Baluzium videre licet tom. 4. Concilior. Venetæ editionis pag. 1981. quod ipsum hanc priorem, illam posteriorem confirmat.

6 Hinc pariter conjicere licet, interpretationem epistolæ 22. incipientem *Nulla res diaboli*, quæ in laudatis antiquis collectionibus exstat, & in nonnullis etiam reperitur una cum actis Synodi Constantinopolitanæ in Eutychem eidem epistolæ a Flaviano subjectis, primam interpretationem esse, quæ statim promulgata, subinde in collectionibus recepta fuit: dum alia interpretatio, quæ incipit *Nihil est*, in sola vetusta collectione Latina Calchedonensi reperitur, ex qua postmodum in posteriorem collectionem XXII. cum aliis documentis Calchedonensibus traducta fuit. Illa vetustior interpretatio statim ab initio confecta, Leoni usui fuit, antequam dogmaticas ad Flavianum litteras scriberet; sicut indubium est, eidem usui fuisse interpretationem actorum Synodi Constantinopolitanæ in Eutychem, quæ simul edita in collectionibus III. & VIII. una cum laudata antiquiori versione epistolæ 22. recepta legitur: ex hac enim actorum interpretatione nonnulla totidem verbis recitat in iisdem dogmaticis litteris cap. 6.

7 Ex his autem omnibus perspicuum efficitur, quam inaniter Quesnellus adversus Card. Baronium elaboraverit, ut epistolam 22. scriptam suaderet post epistolam 26. ac si Flavianus, qui post Eutychis condemnationem scripsit ad Domnum & ad alios Orientis Episcopos, Occidentales, & potissimum Romanum Pontificem de tanta hæresi commonendum neglexerit. Idem Flavianus statim post condemnationem Eutychis satis a Florentio monitus fuerat, dum soluto conventu ad superiorem domus partem ascenderet, ipsum Eutychem ad Romanum, Alexandrinum, & Hierosolymitanum Episcopos appellasse: unde metuendum ipsi erat, ne si statim ad Leonem non scriberet, is Pontificem præveniret. Sed plura addere ad refellendum Quesnellianum præjudicium, sive commentum, opus non est.

8 Inter duas porro Latinas versiones, quas memoravimus, epistolæ sequentis, licet illa, quæ incipit *Nulla res* sit prima & antiquior altera, cujus initium *Nihil est*; cum tamen a minus perito, vel non admodum diligenti interprete Latine reddita, originali Græco minus exacte respondeat; alia autem versio, quæ in Calchedonensi collectione exhibetur, a peritiore ac diligentiore interprete lucubrata, ad Græcum textum propius accedat: hanc posteriorem quidem, at satis vetustam illi priori anteferentes, Græco textui e regione adnectendam credidimus. Postea vero antiquiorem versionem subjiciemus, cui præter interpretis minus accurati difficultates, aliæ accesserunt ex amanuensibus, qui in lectionibus mirifice discrepantes, obscuriorem ac magis incertum primævæ versionis textum reddidere. Quesnellus hanc versionem antiquiorem Græco originali appositam edidit, ut in Conciliorum editionibus profertur, non paucis, & identidem longioribus lectionibus in margine descriptis, quæ videri possunt variantes ex MSS. sumptæ, sed vere sunt lectiones ex Græco a Romanis textus Græci primis editoribus appositæ; quod antiqua versio minus congrua videretur. Immo iidem nonnulla ex Græco etiam mutarunt in ipso versionis textu, quemadmodum in ipsius Calchedonensis prisca versione identidem fecerant: & nihilominus Quesnellus, licet aliquot haberet ejus interpretationis codices, & anteriores Leonis editiones, qui aliter legebant; ita Romanam lectionem transcripsit, ut nec codicibus, nec ceteris editis usus, antiquam versionem restituere neglexerit: cum tamen ii, qui antiquas versiones exhibent, non illud proferre debeant, quod originali est congruentius, sed illud, quod a veteri interprete redditum fuit. Versio autem altera accuratior, quam nos cum Græco textu priori loco dabimus, edita primum fuit a Quesnello ex MS. Thuaneo collect. XVII. Calchedonen. tum vero ex eodem codice ac duobus aliis ejusdem collectionis Corbejensi ac Divionensi eamdem recusit Baluzius in *antiqua versione Concilii Calchedonensis emendata a Rustico* cap. 5. Nos quoque eam recognovimus cum quatuor MSS. laudatæ collectionis, vetustissimo Veron. duobus Vaticanis, & Chigiano, nec non cum Veneto S. Marci collect. XXII. Græcum vero originale, quod nobis conservavit Græca collectio Concilii Calchedonensis, contulimus cum duobus codd. Venetis S. Marci.

EPI-

ANNO CHRISTI 448. vel 449.

* Al. post epist. 23. Quæ antea erat 22. nunc 23. circiter an. 448. vel init. an. 449.

EPISTOLA XXII. *

Flaviani Episcopi Constantinopolitani prima ad Leonem Papam.

SYNOPSIS.

I. *De diaboli insidiis, quas vitat qui doctrinæ SS. Patrum adhæret.*
II. *De hæreticorum versutia, qua incautos decipiunt.*
III. *Eutyches renovare dogmata Valentini & Apollinaris.*
IV. *De depositione & excommunicatione ejus justissima, quam Occidentalibus notam a Leone fieri postulat.*

A

Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ πατρὶ καὶ συλλειτουργῷ Λεόντι, Φλαβιανὸς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

1 Sanctissimo & Deo amantissimo Patri & Consacerdoti Leoni Flavianus in Domino salutem.

ΚΕΦ. α'. ΟΥΔΕΝ ἔστιν ἄρα τῷ τῦ διαβόλε πονηρίαν, τὸ ἀκατάσχετον κακόν, τὸ πλήρες ἰῦ θανατηφόρυ· ἄνω γὰρ κ. κάτω περινοστεῖ, ζητῶν τίνα πλήξῃ, τίνα σαγάξῃ, τίνα καταπίῃ. διὸ καὶ γρηγορεῖν, καὶ νήφειν εἰς προσευχὰς, καὶ τῷ Θεῷ ἐγγίζειν, καὶ τὰς μωρὰς ζητήσεις παραιτεῖσθαι, καὶ τοῖς πατράσιν ἀκολουθεῖν, καὶ μὴ μετατιθέναι ὅρια αἰώνια, ὑπὸ τῶν θείων γραφῶν διδιδάγμεθα. ἀποθέμενος οὖν τοῦ πένθους τὸν ὄγκον, τῶν δακρύων τὸ πλῆθος, ὅτι γε τῶν ὑπ' ἐμὲ πεπολιτευμένων κληρικὸς εἷς θηρεύλωτος γέγονε, καὶ οὐκ ἠδυνήθην αὐτὸν περισῶσαι, οὐδὲ ἁρπάσαι τοῦ λύκου, καίτοι τὴν ψυχήν μυ ἑτοίμως ἔχων θεῖναι ὑπὲρ αὐτοῦ· πῶς ἡρπάγη, πῶς ἀπεπήδα, μισῶν τὴν τοῦ καλοῦντος φωνὴν, καὶ πρὸς τὸν ἀπολλύοντα μᾶλλον τρέχων, τάχα πυ καὶ τὰ μνήματα τῶν πατέρων ἐκκλίνων, καὶ τὰς ῥίβυς αὐτῶν μυσαττόμενος, βαδιοῦ καὶ τῶν λόγων.

B

Nihil est quod stare faciat diaboli nequitiam, *incontentibile malum*, *plenum veneno mortifero*: sursum atque deorsum *circuit quærens* quem percutiat, 2 quos conturbet, *quos devoret*. Unde & vigilare & sobrii esse ad orationes, & propinquare Deo, & fatuas quæstiones respuere, & patres sequi, & non transgredi terminos æternos 3 ex Scriptura sancta didicimus. Deponens itaque tumorem luctus, lacrymarum multitudinem, quoniam *unus* eorum qui sub me constituti sunt, clericus captus est, nec eum salvare prævalui, neque lupo præripere; licet animam meam paratus fuissem ponere pro eo. Ut raptus est, ut exilivit, odio habens vocantis vocem, & 4 ad perditionem maxime currens, & memorias quoque paternas declinans, & eorum itinera prorsus abhorrens, pergo in hunc sermonem.

CAP. I. Matth. 7. 8. 1 Petr. 5. 8.

ΚΕΦ. β'. Εἰσί τινες ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· οὓς ἀπὸ τῶν καρπῶν ἐπιγινώσκομεν. οὗτοι τὰ a πρόβατα δοκοῦσι μὲν εἶναι ἐξ ἡμῶν, ἀλλ' οὐκ εἰσὶν ἐξ ἡμῶν. εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεσαν ἂν μεθ' ἡμῶν. ὅταν δὲ τὴν ἑαυτῶν ἀπεμέσωσι δυσσέβειαν, τὸν ἐν αὐτοῖς ἀποῤῥήξαντες δόλον, ἐπιλαβόμενοι τῶν ἀσθενεστέρων, ἃ καὶ αἰσθητήρια πρὸς τὰ θεῖα λόγια ἐχόντων ἀγύμνασα, συνὼ ἑαυτοῖς ὠθοῦσιν αὐτοὺς εἰς ἀπώλειαν, στρεβλοῦντες καὶ σκώπτοντες τὰς τῶν πατέρων διδασκαλίας, ὡς καὶ τὰς b λοιπὰς γραφὰς, πρὸς τὴν ἰδίαν ἀπώλειαν ἑαυτῶν. οὓς δεῖ προγινώσκοντας φυλάττεσθαι. ἵνα μὴ τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν ὑπαχθέντες τινὲς, ἐκπέσωσι τοῦ ἰδίυ στηριγμῦ. ἠκόνησαν γὰρ γλῶσσαν αὐτῶν, ὡσεὶ ὄφεως· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. περὶ τούτων ἀναβοᾷ ὁ προφήτης.

C

Sunt quidem 5 *in vestibus ovium*, *intus autem lupi rapaces*: quos ex fructibus agnoscimus. Isti primo quidem videntur ex nobis 6 esse, sed non sunt ex nobis: *si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum*. 7 Quando vero suam evomuerint impietatem, dolum, qui in eis est, erumpentes; & apprehendentes 8 infirmiores, & eos qui ad eloquia divina sensus inexercitatos habent, secum eos 9 contrahunt ad perditionem, subvertentes & injuriantes paternas doctrinas, sicut & sanctas Scripturas ad perditionem suam: quos oportet præscientes cavere, ne malitia eorum quidam seducti abscindantur a propria firmitate. *Exacuerunt enim linguas suas sicut serpentes; venenum aspidum sub labiis eorum*; sicut de his clamavit Propheta.

CAP. II. Matth. 7. 15. 1 Joan. 2. 19. 2 Petr. 3. 16. Psal. 139. 4.

D

Talis

BALER. NOTÆ.

a In Marg. edit. Rom. πρῶτα Lat.
b Adnotatur in editis, *Forte ἁγίας. Hard.*
1 Hanc inscriptionem a Quesnello omissam ex omnibus nostris, nec non ex Baluzii MSS. exhibuimus.
2 Ita omnes nostri codices præter Chigianum, qui cum Baluzio habet, *quos conturbet*, *quem devoret*. Apud Quesnellum *quem turbet*, *quem devoret*.
3 Præpositionem *ex* a Quesnello prætermissam nostri & Baluzii codices suppeditarunt. Postea *Deponens* emendatum ex codd. Corb. & Divion. Baluzii. Male ceteri cum Quesnello *Deponentes*.
4 Baluzius *ad perditorem*. 5 Ita omnia MSS. exemplaria tum Baluzii, tum nostra. Quesnellus *in vestimentis*. Paullo post *agnoscimus* ex quatuor codd. uno Var. alio Veneto, nec non Corb. & Divion. Tres alii nostri *cognoscimus*. Quesnellus cum suo Thuaneo *agnoscemus*.
6 Quesnellus *essent*, nostris & Baluzii codicibus refragantibus.
7 Ita nostri MSS. libri cum Baluzio. Quesnellus: *Cum vero aliquando suam*.
8 Solus Quesnellus *inferiores*.
9 Sic cod. Venetus cum Baluzio. Alias *pertrahunt*.

ANNO CHRISTI 448. vel 449. CAP. III.

Talis igitur nobis quidam nunc apparuit Eutyches dudum Presbyter & Archimandrita, tamquam ea, quæ nostra sunt, sapiens, & rectam fidem in se habens; Nestorii quidem impietati resistens, & pugnam adversus eum simulans; trecentorum vero decem & octo sanctorum Patrum de fide confectam expositionem, & sanctæ memoriæ CYRILLI ad Nestorium scriptam epistolam, & ejusdem similiter ad Orientales, quibus omnes in consenserunt, conatus evertere; & antiqua impii Valentini & Apollinaris mala dogmata 11 renovare. Nec timuit Regis veri præceptum dicentis: *Quicumque scandalizaverit unum de pusillis istis minimis, melius erat ut suspenderetur mola asinaria* 12 *circa collum ejus, & mergeretur in profundum maris.* 13 Impudenter autem omnem abjiciens, & pellem, quæ eum circumdabat, excutiens, aperte coram sancta Synodo 14 nostra affirmabat, dicens: Dominum nostrum JESUM CHRISTUM non oportere ex duabus naturis post inhumanationem, in una subsistentia, & in una persona a nobis agnoscendum: neque carnem Domini consubstantialem nobis esse, tamquam ex nobis assumtam, & unitam Deo Verbo secundum 15 subsistentiam: sed dicebat, virginem quidem, quæ cum peperit, secundum carnem

Matth. 18. 6.

A Τοιοῦτος ἡμῖν τοιοῦτος ἀνεφάνη Εὐτυχής, ὁ πάλαι πρεσβύτερος καὶ ἀρχιμανδρίτης· ὃς μὲν τὰ ἡμέτερα δοκῶν φρονῶν, καὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν ἐν ἑαυτῷ ἔχων, τῇ μὲν Νεστορίου δυσσεβείᾳ ἀνθιστάμενος, καὶ τὸν πρὸς αὐτὸν πόλεμον ὑποκοριζόμενος, τὴν δὲ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων περὶ τῆς πίστεως γενομένην ἔκθεσιν, καὶ τὸ

ANNO CHRISTI 448. vel 449. KEΦ. γ'.

B τῆς θείας μνήμης Κυρίλλου πρὸς τε Νεστόριον γραφεῖσαν ἐπιστολὴν καὶ τὴν πρὸς τοὺς τῆς ἀνατολῆς τοῦ αὐτοῦ ὁμοίως, εἰς πάντας συνέθεντο, περιφρονῆσαι ἀνεκίνει, τὴν πάλαι τοῦ δυσσεβοῦς Οὐαλεντίνου, καὶ Ἀπολλιναρίου κακοδοξίαν ἀνανεούμενος. καὶ οὐκ ἐφοβήθη τὸ διάταγμα τοῦ ἀληθινοῦ βασιλέως, λέγοντος· ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ εἰς τὸ βάθος τῆς θαλάσσης. C ὁ αἰδὼ πᾶσαν ἀποβαλών, καὶ ἣν περιέκειτο τῆς πλάνης δορὰν ἀποτινάξαμενος, διαρρήδην ἐπὶ τῆς ἁγίας συνόδου ἡμῶν διισχυρίζετο, λέγων τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μὴ δεῖν d ἐκ δύο φύσεων μετὰ τὴν ἀνθρώπησιν, ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ ἐν ἑνὶ προσώπῳ παρ' ἡμῶν γνωριζόμενον, μηδὲ μὴν τὴν σάρκα τοῦ κυρίου ὁμοούσιον ἡμῖν ὑπάρχειν, οἵα δὴ ἐξ ἡμῶν προσληφθεῖσαν e καὶ ἑνω-

D con-

c Vulg. in marg. *αἰνιδῶς*: & ita etiam in nostris codd. Venetis S. Marci, ex qua corrupta lectione auctor versionis hic annexa reddidit *impudenter*.

d In marg. edit. Rom. *ὁμολογεῖν*. Quæ vox quidem post *δεῖν* necessario supplenda.

e Duas has voces *καὶ ἑνωθεῖσαν* ex iis codd. Ven. supplevimus.

10 Recitanda est Quesnelli nota huic loco apposita his verbis. „ Scienter & exacte Flavianus geminam solummodo S. Cyrilli epistolam laudat, unam ad Nestorium, & alteram ad Orientales, quibus omnes consenserunt. Hæc quidem epistola est de pace, quæ incipit: *Lætentur cæli*; & Orientalibus accepta fuit. Illa vero, quæ ad Nestorium incipit: *Compert quæsdam existimationi meæ detrahentes &c.* habetur Part. 1. Actor. Ephes. c. 8. & actione 1. lecta & Patrum suffragiis singulatim datis approbata, ut quæ Nicænam fidei confessionem solam contineat & explicet. Alia vero illa Cyrilli epistola, quæ XII. anathematismos complectitur, neque hoc loco commemorat Flavianus, neque ab Ephesina Synodo comprobata fuisse in ejus actis cernitur, etsi ibidem lecta fuerit; at nec requirente Cyrillo ut prima illa approbaretur, nec quicquam de illa asserentibus Patribus quod suspicionem nonnullam injicit de minutis hac parte Synodi actis. Non istam pariter epistolam approbavit Calchedonense Concilium, sed utramque illam, uti ante fecerat CP. Synodus Flaviani ejusdem. Disertis verbis idem discrimen notat Hypatius Ephesinus in Collatione Constantinop. & Rusticus in sua illa cum Acephalis disputatione. Porro commemoratio duarum Hypostaseon, quam Cyrillus inducere videbatur, in causa fuit ut ab approbandis Anathematismis se se Synodus compesceret. Quia autem iis Litteris Cyrilli inserta erat Commonitio Cælestini Papæ ad Nestorium, & una cum Cyrilliana ad eumdem Nestorium transmissa, hinc in Ephesina Synodo scisitatum est ab Episcopo Flaviano tamquam de pluribus epistolis loquente, an ejusmodi epistolæ Nestorio traditæ fuissent. Unicam similiter Cyrilli allegat Leo noster in epistolis 51. 52. 54. 88. (nunc 67. 69. 70. 117.) Et certe illa Cyrilli epistola quæ 12. anathematismos insertos habet *Latinis ignorata* fuit usque ad annum circiter 500. teste Dionysio Exiguo in Epistola ad Patrum Episcopum, quam illi & Cyrillianæ a se tunc in Latinum idioma translatæ præfixit. " Non nulla in hac Quesnelli adnotanda sunt quoad Cyrilli epistolam, quæ duodecim anathematismos exhibet. Hæc non solum lecta fuit in Ephesina Synodo act. 1. verum etiam jubente Flaviano Philippensi Episcopo fuit actis inserta sine ulla censura, quod approbationis indicium est, ut patet ex formula, qua similiter inserta fuerunt eidem actioni litteræ Episcopi Carthaginensis, de quibus dictum fuit pag. 1078. t. 3. Concil. Ed. Ven. Col. *Cum dilectadam sententiam in se contineant, fidei gestorum inserantur*. Ex Concilio quidem Ephesino *duas* canonicas Cyrilli epistolas *publicatas, & confirmatas*, & utrasque sane scriptas ad Nestorium (nam quæ ad Orientales, post Concilium scripta fuit) affirmarunt Judices in fine act. I. Synodi Calchedonensis; & idipsum de epistola anathematismos continente affirmavit Vigilius in litteris contra Rusticum & Sebastianum insertis collat. 7. Synodi V. Adeo autem Latinis persuasum fuit, ipsos anathematismos cum Cyrilli epistola probatos fuisse in Concilio Ephesino, ut in vetustis codicibus collectionum III. & VIII. inter ejusdem Concilii gesta referantur cum subscriptionibus Patrum ipsius Concilii: de quo plura dicenda erunt tom. 3. Porro Synodus Calchedonensis satis probavit eamdem Cyrilli epistolam, cum in definitione probavit universim omnia, quæ circa fidem ab Ephesina Synodo gesta fuerant, & cum de Cyrillo plura honorifica testimonia gestis inseruit. Solum opportunum non duxit, eam epistolam probare nominatim, eo quod adversus hæresim Eutychianæ contrariam edita, nonnullas formulas continebat non omnino congruas illis, quibus adversus errorem Eutychis Patres Calchedonenses utendum putarunt. Tandem Quesnellus nimium fidit Dionysio scribenti, eamdem epistolam *Latinis ignoratam fuisse*, antequam illam ipse Dionysius Latine redderet. Etenim ante Dionysium Marius Mercator, qui Ephesina Synodo adfuit, eam latinitate donavit, ejusque interpretatio inter Latinos vulgata fuit: unde in collectione Hispanica inserta legitur. Exstat præteres antiqua ejusdem epistolæ versio præmissa antiquæ interpretationi Concilii Ephesini, quæ Dionysio antiquior videtur, licet illi fuerit ignota, æque ac ignota eidem fuit interpretatio Marii Mercatoris.

11. Cod. Veronen. *revocare*. 12 MS. Chig. *in collo*. Corb. & Divion. Baluzii *collo*.

13 Opportune hic notavit Baluzius: *Scriptura hæc certa & constans in antiquis exemplaribus. Verum quia sensui videtur esse imperfectus, Quesnellus hunc locum emendavit ex alia versione, & sic reposuit: Verecundiam autem omnem abjiciens*. Sic nimirum legitur in versione vetustiore, quam postea exhibebimus. Antiquior hic interpres præ oculis habuit Græcum codicem emendatum, in quo scriptum erat *αἰδοῦς*, ut in textu vulgato habetur. Alter vero interpres auctor ejus versionis, quam hic proferimus, usus est Græco codice, qui corruptam lectionem in MSS. Venetis inventam, & in editis etiam notatam in margine *αἰνιδῶς impudenter* præferebat.

14 Baluzii codd. & quidam nostri librariorum lapsu *vestra*. Paullo post cod. Veron. pro *inhumanationem* habet *humanationem*. 15 Quidam codd. cum Baluzio *consubsistentiam*.

ANNO CHRISTI 448 vel 449.

θῶσαν τῷ θείῳ λόγῳ καθ' ὑπόστασιν· ἀλλ' ἔφασκεν, τὴν μὲν τεκοῦσαν αὐτὸν παρθένον κατὰ σάρκα, ὁμοούσιον ἡμῖν εἶναι, αὐτὸν δὲ τὸν κύριον μὴ εἰληφέναι ἐξ αὐτῆς σάρκα ἡμῖν ὁμοούσιον· ἀλλὰ τὸ τοῦ κυρίου σῶμα μὴ εἶναι μὲν σῶμα ἀνθρώπου, ἀνθρώπινον δὲ σῶμα τὸ ἐκ τῆς παρθένου· πάσαις ταῖς ἐκθέσεσι τῶν ἁγίων πατέρων ἐναντιούμενον.

Ἀλλ' ἵνα μὴ πάντα καταλέγων, μῆκος ἐμποιήσω τῷ γράμματι, φαίλαι τὴν ἐπ' αὐτῷ γεγενημένην πρᾶξιν ἀπεσείλαμεν τῇ σῇ ὁσιότητι, ἐν ᾗ καὶ τῆς ἱερωσύνης αὐτὸν, ὡς ἐπὶ τοιούτοις ἀλόντα, ἐγυμνώσαμεν, καὶ τοῦ προσατεῖν μοναστηρίου, καὶ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας· ὥστε καὶ τὴν σὴν ὁσιότητι γνοῦσαν τὰ κατ' αὐτὸν, πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν σὴν θεοσέβειαν τελοῦσι θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις δηλῶν ποιῆσαι τὴν αὐτοῦ δυσσέβειαν· ἵνα μὴ ἄγνοιᾳ πολλάκις τῆς παρ' αὐτοῦ φρονηθείσης, ἐφ' οἷς τε ἔλαθε σαφῶς, ὡς πρὸς ὁμόδοξον, ἢ διὰ γραμμάτων, ἢ καὶ ἑτέρως, τὰς πρὸς αὐτὸν ὁμιλίας ἀρεθῶσι ποιούμενοι. πᾶσαν τὴν σὺν τῇ ὑμετέρᾳ θεοφιλείᾳ ἐν Χριστῷ ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πλεῖστα προσαγορεύομεν. ἐρρωμένος ἐν κυρίῳ, καὶ ὑπερεύχομαι ἡμῶν, χαρισθείης ἡμῖν, θεοφιλεστάτε πάτερ.

A consubstantialem nobis esse, ipsum autem Dominum non sumsisse ex ea carnem nobis consubstantialem; sed Domini corpus non esse quidem corpus hominis, humanum autem corpus (16 *esse*) quod ex virgine est: omnibus expositionibus sanctorum Patrum resistens.

Sed ne cuncta percurrens immensitatem litteris faciam, gesta, quæ 17 dudum in eo confecta sunt, direximus tuæ Sanctitati; in quibus & sacerdotio eum velut in talibus 18 captum, & monasterii dispositione, & nostra communione privavimus: quatenus & tua Sanctitas cognoscens ea, quæ ejus sunt, omnibus qui sub tua reverentia constituti sunt, Deo amantissimis Episcopis manifestam faciat 19 ejus impietatem; ne forsitan ignorantes ea, quæ sapit, & in quibus aperte captus est, tamquam ad consortem fidei litteras, aut aliter confessiones ad eum reperiantur efficere. Omnem cum vestra beatitudine in Christo fraternitatem, ego & qui mecum sunt plurimum salutamus. Incolumis in Domino, & orans pro nobis, doneris nobis, Deo amantissime Pater.

CAP. IV

EJUSDEM EPISTOLÆ

FLAVIANI Constantinopolitani Episcopi ad LEONEM Papam

1 alia Versio antiquior.

SYNOPSIS

ex collectione Hispanica.

I. *De subdoli hostis insidiis.*
II. *De fraudolentia & subtilitate hæreticorum.*
III. *De blasphemiis Eutychetis.*
IV. *De excommunicatione ejus justissima.*

2 Domino Beatissimo, & Deo amabili Patri

LEONI FLAVIANUS in Domino æternam salutem.

NUlla res diaboli venena compescit, nec continet mortiferas ejus sagittas. Sursum enim atque deorsum pervolans, quærit quos possit occidere, quos possit 3 superare, quos possit devorare. Propter quam rem vigilandum est, & orationibus a Deo obtinendum, ut fatuas inquisitiones evitare

CAP. I

BALER NOTÆ.

16 Verbum *esse* hoc loco a Quesnello intra limcolas ob perspicuitatem additum, in MS. deest.

17 Hinc patet adverbium Græcum πάλαι referri ad gesta Constantinopolitanæ Synodi, quibus Eutyches *dudum*, sed *priusquam* anteas damnatus fuerat. Continentur autem actione ultima ejusdem Synodi, quæ statim Latine reddita, in aliquot antiquis collectionibus inserta est, ac præsertim in Collectione V. Quesnelliana cap. 42. Verbum autem apud Latinos præteriti temporis *direximus*, aoristo ἀπεστείλαμεν Græce expressum, ita hic de re præsenti, vel mox futura, more apud Græcos non infrequenti, accipitur; sicuti eadem ratione Eutyches in epistola 21. ad Leonem, cujus originale Græcum interiit, sub finem ait: *Subjunxi autem his litteris meis utrumque libellum*; etsi littera, quibus uterque libellus subjiciendus erat, nondum essent conclusæ: & idem Flavianus ep. 26. ad Leonem eodem aoristo ἀπεστείλαμεν utus, de iisdem gestis in Eutychem iterum missis scripsit: *Quæ direximus cum nostris his litteris*; ubi non de litteris jam antea traditis sermo est, sed de his, quibus scribendis operam dabat. Ipse etiam Leo epist. 75. c. 2. de eadem epistola, quam scribebat, loquens, non dubitavit dicere: *Volumus autem ut ha littera nostra, quas ad vestram dilectionem MISIMUS*: & ep. 78. *Per legatos nostros*, inquit, *scripta direximus*; licet loquatur de legatis, quos *post diem venerabilem*, ait ep. 81. *dirigemus*. Confer adnot. 7. in epist. 78.

18 Cum in codice, quem Quesnellus adhibuit, vox *captum* deesset, Baluzio teste, ille intelligens sensum esse imperfectum, totam istam pericopem sustulit, & ita edidit: *in quibus & Sacerdotio eum velut interdiximus, & monasterii* &c. Veram lectionem revocavimus ex omnibus nostris MSS. & Baluzii.

19 Vox *ejus* deest apud Quesn. Suppleta ex nostris codd. & Baluzii. Dein in cod. Veronen. desideratur adverbium *aperte*.

1 Recensuimus ad MSS. codd. Vat. collect. III. alium Vat. 5845. Vallicell. & Vercell. collect. VIII. Vindeb. & Vat. Hisp. alium Vat. Isid. & alios collectionum XI. XXI. & XXIV. atque ad exemplum Sichardi. Lectiones quidem originali Græco minus congruentes hujus versionis codices identidem præferunt, quas editores Conciliorum Romani præter fidem MSS. ad Græcum textum nonnunquam accommodarunt. At de antiqua versione, ut in codd. exstat, edenda, non autem de eadem emendanda hic agendum est. Confer num. 8. Admonitionis.

2 Ita plerique nostri codd. cum antiquioribus Leonis editionibus. MSS. collect. VIII. *Domino & dilectissimo, & Deo digno amabili Sancto Patri Leoni in Deo* (al. in Domino) *æternam salutem*. Vindebon. Hisp. *Domno beatissimo, & Domno amabili Patri Leoni Flavianus in Domino salutem*. Quesnellus ex editis Conciliorum: *Beatissimo & Deo amabilissimo Patri* (addit in margine *& communisro*) *Leoni* &c.

3 Cod. Vat. collect. VIII. *rapere*. Vallic. & Vercell. male *reparare*, forte pro *separare*, uti legitur in MSS Vindebon. Hisp. & aliis Vatt. collect. XI. & XXI. Mox loco verborum *Propter quam rem* cod. Vat. collect. III. habet *Quamobrem*. MSS. collect. VIII. *Quamobrem vigilandum est in orationibus, atque Deo opera danda est, ut* &c.

ANNO CHRISTI 448. vel 449.

possimus. Decet 4 enim sequi patres nostros; neque commutare definitionem eorum perpetuam, quam secundum sacras Scripturas didicimus regulariter definitam. Depositis ergo fletibus & lacrymis, 5 quas incessanter fundo, quia sub me clericus degens, invasus est a fero dæmone, & non potui eum liberare, nec auferre a tali lupo, qui animam meam pro illo paratus eram ponere; quomodo 6 raptus sit, quomodo resiliit a proposito divino, & ad illum cucurrit, qui perdere consuevit, præcepta patrum 7 declinans, & constituta eorum despiciens, jam incipio enarrare.

CAP. II. Sunt 8 quidam veste sua oves significantes, interius autem lupi rapaces: quos ex fructibus eorum debemus agnoscere. Isti prima fronte videntur esse de numero nostro; sed non sunt de numero nostro. Si enim de numero nostro 9 fuissent, nobiscum mansissent. Quando autem cœperunt assumere impietatem, illud quod prius occultabatur in illis, aperitur, 10 & dolus omnis fit omnibus manifestus. 11 Inveniuntur autem infirmæ fidei homines, & qui divinas lectiones nesciunt, & secum eos in perditionem præcipitant, 12 dissipantes, & vituperantes Patrum disciplinas, 13 & relinquentes sanctas Scripturas ad suam ipsorum perditionem. 14 Quos debemus prævidere, & a quibus multum vacare; 15 ne in sua malitia aliqui occupati, concidant de sua firmitate. 16 *Exacuerunt enim linguam suam quasi serpentes, & venenum in labiis habent quasi aspides.* De his hæc Propheta clamavit.

A Talis 17 nobis Eutyches emersit, quondam Presbyter & Archimandrites, qui quasi 18 nostræ religionis sectam sapiebat, & hanc præferebat; Nestorii autem impietatem confirmabat, & succingebatur pro Nestorio militare in pugna quæ contra Nestorium parabatur: trecentorum autem decem & octo sanctorum Patrum de fide expositionem factam, & sanctæ memoriæ CYRILLI epistolam scriptam ad Nestorium, 19 vel ad similes ejus, cui omnes assenserant, tentavit evellere, antiquam impii Valentini & Apollinaris reparans sectam; 20 B & non timuit præceptum veri Regis dicentis: *Quicumque scandalizaverit unum de pusillis istis* 21 *minimis, expedit ei ut mola asinaria alligetur collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Verecundiam autem omnem 22 ejus perfidia abjecit, & quam gerebat infidelitatis pellem excutiens in sancta nostra Synodo asserebat, instanter dicens, Dominum nostrum JESUM CRISTUM non oportere confiteri de duabus naturis post humanam susceptionem, cum a nobis unius 23 substantiæ & unius personæ cognoscatur: neque carnem Domini coessentialem nobis subsistere tamquam ex nobis susceptam, & coadunatam Deo Verbo secundum substantiam; sed dicebat, virginem quidem, quæ eum genuit secundum carnem, 24 consubstantialem nobis esse, ipsum autem Dominum non suscepisse ex ea carnem consubstantialem nobis: 25 sed corpus Domini non esse quidem corpus hominis, humanum vero corpus esse, quod est ex virgine; omnium Patrum expositionibus contraria sentiens.

Sed

BALER. NOTÆ.

&c. Vindebon. Hisp. & Vat. collect. XI. *Propter quam rem vigilandum est orationibus, atque* (vel *&*) *Deo opera danda est, ut* &c. In MSS. collect. XXIV. cum Sichardo *vigilandum est in orationibus, atque id operandum est, ut.* 4 Vindeb. Hisp. cum aliis codd. & Sichardo *autem*. Mox Quesnellus Conciliorum lectionem secutus, quam in nullo codice reperimus, sic: *& non commutare terminos antiquos a divinis Scripturis didicimus. Depositis ergo* &c. Editi Leonis antiquiores Quesnello: *neque commutare definitionem eorum perpetuam, quorum regulam secundum sacras Scripturas esse didicimus.* Codd. Hisp. & Isid. cum MSS. collect. XXI. & XXIV. Merlino, atque Sichardo: *neque commutare definitionem eorum perpetuam, quorum secundum* (al. male *sequi*) *sanctas Scripturas didicimus regulam.* Prætulimus lectionem antiquissimi Vat. collect. XI. & Vallicell. cum ceteris collect. VIII. 5 Tres sequentes voces desunt in Vercell. collect. VIII. & in collect. Hisp. & ceteris ex ea derivatis. Post pauca *quia summo Clericus degens gradu invasus est* in MSS. collect. XXIV. & apud Sichardum.

6 Duo codd. *raptus est*.

7 Al. *dedignans*. Paullo post quinque codd. *sed jam incipio enarrare*.

8 Codd. Hisp. & Isid. cum MSS. collect. XXI. & XXIV. editisque Leonis ante Quesn. & Sichard. addunt *enim*. Post pauca pro *lupi rapaces* alias *raptores lupi*.

9 Non pauci codd. & editi Leonis ante Quesn. *essent*. Paullo post Quesn. ex editis Conciliorum *exomere* pro *assumere*, quod ex editis Leonis & MSS. revocavimus.

10 Conjunctionem & in Conciliis & a Quesnello deletam, ex nostris codd. & Leonis editis restituimus.

11 Ita ex anterioribus Leoninis editionibus ac fere omnibus MSS. libris. Codices collect. XXI. *Inveneruntque autem*. Quesnellus cum editis Concil. *Nacti autem*.

12 Quesnellus & edit. Concil. *conterquentes & vituperantes*. Omnium codicum, & editorum Leonis lectionem revocavimus. 13 Sic MSS. antiquissimarum collect. III. & VIII. Quesnellus cum codd. Hisp. & Isid. nec non collect. XXI. *& relinquunt*. Ceteri editi cum MSS. collect. XXIV. ac Sichardo, *& reliquat*. Dein vox *ipsorum* in aliquot MSS. & editis desideratur.

14 Sic ex anterioribus MSS. editis Leonis *quos quidem debemus prævidere, & a quibus multum oportet cavere*. Quesn. cum edit. Concil. *quos quidem debemus prævidere, & ab eis multum cavere*.

15 Ita cum antiquioribus Leonis editionibus omnes nostri codices, exceptis MSS. collect. XXI. in quibus, uti apud Quesn. & edit. Concil. *ne eorum malitia aliqui induti*, al. *occupati*.

16 In Vat. Hisp. & Isid. ac duobus aliis codd. *Acuerunt enim quasi aspides linguas suas; de quibus Propheta clamat: Acuerunt linguas suas sicut serpentes, & reliqua. Talis* &c. Vindebon. Hisp. *Acuerunt* (sic) *enim quasi aspides. De his Propheta clamavit. Talis* &c.

17 Sic plerique codices. Alias *inter nos*.

18 MS. Vercell. *in nostra religionis sectas sapiebat*, omissis *& hanc præferebat*. Aliqui codd. *capiebat*.

19 Restituimus lectionem editorum Leonis, cui nostri codd. suffragantur. Quesnellus ex editoribus Conciliorum *ejusdemque pariter ad Orientales, quibus omnes assenserant*. Paullo post in Vat. Hisp. & Isid. *tentat evellere*. 20 Vat. Hisp. & Isid. cum MSS. collect. XI. & XXI. *qui non timebant præceptum veri Dei dicentis*. Exemplar Sichardi, & Vindebon. Hisp. habent tantum *veri Dei*. Editi Leonis antiquiores *Regis veri Dei*.

21 Vox *minimis* in pluribus (non tamen nostris antiquioribus MSS. & in editis ante Quesn. desideratur.

22 In duobus codd. collect. VIII. in Vindebon. Hisp. & MSS. collect. XXIV. cum Sichardo desunt voces *ejus perfidia*. In Vat. Hisp. ac Isid. legitur *eorum perfidia*. Post pauca pro *excutiens* quidam codices *excussit*; & iidem mox *in Sancta synodo* omissa voce *nostra*.

23 Ita omnes nostri codd. & editi Leonini ante Quesnellum, qui cum excusis Concilior. *subsistentia*. Idem etiam paullo post *secundum subsistentiam*: scripsit. Restituimus autem ex omnibus codicibus & editis *secundum substantiam*. Olim apud veteres Latinos *substantiam*, & *subsistentiam* mutuo usurpatas aliunde exploratum est.

24 Vat. Hisp. & Isid. cum alio Vat. collect. XI. *consubsistentiam*. Alius Vat. collect. III. & hic & iterum postea *coessentialem*.

25 Ita codd. Vallicell. & Vercell. collect. VIII. Vindebon. Hisp. & MSS. collect. XXIV. cum Sichardo Editi *& corpus*.

ANNO CHRISTI 448 vel 449. CAP. IV.

Sed ne multa dicens, longam faciam epistolam, 26 olim quidquid egimus, misimus ad Beatitudinem vestram: quibus litteris docuimus, & presbyterio illum esse nudatum, 27 quia sic captus est; & jussimus eum in monasteriis nullam habere rationem, & exclusimus eum a communione nostra: ut Sanctitas vestra hoc cognoscens, quod circa illum actum est, omnibus Episcopis sub Beatitudine vestra 28 degentibus manifestare dignetur illius impietatem: ne nescientes aliqui quid ille senserit, quasi ad orthodoxum vel per litteras, vel per aliquam 29 conjunctionem loquantur 30.

ANNO CHRISTI 448 vel 449.

EPISTOLA XXIII. *

* Al. XV. Quæ autem antea 23 erat, nunc 54 18. Febr. an. 449.

1 Ad FLAVIANUM Episcopum Constantinopolitanum.

2 *SYNOPSIS.*

I. *Acceptis Eutychis querelis, conqueritur eum communione fuisse privatum a Flaviano.*
II. *De caussa instrui se postulat, & in defendenda veritate caritatem maxime optat custodiri.*

Τῷ ποθεινοτάτῳ ἀδελφῷ Φλαυιανῷ ἐπισκόπῳ.

B Dilectissimo fratri FLAVIANO Episcopo LEO Episcopus.

ΚΕΦ. α'. Ὁπότε ὁ χριστιανικώτατος, καὶ φιλανθρωποτατος βασιλεὺς ἁγίας, καὶ ἐπαινετῇ πίστει ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας μεριμνῶν, πρὸς ἡμᾶς γράμματα διεπέμψατο περὶ τούτων, ἅ τινα παρ' ὑμῖν πραχθῆς κτύπον ἐνεποίησαν, θαυμάζομεν τὴν σὴν ἀδελφότητα, τί αὐτῇ σκάνδαλον γεγένηται, ὅπερ πρὸς ἡμᾶς ἡσυχάσαι a δεδώκητε, καὶ μὴ μᾶλλον φροντίσαι, ὥστε πρὸ πάντων διδασκαλίας σῆς ἀναφορᾶς ἡμᾶς διδάξαι, ἐφ' ὥτε ἡμᾶς περὶ τῆς πίστεως τῆς πραχθείσης μὴ δικάσθαι ἀμφιβάλλειν. ἐδεξάμεθα γὰρ λίβελλον Εὐτυχοῦς τοῦ πρεσβυτέρου, ὅστις μέμφεται, κατηγοροῦντος Εὐσεβίου ἐπισκόπου, ἀναξίως ἑαυτὸν τῆς κοινωνίας ἐστερῆσθαι· καὶ μαλιστα, ὡς ἐμαρ-

C

D

CUM christianissimus & clementissimus Imperator sancta & laudabili fide pro Ecclesiæ 3 Catholicæ pace sollicitus, ad nos 4 scripta transmiserit, de his, quæ apud vos perturbationis strepitum commoverunt, miramur fraternitatem tuam 5 quidquid illud scandali fuit nobis silere potuisse, & non potius procurasse ut primitus nos insinuatio 6 tuæ relationis instrueret: ne de rerum gestarum fide possemus ambigere. Accepimus enim 7 libellum Eutychis Presbyteri, qui se queritur, accusante EUSEBIO Episcopo, immerito communione privatum: maxime cum 8 evocatum se adfuisse testetur, nec 9 suam præsentiam denegasse; adeo ut in ipso judicio libellum appellationis 10 se asserat obtulisse, nec tamen fuisse 11 susceptum

CAP. I

Eutychis vafrities.

BALLER. NOTÆ.

a MSS. Veneta S. Marci *desiderantur*.

26 Ita codices hujus versionis, inter quos aliqui *egerimus* habent pro *egimus*. Ex iisdem scripsimus *quibus litteris*. Vulgati Leonis ante Quesn. consentiunt, & solum habent *litteras*, *quibus litteris docuimus*. Quesnellus cum editione Concil. *de his, quæ dudum egimus, misimus ad beatitudinem vestram litteras, quibus docuimus* &c. Cui lectioni nulli nostri codices suffragantur; sed cum erronea hic esset antiqua versio, ad Græcum textum emendata est. Vide adnot. 17. in versionem antecedentem.

27 Sic editi ante Quesn. & plerique codd. Ille vero cum edit. Concil. *quia in talibus conflictus est*.

28 Alias *agentibus*. 29 Vindeb. Hisp. *communicationem*. Mox pro *loquantur* alias *loquerentur*.

30 Hic omnes codices hujus versionis & editi Leonis ante Quesnellum finem epistolæ præferunt. Suppletum autem fuit ex Græco ab editoribus Romanis Conciliorum, cum quibus Quesnellus, hæc addendo: *Universam in Christo fraternitatem, quæ cum vestra pietate degit, ego, & qui mecum sunt, plurimum salutamus. Incolumis in Domino, & orans pro nobis, donerit nobis religiosissime Pater*. In recentiori MS. Vat. 346. collect. XXI. additur tantum post verbum *loquantur*; *Dat. III. Kal. Februarii*: quod cum desit in aliis antiquioribus, quos observavimus, ejusdem collectionis codicibus, quo ex fonte adjectum fuerit, non liquet.

1 Invenitur hæc epistola in MSS. collect. III. VIII. XVII. Hisp. Isid. XVII. XVIII. XIX. XXI. & XXIV. nec non apud Sichardum. Græcam autem versionem præbuit collectio Chalchedonensis.

2 In collect. Hispanica hic titulus legitur: *Epistola Leonis Papæ ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum, ubi quærit, quid Episcopi contra fidem catholicam sentiens, a communione Ecclesiæ ab eo fuerit separatus*.

3 Cod. Ratisb. collect. XIX. delet *Catholicæ*.

4 Hæc Theodosii Imperatoris epistola, quæ etiam in sequenti memoratur, & intercidit, una cum epistola 21. Eutychis ad Leonem missa videtur. Hic enim Imperator Chrysaphii opera Eutychis patrocinium susceperat.

5 Ita omnes codices & excusi. Solus Quesnellus *quid illud*.

6 Vat. Hisp. Isid. & codd. collect. XVII. atque XXI. cum editis ante Quesn. [illegible]unt *magis*. quod melius codices aliarum collectionum omittunt.

7 Intelligitur epistola 21. Eutychis ad Leonem: nam in hac continentur, quæ hoc loco S. Leo refert. Libellus querimoniæ, & supplex appellari potest. *Libellus doloris* vocatur in epistola sequenti.

8 Ita ex MSS Ratisp. collect. XIX. Vallicell. collect. VIII. Vat. Hisp. & Isid. aliisque MSS. cum antiquioribus editis. Quesnellus cum aliis codd. *vocatum*.

9 Plerique codd. cum Vulgatis *sua præsentiam denegasse*. Vindebon. Hisp. & unus Vat. *denegasset*. Quesnellus *suam præsentiam denegasset*. Præstantissimi Ratisponensis lectionem retinuimus.

10 In MSS. collect. XXIV. & Sichardo pro *se* habetur *sua*. Utrumque in editis insertum est. Cetera & plura & potiora exemplaria secuti sumus. Cum porro in epist. 21. Eutychis ad Leonem libelli quidem in ipso judicio oblati, & non suscepti, non tamen appellationis hac mentio; aliis litteris, quæ perierint, Eutychem significasse oblatum a se fuisse appellationis libellum, nec tamen susceptum, nonnulli suspicantur. At alias litteras conjicere, seu potius fingere opus non est. Cum enim libellus, quem Eutyches oblatum & non susceptum in laudata epistola falso contendebat, una cum eadem epistola ad Leonem missus fuerit; ex ipsius libelli lectione appellationem, quæ in illo procul dubio continebatur, cognoscere S. Pontifex potuit.

11 Quesnellus *susceptam*. Ceterorum editorum lectionem omnibus fere codicibus confirmatam revocavimus. Concinit etiam ipsa epistola 21. Eutychis, in qua libellum a se oblatum Flaviano, non fuisse susceptum queritur. Quatenus vero Eutyches in hoc mentitus sit, vid adnot. in eamdem epist. 21.

ANNO CHRISTI 448. vel 449.

τύρατο, ὅτι κληθεὶς παρεγένετο, καὶ τῶν ἰδίων παρουσίαν οὐκ ἠρνήσατο· ἐπὶ τούτοις, ὥστε ἐν αὐτῷ τῷ δικαστηρίῳ λίβελλον ἐκλήτου ἐπιδεδωκέναι αὐτόν· ὅθεν ἐκαγκάσθη διὰ μαρτυρίας λιβέλλους ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει προσθεῖναι. τῶν πραγμάτων γεγενημένων, οὔπω ἐπιγινώσκομεν, ποίᾳ δικαιοσύνῃ ἀπὸ τῆς κοινωνίας τῆς ἐκκλησίας ἐγένετο κεχωρισμένος. ἀλλὰ προσέχοντες τῇ αἰτίᾳ, θέλομεν τοῦ σοῦ φάκτου τὸν λογισμὸν μαθεῖν, καὶ πάντα ὑπερτεθῆναι ἄχρι τῆς ἡμετέρας γνώσεως, ἐπειδὴ ἡμεῖς οἱ βουλόμενοι τῶν ἱερέων τοῦ δεσπότου δικαίας εἶναι τὰς κρίσεις, οὐδὲ δυνάμεθα, μὴ διαγνωσθέντων τῶν πραγμάτων, εἴς τινος μέρους πρόκριμα ἀποφήνασθαι, πρὶν ἢ τὰ πραχθέντα B b μετὰ ἀληθείας ἀκούσωμεν.

A pitum: qua ratione compulsus sit, ut 12 contestatorios libellos in Constantinopolitana urbe proponeret. Quibus rebus intercedentibus, nondum agnoscimus qua justitia a communione Ecclesiæ fuerit separatus. Sed respicientes ad caussam, facti tui nosse volumus rationem; & usque ad nostram notitiam cuncta deferri: quoniam nos, qui Sacerdotum Domini matura volumus esse judicia, nihil possumus, incognitis rebus, in cujusquam partis præjudicium definire, priusquam universa, quæ gesta sunt, veraciter audiamus.

Matura sint Episcoporum judicia.

ΚΕΦ. β'.

Διὰ τοῦτο καὶ σὺ ἀδελφότης δὲ ἐπιτηδείῳ μάλιστα, καὶ ἁρμοδίᾳ, πληρεστάτῃ ἀναφορᾷ γνωρίσει ἡμῖν, τίς κατὰ τὰς ἀρχαίας πίστεως καινότης ἀνέκυψεν, ὅπερ αὐστηρᾷ ἀποφάσει ἄξιον ἐγένετο τοῦ ἐκδικηθῆναι, καὶ γὰρ ἡ ἐκκλησιαστικὴ διοίκησις, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως ἡ πίστις πολλοὺς ἡμῖν φροντίδα περὶ τῆς χριστιανῶν εἰρήνης ἐνέβαλεν. ἵνα περιαιρεθεισῶν τῶν διχονοιῶν ἡ καθολικὴ πίστις ἀμόλυντος διαφυλαχθείη καὶ τούτων οἱ τινες παραῦλα C ἐκδικῶσιν. ἀπὸ τῆς πλάνης ἀνακληθέντων, τῇ ἡμετέρᾳ αὐθεντίᾳ, ὧν ἂν δοκιμασθῇ ἡ πίστις, ὀχυρωθῶσι. καὶ μηδεμία δυσχέρεια ἐκ τούτου τοῦ μέρους προσαχθῇ ὁπότε ὁμνημονευθεὶς πρεσβύτερος ἐν τῷ ἰδίῳ βιβλίῳ ὡμολόγησεν ἕτοιμον ἑαυτὸν εἶναι πρὸς διόρθωσιν, εἴτι εἰς αὐτὸν εὑρεθείη, ὅπερ ἐστὶν ἄξιον c ἐπιλήψεως, πρέπει γὰρ ἐπὶ τοιούτων αἰτιῶν τοῦτο μάλιστα φροντίζειν, ὥστε ἐκτὸς θορύβου καὶ φιλονεικίας, καὶ τῶν ἀγάπην φυλάττεσθαι, καὶ τῶν ἀλήθειαν ἐκδικεῖσθαι, ἀδελφὲ τιμιώτατε. καὶ διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ἡ σὴ ἀγάπη περὶ τῆς τοσαύτης αἰτίας σωφρᾷ ἡμᾶς ἀναγκαίως εἶναι d σωφροντίδας, πληρέστατα καὶ τηλαυγέστατα σύμπαντι ἡμῖν. ὅπερ ἤδη ποιῆσαι ὤφειλε δηλῶσαι, σπουδάσει. ἵνα μὴ μεταξὺ τῆς διδασκαλίας τῶν μερῶν, ἀμφιβολία τινὶ ἀπατηθῶμεν, καὶ διχόνοια τραφῇ, ἥτις ἐν ταῖς ἰδίαις ἀρχαῖς ὀξαλειπτέα ἐστιν. ἐστὶ γὰρ ἡμῖν κατάθυμον καὶ παραφυλακτέον, τοῦ Θεοῦ ἐμπνέοντος, ἵνα μὴ αἱ διατυπώσεις τῶν προσκυνητῶν πατέρων, e αἱ D

CAP. II.

Et ideo fraternitas tua per idoneam maxime aptamque personam plenissima nobis relatione significet, quid contra antiquam fidem novitatis emerserit, quod severiori sententia dignum fuerit vindicari. Nam & 13 ecclesiastica moderatio & religiosa piissimi Principis fides multam nobis sollicitudinem christianæ pacis 14 indicunt: ut amputatis dissensionibus, fides catholica inviolata servetur, & his qui prava defendunt, ab errore revocatis, nostra auctoritate, quorum fides probata fuerit, muniantur. Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas afferri: cum memoratus Presbyter libello proprio sit professus, paratum se esse ad corrigendum, si quid in se inventum fuerit, quod reprehensione sit dignum. DECET ENIM in talibus caussis hoc maxime provideri, ut sine strepitu concertationum & custodiatur caritas, & veritas defendatur. 15 Et ideo quia dilectio tua de tanta caussa nos videt necessario esse sollicitos, quam plenissime & lucide universa nobis, quod ante facere debuit, indicare festinet: ne inter assertiones partium aliqua ambiguitate fallamur, & 16 dissensio, quæ in suis initiis abolenda est, nutriatur: cum in corde nostro ea observantia, Deo inspirante, permaneat, ne constitutiones venerabilium Patrum divinitus roboratæ, & ad soliditatem fidei pertinentes, prava cujusquam interpretatione violentur. 17 Deus te incolumem custo-

BALLER. NOTÆ.

b Adjecimus μετὰ ἀληθείας ex iisdem codd. Ven. sic enim etiam in autographo Latino: *quæ gesta sunt, veraciter audiamus*.

c Eadem MSS. ὑπολήψεως.

d Ita laudati codices; sicque scripsisse interpretem haud dubitamus; aut certe ὑμοφωνίδας, ut uno verbo exprimeret vocem Latinam *sollicitos*. Et licet ea vox Græca in nostris Lexicis minime appareat; non tamen rejicienda est: mire *enim* Græcæ linguæ indolem refert, ut videre est in ἐμφωνος, ἐνφωνίδος, aliisque ejusmodi. In vulgatis ἐν φροντίδι.

e Addidimus articulum αἱ ex MSS. Venetis.

12 Eutyches indicavit illis verbis epist. 21. *Ut ad satisfaciendum, plebi proponerem fidei meæ confessionem*. Clarius Liberatus c. 11. *Posuit* (Eutyches) *edicta apud Constantinopolim, & injustitiam se fuisse passum, populum contestatus est*. Libellus ergo contestatorius Constantinopoli propositus, etiam fidei professionem continebat ipso Eutyche teste. Huc forte pertinebat illa, quam *editionem fidei meæ* idem Eutyches vocat sub finem laudatæ epist. 21. Æque sane fidei professio præmittenda fuerat ab eo, qui hæresi notatus, contestationem justam esse insinuare volebat. Fragmentum, quod ex MS. Casinensi eidem epistolæ subjecimus, solam professionem fidei exhibet, at in ea parte, quæ deest, ipsam contestationem, quam Leo & Liberatus memorant, expressam fuisse nihil dubitandum videtur, ita ut hinc contestatorii libelli notitiam Leo perceperit.

13 MSS. Hisp. Isid. & collect. XXIV. *Ecclesia*. Mox cod. Vindebon. Hisp. *religiosissimi Principis fidei*.

14 Aliqui codd. *induceus*.

15 Auctoritate optimi codicis Ratisp. & MSS. præstantissimæ collect. XVII. non audemus inserere voces *frater carissime* a Quesnello expunctas; licet in aliis codd. aliarum collectionum, & in Græco legantur.

16 Vat. 5845. collect. VIII. addit *inde*.

17 Sex voces sequentes exclusit Quesnellus, forte ex MS. Grimanico collect. XVIII. Desunt quidem in nostro Ratisponensi. Ob aliorum tamen codicum & collectionum etiam XVIII. Calchedonensis auctoritatem eas restituimus.

ANNO CHRISTI 449.

custodiat, frater carissime. Datum 18 duodecimo Kalendas Martii ASTURIO & PROTOGENE viris clarissimis Consulibus.

Ἀθεόθεν τὴν ἰσχὺν ἔχοιμι, καὶ εἰς τὴν πλειότητα τῆς πίστεως ἀνήκοιμι, φαύλη τινὸς ἐρμηνείᾳ μολυνθῶσιν. ὁ Θεὸς ὑγιῆ σε διαφυλάξοι, ἀδελφὲ τιμιώτατε.

ANNO CHRISTI 449.

EPISTOLA XXIV.*

* Al. XXI. Quæ autem antea 24. erat, nunc 28. 18. Febr. an. 449.

I Ad THEODOSIUM Augustum.

SYNOPSIS.

I. *Laudata Imperatoris fide querimoniam Eutychis exponit.*
II. *Silentium Flaviani arguit: instrui se postulat.*

LEO Episcopus THEODOSIO Augusto.

CAP. I.

QUantum præsidii Dominus Ecclesiæ suæ in fide Vestræ Clementiæ præpararit, his etiam litteris quas ad me misistis, ostenditur: ut vobis non solum regium, sed etiam sacerdotalem inesse animum gaudeamus. Siquidem præter imperiales & publicas curas, piissimam sollicitudinem christianæ religionis 2 habetis, ne scilicet in populo Dei aut schismata, aut hæreses, aut ulla scandala convalescant: quia tunc est optimus regni vestri status, quando sempiternæ & incommutabili Trinitati 3 in unius Divinitatis confessione servitur. Quid autem in Constantinopolitana Ecclesia 4 perturbationis acciderit, quod ita fratrem & coepiscopum meum FLAVIANUM potuerit commovere, ut Eutychem Presbyterum communione privaret, nondum potui evidenter agnoscere. Quamvis enim prædictus Presbyter ad Sedem apostolicam 5 per libellum doloris sui querimoniam miserit; breviter tamen aliqua prælibavit, asserens se Nicænæ Synodi constituta servantem, frustra in fidei diversitate culpatum.

Regia pro pace Ecclesiæ sollicitudo

6 EUSEBII autem Episcopi accusatoris ejus libellus, cujus exemplaria ad nos 7 memoratus Presbyter misit, de objectionum evidentia nihil habebat: & cum Presbytero hæreseos crimen intenderet, quem tamen in eo sensum argueret, non evidenter expressit: quamvis & ipse Episcopus Nicænæ Synodi 8 profiteretur se inhærere decretis: propter quod non habuimus, unde 9 aliquid plenius disceremus. Et quia caussæ meritum, fidei ratio, & laudabilis sollicitudo vestræ pietatis 10 exigit, necesse est jam locum subreptionibus non patere; sed prius de quibus eum æstimat arguendum, instrui nos oportet: ut possit congrue de bene cognitis judicari. Ad prædictum autem Episcopum litteras dedi, quibus mihi displicere cognoscæret, quod ea quæ in tanta caussa gesta fuerant, 11 etiam nunc silentio detineret, cum studere debuerit primitus nobis cuncta referare: quem credimus vel post admonitionem omnia ad nostram notitiam relaturum; ut in lucem ductis his quæ adhuc videntur occulta, id quod evangelicæ & apostolicæ doctrinæ convenit, judicetur. Data 12 XII. Kalendarum Martii, ASTURIO & PROTOGENE viris clarissimis Consulibus.

CAP. II.

De incognitis nemo judicet.

A D.

BALLER. NOTÆ.

18 Hæc chronica notatio deest in omnibus MSS. collectionibus, quas vidimus, tribus exceptis Calchedon. XVII. Ratisp. XIX. & XXI. Quidam codd. hujus postremæ collectionis XXI. cum editis ante Quesnellum perperam habent *XII. Kal. Maji*: nam hæ litteræ mense Aprili Constantinopoli receptæ fuerunt, ut patet ex interlocutione Seleuci habita in conventu Constantinopolitano V. Idus Aprilis; ubi de Eutychis appellatione in hisce litteris memorata fit mentio. Vide tomum IV. Concil. Venetæ editionis pag. 1967. Alii autem ejusdem collectionis codices & multo præstantiores Ratisp. & Calchedon. diem & mensem textui insertos præferunt. Porro *Asturio* pro *Asterio* tum in hac, tum in sequentibus hujus anni epistolis edidimus, ut in codice Ratisponensi, & perantiquo Veronensi 57. aliisque Calchedonensibus MSS. legitur. Immo ita constanter legi etiam in codice Grimanico, idem Quesnellus Norisio confessus est per litteras, quarum hic meminit in Cenotophiis Pisanis Diss. 4. c. 2. §. 1. tom. 3. pag 691. In Dyptico quidem Leodiensi quod illustravit Alexander Wilthemius *Asyrius* habetur. Sed y pro u, non au em pro e vetches non semel usurpasse notissimum est. Prosper & Idatius convi auctores *Asturium* in plerisque codd. exhibent, in nonnullis *Asyrium*.

1 Quesnellus hanc epistolam in solo MS Grimanico collect. XVIII. reperit: nos in præclarissimo Ratispon. collect. XIX. & in codd. collect. XII. ac XXIV. nec non apud Sichardum: & cum his eamdem contulimus. In MSS. collect. XII. *Pulcheria*, *vel Theodosio* inscribitur.

2 MS. Ratisp. *habeatis*

3 Ita ex MS. Ratisp. emendavimus. Alias omissa præpositione *in* habetur *unius Deitatis confessione*. Post vocem *servitur* Quesnellus addidit *gloriosissime*, quod nostri codd. & præcipue Ratisp. ignorant.

4 Ratisp. *turbationis*. Postea *coepiscopum meum* pro *coepiscopum nostrum*; & cohærenter *nondum potui evidenter agnoscere* pro *nondum potuimus evidenter cognoscere* ex nostris MSS. collectionibus XXIV. ac præsertim ex Ratisp. prætulimus. Verbum *potui* etiam apud Sichardum legitur.

5 Libellus, quo doloris sui querimoniam Eutyches ad apostolicam Sedem misit, ipsa est Eutychis ad Leonem ep. 21. Vide adnot. 7. in epistolam præcedentem.

6 Vide not. 1. Quesn.

7 Ita MS. Ratisp. Alias *prædictus*.

8 Sic melius ex eodem codice. Quesnellus *profiteatur se inhærere*. Ceteri editi *profiteatur in hac re se esse decretis*. Cod. Vat. collect. XXIV. hanc eamdem lectionem præferens omittit *se*. *In hac re esse* pro *inhærere* librariorum lapsu scriptum apparet.

9 Optima hæc lectio ex optimo codice Ratisponensi sumta est. Quesnellus ex MS. Grimanico *aliquid disceremus*, & similiter Sichardus: alii editi *aliud disceremus*, Vide not. 2. Quesnelli.

10 Editi ante Quesn. cum Ratispon. & MSS. collect. XXIV. ac exemplo Sichardi *exegit*. Subauditur, *ut de hac caussa judicium feram*, quemadmodum ex sequentibus palam colligitur.

11 Quidam editi ante Quesn. *etiam nimio silentio retineret*: alii *etiam nunc silentio retineret*. Cod. Vat. collect. XXIV. *detineret*. Lectionem textus præferunt codd. Grim. & Ratisp.

12 Diem emendavimus ex MS. Ratispon. cum quo concinit Cod. Venetus collect. XII. Eodem nimirum die, quo superior, hæc quoque epistola scripta fuit, & utraque simul Constantinopolim transmissa: unde superioris epistolæ ad Flavianum hic mentio facta est cap. 2. Quesnellus cum Grimanico & aliis editis Leonis *Data die Kalendarum Martii*. vel *ad Kalendas Martii*: in editis autem Conciliorum *Ad Kalendas Maji*.

ADMONITIO

In sequentem epistolam.

1 DUÆ litterarum S. Petri Chrysologi ad Eutychem latinæ editiones prodiere: altera, quæ unicum, seu primum tantum caput exhibet; altera, quæ duo capitula complectitur. Quesnellus cum hanc prolixiorem epistolam, & editionem genuinam haberet, quonam fato illa decurtata, & non potius hæc integra inserta fuerit in Vulgatis S. Leonis editionibus, se non assequi in notis professus est. Ex codicibus autem, qui eam fere decurtatam præferunt, magna inter eruditos exstitit dubitatio, num secundum caput sincerum, an suppositiitium sit. Omnis autem evanescet difficultas, si utriusque editionis originem detegamus. Id ex observatione quamplurium codicum, ac ex discrimine collectionum, quas diligenter expendimus, nobis innotuit.

2 Editio decurtata, quæ sola invenitur in Leonis codicibus, & in plerisque collectionibus, ex collectione Hispanica proficiscitur: nam ex Hispanica hæc mutila editio, quæ terminat in verbis, *His omnibus respondi, frater, litteris tuis*, manavit in Isidorianam, ex Isidoriana autem, quæ frequentior & magis obvia fuit, in collectiones XI. XII. XXI. & XXIII. quarum auctores cum transcripserint quotquot Leonis epistolas in Isidoriana collectione reperere, transcripserunt etiam S. Petri Chrysologi epistolam, quemadmodum inter Leoninas in eadem collectione, sicut & in Hispanica, inserta fuerat. Licet ergo multi sint codices, & collectiones multæ, quæ decurtatam hujus epistolæ editionem præferunt; unica tamen omnium origo est, auctor scilicet collectionis Hispanicæ, in cujus manus solum primum epistolæ caput pervenisse, perspicuum fiet, si integræ editionis originem potioris & antiquitatis, & auctoritatis esse ostendamus.

3 Hispanica collectione antiquior & majoris auctoritatis profecto est collectio epistolarum in caussa Eutychetis, quæ Actionibus Calchedonensis Concilii tum in Latinis, tum in Græcis exemplaribus præmissæ, aut insertæ leguntur. Hæc nimirum epistolarum collectio, quam in Præfatione decimam septimam appellavimus, Latine erat compacta saltem ante medium sextum sæculum, quo Rusticus Romanæ Ecclesiæ diaconus collatis eximiis Græcis codicibus peculiarem eidem operam impendit. Multo autem vetustior fuit eadem collectio Græce scripta apud Græcos, qui Latinas epistolas in caussa Eutychis Græca lingua redditas una cum aliis Græcis epistolis ad eamdem caussam pertinentibus in unum corpus compegerant. Enim vero Græcam hanc epistolarum collectionem concinatam fuisse inter an. 453. & 455. in Præfatione epistolis præmissa num. 34. demonstravimus. Id autem quantum auctoritati tribuat huic collectioni Græcæ, & exinde etiam collectioni Latinæ, quæ ex Græca ducit originem; quantumque propterea hæc collectio præstet collectioni Hispanicæ, nemo non videt. Inter memoratæ vero collectionis Calchedonensis epistolas cum in Latinis, tum in Græcis codicibus integra describitur illa S. Petri Chrysologi ad Eutychem, a coævo utique collectore inserta: ac idcirco ex antiquitate atque præstantia hujus collectionis tam apud Græcos, quam apud Latinos receptæ, de integræ ejus epistolæ sinceritate dubitare non licet. Cum Agnellus Ravennas a Bacchinio & a Muratorio editus, postremi capitis ejus epistolæ summam dedit in S. Petri Chrysologi vita, si non integram epistolam reperit in veteribus Ravennatensis Ecclesiæ tabulis, certe aliquod vetustum exemplar hujusmodi collectionis Calchedonensis præ oculis habuit. Cum vero hæc exemplaria rariora fuerint, & non ita multa ex Leone proferant, ut in Isidoriana satis frequenti exhibentur; nihil mirum, si posteriores Leoninarum epistolarum collectores hanc epistolam non integram, sed mutilam dedere, uti apud Isidorum ex Hispanica suam collectionem derivantem inventa fuit. Hic autem omittendum non est duos codices Vaticanos epistolarum Leonis a Vossio memoratos, quos hanc epistolam integram continere Quesnellus præsumsit, eodem Vossio in notatione admonente mutilam exhibere: sunt enim codices posteriorum collectionum, quæ ex Isidoriana dimanant.

4 Unum dubitari potest, num hæc epistola, quam in laudatis Latinæ collectionis codicibus integram habemus, originalis sit, an e Græca antiqua versione Latine reddita fuerit. In memorata Præfatione satis manifeste probavimus, antiquum illum auctorem, qui priscæ versioni Concilii Calchedonensis epistolas Latinorum in Græca collectione contentas adjecit, originale Latinum posuisse, quando potuit originale invenire: aliquando vero, cum nullum Latini originalis exemplum suppetebat, coactum fuisse ex Græca versione quædam Latinorum documenta Latine reddere, uti accidit quibusdam epistolis Valentiniani, Placidiæ, & Eudoxiæ, nec non epistolæ Hilari Diaconi, atque etiam litteris S. Leonis, quemadmodum suis in locis notabimus. Hujus versionis indicium ac veluti generalem regulam in laudata Præfatione illam posuimus, cum chronica notatio in Græcis codicibus ejusdem collectionis universim omissa, in Latinis etiam desiderari perspicitur. Quando enim originale Latinum a Latino interprete inventum fuit; eo collectioni inserto, chronica notatio suppleta invenitur. Discrimen etiam stili, ubi collatis aliis originalibus ejusdem auctoris lucubrationibus deprehendi potest, aliud versionis argumentum est. Hinc autem aliquid interpretationis in Latina integra Petri Chrysologi epistola videre nobis videmur. Chronica enim notatio deest, & inter ipsum primum ac secundum caput nonnulla stili dissimilitudo elucescit. Primum caput, quod exhibetur etiam in collectione Hispanica, satis nitidum & congruum est, aliisque Petri Chrysologi operibus stilo

simi-

simile, adeo ut nonnulla fere verba ejusdem capitis in serm. 145. ejusdem Chrysologi repetita inveniantur. Enim vero Hispanicæ collectionis auctor cum a Calchedonensi collectione hanc epistolam non sumserit, exemplari procul dubio Latinæ originis usus est. Alterum vero caput valde implexum, & a priori dissimile, versionem e Græco sapit. Si ipsum Latinum textum utriusque capitis cum Græco conferas, in priori originale, in posteriori interpretationem deteges. Hinc in primo capite omnes sententiæ congrue explicantur, in Græco autem minus exacte redditæ cognoscuntur: in quo, ut alia omittamus, quæ quisque observare per se poterit, originale Chrysologi est illud in Latino *Origenes principiorum scrutator*, quod ad opus illius *De principiis* refertur: in Græco autem nomen *principiorum* reddendum [illegible], redditum fuit [illegible] *antiquorum*, quod interpretem Chrysologi mentem minus assecutum ostendit. E contra in secundo capite etsi Græca versio alicubi difficultatem injicit: planior tamen est multo quam textus Latinus, adeo ut hic e Græco perperam scripto vel lecto redditus appareat; ac ex Græco nonnumquam explicandus sit, ut in adnotationibus observabitur: quod profecto non originalis Latini, sed interpretationis indicium est.

5 Hoc quidem secundum caput, quo Eutychetis epistolæ directe respondetur potissimum est; ita ut Chrysologum Eutychi de Flaviani judicio querimoniam moventi, & ejusdem subsidium imploranti, solo priori capite generalia continente, quod & omni finali formula caret, respondisse incredibile sit. Probabile vero nobis est prioris capitis studiosius elaborati manuscriptum exemplar apud Chrysologum superfuisse, quemadmodum iis accidit, quæ diligentiori cura scribimus; ex hoc autem exemplo alia subinde fuisse transcripta, quæ in manus Latini interpretis Concilii Calchedonensis, & auctoris collectionis Hispanicæ venerunt. Caput autem secundum peculiare pro Eutyche minus studiose exaratum, ut in familiaribus litteris fere usuvenit, soli autographæ epistolæ ad Eutychem missæ a Chrysologo additum videri potest, ita ut nullum hujus exemplum apud ipsum auctorem, & apud Latinos extiterit, ac solum ex Græca, quæ statim in Oriente facta fuit, interpretatione Latinitate donari potuerit. Quidquid vero hac in re probabilius videatur, certe secundum hoc epistolæ caput, quod in caussæ Eutychis potissimum ac necessarium est, & tam antiqua cum Græca, tum Latina versione comprobatur, in suspicionem suppositionis adduci nequit.

6 Restat ut statuamus de tempore. Jam fere omnes post Quesnellum hanc epistolam scriptam censent post mensem Majum an. 449. siquidem his verbis cap. 2. *ut iis, quæ a beatissimo Papa Romanæ civitatis scripta sunt, obedienter attendas*, indicari putant celebrem Leonis epistolam 28. ad Flavianum datam Idibus Junii anni ejusdem, qua de tota Eutychis caussa decisum fuit. In eamdem sententiam nos pariter transivimus lib. 2. Observationum in Card. Noritii opera c. 7. num. 2. Nunc aliam sententiam inducere cogimur. Omnes enim ex una parte assentiuntur, & S. Petrum Chrysologum his litteris respondere epistolæ Eutychis, & Eutychem eodem tempore, quo ad Leonem scripsit, etiam ad Chrysologum dedisse litteras, quibus eum quoque adversus Flaviani sententiam citissime præoccuparet. Ex alia autem parte certum est, Leonem Februario mense anni 449. Eutychis epistolam accepisse, & hac de caussa eodem mense rescripsisse epistolas 23. ac 24. Plures conjecturas cum Quesnello exquirere, ut longioris dilationis caussæ in responsione Chrysologi afferantur, opus non est. Etenim prima occasione hunc rescripsisse satis credibile fit ex ipso contextu, in quo Chrysologus se de ipsa caussa nihil aliunde instructum prodit, nisi ex Eutychis litteris; idque adeo exiliter, ut de Nestorianismo potius, quam de Eutychianismo metuisse videatur, eaque primo capite obtrudat, quæ sermone 145. contra Nestorianam hæresim Eutychianæ contrariam manifestissime disserit. Id autem non accidisset, si responsionem differens, antea de tota re exactius voluisset edoceri, uti Quesnellus in notis conjecit. Enim vero si S. Petrus non scripsisset epistolam, nisi postquam Romam allata fuissent Constantinopolitanæ Synodi gesta, in quibus Eutychianus error tam manifeste detectus, & ipse Eutyches velut pertinax damnatus fuerat: & nisi postquam eidem innotuisset Leonis epistola, qua Constantinopolitanum judicium confirmatum fuit; quomodo se ignorare Constantinopolitanorum Patrum sensum potuisset affirmare? *Quid intellexerint, eorum taciturnitate nescimus*. Quomodo cum Eutyche ita indifferenter egisset, ut nec innocentem, nec reum judicarit? Quomodo eum post tam solemnem condemnationem a Romano etiam Pontifice confirmatam, *dilectissimum filium*, *honorantissimum*, & *merito honorabilem presbyterum* appellasset? Hæc hominem statim respondentem, dum rei non esset instructus, patefaciunt. Neque repugnant verba, *ut iis, quæ a beatissimo Papa Romanæ civitatis scripta sunt, obedienter attendas*. Eutyches enim in suis litteris memorasse videtur epistolam, quam cum aliquot documentis ad Leonem Pontificem dederat. His autem verbis Chrysologus indicare voluit eas litteras, quas Leonem melius instructum plenius reddidisse, aut brevi redditurum præsumebat. Enim vero si has dogmaticas Leonis litteras ille legisset, non videtur scripturus fuisse: *Extra consensum Romanæ civitatis Episcopi caussas fidei audire* (seu ex Græco *cognoscere*, aut *dijudicare*) *non possumus*: quæ verba nondum sibi notam Romani Episcopi sententiam declarant. Igitur hæc Chrysologi epistola sub idem tempus data videtur, quo Leo scripsit epistolas 23. & 24. idest circa Februarium an. 449. Forte idem ille vir, qui Theodosii atque Eutychis litteras ad S. Leonem attulit, Ravennam etiam cum ejusdem Theodosii litteris ad Valentinianum transivit, & hac occasione epistolam Eutychis ad Chrysologum detulit. Huic autem Constantinopolim revertenti, dum Valentiniani responsa referret, Chrysologus tradidit hanc epistolam ad Eutychem, ut citius ac tutius traderetur. Certe autem non scripsit post notitiam actorum in Eutychem, aut definitivo Leonis epistolæ, ut in Quesnelli sententia præsumendum est.

EPI-

ANNO CHRISTI 449. * Quæ erat 25. nunc 31. circ. Febr. an. 449.

ANNO CHRISTI 449.

EPISTOLA XXV.*

PETRI CHRYSOLOGI Episcopi Ravennatis Ad EUTICHEM presbyterum. 1

SYNOPSIS.

I. *Jam olim præscriptum esse docet contra errores Incarnationem Verbi impugnantes; nec discutiendam esse, sed cum honore & timore credendum.*

II. *Suadet Eutychi, ut Romani Pontificis scriptis obedienter attendat, quia Petrus suæ Sedis Rectores dirigens, præstat quærentibus fidei veritatem.*

2 Dilectissimo filio, & merito honorabili EUTYCHI Presbytero PETRUS Episcopus.

A Τῷ ἀγαπητῷ, καὶ ἀξιοτιμήτῳ υἱῷ Εὐτυχεῖ, Πέτρος ἐπίσκοπος Ῥαβεννᾶς.

CAP. I. TRistis legi tristes litteras tuas, & scripta mœsta mœrore debito 3 percurri: quia sicut nos pax Ecclesiarum, Sacerdotum concordia, tranquillitas plebis, 4 gaudere facit gaudio cælesti; ita nos affligit & dejicit fraterna dissensio, præsertim cum talibus c[illegible]atur ex caussis. 5 Triginta annis humanæ leges humanas adimunt quæstiones, & Christi generatio, quæ divina lege scribitur inenarrabilis, post tot sæcula disputatione temeraria ventilatur. Quid Origenes principiorum scrutator incurrerit; quomodo Nestorius 6 lapsus sit disputans de naturis, non latet prudentiam tuam. Magi 7 JESUM in cunabulis 8 Deum mysticis muneribus confitentur; & Sacerdotes, quis sit, qui virginali partu de Spiritu sancto natus est, 9 dolenda interrogatione disquirunt: cum vagitum daret JESUS in cunis, 10 *Gloria in excelsis Deo*, cælestis clamat exercitus; & modo, quando *in nomine* JESU *omne genu flectitur, cælestium, terrestrium, & infernorum*, originis ejus quæstio 11 commovetur? Nos, frater, cum Apostolo dicimus: *Etsi novimus* JESUM *secundum carnem, sed nunc*

Mat. 13. 8.

Matth. 2.

Luc. 2. 14. Isaiæ 6. 10.

2 Cor. 5. 16.

ΣΤΥΓΝΟΣ ἀνέγνων τὰς συγγράς σου ἐπιστολάς, καὶ τὰ γράμματά σου τὰ συγγενὰ τῇ προσηκούσῃ λύπῃ διέδραμον. ἐπειδὴ ὥσπερ ἡμᾶς ἡ εἰρήνη τῆς ἐκκλησιῶν, ἡ ὁμόνοια τῆς ἱερέων, ἡ γαλήνη τοῦ δήμου χαίρειν ποιεῖ ὑρανίῳ χαρᾷ, ὅπως ἡμᾶς καταπονεῖ, καὶ καταβάλλει ἡ ἀδελφικὴ διχόνοια· καὶ μάλιστα, ὅταν ἐκ τοιούτων ἀναφύηται αἰτιῶν. τελέσκοντα ἔτεσιν οἱ B ἀνθρώπινοι νόμοι τὰς ἀνθρωπίνας ἀναξέτασι ζητήσεις. ἡ τοῦ Χριστοῦ γέννησις, ἥτις τῷ θείῳ νόμῳ a ἀνεκδιήγητος γέγραπται, μετὰ τοσούτους αἰῶνας διαλογισμῷ ἀποσκοπεῖσθαι ἐρευνᾶται. τί Ὠριγένης ὁ τῆς b παλαιᾶς ἐρευνητὴς ὑπέυνητὴς ὑπέμεινε, ποίῳ ξόπῳ Νεστόριος ὠλίσθησε διαλογιζόμενος περὶ φύσεων, οὐ λανθάνει τὴν σὴν σύνεσιν. οἱ μάγοι τὸν Χριστὸν c σπαργάνοις Θεὸν μυστικοῖς δώροις ὡμολόγουν· καὶ οἱ ἱερεῖς, τίς ἐστιν ὁ τῷ παρθενικῷ τοκετῷ ἐκ πνεύματος ἁγίου τεχθεὶς, ἐπιπόνῳ ἐρευνήσει ἐκζητοῦσιν. ὅτε βαλὼν ἐδίδου ὁ Χριστὸς ἐν τοῖς σπαργάνοις· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ,

ΚΕΦ. α.

---

a In marg. edit. Rom. ἀνεκλιμνήτος. b Ibid. ἀρχαῖοι L. c Ibid. λευκοῖς ἔρεσι.

BALLER. NOTÆ.

1 Codd. collect. Hispanicæ, qui hanc epistolam decurtatam præferunt, Synopsis loco addunt: *contra ejus errores, in qua illi apto exemplo respondit.*

2 Ita codd. qui ex Hispanica collect. proveniunt. Exemplaria vero Latina collect. Calchedon. sic: *Dilectissimo & honore digno filio Eutychi presbytero Petrus Episcopus Ravenna.*

3 Quidam codd. *percucurri*: alii *cucurri*. Figurata locutio Chrysologo familiaris *mœsta mœrore*, quam Græcus interpres apte non reddidit, originale Latinum indicat.

4 Ita ex omnibus MSS. collect. Calchedon. Vulgata lectio *audire facit gaudium cæleste* præfertur in ceteris codd. qui ex collect. Isidori, & ex Hispanica minus emendata profluunt, uti est cod. Vat. 1341. ejusdem collect. Hispanicæ. At codex Vindebon. Hisp. qui puriorem collectionem Hispanicam exhibet, ad lectionem nostram & exemplarium Calchedon. accedit: habet enim *audere facit gaudio cælesti*: ubi alii posteriores librarii non advertentes in voce *audere* deesse solam litteram g, emendandum putarunt *audire facit gaudium cæleste.*

5 Similiter idem Chrysologus in serm. 145. *Humana leges intra triginta annos litigiosas omnes interimunt quæstiones. & Christus circa quingentos annos nativitatis suæ caussas præstat, ortus sui lites patitur, status sui sustinet quæstiones.* Singula, quæ sequuntur, in eodem sermone repetita sunt contra errorem Nestorii. Quesnellus pro *triginta* notavit in margine: Al. *decem*, quod nullis in codicibus invenire potuimus.

6 Ita codd. collect. Calchedon. & Vindebon. Hisp. Quesnellus ex MSS. collect. Hispanica minus emendata & Isid. *lapsus est.*

7 Græcus textus τὸν χριστὸν *Christum*, & similiter deinceps ὁ χριστὸς *Christus*, ubi in Latino est *Jesus* non solum in MSS. libris, qui ex Hispanica prodeunt, verum etiam in omnibus Calchedonensibus, quos vel nos vidimus, vel Baluzius consuluit. Hinc autem manifestum fit, hoc caput etiam in MSS. Calchedonensibus ex originali Latino derivatum fuisse, ut in Hispanica, non autem ex Græco Latinitate donatum.

8 Chrysologus serm. 145. in Nestorianos, qui Christum natum *Deum* negabant, similia obtrudit. Quare cum hic perinde voci *Dei*, aliisque insistat, & nihil Eutychianum usquam subindicet, credidisse videtur de Nestoriana hæresi nunc pariter agi, nec contrarium Eutychis errorem detexisse. Similiter S. Leo ep. 34. fatetur se ex solis litteris Eutychis de ipsius erroribus non potuisse quicquam cognoscere, nec intelligere, quo tenderet ejus caussatio, qua de Nestoriana hæresi repullulante querebatur. Id ex solis gestis a Flaviano transmissis cognitum fuit.

9 Quesnellus in margine, *forte dolosa*, quod nulli codices præferunt. Solum in laudato Chrysologi sermone adversus Nestorianos legitur: *Et tu quis sis Jesus, dolosus cognitor nunc requiris?* Post pauca in codd. collect. Calchedon. *vagitus*. 10 MSS. collect. XXI. *gloriam*. Vindebon. Hisp. *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis, cælestis* &c.

11 Ita omnes nostri codices Calchedon. etiam Baluzii, & Vat. Hisp. ac ceteri exinde profecti. Quesnellus cum solo nostro Vindebon. Hisp. *movetur*. Mox codd. Calchedon. *Nos, frater carissime, una cum Apostolo* &c.

ANNO CHRISTI 449.

Θεῷ, οὐράνιος ἀνεβόα κρατής· καὶ νῦν, ὅτι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμπτει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, τῆς ἀρχαιογονίας αὐτοῦ ζήτησις κινεῖται. ἡμεῖς δὲ, ἀδελφὲ, μὴ τὸ ἀποστόλου λέγομεν· καὶ εἰ ἐγνώκαμεν Χριστὸν κατὰ σάρκα, ἀλλὰ λοιπὸν οὐκ γινώσκομεν. ὅτι δυνάμεθα d ἐφοβήθημεν ἐρωτῆσαι· εἴ τινες κελεύομεν τιμὴν διδόναι, φόβον ἀποδιδόναι, καὶ ἐκδίκεσθαι, οὐκ ἐρωτῶν, e τὸν κριτὴν ὁμολογοῦμεν.

A *jam non novimus*. Nec possumus 12 injuriose replicare, qui jubemur honorem dare, 13 & timorem reddere, & expectare, non discutere, quem judicem confitemur.

ANNO CHRISTI 449.

ΚΕΦ. β'.

Ταῦτα διὰ βραχέων ἀπεκρινάμην ἀδελφὲ τοῖς σοῖς γράμμασι, πλείονα μέλλων γράφειν, εἰ πρὸς ἐμὲ ὁ ἀδελφὸς, καὶ συνεπίσκοπος ἡμέτερος Φλαβιανὸς τινὰ περὶ τούτου τοῦ πράγματος γράμματα ἔπεμψεν. εἰ γὰρ σοι ἀπαρέσκει, ὅτι περ γράφεις, σωτῷ ἠρῆσθαι τίνι ἀκρόασιν, ἡμεῖς πῶς ἔτι περὶ τούτων δικάσαι δυνάμεθα, ὃς μὴ τὸ ὁρῶμεν διὰ τίνι ἀπουσίαν, καὶ τί σιώπησαν, τῇ σιωπῇ αὐτῶν ἀγνοοῦμεν; δίκαιος μεσίτης οὐκ ἔστιν, ὃς οὐδὲ μέρος ὅπως ἀκούει, ὡς ἑτέρῳ μέρει μηδὲν φυλάξαι. ἐπὶ πᾶσι δὲ παρακαλοῦμέν σε, ἀδελφὲ τιμιώτατε, ὥστε τοῖς παρὰ τοῦ μακαριωτάτου πάπα τῆς πόλεως Ῥώμης γραφομένοις πειθαρχοῦντας προσέχειν· ἐπειδὴ ὁ μακάριος Πέτρος, ὃς ἐν τῇ ἰδίᾳ καθέδρᾳ καὶ ζῇ, καὶ προκάθηται, δίδωσι τοῖς ζητοῦσι τῆς πίστεως τὴν ἀλήθειαν. ἡμεῖς γὰρ σπουδῇ τῆς εἰρήνης, καὶ τῆς πίστεως ἐκτὸς f συναινέσεως τοῦ Ῥώμης ἐπισκόπου, πίστεως αἰτίας διαγνῶναι οὐ δυνάμεθα. ὑγιαίνουσαν τίνι ἀγάπῃ τίνι σίνι ὁ δεσπότης χρόνῳ g μακροτάτῳ διαφυλάξαι καταξιώσοι, πολυετότατε, καὶ ἀξιοτίμητε υἱέ.

B

C

14 Hæc breviter respondi, frater, litteris tuis; plura rescripturus, si ad me frater & Coepiscopus noster FLAVIANUS aliqua de hac caussa scripta misisset. Si enim tibi displicet, quoniam scripsisti 15 electum judicium, nos quomodo de his judicare poterimus, quos neque 16 videmus propter absentiam, & quid intellexerint, eorum taciturnitate nescimus? Justus 17 mediator non est, qui sic unam partem audit, ut nihil alteri parti reservet. In omnibus autem hortamur te, frater honorabilis, ut his quæ a beatissimo Papa Romanæ civitatis scripta sunt, obedienter attendas: quoniam beatus Petrus, qui in propria Sede 18 & vivit & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem. Nos enim pro studio pacis & fidei extra consensum Romanæ civitatis Episcopi caussas fidei 19 audire non possumus. Incolumem tuam dilectionem Dominus tempore longissimo conservare dignetur, carissime & honorantissime fili.

CAP. II.

Petrus regit suæ Sedis Rectores.

BALLER. NOTÆ.

d Ibid. φοβήθημεν. L. e Ibid. L. ἐν.

f In editis συναινέσεως: at in margine per conjecturam συναινέσεως. Emendationem probarunt nostri codd. Venetl. Consonat latinus textus, *extra consensum*.

g Ita legendum, ut in MSS. Ven. probat exemplar latinum, ubi legitur, *tempore longissimo*. In vulg. χρόνῳ μακρῷ.

12 Ita in MSS. Hisp. & ceteris ex eadem collectione derivatis. Codd. vero Calched. *injuriosa perscrutari*. Unus ex his Colbertinus apud Baluzium unius litterulæ additamento *injuriosa perscrutari*, pro quo Surius & alii post eum notarunt in margine *injuriose*; in Concilio Labbei *curiose perscrutari*.

13 Retinuimus lectionem Hisp. & ceterarum collectionum, quæ ex Hispanica hanc epistolam transcripserunt. Concinit etiam græca versio. In MSS. autem Latinis Calchedon. omissa particula & habetur *timorem reddere, & expectare, dum non perscrutandum judicem confitemur*.

14 In Var. Hisp. & ceteris cum Quesnello: *His omnibus respondi, frater, litteris tuis*: quibus etiam definit editio decurtata in iisdem codicibus. Vindebon. Hisp. *Hæc in omnibus respondi* &c. Lectionem vero MSS. Calchedonensium, uti meliorem, & integræ epistolæ congruentiorem prætulimus.

15 Verus interpres, quem hoc caput e Græco reddidisse in Admonitione ostendimus, legit, ut in editis, ἠρῆσθαι τίνι ἀκρόασιν, & ideo transtulit *electum judicium*: quæ ob sensum obscurum & incertum longioris disputationis occasionem dedere. Quesnellus in margine notavit Al. *neglectum*. Cum hoc pariter difficile sit, tum vero in nullis nostris, aut Baluzii codicibus inventum fuit. Credimus autem procul dubio scriptum fuisse in Græco ἀκηρῆσθαι τίνι ἀκρόασιν, & ex veteri librariorum lapsu excidisse; hinc autem reddendum ex Græco, *ut scribit, tibi mentem sublatam audientiam*: sic enim totus hic locus perspicue intelligitur, & congruit cum epist. 21 ad Leonem, in qua Eutyches questus est, suum libellum non fuisse in Constantinopolitano Concilio susceptum. Similem querelam etiam apud Petrum Ravennatem eum promovisse nihil ambigimus, ita ut *sibi sublatam audientiam* scripserit.

16 Ita nostri MSS. codd. & Baluzii. Quesnellus *videmus*, & *intellexerunt*.

17 Quesnellus in margine, Al. *judex*.

18 Ex nostris codd. & Baluzii addidimus particulam &. Cum hac Petrus Chrysologus scripserit ante celebrem Leonis epistolam 28. adversus Eutychis errores editam, ut in Admonitione ostendimus num. 6. quæ hic dicuntur, non sunt peculiaria pro eadem epistola, ac si eadem Petro nota jam esset, atque probata; sed generale principium, ac sententiam tum communem & certam indicant, nimirum Petrum adhuc in successoribus viventem *præstare quærentibus fidei veritatem*; & idcirco dogmaticis Romanorum Pontificum decretis esse obsequendum.

19 Græci verbi vis *cognoscere, disquirere* significat. Ne vero hac asserta a Petro disciplina, singularis aut incredibilis videatur, similem consuetudinem fuisse in Ægypto, *ut nihil absque ipso* (Antistite Alexandrino) *agereturab aliquo subjacente Episcopo*, testati sunt Ægyptii in Concilio Calchedonensi Actione 4. tom. 4. edit. Venetæ pag. 1402. idque ex Nicæno canone derivarunt, atque ejusdem consuetudinis testem appellarunt ipsum Anatolium, qui Alexandrinæ Ecclesiæ Diaconus, vel Presbyter fuerat. Hac quidem disciplina Ægyptii in Calchedonensi abusi sunt: excusatione nimirum hujusmodi se subtraxerunt a subscribenda Leonis epistola, & a parendo Concilio, illud exinde inerentes, Alexandrini Episcopi electionem atque sententiam a se exspectari oportere. Sed ob hunc abusum disciplina ipsa negari non potest; quæ si obtinuit in Episcopis Alexandrino subjectis; nihil mirum, si pariter valuit in Episcopis, qui Romano totius Ecclesiæ Primati speciali nomine suberant.

ANNO CHRISTI 449.

Quæ erat ep. 26. nunc 29. circa Mart. ann. 449.

a EPISTOLA XXVI.*

FLAVIANI secunda ad S. LEONEM Papam.

Epistola FLAVIANI *Episcopi Constantinopoleos scriptam ad Archiepiscopum* LEONEM *veteris Romæ.*

Sanctissimo & beatissimo Patri & comministro LEONI FLAVIANUS in Domino salutem.

CAP. I. Pietate recta verbi veritatis distributione nihil pretiosius Sacerdotibus, sicut nosti, Deo dilectissime. Omnis enim nostra spes & salus, ac promissorum bonorum retributio hinc pendent. Propterea igitur cuncta nobis facienda sunt, omnisque labor suscipiendus pro vera fide iisque quæ a sanctis Patribus exposita sunt atque dogmatum loco tradita; quo per omnia & in omnigenis rerum circumstantiis integra hæc & inviolata conserventur atque custodiantur. Necessarium itaque fuit nunc etiam nos, videntes lædi orthodoxam fidem, ac renovari Apollinaris & Valentini hæresim ab Eutyche impio monacho, non despicere; sed palam errorem detegere ad cautelam populorum. Iste enim iste Eutyches absconditum in se pravæ opinionis morbum retinens, nostram infestando mansuetudinem, inverecunde ac impudenter ad multos propriam impietatem deferre ausus est; dicens, ante Incarnationem quidem Salvatoris nostri JESU CHRISTI duas naturas esse, Divinitatis, & humanitatis; post unionem vero unam extitisse naturam: ignarus quid loquatur, ac de quibus affirmet. Neque enim unio duarum naturarum quæ in Christo convenerunt, quemadmodum & vestra novit pietas, proprietates earum in unione confudit; sed manent etiam in unione integræ duarum naturarum proprietates. Adjecit autem & aliam impietatem, ajens, quod ex Maria ortum

b Ἐπιστολὴ Φλαυιανοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως γραφεῖσα πρὸς τὸν ἀρχιεπίσκοπον Λέοντα τ πρεσβυτέρας Ῥώμης.

Τῷ ἁγιωτάτῳ, ⊂ μακαριωτάτῳ πατρὶ, κ συλλειτουργῷ Λέοντι Φλαυιανὸς ἐν ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ἐυσεβείας κ τοῦ ὀρθοτομεῖσθαι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας οὐδὲν c τιμιώτερον ἱερεῦσιν, ὡς ἐπίστασαι θεοφιλέστατε. πᾶσα γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, κ σωτηρία, κ ἀνταπόδοσις τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν, ἐντεῦθεν ἐξήρτηται. διά τι τοῦτο, πάντα d ποιητέον ἡμῖν, κ πονητέον, ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς πίστεως, ⊂ τῶν ἐκτεθέντων, κ δογματισθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων, ἐφ' ᾧ τε διὰ παντὸς κ ἐν παντοίαις περιστάσεσι πραγμάτων ἀκέραια ⊂ ἄθικτα. ταῦτα e διασώζεσθαι κ φυλάττεσθαι. ἀναγκαῖον ὂν ἐν f κ νῦν ὁρῶντας ἡμᾶς βλαπτομένου τινὸς ὀρθόδοξον πίστιν, κ ἀνανεωμένου τινὸς g Ἀπολλιναρίου, κ Οὐαλεντίνου αἵρεσιν παρὰ h Εὐτυχοῦς τοῦ μοναχοῦ, μὴ παριδεῖν· ἀλλ' εἰς τὸ φανερὸν τοῦτον ἐκκαλύψαι πρὸς ἀσφάλειαν τῶν λαῶν. i ὅτι γὰρ ὅτος ὁ Εὐτυχὴς, κεκρυμμένον k ἐν ἑαυτῷ νόσον κακοδοξίας κατέχων, τῆς ἡμετέρας ἐπιεικείας κατοιδραμῶν, ἀπηρυθριασμένως, κ ἀναιδῶς εἰς πολλοὺς ὀξυνεγκεῖν τινὰ οἰκείαν ἀσέβειαν κατετόλμησε, φάσκων, πρὸ μὲν τῆς ἀνθρωπήσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δύο φύσεις εἶναι, l θεότητος, κ ἀνθρωπότητος, μ' δὲ τινὰ ἕνωσιν, μίαν φύσιν γεγονέναι· οὐκ εἰδὼς ὃ λέγει, οὐδὲ περὶ τίνων διαβεβαιοῦται. οὐδὲ γὰρ ἡ ἕνωσις τῶν συνελθουσῶν m ἐπὶ Χριστῷ δύο φύσεων, ὡς κ ἡ ἡμετέρα ἐπίσταται θεοσέβεια, τὶς ἰδιότητας αὐτῶν ἐν τῇ

ΚΕΦ. α'.

BALLER. NOTÆ.

a Hac epistola, quam post epistolam 22. scriptam ostendimus in Admonitione ad eamdem epistolam 22. Flavianus respondet epistolæ 23. S. Leonis Pontificis. Cum vero in conventu Constantinopoli habito die 13. Aprilis anni 449. Seleucus Episcopus dixerit, epistolam 23. Leonis *ante paucos dies* sibi communicatam fuisse, eidem autem Flavianus responderit dum generale Concilium futurum *vulgabatur*, quod die 30. Martii indictum fuit; idcirco hanc epistolam a Flaviano scriptam putamus circa Martium ejusdem anni 449. antequam illi certa esset indictio Concilii, quod impediri adhuc posse in fine epistolæ insinuat. Hanc epistolam græcam in lucem emisit Joannes Coteleriius tom. I. Monument. Eccl. Græcæ pag. 50. ex MSS. Regiis 1026. & 2610. & exactam ex græco interpretationem adjecit. Quesnellus, qui in prima editione solam antiquam versionem dederat, græcum textum cum interpretatione Coteleri editioni secundæ inseruit. Duos adhuc græcos codices Romæ nos nacti sumus, Vat. Græc. 1455. & alium multo antiquiorem monachorum S. Basilii signatum num. XIX. unum præterea Venetum 165. Bibliothecæ S. Marci.

b MS. Bas. ἐπιστολὴ φλαυιανοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς λέοντα ἀρχιεπίσκοπον Ῥώμης κατ' Εὐτυχοῦς πρὸ τῆς ω χαλκιδονι συνόδου. MS. autem Ven. τοῦ μακαρίου φλαυιανοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς λέοντα τὸν ἁγιώτατον τῆς Ῥώμης πατριαρχ.

c MS. Ven. φροντιστήριον ἱερέων θεοῦ.

d MSS. Bas. & Ven. ποιητέον ἡμῖν κ ποιητέον.

e Cod. Ven. διασώζεσθαι τε κ διαφυλαττεσθαι.

f Addidimus κ νῦν ex MSS. Basil. & Ven. (in quo postremo deest ὂν) quæ voces etiam in antiqua versione exhibentur. In marg. edit. Cotel. *Al.* κ νῦν.

g In marg. edit. Cotel. *Al.* Ἀπολιναρίου.

h Ita ex codd. Bas. & Ven. Vulg. Εὐτυχοῦς τοῦ δυσσεβοῦς. Et in marg. Cot. *Al.* μοναχοῦ. Hæc lectio, quæ conditionem Eutychis ac genus vitæ exprimit, antiqua versione confirmatur.

i MS. Bas. οὗτος γὰρ Εὐτυχοῦς. Edit. Cotel. in marg. *Al.* οὗτος γὰρ ὁ.

k In MS. Ven. ω ἑαυτῷ δόξαν κακόδοξον.

l Cod. Bas. θεοπρ, κ κ ἀνθρωπότητος. m MSS. Ven. ἐπὶ Χριστοῦ.

ANNO CHRISTI 449.

τῇ ἑνώσει συνέχειν· ἀλλὰ μένουσι καὶ ἐν τῇ ἑνώσει ἀκέραιοι τῶν δύο φύσεων αἱ ἰδιότητες. n προσετίθει δὲ καὶ ἑτέραν δυσσέβειαν, φάσκων, τὸ ἐκ Μαρίας σῶμα γεγονὸς τοῦ κυρίου, μὴ εἶναι τῆς ἡμετέρας οὐσίας, μηδὲ τοῦ ἀνθρωπίνου φυράματος· ἀλλ' ἀνθρώπινον μὲν αὐτὸ ο ἀποκαλεῖ, οὐ μὴν ἡμῖν ὁμοούσιον, οὐδὲ τῇ πεκύσῃ αὐτὸν κατὰ σάρκα. Καὶ ταῦτα, τῶν ἐν Ἐφέσῳ πεπραγμένων παρὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, ἐπὶ τῇ γραφείσῃ ἐπιστολῇ πρὸς τὸν δυσσεβῆ, καὶ καθηρημένον Νεστόριον ἐχόντων ῥητῶς ὡς. ὅτως διάφορα μὲν αἱ πρὸς ἑνότητα τῶν ἀληθινῶν p συνεκεχυθεῖσαι φύσεις· εἷς δὲ ἐξ ἀμφοῖν Χριστὸς καὶ υἱός· οὐχ ὡς τῶν τῆς φύσεων διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν· ἀποτελεσασῶν δὲ q μᾶλλον ἡμῖν τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, r θεότητός τε, καὶ ἀνθρωπότητος, διὰ τῆς ἀφράστου, καὶ ἀπερινοήτου πρὸς ἑνότητα συνδρομῆς. s καὶ τοῦτο οὐ λέληθε τῶν σῶν ὁσιότητα, εὐτυχοῦσαν πάντως τοῖς ἐν Ἐφέσῳ πεπραγμένοις ὑπομνήμασιν. ἅτινα παρ' ὑμῶν θέμιν ὁ αὐτὸς Εὐτυχὴς οἴεται μὴ δοῦναι δίκην τῶν ὀρθεῖσαν παρὰ τῆς ἁγίας ἐκείνης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου. t διὰ τοι ταῦτα πολλῶν τῶν ἀκεραιοτέρων ἐκ τῆς ὑπ' αὐτοῦ γεγομένης διαλέξεως παραβλαπτομένων εἰς τὸν τῆς πίστεως λόγον, κατηγορηθέντα αὐτὸν παρὰ τοῦ ἐλαβεστάτου ἐπισκόπου Εὐσεβίου, καὶ ἀπαντήσαντα εἰς τῶν ἁγίαν σύνοδον, καὶ οἰκείᾳ γνώμῃ u τὸ ἴδιον φρόνημα ἐκκαλυψαντα, ἀλλόξενον ὑπάρχοντα x τῆς ὀρθῆς πίστεως, καθείλομεν, ὡς διδάξει τῶν ὑμετέραν ὁσιότητα y πάντα ἐπ' αὐτῷ πεπραγμένα ὑπομνήματα, ἃ καὶ ἀπεστείλαμεν μετὰ τῶν ἐμῶν γραμμάτων. z δίκαιον δὲ καὶ τοῦτο, ὡς ἡγοῦμαι, διδαχθῆναι ὑμᾶς, ὡς ὅτι περ ὁ αὐτὸς Εὐτυχὴς ὑποσὰς δικαίαν, καὶ κανονικῶν καθαιρεσιν, καὶ ὀφείλων κἂν τοῖς δευτέροις ἰᾶσθαι τὰ πρότερα, καὶ διὰ μετανοίας ἀκεμβῆς, καὶ δακρύων πολλῶν τὸν θεὸν ἐξιλεώσασθαι, καὶ τῶν ἡμετέραν καρδίαν aa σφοδρῶς λελυπημένῳ ἐπὶ τῇ αὐτοῦ πτώσει, διὰ μεταμελείας ἀληθοῦς θεραπεῦσαι· οὐ μόνον τοῦτο οὐ πεποίηκεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ διὰ πάντων bb διαταράξαι τῶν παρ' ἡμῖν ἁγιωτάτῳ ἐκκλησίαν ἐσπεύδασε· προθέματι προτιθεὶς δημοσίᾳ, ὕβρεω καὶ λοιδορίας ἀνάμεσα· προσεπιτάττοις καὶ δεήσεις ἐπειδὴ τῷ εὐσεβεστάτῳ, καὶ φιλοχρίστῳ ἡμῶν βασιλεῖ, καὶ αὐτὸς πεπληρωμένος ἀλαζονείας καὶ προπηλακισμῶν, διὰ πάντων τοὺς θεοὺς cc καταπατῆσαι κανόνας πειρώμενος, ἀλλὰ τούτων οὐ-

A est corpus Domini, non esse nostræ substantiæ, neque humanæ materiæ; sed humanum quidem illud appellat, non tamen consubstantiale nobis, nec ei quæ illum peperit secundum carnem. Atque hæc cum acta Ephesi a sancta & œcumenica Synodo, in epistola scripta ad impium & depositum Nestorium, sic ad verbum habeant: *Quod diversæ quidem, quæ ad unitatem veram convenerunt naturæ; unus autem ex ambabus Christus & Filius. Non quasi naturarum discrimen sublatum fuerit per unionem, sed potius quia nobis perfecerunt unum Dominum Jesum Christum eadem naturæ Divinitatis, & humanitatis, per ineffabilem & incomprehensibilem ad unitatem concursum.* Et hoc non latet Sanctitatem tuam, cum omnino legerit quæ Ephesi confecta sunt gesta. Quæ nihili pendens iem Eutyches, putat se non daturum pœnas per sanctam illam & œcumenicam Synodum definitas. Itaque propter hæc, cum multi e simplicioribus per ejus disceptationem læderentur in doctrina fidei, eum accusatum a religiosissimo Episcopo Eusebio, & occurrentem ad sanctum Concilium, propriaque voce quid ipse sentiret Patribus Synodi detegentem, ut qui alienus sit a recta fide deposuimus, prout Sanctitatem vestram docebunt cuncta super eo confecta acta; quæ & misimus cum hisce nostris litteris. Æquum porro est, mea quidem sententia, ut hoc quoque edoceamini, quod Eutyches idem justæ & canonicæ depositioni subjectus, cum debuisset saltem secundis curare priora, necnon per exactam pœnitentiam multasque lacrymas Deum placare, & cor nostrum valde in laptu ejus contristatum, vera resipiscentia delinire; non solum id non fecit, quin immo per omnia connisus est sanctissimam hujusce loci Ecclesiam conturbare; tabulas publice proponens, contumeliarum & maledictorum plenas; & insuper hæc preces offerens piissimo & Christi amantissimo nostro Imperatori, eaque arrogantia & petulantia refertas, in omnibus divinos Canones conculcare tentans. Verum his ita ex consecutione peractis, redditæ nobis sunt litteræ Sanctitatis vestræ, per Comitem omni admiratione dignum PANSOPHIUM: ex quibus edocti sumus, eumdem Eutychen libellos ad vos misisse plenos fallacia & astu, dicentem se tempore Judicii libellos Appellationis tradidisse nobis & sanctæ Episcoporum tunc præsentium Synodo, atque appellasse ad vestram Sanctitatem: quod nequaquam ab eo factum est, sed hac quo-

BALLER NOTÆ

n In marg. Cotel. Al. [illegible]. MS. Ven. [illegible].

p Vulg. mendose [illegible]. Cotelerius per conjecturam in margine, *forte* [illegible], *vel* [illegible]. Hanc veram lectionem probavit cod. Basil. q MS. Bas. caret voce [illegible].

r Sic elegantius ex eodem cod. Bas. addito [illegible] quod in editis deerat.

s Græcis auribus hæc quoque lectio MSS. Basil. & Ven. ut putamus, magis placebit, quam vulgata, [illegible]. t MS. Bas. [illegible]. Mox deest [illegible] ante [illegible] in Cod. Ven.

u Antea legebatur [illegible]. Abest [illegible] a MSS. Bas. & Ven. ac abesse debet, quo enim referatur? Nec vetus Latina versio agnoscit, *& voce sua propriam sectam retegentem*. Cotelerius in sua versione, ut sensum exponeret, vocem [illegible] reddidit, non *ipsi*, sed *Patribus Synodi*; cum tamen patres in Græco non nominentur.

x MS. Bas. [illegible]. y MS. Ven. [illegible].

z MS. Bas. [illegible]. In MS. Ven. solum omittitur [illegible].

aa MS. Bas. [illegible]. Paullo post pro [illegible] idem codex [illegible].

bb MS. Bas. [illegible]. & post pauca pro [illegible] habet [illegible]. & loco [illegible] habet [illegible].

cc In marg. edit. Cotel. Al. [illegible]. & mox pro [illegible] in eodem margine Al. [illegible], cujus lectionis vestigium aliquod extat in MS. Bas. [illegible].

ANNO CHRISTI 449.

quoque in parte fefellit, velut pater mendacii, se vestris auribus subrepturum arbitratus. Commotus igitur, sanctissime Pater, ob omnia quæ ausus est, & propter ea quæ adversus nos sanctissimamque Ecclesiam facta sunt atque fiunt, solita fiducia utere, sicut Sacerdotio convenit, & vindicans communem rem sanctarumque Ecclesiarum compositionem, dignare per proprias quidem litteras suffragari depositioni canonice adversus eum factæ; confirmare vero & piissimi Christumque amantis nostri Imperatoris fidem. Res namque solo indiget ex vobis impulsu atque subsidio, quod per vestram prudentiam ad tranquillitatem & pacem cuncta statim translaturum est. Sic enim & quæ insurrexit hæresis, & ob eam excitatus tumultus facile cessabit, Deo cooperante, per vestras sacras litteras: prohibebitur vero & quæ evulgatur futura esse Synodus, ut ne sanctissimæ totius orbis Ecclesiæ perturbentur. Omnem quæ tecum est fraternitatem, ego, quique mecum sunt, salutamus. Sanus in Domino ac pro nobis orans, doneris nobis, Deo dilectissime & sanctissime Pater.

A τῶν παρακαλουθησάντων, γράμματα ἡμῖν ἀπεδόθη τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος, διὰ τοῦ θαυμασιωτάτου κόμητος Παυσοφίου, δι' ὧν ἐδιδάχθημεν, ὡς ὁ αὐτὸς Εὐτυχὴς λιβέλλους ἐξαπέστειλεν ὑμῖν πεπληρωμένους πάσης ἀπάτης, καὶ πανουργίας, ἐν τῷ ὀνόματι τῆς κρίσεως λιβέλλους ἐπιδεδωκέναι ἐκκλήτους ἡμῖν τε, καὶ τῇ σεβαδμιούσῃ ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ ἐπαναλέσασθαι τὴν ὑμετέραν ὁσιότητα· ὅπερ οὐδαμῶς παρ' αὐτοῦ γέγονεν· ἀλλ' καὶ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος διεψεύσατο, dd οἷα δὴ πατὴρ ὢν τοῦ ψεύδους, συναρπάσαι τοὺς ὑμετέρους ἀκοὰς οἰόμενος. B συγκινηθεὶς οὖν, ὁσιώτατε πάτερ, διὰ πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ τολμηθέντα, καὶ διὰ τὰ εἰς ἡμᾶς καὶ τὴν αἰδεσιμωτάτην ἐκκλησίαν ee γενόμενά τε καὶ λεγόμενα, παῤῥησιάσασθαι συνηθῶς κατὰ τὸ πρέπον τῇ ἱερωσύνῃ. καὶ οἱ κελευσάμενοι τὸ κοινὸν ff πρᾶγμα, καὶ τὴν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν κατάστασιν, συμφωνήσασθαι μετὰ τῆς νῦν κατ' αὐτὸν κανονικῶς καθαιρέσεως, δι' οἰκείων γραμμάτων κατοχίωσιν· στηρίξαι δὲ καὶ τὴν τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως πίστιν. μόνης γὰρ τοῦ πράγματος δεῖται τῆς παρ' ὑμῶν ῥοπῆς C καὶ ἀντιλήψεως, ὀφειλούσης διὰ τῆς οἰκείας gg συναινέσεως εἰς γαλήνην, καὶ εἰρήνην hh πάντα μεταστῆσαι. οὕτω γὰρ καὶ ἡ ἐπαναστῆσα αἵρεσις, καὶ ἡ δι' αὐτὴν ταραχὴ, ἐμαρῶς καταργηθήσεται, τοῦ θεοῦ συνεργοῦντος, διὰ τῶν ὑμετέρων ἱερῶν γραμμάτων· κωλυθήσεται δὲ καὶ ἡ θρυλλουμένη ii γίνεσθαι σύνοδος, ὥστε μὴ τὰς ἁπανταχόσε ἁγιωτάτας ἐκκλησίας διαταραχθῆναι· πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα, ἐγώ τε & οἱ σὺν ἐμοὶ kk προσαγορεύομεν. ἐῤῥωμένε ll σὲ κυρίῳ, καὶ ὑπεύχομαι ἡμῶν, ll χαριτωθῇ ἡμῖν, θεοφιλέστατε, & ἀξιώτατε πάτερ.

D

EJUSDEM EPISTOLÆ FLAVIANI

antiqua Versio. I

SYNOPSIS.

I. *Partes Episcopi explicat. Errorem Eutychis exponit.*

II. *Quænam acta sint contra ipsum in Synodo.*

III. *De ementita appellatione Eutychis ad apostolicam Sedem. Damnationis ejus confirmationem petit.*

Sanctissimo & beatissimo Patri & Consacerdoti LEONI FLAVIANUS in Domino salutem.

CAP. I. Duo maxime in Episcopo requisita.

Pietate & recta prædicatione verbi veritatis nihil honorabilius Sacerdotibus, sicut nosti, Deo amantissime. Omnis enim E nostra spes atque salus & retributio promissorum bonorum in his est. Propterea omnia facienda a nobis sunt, & laborandum pro vera fide, & expositionibus dogmatibusque sanctorum Patrum: quatenus per omnia & inter omnes concussiones rerum integra hæc

BALLER. NOTÆ.

dd Ex MS. Bas. addidimus *δὲ* particulam expletivam, Græcis non infrequentem, cum præsertim eamdem in uno codice invenerit Cotelerius, qui idcirco notavit in margine, *Al. οἷα δὲ*. Mox vocem *ὢν* idem monuit alios deesse.

ee Ita cod. Basil. Nescimus autem cur Cotelerio magis placuerit *γενόμενά τε καὶ γενόμενα*, & lectionem a nobis receptam ac in alio codice ab eodem inventa in marginem rejecerit. De præteritis enim sermo præcesserat, *διὰ τοῦτο παρ' αὐτοῦ τολμηθέντα*. Inficiari tamen non possumus lectioni a Cotelerio adoptatæ suffragari versionem antiquam, *facta sunt atque fiunt*. Mox in cod. Vat. *παῤῥησιάσασθαι συνῴδως καὶ κατὰ*, &c.

ff Cod. Bas. delet *πρᾶγμα*. Post pauca idem Cod. *κανονικῇ καθαιρέσει*.

gg Vulg. *συναινέσεως*. Melius cod. Ven. & alius Cotelerii notatus in margine: quorum lectionem expressit vetus interpres, *consensu proprio*. Concinit & MS. Bas. in quo *συναιρέσεως* perperam scriptum est pro *συναινέσεως*.

hh Lectionem hanc optimam & verissimam acceptam referas MSS. Bas. & Veneto. Ab alia vulgatorum *παρ' αὐτὰ μεταστῆσαι* quid elici queat bona phrasis, haud sane videmus. Consonat emendationi antiqua versio *cuncta perducere*. In marg. etiam edit. Cotel. *Al. πάντα*.

ii MS. Ven. *γενέσθαι*. Idem paullo post *ἀπανταχοῦ* pro *ἁπανταχόσε*.

kk Cod. Ven. *πλείστα προσαγορεύομεν*.

ll Ita omnino legendum cum MSS. Bas. & Ven. Antiqua versio, *doneris nobis*. *χαριτωθῇ ἡμῖν* editorium repudiandum. In margine etiam editionis Cotelerianæ lectionem nostram ex alio MS. adnotatam invenies. Mox *ἡμῶν* deest in cod. Bas. & in alio Cotelerii, qui notavit in marg. *F. ἀγιώτατε*.

a Hæc versio in MSS. collect. XVII. Calcedonensis invenitur, & exinde manavit in codd. collect. XXII. cui epistolæ collectionis Calcedonensis additæ fuerunt.

ANNO CHRISTI 449.

hæc & inviolata serventur & custodiantur. Necessarium itaque fuit nunc, etiam videntes nos lædi orthodoxam fidem, & renovari Apollinaris, & Valentini hæreses ab Eutyche monacho, non hoc despicere, sed in aperto hoc pro cautela populi revelare. Iste enim, 2 iste Eutyches absconditum in se languorem malæ sectæ retinens, insiliens nostræ mansuetudini, inverecunde & imprudenter in multos impietatem propriam præsumpsit inferre, dicens: *Ante inhumanationem quidem Salvatoris nostri* JESU CHRISTI *duas naturas esse, Divinitatis & humanitatis; 3 post unitatem vero, unam naturam factam*: neque sciens quod dicit, neque de quibus affirmat. Neque enim unitas convenientium in Christo duarum naturarum, 4 sicut & vestra religiositas novit, proprietates suas in unitate confudit, sed manent in unitate perfectæ naturarum proprietates. Adjecit autem & aliam impietatem, dicens: 5 *Corpus, quod ex Maria factum est, Domini non esse nostræ substantiæ, neque humanæ conspersionis; sed humanum quidem illud vocat, non tamen nobis consubstantiale, neque genitrici ejus secundum carnem.*

Error Eutychis.

CAP. II. Ep. S. Cyrilli ad Nestorium act. Conc. Ephesini part. 1. c. 8.

Et hæc ajebat, cum in gestis Ephesi habitis a sancto & universali Concilio, in epistola scripta ad impium damnatumque Nestorium aperte sic habeatur: *Quia diversæ quidem ad unitatem veram concurrere naturæ; unus autem 6 ex ambabus Christus & Filius: non tamquam naturarum differentia sit peremta propter unitatem, sed potius effecerit nobis unum Dominum* JESUM CHRISTUM, *Divinitatis, & humanitatis 7 per ineffabilem & inintelligibilem ad unitatem concursionem.* Et hoc non latet tuam Sanctitatem, dum omnino legerit gesta, quæ Ephesi sunt confecta. Quæ pro nihilo ponens idem Eutyches arbitratur, non se daturum pœnam præfinitam a sancto illo & universali Concilio: quoniam per hæc multi simpliciores ex ejus eloquiis in fidei sermone læduntur. Accusatum vero eum a reverendissimo EUSEBIO, & occurrentem in sanctum Concilium, & voce sua sectam propriam retegentem, alienumque existentem a recta fide damnavimus, sicut docebunt vestram Sanctitatem omnia, quæ super eo sunt gesta, quæque direximus cum nostris his litteris. Justum autem est & hoc vobis, sicut arbitror, intimari: quia idem Eutyches passus justam canonicamque damnationem, cum debuisset secundis salvare priora, & per pœnitentiam perfectam multasque lacrymas placare Deum, nostrumque cor vehementer contristatum in ejus ruina, per veram sanare pœnitentiam: non solum hoc non fecit; sed etiam per omnia conturbare sanctam, quæ apud nos est, Ecclesiam festinavit, propositiones injuriarum publice ponens & maledictionibus plenas; super hæc & preces offerens piissimo 8 & Christi amantissimo nostro Imperatori, & easdem arrogantia & petulantia plenas, per omnia divinas regulas conculcare conatus.

Eutychis accusator.

ANNO CHRISTI 449.

CAP. III.

Sed his ita 9 secutis, litteræ nobis datæ sunt vestræ Sanctitatis per admirabilem Comitem PANSOPHIUM, per quas sumus edocti, quia idem Eutyches libellos direxit vobis plenos omni fallacia atque calliditate, dicens: Judicii tempore libellos se dedisse Appellationis & nobis, & hic convenienti sancto Concilio: & appellasse vestram Sanctitatem. quod nequaquam ab eodem factum est; sed etiam 10 in hac parte mentitus est, 11 tamquam per fallaciam mendacii subrepere se sanctis vestris auribus putans. Commotus itaque, sanctissime Pater, in his omnibus, quæ ab eo præsumta sunt, & ob ea quæ in nos & sanctissimam Ecclesiam facta sunt atque fiunt, 12 consuete fiducialiter age, secundum quod Sacerdotio competit, propriamque faciens communem caussam & sanctarum Ecclesiarum disciplinam, simul decernere 13 in damnationem adversus eum regulariter factam, & per propria scripta dignare; confortare autem & piissimi & Christo amantissimi nostri Imperatoris fidem. Caussa enim eget solummodo vestro solatio atque defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere. Sic enim hæresis quæ surrexit, & turbæ quæ 14 propter eam factæ sunt, facillime destruentur, Deo cooperante per vestras sacratissimas litteras. Removebitur autem & Concilium quod fieri divulgatur: quatenus nequaquam ubique sanctissimæ turbentur Ecclesiæ. Omnem quæ vobiscum est fraternitatem ego, & qui mecum sunt, salutamus. Incolumis in Domino, & orans pro nobis, doneris nobis religiosissime & sanctissime Pater.

Eutychis fallacia.

Epistolæ Rom. Pon. hæreses facillime destruunt.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

2 Ex nostris codd. & Baluzii supplevimus repetitionem vocis *iste*, quam & Græcus textus approbat.

3 Sic omnes codices. Vulgati in margine *post unitionem*. Ceterum *unitatem* dictum frequenter pro *unitione*, quæ in Græco significatur.

4 Locus a Quesnello recte emendatus ex codice Thuaneo, cum antea sine ullo sensu legeretur, *sicut una re proprietates*. Hanc emendationem non tam Baluzii & nostri codices, verum etiam Græcus textus confirmat. Dein *in unitate perfecta* cod. Chig.

5 Sic iidem veteres codices. Vulgati Editorum arbitrio *Corpus Domini, quod ex Maria factum est, non* &c. ac mox *conspersionis*. Antiquam lectionem emendare noluimus.

6 Ita ex antiquissimo Veronen. coll. XVII. cui & Græcus textus respondet. Alii codd. cum Quesn. *ex ambobus Christus Dei filius*. In editis Concilior. *ex ambabus Christus Dei filius*.

7 Quesnellus omisit *per*: in omnibus autem quinque nostris codd. legitur.

8 Cod. Veron. & *christianissimo*.

9 Quesnel. cum edit. Concilior. *gestis*. Omnia & nostra & Baluzii exemplaria prætulimus.

10 Quidam codd. & editi ante Quesn. post *etiam* addunt ὅ.

11 „ Legebat interpres ὡς δι' ἀπάτης ψευδόδους, cum sit in textu οἷα (nos adiecimus δι') ψευδῆ δι' ἀπάτης, „ *velut pater mendacii existens*. “ Hæc Cotelerius.

12 Ita omnes codd. Quesn. cum editis Concilior. *pro consueta fiducia fiducialiter age*.

13 Cod. Chig. & in margine edit. Concilior. *in damnatione adversus eum regulariter facta*. Edit. Concil. *damnationem* sine præpositione *in*.

14 Editi & plerique codd. *propter eum*. Emendavimus ex antiquissimo MS. Veronen. cui & Græcus textus cohæret.

ANNO CHRISTI 449.

* Al. XXII. Quæ autem antea 17. erat, nunc 31. 11 Majl an. 449.

EPISTOLA XXVII.*

1 Ad FLAVIANUM Episcopum Constantinopolitanum.

SYNOPSIS.

Flavianum de receptis ejus litteris monet: gesta per eum adversus Eutychem laudat: sollicitudinem suam spondet.

LEO FLAVIANO Episcopo Constantinopolitano.

PEr venisse ad nos tuæ dilectionis 2 epistolas, ut primum venientis filii nostri honorabilis viri RODANI opportunitatem reperimus, indicamus; quæ nos de caussa facerent certio-

A res, quam apud vos pravo dolemus errore commotam. Quoniam aliter de fide, quam convenit, hic qui dudum religiosi videbatur propositi esse, sentiret: quem a traditione catholica non decuerat deviare: sed in eadem quæ tenetur ab omnibus, credulitate persistere. Verum de hac re 3 plenius per eum, qui ad nos tuæ dilectionis portavit epistolas, rescribimus: ut fraternitatem tuam, quid de tota caussa constitui debeat, instruamus. Non enim patiemur aut illum in suæ persuasionis pravitate persistere, aut dilectionem tuam, quæ zelo fidei, pravo & stulto resistit errori, diutina adversæ partis impugnatione turbari. Supradictum vero filium nostrum, per quem has epistolas dedimus, hac volumus qua dignum est affectione suscipias, & eo ad nos remeante rescribas. Data duodecimo Kalendas Junias ASTURIO & PROTOGENE Cois.

BALLER. NOTÆ.

1 Edita fuit hæc epistola a Quesnello ex codice Grimanico, eamque nullibi in nostris MSS. reperire potuimus.
2 Intelligit epistolam 22. quam primo scriptam a Flaviano in Admonitione eidem præmissa ostendimus.
3 Nimirum sequenti epistola 28.

ADMONITIO

In epistolam sequentem.

1 INter omnia Romanorum Pontificum decreta fidei, celeberrima est sequens S. Leonis ad Flavianum epistola, qua tota de Incarnatione controversia exacte discussa ac definita, contrariisque Nestorii & Eutychetis erroribus proscriptis, catholica doctrina ita accurate ne dum sententiis, sed etiam vocibus declarata invenitur, ut *quidquid in ea scriptum est, ex apostolica & evangelica probetur sumtum esse doctrina*. Jam S. Flavianus, cui explorata erat apostolicæ Sedis auctoritas, præmonuerat, rem hanc, Eutyche post Constantinopolitanum judicium turbas commovente, *solo indigere* pontificio *impulsu atque subsidio*, quo *cuncta ad tranquillitatem & pacem statim transferrentur*. Enimvero ut primum transmissa in Orientem, post Ephesinum latrocinium, in quo per fraudem & vim suppressa fuerat ne legeretur, in lucem edita est, mox suscepta & subscripta fuit ab omnibus, ita ut haberetur universim tamquam regula fidei, ac veluti lydius lapis, ex quo catholici ab hæreticis discernerentur. Ita porro apparuit pontificiam definitionem sufficere, nec opus esse generali Concilio, ut Flavianus etiam monuerat; cum etiam sine Concilio, & antequam haberetur Synodus Calchedonensis, tota Ecclesia illam susceperit, eidemque Episcopi suas subscriptiones apposuerint, non ut vim & auctoritatem illi adjicerent; sed ut se catholicos probarent, & ne, si renuerent, hæretici haberentur. Jam enim vulgatum fuerat, quod postea omnes *reverendissimi Episcopi clamaverunt* in Calchedonensi act. 4. pag. 1403. *Qui non consentit epistolæ sanctissimi Episcopi Leonis, hæreticus est*. Porro in eodem Concilio, quo Ephesini latrocinii gesta rescindenda erant, maximis cum laudibus suscepta fuit act. 2. & 4. eoque honore habita, ac si ab ipso Petro edita fuisset: quod & antequam edceretur, Petrus Chrysologus apostolicæ auctoritatis callentissimus, observandum, ac tenendum prædixerat epist. 25. Nihil pro apostolicarum definitionum auctoritate illustrius hoc totius Ecclesiæ ac generalis Synodi testimonio, quod Petrum in successoribus viventem & loquentem agnoscit. In Romana Synodo sub Gelasio pronuntiatum fuit anathema, si quispiam de hujus epistolæ textu *usque ad unum jota disputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit*. Et S. Gregorius lib. 6. ep. 2. *Si quis contra harum quatuor Synodorum fidem, & contra sanctæ memoriæ Leonis Papæ tomum atque definitionem aliquid umquam loqui præsumit, anathema sit*.

Ep. 111

Ep. 16

Ep. 16

t. 1. Concil. Ven. edit. pag. 187.

2 Hinc in fidei professionibus nihil frequentius, quam post generalia Concilia hujus epistolæ doctrinam profiteri. Apud Orientales, ubi Eutychis hæresis turbas excitaverat, hæc consuetudo primum inducta, ut liquet inter cetera ex aliquot epistolis Hormisdæ, ex epistola Petri Diaconi ad Fulgentium, & ex Concilio Apamensi an. 535. Idem mos etiam ad Occidentales transivit, & diu etiam obtinuit. Vide professionem Adelberti Episcopi Morinensis ad Hincmarum Remensem ex Sirmondo editam tom. 10. Concil. Venetæ editionis p. 1388. & sponsionem Episcoporum provinciæ Aquilejensis ad Paulinum Patriarcham e MS. Vat. 1322. editam a Patre Bernardo de Rubeis in *Monumentis Ecclesiæ Aquilejen.* ad an. 801. pag. 380. Cum S. Amatus Abbas jam moriturus professionem fidei edere vellet, hanc epistolam ad se afferri, & sibi legi jussit, *quoniam in ipsa plenissima ratio fidei catholicæ continetur*, quemadmodum tradit ejus Vitæ auctor n. 24. tom. 2. Sæcul. Benedictini II. pag. 126.

3 Inter divina officia olim in Romana Ecclesia tempore Adventus publice legebatur hæc epi-

epistola, unde eam descriptam invenimus in Lectionariis, quæ usui erant Basilicæ Vaticanæ, nec non in alio vetustissimo, quod ad SS. Philippi & Jacobi Basilicam pertinebat. Hinc in Ordine Romano XI. apud Mabillonium, qui a Benedicto Canonico Basilicæ S. Petri sæculo XII. scriptus fuit, in Dominica III. Adventus habetur: *Deinde Episcopi legunt quartam & quintam lectionem de epistola S. Leonis Papæ missa Flaviano Episcopo de Incarnatione Domini contra Eutychen hæreticum*. Idipsum in aliis Italiæ Ecclesiis receptum didicimus ex quampluribus MSS. Lectionariis aliarum urbium, quæ eamdem epistolam aliis atque aliis diebus eodem Adventus tempore exhibent. Ex MS bibliothecæ Regiæ Quesnellus collegit, idem olim factitatum esse in Galliarum Ecclesiis, quod confirmari potest ex Lectionario S. Benigni Divionensis, quo Chifletius usus est, cum eamdem epistolam edidit in calce operum Vigilii Tapsensis, nec non ex monumentis Gallicanis, quæ a P. Martene laudantur *de antiquis Monachorum Ritibus* lib. 3. c. 2. Ex hujusmodi autem Lectionariis traducta fuit in aliquot collectiones Sermonum S. Leonis, quæ ex Lectionariis originem ducunt.

tom. 2. Mus. Italic. p. 223.

Diss. 1. ad An. 449. n. 6.

4 Cum Gennadius c. 70. Leonem inter ecclesiasticos scriptores retulit, hujus tantum epistolæ fecit mentionem, eo quod hæc super omnia ejus opera vulgatissima esset. Hinc autem eum certum ejusdem epistolæ auctorem procul dubio existimavit. Quod si vulgatæ ejusdem editiones Miræi, Fabricii, atque Vallarsii c. 84. in Prospero habent: *Epistolæ quoque Papæ Leonis adversus Eutychen de vera Christi incarnatione ad diversos datæ, & ab ipso dictatæ dicuntur:* corruptam lectionem & sucum facere, & legendum *ei*, idest Prospero, *ab ipso* scilicet Leone *dictatæ*, Quesnellus contendit: Prosperum enim Leonis *notarium* fuisse Ado in Chronico scripsit. At emendatiores editiones & MSS. nec *&*, nec *ei* præferre, sed tantum *ab ipso dictatæ creduntur* pronuntiat Antelmius epist. 2. n. 28. & 30. In MS. quidem antiquissimo Capituli Veronensis signato num. 46. sic legimus: *Ab isto dictatæ creduntur*, uti ex Gennadio Marcellinus in Chronico retulit. Id tamen Gennadius non ex sua, sed ex Gallorum, inter quos versabatur, opinione tradidit: facile autem evenire solet, ut quæ opinione vulgari feruntur, augeantur, vel etiam immutentur.

5 Enimvero Leonis, non autem Prosperi hanc & ceteras in Eutychen epistolas esse evidenter ostendit stilus, qui aliis Leonis operibus similis a stilo operum Prosperi apertissime discrepat. Neque harum epistolarum auctor adstrui potest Prosper, quin auctor simul dicatur ceterorum omnium Leonis operum, ita ut ab initio ejus Pontificatus usque ad finem omnes ejus non tam epistolas, quam sermones scripserit, & eo quidem stilo, qui a suorum operum stilo diferret: quod sane incredibile dictu est, nec Gennadii textus, nec vulgata apud Gallos opinio prodidit; immo nec ipse Antelmius, quoad sermones, ausus est affirmare, ut patet ex eadem epist. 2. n. 40. Solum dici potest S. Prosper in has adversus Eutychen epistolas, quæ peculiare Scripturarum & verborum studium exigebant, aliquid diligentiæ ac subsidii contulisse; ex quo aliqui eas ab ipso *dictatas* crediderunt, & in Gallicani scriptoris gloriam apud Gallos vulgarunt.

6 Quantum porro interfit, ut tam celebris dogmatica epistola emendatissima, quoad fieri potest, edatur, cum per se satis intelligitur, tum vero demonstrant etiam luculentius illa trium Episcoporum Galliæ ad Leonem ep. 67. c. 2. *Idcirco si dignanter admittitis, deprecamur ut opus & præsentibus & futuris temporibus profuturum* (de hac epistola loquuntur) *quod nos asservandi studio soliis mandare curavimus, Sanctitas vestra percurrere, & si quid librarii errore defuerit, emendare dignetur*. In hanc rem perficiendam codices triginta & amplius expendimus, & inter hos sex vetustissimos, qui millenariam ætatem attingunt. Cum hæc epistola invenitur in omnibus collectionibus, quas in præfatione recensuimus, exceptis coll. IV. VI. VII. XIV. XV. & XVI. tum vero ad præcipuos cujusque collectionis MSS. libros eamdem relegimus, inter quos vetustissimi sunt Vat. Reg. collect. I. Vat. 1342. coll. III. Vindebon. coll. V. Vat. 5845. coll. VIII. Vat. Ottobon. 93. similis Vat. 3791. coll. XI. qui duo bis ex diversis fontibus eamdem epistolam exhibent, Vat. 1322. & Veron. 57. coll. XVII., & Ratispon. coll. XIX. Ceteros inferioris ætatis codices in adnotationibus, ubi opus erit, memorabimus. Inter Lectionaria relegimus antiquissimum Vat. 3836. Addendi sunt præterea duo alii codices millenarii, Veronensis 8. in quo hæc epistola Leonis post epistolas canonicas describitur, & alius Veronen. 58. qui hanc epistolam ante quædam documenta Synodi Calchedonensis repræsentat. Cum primam hujus epistolæ editionem citabimus, intelligimus primam editionem sermonum S. Leonis, cui hæc epistola inserta est ante sermones de Nativitate ex MS. codice collectionis tertiæ eorumdem sermonum. Accedent tandem præter codices Quesnelli alii quatuor a Baluzio adhibiti, nimirum Colbertinus 2574. Parisien. Divionen. & Corbejensis, quorum tres postremi collectionem XVII. Calchedonensem continent.

7 Antiquissimam Græcam versionem, quæ lecta & inserta fuit act. 2. Synodi Calchedonensis, primus edidit Joannes Leunclavius ex bibliotheca Sambuci Basileæ an. 1578. postea ex aliis MSS. Gerardus Vossius Præpositus Tungrensis in calce operum S. Gregorii Thaumaturgi ann. 1604. dein vero Romani Conciliorum editores an. 1608. & a Romanis alii posteriores Conciliorum collectores. Græcum textum exegimus ad perantiquum MS. XIX. Monachorum S. Basilii Romanæ urbis, cui æqualis videtur codex Coislinianus 211. a Montfauconio laudatus, ex quibus hanc unicam Romanorum Pontificum epistolam Græcæ collectioni Canonum insertam discimus (id præcipuam hujus epistolæ apud Græcos celebritatem testatur: *)* & ad codicem Venetum S. Marci 164. codici 555. omnino similem, qui Græcam collectionem Calchedonensem complectitur; nec non ad alium item Venetum 165. qui nonnullas ejusdem collectionis partes continet. Hos ut distinguamus, codicem 164. primum MS. Venetum appellabimus, secundum vero codicem 165. Cum vero hæc epistola in his Venetis codicibus duplici loco legatur, primum inter epistolas ante gesta, dein in ipsis gestis Concilii, in quo lecta fuit; nonnum-

Bibl. Coislin. pag. 269.

numquam utrumque textum ejusdem codicis contulimus, & idcirco variantes lectiones primo vel secundo loco exhibitas allegabimus.

8. Hac occasione dicendum est aliquid de testimoniis Patrum, quæ huic epist. 28. ad Flavianum in editis Conciliorum act. 2. Græce & Latine subjecta inveniuntur. His testimoniis editores Romani hanc notatiunculam præfixere: *Pleraque hæc sanctorum Patrum testimonia a S. Leone adjuncta sunt epistolæ ipsius 97.* (nunc 165.) *ad Leonem Augustum, sed in aliquibus Græcis codicibus Concilii hujus inseruntur etiam hoc loco*, nimirum post laudatam epistolam ad Flavianum. Hæc autem Stephanus Baluzius intelligens de actione secunda notavit[1]: *Hæc testimonia non extant in codicibus MSS., neque in antiquis editionibus: ac tamen etsi in aliquibus Græcis, ut monent editores Romani; inserantur in hoc loco; puto tamen lecta non fuisse in Synodo, adeoque frustra descripta esse in his gestis, in quibus nulla horum testimoniorum mentio est, sed epistolæ tantum.* Omnem vero difficultatem sustulit observatio trium Græcorum exemplarium Calchedonensium, quæ memoravimus e bibliotheca Veneta S. Marci. Cum enim in his laudata ad Flavianum epistola, ut innuimus, bis proferatur, nimirum ante gesta, & in ipsis gestis; memorata testimonia Patrum non subjiciuntur epistolæ gestis insertæ, ut a Romanis edita sunt; sed describuntur post epistolam, quæ ante gesta exhibetur. Nec dubitamus, quin in ipsis Græcis codicibus editorum Romanorum, qui præferebant pariter hanc epistolam etiam ante gesta, ut liquet ex titulo ab iisdem proposito ante ipsa gesta cap. 7. non dubitamus, inquam, quin eadem testimonia similiter legerentur post epistolam ante gesta descriptam. Solum, sicuti istam prætermittendam putarunt in documentis ante ipsa gesta, ne eamdem iterum in gestis repeterent; ita ea testimonia epistolæ gestis insertæ appendenda censuere: de quo cum non admonuissent lectores, difficultati a Baluzio inductæ caussam dedere. Cautius se gessit Rusticus Diaconus, cum omissa hac epistola ante gesta, *eo quod in gestis*, inquit, *inserta sit*; testimonia quoque eidem subjecta prætermisit citius, quam epistolæ gestis insertæ subjiceret. Hinc autem factum est ut hæc testimonia in Latinis codicibus collectionis Calchedonensis, quæ a Rustico prodeunt, ante gesta non inveniantur; in gestis vero absint, eo quod in iisdem locum non habeant.

tom. 4 Concil. pag. 1582.

tom. 4 Concil. pag. 1582.

9 Ceterum eadem testimonia, quæ in Græcis codicibus leguntur post sequentem epistolam, auctorem habere S. Leonem, non minus quam illa, quæ post epist. 165. ad Leonem Augustum descripta dabuntur, nihil est dubitandum. Non solum enim eadem utrobique sunt, si exigua quædam excipias; sed præterea liquet ex ep. 71 fuisse collecta post pseudosynodum Ephesinam, atque Abundio & Asterio Episcopis, Basilio & Senatori presbyteris Constantinopolim missis ab ipso Pontifice tradita, ut doctrinam epistolæ ad Flavianum Græcorum & Latinorum Patrum auctoritatibus confirmarent; eademque una cum ipsis litteris in Constantinopolitano conventu a Legatis fuisse producta ante Synodum Calchedonensem, manifestum est ex epist. 88. Hinc nihil mirum, si hæc testimonia in documentis Græcis ante gesta Calchedonensia laudatæ epistolæ subjecta fuerint; licet primum ejusdem epistolæ exemplum iisdem caruerit: unde nec a nobis eidem subjicienda sunt. Cum vero apud Latinos nullum exemplum hactenus inventum sit, in quo hæc testimonia post epistolam ad Flavianum describantur; sed ea separatim edita & inserta occurrant in nonnullis antiquis Latinorum collectionibus, nimirum in coll. V. Quesnelliana cap. 41. ubi ea descripta reperies tomo tertio, & in MSS. collect. III. cap. 82. nec non in codice Veronensi 58. cap. 37. satis probabile est, solos Græcos, qui ea simul allata & allegata acceperant in Constantinopolitano conventu exemplaria scripsisse, in quibus ea epistola una cum testimoniis legeretur, ac exinde in Græcos codices ante gesta Calchedonensia utraque simul traduxisse. Ex his autem apparet, quam perperam P. Garnerius horum testimoniorum collectionem Theodoreto tribuerit: de quo tamen plura in observationibus ad notam ultimam Quesnelli. Inter testimonia autem a Leone collecta primo loco occurrunt tria satis prolixa sumpta ex Hilario; & hunc quidem Latinum scriptorem Græcis antea incognitum, ex notitia testimoniorum Leonis inter Patres catholicæ fidei assertores præcipuo honore in Calchedonensi Synodo a Cecropio Sebastopolitano Episcopo allegatum credimus.

Act. 2. tom. 4 Conc. p. 1207.

ANNO CHRISTI 449.

EPISTOLA XXVIII.*

ANNO CHRISTI 449.

1 Ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum contra Eutychis perfidiam & hæresim.

* Al. XXIV. Quæ autem antea 28. erat, nunc 32. 23 Iunii ann. 449.

SYNOPSIS.

ex Collectione Hispanica.

I. *Quod ignorantia sanctarum Scripturarum Eutyches hæreticum fecerit.*
II. *Contra eos, qui in duos filios dispensationis dominicæ mysterium scindere moliuntur.*
III. *Contra eos, qui passibilem Divinitatem unigeniti Filii Dei audent asserere.*
IV. *Contra eos, qui in duas naturas Christi temperamentum vel confusionem argumentantur.*
V. *Contra eos, qui cælestem, aut alterius cujusque substantiæ, existere formam servi, quam ex nobis assumpsit, insaniendo asserunt.*
VI. *Contra eos, qui duas quidem ante adunationem naturas Domini delirant, unam vero post adunationem confingunt*

LEO

BALLER. NOTÆ.

1 Plerique codices vocant *Leonis rescriptum ad Flavianum*. In tabula coll. V. num. 69. *Ejusdem ad Flavianum Episcopum C.P. de Damnatione hæresis Eutychianæ.*

ANNO CHRISTI 449.

a Τῷ ἀγαπητῷ Φλαυιανῷ Λέων.

A

2 Leo Episcopus, dilectissimo fratri, Flaviano Constantinopolitano Episcopo.

ANNO CHRISTI 449.

CAP. I.

Præsumptio & imperitia Eutychen in errorem impulerunt.

ΚΕΦ. α.

Ἀναγνόντες τὰ γράμματα τῆς ἀγάπης τῆς σῆς, ἅπερ ὅπω βραδύτατα γεγράφθαι θαυμάζομεν, b καὶ τῇ πίξει τῆς ὑπομνήματων ἐγγύψαντες, ἤτις ἐπὶ τῆς ἐπισκόπων ἐπράχθη, μόλις ποτὲ, τί τὸ παρ' ὑμῖν c σκανδαλον ἀνάφυσε κατὰ τῆς ὑγιοῦς πίστεως, ἐγνωμεν· καὶ τὰ πρότερον λεληθότα δοκοῦντα, νῦν ἡμῖν δῆλα γεγράπται, δι' ὧν Εὐτυχὴς, ὁ d τῆς τοῦ πρεσβυτέρου προσηγορίας, καὶ τιμῆς ἀξιούμενος νομιζόμενος, πολύ τις ἀσύνετος, καὶ e λίαν ἀμαθὴς ἀποδείκνυται· ὡς περὶ αὐτοῦ τοῦ προφήτου εἰρῆσθαι· οὐκ ἠβούλητο συνιέναι τοῦ
Ψαλ. 35. 4. ἀγαθοῦ, ἀδικίαν ἐμελέτησεν ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτοῦ· τί δ' ἂν ἀδικώτερον εἴη τοῦ τὰ ἀσεβῆ φρονεῖν, καὶ τοῖς εὖ φρονοῦσι, καὶ σοφωτέροις μὴ εἴκειν; εἰς τοῦ ἄνοιαν δὲ ταύτῃ ἐμπίπτουσιν, οἱ κατά τι μὴ ἐμπόδιον ἀσαφείας Γνῶναι τὸ ἀληθὲς κωλυόμενοι, οὐκ ἐπὶ τοῖς προφητικοῖς δὲ φωνὰς f οὐκ ἐπὶ τοῖς τῆς Ἀποστόλων γραφὰς, οὐκ ἐπὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς αὐθεντίας, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτοὺς ἀνατρέχοντες· καὶ διὰ τοῦτο διδάσκαλοι πλάνης ἀναδεικνύμενοι· ἐπειδὴ τῆς ἀληθείας μαθηταὶ μὴ g γεγονασι, ποίαν γὰρ ἀπὸ τῆς θείων βίβλων παιδείαν τῆς τε παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης προσελάβον, ὃς οὐδὲ αὐτοῦ τοῦ συμβόλου h τῆς προοιμίων ἐδράξατο; ὃ ὅπερ ἀνὰ πᾶσαν τοῦ οἰκουμένου τὴν φωνὴν πάντων τῆς ἀναγεννωμένων προφέρεται, τοῦτο κατὰ νῦν ἔτι τοῦτο τὸ γέρων ὁ λαμβάνεται.

B

Lectis dilectionis tuæ 3 litteris, quas miramur fuisse tam seras, & gestorum Episcopalium ordine recensito, tandem 4 quid apud vos scandali contra integritatem fidei exortum fuisset, agnovimus: & quæ prius videbantur occulta, nunc nobis relata patuerunt. Quibus Eutyches, qui Presbyteri nomine honorabilis videbatur, multum 5 imprudens, & nimis imperitus ostenditur, ut etiam de ipso 6 dictum sit a Propheta: *Noluit intelligere, ut bene ageret; iniquitatem meditatus est in cubili suo.* Quid autem iniquius, quam 7 impia sapere, & sapientioribus doctioribusque non cedere? Sed in hanc insipientiam cadunt, qui cum 8 ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas voces, non ad apostolicas litteras, nec ad evangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt: & ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuere. Quam enim eruditionem de sacris novi & veteris testamenti paginis acquisivit, 9 qui ne ipsius quidem Symboli initia comprehendit? Et quod per totum mundum omnium regenerandorum voce depromitur, istius adhuc senis corde non capitur.

Ps. 35. 4.

24 Qui autem in [illegible]

Redditio Symboli ante baptisma.

BALLER. NOTÆ.

a MS. Bas. τοῦ ἀγιωτάτου ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ Φλαβιανῷ λέων.

b In MS. Bas. καὶ τὸ πρόξε ὧν ὑπομνημάτων. In marg. itidem edit. Rom. πρόξε.

c Ita posuimus ex mss. Ven. & Basil. Atque hanc veram lectionem esse evincit plane articulus ὅ, qui praecedit in edit. σκανδαλον ἀνεφυσε.

d In marg. edit. Rom. τὸ τοῦ πρεσβυτέρου προσηγορίᾳ τιμῆς ἀνοι ἀξιος. In alio ms. Veneto, quod ad distinctionem alterius jam supra laudati secundum hic & deinceps appellabimus, ubi haec epistola bis invenitur, ita habetur primo loco, τὸ τοῦ πρεσβυτέρου προσηγορίᾳ τιμῆς ἀνοι ἀξιος νομιζόμενος. secundo vero, τῆς τοῦ πρεσβυτέρου προσηγορίας τιμῆς καὶ τὸ καὶ ἀξιος ἀξιος νομιζόμενος.

e Deest λίαν in MS. Bas.

f Omnibus his verbis, οὐκ ἐπὶ τοῖς τῶν ἀποστόλων γράμμασι, caret MS. Ven. primum.

g MS. Ven. primum, γεγονασι.

h Cod. Ven. I. & Basil. τῶν προοιμίων.

2 In pluribus & antiquissimis MSS. haec inscriptio legitur: *Dilectissimo fratri Flaviano Leo.*

3 Vindebon. coll. v. & Vat. coll. xi. primo loco cum prima editione *epistolis*. Mox in Vat. Hisp. & also Vat. coll. xi. secundo loco *sed gestorum* in Vat. Isid. *sed & gestorum.*

4 Editi ante Quesn. *quid apud vos scandali contigerit, atque contra integritatem* &c. Voces *contigerit atque* delevit Quesnellus, quia, inquit nota 2. *superflua sunt, & desunt tam in Graeca versione, quam in omnibus codd. MSS.* Eas tamen Baluzius reperit in cod. Corb. in antiquis exemplaribus Concilii v. & in Colbertino, nos autem praeterea invenimus in vetustissimis MSS. Veron. 57. vat. 1322. nec non in also vat. 1323. atque in Chigiano 483. collectionis Calchedonensis: item in vat. coll. 111. in MSS. coll. v111 in Hisp. & Isid. aliisque hinc derivatis. Absunt autem a veronen. 8. a vat. Reg. coll. I. a Vindeb. coll. v. Ratisponensi, ab antiquissimo Lectionario Vat. 3836. ab exemplo primae editionis, aliisque exemplaribus, quae a Lectionariis proveniunt; & ut omittamus codices trium posteriorum collectionum atque Sichardum, desunt etiam in duobus MSS. Baluzii Paris. & Divion collect. Calchedon. Hinc nihil in Quesnelli lectione immutandum credidimus. In perantiquo cod. Veron. 58 sic legitur. *Quid apud vos scandali contigerit, contra integritatem fidei exortum fuisse cognovimus.*

5 Veronen. 8. *impudens*. Vide not. 3. Quesn. Mox *nimium imperitus* in Vat. Reg. coll. 1.

6 Duo codd. Baluzii & quinque nostri collect. Calch. *praedictum fu.* In Veron. 58. *de eo praedictum fit.*

7 Cod. Ratisp. *iniqua*. Mox iidem Ratisp. cum Veronensibus 8. & 57. atque MSS. coll. v111. *doctioribusque non credere*. Quinque alii nostri libri MSS. diversarum collectionum cum duobus Baluzii & editis ante Quesn. *doctioribusque non credere*. Ceteri ut in textu. Confer not. 4. Quesnelli.

8 Sex codices *ad agnoscendam*. Dein *obstaculo* pro *obscuro* in quatuor nostris MSS. Prima editio *obscuro obstaculo*. Vide not. 5. Quesnelli.

9 Aliqui probae notae codices cum editis ante Quesn. *qui nec*. Vat. 1322. *si nec*. Paullo post iidem editi *regeneratorum*. Quesnellus emendavit ex omnibus suis codicibus, quibus & nostri suffragantur. Vide notam ejus 6.

ANNO CHRISTI 449.

CAP. II.

De duplici Christi nativitate & natura.

Symbolum omnium hæreticum antidotum.

NEsciens igitur quid deberet de Verbi Dei Incarnatione sentire, nec volens ad promerendum intelligentiæ lumen, in sanctarum Scripturarum latitudine laborare, illam saltem communem & indiscretam confessionem sollicito 10 recepisset auditu, qua fidelium universitas profitetur: Credere se in Deum Patrem omnipotentem, & in JESUM CHRISTUM filium eius unicum, Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu sancto & Maria virgine. Quibus tribus sententiis omnium fere hæreticorum machinæ destruuntur. Cum enim Deus & omnipotens 11 & Pater creditur, consempiternus eidem Filius demonstratur, in nullo a Patre differens, quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus est coæternus; non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non divisus essentia: idem vero sempiterni genitoris unigenitus sempiternus natus est de Spiritu sancto & Maria virgine. Quæ nativitas temporalis illi nativitati divinæ & sempiternæ nihil minuit, nihil contulit, sed 12 totam se reparando homini, qui erat deceptus, impendit: ut & mortem vinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, sua virtute destrueret. Non enim superare possemus peccati & mortis auctorem, nisi naturam nostram ille susciperet, & suam faceret, quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere. Con-

A Ἀγνοῶν τοίνυν τί δέοι περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ λόγου νοεῖν, καὶ τῆς θείας γραφῆς ἐν τῷ πλάτει πονεῖν βελόμενος, ὅπως ἂν τὸ φωτὸς τῆς ἐντεῦθεν γνώσεως ἕξεις λάμποι, ἐκείνῳ γοῦν ὠφέλει τῷ κοινῷ, καὶ μὴ διαφωνοῦσαν ὁμολογίαν ἐν ἀκροάσει πεεμμεείμνω ποιήσασθαι, ἷῳ τῇ πίστει ἅπαντο πλῆθος ὁμολογεῖ, πιστεῦον i ἑαυτὸ k εἰς Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, & εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, l τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν κύριον ἡμῶν· τὸν τεχθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου. δι' ὧν τεμῶν ἀποφάσεων m τὰ πάντων χεῖρον αἱρετικῶν καταλύεται μηχανήματα. ὁπότε γὰρ Θεὸς, & παντοκράτωρ, καὶ n πατὴρ εἶναι πιστεύεται, συναΐδιος αὐτῇ καὶ ὁ υἱὸς ἀποδείκνυται, ἐν οὐδενὶ τοῦ πατρὸς διαφέρων· ἐπειδήπερ ἐκ Θεοῦ Θεὸς, ἐκ παντοκράτορος παντοκράτωρ, ἐξ αἰδίου γεννηθεὶς p συναΐδιος, q ὁ μεταγενέστερος χρόνῳ, οὐκ ἐλάσσων δυνάμει, οὐκ ἀνόμοιος δόξῃ, οὐ κεχωρισμένος οὐσίᾳ. ὁ δὲ αὐτὸς τοῦ αἰδίου πατρὸς μονογενὴς αἴδιος ἐτέχθη ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου· ἥτις γέννησις χρονικὴ τῆς θείας αὐτοῦ, καὶ r αἰδίου γεννήσεως οὔτε τι ἀπεμείωσε, οὔτε μέν τι τούτῳ προσέθηκεν· ἀλλ' ὅλην ἑαυτὸν εἰς τὸ σῶσαι τὸν ἄνθρωπον πεπλανημένον ἐκένωσεν, ἵνα καὶ τὸν θάνατον νικήσῃ, καὶ τὸν διάβολον τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τῇ οἰκείᾳ καταβάλῃ δυνάμει· οὐδὲ γὰρ ἂν ἠδυνήθημεν νικῆσαι τῆς ἁμαρτίας, καὶ τὸν θανάτου τὸν ἀρχηγὸν, εἰ μὴ τὴν ἡμετέραν αὐτὸς φύσιν ἀνέλαβε, καὶ οἰκείαν εἰργάσατο· ὃν οὔτε ἁμαρτία μολῦναι, οὔτε θάνατος κατισχεῖν s ἠδυνήθη. συνελήφθη μὲν ἐν δηλονότι ἐκ πνεύματος ἁγίου ἐν γαστρὶ τῆς παρ-

ANNO CHRISTI 449.

BALLER NOTÆ.

i In Ms. Ven. primo ἑαυτόν, in secundo utroque loco αὐτόν, atque in Basil. optima utraque lectio: nil enim prohibet, quin hoc accipias de ipso Eutyche. Nihil tamen mutamus, cum ἑαυτὸ æque bene referri possit ad πιστεῦον τὸ πλῆθος; quod præ edit.

k MSS. Bas. εἰς πατέρα θεόν.

l MSS. Bas. τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱόν.

m MSS. Ven. primum τῶ πάντων.

n In marg. edit. Rom. πατὴρ αἴδιος εἶναι,

o MSS. Ven. primum & secundum, ὁ υἱὸς ἀποδείκνυται.

p MSS. Bas. αἰδίος. q Antea erat δυτο μεταγενέστερος: quod non cuique probabitur. Melius certe quod posuimus ex MS. Basil. ὁν μεταγενέστερος. Lege totam pericopen, & textum Latinum.

r MS. Bas. αἰδίου οὐσίας: quam lectionem lubentissime adoptassemus, nisi textus Latinus obstaret. Sequitur paullo post in eodem MS. ἀλλ' ὅλον ἑαυτὸν ἐκένωσεν εἰς τὸ σῶσαι τὸν πεπλανημένον ἄνθρωπον. Lectio & hæc haud nihili facienda. Ad verbum ἐκένωσεν in marg. edit. Rom. adnotatur ἐνέδωκεν: lectio quidem optima, & Latino *impendit* quam maxime respondens; sed incertum unde eruta.

s MS. Ven. primum ἐδυνήθη. Quod est in textu, Atticum; hoc commune. Nihil mutamus.

10 Editi ante Quesn. com. MS. coll. XXIV. & Sichardo *apprehendisset*. Vide not. 7. Quesn. Mox *quam fidelium* in omnibus codicibus coll. Calchedon. tum nostris, tum Baluzii, & in aliis nonnullis. Dein *ex Maria* pro & *Maria* in vulgatioribus editis & in quinque nostris exemplaribus: quæ lectio in aliquot codicibus similiter reperitur aliquanto post. Ceteri omnes e jam potiores Quesnelli lectionem probant, de qua confer ejus not. 8. Post pauca pro *destruuntur* prima editio *dissolvuntur*.

11 Vulgati & *aeternus creditur Pater*. Quesnellus, etsi vocem *aeternus* abesse vidit a plerisque & potioribus suis MSS., retinendam nihilominus credidit, eo quod illam exigere videretur contextus: de quo vide ejus not. 9. At vix duo nostri codices hanc vocem præferunt. Nec plurima ac præstantiora exemplaria, quæ eamdem vocem omittunt, deserenda putavimus; cum præsertim hic S. Leo palam respiciat, & quasi repetat illam primam symboli particulam, qua (ut dixit paullo ante) fideles profitentur *credere se in Deum Patrem omnipotentem*: ubi vox *aeterni* non exprimitur. Monemus vero quatuor præstantissimos codd. Veron. 57. & 58. Vat. 1322. ac Ratispon. præterire & ante *Pater*; tres alios pariter insignes Veron. 8. Vat. 3836. & Vat. Isid. delere eamdem particulam ante vocem *omnipotens*. Secuti sumus MSS. Vat. Reg. coll. I. Vercell. coll. VIII. Vat. coll. XI: primo loco, Chigianum, quatuor Baluzii, ac exemplar primæ editionis, quibus Græca interpretatio concinit. In eod. Vat. coll. XXIV. nec non apud Merlinum atque Sichardum & *omnipotens creditur*, & *Pater*. In Hisp. & codd. coll. XXI. & *omnipotens*, & *Pater creditur sempiternus*, *idem Filius demonstratur*. Vindebon. coll. V. & *omnipotens*, & *Pater creditur*, *consempiternus* & *Filius demonstratur*.

12 Plerique & vetustissimi quidem codices *totum*, nimirum tres Veron. Vat. coll. III. item Vat. Hisp. atque Isid. alius Vat. coll. XI. secundo loco, Ratisp. coll. XIX. & omnes Latinæ collectionis Calched. tum nostri, tum Baluzii uno Divionensi excepto, in quo prima manu scriptum nihilominus fuerat *totum*, at secunda *totum*. Retinuimus vulgatam lectionem *totam*, quippe quam non solum nostri codices coll. I. V. VIII. Vindebon. Hisp. Vat. coll. XI. primo loco, MS. coll. XXI. & XXIV. nec non vetustissimum lectionarium Romanæ Ecclesiæ Vat. 3836. cum exemplaribus primæ editionis, Merlini, atque Sichardi, sed Græca quoque interpretatio in Calchedonensi Concilio lecta approbant. Paullo post & *sui diaboli* in prima editione, & apud Vossium in margine: ac dein quidam codices & eadem editio addunt *nos* ante, vel post verbum *superare*.

ANNO CHRISTI 449

θεοῦ Μαρίας t μητρός. ἥτις οὕτω φυλαχθείσης τῆς παρθενίας αὐτὴν ἀπεκύησεν, ὥσπερ οὖν καὶ u ἀκεραίᾳ μεινάσης τῆς παρθενίας συνέλαβεν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ πίστεως τῆς σὺν τῇ πίστει τῶν Χριστιανῶν διαγεσάτης πηγῆς καθαρὰν y ἀρίσασθαι διάνοιαν οὐκ ἠδυνάτου, z διὰ τὸ τῆς τηλαυγοῦς ἀληθείας αὐτὸν ἑαυτῷ τὸ φέγγος ἐκ τῆς οἰκείας ἐπιστοτίζειν τυφλώσεως, τῇ διδασκαλίᾳ γοῦν τῇ τῶν εὐαγγελίων ἑαυτὸν ἐπήγασεν ἄν· καὶ λέγοντος Ματθαῖου· βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ· καὶ τὸ Ἀποστολικὸν δὲ κήρυγμα τῷ aa εἰσήγησιν ἂν ἐπεζήτησε· καὶ bb ἀναγινώσκων cc σὺν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῇ Παῦλος δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ κλητὸς Ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον Θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαυὶδ dd τὸ κατὰ σάρκα· ἐπὶ τοῖς προφητικοῖς οὕτως ἂν βίβλοις τῷ εὐσεβῆ ee φροντίδα μετήγαγε, ἓ ff εἰδεσκὼν τῷ ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Ἀβραάμ λέγοντος· ἐν τῷ σπέρματί σου gg εὐλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη· hh ὅπως ἂν περὶ τῆς κυριότητος τούτου ii μὴ ἀμφιβάλῃ τοῦ σπέρματος, ἠκολούθησεν ἂν καὶ τῷ Ἀπόστολῳ λέγοντι· τῷδε Ἀβραὰμ ἐρρέθησαν αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ· οὐκ εἶπε· καὶ τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς kk ἐφ' ἑνός· καὶ τῷ σπέρματί σου, ll ὅπερ ἐστὶ Χριστός· καὶ τὸ Ἡσαΐου δὲ κήρυγμα διὰ τῆς εὐδοτέρας κατέχειν ἂν ἀκροάσεως, λέ-

Matth. 1.

Rom.

Gen. 22. 18.

Isai. 7. 14.

ceptus quippe est de Spiritu sancto intra uterum matris virginis, quæ illum ita salva virginitate edidit, quemadmodum salva virginitate concepit.

Sed si de hoc christianæ fidei fonte purissimo sincerum intellectum haurire non poterat, quia splendorem perspicuæ veritatis obcæcatione sibi propria tenebrarat; doctrinæ se evangelicæ subdidisset. Matthæo: *Liber generationis* JESU CHRISTI *filii David, filii Abraham*: apostolicæ quoque prædicationis expetisset instructum. Et legens in epistola ad Romanos: *Paulus servus* JESU CHRISTI, *vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem*: ad prophetica paginas piam sollicitudinem contulisset. Et inveniens promissionem Dei ad Abraham dicentis: *In semine tuo benedicentur omnes gentes*: ne de hujus seminis proprietate dubitaret, secutus fuisset Apostolum dicentem: *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini ejus. Non dicit & seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo, quod est Christus*. Isaiæ quoque prædicationem interiore apprehendisset auditu dicentis: *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel*, quod est interpretatum, *nobiscum Deus*. Ejusdemque Prophetæ fideliter verba legisset: *Puer natus est nobis, filius datus est nobis, cujus potestas super humerum ejus*,

ANNO CHRISTI 449. Hæc generationis novitas.

Matth. 1. 1.

Rom. 1. 1.

Gal. 3. 8.

Matth. 1. 23.

BALLER. NOTÆ.

t Deest μητρὸς in MSS. Venet. omnibus, & Bas. Nec plane vox hæc est necessaria: non omittenda tamen, si textum Latinum respicias.

u Ita restituimus e MS. Ven. omnibus: nam ἀμιάντου, ut habetur in editione Veneta, vox penitus Græcis ignota.

x Lectionem hanc, quæ vera est, desumsimus ex MS. Bas. & Ven. secundo utrobique: atque ita legendum viderunt etiam editores Romani, ut apparet ex adnotatione quadam ad marginem apposita. In edit. ἐκκόψαντος τινὰ καὶ τὸ ἐν τῇ πίστει.

y Ita legendum e MS. secundo Ven. primo loco, & Bas., quod locum hunc ita exhibet: καθαρὸν τὸν διάνοιαν ἀρίσασθαι μὴ ἐδύνατο. Lege textum primigenium Leonis. In eodem secundo MS. Ven. secundo loco, ἀρρεσασθαι. In edit. Ven. ἀνύσασθαι, errore, ut putamus, operarum.

z MS. Basil. διὰ τῆς τηλαυγοῦς ἀληθείας φέγγος ἐκ τῆς οἰκείας ἑαυτοῦ ἐπιστοτίζειν τυφλώσεως, quod textui Latino magis respondere nobis videtur: nihil tamen mutamus.

aa MS. Bas. εὐαγγελίου ἐπεζήτησεν.

bb In marg. edition. Roman. ἀναγνώς.

cc MS. Basil. ἐν τῷ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς ῥωμαίους.

dd Deest τὸ in MS. Basil.

ee MS. Bas. φροντίδα ἐπήγαγεν.

ff In marg. edit. Rom. εἰδὼς τὸν.

gg MS. Bas. εὐλογηθήσονται.

hh Ita MS. Bas. In edit. ὅπως τὸ αὖ: quam tamen lectionem non improbamus, cum in Græco sermone particula τὸ sæpe otiosa sit, & euphonia tantum cujusdam gratia ponatur. Certo hic loci nihil agit. In originali Latino correspondentem particulam &, quæ erat in Vulgatis, expungendam ostendimus not. 17.

ii MS. Bas. μὴ ἀμφιβάλῃς.

kk MS. Ven. primum, & secundum primo loco, ἐν ἑνί.

ll MS. Basil. τοῦτέστιν χριστός.

13. Ratisp. *purissimum sincerum intellectum*. Melius in Vat. coll. XI. secundo loco *purissimum*, *sincerumque intellectum*. Postea *sibimet propria* in Veron. 58. & *tenebrabat* in Veron. 57. & Vindeb. Hisp.

14 Addidimus Et mutata interpunctione, quæ meliorem sensum parit, ex Vindebon. coll. V. Ratisp. & Vat. coll. XI. primo loco; quibus affinis est Græca versio. Facile autem hæc particula excidit ob concursum earumdem litterarum & in fine vocis præcedentis; quod antiquis librariis familiare est. Post pauca *instrumentum* pro *instructum* in eodem Vat. coll. XI. secundo loco. Vide not. 10. Quesn.

15 Cod. Veron. 58. & duo Baluzii Colbert. ac Divion. *in Evangelio*.

16 Quesnellus cum editis Leonis & nonnullis cod. inseruit *quoque*. Expunximus autem auctoritate plurium & potiorum nostrorum exemplarium, inter quæ præcipua sunt tria antiquissima Veron. unum Vindebon. coll V. & Ratisp. Ita etiam Baluzii codd. cum editis Conciliorum. Mox quidam MSS. libri apud Quesn. not. 11. *pia sollicitudine se contulisset*. Dein Vat. 1322. cum prima editione & *inveniret*: cujus loco omissa littera *t* in Veron. 58. & *invenire*. Vulgati ante Quesn. cum MSS. coll. XXIV. & alio coll. XXI. & *invenisset*.

17 Omnes editi cum plerisque codicibus puncto affixo post vocem *gentes* habent *Et ne*. Sed hac ratione nominativus *inventens* suspensus maneret. Hinc in aliquibus MSS. antea emendatum fuit *inventres*, vel *invenisses*. Cum vero fere omnia antiqua exemplaria habeant *inventens*, emendatione indigebat hic locus, eamque derivavimus ex Veron. 8. atque Ratisp. in quibus deest particula &, quæ etiam in vetustiori ac emendatiori Græcæ versionis codice Basiliano non apparet.

18 Editi vulgatiores cum Colbert. Baluzii *concipiet*. Vide not. 13. Quesn. qui ex suis codicibus emendavit, uti etiam in nostris ac in exemplo primæ editionis legitur. Mox iidem editi & *vocabitur*; at omnes nostri & Quesnelli codices & *vocabunt*. Vide not. 14. ejusdem. Dein *quod interpretatur* in Vat. Reg. coll. I.

19 Codd. Veron. 57. Ratisp. & duo nostri coll. Calched. ac quatuor Baluzii cum editis Concilior. & prima editione & *filius*. Dein iidem codices cum duobus aliis Vatt. ac duobus Vindebon. *Super humeros*, uti etiam præferunt quidam codd. a Quesnello laudati not. 15. Mox & *vocabitur* in duobus nostris codd. & editis ante Quesnellum: confer notam ejus 16.

ANNO CHRISTI 449

ejus, & *vocabunt nomen ejus*, *Magni consilii Angelus*, 20 *Admirabilis*, *Consiliarius*, *Deus fortis*, *Princeps pacis*, *Pater futuri sæculi*. Nec 21 frustratorie loquens, ita Verbum diceret carnem factum, ut editus utero virginis Christus haberet formam hominis, & non haberet materni corporis veritatem. An forte ideo putavit Dominum 22 nostrum JESUM CHRISTUM non nostræ esse naturæ, quia missus ad beatam Mariam semper virginem Angelus ait: *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque* 23 *& quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei?* ut quia conceptus virginis divini fuit operis, non de natura concipientis fuerit caro concepti. Sed non ita 24 intelligenda est illa generatio singulariter mirabilis, & mirabiliter singularis, ut per novitatem creationis proprietas remota sit generis. Fecunditatem enim virgini Spiritus sanctus dedit, veritas autem corporis sumta de corpore est; & ædificante sibi sapientia domum, *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*: hoc est, in ea carne, quam 25 assumsit ex homine, & quam spiritu vitæ rationalis animavit.

Luc. 1. 35. Novitas creationis proprietatem naturæ non adimit.

Prov. 9. 1.

CAP. III.

Fidei & consilium Dei circa incarnationem Verbi exponuntur.

* *Ead. fere sunt serm. 25. seu 1. de Nativit. cap. 2.*

* SAlva igitur proprietate utriusque naturæ 26 & substantiæ & in unam co-

A γοντος· ἰδὺ, ἡ παρθένος mm σὺν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτῦ Ἐμμανουήλ· nn ὅπερ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· καὶ τῦ αὐτῦ δὲ προφήτου πιστῶς ἂν ὑπανέγνω τὰ ῥήματα· oo παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, pp οὗ ἀρχὴ ἐπὶ τὸ ὦμον αὐτῦ, qq καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτῦ, μεγάλης βουλῆς rr ἄγγελος, Θεὸς ἰσχυρὸς ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, οὐδὲ ματαίως λαλῶν, οὕτως ἂν εἴπε σάρκα γεγενῆσθαι τὸν λόγον, ὡς ὅτιπερ ὁ τεχθεὶς ἀπὸ τῆς παρθένου

B Χριστὸς, εἴχε μὲν ἀνθρώπου μορφὴν, οὐκ εἶχε δὲ τῦ ss μητρῴου σώματος τὴν ἀλήθειαν· tt ἡ τύχα διὰ τοῦτο τὸν δεσπότην Χριστὸν οὐκ εἶναι τῆς ἡμετέρας ὑνόμισε φύσεως, uu ὅτι πρὸς τὴν μαχαίραν Μαρίαν ὁ πεμφθεὶς ἄγγελος εἶπε· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δυναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννῶμενον xx ἐκ σῦ ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεῦ· ὅπως ἂν, ἐπειδήπερ ἡ σύλληψις τῆς παρθένου θείας ἔργον γεγένηται δημιουργίας, ἐκ τῆς φύσεως τῆς συλλαβούσης ἡ σὰρξ τῦ συλληφθέντος μὴ γένηται; ἀλλ' οὐχ οὕτως νοητέον ἐκείνην τὴν γένησιν· ἥτις μονογενῶς ἐστι θαυμαστὴ, καὶ θαυμαστῶς ἐστι μονογενής. ὥστε διὰ τὸ ἀγωνοθετοῦν τῆς γεννήσεως, τὴν τῦ γένους ἐκκαλεῖσθαι κυριότητα yy τὸ μὲν γὰρ γόνιμον τῇ παρθένῳ τὸ ἅγιον πνεῦμα παρέχει· ἡ δὲ τῦ σώματος ἀλήθεια zz προσελήφθη ἐκ σώματος· καὶ τῆς σοφίας οἰκοδομούσης ἑαυτῇ οἶκον ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκίωσεν ἐν ἡμῖν, τουτέστιν, ἐν τούτῳ τῷ σώματι, ὅπερ ἔλαβεν ἐξ ἀνθρώπου, a καὶ ὁ πνεύματι ζωῆς λογικῆς ἐψύχωσε.

D Σωζομένης τοίνυν τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, b εἰς ἓν πρόσωπον συνιούσης, b ἀνελήφθη

ANNO CHRISTI 449

Matth. 1. 23.

Act. 1. 35.

Prov. 9. 1.

ΚΕΦ. γ'.

mm MS. Ven. primum, ἐν γαστρὶ ἕξει. nn MS. Bas. ὅπερ ἐστὶν, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.
oo MS. Bas. ὅτι παιδίον ἐγεννήθη. pp MS. Ven. secundum utroque loco, οὗ ἡ ἀρχή.
qq Idem MS. Ven. primo loco, καὶ καλέσουσι: atque ita etiam in marg. edit. Rom.
rr Idem MS. Ven. secundo loco, ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρός.
ss Mas. Bas. ἡμετέρου σώματος. tt Ita MSS. Ven. ambo, & Bas. juxta Latinum, *An forte ideo*. In edit. διὰ τοῦτο desideratur.
uu MS. Bas. ἐπιφανεῖς πρὸς τὴν. xx In cod. Ven. primo deest ἐκ σοῦ. In Basil. autem statim post legitur ἅγιος pro ἅγιον. nempe ἅγιος κληθήσεται.
minum nostrum ante adunationem; post adunationem vero, unam naturam confiteor: miror tam absurdam, tamque perversam ejus professionem, nulla judicantium increpatione reprehensam, & sermonem nimis insipientem 77 nimisque blasphemum, 78 ita omissum, quasi nihil quod offenderet esset auditum; cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem unigenitus Dei Filius fuisse dicatur, quam nefarie postquam *Verbum caro factum est*, natura in eo singularis asseritur. Quod ne Eutyches ideo vel recte vel tolerabiliter æstimet dictum, quia nulla vestra est sententia 79 confutatum, sollicitudinis tuæ diligentiam commonemus, frater carissime, ut si per inspirationem misericordiæ Dei ad satisfactionem caussa perducitur, imprudentia hominis imperiti etiam ab hac sensus sui 80 peste purgetur. Qui quidem, sicut gestorum ordo patefecit, bene cæperat a sua persuasione discedere, cum vestra sententia coarctatus profiteretur se dicere, quod ante non dixerat, & ei fidei acquiescere, cujus prius fuisset alienus. Sed cum anathematizando impio dogmati noluisset præbere consensum, intellexit eum fraternitas vestra in sua manere perfidia, dignumque esse, qui judicium condemnationis exciperet. De quo si fideliter atque utiliter dolet, & quam recte mota sit episcopalis auctoritas vel sero cognoscit; vel si ad satisfactionis plenitudinem, omnia quæ ab eo malo sunt sensa, viva voce & præsenti subscriptione damnaverit: non erit reprehensibilis erga correctum quantacumque miseratio: quia Dominus noster verus & bonus pastor, qui *animam suam posuit pro ovibus suis*, & qui venit animas hominum salvare, non perdere, imitatores nos suæ vult esse pietatis: ut peccantes quidem justitia coerceat, conversos autem misericordia non repellat. Tunc enim demum fructuosissime fides vera defenditur, quando etiam a sectatoribus suis opinio falsa damnatur. Ad omnem vero

Correcti hæretici qua ratione & caritate suscipiendi.

Joan. 10. 11.

Luc. 9. 56.

Legati Sedis apostolicæ.

ANNO CHRISTI 449.

A πρὸ τῆς σαρκώσεως · f μὴ μόνον τίνα σῶσιν μίαν φύσιν ὁμολογῶ · θαυμάζω τίνι ὅπως ἀλλόκοτον, καὶ ὅπω διεγραμμένῳ ὁμολογίαν, μηδεμιᾷ τῇ δικαζόντων ἐπιτιμήσει δόξασαν ἐπιλήψιμον · καὶ τὸν οὕτως ἄφρονα λόγον σὺν παραδρομῇ γεγενόσθαι, g ὡς τῇ ἀκουσθεῖσαν οὐδενὶ προσκρουσάντων · ὁπότε τὸν αὐτὸν τρόπον ἐστὶν ἀσεβὲς τὸ λέγειν, ὡς ἐκ δύο φύσεων πρὸ τῆς σαρκωθείσης h ὁ μονογενὴς ἐστιν υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ ἐστὶν ἀθέμιτον τὸ διαβεβαιοῦσθαι, ὡς μὴ τὸ τὸν λόγον σάρκα γενέσθαι, μία σὺν αὐτῷ φύσις ἐστίν · ὅπερ ὅπως ἂν μὴ Εὐτυχὴς

B ὀρθὸς, i ἢτ' ὢν ἀνεκτῶς ὑπολάβῃ ῥηθὸ · ἐπειδήπερ ἐξ εὐθεμιτᾶς ἡμῶν ἐπεστόμισαι ψήφῳ, τίνι τῆς σῆς ἀγάπης ὑπομιμνήσκομεν ἀκρίβειαν, ἀδελφοτιμώτατε, ἵνα, εἰ διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμῶν εἰς k ἀπολογίαν πεμίστωται τὰ τοῦ πράγματος, ἡ ἀγνωσία τοῦ ἡμαθοῦς ἀνθρώπου καὶ ἀπὸ ταύτης l τῆς φθορᾶς κατὰ τὴν οἰκείαν διάνοιαν m καθαρθῇ · ὅς τις μὲν ὤν, ὡς ἡ τάξις τῆς πεπραγμένων δηλοῖ, καλῶς ἀναχωρεῖν ἐν ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ἰδίας σωστίσεως, ὁπόσα τῇ ὑμῶν ἀποφάσει συνεχόμενος, ὡμολόγει λέγειν ἑαυτόν, n ὃ προτέρων οὐκ εἰρήκει, καὶ ταύτῃ ἐφησυχάζειν τῇ πίστει, ἧς ἐτύγχανε πρωΐν ἀλλότριος. ἀλλ' ὁπότε σὺν τῇ ἀναθεμα-

C τιστίῳ ἀσεβεῖ δόγματι συναινεῖν οὐκ ἠβούλετο, ἔγνω αὐτὸν ἡ ὑμῶν ἀδελφότης, σὺν τῇ οἰκείᾳ o διεμένοντα κακοδοξίᾳ, καὶ ἄξιον εἶναι τοῦ δέχεσθαι τὴν κρίσιν τῆς καθαιρέσεως · ἐφ' ὧπερ, εἰ πιστῶς, καὶ συμφερόντως ἀλγεῖ, καὶ εἰ βράδιον γᾶν, ὅμως ἐπιγινώσκει, ὅπως οὗς δέον ἡ τῇ ἐπισκόπων ἐπ' αὐτῷ αὐθεντία κεκίνηται · p ἢ εἰ πρὸς τὸ τέλειον τῆς ἀπολογίας ἴδοι, ὥστε πάντα τὰ παρ' αὐτοῦ κακῶς φρονηθέντα, συναρεῖ, καὶ παρέσῃ τῇ φωνῇ, καὶ οἰκείᾳ δὲ κατεδικασθείσαι ὑπογραφῇ, οὐκ ἔσται καταγνώσεως ἄξιος ὁ περὶ τὸν διορθωθέντα q ὁποσοσοῦν ἔλεος · ἐπειδήπερ ὁ κύριος ἡμῶν ὁ ἀληθινὸς, καὶ ἀγαθὸς ποιμὴν, r ὁ τίνι ψυχὴν αὐτοῦ θεὶς

D ὑπὲρ τῆς προβάτων τῶν s ἑαυτοῦ, καὶ ὃς ἦλθε τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων σῶσαι, οὐκ ἀπολέσαι, μιμητὰς ἡμᾶς τῆς οἰκείας ἀγαθότητος εἶναι βούλεται · ἵνα πολὺς μὴ ἁμαρτάνοντας σωφρονίσῃ τὸ δίκαιον,

t τοὺς

BALLER NOTÆ.

f mss. Bas. & Ven. secundum utroque loco, μετὰ δὲ τίνι σῶσιν: quam veram lectionem esse vix dubitamus.

g ms. Bas. ὡς τῇ ἀκουσθεῖσαν, ὅτου τὸν αὐτὸν τρόπον: corrupte.

h ms. Bas. ὁ μονογενὴς ὢν ἀθέμιτον. Amanuensis scilicet hic dormitabat.

i ms. Bas. ἤτον ὀνεκῶς. In marg. edit. Rom. ἢτ' ὢν. Atque ita in ms. Ven. secundo utroque loco, sed conjunctim, ἤτον. k In marg. edit. Rom. πληροφορίαν.

l ms. Ven. sec. utrobique, ἡ φθορᾶς ἡ κατὰ, &c.

m In marg. edit. Rom. διὰ σὺ καθ'. n ms. Bas. ὃ προτέρων ἀρχὴν.

o ms. Ven. primum, μένοντα.

p ms. Bas. ὡς ἀγὸ πρὸς τὸ τέλεον. ms. Ven. primum ἐν α' secundum vero utrobique, α' tantum.

q Hanc, quæ vera lectio est, hausimus e ms. Ven. secundo, primo loco, qui quidem habet πόνος ὁσ', sed prima syllaba ὁ errore amanuensis deest. In vulg. ἐνωσὼν: perperam.

r Placuit addere αὐτὸ auctoritate cod. Bas. juxta Latinum *animam suam*. In vulg. ὁ τίνι ψυχὴν θεὶς.

s ms. Bas. αὐτοῦ.

77 Voces *nimisque blasphemum* omittuntur in duobus MSS. Veron. in Vat. 3322. in Vindebon. Hisp. in Ratisp. & in duobus Thuaneis a Quesnello memoratis not. 33. & apud Facundum.

78 Vide not. 34. Quesn. ubi exhibet variantem codicis Corb. & Facundi, apud quem mox *ante adunationem* legitur pro *ante incarnationem*, ut idem Quesn. animadvertit not. 35.

79 Cod. Veron. 58. *confutatum*: Mox *dilectionis tuæ diligentiam* habent plerique etiam vetustiores codices cum editis Conciliorum & Græca versione, nec non quinque a Quesnello laudati not. 36. Ex his nonnulli addunt *igitur* post voces *dilectionis tuæ*. Lectionem tamen editionum Leonis aliis codd. confirmatam præsertim Vindeb. coll. v. Ratisp. & Romana Ecclesiæ Lectionario Vat. 3836. utpote valde congruam haud excludendam putavimus. Prima editio *sollicitudinis tuæ diligentiam commonemus*, *hortamur frater carissime* &c.

80 Cod. Veron. 58. *per te* perperam pro *peste*. In Hisp. & Isid. nec non in Vat. coll. III. & in MSS. coll. XI. XXI. & XXIV. cum editis ante Quesn. *macula per te purgetur*: quam lectio orta videtur ex emendatione antiqui librarii, qui nactus in aliquo codice simili laudato Veron. voces *per te*, videns sensum imperfectum, ex ingenio addidit vocem *macula*. In MS. Vercell. coll. VIII. *pravitate purgetur*. Cetera exemplaria lectionem a Quesnello indultam approbant. Confer ejus notam 37.

ANNO CHRISTI 449.

t τοὺς δὲ ἐπιτρέψαντας ὁ τῆς συμπνοίας οἰκτο-
μηδαμῶς ἀπώσηται. τάχα γὰρ ὄντας, τάχα σὺν ἀγαθῷ τῷ καιρῷ τὸ τῆς πίστεως ἀληθὲς ἐκδιδάξαντας, ὅτι κ παρὰ τῶν τῆς δυσσεβείας u ἀξιάρχων ἡ οἰκεία κακοδοξία x κατεδικάζεται. καὶ ὃ δὲ τὸ πᾶσαν τὴν ὑπόθεσιν y εὐσεβῶς, καὶ πιστῶς z ὀξανυθλῶσι, τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν aa Ἱλίων τὸν ἐπίσκοπον, κ Ῥενάτον τὸν πρεσβύτερον, ἔτι γε μὴν κ τὸν bb υἱόν μου Ἱλάριον τὸν διάκονον, εἰς τὸν ἡμῶν ἀπεστείλαμεν τόπον. cc οἷς Δουλκίτιον τὸν νοτάριον τὸν ἡμέτερον, ὃ τῷ πίστιν ἐδοκιμάσαμεν, συνεξέλαμεν, θαρροῦντες, dd τῷ τῷ Θεῷ παρεσομένῳ βοηθείαν, ὥστε τὸν πλανηθέντα καταδικάσαντα τῷ σκαιότητι τῷ φρονήματος τῷ οἰκείου σωθῆναι. ὁ Θεὸς ἐρρωμένον σε ee διαφυλάττοι, ἀδελφὲ προσφιλέστατε. Ἐδόθη εἰδοῖς Ἰουνίαις. ff

A caussam pie ac fideliter exequendam, 81 fratres nostros Julium Episcopum & Renatum Presbyterum 82 Tituli sancti Clementis, sed & filium meum Hilarum Diaconem vice nostra direximus. Quibus Dulcitium Notarium nostrum, cujus fides nobis est 83 probata, sociavimus: confidentes adfuturum Divinitatis auxilium, ut is, qui erraverat, damnata sensus sui pravitate, salvetur. 84 Deus te incolumen custodiat, frater carissime. Data Idibus Junii, Asturio & Protogene viris clarissimis Consulibus. 85

B

EPI-

BALLER. NOTÆ.

t Prætulimus, ut pote minus implexam, lectionem hanc cod. Basil. in vulg. ὡς ἐπιτρέψαντας δὲ ὁ τῆς συμπνοίας μηδαμῶς οὐκ ἀπώσηται. In ms. Ven. primo, ὑπεκρίψαντας.

u In marg. edit. Rom ἀνωχωμένων.

x In hoc verbo κατεδικάζεται definunt mss. ven. 164. & 555. secundo loco, nec non alius Ven. 165. utroque loco; & hic ultimus sequitur, ἐδόθη εἰδοῖς ἰουνίας. In ms. Bas. κατεδικάσθαι: qui sequitur φοῖς δὲ κ ὦ.

y ms. Bas. διεμόνος. z ms. Bas. ὀξυθῶσι.

aa Ita duo codd. ven. 164. & 555. in epistola primo loco descripta, qui soli hunc locum exhibent, uti monuimus paullo ante adnot. z. Editi perperam Γαλιωνόν. Confer adnot. 81. in Latinum textum.

bb ms. Bas. υἱόν μακαρίου. cc ms. Bas. οἷς Δουλκίτιον τὸν ἡμῶν νοτάριον, ὃν κ τῷ τῷ πίστει.

dd ms. Bas. τῶν θεῶν.

ee ms. Bas. διαφυλάξῃ, ἀδελφὲ θεοφιλέστατε. Quæ autem sequuntur, Ἐδόθη, &c. in eodem ms. desiderantur.

ff Vulgati addunt ὑπατείας Ἀστερίου κ Πρωτογένους τῶν λαμπροτάτων ὑπάτων: sed hanc nostri codd. prætermittunt; nec dubitamus Romanorum editorum arbitrio ex Latino textu suppleta fuisse.

81 Prima editio & illa Chiffletii cum paucis nostris MSS. codd. *fratrem nostrum*, ceteri cum Græca versione *fratres nostros*. Vide not. 38. Quesn. Mox *Julianum* pro *Julium* habent MSS. libri Vindebon. coll. v. utrique Hisp. Vat. Isid. alius Vat. coll. xi. unus Patavinus S. Justinæ, duo Veron. & Colbert. Baluzii cum editis ante Quesn. *Julium* autem præferunt præter codices ab isto allegatos not. 39. antiqui libri *Vat.* coll. III. item alius *Vat.* 5845. ac *Vercell.* coll. viii. Ratisp. Lectionarium *Vat.* 3836. & omnes codices collectionis Calchedon. tum nostri, tum Baluzii, nec non Græca interpretatio, quam ex MSS. venetis emendavimus. *Julium* quidem, non autem *Julianum* Romanæ Sedis legatione functum & probat Quesnellus laudata nota 39. & nos multo magis confirmabimus, cum eumdem Julium Puteolanum Episcopum, non autem Julianum Cosanum Pseudosynodo Ephesina interfuisse in observationibus ad eamdem notam ostendemus.

82 voces *Tituli S. Clementis* in omnibus suis codicibus, uno Barberino excepto, se reperisse affirmat Quesnellus nota 40. ac proinde legantur inter ceteros in codd. Corb. coll. II. Trecapith. & Thuan. coll. v. in Grimanico coll. xviii. & in aliis, quibus ille usus est. Nos, qui in hunc præcipue locum plures codices contulimus, eas voces desiderari deprehendimus in codicibus octo collectionum, nimirum iii. ix. Hisp. xiii. xvii. xix. xxi. xxii. & xxiii. nec non in Græca versione, & duobus peculiaribus MSS. veron. 2. & 58. Econtra invenimus in MSS. quinque collectionum epistolarum, scilicet v. viii. x. xii. & xxiv. quibus si addas Quesnelli codices Corb. coll. II. & Grimaen. coll. xviii. eas voces septem collectionibus comprobantur. Accedunt Lectionaria & codices sermonum, quibus hæc epistola inseritur, nec non exemplar Sichardi. In MSS. Ottobon. 93. & *Vat.* 3791. collect. xi. bis hæc epistola describitur, & primo loco eadem verba exhibentur; secundo autem desiderantur. De codice *Vat.* Regina coll. I. nihil memoravimus, cum in eo hæc epistola desinat antecedentibus verbis *episte falsa damnetur*, uti similiter desinit in duobus lectionariis Bas. *Vat.* 105. & 107. Inter hæc tam diversa utrinque documenta, pro negativa sententia plurimi inter ceteros habendi sunt codices collectionis Calchedonensis & Græcæ interpretationis, quæ in Calchedonensi Synodo lecta fuit. Pro affirmativa vero maximam auctoritatem habent præ ceteris Lectionaria, ac præsertim vetustissimum vaticanum 3836. quod usui fuit ipsi Ecclesiæ Romanæ in Basilica SS. Apostolorum Philippi & Jacobi. Difficile tamen videri potest Leonem, qui in tot epistolis alios Romanæ Ecclesiæ Presbyteros, & hunc ipsum Renatum nominasset, numquam titulum designavit, hac tantum in epistola *titulum S. Clementis* eidem affixisse. Nam hic titulus ad marginem olim a quopiam, qui Renati titulum noverat, adnotatus, in textum deinceps irrepserit, aliis judicandum relinquimus. Mox quidem codices & prima editio *Hilarium*, vel *Hilarum diaconum*.

83 Codd. coll. Calchedon. *Vat.* coll. III. *Veron.* 8. Florentin. coll. xiii. & exemplaria coll. xxi. cum editione prima, & Conciliorum addunt *sæpe*. Confer notam 41. Quesn.

84 Sex voces sequentes desunt in duobus veron. in vat. coll. iii. in utrisque vindebon. coll. v. & Hisp. in vat. coll. viii. in Ratisp. Florentino, vat. 1322. & MSS. coll. xxiv. cum prima editione. Jure autem recipiendæ fuerunt auctoritate aliorum codicum, ac potissimum collectionis Calchedonensis, ac Græcæ interpretationis. vid. not. 42. Quesn.

85 In MSS. utrisque Hisp. ac in Isidorianis, & aliis libris, qui ab Hispanica vel Isidoriana procedunt, notatur *æra CCCCLXXXVI.* Est notatio chronica Hispanorum propria, quæ ab Hispanis adjecta fuit. Legendum *æra CCCCLXXXVII.* ut respondeat anno 449. Vide not. 44. Quesnelli. In unico codice Divionensi Bohierii collectionis Calchedonensis hæc peculiaria adduntur: *Tiburtius notarius jussu Domni mei venerabilis Papæ Leonis edidi*. Quo ex fonte amanuensis Bohierianus codicis sumserit hanc notationem, quæ non tam in omnibus aliis nostris & Baluzii codicibus Latinis ejusdem collectionis Calchedonensis, sed etiam in Græca interpretatione omittitur, conjici nequit. Antiquam sane originem prodit. A Leonis I. ætate alienam affirmat Quesnellus not. 43. vocem *Domni*. Eam vero Leoni præfixam invenimus in vetustiss. MS. Lectionario *Vat.* 3835. quod fuit usui basilicæ SS. Philippi & Jacobi. Sic enim ibi pag. 176. *Explicitus sermones Domni Leonis Papæ de Ascensione D. N. J. C. numero duo*. Baluzius in notis ad hanc epistolam Quesnelli notationem impugnat, sed rationibus quæ non satisfaciant.

ANNO CHRISTI 449.

* Al XXVI. Quæ autem antea 29. erat, nunc 33. 13. Iunii an. 449.

EPISTOLA XXIX.*

1 Ad THEODOSIUM Augustum.

SYNOPSIS.

Legatos vice sua destinat ad Synodum Ephesinam, occasione Eutychis indictam. De eodem meliora sperat.

A

2 Cæsari THEODOSIO, religiosissimo & piissimo Augusto, LEO Papa Ecclesiæ catholicæ urbis Romæ.

Τῷ εὐδοξοτάτῳ, καὶ φιλανθρωποτάτῳ Θεοδοσίῳ Αὐγούστῳ, Λέων ἐπίσκοπος.

QUantum rebus humanis consulere providentia divina dignetur, sollicitudo clementiæ vestræ, Spiritu Dei incitata demonstrat, quæ in catholica Ecclesia nihil impacatum, nihil vult esse diversum: quoniam FIDES, quæ non nisi una est, in nullo potest sui esse dissimilis. Unde licet Eutyches, quantum gestorum episcopalium ordo patefecit, imperite atque imprudenter errare detectus sit, debueritque 3 a sua, quæ merito reprobatur, persuasione discedere; quoniam tamen pietas vestra, quæ in honorem Dei religiosissime catholicam diligit veritatem, 4 apud Ephesum constituit sinodale 5 judicium; ut imperito seni, ea in qua nimis caligat, veritas innotescat: fratres meos 6 JULIUM Episcopum, & RENATUM Presbyterum, & filium meum HILARUM Diaconem misi, qui ad vicem præsentiæ meæ pro negotii qualitate sufficerent; & qui 7 eum secum deferrent justitiæ ac benignitatis affectum, ut quia dubitari non potest, quæ sit christianæ confessionis integritas, & totius erroris pravitas damnaretur: & si resipiscens, qui deviaverat, 8 pro venia supplicaret, sacerdotalis ei benevolentia subveniret: cum in libello suo, quem ad nos misit, hoc saltem sibi ad promerendam veniam reservaverit, ut correcturum se esse promitteret quidquid nostra sententia de his,

Fidei unitas.

B

C

D

a ΟΣΩ, τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων κατὰ δύναμιν προνοεῖν κατηξιοῖ τῆς ὑμετέρας φιλανθρωπίας ἡ φροντίς, b πνεύματι Θεοῦ κινηθεῖσα, εὖ ἂν ἔχοι, μὴ βελομένη περὶ τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν διαφωνεῖν, ἀλλ' εἰρηνεύειν c τυγχάνειν. καίπερ ἡ πίστις μία οὖσα, ἑαυτῆς οὐκ ὀφείλει τυγχάνειν ἀνομοία. ὅθεν, εἰ καὶ Εὐτυχὴς, ὡς αἱ τῶν ἐπισκοπικῶν ὑπομνημάτων τάξεις ἐφανέρωσαν, ἀπείρως καὶ ἀσυνέτως πεπλανῆσθαι ἀποδέδεικται, καὶ ὤφειλεν ἀπὸ τῆς ἰδίας συνειδήσεως τῆς ἀξίας ἀποδοκιμαζομένης ἀναλαβεῖν· ὅμως, ἐπείπερ ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια, ἡ εἰς Θεὸν τιμὴν τοῦ Θεοῦ τὴν ἐλλαμπροτάτην καθολικὴν ἀλήθειαν d ἀγαπῶσα, πετύπωκε συνοδικὸν κριτήριον, ὥστε τῷ ἀπείρῳ γέροντι τὴν ἀλήθειαν, περὶ ἣν μάλιστα διέσφαλται, φανερῶσαι θέλουσα, τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἡμέτερους, Ἰούλιον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ Ῥενάτον τὸν πρεσβύτερον, καὶ τὸν ἐμὸν υἱὸν τὸν διάκονον Ἵλαρον πέμπομεν, τοὺς εἰς τόπον ἐμὸν κατὰ τὴν τοῦ πράγματος ποιότητα δυναμένους ἀρκεῖν, e καὶ ἐχόντας αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ δικαίου, καὶ ἀγαθοῦ μεταγαγεῖν διάθεσιν· ἵν' ὅτι περὶ ἀμφιβάλλεσθαι οὐ δύναται, f ὁποῖόν τι τυγχάνει τῆς τῶν χριστιανῶν ὁμολογίας τὸ ἀκέραιον, καὶ πάσης τῆς πλάνης τὸ φαῦλον καταδικασθείη, καὶ, g εἰ ἀνανήψειεν, ὃς πε-

πλά-

BAIER. NOTÆ.

a In marg. edit. Rom. ὅτις ἡ θεία πρόνοια ἐπιμελείας καταξιοῖ τὰ ἀνθρώπινα, δείκνυσι τὸ ὑμέτερον φιλανθρωπίας φροντίς πνεύματι θεοῦ κινηθεῖσα, μὴ βούλομεν, &c.

b ms. Ven. νεύματι.

c ms. Ven. ὑπάρχειν. Mox in marg. edit. Rom. καὶ γὰρ pro καίπερ, ex conjectura.

d MS. Ven. αὐτῷ: optima lectio, & Latino textui adamussim conveniens, si supra pro ἡ legatur ἡ.

e In marg. edit. Rom. καὶ ὅσα πρὸς τὸν δικαιοτάτον καὶ φιλανθρωπίαν διαθέσεις ἔχοντας, ὅρα ὅτι περὶ ἀμφιβολ. &c.

f ms. Ven. ποῖόν τι.

g Ita scribimus auctoritate ms. Ven. Perperam in vulg. εἰ ἀνωνύψειν.

1 Exstat hac epistola in MSS. collect. II. V. XI. XII. XIII. XVII. XVIII. XIX. & XXI. usque ad XXIV. ac in exemplo Sichardi. Releginus ad codices undecim, quibus alii tres Baluzii adjiciendi sunt. In collectione v. hic titulus legitur cap. 89. *Ad Theodosium Imp. de Synodo Ephesi celebranda.*

2 Soli codd. collect. XVII. Calchedon. ad quos unus Thuaneus a Quesnello not. 1. memoratus pertinet, hanc inscriptionem præferunt: *Gloriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto Leo Episcopus*. Ceteræ collectiones vulgatam inscriptionem præferunt, si excipias Ratisp. coll. XIX. in qua inscriptiones abbreviatæ exhibentur: *Leo Episcopus Theodosio Augusto*. In MS. Florentino coll. XIII. exigua varietate habetur *Cæsari Theodosio religiosissimo & piissimo Augusto Leo Ecclesiæ catholicæ Episcopus in Domino salutem.*

3 Ita ex Ratisponensi & omnibus nostris ac Baluzii codd. collection. Calchedon. Editi cum aliis mss. *a sua merito reprobabili persuasione*. Mox *quia* pro *quoniam* in mss. *Veron.* 57. atque Ratisp.

4 Voces *apud Ephesum* desunt in cod. Ratisp. & in Græca versione.

5 Editi ante Quesn. cum aliquot mss. etiam antiquiorum collectionum *concilium*. Retinuimus *judicium*, quod Quesnellus induxit auctoritate cod. Grim. & unius Thuanei ab eo allegati not. 2. quippe eandem lectionem confirmant noster Ratispon. & omnes codd. præstantissimæ coll. Calchedon. nec non Græca versio.

6 MS. cod. Vindebon. coll. V. & alii coll. XI. ac XXIV. nec non Colbertinus apud Baluzium cum editis ante Quesn. *Julianum*. Reliqui codices melius *Julium*, ut videre est ex adnot. 81. in epist. præcedentem. Similiter quidam codices & antiquæ editiones Leonis paullo post habent *Hilarium* perperam pro *Hilarum*.

7 Duo codd. a Quesnello allegati in margine *mecum secum ferrent ... affectum*.

8 In Ratispon. deest *pro venia*. Mox in Vindebon. coll. V. *supplicet*.

ANNO CHRISTI 449.

πλάνητοι, ὑπὲρ συγγνώμης παρακαλέσω, h τοὺς τῶν ἐπισκόπων αὐτῷ βοηθοῦντας ἐπικυρῶσαι. ἐπείπερ οὐ τῷ ἑαυτοῦ λαβέλλῳ τῷ παρὰ ἡμᾶς ἀποστειλάντι i καὶ τοῦτο ἑαυτῷ παρὸ τὸ ἀξιοθλίως συγγνώμης ἐφίλαξον, ἐπαγγελλόμενος ἑαυτὸν διορθοῦν, εἴτε δ' ἂν ἡ ἡμετέρα γνώμη περὶ τούτων, περὶ ὧν κακῶς ἔδοξε, k ἀποδοκιμάσειεν. τί δὲ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία καθολικῶς περὶ τοῦ θείου μυστηρίου τῆς δισκοτικῆς σαρκώσεως πιστεύει, καὶ διδάσκει, τῷ ἀδελφῷ ἡμῶν, καὶ συλλειτουργῷ Φλαβιανῷ, σαφέστερον τὰ ἀποστολικὰ γράμματα περιέχει.

A quæ male senserat, improbasset. 9 Quid autem catholica Ecclesia universaliter de sacramento dominicæ incarnationis credat & doceat; ad fratrem & coepiscopum meum Flavianum plenius continent scripta, quæ misi. Data Idibus Junii, Asturio & Protogene viris clarissimis Consulibus.

Correctionem Eutyches spondet.

B

h In marg. edit. Rom. ὑ ἀξ ἐπισκόπων αὐτῷ βοήθων ἐπικυρῶσαι.
i In marg. edit. Rom. ὡ ὧν ex lat. k Ita legendum omnino ex ms. Ven. Male in vulg. ἀποδοκιμάσειεν.
9 Codd. Corb. & Divion. Baluzii *Quid autem ꝗ catholica Ecclesia*, idest, ut idem Baluzius interpretatur, *quid autem Romana catholica Ecclesia*.

BALLER. NOTÆ.

ADMONITIO

in epistolas sequentes XXX. & XXXI.

1 ETSI duæ, quæ ad Pulcheriam eadem die ac de eadem re scriptæ inveniuntur epistolæ, aliquot non tam sententiis, quam verbis sint plane similes; in multis nihilominus discrepant inter se, & altera ob insertas additiones est longe prolixior. Stili autem ratio & codicum atque collectionum antiquarum auctoritas, quibus utraque fulcitur, nequaquam sinunt ut alterutra alii quam Leoni tribuatur. Exemplaria tum Latina, tum Græca antiquissimæ collectionis XVII. Calchedonensis, & Ratisponensis collectio XIX. præter collect. duodecimam & vigesimam secundam, primam epistolam satis vindicant; codices vero collectionum II. V. XI. XII. XIII. XVIII. XX. XXI. XXII. XXIII. & XXIV. cum exemplo Sichardi, & peculiari MS. Vat. Reginæ 293. alteram tuentur. Cur autem eodem die duæ ejusmodi epistolæ ad Pulcheriam traditæ fuerint, & quæ prius, quæ autem posterius scripta censenda sit, curiosius inquiri potest, quam ulla satis tuta ratione definiri.

Com. 2. prima Edit. pag. 850.

2 Quesnellus in prima editione existimavit, a Pontifice primo scriptam fuisse epistolam 30. & ad Pulcheriam transmissam per Legatos, cum adhuc spes nonnulla superesset fore ut Synodus in conventum simplicem apud Constantinopolim commutaretur. Idcirco enim sub finem ejusdem epistolæ scriptum putat: *Sed ei, qui in errore est, melius consuletur, si ubi delinquit, ibidem resipiscat; & ubi damnationem meruit, illic indulgentiam consequatur*. Cum vero impedimenta inciderint, quibus hæc epistola Pulcheriæ data non fuerit; ejusdem exemplum ad eam Leo iterum post pseudosynodum Ephesinam transmisit, ut liquet ex epist. 45. Hac autem occasione eam epistolam paucis demtis, quæ de Eutyche jam recitavimus, nonnullis etiam mutatis, auctiorem ab ipso Leone factam fuisse censuit, uti est epistola 31. At si post Ephesinum latrocinium in eadem epistola, cum ad Pulcheriam iterum missa fuit, aliquid fuisset immutatum, quod tempori ac circumstantiis non amplius congrueret; illud procul dubio additamentum non accessisset, quo sanctus Pontifex se ab adeunda Ephesina Synodo sollicitius excusat.

3 Hanc autem primam sententiam ipse Quesnellus deseruit in editione secunda, & in contrariam prorsus opinionem transiens docuit, epistolam longiorem 31 a Leone scriptam & missam fuisse ad Pulcheriam statim post acceptas Theodosii litteras, idest paullo post III. Idus Majas: notam enim chronicam, quæ Idus Junias signat, & in pluribus MSS. deest, ex breviori epistola 30. sumptam ac perperam translatam est opinatus. Breviorem vero epistolam 30. missam fuisse per Legatos Idibus Junii manifestum est.

4 Hæc tamen opinio nec probari, nec defendi potest. Cum enim Leo Imperatoris litteras acceperit III. Idus Majas; si statim scripsisset ad Pulcheriam, ad ipsum etiam Imperatorem rescripsisset. Liquet autem eum accepta Imperatoris epistola III. Idus Majas, & Flaviani litteris per idem circiter tempus acceptis una cum gestis Constantinopolitanæ Synodi adversus Eutychem, mox scripsisse ad eumdem Flavianum brevissimam epistolam 27. XII. Kal. Junias, qua eum de acceptis gestis monuit, nec non de fusiori epistola, quam citius fieri posset transmittenda, ubi de controversia judicium ferretur. Huic autem studio intentus nec non Legatis eligendis atque instruendis, qui Concilio jam indicto vice sui interessent, epistolas pluribus tradendas in illud tempus distulit, quo Legati cum dogmatica epistola transiretarent. Hinc plures ejusdem epistolæ datæ leguntur iisdem Idibus Juniis, quibus dogmatica ad Flavianum ep. 28. signata fuit, ac in omnibus nominantur Legati, & eadem epistola ad Flavianum illis jam tradita

dita memoratur. Horum vero omnium satis expressa fit mentio etiam in longiori epist. 31. ad Pulcheriam, Legatorum quidem illis verbis cap. 4. *In his fratribus meis, quos vice mea misi*; epistolæ autem dogmaticæ scriptæ Idibus Junii illis capitis ultimi: *Quod etiam S. Flaviano Episcopo me Clementia tua scripsisse cognoscat*: quæ verba pariter inserta leguntur epistolæ 30. iisdem procul dubio Idibus Junii scriptæ. Quomodo ergo epist. 31. aliquanto ante Junium mensem exarata ac transmissa dici potest?

5 Quid autem dicendum? Ut omittantur incerta, cum brevior epistola 30. in Græca & Latina collectione Calchedonensi inveniatur, & Legatorum nomina distincte præferat, ut epistolæ ceteræ, quæ cum litteris ad Flavianum iisdem Legatis traditæ fuere; hæc quoque ad Pulcheriam transmissa, eidemque aliquando tradita, ac in Oriente vulgata, ac exinde Græce reddita negari non potest. Auctior vero epistola 31. etsi in Græca collectione desideretur; cum tamen exstet in pluribus Latinis antiquis collectionibus, quæ breviori epistola carent, Leoninamque rationem ubique referat, a Leone abjudicari nequit. Eodem autem die Iduum Junii data dici debet, ut eæ quoque collectiones præferunt, quæ carent epistola 30. neque enim chronicam ejusmodi notam harum collectionum auctores transcribere potuerunt, ut conjecit Quesnellus, ex epistola breviori, quam ignorarunt. Sine ullo autem certiori documento aliud quidpiam affirmare, seu divinare non licet. Solum probabiliter credi potest, duo ejusdem epistolæ exemplaria a Leone fuisse lucubrata, alterum longius, brevius alterum; hoc autem brevius in Orientem misisse, unde in Græcam linguam translatum fuit; alterum vero longius retinuisse apud se, & in Occidente aliquando vulgatum, in plerasque Latinas collectiones transisse.

6 Longior epistola in eo potissimum discrepat a breviori, quod in illa a cap. 2. ad medium cap. 3. catholicum dogma aliquot probationibus statuitur, quæ in breviori omittuntur. Forte post scriptam epist. 28. ad Flavianum, in qua idem dogma similibus probationibus plenius constituitur, ex litteris ad Pulcheriam eas probationes detrahendas censuit: & hac occasione eam quoque partem subduxit, qua se excusabat, ne ad Synodum accederet, aliaque pauca suo more mutavit, vel addidit, quæ in breviori epistola leguntur. Hac autem in Orientem missa, epistola longior ob dogmaticam fusiorem institutionem Occidentalibus maxime placuit; & idcirco hæc potissimum inter Latinos vulgata fuit.

7 Unum hic suspicari quispiam posset, epistolam 31. ad Pulcheriam, cum aliquot sententias contineat similes sententiis epistolæ 37. ad Theodosium datæ die 20. Junii, eodem die scriptam ac eadem occasione missam fuisse. Leo nimirum acceptis Imperialibus litteris, quæ ipsum invitabant ad Synodum, sicut hac de re bis ad Theodosium scripsit; ita etiam bis ad Pulcheriam scripsisse videri potest. Primum ad utrosque per Legatos scripsit Idibus Junii, ad Theodosium epistola 29. ad Pulcheriam vero epistola 30. Dein cum ad Imperatorem iterum dedit epistolam 37. die 20. Junii, ea forte de caussa quod metueret, ne in ea angustia temporis Synodo præstituti Legati Ephesum properare coacti, epistolam 29. eidem Augusto tradere non possent; hac eadem occasione & caussa ad Pulcheriam quoque scripsisse epistolam 31. non improbabile judicabitur. Sed contra fidem earum collectionum, quæ chronicam notam Iduum Junii exhibent, eamque ex epistola 30. non potuerunt sumere, hanc opinionem inducere nequivimus. Id autem multo minus potuimus alia ratione, quæ conjecturam numero præcedenti propositam magis magisque confirmabit. *Si epistolæ*, inquit Leo epist. 45. *quæ in fidei caussa per nostros Clericos directæ sunt, ad vestram pietatem pervenissent, certum est, remedium vos his rebus, quæ contra fidem factæ sunt . . . . præstare potuisse*. Indicatur epistola 30. per Legatos missa, quæ his Ephesum profectis ad Augustum non pervenit. Aliam ergo eadem in re & pleniorem quidem epistolam ad eamdem Pulcheriam se alia occasione post Legatorum discessum non direxisse præsumit: alias hæc, non æque ac illa prior alio traducta, eumdem effectum multo magis peperisset, ita ut opus non fuerit prioris epistolæ 30. exemplum ad eamdem una cum epist. 45. iterum mittere. Igitur epistola 31 ad Pulcheriam missa non fuit, sed ab ipso Leone apud se retenta, solaque epist. 30. ad eam prius per Legatos directa, & iterum cum epist. 45. unde hæc sola in Græcum traducta fuit, ut numero 6. conjecimus. Hanc autem breviorem epistolam, cum ad Pulcheriam certo missa fuerit, primum proferemus.

EPI-

ANNO CHRISTI 449.

EPISTOLA XXX. *

* 13. Ianuar. 449.

AD PULCHERIAM Augustam.

SYNOPSIS.

I *Christum nostri generis hominem esse. Nestorii & Eutychis errores.*
II. *Cum veritas carnis in Christo impetitur, totam fidem concuti.*

Τῇ ἐνδοξοτάτῃ, καὶ φιλανθρωποτάτῃ βασιλίδι Πουλχερίᾳ, Λέων ἐπίσκοπος.

ΚΕΦ. α'. ΟΣΗΝ πεποίθησιν περὶ τῆς πίστεως τῆς ὑμετέρας φιλανθρωπίας ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία ὀφείλει ἐπαγγέλλεσθαι, πολλαῖς πολλάκις διδασκαλίαις a ἐπεδείξαμεν. τοῦτο τοῦ ἁγίου πνεύματος διδάσκοντος μεμαθήκατε. τούτῳ τῷ ὑμετέρῳ ἐξουσίᾳ ὑπετάξατε. διὰ ταύτης τῆς δωρεᾶς, καὶ τῆς ἐκδικίας b βασιλεύετε. ὅθεν ἐπείπερ κατὰ τὴν ἀκεραίαν πίστιν τῶν Χριστιανῶν διχόνοιάν τινα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ κατὰ Κωνσταντινούπολιν Εὐτυχοῦς αὐθεντοῦντος γεγενῆσθαι, τοῦ ἀδελφοῦ μου, καὶ συμπρεσβυτέρου Φλαβιανοῦ διὰ τῆς ἀναφορᾶς ἔγνων, καθὼς καὶ φάσις τῆς ὑποθέσεως τὸ εἶδος τῶν πεπραγμένων ἐν τῇ συνόδῳ δείκνυσιν, ἄξιόν ἐστι τῆς ὑμετέρας δόξης τῷ πλείονι, ἢ δὶ ἀπειρίαν μᾶλλον, ἢ κακοθέλειαν εἰσδυομένῳ ἀφελέσθαι, φεύ τινα δυνάμειν ἐκ τῆς c συνήθειας τῶν ἀπείρων τὸ ἐπίμονον τῆς φαυλότητος προσποιήσοιτο. d καὶ ὅσα Νεστόριος, ὃς ἀπὸ τῆς ἀληθοῦς ἐξέπεσε πίστεως, τὸν δεσπότην Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας ἄνθρωπον μόνον φάσκων γεγενῆσθαι, τοσούτῳ καὶ οὗτος ἀπὸ τῆς καθολικῆς ὁδοῦ ἀπεπλανήθη· ὃς τὸν ἀπὸ τῆς αὐτῆς παρθένου γεγενῆσθαι, ὁ τῆς ἡμετέρας εἶναι πεπίστευκε φύσεως· ὥστε τὸν τῷ μορφῷ τοῦ δούλου φορέσαντα, καὶ ἡμῶν ὅμοιον γενόμενον, καὶ τῆς αὐτῆς ὄντα μορφῆς, τινὰ τυγχάνειν τοῦ ἡμετέρου σώματος εἰκόνα, καὶ μὴ ἀλήθειαν. οὐδὲν δὲ ὠφελεῖ, τὸν ἡμέτερον δεσπότην τὸν τῆς μακαρίας παρθένου υἱόν, ἄνθρωπον λέγειν, εἰ μὴ τοῦ γένους αὐτῆς, καὶ τῆς ῥίζης ἀνθρώπου εἶναι e πιστεύοιτο· περὶ οὗ αὐτῇ τῇ προοιμίῳ τοῦ εὐαγγελίου προλέγεται. ὅθεν πάνυ πονῶ, καὶ συγκάομαι, ὅτιπερ οὗτος, ὃς πρὸ τούτου περὶ τῆς προθέσεως τῆς ταπεινότητος ἐπηινεῖτο, κατὰ τῆς ἐλπίδος f τοῦ μονογενοῦς ἡμῶν, καὶ τῶν ἡμετέρων πατέρων, μάταια, καὶ πάνυ διεστραμμένα τολμᾶ λέγειν. ὁρῶν γὰρ ἑαυτὸν τῆς ἀφροσύνης τοῖς αἰσθήσεσι τοῖς καθολικοῖς ἀκοαῖς ἀπαρέσκουσαν, ὠφελεῖν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς οἰκείας ὑπονοίας ἀνακαλέσασθαι, καὶ μηδὲ

I LEO Episcopus, PULCHERIÆ Augustæ.

CAP. I.

QUantum sibi fiduciæ de fide vestræ Clementiæ Ecclesia Dei debeat polliceri, multis sæpe probavimus documentis; dum sicut Spiritu sancto docente didicistis, illi per omnia potestatem vestram subjicitis, cujus munere & protectione regnatis. Unde quia contra integritatem fidei christianæ, dissensionem quandam in Constantinopolitana Ecclesia, Eutyche auctore generatam, fratris & coepiscopi mei FLAVIANI relatione cognovi, ita ut totius causæ speciem sinodalium gestorum textus ostenderet: dignum gloriæ vestræ est, ut error qui de imperitia magis, quam de versutia natus est, auferatur, priusquam ullas vires de consensu imprudentium, pertinacia pravitatis acquirat. Nam quantum Nestorius a veritate excidit, dum Dominum JESUM CHRISTUM de matre virgine hominem solum asserit natum; tantum etiam hic a catholico tramite deviavit, qui de eadem virgine editum, non nostræ credit esse naturæ: ut quod formam servi gessit, quod nostri similis fuit atque conformis, quædam nostræ carnis fuerit imago, non veritas. Nihil autem prodest Dominum nostrum beatæ a Mariæ virginis filium, hominem dicere, si non illius generis ac seminis homo creditur, cujus in ipso Evangelii exordio prædicatur. Unde multum doleo, multumque contristor, quod hic qui antea de humilitatis proposito laudabilis videbatur, contra unicam spem nostram patrumque nostrorum, vana & nimis perversa audet adstruere. Qui cum videret insipientiæ suæ sensum catholicis auribus di-

Nestorii & Eutychis perfidiae.

BALLER. NOTÆ.

a In Marg. edit. Rom. ἐκείνου. Ex Lat.
b In MS. Ven. βασιλεύοντος.
c In marg. edit. Rom. συνοικείτου.
d In marg. edit. Rom. καὶ γὰρ ὅσα Νεστόριος ἀπὸ τῆς ἀληθοῦς.
e MS. Ven. πιστεύοιτο.
f In marg. edit. Rom. οὗ γένους, ὃ ἐστι, οὗς ὁ ἀνθρωπος.
1 In MSS. Latinis collectionis Calchedonensis inscriptio desideratur, solum enim habetur hic titulus: *Epistola Leonis Archiepiscopi Romæ ad Pulcheriam Augustam.* Ex antiqua autem versione, qua in Græcis codd. Calchedonensibus invenitur, hæc inscriptio Latine reddi potest: *Gloriosissimæ & humanissimæ filiæ Pulcheriæ Leo Episcopus.* Retinuimus inscriptionem vulgatam, quæ in cæteris nostris Latinis codicibus legitur.
2 Codd. Ratisp. & Veron. 57. cum Græca versione omittunt *Maria.*

ANNO CHRISTI 449.

Sedis Apostolicæ moderatio.

splicere, revocare se a sua opinione debuerat, 3 nec ita Ecclesiæ præsules commovere, ut sententiam damnationis exciperet. Quam utique si in suo sensu voluerit permanere, nullus poterit relaxare. Sedis enim apostolicæ moderatio hanc temperantiam servat, ut & severius agat cum obduratis, & veniam cupiat præstare correctis.

CAP. II.

Quia ergo mihi multa fiducia est de pietatis tuæ sincerissima fide, obsecro 4 gloriosissimam Clementiam tuam, 5 ut sicuti sancto studio tuo catholica prædicatio semper adjuta est, ita nunc quoque ejusdem faveas libertati. Non enim portiuncula aliqua fidei nostræ, quæ minus lucide sit clara, pulsatur; sed hoc imperita resultatio audet incessere quod Dominus in Ecclesia sua neminem voluit ignorare. Et ideo pro vestræ pietatis consuetudine elaborare digneminì, 6 ut quod contra singulare sacramentum salutis humanæ blasphema insipientia protulit, ab omnium animis repellatur. Ac si ipse, qui 7 in hanc tentationem incidit, resipiscit, ita ut quod male senserat propria voce & subscriptione condemnet, communio illi sui Ordinis reformetur. Quod etiam fratri & coepiscopo meo FLAVIANO me Clementia vestra scripsisse cognoscat; & his, quos misimus, delegasse, ut venia concedatur, si error aboletur. Ne autem piissimi Principis 8 dispositioni, qua episcopale Concilium voluit congregari, nostra videretur præsentia defuisse, fratres meos 9 JULIUM Episcopum, RENATUM Presbyterum, & filium meum HILARUM Diaconem misi, qui vicem præsentiæ meæ implere sufficerent. Sed

A τὰς τῶν ἐκκλησιῶν παραμιάντας κινῆσαι, τῆς κατεδίκης τῶν ἀπόφασιν g ἀναμιάντα. δῆλον γὰρ, ὡς εἰ ἐν τῇ αὐτῇ αἰσθήσει παραμένειν θελήσει, οὐδεὶς αὐτὸν ἀπολῦσαι δυνήσεται. καὶ γὰρ τὸ θρόνου τοῦ ἀποστολικοῦ τὸ σύμμετρον τοιοῦτον φυλάττει τὴν ἐκράτειαν, ὥστε καὶ σκληρότερον πράττειν κατὰ τῶν ἐπιμένοντων, καὶ συγγνώμης ἀξιῶν τοὺς τῶν διόρθωσιν ἐπιγινώσκοντας. ἐπειδὴ τοίνυν πολλὴ πεποίθησίς ἐστι περὶ τῆς εὐσεβείας h τῆς μακαριωτάτης πίστεως, παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν φιλανθρωπίαν, ἐπιφανεστάτη, καὶ εὐσεβεστάτη θύγατερ, i ἵν' ὥσπερ ἐκ σπουδῆς θείας k ἐν τῷ καθολικῷ τῆς ἐκκλησίας ἀξιώματι τῆς ἐλευθερίας συνοδοιπόροις, l οὐδὲ γὰρ μέρος τι τῆς πίστεως τῆς ἡμετέρας μὴ ὂν σαφεῖς μεθοδεύεται. ἀλλ' ὅπερ ἡ ἄπειρος ἀντίστασις τολμᾷ ὀχλοθορυβεῖν, τοῦτο πειράζεται· ὅπερ ὁ ἡμέτερος δεσπότης ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ οὐδαμῶς ἀγνοεῖσθαι ἠθέλησε. καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τὴν συνήθειαν τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας καμεῖν κατεξιώσατε. m τοῦτο, n ὅπερ κατὰ o τῆς μονογενοῦς θρησκείας τῆς ἀνθρωπίνης σωτηρίας βλασφήμῳ τινὶ ἀφροσύνῃ προλέλεγκεν, ἀπὸ τῆς διανοίας πάντων ἀποκηνθείη. p καὶ ἵνα αὐτὸς ὁ εἰς τοῦτον τὸν πειρασμὸν ἐμπεσὼν, ἀναπήφεσον. τοῦτο μόνον, ὥστε τοῦτο, ὅπερ κακῶς q ἐφρόνησε, τῇ ἰδίᾳ φωνῇ, καὶ ὑπογραφῇ καταδικάσῃ. καὶ r τῇ οἰκείᾳ τάξει ἑαυτὸν ἀποκατεστήσῃ· ὅπερ καὶ τῷ ἐμῷ ἀδελφῷ, καὶ συλλειτουργῷ φλαβιανῷ s ἡ ὑμετέρα φιλανθρωπία γεγραφηκέναι με γινωσκέτω· t τούτους, οὓς ἐπέμψαμεν ἐντεῦθεν, πρὸς τὸ συγγνώμης ἀξιωθῆναι, εἰ τὸ τῆς πλάνης διορθωθείη· ἵνα δὲ μὴ τὸ εὐσεβεστάτου βασιλέως u τῇ διανοίᾳ, τῷ συνόδῳ τῷ ἐπισκόπων συνελθεῖν θελήσασι δόξαν τὸ τῆς

D ἡμετέρας παρουσίας ἀπολιμπάνεσθαι, τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς ἐμοὺς, x Ἰούλιον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ Ῥενάτον τὸν πρεσβύτερον, καὶ τὸν ἐμὸν υἱὸν Ἱλαρὸν τὸν διάκονον πέπομφα, τοὺς εἰς τύχην τῆς ἐμῆς παρουσίας ἀρ-

ANNO CHRISTI 449.

BALLER. NOTÆ.

g In marg. edit. Rom. ἀναμείνωσι.

h In marg. edit. Rom. ἴσως, ὡς σὺς μακαριοτάτας.

i In marg. edit. Rom. ἵν' δεσπότῃ θεῷ σου συνοδῷ τῷ καθολικῷ πάντων κηρύγματι βεβοήθηκαν, ὅνω καὶ τὸν ὡ ἐκείνου συμπρεσβυτῶν ἐλευθερίᾳ.

k Cod. Ven. 164. ἐν ὡ καθολικὸν ὡς ἐκκλησίας ἀξίωμα. In marg. edit. Rom. ἐν ὡ ὡς καθολικῶς.

l In marg. edit. Rom. ἴσως, ὅνω καὶ τὸν ὡς ἀνῶς τῇ ἐλευθερίᾳ συμπρεσβυτῶν πορίχης.

m In marg. edit. Rom. ἵνα τοῦτο.

n In marg. edit. Rom. ἵν' ὅπερ κακῶς ἐφρόνησε τὸ ἀξιόπιστον μυστήριον τῆς ἀνθρωπίνης σωτηρίας ἡ βλάσφημος ἀφροσύνη.

o MS Ven. ὡς τὸ μονογενοῦς.

p In marg. edit. Rom. ex Lat. καὶ ἵνα αὐτὸς, &c. ἀναπήφεσον, ὅπερ κακῶς ἐφρόνησε, ἰδίᾳ φωνῇ καὶ ὑπογραφῇ. ἀναθεμαίζον, τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἐκκλησίας ἀνῶ τῶν τῆς ἀκκλησίας.

q MS. Ven. ἐνόει. Paullo post Idem MS. καὶ ὑπογραφῇ τὸ κοινὸν καταδικάσω. In marg. quoque edit. Rom. hic notatur τὸ κοινόν.

r In marg. edit. Rom. κοινωνίᾳ τῆς αὐτῇ (leg. αὐτῷ) τάξεως αὐτῷ ἀποκαταστῆσαι. L.

s Hæc verba ἡ ὑμετέρα φιλανθρωπία desunt in MS. Ven.

t In marg. edit. Rom. ex lat. ἀξιῶν. &c.

u In MS. Ven. τὸ διανοίᾳ τοιοῦτον τῶν σύνοδον τῷ ἐπισκόπων συνελθεῖν θελήσας ἡ δόξαν.

x In marg. edit. Rom. Ἰουλιανόν.

3 Hæc lectio MS. Ratisp. melior visa est, quam vulgata & aliorum codicum, *ne ita Ecclesiæ præsules commoverent*, eo quod eadem præfertur in epistola sequenti, ubi hæc pericope totidem verbis repetita invenitur.

4 Cod. Veron *gloriosam*. Mox *tuam* pro *vestram* emendavimus ex Ratisp. & quinque aliis codd. cum magis cohæreat antecedentibus *pietatis tuæ*, & subsequentibus *studio tuo* huic eidem periodo insertis.

5 In editis Concilior. additur ex Græca versione *illustrissima*, & *gloriosissima filia*.

6 Editi Leonis *ut contra singulare sacramentum salutis humanæ, quod blasphema* &c. Præstulimus lectionem MS. Ratisp. cui editi Concilior. adstipulantur.

7 Male in editis Leonis *in hac tentatione*.

8 Quesnellus in marginali postilla notavit: *Concilium imperiali dispositione convocatum*. Nota autem secunda monuit *dispositionis* vocem significare edictum Principis. At S. Leo ep. 33. ad Synodum Ephesinam animadvertit in ipsis Theodosii litteris, quæ interciderunt, requisitam fuisse apostolicæ Sedis auctoritatem ex institutione divina, ut hæc imperialis dispositio effectum consequeretur. Ait enim cap. 1. *Religiosa clementissimi Principis fides . . . . hanc reverentiam divinitus detulit institutis, ut ad sancta DISPOSITIONIS effectum, auctoritatem Apostolicæ Sedis adhiberet*.

9 Cod. Colbert. *Julianum*; & mox Veron. *Hilarum*. Ceteri *Julium*, & *Hilarum*. Confer adnot. 81. in epist. 28.

ANNO CHRISTI 449.

ἀναίτιος. y ἀλλ' τοῦτο μᾶλλον τῷ πλανηθέντι προσῆκεν ἐστι z συνοδικῶν · ἐπεὶ περ ἐκείνου πταίσαντος, ἀνωτέρω μὲν ἐκ · τῷ δὲ τὴν κατὰ δίκην ὑπόμνησιν, αὐτόθι τῷ συγγνώμης φιλοτιμίας ἀξιωθέντι.

A ei, qui in errore est, melius 10 consuletur, si ubi desipuit, ibidem resipiscat: & ubi damnationem meruit, illic indulgentiam consequatur. Data Idibus Junii, ASTURIO & PROTOGENE viris clarissimis Consulibus.

ANNO CHRISTI 449.

---

* Al. XXVII. Quæ autem antea 31. erat, nunc 34. 13. Iunii an. 449.

EPISTOLA XXXI.*

1 Ad PULCHERIAM Augustam.

SYNOPSIS.

I. *Pulcheriæ zelum adversus Eutychen solicitat.*
II. *Humana saluti interesse, ut Christus non solum homo, sed ejusdem nobiscum generis homo sit.*
III. *Generationem Christiani ex Christi generatione fluere. Eutychetis pervicacia. Sedis Apostolicæ moderatio.*
IV. *Ne Concilio interfit Leo, vetant consuetudo, conditio temporis, concionum caritas. Symbolum Apostolorum nova hæresi concutitur.*

2 LEO PULCHERIÆ Augustæ.

CAP. I.

Pulcheria adversus Nestorium præsidium.

QUantum præsidii Dominus Ecclesiæ suæ in vestra Clementia præpararit, multis sæpe probavimus documentis. Et quicquid nostris temporibus contra impugnatores catholicæ veritatis industria sacerdotalis obtinuit, ad vestram maxime gloriam redundavit: dum, sicut Spiritu sancto docente didistis, illi per omnia potestatem vestram subjicitis, cujus munere & protectione regnatis. Unde quia contra integritatem fidei christianæ, dissensionem quandam in Constantinopolitana Ecclesia Eutyche auctore generatam, fratris & coepiscopi mei FLAVIANI relatione cognovi; ita ut totius caussæ speciem synodalium gesto-

B rum textus 3 ostenderit: dignum gloriæ vestræ est, ut error, qui ut arbitror, de imperitia magis quam de versutia natus est, auferatur, priusquam ullas sibi vires de consensu imprudentium 4 pertinacia pravitatis acquirat. Quia etiam ignorantia graves nonnumquam incidit 5 in lapsus, & plerumque in diaboli ruit foveam incauta simplicitas; per quam supradicto subrepsisse intelligo spiritum falsitatis: 6 ut dum æstimat se religiosius de Filii Dei majestate sentire, si ei naturæ nostræ veritatem inesse non diceret, 7 totum illud quod *Verbum caro factum est*, unius atque ejusdem

C putaret esse substantiæ. Et quantum Nestorius a veritate excidit, dum Christum de matre solum hominem 8 asseruit natum, tantum etiam hic a catholico tramite deviat, qui de eadem virgine non nostram credit editam esse substantiam; volens utique eam solius Deitatis intelligi: 9 ut quod formam servi gessit, & quod nostri similis fuit atque conformis, quædam nostræ naturæ fuerit imago, non veritas.

Hæresis ex falsa religione defendenda.

CAP. II.

Nihil 10 autem prodest Dominum nostrum beatæ Mariæ virginis filium, verum perfectum-

D que hominem dicere, si non illius generis homo creditur, cujus in Evangelio prædicatur. Dicit enim Matthæus: *Liber generationis* JESU CHRISTI *filii David, filii Abram*: & ita humanæ originis ordinem sequitur, ut generationum lineas usque ad Joseph, cui mater Domini erat desponsata, deducat. Lucas vero retrorsum successionum gradus relegens, ad ipsum humani generis principem redit, ut Adam pri-

Matth. 1. 1. Varius Genealogiæ Christi ordo apud Matth. & Lucam. Quare? *Luc. 3. 23.* Filius Dei in veteri testam. apparens. *Gen. 32. 24. Gen. 18. 2.*

BALLER. NOTÆ.

y In marg. edit. Rom. *L. ex Lat.* ἀλλ' τῷ πλανηθέντι μᾶλλον ἂν ἦν εὔμορφον, ἐνθὰ παρεφρόνησεν, ἐκεῖ ἀνακαλεσάμενον, καὶ ἀνοῖ αὐτ κατὰ δίκαιον ἀνάγκη, ἐκεῖ τυχεῖν τῆς συγγνώμης.

z MS Ven. συνοδικῶν.

10 Quinque nostri codd. *consultur*.

1 Confer Admonitionem in epistolam præcedentem, ubi etiam undecim collectiones, in quibus hac epistola continetur, recensuimus. In tabula coll. v. hic titulus legitur cap. 79. *Ad Pulcheriam de damnatione hæresis Nestorianæ & Eutychianæ.*

2 Cod. Florentin. S. Marci coll. XIII. sic. *Leo Urbis Romæ Episcopus Pulcheriæ Augustæ*. In editis ante Quesn. *Leo Catholica Romana Ecclesiæ Episcopus piissimæ Pulcheriæ Augustæ*. Inscriptionem a Quesnello præfixam, & aliquot nostris cod. confirmatam retinuimus. Vetustiores inscriptionem omittunt.

3 Cod. Vat. Reginæ 293. Vindebon. coll. v. ac Vat. coll. XI. *ostenderet*. Mox *dignum gloriæ vestræ*, quod erat in anterioribus Leonis editionibus, revocavimus ex iisdem ac duobus aliis MSS. Quesnellus & editiones Concilior. cum MSS. coll. XXI. *dignum gloriæ vestræ*.

4 Delevimus particulam & a Quesnello insertam, quam omnes nostri codices, duobus exceptis ignorant.

5 Præpositionem *in* ex cod. Vat. Reg. adjecimus: & mox *foveam*, pro *foveæ* ex eodem codice & Vat. coll. XI. præstimus. Post paucos editi ante Quesn. cum quibusdam nostris codd. *in supradicto*.

6 Cod. Vat. Reginæ omittit *se*; & post verbum *sentire* ἄνω puncto prosequitur: *Si enim natura nostra &c.* Vulgati ante Quesnel. cum MSS. coll. XXIV. & Sichardo pro *non diceret*, & *putaret*, habent *non dicat*, & *putet*.

7 Totum scilicet illud, quod ex natura Verbi & natura hominis simul unitis factum est, nihil est aliud apud Catholicos, quam Christus, qui in una persona complectitur quidquid utrisque naturis convenit: unde Leo ep. 124. ad Palæstinos c. 7. *Nec interest*, inquit, *ex qua Christus substantia nominetur, cum inseparabiliter, manente unitate personæ, idem sit & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei filius propter unam cum Patre Deitatem*. At Eutyches *naturæ ejusdemque substantiæ* videlicet naturæ, putans quod incarnatione Verbi factum est, solam naturam divinam adstruebat; & hac ratione æstimabat *se religiosius de Filii majestate sentire*, ac si cum natura humana ipsi unitæ veritas deceret. Voce *totum* ad indicandam personam a veteribus usitata Eutychiani abutebantur, ut naturas confunderent: unde Theologi catholici Leonem secuti *totum* de naturis, *totus* de personis prædicarunt.

8 Editi ante Quesn. cum aliquot posterioribus collectionum codicibus *asserit*. Mox pro *devotat* MSS. coll. XXI. *devotatis*, uti legitur in epistola antecedenti, ex quo male in aliis *devotarit*, vel *devotaret*. Postea cod. coll. XI. *credidit* pro *credit*. Idem legebatur in Vindebon. coll. v. sed secunda manu emendatum *credit*.

9 In Vindebon. coll. v. *ut ea quod formam*: in Vat. coll. XXIV. & apud Sichardum *ut quod in forma*. Alias variantes hujus loci vide apud Quesn. not. 1.

10 Codices coll. v. XI. & XXI. *tamen*.

ANNO CHRISTI 449.

primum, & Adam novissimum ejusdem ostendat esse naturæ. 11 Potuerat quippe omnipotentia Filii Dei sic ad docendos 12 justificandosque homines apparere, quomodo & Patriarchis & Prophetis in specie carnis 13 apparuit, cum aut luctamen iniit, aut sermonem conseruit, cumve officia 14 hospitalitatis non abnuit, vel etiam appositum cibum sumsit. Sed illæ imagines hujus hominis erant 15 indices, cujus veritatem ex præcedentium patrum stirpe sumendam, significationes mysticæ nuntiabant. Et ideo sacramentum reconciliationis nostræ ante tempora æterna dispositum, nullæ implebant figuræ, quia nondum supervenerat Spiritus sanctus in virginem, nec virtus Altissimi obumbraverat ei: 16 ut intra intemerata viscera * ædificante sibi sapientia domum, Verbum caro fieret; & forma Dei ac forma servi in unam conveniente personam, creator temporum nasceretur in tempore; & per quem facta sunt omnia, 17 ipse inter omnia gigneretur. Nisi enim novus homo, factus in similitudinem carnis peccati, nostram susciperet vetustatem; & consubstantialis Patri, consubstantialis esse dignaretur & matri, naturamque sibi nostram solus a peccato liber uniret, sub jugo diaboli generaliter teneretur humana captivitas: 18 nec uti possemus triumphantis victoria, si extra nostram esset conserta naturam.

* Similia legantur ep. 28 c. 3.

Prov. 9. 1. Joan. 1. 14

Incarnationis necessitas.

CAP. III.

De hac autem participatione 19 mirabili sacramentum nobis regenerationis illuxit, ut per ipsum Spiritum, per quem Christus & conceptus est & natus, etiam nos, qui per concupiscentiam carnis sumus geniti, spirituali rursus origine nasceremur. Propter quod ab Evangelista de credentibus dicitur: *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*. Cujus A ineffabilis gratiæ particeps non est, 20 nec potest in filiorum Dei adoptione censeri, quisquis a fide sua, hoc quod nos 21 principaliter salvat, excludit. Unde multum doleo, multumque contristor, quod hic, qui antea de humilitatis proposito laudabilis videbatur, contra unicam spem nostram, patrumque nostrorum, vana & nimis 22 stolida audet adstruere. Qui 23 cum videret insipientiæ suæ sensum catholicis auribus displicere, revocare se a sua opinione debuerat; nec ita Ecclesiæ præsules commovere, ut damnationis sententiam mereretur excipere: quam utique, si 24 in suo sensu voluerit permanere, nullus poterit relaxare. Sedis enim apostolicæ moderatio hanc temperantiam servat, ut & severius agat cum obduratis, & veniam cupiat præstare correctis. Quia ergo multa mihi fiducia est de pietatis tuæ 25 sublimissima fide, obsecro gloriosam clementiam tuam, ut sicut sancto studio tuo catholica prædicatio semper adjuta est, ita nunc quoque ejus faveas libertati: quam fortasse ideo permisit Dominus hac tentatione pulsari, ut quales intra Ecclesiam 26 laterent, possent agnosci. Quorum plane non est negligenda curatio, 27 ut nec ipsorum nos contristet amissio.

ANNO CHRISTI 449.

24. qu. 3. Damnationis sententiam c. 3.

CAP. IV.

Augustissimus vero & christianissimus Imperator cupiens quam celerrime turbata componi, episcopali Concilio, quod Ephesi vult haberi, nimium breve & angustum tempus indixit, diem Kalendarum Augustarum præstituendo conventui: cum 28 a tertio Iduum Majarum, quo Serenitatis ejus 29 scripta suscepimus, major pars reliqui sit temporis absumenda, ut profectio Sacerdotum, qui negotio sufficiant, valeat ordinari. Nam illud quod pietas ipsius 30 etiam me credidit debere interesse Concilio, etiam si secundum aliquod præ-

Cur S. Leo ad Concilium non se transferat.

BALER NOTÆ.

11 Vat. coll. xi. *Potuit*.
12 Cod. coll. xxi. omittunt *justificandosque*.
13 Vide not. 2. Quesn.
14 Quesn. in marg. Al. *humanitatis*.
15 MSS. coll. xxiv. cum editis ante Quesn. *indicia*.
16 Cod. Vindebon. *& ut intra*. Melius in Vulgatis *ut & intra*. Ceteri tamen codices delent *&*.
17 Voces *ipse inter omnia* delet cod. Grimanicus, ut Quesn. notavit in margine.
18 Editi Concilior. *nec aliter uti*. Editiones autem Leonis vetustiores cum MSS. coll. xxiv. *nec aliter possideremus triumphantis victoriam*. Quesnellus emendavit ex suis MSS. quibus & nostri codices favent. Dein editi cum plerisque nostris codicibus ac uno Theodoriciano Quesnelli habent *confecta* pro *conserta*, quam vocem Quesnellus induxit aliorum suorum exemplarium auctoritate, ut videre est not. 3. Noster etiam Vindebonensis codex coll. v. hanc lectionem confirmat.
19 Vocem *mirabili* in editis Concilior. receptam & a Quesnello margini affixam revocavimus, eo quod omnibus nostris MSS. probetur, excepto Vat. coll. xxiv. in quo cum editis Leoninis etiam Quesnelli *mirabile*. Mox *induxit* pro *illuxit* in vulg. ante Quesnell. & quibusdam nostris codd. atque Grimanico. Alii duo nostri ac tres Quesnelli cum editione Canisii *induxit*. Confer notam ejus 4.
20 Vulgati ante Quesn. cum MSS. coll. xxiv. *nec potest filiorum Dei adoptionem consequi quisquis* &c. Ceteri nostri codd. lectionem a Quesnello inductam probant. Vide ejusdem not. 5.
21 Confer not. 6. Quesn.
22 Cod. Vatic. Regina *stulta*.
23 Ita melius ex MSS. Vindebon. coll. v. Vat. coll. xi. duobus coll. xxi. & Vat. Reg. ut in epistola antecedenti cap. 1. Antea ut in aliis codd. *dum videret*.
24 Vulgati ante Quesn. cum MSS. coll. xxiv. *in sua sententia*.
25 Ita omnes nostri codd. excepto Vat. coll. xxiv. in quo cum Vulg. ante Quesn. *sincerissima*. Vat. Regina ac tres Quesnelli addunt *& solidissima*. Mox *gloriosam* deest in quattuor MSS. Editi anteriores Quesnello cum codd. coll. xxiv. habebant *gloriam clementiæ tuæ*.
26 Editiones Leonis cum eodem Vat. coll. xxiv. *lateant, possint agnosci*. Cod. Vat. coll. xi. cum edit. Concil. *laterent, possent agnosci*. MSS. coll. xxi. *quales sint intra Ecclesiam, possint agnosci*. In Videbon. coll. v. *laterent, possint agnosci*.
27 Tres MSS. libri cum editis Concilior. *ne ipsorum*.
28 MS. Vindebon. coll. v. *a die III. Idus Majas, quo*.
29 Indicantur Theodosii litteræ, quibus Leo ad Ephesinam Synodum invitatus fuerat. Julius autem Legatus in Ephesino Concilio inserto actioni primæ Synodi Calchedonensis post lectas imperiales litteras ad Dioscorum Alexandrinum datas III. Kal. Aprilis testatus est, eas ad Leonem non *eodem*, sed *similis tenore* scriptas fuisse, ut emendatiores codices, & Græcus textus præferunt. Aliquod sane discrimen in ratione scribendi ad Leonem indicant illa Hilari eadem actione: *Gloriosissimi, & Christianissimi Imperatores .... Beatissimum Episcopum nostrum Leonem apostolicæ Sedis præsulem, ut huic venerabili & sancto Concilio adesset, dirigentes venerabiles epistolas supplicaverunt*. Hæc scribendi observatissima ratio in epistola, quæ superest, ad Dioscorum non apparet.
30 Cod. Vindebon. omittit *etiam*. Mox *credit* in Vat. coll. xi.

ANNO CHRISTI 449.

Leonis patria.

Solo Symbolo Apostolorum omnes confodiuntur errores.

ANNO CHRISTI 449.

A

B

praecedens exigeretur exemplum, nunc tamen nequaquam posset impleri: quia rerum praesentium nimis incerta conditio a tantae urbis populis me abesse non sineret: & in desperationem quandam animi tumultuantium mitterentur, si 31 pro occasione caussae ecclesiasticae viderer patriam & Sedem apostolicam velle deserere. Quia igitur ad publicam utilitatem pertinuisse cognoscitis, ut salva Clementiae vestrae venia, caritati me & precibus civium non negarem; in his fratribus meis, quos vice mea misi, me quoque adesse cum ceteris qui adfuerint, æstimate: quibus secundum caussam satis mihi ex gestorum serie, & ipsius de quo agitur professione, patefactam, evidenter 32 & plene quid servandum esset ostendi. Non enim de portiuncula aliqua fidei nostrae, 33 quae minus lucide declarata sit, quaeritur: sed hoc 34 stultissima resultatio audet incessere, quod Dominus 35 noster in Ecclesia neminem sexus utriusque voluit ignorare. Siquidem ipsa catholici 36 Symboli brevis & perfecta confessio, quae duodecim Apostolorum totidem est signata sententiis, tam instructa sit munitione caelesti, ut omnes haereticorum opiniones solo ipsius possint gladio detruncari. Cujus Symboli plenitudinem si Eutyches puro & simplici voluisset corde concipere, in nullo a decretis sacratissimi Nicaeni Concilii deviaret; & hoc a sanctis Patribus intelligeret constitutum, ut contra apostolicam fidem, quae nonnisi una est nullum se ingenium, nullum elevaret eloquium. Et ideo pro vestrae pietatis consuetudine elaborare dignemini, ut quod contra singulare sacramentum salutis humanae 37 blasphema insipientia protulit, ab omnium animis repellatur. Ac si ipse, qui in hanc tentationem incidit, resipiscat, ita ut per libellarem satisfactionem proprium damnet errorem, communio ei sui ordinis non 38 negetur. Quod etiam sancto FLAVIANO Episcopo me Clementia tua scripsisse cognoscat; ut caritas 39 non negligatur, si error aboletur. 40 Datum Idibus Junii, ASTURIO & PROTOGENE viris clarissimis Consulibus.

EPISTOLA XXXII.

* Alias XXVIII. Quae autem antea 32. erat, nunc 36. 13. Junii an. 449.

1 Ad FAUSTUM, Martinum, & reliquos Archimandritas Constantinopolitanos.

SYNOPSIS.

Sensum Eutychis execratur: ipsum ad saniorem mentem redire cupit, & sic communioni restitui.

Ἀγαπητοῖς τέκνοις, Φαύστῳ καὶ a Μαρτίνῳ, καὶ λοιποῖς ἀρχιμανδρίταις, Λέων ἐπίσκοπος.

C Dilectissimis filiis FAUSTO, 2 MARTINO, & reliquis Archimandritis LEO Episcopus.

ΕΠΕΙΔΗ διὰ τὴν αἰτίαν τῆς πίστεως, ἣν Εὐτυχὴς διαθορυβῆσαι ἐπεχείρησεν, ἐστεύθεν ἐπέμπομεν τοὺς συνεπομένους τῇ ἀληθείᾳ, ἀκόν-

CUM propter caussam fidei, quam Eutyches perturbare tentavit, 3 de latere meo mitterem, qui defensioni veritatis assisterent, congruum credidi, ut etiam ad vestram

BALER. NOTÆ.

a Plerique codd. cum vulgatis Μαρκελλίνῳ. MS. Vat. 1455. Μαρκελλίῳ. Cur Μαρτίνῳ sine hasitatione posuerimus, vide adnot. 2. in textum Latinum.

31 Editi ante Quesn. cum nonnullis MSS. *per occasionem*.

32 Cod. Griman. delet *& plene*.

33 Vulgati Leonis ante Quesn. cum Vat. coll. XXIV. *quod minus lucide claresceat*.

34 Editi Concil. *stolidissima insultatio*. Vulg. anteriores Quesnello *stultissima insultatio*. Vat. coll. XI. & XXI. *stolidissima resultatio audet asserere*. Vat. Reg. *stolidissima*. Vindebon. coll. V. *Stolidissimo*, & *inserere*.

35 Idem cod. Vindebon. & alius *Vat.* delent *noster* Cod. *Vat.* Reg. & editiones Concil. *in Ecclesia sua*. In epistola antecedenti *Dominus in Ecclesia sua*.

36 Quesnellus in margine: *Vide de hoc Symbolo Hieronymum ep. 61. ad Pammachium, Rufini praefationem expositi. Symboli, S. Augustinum serm. 115. de Tempore &c. Dissertationes Vossii & nostram* 14. quam tomo tertio dabimus.

37 Duo codd. *blasphemia insipientia*. Postea duo alii codices. *At si ipse*.

38 Ita *MSS.* codd. novem Quesnelli & omnes nostri excepto Vat. coll. XXIV. qui cum antiquioribus Leonis editionibus *reformetur*, ut in epistola praecedenti.

39 Quesnellus cum Leonis vulg. & tribus nostris codicibus *non negetur*. Ne autem hoc verbum paullo ante positum praeter Leonis morem bis reperatur, magis placuit lectio *MSS. Vindebon.* coll. V. Florentin. coll. XIII. & plurium coll. XXI. nec non *Vat.* Reginae, quam etiam editi Concilior. praeferunt. Mox *si error abdicetur* in uno *MS. Vatic.*

40 Hanc chronicam notam exhibent codd. coll. XXI. XXII. & XXIII. In ceteris omnibus desideratur, sicut etiam in *MSS.* a Quesn. indicatis not. *y*. Cum vero is inter codices, qui hac nota carent, non referat antiquissimum exemplar Corbejense coll. II. quo in hac epistola emendanda usus est, noram chronicam in hoc etiam reperiri suspicamur; ex quo sane plurimum auctoritatis accederet.

1 Invenitur hac Epistola in quatuor *MSS.* collectionibus Calchedonen. XVII. Griman. XVIII. Ratisp. XIX. & Veneta XXII.

2 In *MSS.* coll. Calchedon. *Marciano & reliquis Archimandritis Constantinopolit.* Cod. Ratisp. *& Martino Presbytero & ceteris Archimandritis*. In Graeca versione τῷ Μαρκελλίνῳ & *Marcellino*, vel Μαρκελλίῳ *Marcelliano*, perperam. Nam *Martinus* vocatur non tam in emendatioribus Latinis codd. verum etiam in inscriptione Graeca alterius epistolae 53. quae iisdem Archimandritis data fuit, nec non in Graeca ipsius subscriptione Constantinopolitana Synodo sub Flaviano, quae exhibetur tom. 4. Concilior. ven. editionis pag. 1024.

3 Falsum est, quod Quesnellus affirmavit not. 1. *S. Leonem primum omnium Pontificum Romanorum de Legatis a latere missis mentionem fecisse*. Legatorum enim nomen non habetur neque hic, nec in epist. 34. c. 2. sed eorum tantum fit mentio, *quos e latere* Pontificis *missos* appellat in quibus fuit etiam Dulcitius, non Legatus

ANNO CHRISTI 449.

stram dilectionem scripta dirigerem: quos 4 certum habeo ita studere pietati, ut blasphemas & impias voces nullatenus æquanimiter audire possitis; manente in cordibus vestris apostolica institutione, qua dicitur: *si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit*. Sensum autem prædicti 5, qui, sicut gestorum lectione cognovimus, merito reprobatus est, etiam nos detestandum esse decernimus: ita ut si assertor insipiens in sua pravitate voluerit permanere, habeat cum his consortium, quorum est secutus errorem. Merito enim fiet extra Christi Ecclesiam, qui in Christo humanam, id est nostram, negat esse naturam. Sed si idem spiritu Dei miserante correctus, impietatem sui erroris agnoverit, & quæ Catholici execrantur, plena satisfactione damnaverit, volumus ei misericordiam non negari: ut Ecclesia Domini nullum sentiat damnum; cum & resipiscens possit recipi, & solus debeat error excludi. De sacramento autem pietatis magnæ, in qua nobis per incarnationem Verbi Dei justificatio est & redemptio, quæ sit nostra ex Patrum traditione sententia, 6 in litteris, quas ad fratrem meum FLAVIANUM Episcopum misi, nunc sufficienter, quantum arbitror, explicatum est: ut per insinuationem Præsulis vestri, quid secundum Evangelium Domini nostri JESU CHRISTI 7 in omnium fidelium cordibus fixum esse cupiamus, noscatis. 8 Datum Idibus Junii, ASTURIO & PROTOGENE viris clarissimis Consulibus.

Gal. 1. 9.

Correctis ab hæresi misericordia non negatur.

A λυθῶν σεσόμεσα καὶ πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην γράμματα διαπέμψασθαι · ἃς οἶδα σπουδάζειν τῇ ἀληθείᾳ, ὥστε τοὺς βλασφήμους, καὶ ἀτεβεῖς φωνὰς μηδ' ὅσον τοῖς ἀκοαῖς προσδέχεσθαι δυνάσθαι, μένοντος σὺν τοῖς καρδίαις ὑμῶν τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως, σὺν ᾗ λέγεται. εἰ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. τὸν δὲ γνώμιμον τοῦ προλεχθέντος, ὅς τις, b ὡς ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τῶν ὑπομνημάτων ἔγνωμεν, ἀξίως ἀποχειροτονήθη, καὶ ἡμεῖς ἐκβλητέον κρίναμεν. καὶ ἐὰν μὲν ὁ ἄφρων συνάγορος τῇ ἰδίᾳ σκληρότητι ἐπιμένειν βουληθείη, ἐχέτω μετὰ τούτων μοῖραν, ὧν ἠκολούθησε τῇ πλάνῃ. δεικνύεται γὰρ ἐκτὸς ἐξω τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, ὅστις σὺν τῷ Χριστῷ τὴν ἀνθρωπίνην, τοιούτοι τὸν ἡμετέραν ἀρνεῖται φύσιν. ἐὰν δὲ ὁ αὐτὸς ἐλέου τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ διορθωθεὶς, c τὸν ἑαυτοῦ πλάνον ἐπιγνοίη, καὶ ἅπερ οἱ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀναθεματίζουσιν, ὅλῃ ψυχῇ ἀναθεματίσαι βουληθῇ, τοῦτον ἐλέου τυχεῖν βουλόμεθα, ὅτι τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ δεσπότου μηδεμίαν ἔσεσθαι ζημίαν · * ἐπεὶ δὲ καὶ μετανοοῦν διώκεται δέχεσθαι, καὶ μόνη ἡ πλάνη ὀφείλει * συγχωρεῖσθαι. περὶ δὲ τῆς ἀγιότητος τῆς μεγάλης πίστεως, σὺν ᾗ ἡμῶν διὰ τῆς σωματώσεως τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ ἡ δικαίωσις, καὶ ἡ ἐξαγορασία ἐστὶ, τί φρονοῦμεν ἐκ τῶν πατέρων παραδόσεως, σὺν τοῖς γράμμασιν, ἃ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν Φλαβιανὸν τὸν ἐπίσκοπον τοῦ ἔπεμψα, ἱκανῶς, καθ' ὅσον οἶμαι εἴρηται · ὥστε ὑμᾶς ἐμφανίζοντος τοῦ ἰδίου προέδρου μαθεῖν, τί κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τοῦ ὑμετέρου δεσπότου * λεχθεὶ, τοῖς πάντων τῶν πιστῶν ψυχαῖς βέβαιον μένειν ἐπιθυμοῦμεν. ὁ Θεὸς ὑμᾶς φυλάττοι, τέκνα ἀγαπητά.

ANNO CHRISTI 449.

Gen. 1. 5.

* ἐστὶ καὶ

EPI-

HALLER. NOTÆ.

utique proprie dictus, sed Notarius. Ceterum Bonifacius primus, ante Leonem, Severum apostolicæ Sedis Notarium *de nostro proprio latere* destinatum scripsit ep. 13. ad Rufum Thessalonicensem num. 5. Ante hunc etiam auctor, quicunque fuerit, epistolæ ad Orientales ab Hilario fragmentis insertæ num. 4. tres Romanæ Ecclesiæ Presbyteros *e latere* Pontificis Alexandriam directos memorat. *De latere* autem Pontificis vocabantur formula ex Imperatorum stilo assumpta, qui Pontificibus adhærebant in Romana Ecclesia, uti erant Renatus Presbyter, Hilarus Diaconus, & Dulcitius Notarius, sive etiam in Concilio Romano, ad quos Julius Puteolanus Episcopus pertinebat. Etiam in Sardicensi Concilio c. 7. *ut e latere suo* Presbyter a Romano Antistite mitteretur, Patres rogarunt.

4 Id Leoni notum erat saltem ex gestis Synodi Constantinopolitanæ adversus Eutychem, quibus hos Archimandritas subscriptos viderat.

5 Vocem *Eutychis* hoc loco insertam in omnibus editis, delevimus auctoritate potissimum nostrorum exemplarium coll. Calchedon. atque Baluzii, nec non *MS.* Ratispon. quibus & Græca versio congruit.

6 Editi Leonis ante Quesn. omittunt hæc *in litteris, quas ad Fratrem meum Flavianum Episcopum misi*. Quesnellus ex suis *MSS.* & Græca versione supplevit defectum, qui supplent etiam omnes nostri codices & editi Concil. Solum ille habet *in his litteris*, & *nunc misi, sufficienter*. Nostrorum & Baluzii codicum lectionem præstulimus.

7 Cod. veron. 57. coll. Calchedon. *in omnibus fidelium cordibus*.

8 Græca versio addit. *Deus vos custodiat, dilectissimi filii*.

b Ita MS. Ven., atque ita omnino legendum postulat textus Latinus, *sicut gestorum lectione cognovimus*. In vulg. ὡς ἐκ τῆς ἀναγνώσεως ἐγνωμεν.

c MS. Ven. ὡς ἑαυτοῦ πλάνης.

ANNO CHRISTI 449.

* Alias XXIX. Quæ autem antea 33. erat, nunc 39. 23. Iunii an. 449.

EPISTOLA XXXIII.*

1 Ad Ephesinam Synodum secundam.

2 SYNOPSIS.

I. *Incarnationis fidem ex confessione Petri probari.*
II. *Concilium ad errorum abolendum & reducendos errantes convocari.*

Λέων ἐπίσκοπος, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ συνελθούσῃ, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΗΤΟΙ ἡμετέρου βασιλέως εὐσεβεστάτη πίστις, εἰδυῖα μάλιστα τοῦτο τῇ δόξῃ a αὐτῷ διαφέρειν, εἴγε κατὰ τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν μηδεμιᾶς πλάνης πλαστὸς ἀνεφύετο, τοῦτο τοῖς θείοις δόγμασι τὸ σέβας ἀπεδόμεθα· ὅστε παρὰς ἀποστόλου τῆς θείας διατυπώσεως, τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἐκκαθῆναι τὸ κῦρος· ὡς ἂν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ μακαρίου Πέτρου βουλομένη γνωσθῆναι κατέδηλον τὸ ἐν B τῇ τούτου ὁμολογίᾳ ὑμνούμενον b ὅτι λέγοντι τῷ κυρίῳ· τίνα μαθηταὶ λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; διαφόρους μὲν τινὰς ἔφασαν οἱ μαθηταὶ εἶναι τὰς δόξας· ὀπλοτέρα δὲ ἐπύθετο παρ' αὐτῶν. αὐτοὶ τί πιστεύουσιν, ὁ τῶν ἀποστόλων ἀρχηγός, τὸ πλῆρες τῆς πίστεως βραχεῖ λόγῳ περιλαβών, σὺ εἶ, φησίν, ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. τοῦτο, σὺ εἶ, ὃς τις εἶ ἀληθῶς υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· ὁ αὐτὸς ἀληθῶς εἶ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· σὺ εἶ ἀληθῶς ἐν θεότητι, καὶ ἀληθῶς ἐν σαρκί· καὶ σωζομένης τῆς ἐν τῇ δευτέρᾳ φύσει τυγχανούσης C ἰδιότητος, ἣν ὑπάρχων d ἐκατέρου· ὡς e εἴγε Εὐτυχὴς νοητῶς, καὶ ἐκτενῶς f ἐπιστεύετο, οὐδαμῶς ἂν ἀπὸ τῆς ἀληθείας τῆς πίστεως τῆς τοιαύτης ἀπέκλινε· διὰ τὴν ἀπόκρισιν αὐτῷ τῷ ἀποστόλῳ παρ' αὐτοῦ γίνεται τοῦ δεσπότου· μακάριος εἶ, Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ· ὅτι σὰρξ, καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· κἀγὼ δέ σοι λέγω, ὅτι σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰ-

Matth. 16. 13.

A 3 Leo Episcopus sanctæ Synodo, quæ apud Ephesum convenit.

CAP. I.

RElligiosa clementissimi Principis fides sciens ad suam gloriam maxime pertinere, si intra Ecclesiam catholicam nullius erroris germen exurgeret, hanc reverentiam divinis detulit institutis, ut ad sanctæ 4 dispositionis effectum auctoritatem apostolicæ Sedis adhiberet: tamquam ab ipso beatissimo Petro cuperet declarari, quid in ejus confessione 5 laudatum sit, quando dicente Domino: *Quem me esse dicunt homines filium hominis?* varias quidem diversorum opiniones discipuli memorarunt; sed cum ab eis, quid ipsi crederent, 6 quæreretur, Princeps Apostolorum plenitudinem fidei brevi sermone complexus, *Tu es*, inquit, *Christus filius Dei vivi*: hoc est, Tu qui vere es filius hominis, idem vere es filius Dei vivi: tu, inquam, verus in Deitate, verus in carne, & 7 salva geminæ proprietate naturæ 8 utrumque unus. Quod si Eutyches intelligenter ac vivaciter crederet, 9 nequaquam ab hujus fidei tramite deviaret. Propter quam ei respondetur a Domino: *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus; & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Nimis autem a compage hujus ædificationis alienus est, qui & beati Petri confessionem non capit

Matth. 16. 13.

Fides Petri exposita.

BALLER. NOTÆ.

a Ita marg. edit. Rom. L. αὐτῷ.
b Ita legendum cum MS. Ven., ut viderunt etiam editores Romani, qui ad marginem adnotarunt, ὅν λέγοντι τῷ κυρίῳ. In vulg. ὅν γὰρ λέγοντι.
c In marg. edit. Rom. οὐ, ὅς τις εἶ ἀληθῶς.
d MS. Ven. ἐκάτερον.
e Ita legere maluimus cum MS. Ven., quam cum vulgatis, ὅ τι Εὐτυχὴς. In marg. quoque edit. Rom. notatum reperies ὅ τι.
f MS. Ven. πιστεύοντα. Mox in eodem MS. ἀπὸ τῆς ἀληθοῦς πίστεως.
1 Hanc epistolam præferunt tredecim collectiones v. Hisp. Isid. XI. XII. XIII. XVII. XVIII. XIX. & XXI. usque ad XXIV.
2 In collect. Hispanica & ceteris ex ea profectis hic titulus exhibetur: *Epistola Papæ Leonis ad Ephesinam Synodum, in qua provocat congregatos Episcopos Eutychetis blasphemias condemnare.* In tabula coll. v. cap. 85. *De damnanda hæresi Eutychiana.* Tandem in *MSS.* Calchedonensibus Græcis hæc: Ἐπιστολὴ τοῦ αὐτοῦ Λέοντος Ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης πρὸς τὴν ἐν Ἐφέσῳ συνελθοῦσαν Σύνοδον· ἣ τὰς ὑπεβλήθη μὲν ἀποκρίσεις δὲ διὰ τὸ μὴ συγχωρεῖσθαι δημοσιεῦσαι τοῖς Ἐπισκόποις, ἐπὶ τῷ δυστυχεῖς Διοσκόρῳ τῷ Ἀλεξανδρείας Ἐπισκόπῳ. In latinis autem c. 13. *Sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis epistola scripta ad secundum Concilium Ephesinum contra Eutychem, quæ producta quidem est, occultata vero, propter quod non fuerit concessa publicari Episcopis a Dioscoro.*
3 Inscriptio in *MSS.* Latinis Calchedonensibus deest: illi autem, quæ in Græco legitur, vulgata accedit. *MS.* codex Florent. coll. XIII. *Leo Urbis Romæ Episcopus dilectissimis Fratribus in Ephesina Synodo congregatis in Domino Salutem.*
4 Cod. Florentin. addit *vera*. Porro *dispositio* indicat edictum Principis de cogenda Synodo, uti liquet ex ep. 30. c. 2. in quod confer nostram adnot. 8.
5 Antiquissimus cod. veron. 57. coll. XVII. *declaratum sit*. Mox in Ratispon. *dicenti Domino*.
6 vindebon. Hisp. *quæritur*.
7 vat. Hisp. & Isid. & editi ad marginem *sub gemina*.
8 Editi *utrinque*. Ex omnibus nostris variarum collectionum *MSS.* & ex illis Baluzii emendavimus.
9 Cod. Vat. 546. coll. XXI. *profecto non ab hujus fidei tramite deviaret; sed digne ei responderetur a Domino.*

ANNO CHRISTI 449.

pit, & Christi Evangelio contradicit: 10 ostendens se nullum umquam studium cognoscendæ veritatis habuisse, & superfluo honorabilem visum, qui nulla 11 maturitate cordis ornavit caniciem senectutis.

CAP. II.

Verum quia etiam talium non est negligenda curatio; & pie ac religiose christianissimus Imperator haberi voluit episcopale Concilium, ut pleniore judicio omnis possit error aboleri; 12 fratres nostros JULIUM Episcopum, RENATUM Presbyterum, & filium meum HILARUM Diaconem, cumque his DULCITIUM Notarium probatæ nobis fidei, misi: qui vice mea sancto conventui vestræ fraternitatis interfint, & communi vobiscum sententia, quæ Domino sint placitura, constituant. Hoc est, ut primitus pestifero errore damnato, etiam de ipsius, qui imprudenter erravit, restitutione tractetur; si tamen doctrinam 13 veritatis amplectens, sensus hæreticos quibus imperitia ejus fuerat irretita, plene aperteque propria voce & subscriptione damnaverit: quod etiam in libello, quem ad nos miserat, est professus, spondens per omnia nostram se secuturum esse sententiam. Acceptis autem fratris & coepiscopi nostri FLAVIANI litteris, plenius ad eum de his, quæ ad nos videtur retulisse, rescripsimus: ut abolito hoc, 14 qui natus videbatur, errore, in laudem & gloriam Dei per totum mundum una sit fides, & una eademque confessio, & *in nomine* JESU *omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus* JESUS CHRISTUS *in gloria est Dei Patris*. 15 Data Idibus Junii, ASTURIO & PROTOGENE viris clarissimis Consulibus.

Legati vice Pontif. Rom.

A κοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς· σφόδρα ὢν τῆς ἁρμονίας τῆς τοιαύτης οἰκοδομῆς ἐστιν ἀλλότριος, ὅς τις καὶ τὴν τοῦ μακαρίου Πέτρου ὁμολογίαν οὐ δέχεται, καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ ἀντιλέγει· δεινὰς ἑαυτοῦ μηδεμίαν ποιήσατο σπουδὴν ἐγκαλέσαι πρὸς τὸ γνῶναι τὸ ἀληθές· μάτην τε τιμῆς ἄξιος ὤφθη, ὅς τις οὐδενὶ τῆς καρδίας τῷ ἀκμαίῳ τὴν τοῦ γήρως ἐκόσμησε πολιάν. ἀλλ' ἐπειδή περ, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, καὶ τῆς τῶν τοιούτων θεραπείας οὐκ ἔστι παραμελεῖν, καὶ ὁ εὐσεβὴς δὲ, καὶ φιλόχριστος βασιλεὺς, εὐσεβῶς ἅμα, καὶ ἐλαβῶς ἔχων, τὴν τῶν ἐπισκόπων ἀθροισθῆναι σύνοδον ἐβουλήθη, ὥστε κρίσει πολεωτέρᾳ

B διωνθῆναι πᾶσαν ἀπαλειφθῆναι πλάνην, τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν g Ἰούλιον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ Ῥενάτον τὸν πρεσβύτερον, καὶ τὸ τέκνον μου Ἱλάριον τὸν διάκονον, καὶ μετὰ Δουλκίτιον τὸν ἐμὸν νοτάριον, δοκιμασθέντας ἡμῖν τῆς αὐτῶν πίστεως, ἀπεστείλαμεν. οἵ τινες εἰς τάξιν ἐμὴν τὴν ἁγίαν τῆς ἡμῶν ἀδελφότητος συνόδῳ παρέσονται· h καὶ τὰ τῇ κοινῇ μετ' ὑμῶν γνώμῃ τὰ κατὰ Θεὸν ἀρέσκοντα ψηφιοῦνται· τοῦτό ἐστιν, ὥστε τὸ πρώτως τῆς φθαρτοποιοῦ ἐκ πλάνης αὐτοῦ κατεδικασθήσης, k εἰ καὶ οὕτως περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀμαθοῦς πλάνης ἀπεκατεστάσεως σκοπηθῆναι· l εἴγε ὅλως τὴν τῆς ἀληθείας διδασκαλίαν δεχόμενος, τὸ αἱρετικὸν φρόνημα· m ὅπερ ἡ κακοδοξία αὐτοῦ πέφηνεν ἐμπλακεῖσα, n εἰς πλῆρες, καὶ σαφῶς οἰκείᾳ φωνῇ, καὶ ὑπογραφῇ, κατεδικάζειν ἀνέχοιτο. ὅπερ καὶ σὺ τῷ λιβέλλῳ, ὅπερ πρὸς ἡμᾶς ἀπέστειλε, ποιεῖν ὑπεσχόμενος· διὰ πάντων ἐπαγγελλόμενος, τοῖς ἡμετέραις o ἀκολουθεῖν ἀποφάσεσι· p δεξάμενος δὲ τὰ γράμματα τοῦ ἐπισκόπου, καὶ συνεπιδέλφου ἡμῶν Φλαουιανοῦ, τελεωτέρου πρὸς αὐτὸν περὶ τούτων, ἅπερ ἔδοξεν ἐφ' ἡμᾶς ἀναφέρειν, ἀνεγράψαμεν· ἵνα τῆς πλάνης ἀπαλειφομένης τῆς νῦν ἀναφυείσης, εἰς ὕμνον, καὶ δόξαν τοῦ Θεοῦ μία πίστις εἴη κατὰ τὸν πάντα κόσμον, καὶ μία, καὶ ἡ αὐτὴ ὁμολογία· καὶ ἵνα τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ

C

D Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός· ἀμήν.

EPI.

BALLER. NOTÆ.

g In marg. edit. Rom. Γουλιανόν.
h In marg. edit. Rom. ἴσως, ἢ τῇ.
i In marg. edit. Rom. πλάνης καταδικασθείσης, μετὰ ταῦτα ἢ περὶ τῆς ἀποκαταστάσεως αὐτοῦ τοῦ ἀμαθοῦς πλανηθέντος σκοπεῖσθαι.
k MS. Ven. εἰ δ' οὕτως: melius quidem, si etiam cetera quomodo sanari possent, indicaret.
l MS. Ven. εἴ γε ὅμως.
m In marg. edit. Rom. φρόνημα.
n MS. Ven. εἰς πλήρης.
o In marg. edit. Rom. ἀκολουθήσειν.
p In eodem marg. ἴσως, δεξάμενοι.
10 *MS. Vindebon.* coll. v. *offendit*.
11 Editiones ante Quesnell. cum *MSS.* coll. XXIV. *auctoritate*. In uno cod. coll. Calchedon. & ad marginem edit. Concil. *ordinavit* pro *ornavit*. Vat. coll. XI. *ornabat*.
12 *Vindebon.* Hisp. *fratrem nostrum*. Mox editi ante Quesn. cum *Vat.* Hisp. & Isid. aliisque inde derivatis *Julianum*, perperam. *Vide* adnot. 81. in epist. 28. *Julium* recte praeferunt utrique codd. *Vindebon.* coll. v. & Hisp. nec non Ratisp. & *MSS.* coll. Cachedon. inter quas *Veron.* 57. cum Graeca versione. Dein habent & *Renatum*. Postea *filium nostrum* in Vindebon. Hisp.
13 Cod. Griman. *pietatis*; & mox *sensus haereticorum* in eodem codice.
14 Ita novem *MSS.* libri Quesn. & undecim nostri, atque Baluzii. Solus *Vat.* 546. coll. XXII. cum editis ante Quesn. *quo inquinatus*, male.
15 Latini codd. coll. Calchedonensis addunt: *Deus vos incolumes custodiat fratres carissimi* al. *Dilectissimi*. Quesnellus notae diei hanc postillam apposuit, nullo indicato codice vel editione: *Al. Id. Maj. vel Id. Januar.* Neutrum usquam in nostris codicibus invenimus. Erroneae quidem sunt hae variantes, cum laudetur epist. 28. ad Flavianum data hoc eodem anno Idibus Junii.

ANNO CHRISTI 449.

* Alias XXXI. Quæ autem 34 erat, nunc 38. 13. Iunii An. 449.

EPISTOLA XXXIV.*

1 Ad JULIANUM Episcopum Coensem.

SYNOPSIS

I. *Eutychen ab unitate fidei excidisse dolet.*
II. *Legatos ad Synodum a latere mittit.*

LEO Episcopus 2 JULIANO Episcopo carissimo Fratri.

CAP. I. Litteræ dilectionis tuæ, quæ mihi nuper sunt redditæ, quam spiritali catholicæ fidei vigeas amore, demonstrant; & multum gaudere me faciunt, quod 3 in eamdem sententiam pia corda concurrunt, ut secundum doctrinam Spiritus sancti impleatur in nobis quod apostolus ait: *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri* JESU CHRISTI, *ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.* Cujus unitatis nimium se Eutyches 4 fecit extraneum, si in sua perversitate veterascit, nec adhuc, quibus vinculis 5 a diabolo sit obligatus, intelligit: & quemquam Sacerdotum Domini reperiendum putat, qui ejus imperitiæ amentiæque consentiat: Diu apud nos incertum fuit, quid in ipso Catholicis displiceret: & cum fratris nostri FLAVIANI nullas litteras sumeremus, ipse autem scriptis suis Nestorianam hæresim repullulare quereretur, non plene potuimus discere, unde procederet, vel quo tenderet tam dolosa Caussatio. Sed postquam gestorum ad nos episcopalium documenta perlata sunt, omnia illa, quæ fallacium querelarum velamine tegebantur, quam essent detestanda, patuerunt.

1. Cor. 1. 10.

ANNO CHRISTI 449.

Et quia Clementissimus Imperator, pro benevolentia ac pietate animi sui, de statu hujus, qui ante honorabilis videbatur, diligentius voluit judicari, atque ob hoc indicendum credidit episcopale Concilium, per fratres nostros 6 JULIUM Episcopum, & RENATUM Presbyterum, sed & filium meum Diaconem HILARUM, quos ex latere meo vice mea misi, ad fratrem nostrum FLAVIANUM sufficientia pro qualitate caussæ scripta direxi, quibus & vestra dilectio, & Ecclesia universa cognoscat, de antiqua & singulari fide, quam indoctus impugnator incessit, quid divinitus traditum teneamus, & quid 7 incommutabiliter prædicemus. Quia tamen non debemus partes miserationis omittere, 8 congruere moderationi credidimus Sacerdotum, ut si condemnatus Presbyter plena satisfactione corrigitur, sententia, qua obstrictus est, relaxetur: si vero in eodem insipientiæ suæ luto jacere delegerit, statuta permaneant; & cum eis habeat sortem, quorum est secutus errorem. Data Idibus Junii, ASTURIO & PROTOGENE viris clarissimis Consulibus.

CAP. II.

Legati a latere.

Miseratio & moderatio Sacerdotes decent.

BALLER. NOTÆ.

1 Hæc epistola inventa est hactenus in solis *MSS.* collect. XII. XVIII. & XIX.
2 Cod. Ratisp. *Juliano Episcopo Coensium.*
3 vulgati *in eadem sententia.* Magis placuit lectio cod. Ratisponensis.
4 Idem editi *facti extraneum, qui in sua.* Codd. *Vat.* & *Venet.* coll. XII. *facti extraneum, qui* &c. Præstiterunt exemplar Ratisponense.
5 vulgati ante Quesnell. *perperam a Domino.*
6 Iidem vulgati cum *MSS.* coll. XII. *Julianum.* Vide Adnot. 81. in Epistol. 28.
7 Ratisp. *immutabiliter.*
8 Ita cum *MS.* Grim. Quesnelli etiam nostri codices. Solum Ratisp. *credimus* pro *credidimus* præfert; & postea omittit vocem *Presbyter*, forte melius. Vulg. ante Quesn. *congrua moderatione credidimus sanctendum ut si* &c.

ADMONITIO

In epistolam sequentem.

1 Verba cap. 1. & 4. *diremimus*, atque *miserimus*, quibus Legati ab Urbe *directi*, & epistola ad Flavianum data Idibus Junii *missa* traditur, indicare videntur sequentem epistolam scriptam fuisse post laudatas litteras ad Flavianum, immo etiam post Legatorum discessum, qui *profecti* dicuntur in ep. 38. data die 23. Julii, quin & ep. 36. data die 20. Junii, ut probabilius ostendemus adnot. 3. in ipsam epistolam; quod tamen in rem præsentem nihilum refert. In eadem ep. 38. memoratur adventus Basilii Diaconi, qui profectis jam Legatis, Flaviani epistolam ad Leonem detulerat. Si is esset idem Basilius, qui Juliani quoque litteras attulisse traditur; multo evidentius hæc epistola scripta dicenda esset post Idus Junias, quando Legati nondum ab Urbe erant profecti. Ita ex duabus epistolis ad Julianum, quas de eadem re eodem die scriptas credere videtur difficile, sola præcedens epistola data fuisset Idibus Junii, sequens vero in posterius tempus protundenda esset. At omnes codices resistunt, & licet collectiones plures ac diversæ sequentem epistolam contineant, in omnibus tamen *Idibus Junii* data notatur.

2 Quesnellus ut hæc conciliet not. 8. observat in aliquibus epistolis, quæ Idus Junii nunc præferunt, nullam fieri Ephesinæ Synodi jam indictæ mentionem. Conjecit autem Leonem acceptis primis Flaviani litteris cum gestis Synodi Constantinopolitanæ consilium cepisse mittendi Legatos quatuor in Orientem, qui rem totam Constantinopoli componerent. Ad hunc unice finem scriptas primum credit *epistolas plures, quæ 13. Junii datæ nunc leguntur.* Solas autem duas dominat, scilicet epist. 28. ad Flavianum, & 32. ad Archimandritas Constantinopolitanos, *in quibus reapse nihil de Synodo habetur, sed de fidei tantum caussa per Legatos curanda.* Addit

dit porro: *At antequam Legati profecti essent, accepta sunt a Leone Theodosii littera, quibus de indicta Synodo monebatur; statimque iidem Legati, qui ad fidei negotium cum Flaviano tractandum destinati erant, ad Synodum directi sunt, eorumque tardata profectio, quo novis litteris scribendis tempus daretur, vel prioribus amplificandis*; & in his de Concilio fit mentio. Hac autem de caussa & anterioribus & ultimis litteris eamdem chronicam notationem *Idibus Junii* affixam innuit.

3 Nemini tamen hæc satisfacere poterunt. Primo enim Flaviani litteras cum gestis Constantinopolitanæ Synodi a Leone acceptas, antequam Theodosii epistola de indicto Concilio deferretur, non solum absque ullo fundamento, verum etiam contra documentorum fidem præsumit. Priores enim Flaviani litteras cum gestis Constantinopolitanis adversus Eutychen se se recepisse Leo significavit solum ep. 27. data die 21. Maji, cum Theodosii epistolam die 13. ejusdem mensis sibi traditam fuisse testetur ep. 31. Præterea ante diem 13. Maji scripta præsumitur celebris ep. 28. ad Flavianum, & Legati jam destinati. At die 21. ejusdem mensis, quo data fuit ep. 27. se eidem ep. 28. scribendæ operam dare profitetur, nondumque cogitasse eam Legatis tradere, inquit enim: *De hac re planius per eum, qui ad nos tuæ dilectionis portavit epistolam, rescribemus*. Epistola autem 31. affirmat; post acceptas Theodosii litteras Legatorum profectioni ordinandæ exiguum tempus superfuisse. *Cum a III. Iduum Majarum*, inquit, *quo Serenitatis ejus scripta suscepimus, major pars reliqui sit temporis assumenda, ut profectio Sacerdotum, qui negotio sufficiant, valeat ordinari*. Secundo etiamsi hæc aliqua ratione conciliari possent in Quesnelli sententia; nondum tamen solvitur alia difficultas, qua dies Iduum Junii signatur in hac epistola, si quidem profectis jam Legatis scripta dicenda sit, ut initio notavimus.

4 Quid ergo? Auctoritatem tot & antiquarum, & præstantissimarum collectionum, quæ nulla variante *Idus Junii* constanter præferunt, deserere nefas ducimus: ac propterea Leonem eadem die duas ad eundem Julianum Coensem dedisse epistolas arbitramur, alteram brevem per Legatos afferendam, longiorem alteram per Basilium Disconum ab illo diversum, qui profectis jam Legatis Flaviani litteras detulit. Verba autem præteriti temporis *direximus*, & *miserimus* nihil movebunt, si considerentur quæ observavimus in admon. 17. ad ep. 22. ubi similia exempla præteriti temporis de re præsenti, vel mox futura ab ipso Leone adhibita allegavimus. Duas autem epistolas eodem die ad eosdem dari a Leonis more alienum non est, ut ex exemplis in admonit. ad ep. 17. laudatis patet.

5 Unum monendum restat quoad Græcam hujus epistolæ versionem, quæ cum in editionibus Conciliorum puncta alicubi præferat lacunas indicantia, de luxato exemplari Romanorum editorum initio dubitavimus. At Græcum textum conferentes cum MS. Vat. 1455. alterius originis ab eo, quo Romani editores usi sunt, ac præterea cum duobus codd. Venetis S. Marci 164. & 555. deprehendimus, nec puncta in illis esse, neque luxationem ullam, sed omnia distincte uno contextu describi; nec tamen, quæ in editionibus Græcis desunt, suppleri. Hinc antiquum Græcum interpretem ea, quæ desiderantur in Græca versione consulto omisisse non improbabiliter coniicimus. Forte Julianus, qui Leonis epist. 93. ad Synodum Nicænam Græce interpretatus videtur, uti animadvertemus in actionem ineditam Concilii Calchedonensis, quam in Appendice publicabimus; hanc quoque ad se missam statim Græce reddidit: & cum magnæ turbæ tunc effervescerent, quæ in Græco desunt, consulto prætermittenda putavit. Libertatem quidem dissimulandi apud Græcos nonnulla alterius epistolæ Leonis ad Synodum Calchedonensem idem Julianus Leoni indicaverat, uti colligitur ex ep. 127. c. 3. Ut autem indicentur quæ in Græca versione omissa fuerunt, ea in Latino textu uncis clausa exhibebimus.

ANNO CHRISTI 449. * Alias XXV. Quæ autem græca 35. erat, nunc 39. 23 Junii an. 449.

EPISTOLA XXXV.

1 Ad JULIANUM Episcopum Coensem.

SYNOPSIS.

I. *Eutrebon spem christianam, omniumque mysteriorum veritatem perimere.*
II. *Utriusque naturæ proprietates in Christo servari.*
III. *Animam Christi non præexstitisse corpori, nec corpus ex nihilo conditum; sed utrumque ejusdem nobiscum esse naturæ.*

2 LEO urbis Romæ Episcopus dilectissimo fratri JULIANO Episcopo.

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Ἰουλιανῷ Λέων Ἐπίσκοπος.

CAP. I. LIcet 3 per nostros, quos ab Urbe 4 pro fidei caussa direximus, plenissimas ad

ΕΙ καὶ διὰ τῶν ἡμετέρων γε, ὧν ἀπεστείλαμεν ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ πρᾶγμα τῆς πί-

BALLER. NOTÆ.

1 Exstat hæc epistola in *MSS.* collectionibus II. V. XI. XII. XIII. & XVII. usque ad XXIV. ac in peculiari codice *Vat.* Reginæ 293. In tabula coll. V. hic titulus legitur c. 88. *Ad Julianum Episcopum de damnatione hæresis Eutychianæ.*

2 Codd. coll. Calchedon. *Dilectissimo Fratri Juliano Leo*, In Ratisponensi ceteroquin emendatissimo hæc erronea inscriptio legitur: *Juvenali Episcopo Hierosolymitano.*

3 MSS. coll. XXI. habent *per eos propter nostros*. Mox editi Leonis ante Quesn. cum MS. Florentino *ad Urbem*. In solo MS. Chig. coll. Calched. omittitur *ab Urbe*.

4 Voces *pro fidei caussa* desunt in septem Quesnelli codicibus indicatis in margine, & in duobus nostris *Vat.* coll.

ANNO CHRISTI 449.

πίστεως, πληρέστατα πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Φλαουιανὸν διεπεμψάμεθα γράμματα κατὰ τῆς πλάνης τῆς πολλῆς ἀσεβείας. ἡμᾶς ἐφοδῶν διὰ τοῦ τόπου ἡμῶν Βασιλείου τὸ γράμματος τῆς σῆς ἀγάπης ἐδεξάμεθα, ὅπερ ἡμῖν ἤρεσε πάνυ, τῷ ζήλῳ τῶ καθολικῶν φρονήματος ζέοντα, καὶ τὸ δὲ τὸ γράμμα, ὅπερ οὐκ ἀπῴδει τῷ γραμμάτων ἐκείνων, καὶ αὐτὸ προσεθήκαμεν· ὥστε ὑπὲρ τῆς ἀληθείας τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν φύσεως, καὶ πανδερῶς τόνας ὑμᾶς a ἀποθέσθαι, οἵ τινες τὸ τοῦ δεσπότου Εὐαγγέλιον ὑβρισθέρειν ἐπιδυμοῦσιν, ἐπειπερ ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν πάσῃ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ μία ἐστὶ μάθησις, καὶ ἡ αὐτὴ διδασκαλία· ἣν ὅστις μὴ δέχεται, οὐκ ἔστι μέλος τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, οὐδ' ἐκείνῳ τοιαύτῃ δοξάζεσθαι τῇ κεφαλῇ, ὃς τὴν οἰκείαν φύσιν ὑβριβεβαιοῦται μὴ κεκτῆσθαι. τί δὲ ὄφελος τῷ ἀμαθεῖ γέροντι, ὀνόματι τῆς τῶν Νεστοριανῶν αἱρέσεως, ἐκείνων ἀποβάλλειν τὴν δόξαν, ὧν τῶν Εὐσεβείαν πίστιν καταλῦσαι μὴ δύνατο; ἀπὸ Νεστόριος ὅσον ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἀπέστη, τὴν θεότητα τοῦ λόγου b χωρίζων ἀπὸ τῆς οὐσίας τοῦ προσληφθέντος ἀνθρώπου, καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς συλλήψεως τῆς παρθένου, τοῦτον ἀπὸ τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ ὅτος ἀφίστη· ὃς τὸν μονογενῆ τοῦ Θεοῦ υἱὸν ἀπὸ τῆς γαστρὸς τῆς μακαρίας παρθένου. νομίζει τεχθέντα, ὡς ἀνθρωπίνη σώματος εἰκόνα ἔχων αὐτόν, ἀνθρωπίνῃ δὲ σαρκὸς μὴ ἀναλήφθαι ἀλήθειαν. c πῶς δ' ἂν πρεπτὸς ψεῦδος τίς οὐκ ἂν ἴδοι πόθεν βλασφημῶν ἀποτέκεται τίκτεται; ὁ γὰρ ἀρνούμενος τὸν ἀληθινὸν ἄνθρωπον τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀναγκαίως πλείστων ὅσων ἐμπαιγμάτων πληρῶται τοῦ διαβόλου· ὃ τοῦτον ὡς οἰκεῖον Ἀπολλινάριος ἔχει, καὶ Οὐαλεντῖνος ἰδιοποιεῖ, καὶ Μανιχαῖος κρατεῖ· οὐδὲ εἷς τὸν τῆς σωτηρίας ὑμῶν τῆς ἀνθρωπίνης σαρκὸς ἐπίστευσε τῶν ἀληθείαν· εἴ τινος δηλαδὴ μὴ ἀληθῶς ἀναληφθείσης, ἢ μόνον εἰς ἄρνησιν πίστεως d τὸ ὅτι κατὰ σάρκα, καὶ ψυχὴν λογικὴν e ὁ ὢν ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ, ὁ αὐτὸς μόνον, ἐν μορφῇ δούλου ἄνθρωπος ἐγένετο· ἀλλὰ γάρ, καὶ ὅτι σταυρωθεὶς, καὶ ἀποθανὼν, καὶ ταφεὶς, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη·

A fratrem 5 nostrum FLAVIANUM litteras misimus contra nimia impietatis errorem; tamen quia per filium nostrum BASILIUM Diaconem scripta tua dilectionis accepimus, quæ multum nobis catholici sensus fervore placuerunt, etiam hanc paginam quæ illis epistolis consonaret, adjecimus: ut 6 unanimiter atque constanter, his qui Evangelium Christi corrumpere cupiunt, resistatis: quoniam sancti Spiritus in nobis atque in vobis una est eruditio, eademque doctrina: quam 7 quicumque non recipit, non est membrum corporis Christi; nec potest eo capite gloriari, in quo naturam suam asserit non B haberi. Quid autem prodest imprudentissimo seni, Nestorianæ hæreseos nomine, eorum lacerare opinionem, quorum piissimam convellere non potest fidem; cum quantum Nestorius a veritate discessit, Deitatem Verbi ab assumti hominis substantia 8 separando, tantum a recto tramite etiam iste desciscat, qui unigenitum Dei Filium sic de utero beatæ Virginis prædicat natum, ut humani quidem corporis speciem gesserit, sed humanæ carnis veritas Verbo unita non fuerit? De quo prodigio falsitatis quis non videat, quæ opinionum monstra nascantur? 9 C Qui enim negat verum hominem JESUM CHRISTUM, necesse est ut multis impietatibus impleatur, eumque aut Apollinaris sibi vindicet, aut Valentinus usurpet, aut Manichæus obtineat: quorum nullus in Christo humanæ carnis credidit veritatem. Qua utique non recepta, non solum quod secundum carnem atque animam rationalem, qui erat in forma Dei, maneus idem in forma servi, homo natus denegatur; sed etiam, quod crucifixus est & mortuus ac se- D

Mos hæreticorum, ut Catholicis eorum fictæ imponant.

BALLER. NOTÆ.

a In marg. edit. Rom. ἵνας, ἀνεπιῶνται.

b Ita juxta textum Latinum, *ab assumti hominis substantia separando*, restituimus hunc locum ope *MSS.* Ven. & Vat. In vulgatis, χωρίζων ἀπὸ τοῦ προσληφθέντος ἀνθρώπου.

c In marg. edit. Rom. ἀφ' οὗ.

d In marg. edit. Rom. ἵνας, ὦ.

e MS. Ven. ὁ Θεὸς ὢν ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ.

coll. XI. & Florentino coll. XIII. Idem Quesnellus not. 8. has voces expungendas credit, *ut quæ*, inquit, *ex Græca versione in textum Latinum irrepserunt, quæ versio longe plura habet a textu originali discrepantia*. Perperam: exstant enim in tredecim nostris codicibus, inter quos Vindebonensis coll. V. & Ratisponensis a Græco non pendent, ipsi etiam MSS. libri Latini collectionis Calchedonensis adeo non dimanant a Græca versione, ut careant quibusdam additamentis, quæ sunt in Græco textu, & tria membra exhibeant, quæ in Græco desiderantur: unde Latinus textus hujus collectionis ab ipso originali Leonis originem ducit.

5 Vocem *nostrum* a Quesnello insertam omittunt plerique nostri codices, sicut & anteriores editiones. At illam exhibent MSS. Vindebon. coll. V. & Florentin. coll. XIII. ac Græca versio.

6 Græca versio, observante etiam Quesnello not. 1. addit: *pro veritate humanitatis Christi*. Post pauca loco verborum *in nobis atque in vobis* eadem Græca versio, Quesnello pariter animadvertente not. 2. habet *in universa catholica Ecclesia*.

7 MSS. Veron. 37. Vindebon. coll. V. *Vat.* coll. XI. & Ratisp. *quisque*, vel *quisquis non recepit*. Mox codd. coll. XXI. *nec membrum corporis Christi esse potest, nec capite gloriari*.

8 Græca versio, observante Quesn. not. 3. addit: *& ab ipsa Virginis conceptione*. Dein aliqui codd. *discedat* pro *desciscat*.

9 Potior visa est hac lectio, quam codex Ratisponensis, & quatuor nostri ac totidem Balazii coll. Calchedon. approbant. Concinit etiam Græca versio. Quesnellus cum suis *MSS.* Thuan. Grim. Corbej. & Victor. ac Surio: *Qui enim negat mediatorem Dei & hominum hominem Jesum Christum*. Ceteri editi cum *MS. Vindebon.* coll. V. & codd. coll. XXI. ac XXIV. atque exemplo Sichardi: *Negatur enim mediatoris Dei & hominum hominis Jesu Christi necessitas* &c. Cod. *Vat.* coll. XI. *Negato enim mediatore Dei & hominum hominis Jesu Christo necessitas est* &c. Mox pro *impleatur* Quesnellus in marg. al. *implicetur*.

ANNO CHRISTI 449.

pultus, quodque die tertio 10 resurrexit, & quod ad dexteram Patris 11 sedens ad judicandos vivos & mortuos, in eo corpore sit venturus, in quo est judicatus 12, abnuitur: quia hæc redemtionis nostræ sacramenta vacuantur, si Christus veram veri hominis, totamque naturam suscepisse non creditur.

CAP. II. An quia manifesta erant signa divina, falsa dicentur documenta corporea: & testimonia utriusque naturæ valebunt, ut creator intelligatur: non valebunt, ut creatura salvetur? Quod Deitatis est, caro non minuit; quod carnis est, Deitas non peremit. Idem enim & sempiternus ex Patre, & temporalis ex matre: in sua virtute inviolabilis, in nostra infirmitate passibilis: in Deitate Trinitatis cum Patre & Spiritu sancto unius ejusdemque naturæ; in susceptione autem hominis non unius substantiæ, sed unius ejusdemque personæ: (ut idem esset dives in paupertate, omnipotens in abjectione, impassibilis in supplicio, immortalis in morte.) Nec enim Verbum aut in carnem, aut in animam aliqua sui parte conversum est; cum simplex & incommutabilis natura Deitatis, tota in sua sit semper essentia, nec damnum sui recipiens, nec augmentum: & sic assumtam naturam beatificans, ut glorificata in glorificante permaneat. (Cur autem inconveniens, aut impossibile videatur, ut Verbum, & caro atque anima unus JESUS CHRISTUS, & unus Dei hominisque sit filius, si caro, & anima, quæ dissimilium naturarum sunt, unam faciunt, etiam sine Verbi incarnatione personam: cum multo sit facilius, ut hanc unitatem sui atque hominis Deitatis præstet potestas, quam ut eam in substantiis 13 suis obtineat solius humanitatis infirmitas?) Nec Verbum igitur in carnem, nec in Verbum caro mutata est; sed utrumque in uno manet, & unus in utroque est, non diversitate divisus, non permixtione confusus: nec alter ex Patre, alter ex matre; sed idem aliter ex Patre ante 14 omne principium, aliter de matre in fine sæculorum: ut esset *mediator Dei & hominum homo* JESUS CHRISTUS, in quo inhabitaret *plenitudo Divinitatis corporaliter*; quia assumti, non assumentis provectio est, quod *Deus illum exaltavit, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus* JESUS 15 CHRISTUS *in gloria est Dei Patris.*

Unitas personæ in Christo ex hominis unitate arguitur.

1 Tim. 2. 5. Colos. 2. 9.

Philip. 2. 9.

A καὶ ὅτι f καθεζόμενος ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς, ἐπὶ τῆς κρίσεων ζῶντας, καὶ νεκρὸς, ἐν τούτῳ τῷ σώματι ἐν ᾧ ἐκρίθη, ἐν ᾧπερ καὶ κατεδικάσθη, ἀναθεμαῖνει ὁμολογεῖ· ταῦτα γὰρ ἅπαντα τῆς ἡμετέρας λυτρώσεως τὰ μυστήρια ματαιοῦται, ἐὰν ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς ὢν ἀληθὴς, g τὸν ἀληθῶς ἀνθρώπου τλῶ ὅλου φύσιν ἀνελλιπῶς ὑπεδέξατο· h καὶ ἐπειδήπερ ἀληθῆ τὰ θεῖα σημεῖα γεγένηται, ψευδῆ τὰ δι' τοῦ σώματος ἀποδεικνύμενα λέγεται, ὥστε τὰς μαρτυρίας ἑκατέρας τῆς φύσεως ἔχειν μὴ, ἵ ὅπως ὁ σωτὴρ νοεῖσθαι δυνηθῇ μὴ ἔχων δὲ, ἀφ' ὧν μέλλει τὸ ἡμέτερον γένος σωθῆναι; ὁ τοίνυν ἐστὶ θεότητος, ἡ σὰρξ οὐκ ἐμείωσεν· k ὃ δὲ ἐστὶ σαρκὸς, ἡ θεότης οὐκ ἐφθειρεν· ὁ γὰρ αὐτὸς ἐστὶ καὶ προαιώνιος ἐκ πατρὸς, καὶ κατὰ χρόνους ἀπὸ μητρὸς· καὶ ἐπὶ μὲν τῆς οἰκείας δυνάμεως ἄφθαρτος. ἐπὶ δὲ τῆς ἀσθενείας τῆς ἡμῶν παθητὸς· καὶ ὃν μὲν τὸν ἔχειδε τῆς θεότητος μετὰ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, μιᾶς, καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως, ὃν δὲ τῷ μυστηρίῳ τοῦ ἀνελληφθέντος l ἀνθρώπου, ἡ μιᾶς οὐσίας, ἀλλ' ἑνὸς προσώπου, καὶ τοῦ αὐτοῦ. ὅπερ γὰρ ὁ λόγος εἰς σῶμα, ἢ εἰς ψυχὴν κατὰ τι μέρος οἰκεῖον ἐξέπη· ὅτοτε ἁπλῆ, καὶ ἀναλλοίωτος ἡ τῆς θεότητος φύσις, ὅλη ὑπὸ τῇ οἰκείᾳ αἰεὶ ὑπάρχει οὐσίᾳ, οὐδεμίαν ἑαυτῆς μειώσιν δεχομένη, ὅτε προσλήψεως· καὶ πάλιν, ὅπω τὸν προσληφθέντα μακαρίσαν m ἀποπλέσασα φύσιν, ἵνα ἡ δοξασθεῖσα ὑπὸ τοῦ δοξάσαντος μεμένηκεν τυγχάνῃ. ὅπε ὅν ὁ λόγος εἰς σῶμα, ὡς εἴπομεν, ὅτε εἰς λόγον τὸ σῶμα ἠλλοίωται· ἀλλ' ἑκάτερον ὑπὸ ἑνὶ, καὶ n ἐν ἀμφοτέροις ὁ εἷς· ὁ διαφορᾷ διηρημένος· ὁ τῷ μεμίχθαι συγχεχυμένος· ὥστε ἕτερος μὲν ἐκ πατρὸς, ἕτερος δὲ ἐκ μητρὸς· ἀλλ' ὁ αὐτὸς ἄλλως μὲν ἐκ πατρὸς πρὸ πάσης ἀρχῆς· ἄλλως δὲ ἐκ μητρὸς ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν· ἵνα γένηται μεσίτης Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς· ἐν ᾧ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς κατοικεῖ· ἐπειδήπερ τοῦ προσληφθέντος, ὁ τοῦ προσλαβόντος ἐστὶν ἡ προκοπή· ὅτι καθάπερ ὁ Απόστολος λέγει·

ANNO CHRISTI 449.

ὁ Θεὸς

BALLER NOTÆ

f Abest καθεζόμενος a MS. Ven.

g MS. Ven. τὸν ἀληθῶς ἀνθρώπου ἐν ἑνὶ φύσιν ἀνελλιπῶς mendose. Etiam MS. Vat. habet ἑνὶ.

h In marg. edit. Rom. ὅ.

i In marg. edit. Rom. ὥστε φλάσεις νοεῖσθαι μὴ ἔχω (leg. ἔχων) δὲ, ἀφ' ὧν μέλλει νοεῖσθαι (leg. νοεῖσθαι) ὁ φλάσμα. In MSS. vero Ven. & Vat. hanc ultimam verba sic, sed corruptissime, repræsentantur: ἀφ' ὧν μέλλει φ φλάσμα. ἡ μόνον γενεσιάνη σωθῆναι.

k MS. Ven. ὁ δὲ ἐν ἐστι.

l MS. Ven. & Vat. ἀνθρώπου, ἤτοι προσώπου.

m Ita ex MS. Vat. legendum. Videtur suffragari etiam Ven. cod. qui habet ἀποπλέσασα. Male in vulgatis ἀποπλέσας.

n MS. Ven. ὁ ἀμφοτέρος: sicque notatur etiam in marg. edit. Rom.

10 Vulgati ante Quesn. addunt *a mortuis*: delent *MSS.* etiam Quesnelli, & Baluzii, ac Græca versio.

11 Ratisp. *sedet*, & *ad judicandos*.

12 Vulgati ante Quesn. addunt *ad mortem*: codices ignorant, ac interpretatio Græca.

13 Cod. ex Ratisp. delet *suis*.

14 Idem codex delet *omne*.

15 Duo codd. omittunt nomen *Christus*.

ANNO CHRISTI 449.

ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε, καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός· τοιγαροῦν ἡ κατὰ σάρκα τοῦ δεσπότου ἄρνησις, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἔχει τινὰς ἰδιότητας, δι' ὧν τὸ τῆς ἀνθρωπίνης παροδοῦ τῆς εἰς τὸν βίον ὑπερβαίνει προσίμια, ἔστι καθὸ μόνος ἐξ ἀγίου πνεύματος ἀπὸ ἀφθάρτου παρθένου χωρὶς ἐπιθυμίας συλληφθεὶς ἐστι, καὶ τεχθεὶς, ἔστι καθὸ ὅπως ἐκ τῆς γαστρὸς ἧς μητρὸς ἀπεκυήσθη, ὥστε καὶ τὸν ἀγονίαν τεκεῖν, καὶ μεῖναι τὴν παρθενίαν. ὅμως οὐχ ἑτέρας ἢ φύσεως ἡ τούτου σάρξ, ἥπερ ἐστὶν ἡ τῆς ἡμῶν· οὐδὲ καθ' ἑτέραν ἀρχὴν συνεστάθη τούτῳ ἡ ψυχὴ παρὰ τὰς ἄλλας ἀνθρώπους, ἢ τις ὑπερέχειν ἢ κατὰ τὸ τοῦ γένους διάφορον, ἀλλὰ κατὰ τὸ τῆς δυνάμεων ὑπερβάλλειν. καὶ γὰρ οὐδὲν εἶχον συμπαθὲς ἐξ ἐπιθυμίας σαρκός· ἐπειπερ ἥκμαζον ἀείθησις τοῦ σώματος δίχα νόμου τινὸς ἁμαρτήματος, καὶ ἡ ἀληθεστάτη τῆς κινήσεως ὑπὸ τῆς θειότητος, καὶ τῆς τῆς διανοίας ἔσχε· ὅπερ ἐπηρεάζετο διὰ τῆς δελεασμάτων, ὅπερ παρεχώρει τοῖς παθεσιν. ὥστε ὁ ἀληθὴς Θεὸς ἄνθρωπος ἐγένετο· καὶ ὅπερ κατὰ προϋπάρχουσαν ψυχὴν ἐξ οὐρανοῦ κατεσταθεὶς, ὅπερ κατὰ σάρκα ἐκ τινος τοιούτου προσληφθεὶς, ἢ τεχθεὶς ἐκ τοῦ μηδενός· ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἔχων σὺν θειότητι, καὶ ἀνθρωπότητι πρόσωπον, καὶ τὴν κοινὴν ἡμῶν κρᾶσιν φύσιν σὺν σώματι καὶ ψυχῇ· ἡ γὰρ ἂν ἦν Θεὸς, καὶ ἀνθρώπων μέσιτης, εἰ μὴ ὁ αὐτὸς Θεὸς, καὶ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος σὺν τῷ αὐτῷ, καὶ ἐξ ὑπῆρχον, καὶ ἀληθὴς. καὶ κινεῖ ἡμᾶς, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, πρὸς διαλέξεως πλάτος τὸ τῆς ὑποθέσεως μέγεθος· ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀγάπην τοῦ σὴν ἡ δόξα πλειόνων ἕνεκα κάμοιν, ὁπόταν μάλιστα καὶ περὶ τῆδε δόξα τῷ τε ἡμετέρων, ὡς προσήκει, πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Φλαυια-

A (In eo quod Eutyches in episcopali judicio ausus est dicere, *ante Incarnationem duas in Christo fuisse naturas; post Incarnationem autem, unam*: necessarium fuerat, ut ad reddendam rationem professionis suæ crebris atque sollicitis judicum interrogationibus urgeretur; ne tamquam inane aliquid præterfluereret, quod non nisi de haustu venenatorum dogmatum apparebat 16 effusum. Arbitror enim talia loquentem hoc habere persuasum, quod anima, quam Salvator assumsit, prius in cælis sit commorata, quam de Maria virgine nasceretur, eamque sibi Verbum in utero 17 copularet. Sed hoc catholicæ mentes aureique non tolerant: quia nihil secum Dominus de cælo veniens nostræ conditionis exhibuit: nec animam enim, quæ anterior extitisset, nec carnem, quæ non materni corporis esset, accepit. Natura quippe nostra non sic assumpta est, ut prius 18 creata, post assumeretur; sed ut ipsa assumptione crearetur. Unde quod in ORIGENE merito damnatum est, qui animarum, antequam 19 corporibus insererentur, non solum vitam, sed & diversas fuisse asserit actiones: necesse est ut etiam in isto, nisi maluerit sententiam 20 abdicare, plectatur.) Nativitas enim Domini secundum carnem, quamvis habeat quædam propria, quibus humanæ conditionis initia transcendat, sive quod solus 21 ab inviolata virgine sine concupiscentia est conceptus & natus, sive quod ita visceribus matris est editus, ut & secunditas pareret, & virginitas permaneret; non alterius tamen naturæ erat ejus caro, quam 22 nostra; nec alio illi, quam ceteris hominibus, anima est inspirata principio, quæ excelleret, non diversitate generis, sed sublimitate virtutis. Nihil enim carnis suæ habebat adversum, (23 nec discordia desideriorum gignebat compugnantiam voluntatum.) Sensus corporei vigebant 24 sine lege peccati; & veritas affectionum sub moderamine Deitatis & mentis, nec tentabatur illecebris, nec cedebat injuriis. Verus homo vero unitus est Deo, nec secundum existentem prius animam deductus est 25 e cælo, nec secundum carnem creatus ex nihilo; 26 eamdem gerens in Verbi Deitate per-

ANNO CHRISTI 449. CAP. III. Eutychis error.

Error Origenis circa animas.

Caro Christi & anima nostris similes.

Affectionum veritas in Christo.

BALER. NOTÆ.

o In marg. edit. Rom. ὁ ἀληθὴς Θεὸς, καὶ ἀληθὴς ἄνθρωπος ex Lat.

p MSS. Ven. & Vat. κατεχθὲς.

q MSS. Ven. & Vat. ὡ αὐτὸ ἐμὶν ἔχων pessime.

r Vulgati omittunt *de*: quod tamen supplendum ex MS. Vat., ut vis verbi *esset*, quod est in Latino textu, exprimatur.

s Deest τοι, sed male, in MS. Ven.

t Abest ἡμετέρων, sed perperam, a MS. Ven.

16 Ita omnes nostri codices & editi ante Quesn. apud quem *effusum*, & in marg. Ed. *effusum*.

17 Ratisp. cum codd. coll. XXI. & editis Leonis anterioribus Quesnello *copularit*.

18 Quesn. in margine Al. *creata sumeretur*.

19 Veron. 57. *in corporibus*. Mox pro *insererentur*, Quesn. in marg. Al. *miscerentur*. Dein editi & aliqui codd. *non solum vitae*. Quesnelli emendationem nosse: cod. Vindebon. coll. V. & omnes coll. Calched. approbant.

20 Ratispon. addit *suam*.

21 Omnes MSS. libri coll. Calchedon. & Græca versio, nec non Sicardus cum codd. coll. XXIV. & vulgatis Quesnello anterioribus addunt *ex Spiritu Sancto*. Ceteri nostri codd. & novem Quesnelli ab eo citati not. 5. hæc voces ignorant. Mox *sine concupiscentia carnis* in codd. coll. XI. & XXI. atque in vulgatis ante Quesnel. qui vocem *carnis* in aliis nostris, & Baluzii MSS. omissam auctoritate suorum codicum rectius expunxit.

22 Ita ex Ratisponensi ac tribus MS. coll. Calched. & ex Vat. coll. XI. Alias *nostra*.

23 Unus noster codex cum editis Conciliorum *nec discordiam desideriorum gignebat compugnantia* (Editi *compugnantia*) *voluntatum*. Ratisponensis: *Nec discordia desideriorum gignebat compugnantia voluntatum*: ubi vel *discordia* pro *discordiam* perperam scriptum fuit, vel *compugnantia* pro *compugnantiam*.

24 Cod. Corb. Quesnelli *sine sordo peccati*.

25 MS. Ratisp. *Tu ado*. Quiddam codd. *deductus e celo* omisso verbo *est*.

26 In Græca versione, Quesnello observante not. 7. sic: *sed eamdem habens in Divinitate & humanitate personam*.

ANNO CHRISTI 449.

1 Tim. 2. 5.

personam, & tenens communem nobiscum in corpore animaque naturam. Non enim esset Dei hominumque mediator, nisi idem Deus, idemque homo in utroque & unus esset & verus. 27 Incitat quidem nos ad latitudinem differendi materiæ magnitudo; sed apud eruditionem tuam non est 28 copiose laborandum: præsertim cum jam per nostros ad fratrem FLAVIANUM sufficientes literas miserimus, ad confirmandos animos non solum Sacerdotum, sed etiam laicorum. Præstabit, ut credimus, misericordia Dei, ut absque cujusquam animæ detrimento possint adversum diaboli dolos, & sana defendi, & vulnerata curari. 29 Data Idibus Junii, ASTURIO & PROTOGENE viris clarissimis Consulibus.

A νὸν τὰ ἀρκοῦντα ἀπεστάλκαμεν γράμματα, οὐχὶ τὸ μὴ μόνον τοὺς τῆς ἱερέων βεβαιοτέρους ἐργάσασθαι λογισμοὺς, u ἀλλὰ κ τοὺς τῆς λαϊκῶν. παρόντος δὲ, ὥσπερ πιστεύομεν, ὁ ἔλεος τοῦ Θεοῦ, ὥστε δίχα τοῦ γενέσθαι ζημίαν ψυχῆς τινος δυνατοὶ εἶναι κατὰ τῆς τοῦ διαβόλου βελῶν, κ τὰ ὑγιῆ διαφυλαχθῆναι, κ τὰ τραυματισθέντα θεραπευθῆναι. ὁ Θεὸς ὑγιαίνοντάσι x διαφυλάξοι, ἀδελφὲ τιμιώτατε.

ANNO CHRISTI 449.

Alias XXXII. Quæ autem 38 erat, nunc 40 23 Junii an. 449.

EPISTOLA XXXVI.*

1 Ad FLAVIANUM, Episcopum Constantinopolitanum.

SYNOPSIS.

Litteras & gesta Synodi adversus Eutychem se accepisse monet.

FLAVIANO carissimo fratri LEO Papa.

Litteras tuæ dilectionis accepi cum gestis, quæ apud vos 2 de fidei quæstione confecta sunt. Et quia clementissimus Imperator pro Ecclesiæ pace sollicitus Synodum voluit congregari, quamvis evidenter appareat, rem, de qua agitur, nequaquam synodali indigere tractatu; tamen, frater carissime, 3 subsecutos esse significo, quos in hac re placuit destinare. Nec necessarium fuit, nunc amplius scribi, cum propitio Deo, de his quæ caussæ credimus convenire, per ea, quæ ipsi portabunt scripta, sit plenius instruendus. Data 4 duodecimo Kalendas Julii ASTURIO & PROTOGENE viris clarissimis Consulibus.

C

EPISTOLA XXXVII.*

1 Ad THEODOSIUM Augustum.

* Al. XXXIII. Quæ autem antea 37. erat, nunc 43. 20. Junii an 449.

SYNOPSIS.

Fidei & confessionis unitatem esse servandam. Legatos ad Synodum Ephesinam missos, ad quam ut se conferret, necessitas non finit.

LEO THEODOSIO Augusto.

D Acceptis Clementiæ vestræ litteris, multum universali Ecclesiæ gaudendum esse per-

---

BALLER. NOTÆ.

u MS. Ven. ἀλλ' γὰρ [illegible].

x Sic ex MS. Vat. Latino cohærentius. Vulgati φυλάξω.

1 Cod. Ratisp. *Incitat enim nos*. Chig. coll. Calchedon. *At incitet quidem nos*. Græca versio addit, *frater honorabilissime*.

28 Melior visa est hæc lectio cod. Florentini, quam aliorum & editorum *copia laborandum*.

29 Græca versio addit: *Deus te servet incolumem, honorabilissime frater*.

1 Edita fuit hæc epistola a Merlino ex MSS. coll. XII. Quesnellus eamdem invenit in cod. Grimanico coll. XVIII. Nos solos codices collect. XII. conferre potuimus. Leo autem hac epistola respondet epistolæ 26. Flaviani. 2 Editi ante Quesn. cum MSS. coll. XII. *super fidei quæstione*.

3 Ita anteriores editiones cum nostris codd. coll. XII. Vat. & Veneto. Quesnellus ex Grimanico emendandum putavit *subsecuturos*, quia Legatos nondum profectos liquere censuit tum ex hac epistola ob verbum futuri temporis *portabunt*, tum ex epist. 38. data 23. Julii, ubi Legati profecti traduntur. Hæc paucis indicavit in marginali postilla scribens: *At nondum profectos esse legatos constat ex hac epistola, & ex 34. nunc 38.* Sed hæc nihil evincunt. *Portabunt* enim dici potuit de Legatis jam profectis, qui tamen nondum Constantinopolim pervenerant. *Profecti* autem affirmantur Legati epist. 38. cum Basilius Flaviani litteras attulit: quod verum est, etiamsi illi ante diem 20 Julii discessisse credantur. Id autem nobis satis probabile est tum ex data Iduum Junii, qua præcedentes epistolæ per Legatos transmissæ, paullo ante eorum profectionem signatæ videntur, tum ex die Kalendarum Augusti Ephesino Concilio præstituta, quæ longiores Legatorum moras in Urbe nequaquam ferebat. Hæc satis videntur ad præferendam vocem *subsecutos*. Hinc epist. 39. *frequenter per occasiones idoneas* litteræ ad Flavianum scriptæ dicuntur: quod epistolam 38. per Legatos tunc transmissos directam, hanc vero & epist. 38. aliis occasionibus post Legatorum discessum missas non obscure indicat. Quod si Flaviani litteræ cum Constantinopolitanis in Eutychem gestis a Leone acceptæ, quæ hic indicantur, quæque procul dubio sunt secundæ ejusdem litteræ (priores enim Leo acceperat ante diem 27. Maji ex epist. 27.) si, inquam, hæ secundæ Flaviani litteræ eædem sunt, ac *scripta* ejusdem ad Leonem memorata in ep. 38. ut Quesnellus præsumsit (vide adnot. 2. in eamdem epist. 38.) cum hæc *scripta* per Basilium allata Leo acceperit *profectis* Legatis; multo evidentius demonstratur legendum *subsecutos*; nec Quesnellus satis cohærenter *subsecuturos* potuit inserere in laudata ejus hypotesi, de qua tamen confer quæ in citata adnot. 2. observabimus.

4 Ita melius ex cod. Grimanico Quesnellus emendavit, quam in editis ex MS. coll. XII. *XV. Kal.* ubi facile librariorum lapsu *II.* in *V.* juxtis unitatibus migrare potuit. Eodem scilicet die XII. Kalendarum Julii data tum subsequens ad Theodosium epistola, cujus occasione hanc quoque ad Flavianum Leo statim reddidisse videtur.

1 Exstat hæc epistola in MSS. coll. XII. XVIII. & XIX. Hac autem Leonem respondere credimus eidem Imperiali evocatoriæ epistolæ ad Synodum Ephesinam, cui per Legatos antea responderat epistola 29. Duplicem enim evocatoriam a Theodosio ad Leonem datam fuisse, cui duplex responsio reddita fuerit, incredibile est. In ea vero rerum perturbatione, & angustia temporis Synodo præfiniti, cum S. Pontifex fortassis timeret, ne Legati Ephesini potiores, quam Constantinopolim contendentes, priores illas litteras Theodosio traderent, novam hanc epistolam alia occasione Constantinopolim ad eumdem scribendam putavit.

ANNO CHRISTI 449.

perspexi, quod christianam fidem, qua 2 divina Trinitas honoratur & colitur, in nullo dissimilem, in nullo vultis esse discordem. Quid enim rebus humanis ad exorandam misericordiam Dei efficacius suffragetur, quam si una gratiarum actio, & unius confessionis sacrificium majestati ejus ab omnibus offeratur? 3 In quo Sacerdotum & cunctorum fidelium ita demum erit plena devotio, si in his, quæ per unicum Dei Filium Deum Verbum pro nostra redemtione sunt gesta, nihil aliud sentiatur, quam quod 4 ipse de se & prædicari jussit & credi. Unde quamvis 5 ad diem, quem Concilio episcopali pietas vestra constituit, occurrere me ratio nulla permittat; cum nec aliqua 6 ex hoc ante exempla præcesserint, & temporalis necessitas me non patiatur deserere civitatem; præsertim cum tam evidens fidei caussa sit, ut 7 rationabilius ab indicenda Synodo fuisset abstinendum: tamen in quantum Dominus juvare dignatur, meum studium commodavi, ut Clementiæ vestræ statutis aliquatenus pareatur, ordinatis hinc fratribus meis, qui amputandis scandalis pro caussæ 8 qualitate sufficiant, quique præsentiæ meæ impleant vicem: quia non talis quæstio orta est, 9 de qua aut possit, aut debeat dubitari. Data 10 duodecimo Kalendas Julii, Asturio & Protogene viris clarissimis Consulibus.

Romanus Pontifex ad orientales partes non pertinet caussa Synodi.

* Alias XXXIV. Quæ autem 38 erat, nunc 42.

23 Julii an. 449.

EPISTOLA XXXVIII. *

1 Ad Flavianum Episcopum CP.

SYNOPSIS.

Eum de receptis litteris monet; de fide defensa laudat; ad misericordiam, si hæreticus resipiscit, hortatur.

Leo Flaviano Episcopo Constantinopolitano.

PRofectis jam nostris, quos ad vos in fidei caussa direximus, per filium nostrum Basilium Diaconem 2 scripta tuæ dilectionis accepimus, quibus merito parum de negotio communis sollicitudinis 3 indidisti, quoniam & gesta 4 ante delata, de omnibus nos sufficienter instruxerant, & ad familiarem interrogationem idoneus erat sermo prædicti, per quem nunc alloquia reddentes, dilectionem tuam per Dei nostri gratiam, 5 in qua fidimus, cohortamur, utentes verbis apostolicis, atque dicentes: *In nullo terreamini ab adversariis, quæ est illis caussa perditionis, vobis autem salutis.* Quid enim tam exitiabile, quam negata 6 veritate Incarnationis Christi, omnem spem salutis humanæ velle dissolvere, & Apostolo contraire dicenti manifeste: *Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne?* 7 Quid tam gloriosum, quam contra inimicos Nativitatis & Crucis Christi pro fide evangelica dimicare? De cujus purissimo lumine, invictaque virtute, datis jam ad tuam dilectionem litteris, quid in nostro esset corde, patefecimus: 8 ne de his, quæ secundum doctrinam catholicam didicimus & docemus, aliquid inter nos videri possit ambiguum. Quia vero tam clara & tam valida sunt testimonia veritatis, ut nimis cæcus, nimisque obduratus habendus sit, qui ad coruscationem lucis atque rationis non confestim se a tenebris falsitatis excusserit; ad curandam imperitorum insaniam, etiam patientiæ vos adhibere volumus medicinam: ut per paternas increpationes hi, qui in senectute carnis suæ mente sunt parvuli, discant obedire majoribus. Ac si deposita imperitiæ suæ vanitate resipiscunt, omnique errore damnato fidem veram singularemque suscipiunt 9 misericordia eisdem episcopalis benevolentiæ non negetur: mansuro judicio, quod præcessit, si impietas merito condemnata, in sua pravitate perstiterit. Data decimo Kalendas Augusti, Asturio & Protogene viris clarissimis Consulibus.

Philip. 1. 28.

1. Tim. 3. 16.

Nihil gloriosius quam fidem propugnare.

EPI-

BALLER. NOTÆ.

2 Ita Ratisponen. coll. XIX. cum Grimanico & Herovalliano Quesnelli. Aliæ editiones cum MS. Veneto coll. XII. *Divinitas honoratur*, & postea *in nullo vnis*.

3 Sic ex nostris codicibus coll. XII. & XIX. cum editis ante Quesn. apud quem *in qua*.

5 Hanc Quesnelli lectionem approbat cod. Ven. coll. XII. Ratisp. omittit primum &. Alii editi *ipse prædicari de se jussit*.

5 Præferimus lectionem cod. Ratisponensis. Alias *ad diem Concilii episcopalis, quem Pietas*.

6 Sic codex Venetus cum Quesnello. Ratisp. *ex hac parte exempla*. Ceteræ editiones omittunt *ante*.

7 Sic nostri codices cum duobus Quesnelli. Alii editi *rationabilibus caussis*. Mox in Ratisp. *abstentum* pro *abstinendum*.

8 Ita Ratisp. cum Grim. & epist. 34. Codex Venetus cum aliis editis *æquitate*.

9 Sic nostri codd. cum Grim. al. *unde* pro *de qua*. Ratisp. omittit primum *aut*.

10 Solus Grimen. cod. *XIII. Kal.*

1 Continetur hæc epistola in MSS. coll. XII. & Ratisp. coll. XIX.

2 Hæc *scripta* Quesnellus in postilla ad marginem vocavit *secundum Flaviani ad Leonem epistolam*, quod iterum ingerit Diss. I. ad an. 449. num. 3. Indicaretur ergo epistola 26. quam cum Constantinopolitanis in Eutychem gestis a Flaviano secundo missam probavimus in admonitione ad epist. 22. Sed non videmur quomodo de epist. 26. vel, si placet, de epist. 22. quam Quesnellus secundam censuit, Leo hic potuerit affirmare, in ea Flavianum *parum de negotio indidisse*: & quomodo epist. 39. de Basilio Diacono, qui has litteras detulit, potuerit scribere: *Basilium ad te, ut voluerat, ipse remisimus*: quæ indicant aliquid in iisdem litteris fuisse insertum de remittendo citius Basilio, cujus tamen nec in epist. 26. nec in epist 22. ulla mentio est. Serius etiam multo videretur remissus, si delata per ipsum epistola secunda Flaviani cum Constantinopolitanis gestis ante diem 20. Junii ex epist. 27. Solum paullo ante diem 23. Julii fuisset remissus. Hinc autem tertiam, quæ desideratur, Flaviani epistolam a Basilio Julio mense allatam hic indicari probabilius credimus.

3 MSS. coll. XII. cum editis ante Quesn. *indidisset*, & in margine *indidisti*, ut in nostro Ratisponensi.

4 Indicantur gesta ante Basilii adventum delata primum cum ep. 22. deinde cum ep. 26.

5 Sic ex nostris codd. Ratisp. & coll. XII. cum editis ante Quesnellum, apud quem *in qua*.

6 Codd. Vat. & Venetus coll. XII. *veritate carnis Christi*.

7 Ratisp. *Et*, *ad tam*. Mox in laudatis MSS. coll. XII. desunt voces *nativitatis* &.

8 Sic MS. Ratisp. Alias *de illis*. Postea in eodem codice *videri posset*.

9 Ita nostri codices & vulgati ante Quesn. qui præmittit *misericordia eisdem episcopalis benevolentia non negetur*.

ANNO CHRISTI 449.
* Alias XXXV. Quæ autem 39. erat, nunc 43. 22. August. ann. 449.

EPISTOLA XXXIX.*

1 Ad eumdem Flavianum Episcopum Constantinopolitanum.

SYNOPSIS.

De ejus silentio conqueritur, cujus caussa Leoni *tunc ignota erat Ephesina deprædatio.*

Leo Episcopus Flaviano Episcopo.

A Uget sollicitudinem nostram taciturnitas tua, quod jamdiu nulla dilectionis tuæ scripta suscepimus; cum nos curarum tuarum participes pro fidei defensione solliciti, frequenter per occasiones idoneas ad dilectionem tuam litteras miserimus: ut adhortationum nostrarum consolationibus te juvaremus, ut adversariorum stimulis pro fidei defensione non cederes, cum laboris tui participes nos probares. Olim ad fraternitatem tuam nostros credimus pervenisse, per quos plenius scriptis mandatisque nostris instructum te esse retines, & Basilium ad te, ut volueras, ipsi remisimus. Nunc, ne aliqua prætermissum occasione te crederes, per filium nostrum honorabilem & amabilem nobis virum 2 Eupsychium hanc paginam dedimus, ut tota celeritate 3 ad scripta nostra respondeas, nosque subinde de tuis 4 actionibus nostrorumque, & de totius caussæ absolutione facias certiores: ut sollicitudinem, quam nunc pro fidei defensione gerimus, prosperioribus 5 nuntiis molliamus. Data tertio Idus Augusti, Asturio & Protogene viris clarissimis Consulibus.

A

EPISTOLA XL.*

1 Ad Episcopos per Arelatensem Galliæ Provinciam constitutos.

SYNOPSIS.

Gaudet de bona ac pacifica electione Ravennii: cui ut bonæ de eo conceptæ opinioni satisfaciat, exoptat.

ANNO CHRISTI 449.
* Alias XXXVI. Quæ autem 40. erat, nunc 44. 22. August. ann. 449

Dilectissimis fratribus, Constantino, Audentio, Rustico, Auspicio, Nicetæ, Nectario, Floro, Asclepio, Justo, Augustali, 2 Ynantio, & 3 Chrysaprio, Leo Papa.

B

J Usta & rationabilis 4 nobis caussa gaudendi est, cum a Sacerdotibus Domini ea gesta cognoscimus, quæ & paternorum canonum regulis, & apostolicis congruant institutis. Necesse est enim ut omne corpus Ecclesiæ salubri crescat augmento, si membra, quæ præsunt, & vigore excellant auctoritatis, & tranquillitate moderaminis. Quod ergo in Arelatensium civitate, defuncto sanctæ memoriæ Hilario, virum etiam nobis probatum fratrem Ravennium, secundum desideria Cleri, Honoratorum, & Plebis, unanimiter consecrastis, bonum fraternitatis vestræ opus nostro judicio roboramus. 5 Quia electionem pacificam atque concordem, cui nec merita morum, nec studia civium defuerunt, postulationis quidem humanæ, sed inspirationis credimus fuisse divinæ. Utatur itaque, fratres carissimi, Dei munere memoratus Antistes, & secundum consonantia omnium ordinum vota, quid ex ipso devotionis expectetur, intelligat: ut dispensationis sibi creditæ diligens ac temperans executor, vestro testimonio non inferior, & nostro per omnia favore sit dignior. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data 6 XI. Kalend. Septembr. Asturio & Protogene Coss.

C

Episcopales virtutes duæ.

D

EPI-

BALLER. NOTÆ.

1 Hanc epistolam invenimus tantum in mss. collectionis XII. ex quibus contulimus *Vat.* 1340. & *Ven.* 169.

2 Vulgati ante Quesn. cum Merlino *Epitium*. Nostri codices *Epsychium*. Quesnellus ex alio codice forte Germanico *Eupsychium*.

3 Nostri codd. *scriptis nostris*.

4 Vulgati ante Quesn. cum nostris mss. *actibus*. In verba autem *de totius caussæ absolutione facias certiores* hanc postillam Quesnellus apposuit: *Caussarum absolutio Conciliorum est*. Hic non est Leoninorum verborum sensus. Num Concilium Ephesi habendum, quod hic Leo respicit, totam caussam absolverit, an potius Eutychis absolutione, & S. Flaviani condemnatione implicaverit, seu potius everterit: quæ sane absolvenda fuerat, si Leonis litteræ non occultatæ, sed lectæ, & a Patribus executioni mandatæ fuissent, ut in anteriori vero Ephesino Concilio accidit, in quo Cælestini judicium in Nestorii caussa Patres secuti sunt: quisque rerum utrobique gestarum peritus facile intelliget.

5 Quesnellus *nuntiatis*. Vulgatam lectionem ex nostris codd. revocavimus, quippe quæ Leonis stilo congruentior videtur.

1 Extat in una collectione Arelatensi XV. Baronius eam primus edidit ex antiquo ms. Ecclesiæ Arelatensis, cujus apographum e Gallia transmissum, & in cod. Vallicell. G. 99. contentum non inutiliter relegimus. Utemur etiam editione Sirmondi, qui alia hujus collectionis exemplaria in Galliis perspexit.

2 Ita cum Sirmondo Quesnellus. Ceteri vulgati cum Baronio, & ms. Vallicell. *Hymnatio*: qui tamen codex in alia epist. 65. habet, *Unantio*, V pro Y facile commutato. In Concilio Arelatensi sub Ravennio, quod Sirmondus evulgavit ex ms. Lugdunensis Ecclesiæ tom. 5. Concil. pag. 23. Editionis Venetæ *Ynantius* scribitur.

3 Quesne. in marg. al. *Chisstio*. Cum nullum tamen codicem nisi Arelatensem adhoc. 1. indicatum viderit, in quo legitur *Chysastio*; hanc variantem colligere potuit ex Synodo Arelatensi ante laudata, ubi tamen *Chysanstius* appellatur, sicut & Concilio Carthaginensi an. 525. in quo ejusdem Arelatensis Synodi documentum inserum fuit. Num vero idem hic, an vero alius sit, qui Leonine epistolæ inscribitur; nisi alios codices observare liceat, definiri nequit. Certe in epist. 99. & 102. inter Gallicanos Episcopos *Corisaphius* censetur.

4 Pronomen *nobis* a Baronio omissum, & a Sirmondo atque Quesnello suppletum; invenimus in ms. Vallicel.

5 Cod. Vallicell. *Quæ*: quæ lectio si esset admittenda, aliam interpunctionem flagitaret.

6 Quesnellus cum Raynaudo pro *XI. Kal.* posuit *II. Kal.* ubi numerum Romanum *II.* pro Arabico *II.* sumpsisse videtur; nam in margine notavit diem 22. Augusti, qui respondet diei XI. Kal. Septembris. Erronee quidem die *II. Kal.* poneretur, cum ep. 42. data VII. Kal. ejusdem mensis hisce litteris posterior sit. Sirmondus has quoque litteras signavit *VII. Kal. Septembris*. Secuti sumus codicem Vallicellanum.

ANNO CHRISTI 449.

Alias XXXVII. Quæ autem 41. erat, nunc 41. Sub idem tempus epist. antecedentis.

EPISTOLA XLI.*

1 Ad RAVENNIUM Arelatensem Episcopum.

SYNOPSIS

Ravennio in Episcopum electo gratulatur: virtutes episcopales commendat: ut ad ipsum sæpius scribat hortatur.

2 Dilectissimo fratri RAVENNIO LEO.

Episcopi, summi Sacerdotes.

PRovectionem dilectionis tuæ, quæ summi Sacerdotii adepta est dignitatem, ita nobis placere cognosce, ut non solum tibi de honoris augmento, sed etiam Arelatensi Ecclesiæ, cui te Dominus præposuit, gaudeamus. B

Episcopi a Domino præpositi.

Ad omnium enim fidelium decus atque utilitatem redundat, cum talis habetur Antistes, cujus plurimi & adjuventur præsidio, & incitentur exemplo. Unde quia non ignoras, quid de sinceritate animi tui secundum 3 præcedentem notitiam senserimus, justissime nos 4 agnostis exigere, ut quod præsumimus, hoc probemus, frater carissime. 5 Modestiæ igitur tuæ non desit auctoritas, constantiam mansuetudo commendet, justitiam lenitas temperet, patientia contineat libertatem; & declinata superbia, cui proximum est ut decidat, ametur humilitas, cui semper debetur, ut crescat. Ecclesiasticarum legum non ignara est dilectio tua, ut intra earum regulas atque mensuras omnia potestatis tuæ jura contineas. C 6 Justo quippe ideo dicitur lex non esse posita, quia normam præceptionis implet judicio voluntatis, cum verus recti amor 7 in semetipso non habeat & apostolicas auctoritates, & canonicas sanctiones. Quarum devotus sectator, & diligens executor, in eorum procul dubio consortio gloriaberis, qui de creditorum sibi profectibus talentorum audire meruerunt: *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Ut autem fiduciam dilectionis erga te nostræ habere non dubites, sæpius nos de processu actuum tuorum facias certiores: quoniam judicii nostri memores, cupimus semper de tuis profectibus D in Domino gloriari. Deus te incolumem custodiat, frater carissime. 8

Virtutes episcopales.

1. Tim. 1. 9.

Caritas etsi libera, legi tamen subjecta.

Matt. 25. 23. Luc. 19. 17.

JACOBI SIRMONDI S. J. NOTA POSTUMA.

Ex Labbei Append. Tom. 3. Concil. Gener. Tom. V.

HIs Epistolis ratam habet ordinationem Ravennii Episcopi Arelatensis, qui Hilario successerat. Altera scripta est ad duodecim Episcopos, qui Ravennium consecrarant; inter quos e vicinis etiam Provinciis adsciti forsitan nonnulli. Rusticus enim, qui tertio loco numeratur, Narbonensis Episcopus videtur, Florus vero Luterensis ex eadem prima Narbonensi. Quod vero in altera notum sibi antea fuisse Ravennium significat, tempus illud innuit cum ad Leonem in causa Chelidonii missus est ab Hilario. Vita Hilarii: *in recessu urbis totum se ad placandum animum sanctæ Leonis convertit, missis primitus sancto Ravennio tunc presbytero, postmodum proprio successore.* Successorem porro divinitus ostensum Hilario fuisse Ravennium, ibidem post alia proditum est. *Videt*, inquit, *filium suum sanctum Ravennium applicuit ad divina mysteria, & intellexit sibi esse migrandum.* Hilarii mortem septimo post mense secuta est mors Eucherii. Itaque præclara duo Ecclesiæ Gallicanæ lumina idem annus extinxit. Tiro Prosper in chronico: *Eucherius Lugdunensis, & Hilarius Arelatensis egregiam vitam morte consumant.* Is fuit annus Christi CCCCXLIX.

ANNO CHRISTI 449.

EPISTOLA XLII.*

1 Ad eumdem RAVENNIUM Arelatensem Episcopum.

* Alias XXXVIII. Quæ autem 42. erat, nunc 49. 26. August. an. 449.

SYNOPSIS.

De Petroniano vago & Diaconum se Leonis mentiente admonet, eumque ab omnium Ecclesiarum communione expelli postulat.

Dilectissimo fratri RAVENNIO LEO Papa.

CIrcumspectum te volumus esse atque sollicitum, ne quid sibi plectenda possit vindicare præsumtio: quæ cum aditum falsa subreptione repererit, ad majorem se temeritatem nomine usurpatæ dignitatis extendit. PETRONIANUM quemdam vagum & semper erroneum, certa nos 2 Clericorum tuorum suggestione didicimus per Gallias se nostrum esse Diaconum jactitasse, & sub hujus honoris obtentu, diversas ejus Provinciæ Ecclesias circuire. Cujus audaciæ tam nefandæ dilectionem tuam, frater carissime, ita volumus obviare, ut eum, admonitis etiam totius Provinciæ Episcopis, in sua falsitate detectum, ab omnium Ecclesiarum communione, ne ulterius hoc usurpet, expellas. Dominus te incolumem custodiat, frater carissime. Data sub die VII. Kalendas Septembr. ASTURIO & PROTOGENE, VV. clarissimis Consulibus.

Continuationem Epistolarum S. Leonis M. in sequenti Voluminis initio habebis, o Lector.

BALLER. NOTÆ.

1 Invenitur in mss. coll. XII. & XXIV. ac in *Vat.* 541.

2 Quesnellus cum vulgatis Leonis & nonnullis codd. *Domino fratri*. Insuetum titulum emendavimus ex *Vat.* 541. cui emendationi editiones Concilorum post Sirmondum, & sequentis epistolæ inscriptio concinunt. ex quo iure expungenda fuit Quesnelli postilla: *Nota Domino.*

3 Ita cum mss. Thuaneo legendum, non vero *præsentem*, ut habent editi & plerique codd. optime statuit Quesnellus not. 1. cui & Sirmondi lectio suffragatur.

4 Editi Leonis *agnoscitis*, quod non cohæret cum antecedenti *non ignorat*. Correximus ex duobus nostris codd. *Vat.* 541. & Veneto 169. Sirmondus etiam favet.

5 Vulgati Leonis ante Quesn. cum mss. coll. XII. *Modestia igitur tua non auctoritas constantiam, sed mansuetudo commendet*. Quesnelli emendationem probant duo nostri codd. *Vat.* 544. coll. XXIV. & *Vat.* 541. atque editio Sirmondi. *Vide* not. 2 Quesn.

6 Ita cum Quesn. & Sirm. nostri mss. libri coll. XXIV. & *Vat.* 541. Ceteri codices & impressi *Justo tamen dicitur*.

7 Editi ante Quesn. *in semetipso habeat*. Quesn. cum duobus mss. & Hincmaro, quibus & tres nostri codd. favent, edidit *in semetipso habet*: at simul not. 3. confessus est, hanc quoque lectionem carere vero sensu. *Res enim*, inquit, *verus recti amor mentis hominis legi Dei subjiciat, perfectamque inspiret pro humanis etiam præceptis obedientiam, numquam vel apostolicarum auctoritatum, vel canonum sanctionum, quæ leges, ut ajunt, positivæ sunt, notitiam per semetipsum potest inspirare.* Hæc autem difficultas tollitur addendo particulam negativam *non*, quam cod. *Vat.* 1340. coll. XII. suppeditavit.

8 Licet huic epistolæ desit nota chronica, tamen sub idem tempus, quo antecedens, scripta fuit, ut Quesnellus probe ostendit not. 4.

1 Baronius hanc quoque epistolam edidit ex laudato codice Arelatensi, cujus apographum ab eo acceptum vidimus in MS. Vallicellano G. 99.

2 Qui scilicet epistolas Ravennii & Comprovincialium de ejusdem Ravennii promotione ad Leonem attulerant.

APPENDIX AD TOMUM QUINTUM CONCILIORUM.

S. P. N. CYRILLI Archiepiscopi Alexandrini Epistola Canonica.

CYRILLUS DOMNO.

Gent. Herveti versio recognita.

UNaquæque res nostra, quando ordine canonico recta procedit, nullum in nobis tumultum ingenerat, & a nonnullorum maledicentia liberat, vel potius eorum qui sapiunt, laudem nobis conciliat. Quis enim non obviis, ut ajunt, ulnis excipiat prolatam ab aliquibus sententiam, quæ nec huc nec illuc inclineter? Vel quomodo non sit ab omni reprehensione alienum, vel potius magnopere laudandum, si recte & juste judicetur?

Et hæc quidem nunc scribo ad pietatem tuam, quæ in literis ad me & religiosissimum fratrem nostrum & coepiscopum Proclum datis, episcopum nominet, imprimis pium ac religiosum Petrum. eum ipse lamentetur, seque ab ecclesia sibi attributa præter rationem ejectum esse dicat. Erat autem consentaneum, ut vel sacerdotii nomen eum re haberet; vel si dignus non erat, qui altari præesset, ne ipsa quidem episcopatus appellatione dignaretur. Sed id fortasse quod dico durum esse & caritatis expers, sanctitati tuæ videbitur: quod tamen revera non ita est. Nos enim lenis utique nos misereri putamus, si solum ei nomen reliquerimus: sed multo melius erat aliud quoque considerare. Dicit enim se suam quidem posse causam probare, sed defensionis tempus sibi non esse datum, at ne auditionem quidem canonicam sibi fuisse concessam. Sin autem tale quid factum esset, ipsa actorum productio eum convicisset reum impositorum ipsi criminum, nec esset quod se injuria affectum quereretur; vel certe absolutum eum declarans, rursus concederet ut præesset ecclesiæ, quæ ipsi subjecta fuit. Cum autem nihil factum sit ejusmodi: de re quidem, alta voce queritur, & intolerabilem injuriam se dicit accepisse, & inique ejectum esse: adjiciens, rem omnem familiarem suam ademptam sibi fuisse.

Tua itaque sanctitas, considerans, & quod Divinis canonibus sancitum est, & quod ecclesiæ convenit, iisque qui sunt in sacro ministerio initiati, & nostrarum præterea lite-

τῦ ὲν ἁγίοις πατρὸς

Η'ΜΩΝ ΚΥΡΙΛΛΟΥ Α'ρχιεπισκόπυ Α'λεξανδρείας ἐπιστολὴ κανονική.

Ε'ΚΑΣΤΑ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων ὅταν κ'ατὰ φέρηται κανονικὴν κ'ατεύθυνσιν, ὠθέναι μὲν ἡμῖν ἐντίκτει θόρυβον, ἀπαλλάττει δὲ κ' τῆς παρά τινων δυσφημίας· μᾶλλον δὲ καὶ τοὺς παρὰ τῶν κ' φρονούντων κ'φημίας ἡμῖν παρέχει. τίς γὰρ ἂν οὐκ ἂν ἀποδέξαιτο ψῆφον ἀπροσκλινῆ, ὅπερ ἂν γίνοιτο παρά τινων; ἢ πῶς τὸ κρίνειν ὀρθῶς, κ' ἐνόμως οὐκ ἀνεπίληπτον ἔσται, μᾶλλον δὲ παντὸς ἐπαίνου μεστόν;

Καὶ ταῦτα γράφω νυνὶ τῇ σῇ θεοσεβείᾳ, ἐν τοῖς ἑαυτῆς γράμμασι τοῖς πρὸς ἐμέ τε, καὶ τὸν ὁσιώτατον, κ' θεοσεβέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν, κ' συλλειτουργὸν Πρόκλον, ἐπίσκοπον μὲν ὀνομαζόντας τὸν εὐλαβέστατον, καὶ θεοφιλέστατον Πέτρον· αὐτὸ δὲ κλαίοντος καὶ τῆς ἐκπεμπθείσης αὐτῷ ἐκκλησίας παραλόγως κεκοπῆσθαι λέγοντος· καὶ δ' ἀκόλουθον, ἢ τὸ τῆς ἱερωσύνης, ὄνομα μὴ τὸ πρᾶγμα τοῦ ἔχειν αὐτόν· ἤγουν, εἴπερ μὴ ἦν ἄξιος τοῦ προεστάναι θείου θυσιαστηρίου, μηδ' αὐτῇ τιμᾶσθαι τῇ κλήσει τῆς ἐπισκοπῆς. ἀλλ' ἴσως δόξειεν ἂν τῇ σῇ θεοφιλίᾳ σκληρὸς εἶναί τις, καὶ ἀφιλάλληλος· ὁ παρ' ἡμῖν λόγος· ἔχει δὲ οὐχ ὅπως κατὰ τὴν ἀλήθειαν. Ἐλεῆσαι γὰρ τάχα καὶ νομίζομεν τὸν προσβύτερον, μόνον αὐτῷ τὸν κλῆσιν ἀφείσαντες· μακρῷ δὲ καὶ ἄμεινον σκοπῆσαι, καὶ τὸ ἕτερον. φάσκει γὰρ ἐ δυνάσθαι μὲν συνιδεῖν τῇ ἰδίᾳ ὑπολήψει, ἐ λαβεῖν δὲ καιρὸν ἀπολογίας, ὅτι μὴν ἀκρόασιν αὐτῷ προσθεῖναι κανονικήν. εἰ δ' ἐγένετο τι τοιοῦτον, αὐτὴ τῶν ὑπομνημάτων ἡ σύστασις διήλεγξεν ἂν αὐτόν, ἢ ἀλόντα τοῖς αἰτιάμασιν, ἢ σχεῖν ἀπροσφασμένον, καὶ ὡσὸ ἔχοντα λοιπὸν εἰπεῖν ὡς ἠδικημένον· ἢ γοῦν ἑλόθερον ἀποφήνασα, πάλιν ἐδίδου τὸ προεστάναι τῆς ἐκκλησίας, ἢ καὶ ὑπὸ χεῖρα γίγνοιτο τῷ αὐτῷ. ὡδονὸς δὲ πεπραγμένου τούτου, κατιβοᾷ τὸ πρᾶγμανος, καὶ ἀδικίαν ἀφόρητον ὑποστῆναί φησι, καὶ ἀθέσμως ἐκβεβλῆσθαι, προσεπάγων, ὅτι καὶ ἡρπάγη πάντα τὰ προσόντα αὐτῷ πράγματα.

Η'σὴ τοιγαροῦν ὁσιότης, σύνοῦσα καὶ τὸ τοῖς θείοις κανόσι δοκοῦν, καὶ τὸ πρέπον τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς τετιγμένοις εἰς ἱερὰν λειτουργίαν. ἔτι τε

πρὸς

πρὸς τὸ τοῦ, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν δυνατὰ θεῖσα γράμματα, στήσατω τὸ πρεσβύτερον τὸ δάκρυον. καὶ εἰ μὲν ἔλαττον δικάσασθαι πρὸς τοὺς ἐπάγοντας αὐτῷ τὰς αἰτίας, δικαζέσθω κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐπὶ τῆς σῆς θεοσεβείας· συμπαρόντων δηλονότι τῷ ὑπὸ τὴν αὐτῆς χεῖρα θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων, ἐκτὸς εἰ μὴ παραιτοῖτό τινας ὡς ὑπόπτους. οὐδεὶς μὲν γὰρ τῶν θεοσεβεστάτων ἐπισκόπων ἐχθρὰ φρονεῖν ἀδελφῷ πιστεύομεν· ἵνα δὲ μὴ προφασις αὐτῇ γένηται, ἵνα ἐπομόσῃ ἐπ' αὐτῷ λέγειν παραλύσασα, πρὸς τὸ μὴ δόξαν δίκην πεποιῆσθαι δοκεῖν, οὐδὲ ἐστὶ τὸ λυποῦν ἀπόντας τοῦ συνοδεύειν τῷ σῷ ὑπόψει τινάς.

Τὰ δὲ ἀδίκως ληφθέντα παρ' αὐτοῦ χρήματα, ἀναδοθῆναι δίκαιον κατοδύρομαι ξένος. πρῶτον μὲν, ὅτι οὐδὲ ἐχρῆν ὅλως γενέσθαι τι τοιοῦτον· καὶ ὅτι λυπεῖ σφόδρα, καὶ εἰς ἐχάτην ἀκηδίαν καταφέρει τοὺς ἀπανταχοῦ γῆς ὄντας θεοσεβεστάτους, τὸ ἀκαιρεῖσθαι λόγους τῆς οἰκονομίας τῷ παραπεπτώτων αὐτοῖς ἀναλωμάτων, εἴτε ἐκ προσόδων ἐκκλησιαστικῶν, εἴτ' οὖν καὶ ἀπὸ τῆς τινῶν κεφαφορείας. ἕκαστος γὰρ ἡμῶν, τῷ ἰδίῳ κακῷ δώσει λόγον τῷ πάντων κρίτῃ. κειμήλια μὲν γὰρ, καὶ κτήσεις ἀκίνητος, τοῖς ἐκκλησίαις σώζεσθαι χρή. θεραπεύεσθαι δὲ τοῖς κατὰ καιρὸν τοῦ θείου δείπνου ἱερουργοῦσι, τῷ παραπεπτώτων ἀναλωμάτων τοῦ οἰκονομίαν.

Τοὺς δὲ τῆς παραιτήσεως λιβέλλους οὐ κατὰ προαίρεσιν οἰκείαν, ἀλλ' ὡς ὑπ' ἀνάγκης, καὶ φόβου καὶ τῆς τινῶν ἀπειλῆς ἐπιδοῦναι φησί. καὶ ἕτερον δὲ πρᾶγμά ἐστι. ὅτι τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἀρέσκειν θεσμοῖς, τὸ λιβέλλους παραιτήσεων προσάγειν τινὰς τῷ ἱερουργοῦν. οἱ γὰρ εἰσὶν ἄξιοι τοῦ λειτουργεῖν, ἐνεστῶν ὁ τότε· οἱ δ' ἀνάξιοι, μὴ ἀπὸ παραιτήσεως ὑφίστασθαι· κατεγνωσμένοι δὲ μᾶλλον ἐπὶ πράγμασιν, ὧν ἂν τις πολλοὺς ποιήσαιτο τὴν κατηγορίαν, ὡς ἔξω τε ἐχόντων φύσης ἀκολουθίας. προσέστω τὴν παρὰ σοὶ ἀδελφότητα· σοί, ἢ σὺν ἡμῖν ὁ κύριος προσαγορεύει.

A rarum rationem ducens, sistat seni lacrymas: & si velit quidem cum iis judicio contendere, qui crimina in eum intendunt, apud sanctitatem tuam pro more litiget: una scilicet assistentibus qui tibi subsunt episcopi: nisi forte aliquos recusat ut suspectos. Nullum enim religiosissimorum episcoporum in fratrem inimico esse animo credimus. Ne autem hic pretextus futurum de eo judicium dissolvat, ut non jure factum esse videatur: non grave est, a consessu abesse eorum qui suspecti sunt aliquos.

Pecuniam vero, quæ per injuriam ipsi erepta est, duplici nomine ei reddi æquum est. B Primum quidem, quod nec tale quidquam omnino fieri oportebat: & quod valde male habet magnaque tristitia afficit sanctissimos episcopos, qui sunt ubique terrarum, quod sumptuum, qui illis eveniunt, dispensationis ratio ab eis exigatur, sive ex ecclesiasticis redditibus, sive ex fructu alinde percepto. Unusquisque enim nostrum dabit suorum malorum rationem omnium judici. Vasa enim pretiosa & possessiones immobiles oportet servari ecclesiis: episcopis autem qui tunc temporis Divinum sacerdotium administrant, incidentium sumptuum dispensationem secure credi.

Renunciationis autem libellos, non sua C voluntate, sed veluti vi ac metu; & aliquorum minis, se tradidisse dicit. Jam vero alia quoque res est, quæ ecclesiasticæ consuetudini non placet, offerre sacerdotes aliquos renunciationis libellos. Nam si sunt digni, qui sacra mysteria obeant, in iis maneant: sin autem indigni, nec per renunciationem quidem exeant, sed potius propter gesta condemnati, de quibus quisquam conquestus fuerit uti a recto ordine aberrantibus. Saluta fraternitatem quæ apud te est: quæ est apud nos, te in Domino salutat.

ΤΟΥ Α'ΥΤΟΥ

τοῖς κατὰ Λιβύαν, καὶ Πεντάπολιν Ἐπισκόποις.

Παντὸς τοῦ χρησίμου, καὶ ἀναγκαίου πρὸς οἰκοδομὴν τῷ λαῶν, τελεωτάτου δέ, καὶ εἰς ὑπόληψιν τῷ ἁγίων ἐκκλησιῶν, φροντίδα ποιεῖσθαι χρή· γέγραπται γὰρ, ὅτι ἁγιάσατε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. μοναστηρίων τῶν πατέρες τῷ κατὰ τὴν Θηβαΐαν ἐπαρχίαν, ἄνδρες ἁγιαβεῖς, καὶ ἐκ θαύματος ἔχοντες πολιτείαν, ἐλθόντες ὁ Ἀλεξανδρείᾳ, ἐρωτήσαντες παρ' ἐμοῦ τὴν κατάστασιν τῷ αὐτόσε μοναστηρίων, ἐδίδασκον, ὅτι σκανδαλίζονται πολλοὶ δι' τὴν τοιαύτην αἰτίαν.

Νεωστὶ γεγαμηκότες τινὲς, καὶ οἷον ἐξ αὐτῷ καταβαίνοντες τῷ νυμφῶνος, σωφρονίζουσι τινὰς τῷ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων· καὶ ὁ δεῖνα τύχα τοῦ τὰ κατ' αὐτὸς κατεγγέλλοντος, χειροτονοῦνται κληρικοί, ἤγουν πρεσβύτεροι. ἕτεροι δὲ τινὲς ἐξ αὐτῷ τῷ μοναστηρίων ὡς ἄτακτοι ἐκβαλόμενοι, πάλιν ὑποδέχονται τὰς χειροτονίας. καὶ ἠθροιμένοι κληρικοὶ, εἰσέρχονται, καὶ ὁ αὐτοῖς τοῖς μοναστηρίοις ὅθεν ἐκβέβληνται· καὶ βούλονται

D

EJUSDEM

Episcopis qui sunt in Libya, & Pentapoli.

CUjuslibet rei, quæ ad populorum ædificationem utilis est, & necessaria, & ad sanctarum etiam ecclesiarum existimationem confert, cura gerenda est. Scriptum est enim: *Sanctos facite filios Israel*. Patres itaque monasteriorum, quæ sunt in Thebanorum provincia, viri pii ac sancti, ac satis admirabilem vitæ formam & institutionem habentes, cum Alexandriam venissent, a me interro- E gati de monasteriorum quæ illic sunt constitutione, docuerunt multos offendi propter hanc causam.

Quidam qui uxores recens duxerunt, & ex ipsis veluti thalamis egressi, aliquos ex sanctissimis episcopis arripiunt: & nemine de eis utique renunciante, ordinantur clerici seu presbyteri. Aliqui autem alii ex ipsis monasteriis ejecti, tanquam dissoluti, rursus ordinationes captant: & facti clerici, in ea ipsa monasteria ingrediuntur, ex quibus ejecti sunt, & volunt oblationem facere, & ea omnia

omnia facere quæ mos est clericis: ut etiam aliqui eorum qui ipsos norunt, synaxes deviteut, & communicare in animum non inducant illis ministrantibus.

Quoniam ergo ad ædificationem, ut dixi, populorum, omnia a nobis facienda sunt, hæc vestra observet pietas: & si est quidem ordinandus clericus, de vita ejus inquirat, & an uxorem habeat, an non; & quonam modo duxit, & abstinuit, & si non est aliquis ex iis qui ejecti sunt a sanctissimo episcopo, vel ex monasterio: tunc si inculpatus inventus fuerit, ordinet. Ita enim & nostram conscientiam puram conservabimus, & inculpatum sacrum ac venerabile mysterium. Sin autem segregationem aliqui sustinuerint, propter lapsus puniti, deinde sint morituri existentes catechumeni, baptizentur, & ne ab humanis excedant gratiæ non participes, scilicet communione carentes. Videtur enim hoc quoque ecclesiæ consuetudini adhærere. Salutate eam quæ est apud vos fraternitatem: quæ nobiscum est, vos in Domino salutat.

A προσφέρειν, καὶ ὅσα κληρικοῖς ἔθος πληροῦν, καὶ ταῦτα δρᾶν, ὡς καί τινας τῶν εἰδότων αὐτὸς παραιτεῖσθαι καὶ τὰς συνάξεις, καὶ μὴ ἀνέχεσθαι κοινωνεῖν λειτουργοῦντων ἐκείνων.

Ἐπειδὴ τοίνυν πρὸς οἰκοδομὴν, ὡς ἔφην, τῶν λαῶν πάντα χρὴ πράττεσθαι παρ' ἡμῶν, ἐπιτηρείτω ταῦτα ἡ θεοσέβεια ὑμῶν· Εἰ μέλλει τις χειροτονεῖσθαι κληρικὸς, πεμεργαζέσθω τὸν βίον αὐτοῦ, καὶ πότερόν ποτε γαμετὴν ἔχει, ἢ οὔ· καὶ πῶς, καὶ πότε ἠγάγετο, καὶ εἰ μή τίς ἐστι τῶν ἐκβαλλομένων, ἢ παρ' ἑτέρου θεοσεβεστάτου ἐπισκόπου, ἢ ἐκ μοναστηρίου· καὶ τότε χειροτονείτω ἀδιάβλητον εὑρεθείτω. τηρήσομεν γὰρ οὕτω, καὶ τὸ ἑαυτῶν συνειδὸς καθαρὸν, καὶ B ἀδιάβλητον τὴν ἱερὰν, καὶ σεπτὴν λειτουργίαν· ἐὰν δὲ χωρισμὸν ὑπομείνωσί τινες, ἐπιτιμηθέντες πταισμάτων ἕνεκα, εἶτα μέλλωσι τελευτᾶν κατηχούμενοι ὄντες, βαπτιζέσθωσαν, καὶ μὴ ἀποδημείτωσαν τῶν ἀνθρωπίνων, ἀμέτοχοι τῆς χάριτος, τουτέστιν ἀκοινώνητοι· δοκεῖ γὰρ προσέχειν καὶ τοῦτο τοῖς τῆς ἐκκλησίας θεσμοῖς. προσείπατε τὴν παρ' ὑμῖν ἀδελφότητα· ὑμᾶς ἡ σὺν ἡμῖν ἐν κυρίῳ προσαγορεύει.

FINIS TOMI QUINTI